BIBLIA SACRA
VULGATÆ
EDITIONIS

AUCTORITATE
SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII. P. P. M. M.
RECOGNITA,

VERSIONE GERMANICA EMENDATIORE
ADJUNCTA.

OPERA ET STUDIO
P. THOMÆ AQUINATIS ERHARD,
O. S. BENED. THEOLOGI ET PROFESSI WESSOFONTANI.

EDITIO RECENTISSIMA,
COMMENTARIO EJUSDEM AUCTORIS
IN UNIVERSAM S. SCRIPTURAM,
CEU
ANNOTATIONIBUS,
ILLUSTRATA ET AUCTA.

KÖNIGL. KREISBIBLIOTHEK IN AUGSBURG

VOLUMINA DUO.

VOLUMEN II.
PROPHETAS OMNES, MACHABÆORUM LIBROS,
ET NOVUM TESTAMENTUM INTEGRUM
CONTINENS.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS.

AUGUSTÆ VINDEL. ET OENIPONTI,
IMPENSIS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXXI.

BIBLIA SACRA

VULGATÆ

EDITIONIS

AUCTORITATE

SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII. PONT. MAX.

RECOGNITA.

VERSIONE GERMANICA, EDENDATIONE

ADMODUM

OPERA ET STUDIO

I. THEOD. A MEDINGEN, ABBATIS.

EDITIO RECENTISSIMA,

COMMENTARIO EXEGETICO-HISTORICO AUCTORIS

IN UNIVERSUM S. SCRIPTURAM

ADNOTATIONIBUS

ILLUSTRATA

OPERA ET STUDIO

JOSEPHI WOLFF, MUSCATI.

VOLUMEN UNUM.

PROPRIETATIS CUM ARCHIEPISCOPALI TUM IMPERIALIS

ET REGIA TYPOGRAPHEORUM PRIVILEGIUM.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

IMPENSIS JOSEPHI WOLFF, MUSCATI.

Der Prophet Isaias.

Das erste Capitel.

I. Isaias verweiset dem Volke Juda und Jerusalem ihre Sünde: 2. II. Weißaget über sie eine greuliche Verwüstung: 7. III. Schlägt ihnen Mittel vor, wie sie wieder zu Gnaden erlangen mögen. 16.

Das Gesicht Isaiä, des Sohns Amos, das er über Juda und Jerusalem gesehen hat, in den Tagen Oziä, Joathan, Achaz und Ezechiä, der Könige Juda.

I. 2. Höret ihr Himmel, und vernimm mit den Ohren du Erde, denn der HErr hat geredet. Ich habe Kinder erzogen, und erhöhet: aber sie haben mich verachtet.

3. Ein Ochs kennet den, dem er zugehöret, und ein Esel die Krippe seines Herrn: aber Israel kennet mich nicht, und mein Volk hat es nicht verstanden.

4. Wehe dem sündigen Volke, dem Volke, das mit Ungerechtigkeit schwerlich beladen ist, dem schalkhaftigen Saamen, den boshaftigen Kindern: sie haben den HErrn verlassen, haben den Heiligen* Israel gelästert, und sind zurück gewichen. * GOtt.

5. Womit soll ich euch weiter schlagen, dieweil ihr immer mehr und mehr sündiget? Alle Häupter sind schwach, und alle Herzen sind traurig.

6. Von der Fußsohle an bis zum Hauptschädel ist nichts an ihm gesund: da sind Wunden und Striemen, und geschwollene Beulen, die weder verbunden, noch mit Arzeney geheilet, noch mit Oel gelindert sind.

II. 7. Euer Land ist verwüstet, eure Städte sind mit Feuer verbrannt: die Fremden fressen euer Land aus in eurem Ansehen, und es wird verheeret, als wenn es der Feind verwüstet hätte.

8. Und die Tochter Sion soll verlassen werden, wie ein Schattenhäuslein im Weinberge, und wie ein Hüttlein auf dem Kürbisacker, und wie eine Stadt, die verheeret wird.

9. Wenn uns der HErr der Heerschaaren keinen Saamen übrig gelassen hätte, so wären wir wie Sodoma gewesen, und gleichwie Gomorrha worden.

10. Höret des HErrn Wort, ihr Fürsten von Sodoma, und du Volk von Gomorrha, vernimm mit den Ohren das Gesetz unsers GOttes.

11. Wozu nützet mir die Menge eurer Opfer, spricht der HErr? Ich habe es übrig genug. Die Brandopfer der Widder, und das Fette vom gemästeten Vieh, und das Blut der Kälber und der Lämmer, und der Böcke habe ich nicht begehrt.

12. Da ihr vor mein Angesicht kamet, wer forderte dann

PROPHETIA ISAIÆ.

CAPUT I.

I. Propheta Isaias contra Judam & Jerusalem, quod a Deo percussa ad eum non est reversa: 2. II. Dicit imminere ipsi desolationem: 7. III. Docet, quid facere debeat, ut in gratiam a Deo recipiatur. 16.

Visio Isaiæ, filii Amos, quam vidit super Judam & Jerusalem in diebus Oziæ*, Joathan, Achaz, & Ezechiæ, Regum Juda. * *Ann. regni ejus 25. M. 3219. Ante Chr. 785.*

I. 2. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutrivi *a*, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. *a Osee 11. 3.*

3. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.

4. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum.

5. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, & omne cor mœrens.

6. A planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas: vulnus, & livor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.

II. 7. Terra vestra deserta, civitates vestræ succensæ igni: regionem vestram coram vobis alieni devorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili.

8. Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut civitas, quæ vastatur.

9. *b* Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, *c* quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. *b Rom. 9. 29. c Gen. 19. 24.*

10. Audite verbum Domini Principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ.

11. *d* Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum, & hircorum, nolui. *d Jerem. 6. 20. Amos 5. 21.*

12. Cum veniretis ante conspectum meum, quis

CAPUT I.

℣. 1. *Visio.* i. Revelatio *Isaiæ*, filio Amos, fratri Amasiæ Regis Juda, facta; visio pro re visa accipitur. Nam Prophetæ res temporibus, aut locis disjunctas, & remotissimas, divino Spiritu afflati, quasi coram intueri videntur.

℣. 2. *Audite cœli &c.* Sunt verba Moysis Deut. 32. ut declaret venisse tempora a Moyse eo loco prævisa & prædicta: *Ex quo*, inquit Hieronymus in hunc locum, *Montani deliramenta conticeant, qui in extasi, & cordis amentia Prophetas putat ventura dixisse: neque enim videre poterant, quod ignorabant. Ipsi autem spreverunt me.* Hebr. *Contra me rebellarunt.*

℣. 5. *Super quo percutiam vos ultra.* Qua plaga vos ultra percutiam, aut in qua parte corporis plagas addam plagis, quas Prophetæ Osee, Joel, & Amos vivis depingunt coloribus, ut Isaias ipse cap. 2. & seq. *Omne caput languidum:* vel omne caput languet, cor ipsum tabescit. Hieron. *Per metaphoram docet, quod a principibus usque ad extremam plebem, a doctoribus usque ad imperitum vulgus, in nullo sit sanitas.*

℣. 6. *A planta pedis -- non est in eo sanitas.* Loquitur de populo Israël tamquam de uno homine. Proceres ipsi, & principes ulceribus scatent.

℣. 7. *Terra vestra deserta* futura est. *Alieni devorant.* Devorabunt. Vid. infra 5. v. 6.

℣. 8. *Et derelinquetur filia Sion, ut umbraculum in vinea.* Agris ubique vastatis.

℣. 9. *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen &c.* Quem locum citat Apost. Rom. 11. Nisi Deus Judaico populo paucas conservasset reliquias, Apostolos nimirum, & Christi discipulos. *Quasi Sodoma fuissemus*, deleti omnino essemus. *Reliquiæ*, inquit Apostolus, *secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Ex quo ostenditur*, ait Hieronymus, *superiora, quæ contra Jerusalem, & Judam sermo Propheticus comminatus est, non ad Babylonicæ captivitatis referenda tempus, sed ad ultimam Romanorum, quando in Apostolis salvæ factæ sunt reliquiæ populi Judæorum, & in toto orbe Evangelium fuit seminatum.* Apostolus his verbis Prophetæ utitur, ut ostendat propter electos Israëlem non fuisse in ipsis Ecclesiæ initiis instar Sodomæ consumptum.

℣. 10. *Audite verbum Domini principes Sodomorum.* Judæos ob similia flagitia sic compellat.

℣. 11. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum &c.* Quorsum in quem finem offertis? exterior cultus interiori destitutus Deo displicet. *Plenus.* Hieron. *Nulla re indigeo. Nolui.* Ponit præteritum, ait Glossa, ut ostenderet Dominus se nunquam amasse sacrificia propter se, sed propter significatum ad tempus sustinuisse. Hinc S. Hier. *Hæc sacrificia Deus nunquam quæsivit, quasi indigeret, sed ne dæmonibus immolarent, & ut per carnalia & typica sacrificia ad spiritualem & verum sacrificium pervenirent.*

quis quæsivit hæc de manibus vestris, ut ambularetis in atriis meis?

13. Ne offeratis ultra sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festivitates alias non feram: iniqui sunt cœtus vestri:

14. Calendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.

15. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam: *e* manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

e Infra 59. 3.

f 1. *Pet.* 3. 11. † *FER.* 4. *POST DOM. QUADR. EPIST.* 2.

III. 16. *f* † Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere perverse,

17. Discite benefacere: quærite judicium, subvenite oppresso, judicate pupillo, defendite viduam.

18. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt.

19. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.

20. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis: gladius devorabit vos, quia os Domini locutum est.

21. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii? justitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ.

22. Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua.

23. Principes tui infideles, socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. g Pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos.

g Jerem. 5. 28.

24. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel: Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

25. Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum.

26. Et restituam judices tuos, ut fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: post hæc vocaberis civitas justi urbs fidelis.

27. Sion in judicio redimetur, & reducent eam in justitia.

28. Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur.

29. Confundentur enim ab idolis, qui-

dieſe Dinge von euren Händen, daß ihr in meinen Vorhöfen wandeln ſollet?

13. Opfert kein Opfer mehr vergeblich: denn das Rauchwerk iſt mir ein Greuel. Die Neumonden und den Sabbath, und andere Feſttage kann ich nicht gedulden: eure Verſammlungen ſind ungerecht:

14. Meine Seele haſſet eure Neumonden, und eure hohe Feſttage: ſie ſind mir beſchwerlich, und fallen mir mühſelig zu leiden.

15. Und wann ihr eure Hände ausſtrecket, ſo will ich meine Augen von euch abwenden: und wann ihr des Bethens viel machet, ſo will ich es doch nicht erhören: denn eure Hände ſind voll Blutes.

III. 16. Waſchet euch, reiniget euch, thut eure böſe Gedanken hinweg von meinen Augen: höret auf Böſes zu thun,

17. Und lernet Gutes thun: ſuchet was recht iſt, reichet dem Unterdrückten die Hand, ſchaffet Recht dem Wayſen, beſchirmet die Wittwe.

18. Darnach kommet, und ſtrafet mich, ſpricht der HErr: Wenn dann eure Sünden ſo roth wären, wie Scharlach, ſo ſollen ſie doch weis werden wie Schnee: und wenn ſie auch roſinfarb wären, ſo ſollen ſie doch weis werden wie Wolle.

19. Im Fall ihr wollet, und mir gehorchet, ſo ſollet ihr eſſen, was Gutes im Lande wächſet.

20. Wollet ihr aber nicht, und reizet mich zum Zorne: ſo ſoll euch das Schwert freſſen, denn der Mund des HErrn hat es geredet.

21. Wie iſt die getreue Stadt alſo zur Hure worden, die voll Rechts war? Gerechtigkeit wohnete in ihr, jetzt aber wohnen Todtſchläger darinnen.

22. Dein Silber iſt in Schaum verwandelt: dein Wein iſt mit Waſſer vermiſchet.

23. Deine Fürſten ſind Untreue und Diebsgeſellen: ſie alle haben die Gaben lieb, und gehen der Wiedergeltung nach. Den Wayſen ſchaffen ſie kein Recht, und laſſen die Sache der Wittwen nicht vor ſich kommen.

24. Darum ſpricht der HErr, der GOtt der Heerſchaaren, der Mächtige in Iſrael: Ach, ich werde mich tröſten über meine Feinde, und Rache nehmen von denen, die mir zuwider ſind.

25. Ich will meine Hand über dich ausſtrecken, und will deine Schlacken zum feineſten auskochen, und alles dein Zinn hinwegnehmen.

26. Und ich will dir wieder Richter geben, wie ſie von Anfang waren, und Rathsherren, wie vor Alters: darnach ſollſt du die Stadt des Gerechten, und die getreue Stadt genennet werden.

27. Sion ſoll durch Recht erlöſet werden, und man wird ſie in Gerechtigkeit wieder bringen*. * erlöſen.

28. So wird er die Boshaftigen vertilgen, und die Sünder zugleich: und die den HErrn verlaſſen haben, ſollen verzehret werden.

29. Denn ſie ſollen zu Schanden werden über die Abgötter,

℣. 12. *Quis quæsivit hæc de manibus vestris?* Sacrificia quidem præcepit Deus Judæis, ut ab Idololatria, in quam proclives admodum erant, eos averteret. Sed purum cor imprimis ab iis exigebat, & multo magis a Christianis. *Cum veniretis.* Hieron. legit: *Calcare atrium meum non apponetis.* Ex iis colligit, non Babylonicam vastitatem, sed ultimam sub Vespasiano & Tito destructionem templi indicari, cum templum a Zorobabel rursum ædificatum fuerit. Judæi ob exteriorem Dei cultum sibi blandiebantur, quasi essent Deo grati: docet vero hæc esse penitus inutilia, cum deest vera justitia, atque Deo ipsi esse exosa, cum fovendis criminibus & falsæ fiduciæ serviunt.

℣. 15. *Manus vestræ sanguine.* i. peccatis, seu sanguine prophetarum, quos occidistis, immo & ipsius Christi, *plenæ sunt.*

℣. 16. *Lavamini, mundi estote.* In quo sita sit vera pœnitentia, nos docet, ut pravas cogitationes, & pravos affectus exuamus, a malo declinantes, & bono adhærentes. *Lavamini.* Pro victimis, & aliis solemnitatibus baptizamini in sanguine meo per lavacrum regenerationis: sed non sufficit, ait Hier. lavacrum, nisi & post lavacrum cordis habeant puritatem; quia additur: *mundi estote.*

℣. 17. *Quærite judicium.* Expendite, utrius litigantis justior sit causa.

℣. 21. *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis.* Ex cupiditate & avaritia orta est impietas, violata in fratres charitate.

℣. 22. *Vinum tuum* doctrina veritatis *mistum est aqua* prava doctrina falsorum & inutilium dogmatum. Hieron. Ad hæreticos & pravos doctores hæc verba refert, quæ sic legit: *Caupones tui miscent vino aquam.*

℣. 24. *Heu, consolabor super hostibus meis.* Deus consolationem suam vocat, impiorum punitionem.

℣. 25. *Excoquam.* i. purgabo *ad purum scoriam tuam,* improbitatem, seu improbos. *Et auferam stannum.* Chald. Omnes peccatores.

℣. 26. *Post hæc vocaberis civitas justi.* Christi, cum te sanctificaverit. Hæc Hieron. de Ecclesia, quæ in Dominum creditura est, interpretatur.

℣. 27. *Sion in judicio redimetur* per Christum, qui Ecclesiam redemit ex stricta justitia. Alii de redita a captivitate sub Cyro post judicium, aut severam punitionem id exponunt.

götter, welchen sie geopfert haben: ihr sollet schamroth werden wegen der Gärten, die ihr auserwählet habt.

30. Wann ihr nun seyn werdet, wie ein Eichbaum, von welchem die Blätter abfallen, und wie ein Garten ohne Wasser:

31. Alsdann wird eure Stärke seyn, wie verbrannte Stoppeln, und eure Werke, wie Funken: sie sollen beede miteinander angezündet werden, und soll niemand seyn, der lösche.

Das zweyte Capitel.

I. Der Prophet weißaget von der Zukunft Christi, und Erhöhung der Kirche. 9. II. Redet von seinen Zeiten, und der Seinigen Missethaten. 6. III. Verkündiget die Verwerfung der Juden, und den Untergang der Abgötterey. 10.

1. Das Wort, das Isaias der Sohn Amos, über Juda und Jerusalem gesehen hat.

I. 2. Und in den letzten Tagen wird der Berg des HErrn Haus auf der Spitze der Berge bereitet seyn, und er wird sich über die Bühel erheben, und es werden alle Heyden zu ihm zulaufen.

3. Und viele Völker werden hingehen und sagen: Kommet, und lasset uns zu dem Berge des HErrn hinaufgehen, und zu dem Hause des GOttes Jacob, und er wird uns seine Wege lehren, so wollen wir auf seinen Stegen wandeln: denn das Gesetz wird von Sion ausgehen, und das Wort des HErrn von Jerusalem.

4. Und er wird die Heyden richten, und viele Völker strafen: und sie werden ihre Schwerter zu Pflugeisen machen, und ihre Spieße zu Sicheln: das Schwert wird nicht mehr aufheben ein Volk wider das andere, man wird sie auch hinfüro zum Kriege nicht mehr abrichten.

5. Kommet ihr vom Hause Jacob, und lasset uns im Lichte des HErrn wandeln.

II. 6. Denn du hast dein Volk, das Haus Jacob, verworfen: dieweil sie voll worden sind, wie vor Alters, und haben Wahrsager gehabt, wie die Philisthäer, und sind fremden Knaben angehangen.

7. Das Land ist mit Silber und Gold erfüllet: und seiner Schätze ist kein Ende:

8. Und sein Land ist voller Rosse * worden, und ihre Wagen sind ohne Zahl. Auch ist sein Land mit Abgöttern erfüllet: und sie haben das Werk ihrer Hände angebethet, so ihre Finger gemacht haben. * Pferde.

9. Da bückte sich der Mensch, und der Mann demüthigte sich: darum verzeih es ihnen nicht.

III. 10. Gehe zum Felsen hinein, und verbirg dich in einer Höle unter der Erde, vor dem Anschauen der Furcht des HErrn, und vor der Herrlichkeit seiner Majestät.

11. Die hohe Augen des Menschen sollen gedemüthiget werden, und die Hoheit der Männer wird sich bücken: aber der HErr wird am selbigen Tage allein erhöhet werden.

12. Denn der Tag des HErrn der Heerschaaren ist vor-

bus sacrificaverunt: & erubescetis super hortis, quos elegeratis.

30. Cum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua:

31. Et erit fortitudo vestra, ut favilla stuppæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur utrumque simul, & non erit, qui extinguat.

CAPUT II.

I. Prophetia de Adventu Christi, & gentium ad Ecclesiam collectione. 1. *II. Domus Jacob ob scelera reprehenditur.* 6. *III. Prædicitur abjicienda, & solus Dominus exaltabitur.* 10.

1. Verbum, quod vidit Isaias, filius Amos, super Juda & Jerusalem.

I. 2. † Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium *a*, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. † *FER. QUAT. TEMP. ADVENT. EPIST. I.*

3. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

a Mich. 4. 1.

4. Et judicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium.

5. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini.

II. 6. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob: quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt.

7. Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum ejus:

8. Et repleta est terra ejus equis, & innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta est terra ejus idolis: opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum.

9. Et incurvavit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

III. 10. Ingredere in petram, & absconde in fossa humo a facie timoris Domini, & a gloria majestatis ejus.

11. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incurvabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

12. Quia dies Domini exercituum super

---

†. 29. *Quos elegeratis.* Ad colenda idola.

†. 31. *Et erit fortitudo vestra.* Hebr. *Thesaurus.* Idola vestra, *ut favilla stupæ.* Chald. *Stupa lini.* 70. *Stipula stupæ, & succendetur utrumque.* i. impii & opera eorum. Chald.

CAPUT II.

†. 2. *Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini.* Christus ipse, qui e lapide, quo percussa est statua, factus est mons magnus; aut potius mons est Ecclesia, uti ex iis, quæ sequuntur, colligitur. Mons ille sic visibilis est, ut non modo ab iis, qui in eum pervenerunt, sed etiam ab infidelibus dignoscatur; vel montes sunt Apostoli, qui Ecclesiam fundarunt.

†. 3. *De Sion exibit lex & verbum Domini de Jerusalem.* Quod impletum fuit in die Pentecostes: *Sed & in Jerusalem primum fundata Ecclesia, totius orbis Ecclesias seminavit.* Hieron. *Et docebit nos vias suas.* Per Jacob intelligitur Christus, qui docet nos facliora mandata, quibus ad ipsum gradiamur. Unde Hieron. *Discendæ sunt viæ præceptorum, postea ambulandum in semitis consiliorum.*

†. 4. *Et conflabunt gladios suos in vomeres.* Loquitur de spiritali pace, ex Hieronymo, quando omnis duritia cordis nostri, Christi vomere frangitur. *Prælium.* Hieron. *Orto jam Domino salvatore, tunc omnia bella cessaverunt.*

†. 5. *Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini.* Ad populum suum Propheta convertitur, & hortatur eum, ut qui in tenebris versantur erroris, lumen suscipiant veritatis. Cumque hæc locutus fuisset ad populum Judæorum, cernens impœnitens cor eorum, per apostrophen Dominum alloquitur: ita Hieron.

†. 6. *Quia repleti sunt ut olim.* Ut populi, qui in ea regione habitabant, repleti sunt superstitionibus. *Et pueris alienis adhæserunt.* Doctrina & instituta alienigenarum iis placuerunt, propterea ii tradentur in servitutem.

†. 7. *Repleta est terra argento & auro.* Ortus est luxus ex divitiis; ex luxu, Legis contemptus. *Et non est finis thesaurorum.* i. semper magis crescit cupido habendi.

†. 9. *Et incurvavit se homo.* Ut idola adoraret. *Ne ergo dimittas.* Id prophetice dicitur. 70. Non dimittam eis.

†. 10. *Ingredere in petram.* Hebr. In pulverem. *Absconde in fossa.* In humo, in fossis latita. Imperativus pro futuro. *Petram ingredimur, cum cordis nostri duritiam penetramus.* Greg. l. 32. Moral. c. 22.

†. 11. *Exaltabitur autem Dominus.* Cum Jerosolymæ solvetur obsidio ab Assyriis facta juxta aliquos interpretes; alii de die judicii hæc intelligunt. Humilitate nostra iram Dei effugimus.

†. 12. *Quia dies Domini exercituum super omnem superbum &c.* Dies judicii, aut captivitatis, aut juxta alios, dies, in quo hostes populi Israëlitici debellabit Deus.

omnem superbum, & excelsum & super omnem arrogantem: & humiliabitur.

13. Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan.

14. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles elevatos.

15. Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum.

16. Et super omnes naves Tharsis, & super omne, quod visu pulchrum est.

17. Et incurvabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & elevabitur Dominus solus in die illa,

18. Et idola penitus conterentur:

b Osee 10. 8. *Luc.* 23. 30. *Apoc.* 6. 16.

19. *b* Et introibunt in speluncas petrarum & in voragines terræ, a facie formidinis Domini, & a gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram.

20. In die illa projiciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui, quæ fecerat sibi, ut adoraret, talpas & vespertiliones.

21. Et ingredietur scissuras petrarum, & in cavernas saxorum a facie formidinis Domini, & a gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram.

22. Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est, quia excelsus reputatus est ipse.

CAPUT III.

I. Prædicitur Judæorum afflictio, sub puerorum ac effeminatorum dominio: 1. II. Ob peccata populi & principum: 8. III. Præsertim ob superbiam & lasciviam filiarum Sion, quæ in ignominiam vertetur. 16.

1. Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem, & a Juda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ:

2. Fortem, & virum bellatorem, judicem, & prophetam, & ariolum, & senem:

3. Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquii mystici.

a Eccli. 10. 16.

4. Et dabo pueros principes *a* eorum, & effæminati dominabuntur eis.

5. Et irruet populus, vir ad virum, & unusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem.

6. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua.

handen über alle, die stolz und hochmüthig sind, und über alle Hoffärtige: und sie sollen erniedriget werden.

13. Und über alle hohe und aufgewachsene Cederbäume am Libano, und über alle Eichbäume zu Basan.

14. Und über alle hohe Berge, und über alle erhobene Bühel.

15. Und über alle hohe Thürne, und über alle veste Mauren.

16. Und über alle Schiffe Tharsis, und über alles, was lustig anzusehen ist.

17. Und das hohe Wesen der Menschen wird sich bücken, und die Hoheit der Männer wird gedemüthiget, und der HErr allein wird an demselben Tage erhöhet werden,

18. Und die Abgötter wird man zumal vertilgen:

19. Und sie werden in die Hölen der Felsen gehen, und in die Klüfte der Erde vor dem Anschauen * der Furcht des HErrn, und vor der Herrlichkeit seiner Majestät, wann er sich aufmachen wird, den Erdboden zu schlagen.

* Angesichte.

20. An demselben Tage wird der Mensch hinwegwerfen die Abgötter von seinem Silber, und die Götzen von seinem Golde, die er für sich gemacht hat, dieselbige anzubethen, die Maulwürfe und Fledermäuse.

21. Und er wird in die aufgerissene Felsen gehen, und in die Steinklüfte, vor dem Anschauen der Furcht des HErrn, und vor der Herrlichkeit seiner Majestät, wann er sich aufmachen wird, den Erdboden zu schlagen.

22. Derowegen haltet still, und lasset ab von dem Menschen, dessen Athem in seinen Naslöchern ist, denn derselbige ist hoch geachtet.

Das dritte Capitel.

I. Prophezeihet, daß alle Stärke, Schönheit und Weisheit der Juden vergehen werde: 1. II. Giebt die Ursache, nämlich die Sünde des Volkes, und der Fürsten: 8 III. Sonderlich aber die prächtige Geilheit der Töchter Sion, welche in Schmach soll verändert werden. 16.

1. Denn siehe, der herrschende HErr der Heerschaaren wird von Jerusalem und von Juda den Vermögenden und Starken hinwegnehmen, und alle Stärke des Brodes, und alle Stärke des Wassers:

2. Den Starken, und den Kriegserfahrnen, den Richter, und den Propheten, den Wahrsager, und den Alten:

3. Den Hauptmann über fünfzig, und den Ehrbaren von Angesicht, den Rathgeber und den verständigen Baumeister, und den Weisen, der verborgene Dinge auszureden weißt.

4. Und ich will ihnen Kinder zu Fürsten geben, und, die den Weibern anhangen, sollen über sie herrschen.

5. Und das Volk wird einander anfallen, ein Mann über den andern, und ein jeglicher über seinen Nächsten: der Knabe wird sich empören wider den Alten, und der Unedle wider den Edeln.

6. Denn ein jeglicher wird seinen Bruder, den Hausgenossen seines Vaters, ergreifen: Du hast ein Kleid, sey unser Fürst, aber deine Hand soll sich dieses Unfalls annehmen.

7. Und

℣. 13. *Et super omnes cedros Libani.* sc. superbos & obstinatos, Syros forte, ut in sequentibus: vicinos principes cum Israëlitarum, tum etiam Tyriorum, per quercus Basan & naves Tharsis designat.

℣. 22. *Quiescite ergo ab homine, cujus spiritus in naribus ejus est.* Hieron. exponit hunc locum de Christo, qui licet fuerit homo mortalis, excelsus tamen erat super omnes principes, isque est scelerum vindex. Quare definite illum vexare. *Cujus spiritus in naribus ejus.* Indignatio & vindicta in hostes suos. Hieron. miratur, 70. Interpretes hanc Prophetiam de Christo omisisse, & in Græcum noluisse vertere. Alii per interrogationem vertunt posteriorem versiculi partem: *In quo enim reputatus est ipse?* & is sensus est: Definite timere hominem mortalem, sed timete Deum omnipotentem. Grotius ita exponit ad litteram: *Quiescite ergo ab homine.* Nolite fiduciam ponere in ullo hominum genere: *Cujus spiritus in naribus ejus est;* Cujus vita pendet ab aëre, quo intercluso peribit. *Quia excelsus reputatus est ipse.* In Græco: *Quantilli enim faciendus est ille?* Prior & sublimior, & verior sensus, ex iis, quæ sequuntur fit illustrior.

CAPUT III.

℣. 1. *Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet a Jerusalem.* Prædicit imminentia Judæis mala, & excidium Judæorum præsertim ob Christum occisum. *Omne robur panis.* Fames ingens sub Tito, aut juxta alios ea describit tempora, de quibus l. 4. Regum, cap. 24. & 25.

℣. 2. *Prophetam & ariolum.* Seu conjectorem, quique res occultas investigat: hæc vox in bonam & in malam partem accipitur, nunc pro homine sagaci usurpatur.

℣. 3. *Et prudentem eloquii mystici.* Efficacem in persuadendo. Theodotio vertit prudentem incantatorem. Hieron. *Videtur mihi esse eruditus, & exercitatus tam in Lege & Prophetis, quam in Evangelio & Apostolis. Eloquii mystici.* Eloquentis hominis.

℣. 4. *Dabo pueros principes eorum.* Erunt pueri stultitia & moribus. *Et effæminati dominabuntur eis.* Hebr. Parvuli, Reges nullius consilii. Alii legunt *fœminæ*, alii *illusores:* statum ruinæ proximum describit.

℣. 5. *Tumultuabitur puer contra senem.* Hæc est dissoluti imperii, & anarchiæ descriptio.

℣. 6. *Ruina autem hæc sub manu tua est.* Rempublicam, quæ exitio suo proxima est, sustenta. Miseria nostra & calamitas tuo sustentetur & protegatur auxilio. *Ruina.* Suppone manum cadenti regno.

7. Und er wird am selbigen Tage antworten, und sprechen: Ich bin kein Arzt, es ist auch weder Brod noch Kleidung in meinem Hause: machet mich nicht zum Fürsten über das Volk.

II. 8. Denn Jerusalem fällt dahin, und Juda gehet zu Grund: denn ihre Zunge und ihre Anschläge sind wider den HErrn, die Augen seiner Majestät zu reitzen.

9. Die Gestalt ihres Angesichtes giebt ihnen Antwort: * und sie haben ihre Sünde wie Sodoma gerühmet, und nicht verheelet: wehe ihrer Seele, denn es ist ihnen das Uebel wiedergolten. * Zeugniß.

10. Saget dem Gerechten, daß es wohl um ihn stehe, denn er wird die Früchte seiner Anschläge essen.

11. Wehe dem Gottlosen zum Uebel: denn ihm wird Vergeltung wiederfahren nach den Werken seiner Hände.

12. Mein Volk haben ihre Treiber * beraubet, und Weiber haben das Regiment über sie geführet. Mein Volk, die dich selig sprechen, die betrügen dich, und zerstören den Weg deiner Gänge. * Eintreiber.

13. Der HErr stehet zu richten, und er stehet die Völker zu urtheilen.

14. Der HErr wird zum Gerichte kommen mit den Aeltesten seines Volkes, und mit seinen Fürsten: denn ihr habt meinen Weinberg abgefressen, und der Armen Raub ist in eurem Hause.

15. Warum unterdrücket ihr mein Volk, und zermahlet das Angesicht der Armen? spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren.

III. 16. Und der HErr hat gesagt: Darum, daß die Töchter Sion hoffärtig sind, und gehen daher mit aufgerecktem Halse, und kommen herein mit winkenden Augen, und gehen, als wenn sie tanzeten, und wandeln daher auf ihren Füßen, und tretten herein mit einem gesetzten Gange:

17. So wird der HErr den Hauptschädel der Töchter Sion kahl machen, und der HErr wird ihre Haare entblösen.

18. An demselben Tage wird der HErr hinwegnehmen den Schmuck der Schuhe, und die runde Spängelein,

19. Und die Halsbänder, und die Kehlgezierde, und die Armspangen, und die Hauben,

20. Und die Haarschnüre, und die köstlichen Hosenbänder, und die gewundenen Kettlein, und die Biesemknöpfe, und die Ohrenspangen,

21. Und die Ringe, und die Perlen, so auf der Stirne hangen,

22. Und die Feyerkleider, und die Mäntel, und die köstliche leinene Kleider, und die Haarnadeln,

23. Und die Spiegel, und die Schleyer, und die Haarbinden, und die zarte Sommerkleider.

7. Respondebit in die illa, dicens: Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi.

II. 8. Ruit enim Jerusalem, & Judas concidit: quia lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.

9. Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala.

10. Dicite justo, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet.

11. Væ impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei.

12. Populum meum exactores sui spoliaverunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Populeus, qui te beatum dicunt, *b* ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. *b Ezech.* 13. 18.

13. Stat ad judicandum Dominus, & stat ad judicandos populos.

14. Dominus ad judicium veniet cum senibus populi sui, & principibus ejus: vos enim depasti estis vineam, & rapina pauperis in domo vestra.

15. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum.

III. 16. Et dixit Dominus: Pro eo, quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant:

17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.

18. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas,

19. Et torques, & monilia, & armillas, & mitras,

20. Et discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures,

21. Et annulos, & gemmas, in fronte pendentes,

22. Et mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus,

23. Et specula, & sindones, & vittas, & theristra.

24. Et

℣. 7. *Non sum medicus.* Hebr. *Alligans*, scilicet vulnera. Non is sum qui laboranti Reipublicæ mederi possim, non habeo, unde populi necessitatibus provideam. Vel, *non sum medicus:* non habeo artem medendi infirmis i. doctrinam. *Et in domo mea non est panis.* In corde meo non est scientia sufficiens ad pascendum gregem. *Neque vestimentum.* i. virtutes & bona opera. Ita respondeat quilibet eligendus in principem, quia, ut ait Hieron. *Non statim judicio multitudinis acquiescamus: sed electi ad principatum mensuram nostram, i. vires & virtutes nostras noverimus; quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

℣. 9. *Agnitio vultus eorum respondit eis.* In fronte eorum fastus & libido se produnt. *Prædicaverunt.* Perfricta fronte; sua recepere peccata. *Væ illis, quia mala sua receperunt.* Hieron.

℣. 10. *Fructum adinventionum suarum* justus *comedet.* Fructum consiliorum, operum: ipsi narrationi eorum, quæ obvenient malis, inserit bonorum felicitatem. Quantumvis insaniant impii, bonos sua manet merces.

℣. 12. *Qui te beatum dicunt -- viam gressuum tuorum dissipant.* Te a recta via deducunt, eamque corrumpunt, dum metum omnem pœnæ imminentis adimunt. Hieron. *Ille est ergo doctor Ecclesiasticus, qui lacrymas, non risum movet.*

℣. 14. *Dominus ad judicium veniet cum senibus* & contra senes. Hieron. *Inter senes autem & principes hoc fuisse reor in veteri populo, quod nunc est inter Presbyteros & Episcopos. Vos depasti estis vineam meam.* Violenter decimas exigendo. *Ex quo,* ait Hieron. *videtur, quod omnes violenter exigentes decimas, sint exactores: præcipue si fit sine remuneratione spirituali; sicut enim subditi Prælatis debent carnalia, ita Prælati subditis spiritualia.*

℣. 15. *Quare -- facies pauperum commolitis.* l. cæditis. 70. confuditis, sc. pudore & colaphis.

℣. 16. *Pro eo, quod filiæ Sion -- plaudebant* molli & facto incessu, vel repudiatione ipsa. Hæc secunda est Judæorum ruinæ causa, virginum luxus & vanitas.

℣. 17. *Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion.* Quod in servis fieri solebat.

℣. 18. *Auferet Dominus -- & lunulas.* Ornamenta lunæ forma, monilia corniculata, de collo pendentia.

℣. 19. *Et torques.* Ex unionibus compositas.

℣. 20. *Et discriminalia.* Fascias, quibus capillos in cirros discriminant, & attollunt. *Periscelidas.* Crurum ornamenta. *Murenulas.* Aureas catenulas flexuoso ordine. *Et olfactoriola.* Pyxides odoriferas.

℣. 22. *Et mutatoria.* Vestes pretiosiores, quibus ad pompam induebantur; vel alternas vestes. *Et acus.* Vox Hebræa crumenas significat, quæ e sinu pendebant. Vertit Symmachus ἀναβολὰς. *Ornamenta sunt vestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur.* Hieron.

℣. 23. *Et theristra.* Palliola, quibus æstate utebantur; vel ex Græco, stragulas æstivas: unum & viginti enumerat ornamenta vestitus & mundi muliebris: nec propterea reprehendit filias Jerusalem, quod iis uterentur, cum sanctæ mulieres Rebecca, Judith, Esther, iis usæ fuerint; sed quia ad fastum & lasciviam iis abutebantur.

24. Et erit pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.

25. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.

26. Et mœrebunt, atque lugebunt portæ ejus, & desolata in terra sedebit.

CAPUT IV.

I. Septem mulieres unum maritum appetent: 1. *II. Germen Domini exaltabitur:* 2. *III. Reliquiæ Israel ablutis sordibus salvæ erunt, & felices in Christo.* 3.

SABB. PENTEC. PROPHETIA.

1. †Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo invocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.

II. 2. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his, qui salvati fuerint de Israël.

III. 3. Et erit: Omnis, qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis, qui scriptus est in vita in Jerusalem.

4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Jerusalem laverit de medio ejus in spiritu judicii, & spiritu ardoris.

5. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & ubi invocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte: super omnem enim gloriam protectio.

6. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem a turbine, & a pluvia.

CAPUT V.

I. Synagogæ ut vineæ sterili direptionem prophetat & desertionem: 2. *II. Ejus describit avaritiam, ebrietatem & contemptum Dei:* 8. *III. Væ peccatoribus denuntiat, & signum in nationibus elevandum contra Judæos.* 18.

1. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ. *a* Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei,

a Jerem. 2. 21. Matth. 21. 33.

I. 2. Et sepivit eam, & lapides elegit ex illa, & plantavit eam electam, & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular extruxit in ea: & expectavit, ut faceret uvas, & fecit labruscas.

24. Und es wird Gestank seyn für süßen Geruch, und ein Seil für die Gürtel, und ein kahles Haupt für das krause Haar, und ein härines Kleid für das Brusttuch. * *Brustzierde.

25. Auch werden deine allerschönsten Männer durch das Schwert fallen, und deine Starken im Streite.

26. Und ihre Pforten werden trauren und klagen, und sie wird verlassen seyn, und auf der Erde sitzen.

Das vierte Capitel.

I. Deutet an die große Niederlage der Männer: 2. II. Tröstet die anderen mit dem Erlöser: 2. III. Verspricht denen, so von Israel übrig seyn werden, Heil und alle Wohlfahrt durch Christum. 3.

1. An demselben Tage werden sieben Weiber einen Mann ergreifen, und sagen: Wir wollen unser Brod essen, und mit unsern Kleidern uns bedecken: laß nur deinen Namen über uns genennet werden, und nimm unsere Schmach hinweg.

II. 2. Es wird der Zweig des HErrn an dem Tage in großer Herrlichkeit und in Ehren seyn, und die Frucht des Landes wird hoch wachsen, und die von Israel erhalten sind, die werden frohlocken.

III. 3. Und es wird geschehen: Wer in Sion wird übrig seyn, und zu Jerusalem wird überbleiben, der wird heilig genennet werden, ein jeglicher, der zu Jerusalem zum Leben eingeschrieben ist.

4. Wenn der HErr die Unsauberkeit der Töchter Sion reinigen, und mitten aus Jerusalem ihr Blut im Geiste des Gerichtes, und im Geiste des Brandes wird abwaschen.

5. So wird der HErr an allen Orten auf dem Berge Sion, und wo er angerufen wird, durch den Tag eine Wolke, und bey der Nacht einen Dampf und Glanz des flammenden Feuers erschaffen: und über alles, was herrlich ist, wird Schutz und Schirm seyn.

6. Und der Tabernackel wird des Tages wider die Hitze zum Schatten seyn, auch zur Versicherung und Verbergung vor dem Sturmwinde, und vor dem Regen.

Das fünfte Capitel.

I. Beklagt sich über die Synagoge, als einen Weinberg, der wilde Trauben gebracht: 2. II. Erzählet der Juden Laster: 8. III. Drohet mit der Strafe, welche ihnen durch die Römer (deren Stärke und Macht er beschreibet) soll zugefüget werden. 18.

1. Ich will meinem Geliebten das Lied meines Vettern singen von seinem Weinberge. Mein Geliebter hat einen Weinberg bekommen an einem hochgelegenen fetten Orte,

I. 2. Und er hat einen Zaun darum gezogen, auch die Steine daraus gelesen, und auserwählte Reben darein gepflanzet, mitten darinnen hat er einen Thurn gebauet, und eine Kälter darinnen aufgerichet: und hat gewartet, daß er Trauben sollte hervorbringen, aber er hat wilde Trauben hervorgebracht.

3. Und

---

†. 25. *Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent.* Hebr. *Adustio pro pulchritudine.* 70. *Filius tuus pulcherrimus gladio cadet.*

†. 26. *Et mœrebunt atque lugebunt portæ ejus.* Luctum expriment & lacrymas videntibus, quod sint desertæ.

CAPUT IV.

†. 1. *Et apprehendent septem mulieres virum unum.* Tanta futura est virorum cædes in excidio Jerosolymæ sub Nabuchodonosor, aut postea per Romanos, ut multæ mulieres vix unum virum, cui nubant, invenire possint. *Invocetur nomen tuum super nos.* Ut dicamur tuæ uxores, & nomine tuo appellemur.

†. 2. *Erit germen Domini in magnificentia & gloria.* Christus scilicet, qui per Apostolos tot Ecclesias propagabit, germen Domini & fructus terræ appellatur, quod sit filius Dei & Virginis. *Germen Domini JEsus Christus, solus de mundissimo conceptus semine: quia etsi filius carnis Adæ, non tamen filius prævaricationis Adæ.* Bern. de Pentecost. serm. 2.

†. 3. *Sanctus vocabitur. Omnis, qui scriptus est in vita.* i. in libro vitæ. 70. In vitam. Chald. ad vitam æternam in Jerusalem, sc. qui perseveraverit in Ecclesia.

†. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion.* Aqua sordes carnis abluit. *Spiritu ardoris.* Igne amoris cor ipsum mundatur. Hieron. *Quod enim leve est, lavatur, quod gravius, exuritur.* Unde legit: *In spiritu combustionis.*

†. 5. *Et creabit Dominus -- nubem per diem.* Ecclesiæ idem præstabit & efficiet, quod olim cum Hebræis. *Protectio.* Supra omnes sanctos erit protectio divina multo efficacior, quam obumbratio exercitus Israëlitici, aut tabernaculi, quæ erant umbræ futurorum. *Abscondit me. Psalm.* 26. Ab æstu libidinum & ab hujus mundi procellis nos tuebitur.

†. 6. *Et tabernaculum.* i. Ecclesia *erit in umbraculum diei ab æstu &c.*

CAPUT V.

†. 1. *Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei.* Hoc carmen lugubre est, quo populi Judaici, quem vineæ similitudine designat, ingratum animum deflet. *Vineæ suæ.* In dativo casu ex hebr. & græc. Christum dilectum suum, & patruelem, seu consanguineum appellat, quod ex eadem stirpe regia uterque & Christus & Isaias esset oriundus. Christus eadem utitur parabola, & idem carmen vineæ suæ, Matth. 21. Luc. 20. commemorat. *In cornu.* In loco sublimi. *Filio olei.* Pagninus vertit post 70. in colle pingui & fertili: cornu etiam pro robore usurpari solet. *Filio olei.* In colle olivis consito. *Canticum patruelis.* Hebr. dilecti.

†. 2. *Et sepivit eam.* Lege divina, & custodia Angelorum. *Et ædificavit turrim.* Chald. Sanctuarium. *Et torcular.* Chald. altare *extruxit. Expectavit, ut faceret uvas.* Bonorum operum. *Et fecit labruscas.* i. peccata & mala opera.

3. Und nun, ihr Inwohner Jerusalems, und ihr Männer Juda, gebet ein Urtheil zwischen mir und meinem Weinberg.

4. Was habe ich meinem Weinberg mehr thun sollen, das ich ihm nicht gethan habe? wie hat er dann wilde Trauben hervorgebracht, da ich wartete, daß er gute Trauben hervorbringen sollte?

5. Und nun will ich euch anzeigen, was ich meinem Weinberg thun will. Seinen Zaun will ich hinwegnehmen, und er soll zum Raub werden: ich will seine Mauer niederreissen, und er soll zertretten werden.

6. Und ich will ihn wüste liegen lassen: man soll ihn weder schneiden noch graben, mit Disteln und Dörnern soll er verwachsen: so will ich auch den Wolken befehlen, daß sie nicht darauf regnen sollen.

7. Zwar der Weinberg des HErrn der Heerschaaren ist das Haus Israel: und seine liebliche Pflanzen sind die Männer Juda: und ich habe darauf gewartet, daß sie thäten, was Recht ist, und siehe, da war Unrecht; und daß sie die Gerechtigkeit thäten, und siehe, da war Geschrey.

II. 8. Wehe euch, die ihr ein Haus an das andere ziehet, und einen Acker nach dem andern an euch bringet bis zu den Gränzen hinan: wollet ihr dann allein mitten im Lande wohnen?

9. Diese Dinge sind in meinen Ohren, spricht der HErr der Heerschaaren: Was gilts, wo nicht viel Häuser wüste stehen, auch große und schöne Häuser unbewohnt bleiben.

10. Denn zehen Morgen * Weinbergs sollen nur einen Eymer geben, und dreyßig Scheffel ** Saamen sollen nur drey Scheffel *** geben. *Tagwerk **Metzen ***Metzen

11. Wehe euch, die ihr Morgens früh aufstehet, der Trunkenheit nachzugehen, und zu saufen bis auf den Abend, auf daß ihr vom Wein erhitzet.

12. Ihr habt Harpfen, Leyren, und Trummen, und Pfeifen, und Wein in euren Zechen *: und ihr sehet nicht auf das Werk des HErrn, und betrachtet auch nicht die Werke seiner Hände. *Mahlzeiten

13. Darum ist mein Volk gefänglich hinweggeführet, dieweil es keine Erkenntniß hatte, und seine Edle sind vor Hunger vergangen, und das gemeine Volk ist vor Durst verdorret.

14. Darum hat auch die Hölle ihre Seele * weit aufgesperret, und ihren Rachen aufgethan ohne alle Maaß: und seine Starken, auch das gemeine Volk, sammt den Hohen und Herrlichen, werden zu ihr hinunterfahren. *Mund

15. Der Mensch wird sich bücken, und der Mann wird sich niederbiegen müssen, und die Augen der Hoffärtigen sollen gedemüthiget werden.

16. Und der HErr der Heerschaaren wird im Gerichte erhöhet, und der heilige GOtt wird in der Gerechtigkeit geheiliget werden.

17. Und die Lämmer werden in ihrer Ordnung weiden, und die Einkömmlinge werden vom wüsten Lande essen, das fruchtbar worden ist.

III. 18. Wehe euch, die ihr das Unrecht mit Stricken der Eitelkeit ziehet, und die Sünde gleichwie mit Wagenseilen.

3. Nunc ergo habitatores Jerusalem, & viri Juda, judicate inter me & vineam meam.

4. Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectavi, ut faceret uvas, & fecit labruscas?

5. Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem.

6. Et ponam eam desertam: non putabitur, & non fodietur, & ascendent vepres & spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.

7. Vinea enim Domini exercituum, Domus Israel est: & vir Juda, germen ejus delectabile: & expectavi, ut faceret judicium, & ecce iniquitas; & justitiam, & ecce clamor.

II. 8. Væ, qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terræ?

9. In auribus meis sunt hæc, dicit Dominus exercituum: Nisi domus multæ desertæ fuerint, grandes & pulchræ, absque habitatore.

10. Decem enim jugera vinearum facient lagunculam unam, & triginta modii sementis facient modios tres.

11. Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis.

12. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis *b*. *b* Amos. 6. 6.

13. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus siti exaruit.

14. Propterea dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino: & descendent fortes ejus, & populus ejus, & sublimes glorioſique ejus ad eum.

15. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur.

16. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus sanctus sanctificabitur in justitia.

17. Et pascentur agni juxta ordinem suum, & deserta in ubertatem versa advenæ comedent.

III. 18. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum.

19. Qui

℣. 5. *Auferam sepem ejus.* Chald. Majestatem meam. Vel ut alii: disciplinam & Angelorum custodiam.

℣. 6. *Non putabitur.* Non resecabitur luxuriantis populi malitia. *Ascendent vepres & spinæ* sc. omnis generis peccata: majora per vepres, minora per spinas significantur. *Ne pluant imbrem.* Salutaris doctrinæ.

℣. 7. *Et ecce clamor* injustitiæ. Vel ut S. Hieron. *Clamorem pro justitia fecerunt; quia Christum interfecerunt, cujus sanguis clamat contra eos.*

℣. 8. *Usque ad terminum loci.* Quousque desit locus.

℣. 9. *In auribus meis sunt hæc.* Scelera & peccata clamant. *Nisi domus &c.* est formula jurandi hebræis usitata.

℣. 10. *Decem jugera vinearum facient lagunculam unam.* Hebr. *Bath.* Mensura liquidorum exigua.

℣. 12. *Et opus Domini non respicitis.* Non consideratis mala, quæ vobis imminent: vel ut Chald. Legem Domini negligitis, & pauperem deseritis.

℣. 13. *Captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam.* Quam Deus requirit etiam in populo, ut de Deo & Religione ea sentiat, & noverit, quæ ad bene vivendum sunt necessaria. *Nobiles interierunt fame, & multitudo siti exaruit.* Greg. supra Job. 1. *Nobiles non siti sed fame interisse asserit propheta: quia prælati eorum, dum totos se exteriori intelligentiæ dederant, quod de intimis discutiendo manducarent, non habebant: multitudo vero siti exaruit: quia dum vulgus vitæ suæ studium deserit, jam nec fluenta historiæ exquirit.*

℣. 14. *Propterea.* Quia nobiles interierunt fame, & multitudo siti: quia principalis non habuit scientiam debitam. *Dilatavit infernus animam* capacitatem *suam* ob turbam morientium, quæ est personæ fictio.

℣. 17. *Pascentur agni juxta ordinem suum.* Hebr. *Juxta caulas suas.* De Christianis id commode intelligitur. Hieron. Sept. Interpretes arguit, qui transtulerunt, *pascentur direpti quasi tauri:* pro *agnis* tauros posuerunt; cum textus hebræus apertus sit. Agni etiam pauperes intelligi possunt antea oppressi. *Et advenæ comedent*, id est, gentes ad fidem conversæ.

℣. 18. *Va, qui trahitis iniquitatem in funiculis.* Qui longam iniquitatis seriem & pœnarum ob res levissimas trahitis.

19. Qui dicitis: Festinet, & cito veniat opus ejus, ut videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud.

20. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

21. *c* Væ, qui sapientes estis in oculis, vestris, & coram vobismetipsis prudentes. *c Prov. 3. 7. Rom. 12. 16.*

22. Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.

23. Qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi auferetis ab eo.

24. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi favilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemaverunt,

25. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum: & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

26. Et elevabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet.

27. Non est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet: neque solvetur cingulum renum ejus, nec rumpetur corrigia calceamenti ejus.

28. Sagittæ ejus acutæ, & omnes arcus ejus extenti. Ungulæ equorum ejus ut silex, & rotæ ejus quasi impetus tempestatis.

29. Rugitus ejus ut leonis, rugiet ut catuli leonum: & frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & non erit, qui eruat.

30. Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terram, & ecce, tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine ejus.

19. Die ihr saget: Laßt sein Werk geschwind hergehen, und bald ankommen, daß wir es sehen: und laß den Rath des Heiligen in Israel herzunahen, und herkommen, so werden wir denselbigen wissen.

20. Wehe euch, die ihr das Böse gut, und das Gute bös heißet: die ihr Finsterniß für Licht, und Licht für Finsterniß haltet: die ihr bitter macht, was süß, und süß, was bitter ist.

21. Wehe euch, die ihr weise seyd in euren Augen, und verständig bey euch selbst.

22. Wehe euch, die ihr mächtig seyd Wein zu trinken, und starke Männer, miteinander euch vollzusaufen.

23. Die ihr um der Gaben willen dem Gottlosen Recht gebet, und dem Gerechten sein Recht abnehmet.

24. Darum, gleichwie die Zunge* des Feuers die Stoppeln verschlinget, und die Hitze der Flammen sie verbrennet: also wird ihre Wurzel wie Asche seyn, und ihr Gewächs wird wie ein Staub hinauffahren. Denn sie haben das Gesetz des HErrn der Heerschaaren verworfen, und das Wort des Heiligen in Israel gelästert, * Flamme

25. Derowegen ist der Zorn des HErrn über sein Volk ergrimmet, und hat seine Hand über dasselbige ausgestrecket, und hat es geschlagen: und die Berge haben sich beweget, und ihre todte Körper sind wie Koth worden mitten auf der Gasse. In diesem allem hat sich sein Grimm nicht abgewendet, sondern seine Hand ist noch ausgestrecket.

26. Und er wird fern unter den Heyden ein Panier* aufrichten, und wird dieselbe herbeylocken vom Ende der Erde: und siehe, er wird eilends und geschwind kommen. * Fahne oder Zeichen.

27. Keiner ist unter ihnen, der müde oder schwach sey: keiner schlummert oder schläft: keinem wird der Gürtel seiner Lenden aufgelöset, noch seine Schuhriemen zerbrochen werden.

28. Seine Pfeile sind scharf, und alle seine Bogen sind gespannet. Der Huf an den Füßen seiner Rosse ist wie Kieselstein, und seine Wagenräder wie ein stürmendes Ungewitter.

29. Sein Brüllen ist wie eines Löwen, und er wird brüllen wie die jungen Löwen: und er wird wüthen, und wird den Raub fest halten: und wird ihn umfahen, und wird keiner seyn, der ihn ausreisse.

30. An demselbigen Tage wird er über ihn braußen, wie das Meer braußet: wir werden das Land ansehen, und siehe, Finsterniß der Trübsal wird da seyn, das Licht wird durch sein finsteres Wesen verdunkelt werden.

CAPUT VI.

I. Isaias visa Domini majestate arguit se, quod tacuerit. 1. II. Mundatis labiis offert se ad prædicandum. 6. III. Prædicit excæcandum populum Judæ, sed & consolationem. 9.

† *Anno M. 3246. Ante Chr. 758.* 1. In anno, † quo mortuus est rex Ozias, *a* vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum: & ea, quæ sub ipso erant, *a 4. Reg. 15. 7.* replebant templum,

2. Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.

Das sechste Capitel.

I. Isaias siehet die Herrlichkeit GOttes. 1. II. Ein Seraphim berühret, und reiniget ihn mit einer glühenden Kohle. 6. III. Er wird geschickt, den Untergang des jüdischen Landes zu weißagen. 9.

1. In dem Jahre, da der König Ozias starb, sah ich den HErrn auf einem hohen und erhobenen Stuhle sitzen: und was unter ihm war, das erfüllte den Tempel.

2. Die Seraphim stunden über ihn: der eine hatte sechs Flügel, und der andere hatte auch sechs Flügel: mit zween bedeckten sie sein Angesicht, und mit zween bedeckten sie seine Füße, und mit zween flogen sie.

3. Und

℣. 19. *Qui dicitis* prophetæ. *Festinet.* Deus cito faciat, quæ minatur. *Et veniat consilium sancti Israel.* Dei. *Et sciemus illud.* Videre illud cupimus, ut sciamus, an verum sit.

℣. 20. *Væ, qui dicitis malum bonum &c.* Qui honesti & inhonesti limites & nomina confunditis. Vertit Aquila juxta Hieron. *Væ, qui dicunt malo, bonus es, & bono, malus es. Difficile hoc maledicto quis carere potest, cum & malis frequenter adulemur propter potentiam, & bonos despiciamus propter inopiam.* S. Hieron.

℣. 24. *Sicut devorat stipulam lingua* i. flamma, *ignis* &c. Hunc locum S. Hieron. de calamitate illata Judæis a Romanis sub Tito interpretatur. *Eloquium sancti Israel.* Evangelium abominati sunt.

℣. 25. *Extendit manum suam super eum.* Quod ultio divina omni tempore sit permansura. *Morticina eorum.* Tum enim teste Josepho plateæ & fossæ cadaveribus repletæ sunt.

℣. 26. *Elevabit signum in nationibus procul.* Vexillum eriget, & coget milites contra Judæos. Signo vel minimo eos convocabit, seu de Babyloniis, seu de Romanis interpretemur.

℣. 27. *Non est deficiens neque laborans in eo.* In exercitu hostium: vel potius Nabuchodonosor, aut Titus non fatiscet, paratus semper aderit.

CAPUT VI.

℣. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum.* Tribunal Deo erectum in templo, ut in Dei regia. *Quæ sub ipso erant.* Hebr. *Fimbriæ ejus*, seu oræ vestium. *Replebant templum.* Hebr. *Sanctum*; eam nempe templi partem, quæ dicitur Sanctum: non Sanctum Sanctorum. Sub specie Judicis Deus videtur.

℣. 2. *Seraphim stabant super* i. juxta *illud. Duabus* i. alis *velabant faciem ejus.* Vatablus, *suam*, ut coram Majestate divina omnino se absconderent. *Duabus volabant.* Parati ad exequenda jussa divina. Summa celeritate Angelorum ministeria fiunt. *Duabus velabant.* Futura judicia. Hieron. *Faciem enim & pedes ejus operiunt, quia & præterita ante mundum, & futura post mundum scire non possumus: sed media tantum, quæ in sex diebus facta sunt, contemplamur.*

3. Und sie riefen einer zum andern, und sprachen: Heilig, heilig, heilig ist der HErr, der GOtt der Heerschaaren, die ganze Welt ist seiner Herrlichkeit voll.

4. Und die Oberschwellen der Thürangel bewegten sich von der Stimme des Rufenden, und das Haus ward mit Rauch erfüllet.

5. Und ich sprach: Wehe mir, daß ich geschwiegen habe, denn ich bin ein Mann von befleckten Lippen: ich wohne auch mitten unter einem Volke, das befleckte Lippen * hat, und habe den König, den HErrn der Heerschaaren, mit meinen Augen gesehen.

* Lefen

II. 6. Da flog einer von den Seraphim zu mir, und hatte eine glüende Kohle in seiner Hand, die er mit einer Zange vom Altar genommen hatte.

7. Und er rührete meinen Mund an, und sprach: Siehe, das hat deine Lippen angerühret, und deine Ungerechtigkeit wird hinweggenommen, und deine Sünde ausgesöhnet werden.

8. Und ich hörte die Stimme des HErrn, der sprach: Wen soll ich senden? und wer soll uns hingehen? Da sprach ich: Siehe, hie bin ich, sende mich.

III. 9. Und er sprach: Gehe hin, und sage diesem Volke: Höret mit den Ohren, und verstehet es nicht: sehet das Gesicht, und erkennet es nicht.

10. Verblende das Herz dieses Volks, und verstopfe seine Ohren, und thue ihm die Augen zu: damit es vielleicht nicht sehe mit seinen Augen, und höre mit seinen Ohren, und verstehe es mit seinem Herzen, und sich bekehre, und ich es gesund mache.

11. Und ich sprach: Wie lange, o HErr? Und er sprach: Bis die Städte verwüstet werden, daß niemand darinnen wohne, und die Häuser ohne Menschen sind, und das Land wird wüste gelassen werden.

12. Und der HErr wird die Menschen weit hinweggeschaffen, und was übrig gelassen wird, das wird mitten in der Welt vermehret werden.

13. So wird noch der zehente Theil daraus genommen werden, und sich bekehren, und zeigen, wie Terebinthenbaum, und wie ein Eichbaum, der seine Zweige ausbreitet: was allda bestehen wird, das wird ein heiliger Saame seyn.

Das siebente Capitel.

I. Weissaget, daß sich die Syrer und Samariter der belagerten Stadt Jerusalem nicht bemächtigen werden. 7. II. Giebt dem König Achaz dessen ein Zeichen, daß nämlich eine Jungfrau gebähren werde. 14. III. Verkündiget den Untergang Israels durch die Aegyptier und Chaldäer. 17.

3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: *b* Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria ejus. *b Apoc. 4. 8.*

4. Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, & domus repleta est fumo.

5. Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum: & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.

II. 6. Et *a*volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.

7. Et tetigit os meum, & dixit: Ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

8. Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.

III. 9. Et dixit: Vade, & dices populo huic: *c* Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionem, & nolite cognoscere. *c Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.*

10. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava, & oculos ejus claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum.

11. Et dixi: Usquequo Domine? Et dixit: Donec desolentur civitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta.

12. Et longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur, quæ derelicta fuerat in medio terræ.

13. Et adhuc in ea decimatio, & convertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

CAPUT VII.

I. Obsessa a Syris & ab Israel Jerusalem, Isaias prophetat illos non prævalituros. 7. II. Dat impio Achaz signum liberationis virginem pariturum filium, cujus nomen Emmanuel. 14. III. Prædicit desertionem Israel & Judæ afflictionem ac solitudinem. 17.

1. Et

℣. 3. *Et clamabant alter ad alterum.* Invitando ad Dei laudem. *Plena est omnis terra gloria ejus.* Rebus Dei gloriam manifestantibus, & ad eum glorificandum excitantibus. Divino hoc cantico sanctissima Trinitas in unitate naturæ exprimitur, ex sanctorum Patrum unanimi consensu. Greg. L. 29. Moral. c. 38. *Ne unitatem Divinæ substantiæ scindere videretur, adjunxit* Dominus Deus exercituum, *quia ergo non domini Dii, sed Dominus Deus additur, unum existere, quem tertio sanctum vocaverat. Deum innuere voluit.*

℣. 5. *Væ mihi, quia tacui.* Quod populum libere non arguerim; quod cum sim propheta, functus non fuerim officio meo. *Pollutus.* Non ausus sum celebrare laudes Domini cum seraphinis. *Medio.* Quam periculosum sit cum peccatoribus vitam agere, ex hoc licet colligere. Hieron. *Et propterea labia habebat immunda, quia cum peccatore populo versabatur.*

℣. 6. *Et in manu ejus calculus.* i. pruna. Qui propius ad Deum accedunt, defectus suos acrius vident.

℣. 8. *Quem mittam?* En unitatem Dei loquentis. *Et quis ibit nobis?* Ecce pluralitatem personarum. *Ecce ego.* Sed antea mundatus fuerat ab Angelo, & ablata erat ejus iniquitas. Septuag. *Quis ibit ad populum istum?* potest quis cum modestia ad munus pastorale se offerre, modo ante purgatus sit divina gratia ab omni pravo affectu; non ut ditescat, aut præsit; sed ut prosit. Hinc Bernard. Epist. 42. *Aliud est ambire dignitatem humano affectu, aliud ardere desiderio bene merendi de plurimis.* Sic Greg. de cura pastorali: *Laudo, quod quæritis, sed prius discite, quid quæratis.*

℣. 9. *Audite audientes, & nolite intelligere.* Ex Hebr. *Audite:* sed non intelligetis, ut videtur Grotio. Alii aliter textum Hebraicum exponunt. Imperativum pro futuro usurpat more prophetico, ut in seq. versiculo.

℣. 10. *Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava.* Illi in scripturis peculiari quadam ratione excæcari, aut obdurari dicuntur, qui proposito sibi divinitus insigni aliquo lumine, aut præsidio salutis, occasione tanti boni fiunt pejores. Itaque effectum prædicationis suæ in animis Judæorum futurum prædicit, non facit. *Ne forte videat.* Hæc & alia prophetiæ per futurum tempus sunt exponenda. Matth. 13. *Audientes audietis &c.* Ex versione 70. hæc ad verbum desumpta sunt. Textum hebraicum duriorem & corruptum multi existimant: *Audite audiendo, & ne intelligatis, videte videndo, & ne cognoscatis.* Quod cum bonitate Dei vix conciliari potest; adeo, ut versio septuag. quæ Christi temporibus erat usitata, textui hebraico, qualem nunc habemus, videatur hoc in loco anteponenda: *Dic fore, ut excæcentur.*

℣. 11. *Usquequo Domine?* sc. irasceris? Hieron. *Quærit solicitus de populo suo: Usquequo Domine hæc sententia permanebit, ut audiens non audiat, & videns non videat?* Cui respondit Dominus: Tamdiu non audiet, & non videbit, & excæcatum cor habebit, donec civitates Judææ Vespasiano, Titoque pugnantibus subvertantur.

℣. 12. *Longe faciet Dominus homines.* Abductos in captivitatem. *Et multiplicabitur, quæ derelicta fuerat.* Donec intraverit plenitudo gentium, multiplicabitur; sed sub Adriano iterum imminuetur.

℣. 13. *Et adhuc in ea decimatio.* Quod sæpe evenit, idque imprimis sub Tito, & Adriano; ita, ut novem partibus absumptis, vix una remanserit. *Ostensionem.* In derisum. Sept. in deprædationem. *Ramos.* De mortuos. *Semen.* Sancti Apostoli & primi Christiani. Grotius de vastatione regionis ab exercitu Sennacherib, v. 12. & 13. interpretatur: nam hæc verba, & *multiplicabitur, quæ derelicta fuerat*, ex hebræo vertit: *Et augebitur vastitas in hac terra*, magis magisque increscet. *Et adhuc in ea decimatio.* Hebr. decima. Pars ferme decima, urbs nempe Jerosolyma immunis erit ab ea vastatione. Quamquam de captivitate Babylonica hæc commode intelligi possunt post 10. Regum sibi succedentium tempora.

1. Et factum est in diebus Achaz, filii Joathan, filii Oziæ, regis Juda, ascendit Rasin *a* rex Syriæ, & Phacee, filius Romeliæ, rex Israel in Jerusalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam.

a 4. *Reg. cap.* 14. & 16. & 2. *Paral.* 28. *Ann. M.* 3262. *Ante. Chr.* 742.

2. Et nuntiaverunt domui David, dicentes: Requievit Syria super Ephraim, & commotum est cor ejus, & cor populi ejus, sicut moventur ligna silvarum a facie venti.

3. Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri fullonis,

4. Et dices ad eum: Vide, ut sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin, regis Syriæ, & filii Romeliæ:

5. Eoquod consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romeliæ, dicens:

6. Ascendamus ad Judam, & suscitemus eum, & avellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio ejus filium Tabeel.

I. 7. Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit, & non erit istud:

8. Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus.

9. Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis.

** IN FESTO ANNUNCIAT. B. VIRG.*

10. * Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11. Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra.

12. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum.

13. Et dixit: Audite ergo Domus David: Numquid parum vobis est molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?

II. 14. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum: Ecce virgo *b* concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

b Matth. 1. 23.

1. Und es begab sich in den Tagen Achaz, des Sohns Joathan, des Sohns Ozia, des Königs Juda, daß Rasin, der König in Syrien, und Phacee, der Sohn Romeliä, der König Israel, heraufzogen gen Jerusalem, wider die Stadt zu streiten: und sie konnten sie nicht gewinnen.

2. Und sie ließen dem Hause Davids anzeigen, und sprachen: Die Syrier haben sich auf Ephraim gelehnet, da ist sein Herz, und seines Volks Herz bewegt worden, wie sich die Bäume im Walde vor dem Winde bewegen.

3. Und der HErr sprach zu Isaia: Gehe hinaus dem Achaz entgegen, du, und Jasub dein Sohn, der übrig geblieben ist, am Ende der Wasserröhren, des obern Teichs, auf dem Wege des Walkersacker,

4. Und sprich zu ihm: Siehe zu, daß du schweigest: und fürchte dich nicht, und dein Herz sey unerschrocken vor diesen beyden am Ende rauchenden Löschbränden, im grimmigen Zorn Rasin, des Königs in Syrien, und des Sohns Romeliä:

5. Darum, daß die Syrer und Ephraim mit dem Sohne Romeliä einen bösen Rath wider dich geschlossen haben, und gesagt:

6. Lasset uns zu Judä hinaufziehen, und ihn aufwecken, wir wollen ihn zu uns reissen, und den Sohn Tabeel darinnen zum Könige machen.

I. 7. Dieß sagt GOtt der HErr: Das soll nicht bestehen, und es soll nicht also seyn:

8. Sondern Damascus soll das Haupt in Syrien seyn, und Rasin soll das Haupt seyn zu Damasco: und es sind noch fünf und sechszig Jahre, darnach wird Ephraim aufhören, und kein Volk mehr seyn.

9. Und das Haupt Ephraim ist Samaria, und das Haupt zu Samaria ist der Sohn Romeliä. Wo ihr es nicht glaubet, so werdet ihr auch nicht bleiben.

10. Und der HErr redete noch weiter zu Achaz, und sprach:

11. Begehre dir ein Zeichen von dem HErrn deinem GOtt, es sey unten im Abgrunde der Hölle, oder droben in der Höhe.

12. Und Achaz sprach: Ich will es nicht begehren, und will den HErrn nicht versuchen.

13. Und er sprach: So höret ihr vom Hause David: Ists euch zu wenig, daß ihr den Menschen überlästig seyd, dieweil ihr auch meinem GOtt überlästig seyd?

II. 14. Darum wird euch der HErr selbst ein Zeichen geben: Siehe eine Jungfrau wird empfangen, und den Sohn gebähren, und sein Name wird Emmanuel genennet werden.

15. But-

CAPUT VII.

℣. 1. *Et factum est in diebus Achaz - ascendit Rasin* &c. *Et non potuerunt debellare* Jerusalem. Vid. 2. Paralip. 28. Propheta non hic loquitur de priore Judaici populi a regibus Syriæ & Israelis, sed de posteriore oppugnatione, quando junctis copiis obsederunt Jerusalem. *Et non potuerunt debellare eam.* Hæc per prolepsim dicta sunt.

℣. 2. *Requievit Syria super Ephraim.* i. Conspiravit Syria cum decem tribubus juncta.

℣. 3. *Egredere - tu & qui derelictus est Jasub filius tuus.* Jasub interpretatur *Conversio.* Voce prophetica sic dictus. Reliquiæ revertentur. Jubetur Isaias filium adducere, ut ex nominis fausto omine Achaz in spem erigatur. *In via agri fullonis.* Prope eam partem, ubi fullones habitant: quia ad opificium suum aquis multis indigebant.

℣. 4. *Vide, ut sileas.* Ut securo sis animo. *Fumigantium.* Ira & superbia regum Israel & Syriæ Caudas vocat extrema titionum ignita, eoquod in illis finitum sit regnum Syriæ, seu Damasci, & regnum Samariæ. Hieron.

℣. 6. *Ascendamus ad Judam, & suscitemus eum.* Bello lacessamus. *Avellamus eum.* Hebr. *Abscindamus eum.*

℣. 8. *Sed caput Syriæ Damascus erit.* Non Judæ, vel non stabit eorum consilium, non latius imperabit Rex Syriæ, quam nunc imperat, vel potius Damascus desinet esse caput Syriæ, & corruet uti Samaria. Impleta est hæc prophetia 4. Reg. 17. & 18. & 24. Anni 65. numerantur a prophetia Amos, anno 26. Oziæ, quam Isaias repetit. Existimat Grotius errorem irrepsisse in textum hebræum. Nam ab hoc tempore ad deportationem decem tribuum sub Salmanassar sunt anni sex & quinque, seu undecim, ex quibus duo pertinent ad ultima tempora Phaceæ Regis, novem ad tempora Oseæ itidem Regis decem tribuum. Hieron. Paulo aliter init hunc calculum: *Duodecimo anno Achaz filii Joathan in tribu Juda regnavit Osee super Samariam, & nono anno imperii sui captus est. Regnavit autem Achaz super Judam annis sexdecim, post cujus mortem septimo anno imperii sui obsessus, & nono captus est Osee.* Itaque Hebræi a prophetia Amos facta anno 26. Oziæ hunc numerum annorum 65. computant. Sub Assaradon Sennacheribi filio Anno. M. 3327. impleta est hæc prophetia, ubi novi coloni in Samaria collocati sunt. Etsi enim a Salmanasar maxima pars populi deportata fuerit, reipublicæ tamen aliqua facies adhuc retenta est. *Caput Syriæ Damascus.* Cyrillus supplendum existimat, *deficiet.* Samaria deficiet, ac demum Juda deficiet, nisi credideritis, vos a me posse liberari.

℣. 9. *Si non credideritis, non permanebitis.* In veritate, aut regno: sed conteremini; eodem enim tempore principes exercitus Assyriorum Manassem ceperunt 2. Paralip. 33. 11. *Non permanebitis.* Sept. *Non intelligetis.* Grotius sic vertit: an ideo non creditis, quia non confirmamini signo aliquo?

℣. 12. *Non tentabo Dominum.* Responsum sophisticum, cum jubente Domino, & justa ex causa, ut petat signum insolitum, propheta ab eo postulat; Deo diffisus ambibat opem Regis Assyriorum.

℣. 14. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Hoc loco movent Christianis litem Judæi, quod vox hebræa, *Alma*, adolescentulam, non virginem significet. Sed eos retundit Hieron. scribens in hunc locum. Quando dicitur: *Dabit Dominus vobis ipse signum*, novum debet esse atque mirabile. Sin autem juvencula, vel puella, ut

Judæi

15. Butter und Honig wird er essen, damit er wisse das Böse zu verwerfen, und das Gute zu erwählen.

16. Denn ehe das Kind weißt das Böse zu verwerfen, und das Gute zu erwählen, wird das Land, davon du ein Abscheu hast, von seinen beyden Königen verlassen seyn.

III. 17. Auch wird der HErr über dich, und über dein Volk, und über deines Vaters Haus die Tage kommen lassen, welche von den Tagen nicht gewesen sind, da Ephraim von Juda ist abgesöndert worden mit dem Könige von Assyrien.

18. Und es wird an dem Tage geschehen: Der HErr wird der Fliegen pfeifen, welche an den äußersten Gränzen der Ströme in Aegypten ist, und der Bienen im Lande Assur,

19. Und sie werden kommen, und werden sich alle miteinander niederlassen an den Bächen der Thäler, und in den Steinklüften, und in allen Hecken, und in allen Löchern.

20. An dem Tage wird der HErr das Haupt, und das Haar an den Füßen, und den ganzen Bart abscheeren, mit einem gedingten Scheermesser, nämlich mit denen, die über dem Flusse sind, und mit dem Könige von Assyrien.

21. Und es wird an dem Tage geschehen: Ein Mensch wird eine Kuhe von den Rindern halten, und zwey Schafe.

22. Und er wird vor Ueberfluß der Milch Butter essen: denn Butter und Honig werden sie alle zusammen essen, welche mitten im Lande übrig bleiben.

23. Es wird auch an dem Tage geschehen: An einem jeglichen Orte, da tausend Weinstöcke stehen, welche tausend Silberlinge werth sind, da werden Distel und Dornen wachsen.

24. Man wird mit Pfeilen und Bogen daselbst hineingehen: denn Distel und Dornen werden im ganzen Lande seyn.

25. Und alle Berge, die man mit dem Karst wird umhacken, werden sich für Distel und Dornen nichts zu fürchten haben, und das Land wird den Ochsen zur Weide seyn, und von dem Vieh betretten werden.

Das achte Capitel.

I. Isaiä wird befohlen, des Kindes Namen, so von der Junafrau soll geboren werden, aufzuzeichnen. 3. II. Drohet den Unglaubigen mit den Assyrern, welche doch bald sollen vergehen. 6. III. Warnet das Volk, nicht den Wahrsagern, sondern GOtt zu glauben. 19.

1. Und der HErr sprach zu mir: Nimm dir ein groß Buch, und schreibe darein mit eines Menschen Griffel: Nimm die Beute eilends hinweg, und raube geschwind.

15. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.

16. Quia antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu detestaris a facie duorum regum tuorum.

III. 17. Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui non venerunt a diebus separationis Ephraim a Juda cum rege Assyriorum.

18. Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur,

19. Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cavernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in universis foraminibus.

20. In die illa radet Dominus in novacula conducta in his, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam universam.

21. Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, & duas oves.

22. Et præ ubertate lactis comedet butyrum: butyrum enim, & mel manducabit omnis, qui relictus fuerit in medio terræ.

23. Et erit in die illa: Omnis locus, ubi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas, & in vepres erunt.

24. Cum sagittis, & arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spinæ erunt in universa terra.

25. Et omnes montes, qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum, & veprium, & erit in pascua bovis, & in conculcationem pecoris.

CAPUT VIII.

I. Jubetur Isaias in libro scribere nomen pueri nascituri. 3. II. Prædicit regna Israel & Syriæ destruenda, Judææ afflictionem & futuram a Deo liberationem. 6. III. Subjicit, quæ imminent mala recedentibus a lege. 19.

1. Et dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis: Velociter spolia detrahe, cito prædare.

Judæi volunt, & non Virgo pariat, quale signum poterit appellari? Addit hanc vocem, *Ama*, non solum puellam vel virginem, sed cum Epitasi virginem absconditam, quæ parentum diligentia sit custodita, significa e Hoc tamquam omnium miraculorum maximum promisit Deus iratus huic principi, ut insinuet se missurum filium, eumque salvaturum homines licet indignos, ex pura sua misericordia. Aquila primus hunc locum male vertit per adolescentulam, & loco futuri temporis, *concipiet*, ut habent Sept. & Matth. vertit: *concipit & parit*, ut faveat Judæis, qui hoc vaticinium de matre Ezechiæ perperam interpretantur. Alii de filio Isaiæ interpretantur, quem genuit ex prophetissa, cujus nomen reditum Judæorum futurum prophetice designat, & secum eum ducit Isaias, ut protectionis divinæ argumentum; sed is ad summum figura est Christi, qui ex B. Virgine nasciturus erat. Incredulo regi non datur signum præsens, sed futurum, ut Moysi, Exod. 3. v. 12. Hæc dicit Isaias anno 4. Achaz, cum Ezechias jam natus esset novem annos. Itaque parvulus ille non est Ezechias, nedum Jasub, qui jam natus erat.

℣. 15. *Butyrum & mel comedet.* Ut alii parvuli: sed divino lumine bonum a malo secernet, quod alii infantes non præstant. *Ut sciat.* Ita, ut sciat.

℣. 16. *Antequam sciat puer.* Hebr. Sane antequam nascatur. *Derelinquetur terra.* Duo regum tibi adversantium regna destruentur. *A facie duorum regum.* Terra, quam detestaris propter duos reges tibi infestos, sc. Syriæ & Israelis. 4. Reg. 16. 9.

℣. 17. *Adducet Dominus super te.* Dies ultionis, quales non venerunt, per Regem Assyriorum: tum quasi nubes muscarum copiæ hostiles irruent. Reliqua ad literam exponit Hieron. de iis, quæ evenerunt post excidium Jerosolymæ. Per muscas Ægyptios, per apes Assyrios, qui sagittis utebantur, designat. Isaias redit ad Achaz: nec tu immunis eris a gravi clade; celeritatem advenientium notat.

℣. 19. *Et requiescent omnes*, castra ponent *in torrentibus vallium.* Hebr. *In vallibus agri*, ut solent muscæ. *Et in cavernis petrarum*, ut solent apes, aut vespæ.

℣. 20. *In die illa radet Dominus -- caput.* i. Regem. *Et pilos pedum.* i. plebem. *Et barbam.* i. nobiles tollet.

℣. 21. *Nutriet homo vaccam.* In tanta vastitate vix homo dives vaccam unam habebit, & duas oves, quæ in tanta solitudine sufficient.

℣. 23. *Locus, ubi fuerint mille vites, mille argenteis.* Tam vilia erunt vineta, ut una vinea ematur uno siclo. *In spinas & vepres erunt.* Ob penuriam colentium.

℣. 24. *Cum sagittis & arcu ingredientur illuc.* Ob metum ferarum. At S. Greg. assurgens ad sensum Allegoricum, Moral. 19. c. 28. *Sancti Apostoli ad feriendam gentilis vitæ duritiem cum districtis verborum spiculis venerunt.*

℣. 25. *Et omnes montes fertiles, qui in sarculo sarrientur.* Qui sarculo purgari solebant, cum luca essent fertilissima; sepibus non munientur, sed ibi boves passim vagabuntur, ut in locis incultis.

CAPUT VIII.

℣. 1. *Scribe in eo libro stylo hominis.* Literis usitatis, majoribus, claris, & notabilibus. *Velociter spolia detrahe.* Dena nomen filii, quem daturus erat Isaiæ, quod longum erat, vult describi. Hebr. *Festina ad spolia.* Accelera ad prædam: quo quidem nomine significat se adducturum Regem Assyriorum. *Accelera*; in textu hebræo sunt propria nomina, quorum sensum expressit interpres. *Auferetur.* Opus Syriæ & spolia decem tribuum. Magnis literis nomen illud conscribitur, quod vers. 4. interpretatur, ut ab omnibus legi possit. Unde & adhibet duos testes nominis ita expositi, aut matrimonii, quod initurus erat. Uxor ejus concepit, & peperit filium, cui nomen prædictum imposuit. *Fortitudo.* Occiso Rege ejus Rasin. *Et Spolia Samariæ*, Phacee, Rege Israelitico

2. Et adhibui mihi testes fideles, Uriam sacerdotem, & Zachariam, filium Barachiæ:
I. 3. Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, accelera spolia detrahere, festina prædari.
4. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ, coram rege Assyriorum.
5. Et adjecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:
II. 6. Pro eo, quod abjecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ:
7. Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes, & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam ejus: & ascendet super omnes rivos ejus, & fluet super universas ripas ejus,
8. Et ibit per Judam, inundans, & transiens usque ad collum veniet. Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terræ tuæ, o Emmanuel!
9. Congregamini populi, & vincimini: & audite universæ procul terræ, confortamini & vincimini, accingite vos, & vincimini:
10. Inite consilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus.
11. Hæc enim ait Dominus ad me: sicut in manu forti erudivit me, ne irem in via populi hujus, dicens:
12. Non dicatis: Conjuratio: omnia enim, quæ loquitur populus iste, conjuratio est: & timorem ejus ne timeatis, neque paveatis:
13. Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pavor vester, & ipse terror vester.
14. Et erit vobis in sanctificationem. In
a Lat. 1. 34. Rom. 9. 32. 1. Petr. 2. 6. lapidem autem offensionis *a*, & in petram scandali, duabus domibus Israel; in laqueum, & in ruinam habitantibus Jerusalem.
15. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.
16. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.
17. Et expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam a domo Jacob, & præstolabor eum.

2. Und ich nahm getreue Zeugen zu mir, Uriam, den Priester, und Zachariam, den Sohn Barachiä:
I. 3. Ich kam auch zu der Prophetinn, und sie ward schwanger, und gebahr einen Sohn. Und der HErr sprach zu mir: Nenne seinen Namen, eile dich zu plündern, und sey geschwind, den Raub hinwegzunehmen.
4. Denn ehe das Kind seinen Vater, und seine Mutter nennen kann, wird die Stärke Damasci, und der Raub Samaria, vor dem Könige von Assyrien hinweggenommen werden.
5. Und der HErr redete noch ferner zu mir, und sprach:
II. 6. Darum, daß dieß Volk die Wasser Siloe verworfen hat, welche still daherfließen, und hat vielmehr den Rasin angenommen, und den Sohn Romeliä:
7. Siehe, darum wird der HErr viele, und starke Wasser des Flusses über sie herführen, den König von Assyrien, und alle seine Herrlichkeit: und er wird über alle seine Bäche heraufkommen, und über alle seine Ufer gehen,
8. Und er wird durch Judam ziehen, und wird alles überschwemmen, und wird im Durchzuge bis an den Hals kommen. Und seine Flügel werden sich ausstrecken, die Breite deines Landes, o Emmanuel! zu erfüllen.
9. Versammelt euch ihr Völker, und lasset euch überwinden: höret, die ihr weit hin in allen Landen seyd, stärket euch, und lasset euch überwinden, rüstet euch, und lasset euch überwinden:
10. Schließet einen Rath, und er soll zertrennet werden: redet ein Wort, und es wird nichts daraus: denn GOtt ist mit uns.
11. Denn dieß sagt der HErr zu mir: wie er mich dann mit starker Hand unterrichtet hat, daß ich auf dem Wege dieses Volkes nicht gehen sollte, und er sprach:
12. Ihr sollet nicht sagen: Bund: denn alles, was dieß Volk redet, das ist Bund: und fürchtet euch nicht vor seinem Schrecken, und seyd nicht zaghaftig:
13. Sondern heiliget den HErrn der Heerschaaren selbst: der sey eure Furcht, und der sey euer Schrecken.
14. Alsdann wird er euch zur Heiligung seyn. Aber zum Steine des Anstoßes, und zum Felsen der Aergerniß wird er zweyen Häusern in Israel seyn; zum Stricke und zum Falle denen, die zu Jerusalem wohnen.
15. Und sehr viele von ihnen werden anstoßen, und fallen, und sie sollen zerstoßen, und bestricket, und gefangen werden.
16. Binde das Zeugniß zu, und versiegle das Gesetz in meinen Jüngern.
17. Ich will aber auf den HErrn warten, der sein Angesicht vor dem Hause Jacobs verborgen hat, und will auf ihn harren.

18. Siehe,

& parte populi translatis Niniven. Quæ strages contigit anno 4. Regis Achaz per Teglathphalasar Regem Assyriæ, ex 4. Reg. 15. Hæc forte per visionem Isaiæ obvenerunt, eaque de Christo Allegorice, & principali sensu intelligi debent, qui fortem armatum spoliavit, & antequam vocaret Patrem & Matrem, vicit dæmones, gentiles convertit. Chrysost. hom. 2. in Matth. Magi adorantes Christum dicti sunt virtus Damasci, quia virtus cujuslibet provinciæ sunt sapientes illius.

℣. 6. *Pro eo, quod abjecit populus iste aquas Siloë.* Siloë fons est, qui ex radice montis Sion, ubi erat domus David, leniter fluens in piscinam Siloë delabitur. Cum duæ tribus defectionem a Rege suo molirentur, propheta prædicit fore, ut Rex Assyriorum eos sibi subiiciat, quos magni fluvii, seu Euphratis inundatione exprimit. Per aquas Siloë lente fluentes domum Davidis humanis viribus tenuem, sed Dei præsidio fretam intelligit, ut aquæ fluminis, seu Euphratis, Regem Assyriorum designant. *Assumpsit.* Regis Syriæ præsidium ambiit.

℣. 8. *Et erit extensio alarum ejus &c.* Regis Assyriorum super terram Israel & Juda copias suas expandentis. *Terræ.* Id est, Judææ, in qua tu Christe nasceris, & regnabis. *Veniet.* Sennacherib urbes Jerosolymæ vicinas capiet, quæ est caput regni. Hieron. *Et fit apostrophe ad Emmanuel, hoc est, ad præsentem Deum, quod in tantum se erexerit Assyrius, ut etiam terram ipsius Judam conatus sit possidere.*

℣. 9. *Congregamini populi & vincimini.* Tyrannos ipsos, qui Judæam vastaturi erant, exscindendos mox prædicit: vel congregamini Syriæ & Ephraim populi, & vincemini.

℣. 10. *Et non fiet: quia nobiscum Deus.* Vim nominis puero dati explicat: *Deus adjutor noster.*

℣. 11. *Sicut in manu forti erudivit me.* Chald. in fortitudine prophetiæ, i. cum mira virtute me erudiisset, hæc mihi dixit.

℣. 12. *Non dicatis: Conjuratio.* Conjuremus cum hostibus: ne igitur fiat conjuratio, populum admonet, neve hostium terrore percellatur: sed Deum unum sanctificet, & colat per timorem sanctum.

℣. 14. *Et erit vobis in sanctificationem.* Vos credentes in ipsum sanctificabit & servabit. Vatablus, in Sanctuarium, asyli loco: *Lapidem:* hunc lapidem esse Christum ipsum declarat Petrus Apostolus Epist. 1. cap. 2. quod Christi paupertas, atque humilitas eos offenderit. *Duabus domibus Israel.* Nempe decem tribuum & duarum tribuum. Si pietatem sequimini, Deus erit vobis in salutem; si impii esse vultis, erit in ruinam, & in lapidem offensionis duabus domibus Judæ, & Samariæ.

℣. 16. *Liga testimonium.* Claude hoc testimonium, quod tibi tradidi, o Isaia! cum videam illud contemni a populo Judaico. *Discipulis.* His patefacias, aliis occultes; credent posteri sub Emmanuele. Vox Hebræa non ubique legem, sed etiam doctrinam significat.

℣. 17. *Et*, id est, attamen *expectabo Dominum.* Jam loquitur Isaias, qui spem omnem non abjicit.

18. Siehe, hie bin ich, und meine Kinder, die mir der HErr gegeben hat, daß sie zum Zeichen seyn sollen, und zum Wunder in Israel vom HErrn der Heerschaaren, der auf dem Berge Sion wohnet.

III. 19. Wann sie nun zu euch sagen: Fraget von den Zauberern und Wahrsagern, die ein großes Geplerr machen in ihrem Zauberwerke: Soll nicht ein Volk von seinem GOtt Rath fragen, für die Lebendige von den Todten*? * Götzen.

20. Vielmehr soll man sich halten zum Gesetze, und zum Zeugnisse. Wo sie nach diesem Worte nicht reden, so werden sie das Morgenlicht nicht haben.

21. Und er wird durch das Land ziehen, und zu Boden fallen, und Hunger leiden: und wann ihn der Hunger plaget, so wird er zornig werden, und fluchen seinem Könige, und seinem GOtt, und wird aufwärts sehen.

22. Auch wird er die Erde anschauen, und siehe, da ist Trübsal und Finsterniß, und Ohnmacht, und Angst, und durchgehende Dunkelheit, und er wird aus seiner Angst nicht entfliehen können.

Das neunte Capitel.

I. Prophezeihet von Christi Geburt und Reiche: 6. II. Auch von der Erlösung Juda. 7. III. Drohet den Königen Israels und Syrien den Untergang wegen ihrer Laster. 11.

1. In der ersten Zeit ist das Land Zabulon, und das Land Nephthali erleichtert worden: und zum letzten ist der Weg am Meere beschweret worden, jenseit des Jordans in Galiläa, da die Heyden wohnen.

2. Das Volk, so in der Finsterniß wandelte, hat ein groß Licht gesehen: es ist ein Licht denjenigen aufgegangen, welche in der Landschaft wohnen, da der Schatten des Todes ist.

3. Du hast das Volk sehr gemehret, und hast die Freude nicht groß gemacht. Sie werden sich vor dir erfreuen, gleichwie man sich in der Ernte erfreuet, wie diejenigen frohlocken, welche den Sieg erhalten, und einen Raub bekommen haben, wann sie die Beute austheilen.

4. Denn das Joch seiner Bürde, und die Ruthe seiner Achseln, und das Scepter des Treibers über ihn, hast du überwunden, wie am Tage Madian.

5. Denn alle gewaltsame Beraubung mit Ungestüm, und ein Kleid, so mit Blut besprenget ist, wird man verbrennen, und es wird dem Feuer zur Speise seyn.

18. Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israël a Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

III. 19. Et cum dixerint ad vos: Quærite a pythonibus, & a divinis, qui stridٍent in incantationibus suis: Numquid non populus a Deo suo requiret, pro vivis a mortuis?

20. Ad legem magis, & ad testimonium. Quod si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.

21. Et transibit per eam, corruet, & esuriet: & cum esurierit, irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo, & suspiciet sursum.

22. Et ad terram intuebitur, & ecce, tribulatio, & tenebræ, dissolutio, & angustia, & caligo persequens, & non poterit avolare de angustia sua.

CAPUT IX.

I. Vaticinium de Christi nativitate & regno: 6. II. De liberatione Judæ a regibus Israel, & Syriæ. 7. III. De horum regnorum, ad Deum redire nolentium, eversione. 11.

1. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephthali: & novissimo aggravata est via maris trans Jordanem Galilææ Gentium.

2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

3. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando dividunt spolia.

4. Jugum enim oneris ejus, & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian.

5. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.

I. 6. PAR-

℣. 18. *Ecce ego & pueri mei.* Filii seu discipuli mei, qui nomine suo idem portendunt, quod volumen hoc continet, ipsi loquentur. Quæ omnia per allegoriam Christo & Apostolis apprime conveniunt: quæ enim doctrina ab iis est prædicata, Judæis visa est tamquam prodigium. Hieron. Puerorum nomine alios prophetas intelligit: *Unde*, inquit, *miror quemdam nostrorum pueros istos duos Isaiæ filios intelligere, quos de prophetissa genuit.*

℣. 19. *Cum dixerint* impii homines *ad vos: Quærite a pythonibus.* Cum ex me & filiis meis Dei voluntatem cognoscere possitis, non est, cur ad augures confugiatis, *qui stridٍent.* Hebr. *Mussitant.* An mortui consulendi pro vivis? voluntas Dei in lege ipsius quærenda est. Qui secus agunt, *non eis erit* &c.

℣. 20. *Quod si non dixerint juxta verbum hoc, non erit eis matutina lux.* Christi lumine non illustrabuntur. Si vobis persuaserint defectionem, divinis innixi & pythonibus, nolite credere: nam Deus ea consumet. Prosperitas lucis nomine, ut adversitas caliginis voce designatur. Vel si his non consenserint, si non studuerint facere juxta verbum hoc, *non erit eis* &c.

℣. 21. *Et transibit* quisque homo, vel populus *per eam* terram, & defectiones molietur. *Sursum.* Frustra cœlum suspiciens: nullum iis a Deo auxilium veniet. Textus latinus de omni populo in singulari numero loquitur, quasi de uno homine.

℣. 22. *Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio.* Nullum ab hominibus erit præsidium.

CAPUT IX.

℣. 1. *Primo tempore alleviata est terra.* Præteritum pro futuro. Hæc enim proprie ad Christum & ad Ecclesiam pertinent, ex Matth. c. 4. Hieron. Testimonium illud posuit juxta textum hæbræum: *Via maris trans Jordanem Galilea gentium.* 70. *Hoc primum bibe, velociter fac* &c. Hieron. Quia terra Zabulon & terra Nephthalim, prima videre Christi miracula dignata est, factum est, ut prima biberet fidei potionem, quæ prima viderat Dominum signa facientem. Et juxta hebraicum textum, primo tempore relevata esse dicitur onere peccatorum: quia in iis regionibus duarum tribuum primum Salvator Evangelium prædicavit. Novissimo autem tempore aggravata est fides eorum, pleris que Judæis in errore permanentibus. Alii duo hæc mala ab Assyriis illata designari volunt. Primum enim a Theglath-Phalasar levius afflicta est, tum prostrata sub Ezechia a Salmanasar. *Via maris trans Jordanem.* Nempe iis, qui ab Euphrate veniunt. *Galilææ gentium.* Seu convenarum, quam pene vacuam indigenis fecit Salmanasar.

℣. 2. *Populus, qui ambulat in tenebris* errorum, *vidit lucem magnam*, Evangelium. *Lux orta est eis*, Christi fides & gratia. Vel, Judæis miseriis oppressis magna lætitia obvenit per exterminationem Assyriorum.

℣. 3. *Multiplicasti gentem*, sc. fidelium, *sed non multiplicasti lætitiam*, Judæorum. *Lætabuntur.* Apostoli & discipuli Domini. Alii de exercitu Sennacherib interpretantur ad literam, qui ingentem exercitum paraverat, sed infelici exitu: hinc Judæi lætati sunt. 70. *Plurimam partem populi deduxisti in lætitia tua.*

℣. 4. *Jugum enim oneris ejus.* Jugum dæmonis & hujus Tyranni sceptrum confregisti, ut tempore Gedeonis, qui teste Greg. l. 30. in Job cap. 15. expressa Christi figura fuit. Vox enim tubarum Evangelii prædicationem: vasa fracta Martyrum corpora discerpta: lampas fulgorem miraculorum, quibus gentes ad Christum conversæ sunt, adumbrabant. Alii eum locum interpretantur de Assyriis & Jerosolyma, quæ depulit jugum Assyriorum, eaque ab obsidione gravissima est liberata, uti a solutione tributorum.

℣. 5. *Quia omnis violenta prædatio.* i. inique prædantes, *& vestimentum mistum sanguine.* i. persecutores fidelium justo Dei judicio igni æterno erunt pabulo. Hebr. *Omnis pugna bellantium cum strepitu & vestimentis obvolutis sanguine.* Hæc vero erit ut *pabulum, ignis ad combustionem.* Aliæ clades solent parari multo sanguine: hæc vero similis erit

I. 6. PARVULUS enim NATUS est nobis,& filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis.

II. 7. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in judicio & justitia, amodo, & usque in sempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

8. Verbum misit Dominus in Jacob, & cecidit in Israël.

9. Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia & magnitudine cordis dicentes:

10. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.

a 4. *Reg.* 16 9. III. 11. Et elevabit Dominus hostes Rasin *a* super eum, & inimicos ejus in tumultum vertet:

12. Syriam ab Oriente, & Philisthiim ab Occidente: & devorabunt Israël toto ore. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta:

13. Et populus non est reversus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.

14. Et disperdet Dominus ab Israël caput, & caudam, incurvantem & refrænantem, die una.

15. Longævus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda.

16. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes: & qui beatificantur, præcipitati.

17. Propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus: & pupillorum ejus, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est nequam, & universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

18. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in

I. 6. Denn ein kleines Kind ist uns gebohren, und ein Sohn ist uns gegeben, und seine Herrschaft ist auf seiner Achsel: und sein Name soll genennet werden, wunderbar, Rathgeber, GOtt, starker Held, Vater der künftigen Welt, und Fürst des Friedens.

II. 7. Seine Herrschaft wird sich vermehren, und des Friedens wird kein Ende seyn: auf dem Throne Davids, und in seinem Reiche wird er sitzen, damit er dasselbige bevestige, und stärke mit Gericht, und mit Gerechtigkeit, von nun an, und bis in Ewigkeit: der Eifer des HErrn der Heerschaaren wird das thun.

8. Der HErr hat ein Wort in Jacob gesandt, und es ist in Israel gefallen.

9. Und alles Volk Ephraim wird es erfahren, auch die zu Samaria wohnen, und in Hoffart und Uebermuth ihres Herzens sagen:

10. Ziegelsteine sind gefallen, aber wir wollen mit Quadersteinen wieder aufbauen: sie haben wilde Feigenbäume abgehauen, aber wir wollen Cederbäume an deren Statt setzen.

III. 11. Und der HErr wird die Feinde Rasin über ihn erheben, und seine Widersacher in Aufruhr setzen:

12. Die Syrer vom Aufgange, und die Philisthäer vom Niedergange: und sie werden Israel mit vollem Munde fressen. In diesem allem ist sein Grimm nicht abgewendet, sondern seine Hand ist noch ausgestrecket:

13. Das Volk ist auch zu dem nicht wieder gekehret, der sie geschlagen hat, und sie haben den HErrn der Heerschaaren nicht gesucht.

14. Und der HErr wird Haupt und Schwanz von Israel verderben, den, der bieget, und den, der zäumet, auf einen Tag.

15. Der Alte und Ansehnliche, der ist das Haupt: und ein Prophet, der Lügen lehret, ist der Schwanz.

16. Und die dieß Volk selig preisen, werden Verführer seyn: und die sich also selig preisen lassen, sollen heruntergestürzet werden.

17. Darum wird sich der HErr über ihre Jünglinge nicht erfreuen: er wird sich auch über ihre Wayfen und Wittwen nicht erbarmen: denn sie sind alle Heuchler und schalkhaftig, und alle Mäuler reden Thorheit. In diesem allem ist sein Grimm nicht abgewendet, sondern seine Hand ist noch ausgestrecket.

18. Denn das gottlose Wesen ist angezündet, wie ein Feuer, es wird Hecken und Dornen fressen: im dicken Walde

---

erit incendio subito consumenti. In sublimiori sensu, non allegorico tantum, sed etiam literali, totum hoc caput ad Christum pertinet; ut fatetur Grotius. In Christo, inquit, hæc, & quæ præcedunt, habent significationem multo ut angustiorem, ita & planiorem.

℣. 6. *Parvulus enim natus est nobis.* Sex illius nomina Christum manifesto, & illius dotes exprimunt. *Principatus*, crucem nimirum ut principatus sui insigne portavit. Aquila vertit: *Facta est mensura in humero ejus.* Idem Aquila sc. sustulit nomen, Θεὸς, ut filio Dei divinitatem detraheret. At S. Ambros. de obitu fratris: *In puero nomen ætatis est, in filio plenitudo divinitatis, factus ex Matre, natus ex Patre, idem tamen & natus & datus: non diversum sed unum putes: unus enim Dei filius & natus ex Patre, & ortus est ex Virgine.*

℣. 7. *Multiplicabitur ejus imperium.* Nullus erit ejus imperii finis. Hieron. ait: Septuag. Majestate nominum perterritos, non ausos esse dicere, quod puer iste sit Deus appellandus, & pro his tribus nominibus posuisse, quod in hebræo non habetur: *Magni consilii Angelus:* tametsi Eusebius L. 7. demonstrat. Evangelic. eadem in 70. legit nomina, quæ nos legimus, uti & Chrysost. *Multiplicabitur.* Per universum orbem diffundetur. *Confirmet.* Figura enim tum confirmatur, cum impletur, justo judicio roboratur.

℣. 8. *Verbum misit Dominus in Jacob, & cecidit in Israel.* Id omne, quod prædicit Isaias, evenit in Israel, terra illorum vastata est ab Assyriis. Septuag. verterant, *mortem misit:* legerunt, *deber*, quod mortem, pro *dabar*, quod verbum significat. Jam Isaias revertitur ad id, quod cœperat, & eversionem Syriæ & Samariæ prosequitur, ex Hieron. In allegorico sensu exponit S. Greg. moral. l. 2. c. 30. Jacob Judaicus populus, Israël gentilis est. Ad Jacob missum est verbum, sed in Israël cecidit, quia eum, quem ad se venientem respuit Judæus, hunc gentilis recepit.

℣. 10. *Lateres ceciderunt* &c. Superbiam Israëlitarum retundit propheta, quod in se confidentes ad Deum non se recipiant. *Immutabimus*, quasi dicerent Samaritani: nullius momenti damnum perpessi sumus. Sycomorus seu ficus Ægyptia fico similis, foliis mori, ut amplissima describitur a Plinio, fructus edit immaturos, eosque gerit in caudice.

℣. 11. *Et elevabit Dominus hostes Rasin.* Hostes Syriæ, nempe Assyrios. *Inimicos ejus.* Inimicos Ephraim. Hieron. *Ita ut contra Israel Syria ab Oriente, Philisthim, hoc est, Palæstina ab Occidente moveantur, & simul devorent Israelem.*

℣. 14. *Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam.* Fortes & debiles. *Incurvantem & refrænantem.* Quod de falsis prophetis ipse interpretatur Hieron. Hebr. *Ramum & truncum* fortem & infirmum; hanc eædem variis exprimit metaphoris. In altiori sensu exponit S. Ambros. in Psal. 118. dicens: *Disperdet Dominus ab Israel caput & caudam: hoc caput, quod Judæa tenebat, amisit, quæ Jesum Dominum non recepit. Ubi fides est, & initium & finem habemus: ubi perfidia, nec initium nec finis est. Ecclesiæ principium est primogenitus ex mortuis: habet & finem, quia ipse est primus & novissimus.*

℣. 16. *Et qui beatificantur*, erunt *præcipitati.* In mortem & exitium.

℣. 17. *Super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus.* Sed odio habebit. *Quia universum os locutum est stultitiam.* Hebr. verba plena sceleris.

℣. 18. *Veprem & spinam vorabit.* i. ignis calamitatis & inferni sic impios devorabit. Incendium late diffundetur, & plebem perdet, postquam doctrina in ipsis populi ducibus corrupta fuit. *Convolvetur.* Hebr. *Elevabunt se secundum elevationem fumi.* Instar fumi evanescent. *Vepres & saltus.* Plebs & proceres igne & fumo involventur. *Saltus* lignorum.

Walde wird es auch angezündet werden, und wird durch Hoffart des Rauches zusammenfallen.

19. Die Erde ist betrübet durch den Zorn des HErrn der Heerschaaren, und das Volk wird seyn wie eine Speise des Feuers: ein Mann wird seines Bruders nicht verschonen.

20. Und er wird zur Rechten abweichen, und Hunger leiden: zur Linken wird er essen, und doch nicht satt werden: ein jeglicher wird das Fleisch seines Arms fressen: Manasses wird Ephraim fressen, und Ephraim Manassen, und diese beede zugleich sind wider Juda.

21. In diesem allem ist sein Grimm nicht abgewendet, sondern seine Hand ist noch ausgestrecket.

Das zehente Capitel.

I. Schreyet über die, so Wittwen und Wayfen unterdrücken: 1. II. Wehe dem Assorischen Könige Sennacherib, der seiner Hoffart halben soll gedemüthiget werden. 5. III. Tröstet Israel, sie sollen sich nicht fürchten für Sennacherib, und verspricht gewisse Erlösung. 24.

1. Wehe denen, so ungerechte Satzungen machen, und die im Schreiben Ungerechtigkeit schreiben:

2. Damit sie die Armen im Gerichte unterdrücken, und die Sache der Elenden unter meinem Volke vergwaltigen: auf daß ihnen die Wittwen zur Beute werden, und sie die Wayfen berauben.

3. Was wollet ihr doch thun am Tage der Heimsuchung, und des Elendes, das von ferne heran kömmt? zu wessen Hülfe wollet ihr eure Zuflucht nehmen? und wo wollet ihr eure Herrlichkeit lassen?

4. Daß ihr euch nicht müsset unter dem Bande bücken, und mit den Erschlagenen dahin fallen? In diesem allem ist sein Grimm nicht abgewendet, sondern seine Hand ist noch ausgestrecket.

II. 5. Wehe dem Assur, er ist die Ruthe, und der Stab meines Grimmes, mein Zorn ist in seiner Hand.

6. Ich will ihn senden zu einem arglistigen Volke, und wider das Volk, darüber ich ergrimmet bin, will ich ihm Befehl geben, daß er den Raub hinwegnehme, und die Beute austheile, und daß er es übergebe, wie Koth auf der Gasse zu zertretten.

7. Er aber wird es nicht also meynen, und sein Herz wird es nicht also achten: sondern sein Herz wird gedenken gar zu verderben, und nicht wenig Völker aus dem Grunde zu vertilgen.

8. Denn er wird sagen:

9. Sind meine Fürsten nicht alle miteinander Könige? ist Calano nicht wie Charcamis? und Emath wie Arphad? ist Samaria nicht wie Damascus?

10. Wie meine Hand die Königreiche des Abgottes gefunden hat, also will ich auch ihre Götzen von Jerusalem und von Samaria hinwegnehmen.

11. Soll ich nicht mit Jerusalem, und ihren Götzen thun können, wie ich mit Samaria, und ihren Abgöttern gethan habe?

12. Und es wird an dem seyn: Wann der HErr nun alle seine Werke auf dem Berge Sion, und zu Jerusalem vollendet hat, alsdann will ich auch heimsuchen über die Frucht des hochmüthigen Herzen des Königs von Assyrien, und über die Herrlichkeit seiner hochsichtigen Augen.

13. Denn er hat gesagt: Ich habe es durch die Stärke meiner Hand ausgerichtet, und durch meine Weisheit

densitate saltus, & convolvetur superbia fumi.

19. In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet.

20. Et declinabit ad dextram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: unusquisque carnem brachii sui vorabit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Judam.

21. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

CAPUT X.

I. Væ condentibus leges iniquas in oppressionem pauperum & viduarum: 1. II. Regem Assur prædicit ob cordis arrogantiam humiliandum: & reliquias Israel ad Deum convertendas. 5. III. Consolatur Israel, ne timeat ab Assur. 24.

1. Væ, qui condunt leges iniquas, & scribentes, injustitiam scripserunt:

2. Ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.

3. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longe venientis? ad cujus confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam vestram?

4. Ne incurvemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

II. 5. Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.

6. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor ejus, & ad internecionem gentium non paucarum.

8. Dicet enim:

9. Numquid non principes mei simul reges sunt? numquid non ut Charcamis, sic Calano? & ut Arphad, sic Emath? numquid non ut Damascus, sic Samaria?

10. Quomodo invenit manus mea regna idoli, sic & simulacra eorum de Jerusalem, & de Samaria.

11. Numquid non sicut feci Samariæ & idolis ejus, sic faciam Jerusalem & simulacris ejus?

12. Et erit: Cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Jerusalem, visitabo super fructum magnifici cordis regis *a* Assur, & super gloriam altitudinis oculorum ejus. *a* 4. *Reg.* 19. 15.

13. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intelle- *Infr.* 37. 36.

xi:

℣. 20. *Unusquisque carnem brachii sui vorabit.* Proximis suis infestus erit. Nam quos Dei capit oblivio, hi propinquos suos facile deserunt.

CAPUT X.

℣. 1. *Væ qui -- scribentes, injustitiam scripserunt.* i. leges injustas, crudeles & improbas.

℣. 4. *Ne incurvemini sub vinculo.* i. captivitatis: aliter: *nisi quis se incurvaverit inter vinctos, aut inter occisos se abjecerit, non evadet.*

℣. 5. *Væ Assur.* Regi Sennacherib. Hieron. *Et per illum gentem sæviissimam, quæ inter me semper & idola claudicavit, & contra populum furoris mei ipsi præcipiam, ut spoliet eum, ut percutiat eum, & non interficiat: ipse autem modum iracundiæ meæ egressus est.*

℣. 9. *Numquid non ut Charcamis, sic Calano &c. sic Samaria* expugnabitur? quomodo cepi Charcamas, sic expugnatis Charcamis urbe Syriæ ad Euphratem, sic *Calano* cessit armis meis & imperio. Calano prope Babylonem, postea *Ctesiphon* dicta, regia Parthorum, ex Plinio l. 6. c. 25. *Et ut Arphad*, prope Damascum: sic *Emath* Antiochia postea dicta, vel Epiphania. Ad Judam suum convertit sermonem, ut capite nono contra duodecim tribus; simul & minatur Assyriis cladem: idque minatur versu 19. tam parvum fore eorum numerum, ut iniri possit a puero.

℣. 10. *Quomodo invenit manus mea regna idoli.* In quibus coluntur idola: quæ tueri non potuerunt dii regionum.

℣. 12. *Cum impleverit Dominus cuncta opera sua.* Propheta obsidionem urbis insinuat. *Fructum magnifici cordis.* Ferocem ejus animum.

xi: & abstuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes.

habe ich es verstanden: und ich habe die Marksteine der Völker hinweggenommen, und ihre Fürsten beraubet, und habe, wie ein Großmächtiger heruntergezogen die, so in der Höhe ihre Sitze hatten.

14. Et invenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur ova, quæ derelicta sunt, sic universam terram ego congregavi: & non fuit, qui moveret pennam, & aperiret os, & ganniret.

14. Und meine Hand hat das Vermögen der Völker wie ein Nest gefunden: und gleichwie man die Eyer sammelt, die verlassen sind, also habe ich das ganze Land zusammen gebracht: und es ist keiner gewesen, der hätte dürfen eine Feder bewegen, oder das Maul aufthun, und zischen.

15. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, a quo trahitur? quomodo si elevetur virga contra elevantem se, & exaltetur baculus, qui utique lignum est.

15. Wird sich die Axt auch rühmen wider den, der damit hauet? oder wird sich die Säge wider den erheben, der sie ziehet? als wenn sich die Ruthe wider den erhübe, der sie aufhebet, und sich erhöhen wollte ein Stecken, der ja freylich ein Holz ist.

16. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus ejus tenuitatem: & subtus gloriam ejus succensa ardebit quasi combustio ignis.

16. Darum wird der herrschende HErr der Heerschaaren unter seine Fette ein Abnehmen schicken: und es wird unter seiner Herrlichkeit ein Brand angehen wie ein angezündetes Feuer.

17. Et erit lumen Israel in igne, & Sanctus ejus in flamma: & succendetur, & devorabitur spina ejus, & vepres in die una.

17. Und das Licht Israel wird im Feuer seyn, und sein Heiliger in der Flamme: und sein Dorn und Disteln sollen angezündet, und in einem Tage verzehrt werden.

18. Et gloria saltus ejus, & Carmeli ejus, ab anima usque ad carnem consumetur, & erit terrore profugus.

18. Und die Herrlichkeit seines Waldes, und seines Carmels wird von der Seele bis zum Fleisch verzehret werden, und er wird aus Schrecken flüchtig seyn.

19. Et reliquiæ ligni saltus ejus præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos.

19. Und der übrigen Bäume seines Waldes werden so wenig seyn, daß man sie zählen wird, und ein Knabe wird sie aufschreiben.

20. Et erit in die illa: Non adjiciet residuum Israel, & hi, qui fugerint de domo Jacob, inniti super eo, qui percutit eos, sed innitetur super Dominum sanctum Israel in veritate.

20. Und es wird seyn an demselben Tage: Was von Israel übrig geblieben ist, und welche vom Hause Jacob entflohen, die werden sich hinfüro auf den nicht lehnen, der sie geschlagen hat, sondern sie werden sich auf den HErrn, den Heiligen Israel, in der Wahrheit lehnen.

21. Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem.

21. Die übrig geblieben sind, die werden sich bekehren, ja die Uebriggebliebenen von Jacob, zu dem starken GOtt.

b Infr. 11. 11. *Rom.* 9. 27.

22. *b* Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo: consummatio abbreviata inundabit justitiam.

22. Und wenn schon deines Volks Israel so viel würde, als des Sandes am Meere, so werden doch die, so davon übergeblieben, bekehret werden: die abgekürzte Vollendung wird die Gerechtigkeit im Ueberfluß herbeybringen.

23. Consummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

23. Denn der HErr, der GOtt der Heerschaaren, wird eine Vollendung und Abkürzung machen mitten auf dem ganzen Erdboden.

III. 24. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum: Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga percutiet te, & baculum suum levabit super te in via Ægypti.

III. 24. Darum sagt dieß der HErr, der GOtt der Heerschaaren: Fürchte dich nicht für Assur, mein Volk, die ihr in Sion wohnet: er wird dich mit der Ruthe schlagen, und wird seinen Stab über dich aufheben, auf die Weise, wie in Aegypten.

25. Adhuc enim paululum modicumque, & consummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum.

25. Denn es ist noch um eine gar kurze und geringe Zeit zu thun, daß mein Zorn und Grimm über ihre Laster wird erfüllet werden.

26. Und

℣. 14. *Sic universam terram ego congregavi.* Armis debellavi, & regno meo adjeci.

℣. 16. *Mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus* i. fortibus ejus *tenuitatem.* Chald. Plagam, ingentes exercitus ad paucos homines redigam. *Ardebit.* Consumam velut subjecto igne gloriam ejus, exercitum, quo gloriatur: quæ combustio accensa ardebit quasi ignis; ubi est quædam verborum transpositio, pro *quasi combustio succensa*, quasi rogus ardens. *Gloria ejus*, exercitus. Sed in sensu Allegorico meliora promittit Dominus. Ambros. de Spiritu sancto L. 1. c. 16. *Isaias significat non solum lucem, sed etiam ignem esse Spiritum sanctum: quia in tribus illis generibus propensius ejus majestatem advertimus: quoniam & sanctificare divinitatis est, & illuminare lucis, & ignis est proprium, & specie ignis videri, divinæ est consuetudinis.*

℣. 17. *Et erit lumen Israel in igne.* sc. Deus, velut ignis suos illuminans & defendens, sed hostes perdens. *Et devorabitur spina ejus* Sennacherib. *Et Vepres* exercitus *in die una* i. eodem tempore. De Angelo, qui percussit exercitum Sennacherib, videtur loqui.

℣. 18. *Gloria saltus ejus & Carmeli ejus.* Duces & principes exercitus, quem saltum vocat, quod armatus sylvam referat. *Carmelus* ob commentus abundantiam. *Ab anima usque ad carnem* i. omnino. *Carmelus* non semper est nomen proprium, sed interdum significat campos consitos, & feraces.

℣. 20. *Non adjiciet residuum Israel.* Quod reliquum supererit e populo Israel, & fuga salutem quæsierit, non amplius spem suam in tyranno, qui eos persequebatur, collocabit: sed innitetur super Dominum sanctum Israel, veritate promissorum ejus subnixus.

℣. 21. *Reliquiæ convertentur.* Apostolus juxta quosdam interpretes hunc locum exponit de paucis Judæis, qui ad Christum conversi Ecclesiæ fundamenta jecerunt. Juxta alios, perpauci qui se Jerosolymam recepturant. *Convertentur.* Redibunt in agros & in minora oppida. Hieron. *Et quia dixerat reliquias esse salvandas, transit ad posteriora tempora, & plenam salvationem dicit esse sub Christo.* Quod probat ex Apost. Rom. 9. *Ubi ergo tanti viri præcedit authoritas, cesset omnis alia interpretatio.*

℣. 22. *Consummatio abbreviata inundabit justitiam.* Hanc effundet in totum orbem. In unum Deum toti reclinare debemus, non in rationem ipsam ut Philosophi, non in sola opera ut Judæi, sed in fidem & gratiam Christi. Hinc Bernard. *Frustra niteris, quia non inniteris.* Græc. *Rationem conficiens, & contrahens:* sicut ubi rationes accepti & expensi computantur, sæpe parva est, quæ remanet summa, ita & pauci erunt reduces.

℣. 23. *Consummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet.* Septuag. & ex iis Apostolus vertunt, *verbum abbreviatum.* ad Rom. 9. v. 8. Alii: Ad paucos rediget populum suum; vel potius, Deus brevi tempore conversionem eorum perficiet: consummatio erit abbreviata. Sed probabilius videtur hæc de Judæis, qui in extremis temporibus convertentur ad fidem, intelligi oportere: *Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ convertentur.* Vel juxta Hieron. de Sennacherib loquitur revertente ex Ægypto.

℣. 24. *Et baculum suum levabit super te in via Ægypti.* Te, ut olim Ægyptios, tractabit.

℣. 25. *Et consummabitur indignatio.* i. cessabit ira & indignatio.

26. Und der HErr der Heerschaaren wird eine Geißel über ihn erwecken, nach der Plage, welche auf dem Felsen Oreb über Madian kam, und wird seine Ruthe über das Meer strecken, und wird sie aufheben auf die Weise, wie in Aegypten.

27. Und es wird an demselben Tage geschehen: Seine Last wird von deinen Achseln genommen werden, und sein Joch von deinem Halse, und das Joch wird für Oel verfaulen.

28. Er wird gen Ajath kommen, und wird hindurch ziehen gegen Magron: seine Geräthschaft wird er bey Machmas lassen.

29. Sie sind eilends hinübergezogen. Gaba ist unser Sitz: Rama hat sich entsetzt, Gabaath Sauls ist flüchtig worden.

30. Schreye überlaut mit deiner Stimme, du Tochter Gallim, merke auf Laisa, und du armes Anathoth.

31. Medemena ist davongezogen: seyd wohlgemuth, ihr Inwohner Gabim.

32. Es ist noch ein Tag, daß man zu Nobe wird bleiben: er wird seine Hand über den Berg der Tochter Sion regen, und über den Bühel Jerusalems.

33. Siehe, der herrschende HErr der Heerschaaren wird das Lägel mit Schrecken zerbrechen, und die zum hohen Stande aufgewachsen sind, sollen abgehauen werden, und die Hoffärtigen sollen gedemüthiget werden.

34. Und den dicken Wald wird man mit Eisen umhauen: und der Libanus wird mit den Höhen herunterfallen.

Das eilfte Capitel.

1. Weißaget, Christus werde wie eine Blume entspringen aus der Wurzel Jesse: 1. II. Sein Grab werde herrlich seyn: 10. III. Die Heyden, und übrige Juden werden bekehrt werden. 14.

1. Und es wird eine Ruthe aus der Wurzel Jesse hervorkommen, und eine Blume wird aus seiner Wurzel aufgehen.

2. Und der Geist des HErrn wird auf ihm ruhen, der Geist der Weisheit, und des Verstandes, der Geist des Raths, und der Stärke, der Geist der Wissenschaft, und der Gottseligkeit,

3. Und der Geist der Furcht des HErrn wird ihn erfüllen. Er wird nicht nach dem Ansehen der Augen urtheilen, noch strafen nach dem Gehöre der Ohren:

4. Sondern er wird die Armen in Gerechtigkeit richten, und für die Sanftmüthigen auf Erden wird er in Billigkeit strafen. Und er wird den Erdboden mit der Ruthe seines Mundes schlagen, und wird den Gottlosen tödten mit dem Geiste seiner Lippen.

5. Gerechtigkeit wird die Gürtel seiner Lenden seyn: und Glaube das Schurzband seiner Nieren.

26. *c* Et suscitabit super eum Dominus exercituum flagellum, *d* juxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam suam super mare, & levabit eam in via Ægypti. *c* Infr. 37. 36. *d* Jud. 7. 25.

27. Et erit in die illa: Auferetur onus ejus de humero tuo, & jugum ejus de collo tuo, & computrescet jugum a facie olei.

28. Veniet in Ajath, transibit in Magron: apud Machmas commendabit vasa sua.

29. Transierunt cursim. Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit.

30. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth.

31. Migravit Medemena: habitatores Gabim confortamini.

32. Adhuc dies est, ut in Nobe stetur: agitabit manum suam super montem filiæ Sion, collem Jerusalem.

33. Ecce, dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur.

34. Et subvertentur condensa saltus ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

CAPUT XI.

1. Vaticinium de Christi nativitate, judicio, exaltatione, & conversione gentium: 1. II. De gloria sepulchri ipsius: 10. III. De conversione reliquiarum Israel, ac fide gentium. 14.

1. Et * egredietur virga *a* de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. * FER. 6. QUAT. TEMP. ADVENT. *a* Matt. 13. 23. Infr. 53. 2.

2. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis,

3. Et replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum judicabit, neque secundum auditum aurium arguet:

4. Sed judicabit in justitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. *b* Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. *b* 2. Thess. 2. 8.

5. Et erit justitia cingulum lumborum ejus: & fides cinctorium renum ejus.

6. *c* Ha-

℣. 26. *Et suscitabit super eum.* Super Assyrios -- *virgam suam super mare.* Juxta virgam, qua sc. percussit Ægyptios in mari rubro.

℣. 27. *Et computrescet jugum a facie olei.* Hebr. Propter oleum. Hieron. Quod jugum, id est potentia Assyriorum, præ facie olei, id est, Dei misericordia computrescet. Possumus intelligere hoc, quod dixit: in virga percutiet te ... quod idcirco percusserit, quia non in Deo, sed in Ægypto habuerint fiduciam. *Et facie olei*, sic vertit Vatablus; præ pinguedine laxabitur, & solvetur jugum ejus. Jugum illud quod Assyrii Judææ imposuerant, computrescet: gratia Christi jugum concupiscentiæ consumit. S. Greg. Hom. 26. in Evangel. Computruit jugum a facie olei: quia dum gratia libertatis nos Dominus unxit, dæmoniacæ dominationis jugum putruit.

℣. 28. *Veniet in Ajath &c.* Describit iter Sennacherib venientis ex Ægypto, & nominat urbes, quas expugnaturus erat: quæ quidem urbes varia habent nomina. Ajath est ea Regio, ubi oppidum Hai fuerat. *Commendabit.* Sarcinas, sive impedimenta ibi reponet, quo sit expeditior.

℣. 29. *Transierunt cursim.* Hebr. *transierunt* vadum, Jordanis. *Gaba sedes nostra.* Ibi primo sub tecto quiescent.

℣. 30. *Hinni - filia Gallim.* Oppidum seu congregatio & populus Gallim clama, & vicinis civitatibus annuntia adventare hostes.

℣. 31. *Migravit* sc. fugiens *Medemena: habitatores Gabim confortamini.* Hebr. Congregarunt se ad fugam.

℣. 32. *Adhuc dies est.* Ante finem diei decrevit in Nobe stare. Unde conspici poterat Jerusalem. *Agitabit.* Minabitur illius incendium.

℣. 33. *Dominus exercituum confringet lagunculam.* Alludit ad lagunculas Gedeonis. Hebr. *Ramum istum*, Rabsacem, & *excelsæ arbores*, seu principes succidentur.

CAPUT XI.

℣. 1. *Egredietur virga de radice Jesse.* Consentiunt Rabbini hæc ad Messiam pertinere. In Christo & virga & flos intelligitur: virga propter regnum; flos, Hebr. virgultum, seu ramus florens propter sanctitatem; virgam Symmachus & Theodotio verterunt, *Germen;* tumque Beatissima Virgo per eam recte intelligitur, ut Christus per florem, qui nascitur per virgam, ex radice, seu ex stirpe David prodeuntem. Ambros. de Spiritu Sancto. c. 5. Radix Jesse patriarchæ, familia Judæorum, virga virgo Maria, flos Mariæ Christus, qui virginali ex utero germinavit, sicut ipse dixit: Ego flos campi & lilium convallium. Cant. 2.

℣. 2. *Et requiescet super eum spiritus Domini.* Septem dona Spiritus sancti hoc loco continentur: tametsi in Hebr. sunt tantum sex vocabula, sed unum ex iis bis repetitur: apud 70. & in nostro textu, priori loco spiritus pietatis nominatur, in Hebræo spiritus timoris Domini ponitur ultimo loco.

℣. 3. *Et replebit eum spiritus timoris.* Hebr. spiritus consolationis. Ipsius solatium in timore Domini, in maximis periculis Deo confidet. *Et non secundum visionem oculorum* juxta externam apparentiam *judicabit.*

℣. 4. *Percutiet terram virga oris sui.* Verbo veritatis inflexibili, quod cupiditates nostras frangit. *Interficiet impium.* Impietatem destruet.

c Infr. 65. 25.

6. *c* Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hœdo accubabit: vitulus & leo, & ovis simul morabuntur, & puer parvulus minabit eos.

7. Vitulus & ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas.

8. Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.

9. Non nocebunt, & non occident in universo monte sancto meo: quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientes.

d Rom. 15. 12.

II. 10. *d* In die illa, radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum.

11. Et erit in die illa: Adjiciet Dominus secundo manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Ægypto, & a Phetros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & a Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris.

12. Et levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Juda colliget a quatuor plagis terræ.

13. Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Juda peribunt: Ephraim non æmulabitur Judam, & Judas non pugnabit contra Ephraim.

e Vid. 4. Reg. 18. 8.

III. 14. Et volabunt in humeros Philisthiim *e* per mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filii Ammon obedientes erunt.

15. Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & levabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem rivis, ita, ut transeant per eum calceati.

16. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israeli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.

CAPUT XII.

I. Gratiarum act o pro liberatione & beneficiis Christi. 1.
II. Hortatur populum ad eadem recolendi. 4.

1. Et dices in die illa: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, & consolatus es me.

2. Ecce, Deus salvator meus, fiducialiter

6. Alsdann wird der Wolf bey dem Lamme wohnen: der Leopard und das Böcklein werden sich beyeinander lagern: ein Kalb und ein Löwe, und ein Schaf werden sich zusammen halten, und ein kleiner Knabe wird sie vor sich hertreiben.

7. Ein Kalb und ein Bär werden sich beyeinander weiden, und ihre Jungen werden beyeinander liegen: und der Löwe wird gleich einem Ochsen Spreu fressen.

8. Ein Säugling wird über dem Loch einer Natter spielen: und ein Kind, das von der Brust entwöhnt ist, wird in die Höle des Basilisken seine Hand stecken.

9. Sie werden nicht beschädigen, noch tödten auf meinem ganzen heiligen Berge: denn der Erdboden ist mit der Erkenntniß des HErrn erfüllet, als wenn er mit dem Wasser des Meers überschwemmet wäre.

II. 10. An demselben Tage werden die Heyden anbethen die Wurzel Jesse, denselben, der zum Zeichen der Völker stehet, und sein Grab wird herrlich seyn.

11. Und es wird geschehen an demselben Tage: Der HErr wird zum andernmal seine Hand anlegen, die übergebliebenen von seinem Volke in Besitz zu nehmen, was nämlich von Assur, und von Aegypten, und von Phetros, und Mohrenland, und von Aelam, und von Sennaar, und von Emath, und von den Inseln des Meers wird übrig bleiben.

12. Und er wird ein Panier* aufrichten unter den Völkern, und wird die Flüchtigen von Israel zusammenbringen, und die zerstreuten Juda von den vier Enden des Erdbodens versammeln.

*Zeichen

13. Und der Eifer Ephraim wird aufhören, und die Feinde Juda werden umkommen: Ephraim wird nicht eifern wider Juda, so wird auch Juda wider Ephraim nicht streiten.

III. 14. Und sie werden durch das Meer den Philisthäern auf die Achseln fliegen, und werden die Kinder vom Aufgange zugleich berauben: Edom und Moab werden ihnen zur Hand gehen, und die Kinder Ammon werden gehorsam seyn.

15. Und der HErr wird die Zunge des Meers Aegypti verwüsten, und wird seine Hand über den Fluß aufheben mit seinem starken Winde: und wird ihn in sieben Ströme schlagen, also, daß man mit Schuhen wird hindurchgehen.

16. Und es wird ein Weg seyn für mein übriges Volk, das die Assyrier verlassen werden: wie es mit Israel war an dem Tage, da er aus Aegyptenland herfürzog.

Das zwölfte Capitel.

I. Lobet und preiset GOtt wegen der Erlösung. 1. II. Ermuntert das Volk, dasselbige auch zu thun. 4.

1. An demselben Tage wirst du sagen: Ich will dir danken, o HErr! denn du bist zornig über mich gewesen: aber dein Grimm hat sich gewendet, und du hast mich getröstet.

2. Siehe, GOtt ist mein Heiland, ich will getrost handeln,

℣. 6. *Habitabit lupus cum agno.* Qui antea ut lupi pauperes ut agnos vorabant, post Evangelii lucem cum agnis una futuri sunt, & ipsi in agnos convertentur: feroces homines simul vivent cum mitibus.

℣. 8. *Et delectabitur infans ab ubere* &c. Per aspidem & regulum intelligitur diabolus, qui flatu suggestionis suæ multos necare solet. Per cavernas eorum intelligit corpora obsessorum, vel venenosa corda peccatorum, in quibus quasi in cavernis dæmones habitant. Sed Dominus manu virtutis suæ & prædicationis tam per se quam per Apostolos foras extraxit sine omni læsione, neque nocere poterunt *in monte Sancto* i. in Ecclesia.

℣. 9. *Repleta est terra scientia Domini.* Doctrina Christi.

℣. 10. *Radix Jesse, qui stat in signum populorum.* Origenes scribens in cap. 15. Epist. ad Rom. *Sciendum est*, inquit, *quod in omnibus pæne Apostolus editionem* 70. *Interpretum tenet*; idque ait ex occasione hujus loci: *Rursus Isaias* ait: *Erit radix Jesse, & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.* In Hebræo sic legitur: *Et erit in die illa radix Isai, quæ stabit in regnum populorum, illam gentes quærent.* Nemo est, qui versionem 70. hoc in loco Apostoli auctoritate firmatam non anteponat textui Hebræo, qualem nunc habemus. Prædicationis Evangelicæ effectus in primis fidelibus antea descripsit, nunc ad gentium conversionem progreditur. Hæ quidem ad glorioſum Crucis vexillum se recipient, a quatuor terræ plagis.

℣. 11. *Adjiciet Dominus secundo manum suam.* Prima vocatio fuit per Moysem, secunda per Christum, qui a diaboli servitute nos liberavit; vel Deus collegit primo dispersum populum sub Cyro; sed Christus ex omnibus terræ regionibus fideles congregabit. *Et a Phetros.* Phacerus est in Æthiopia. *Et ab Ælam.* Qui Medis sunt finitimi.

℣. 12. *Et levabit signum in nationes.* Signum Crucis. *Et congregabit profugos Israel.* Qui Deum & lucem ipsam veritatis fugiebant.

℣. 13. *Et auferetur zelus Ephraim.* Odium adversus Judam.

℣. 14. *Et volabunt in humeros Philisthiim.* Apostoli regiones omnes peragrantes prædabuntur animas, ad Christum eas adducent, & dæmonem spoliabunt. *Præceptum.* Horum legibus se subjicient.

℣. 15. *Desolabit Dominus linguam maris.* Isthmum inter mare Mediterraneum & Oceanum interjectum, vel mare ipsum rubrum instar linguæ porrectum. *Et rivis*, vel Euphratem, vel Nilum intellige. Hieron. *Sic ipse Dominus, qui in suis Apostolis ista perfecit, desolabit non mare juxta* 70. *sed juxta Hebræos linguam maris Ægypti, quæ prius contra Dominum blasphemabat.*

℣. 16. *Et erit via residuo populo meo.* Populus meus, qui ab idololatriæ inundatione ad me veniet, liber erit a superstitione, ut olim eduxi Patres eorum ab Ægypto.

CAPUT XII.

℣. 1. *Confitebor tibi Domine.* Gratias ago tibi, quod ante iratus jam placatus mihi, & castigatio in consolationem mutata sit.

℣. 2. *Ecce, Deus* ipse *Salvator meus.* sc. JEsus, *fiducialiter agam.* Chald. & 70. confidam in eo. *Quia fortitudo.* 70. Gloria *mea & laus mea Dominus.* Ipse laudis & carminis argumentum est.

handeln, und will mich nicht fürchten: denn der HErr ist meine Stärke, und mein Ruhm, und er ist mir zum Heil worden.

3. Ihr werdet mit Freuden Wasser schöpfen aus dem Brunnen des Heilands.

II. 4. Und ihr werdet sagen an demselben Tage: Lobet den HErrn, und rufet seinen Namen an: machet seine Anschläge * unter den Völkern bekannt: gedenket **, daß sein Name sehr hoch ist. * Erfindungen ** betrachtet

5. Singet dem HErrn, denn er hat herrlich gewirket: verkündiget das auf dem ganzen Erdboden.

6. Frohlocket, und jauchzet, die ihr zu Sion wohnet: denn der Heilige in Israel ist groß mitten unter euch.

Das dreyzehente Capitel.

I. GOtt erweckt die Meder und Persianer wider Babylon. 2. II. Erschrecklich wird seyn dero Verwüstung. 6. III. Soll zu Grund gehen, wie Sodoma. 19.

1. Die Last über Babylon, die Isaias der Sohn Amos gesehen hat.

I. 2. Richtet ein Panier auf auf dem dunkeln Berge, erhebet die Stimme, hebet die Hand auf, und lasset die Fürsten zu den Thoren hineinziehen.

3. Ich habe meinen Geheiligten Befehl gegeben, und meine Helden habe ich berufen in meinem Zorne, die sich in meiner Herrlichkeit hoch erfreuen.

4. Man höret die Stimme eines großen Haufen auf den Bergen, als wenn viele Völker beysammander wären: es ist eine Stimme des Getümmels der Könige und Völker, die sich zusammen gethan haben: der HErr der Heerschaaren hat dem Kriegsheere Befehl gegeben,

5. Sie kommen aus einem weit entlegenen Lande, vom äussersten Orte unter dem Himmel: der HErr kömmt, und die Werkzeuge seines Grimms, das ganze Land zu verderben.

II. 6. Heulet, denn der Tag des HErrn ist nahe herbey: er wird kommen, wie eine Verwüstung von HErrn.

7. Darum werden alle Hände kraftlos seyn, und aller Menschen Herz wird verzagen,

8. Und zermalmet werden. Angst und Wehe wird sie befangen: sie werden Schmerzen leiden, wie ein Weib in Kindesnöthen: ein jeglicher wird sich gegen seinem Nächsten entsetzen, ihre Angesichter werden seyn, als wenn sie verbrannt wären.

9. Siehe, der Tag des HErrn wird kommen, der grausame Tag, der voller Ungnade, und Zorn und Grimm ist, das Land in Verwüstung zu setzen, und die Sünder daraus zu vertilgen.

10. Denn die Sterne des Himmels mit ihrem Glanze werden ihr Licht nicht ausbreiten: die Sonne ist verfinstert in ihrem Aufgange, und der Mond wird sein Licht nicht scheinen lassen.

11. Und ich will heimsuchen die Bosheit des Erdbodens, und wider der Gottlosen Ungerechtigkeit: die Hoffart der Unglaubigen will ich niederlegen, und den Ueberfluß der Starken demüthigen.

agam, & non timebo: *a* quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. *a Exod. 15: 2. Psal. 117. 14.*

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris.

II. 4. Et dicetis in die illa: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: notas facite in populis adinventiones ejus: mementote, quoniam excelsum est nomen ejus.

5. Cantate Domino, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in universa terra.

6. Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

CAPUT XIII.

I. Medi excitantur contra Babylon. 2. II. Ingens ac truculenta Babylonis vastatio. 6. III. Peribit sicut Sodoma, allegorice sic peribit & mundus. 19.

1. Onus Babylonis, quod vidit Isaias, filius Amos.

I. 2. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, & ingrediantur portas duces.

3. Ego mandavi sanctificatis meis, & vocavi fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea.

4. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitùs regum, gentium congregatarum: Dominus exercituum præcepit militiæ belli,

5. Venientibus de terra procul, a summitate cœli: Dominus & vasa furoris ejus, ut disperdat omnem terram.

II. 6. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas a Domino veniet.

7. Propter hoc, omnes manus dissolventur, & omne cor hominis contabescet,

8. Et conteretur. Torsiones & dolores tenebunt: quasi parturiens, dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

9. Ecce, dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos de ea.

10. *a* Quoniam stellæ cœli, & splendor earum, non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. *a Ezech 32. 7. Joel. 2. 10. & 3. 15. Matth. 24. 29. Marc. 13. 14. Luc. 21. 25.*

11. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum: & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

℣. 3. *Haurietis aquas* salutaris doctrinæ & gratiæ *in gaudio de fontibus salvatoris.* Illam ex Evangeliis, & Apostolis, hanc ex ejus thesauris, meritis, vulneribus, sacramentis. In novo Testamento fideles gratiam ex Sacramentis novæ Legis percipiunt, atque ex eo loco recte colligitur Sacramenta, multiplicem gratiam velut vasa, aut fontes continere. Hieron. *Quem supra Emmanuel, deinde spolia detrahe, nunc vocat salvatorem, & ex ejus fontibus aquas prædicat hauriendas.* Omni bonorum genere fruemini.

℣. 6. *Exulta & lauda habitatio Sion.* Cœtus fidelium, Ecclesia sancta. Solemne erat Hebræis post insignem victoriam epinicium canere: quod fit Salvatori post expugnatam ejus victoriam.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Onus Babylonis* i. durum & triste vaticinium. Aquila ubique vocem Hebræam vertit visionem. *Verbum Hebraicum*, inquit Hieron. *vel onus, vel pondus intelligi potest, & ubicumque præpositum fuerit, minarum plena sunt, quæ dicuntur.* In hoc capite Propheta ultionem de Babyloniis per Cyri exercitum futuram describit.

℣. 2. *Super montem caliginosum levate signum.* Mons vocatur Babylon ob superbiam, & magnificentiam ædium, & turrium: *caliginosum*, ob nubilum cœlum, & solum paludosum. *Levate signum.* Militare vexillum.

℣. 3. *Ego mandavi sanctificatis meis.* Persis & Medis ad hoc bellum destinatis, & quasi consecratis. Hieron. *Ostendit, eos non suis viribus, sed Dei ira tam sublimis regni potentiam subvertisse. Exultantes in gloria mea* i. in victoriis, quas dedi eis.

℣. 4. *Vox sonitus regum* Cyri & Darii. *Dominus exercituum præcepit militiæ belli.* 70. genti bellicosæ.

℣. 5. *Venientibus - a summitate cœli.* Ab ultimis terræ plagis - *ut disperdat omnem terram* Totam provinciam. Hieron. *Idioma est enim sanctæ scripturæ, ut omnem terram illius significet Provinciæ, de qua sermo est.*

℣. 6. *Ululate, quia prope est dies Domini.* Iisdem pene verbis extremi judicii diem exprimit Christus Dominus; adeo ut Babylonis excidium conflagrationis mundi velut figura quædam hoc loco adumbrata videatur.

℣. 8. *Quasi parturiens dolebunt.* Moraliter tunc vellent parere bona opera: sed non poterunt, quia non erit virtus & tempus pariendi, seu merendi amplius

℣. 9. *Ecce dies Domini veniet, crudelis.* Quia impiis videtur sæva Dei justitia. 70. *Insanabilis.*

℣. 10. *Quoniam stellæ cœli - non expandent lumen suum.* Est hyperbole, qua Prophetæ solent extremas calamitates delineare, quod afflictis ob deliquium animi, & capitis vertiginem, omnia videantur tenebrescere.

12. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

13. Super hoc cœlum turbabo: & movebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris ejus.

14. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ovis: & non erit, qui congreget: unusquisque ad populum suum convertetur, & singuli ad terram suam fugient.

15. Omnis, qui inventus fuerit, occidetur, & omnis, qui supervenerit, cadet in gladio.

b *Psal.* 136. 9. 16. *b* Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur.

17. Ecce, ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint:

18. Sed sagittis parvulos interficient, & lactantibus uteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum.

III. 19. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, c *Genes.* 19. 24. inclyta superbia Chaldæorum, *c* sicut subvertit Dominus Sodomam & Gomorrham.

20. Non habitabitur usque in finem, & non fundabitur usque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi:

21. Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi:

22. Et respondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & Sirenes in delubris voluptatis.

CAPUT XIV.

I. Vaticinatur Judæorum liberationem: 5. II. Babyloniorum contritionem ob superbiam: 10. III. Pariter punientur Philisthæi calamitate Judæorum latantes. 28.

1. Prope est, ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Jacob, & eliget adhuc de Israël, & requiescere eos faciet super humum suam: adjungetur advena ad eos, & adhærebit domui Jacob.

2. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israël super terram Domini in servos, & ancillas: & erunt capientes eos, qui se ceperant, & subjicient exactores suos.

3. Et erit in die illa: Cum requiem dederit tibi Deus a labore tuo, & a concussione tua, & a servitute dura, qua ante servisti:

4. Sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessavit exactor? quievit tributum?

12. Ein Mann wird theurer seyn dann Gold, und ein Mensch wird das allerbeste Gold übertreffen.

13. Darüber will ich den Himmel bewegen: und die Erde soll sich von ihrer Statt heben, wegen der Ungnade des HErrn der Heerschaaren, und wegen des Tages seines grimmigen Zorns.

14. Und sie wird seyn, wie ein flüchtig Rehlein *, und wie ein Schaf: und wird keiner seyn, der sie versammelt: ein jeglicher wird sich zu seinem Volke wenden, und ein jeglicher wird zu seinem Lande fliehen. * Gems.

15. Wer gefunden wird, den wird man erwürgen, und wer dazu kömmt, der wird durchs Schwert fallen.

16. Ihre Kinder wird man vor ihren Augen zerschmettern: und ihre Häuser plündern, und ihre Weiber mit Gewalt schänden.

17. Siehe, ich will die Meder über sie aufwecken, die kein Silber suchen, noch Gold begehren:

18. Sondern sie werden die kleinen Kinder mit Pfeilen tödten, und sich der säugenden Leiber nicht erbarmen, und ihr Auge wird der Kinder nicht verschonen.

III. 19. Und Babylon, die herrliche Stadt unter den Königreichen, der hochberühmte Pracht der Chaldäer wird seyn, als da der HErr Sodoma und Gomorrha umkehrte.

20. Sie soll hinfüro nimmermehr bewohnet, noch wieder aufgebauet werden von einem Geschlechte zum andern: die Araber sollen ihre Hütten an dem Orte nicht aufschlagen, noch die Hirten allda ruhen:

21. Sondern die wilden Thiere sollen sich daselbst lagern, und ihre Häuser werden voller Drachen seyn: die Straußen werden allda wohnen, und die haarichten Waldmännlein werden allda tanzen:

22. Die Nachteulen werden allda antworten in ihren Häusern, und Meerwunder in ihren lustigen Pallästen.

Das vierzehente Capitel.

I. Prophezeihet den Juden die Erlösung aus der babylonischen Gefängniß: 5. II. Den Babyloniern den Untergang: 10. III. Und den Philisthäern ihre Niederlage. 28.

1. Es ist nahe daran, daß seine Zeit komme, und seine Tage werden nicht lange ausbleiben. Denn der HErr wird sich über Jacob erbarmen, und noch etliche von Israel erwählen, und wird dieselbige in ihrem Lande ruhen lassen: zu denen wird sich der Einkömmling gesellen, und wird dem Hause Jacobs anhangen.

2. Und die Völker werden sie halten, und zu ihrem Orte führen: und das Haus Israel wird sie im Lande des HErrn zum Eigenthume haben, zu Knechten und Mägden: und sie werden diejenigen fangen, von welchen sie zuvor gefangen waren, und werden über ihre Treiber herrschen.

3. Und es wird seyn an demselbigen Tage: Wann dir GOtt Ruhe geben wird von deiner Mühe, und von deinem Schrecken, und von der harten Dienstbarkeit, darinn du zuvor gedienet hast:

4. So wirst du dieß Sprichwort führen wider den König zu Babylon, und sagen: Wie hat der Treiber aufgehöret? wie ist der Tribut abkommen?

I. 5. Der

℣. 12. *Pretiosior* i. rarior *erit vir auro, & homo mundo obrizo.* Hebr. & Chald. auro Ophir; nam pene omnes excidentur a Medis: aut certe hi aurum non accipient, ut vitam, vel libertatem non eripiant. *Mundo obrizo.* Purissimo. vid. v. 17.

℣. 14. *Singuli ad terram suam fugient.* De copiis auxiliaribus loquitur, quæ ad suas regiones se recipient.

℣. 18. *Sagittis parvulos interficient.* Hebr. adolescentes, *& lactantibus uteris* i. matribus lactentibus *non miserebuntur.*

℣. 19. *Et erit Babylon - sicut subvertit Dominus Sodomam &c.* S. Hieron. *Audivimus, Babylonem; noluerunt intelligere, quod fuit, & quærimus audire, quod non fuit; & hæc dicimus, non quod tropologicam intelligentiam condemnemus, sed quod spiritualis interpretatio sequi debeat ordinem historiæ: quod plerique ignorantes lymphatici in Scripturis vagentur errore.*

℣. 20. *Non habitabitur usque in finem.* Non iterum instaurabitur: haud procul urbs alia fuit ædificata a Seleuco, Seleucia dicta. *Usque in finem.* Nunquam redibit ad pristinum statum; vel usque in finem, usque ad tempus a Deo constitutum.

℣. 21. *Sed -- habitabunt ibi struthiones & pilosi.* Chald. & 70. dæmones, qui ut Satyri specie hircorum in illis locis desertis apparebunt.

℣. 22. *Et respondebunt ibi ululæ.* Alternis canent nocturnæ aves. *Sirenes.* Chald. Dracones; 70. Ericii. Hieron. *Didicimus a quodam fratre Ælamita, qui de illis finibus egrediens Hierosolymis vitam exigit monachorum, venationes regis esse in Babylone, & omnes generis bestias murorum ejus tantum ambitu coërceri.*

CAPUT XIV.

℣. 1. *Prope est, ut veniat tempus ejus.* Chald. tempus interitus Babylonis.

℣. 2. *Et erunt capientes eos, qui se ceperant.* Multi Babylonii cum Judæis redierunt, qui se legi divinæ subjecerunt: sic ceperunt eos, a quibus capti fuerant. Sed proprie hæc de Ecclesia intelligi debent.

℣. 3. *Cum requiem dederit tibi Deus.* Mystice Ecclesiæ datur requies *a labore*, quo contra hæreticos pugnavit. *Et a concussione tua.* A tentatione, qua fideles percutiuntur ut triticum. *Et a servitute dura.* Falsi dogmatis aut peccati. Greg. *Quid in hac vita laboriosius, quam terrenis desideriis æstuare?*

I. 5. Der HErr hat den Stecken der Gottlosen, und die Ruthe der Herrschenden zerbrochen,

6. Welche die Völker im Zorne schlug mit unheilbaren Plagen, und die Heyden im Grimme unterthänig machte, und grausamlich verfolgete.

7. Da ist der ganze Erdboden ruhig und still worden, und hat sich mit Frohlocken erfreuet:

8. Ja die Tannen sammt den Cederbäumen des Libani haben sich über dich erfreuet: von der Zeit, da du bist entschlafen, wird niemand heraufkommen, der uns abhaue.

9. Die Hölle darunten hat sich entsetzet über deine Zukunft, sie hat dir die Riesen aufgeweckt. Alle Fürsten der Erde, und alle Obersten der Völker sind aufgestanden von ihren Stühlen.

II. 10. Sie werden alle sämmtlich antworten, und zu dir sagen: Du bist auch verwundet, wie wir, und bist uns gleich worden.

11. Dein Hochmuth ist zur Hölle hinabgezogen, und dein todter Leichnam ist dahin gefallen: Motten werden dein Lager seyn, und Würme werden dich bedecken.

12. Wie bist du vom Himmel herunter gefallen, du Morgenstern, der du Morgens früh aufgiengest? wie bist du auf die Erde gefallen, der du die Völker verwundetest?

13. Du sprachest in deinem Herzen: Ich will hinaufsteigen in den Himmel, und meinen Stuhl über die Sterne GOttes erhöhen, ich will mich auf den Berg des Bundes setzen, zur Seite gegen Mitternacht.

14. Ich will hinauffahren über die Höhe der Wolken, und will dem Allerhöchsten gleich seyn.

15. Aber du wirst zur Hölle hinuntergezogen werden, in die tiefe Grube:

16. Welche dich sehen werden, die werden sich zu dir neigen, und dich anschauen: Ist nicht dieß der Mann, der die Welt in Unruhe gesetzt, und die Königreiche erschüttert hat?

17. Der den Erdboden verwüstet, und seine Städte zerstöret hat, und seinen Gefangenen den Kerker nicht eröffnet?

18. Alle Könige der Völker sind sämmtlich mit Ehren entschlafen, ein jeglicher in seinem Hause.

19. Du aber bist von deinem Grabe verworfen, wie ein unnützer unreiner Zweig, und bist mit denen eingewickelt, welche mit dem Schwerte getödtet, und wie ein stinkendes Aas zum Grunde der Grube gefahren sind.

20. Du wirst mit ihnen keine Gemeinschaft haben, noch mit ihnen begraben werden: denn du hast dein Land verderbet, und dein Volk getödtet: der Saame der Bosshaftigen soll nicht ewiglich genennet werden.

21. Bereitet seine Kinder zum Tode um der Missethat willen ihrer Väter: sie werden nicht aufkommen, noch das Land ererben, noch den Erdboden mit Städten erfüllen.

22. Und ich will mich über sie aufmachen, spricht der HErr der Heerschaaren: und will den Namen Babylon vertilgen, und was davon übergeblieben, und sein Gewächs, und sein Geschlecht, spricht der HErr.

23. Ich will sie zur Wohnung des Igels, und zu Wassersümpfen machen, ich will sie mit dem Besen des Verderbens rein auskehren, spricht der HErr der Heerschaaren.

24. Es hat der HErr der Heerschaaren einen Eyd ge-

I. 5. Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium,

6. Cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subjicientem in furore gentes, persequentem crudeliter.

7. Conquievit, & siluit omnis terra, gavisa est, & exultavit:

8. Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani: ex quo dormisti, non ascendet, qui succidat nos.

9. Infernus subter conturbatus est in occursum adventus tui, suscitavit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de soliis suis, omnes principes nationum.

II. 10. Universi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es.

11. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum: super te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

12. Quomodo cecidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?

13. Qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam; super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.

14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.

15. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci:

16. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient: Numquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui concussit regna?

17. Qui posuit orbem desertum, & urbes ejus destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem?

18. Omnes reges gentium universi dormierunt in gloria, vir in domo sua.

19. Tu autem projectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obvolutus cum his, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadaver putridum.

20. Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum.

21. Præparate filios ejus occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis civitatum.

22. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.

23. Et ponam eam in possessionem ericii, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum.

24. Juravit Dominus exercituum, dicens: Si

℣. 5. *Contrivit Dominus baculum impiorum.* Secundum literam potentiam & tyrannidem Babyloniorum. Mystice mundi, carnis, & diaboli.

℣. 8. *Abietes quoque lætatæ sunt super te.* Per abietes & cedros Libani, principes gentium intelligit Hieron.

℣. 9. *Infernus subter conturbatus est.* Hieron. Hæc ἐμφατικῶς legenda sunt: *Gigantes;* alii vertunt *Mortui. Omnes principes terræ.* Est personæ fictæ o: sed ut ait Hieron *Spirituale supra statuendum ædificium Babylon*, hoc sæculum designat; princeps hujus mundi est Rex Babylonis, qui Lucifer appellatur v. 12. Hebr. filius auroræ. *Super astra exaltabo solium meum.* Hæc dæmoni apprime conveniunt; & illud v. 13. *Sedebo in monte testamenti.* Ecclesiam mihi subjiciam. Si de Rege Babylonis placet hæc intelligere, ille ut stella splendebat.

℣. 13. *In cœlum conscendam.* Superbia regis Babylonis superbiæ Luciferi comparatur. *Sedebo in monte testamenti.* Adorandus ut Deus, in templo testamenti Hierosolymis.

℣. 16. *Ad te inclinabuntur.* Casus diaboli describitur, & sub hoc velo Balthasaris ruina.

℣. 18. *Universi dormierunt in gloria.* Gloriose sepulti sunt. *Vir.* I. quilibet in domo sua suo in tumulo condetur.

℣. 19. *Tu autem projectus es de sepulchro tuo.* Sepultura carebis.

℣. 20. *Tu enim terram tuam.* 70. Terram meam, sc. Judæam *perdidisti. Non vocabitur in æternum semen pessimorum.* Stirps impiorum; nullus ex semine tuo regnaturus est. *Non vocabitur.* Erit in dedecore.

℣. 21. *Præparate filios ejus occisioni.* Nabuchodonosoris filios sc. Balthasar & Evilmerodach, qui imitati sunt patrem in peccatis. Mystice, *præparate filios* diaboli, nempe malas cogitationes, mala desideria, & mala opera ex diaboli suggestione nata. *Occisioni.* Pœnæ æternæ.

℣. 24. *Juravit Dominus exercituum.* Ex Hieron. revertitur ad præsentia; vel ad Sennacherib Regem Assyriorum, & longe post futuris vicina consociat, ut imminens auferatur metus.

Si non, ut putavi, ita erit, & quomodo mente tractavi,

25. Sic eveniet: Ut conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis jugum ejus, & onus illius ab humero eorum tolletur.

26. Hoc consilium, quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extenta super universas gentes.

27. Dominus enim exercituum decrevit: & quis poterit infirmare? & manus ejus extenta: & quis avertet eam?

† *Anno M. 3277. Ante Chr. 727.*

III. 28. In anno †, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud:

29. Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui; de radice enim colubri egredietur regulus, & semen ejus absorbens volucrem.

30. Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam.

31. Ulula porta, clama civitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est, qui effugiet agmen ejus.

32. Et quid respondebitur nuntiis gentis? Quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi ejus.

CAPUT XV.

I. Moabitarum ruinam prædicit: 2. II. Eis compatitur Propheta. 5.

1. Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar - Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

I. 2. Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab ululavit: *a* in cunctis capitibus ejus calvitium, & omnis barba radetur.

a Jerem. 48. 37. Ezech. 7. 18.

3. In triviis ejus accincti sunt sacco: super tecta ejus, & in plateis ejus omnis ululatus descendit in fletum.

4. Clamabit Hesebon, & Eleale, usque Jasa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab ululabunt, anima ejus ululabit sibi.

II. 5. Cor meum ad Moab clamabit: Vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem: per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis levabunt.

schworen, und gesagt: Wo es nicht also seyn soll, wie ich gedacht habe,

25. Und wo sich es nicht also zutragen soll, wie ich es in meinem Sinne erwogen habe: Daß ich nämlich den Assur in meinem Lande zerknirschen will, und ihn auf meinen Bergen zertretten: so wird sein Joch von ihnen abgenommen, und seine Last von ihren Achseln hinweggeschaffet werden.

26. Das ist der Rathschlag, den ich über das ganze Land bedacht habe, und dieß ist die ausgestreckte Hand über alle Völker.

27. Denn der HErr der Heerschaaren hat es beschlossen: und wer wird es dann können hindern? und seine Hand ist ausgestrecket: wer wird sie dann abwenden?

III. 28. Im Jahre, da der König Achaz starb, hat sich diese Last offenbaret:

29. Freue dich nicht, du ganze Landschaft der Philisthäer, daß die Ruthe desjenigen zerbrochen ist, der dich geschlagen hat: denn von der Wurzel der Schlange wird ein Basilisk herauskommen, und sein Saame wird den Vogel verschlingen.

30. Und die Erstgebohrnen der Armen sollen geweidet werden, und die Dürftigen sollen sicher ruhen: und ich will deine Wurzel mit Hunger verderben, und was von dir überbleibet, das will ich erwürgen.

31. Heule du Thor, und du Stadt, mache ein Geschrey: das ganze Land der Philisthäer ist zu Boden geschlagen: denn von Mitternacht wird ein Rauch kommen, und niemand wird seinem Heere entfliehen können.

32. Und was soll man den Bothen des Volkes für eine Antwort geben? Denn der HErr hat Sion gegründet, und die Armen seines Volkes werden sich auf ihn verlassen.

Das fünfzehente Capitel.

I. Zeiget den Moabitern ihren Untergang: II. Hat ein Mitleiden mit denselbigen. 5.

1. Die Last über Moab. Dieweil Ar in Moab bey der Nacht verwüstet ist, hat er sich still gehalten: dieweil die Mauer Moab bey der Nacht zerstöret ist, hat er sich still gehalten.

I. 2. Das Haus sammt denen zu Dibon sind hinaufgegangen auf die Höhe, über Nabo zu weinen, und über Medaba wird Moab heulen: alle ihre Häupter waren kahl, und alle Bärte waren abgeschoren.

3. Sie sind mit Säcken umgürtet auf ihren Straßen: auf ihren Dächern, und auf ihren Gassen ist nichts, dann Heulen, das auf Weinen ausgehet.

4. Hesebon wird rufen, und Eleale, man wird ihre Stimme bis gen Jasa hören: darüber werden die Ausgerüsteten aus Moab heulen, und ihre Seele wird bey ihr selbst heulen.

II. 5. Mein Herz wird zu Moab rufen: Ihre Riegel strecken sich bis gen Segor, die einer jungen Kuh gleich ist von drey Jahren: denn zu Luith wird man mit weinenden Augen hinaufgehen, und auf dem Wege gen Oronaim werden sie ein jämmerlich Geschrey erheben.

6. Denn

℣. 28. *Factum est onus istud.* 70 Verbum. Chald. Onus prophetiæ sc. alia prophetia de calamitate.

℣. 29. *De radice enim colubri egredietur regulus.* Hebr. Draco volans: proverbium, quo innuitur minori cladi majorem superventuram. Noli tibi placere ob mortem Oziæ, qui multas ceperat eorum urbes; vel potius Philisthæi mortuo Achaz populo Dei insultabant, quod maturo rege perdito, Ezechiæ juveni subjacerent. Cum tamen nullus regum Juda sic percusserit Philisthæos, ut Ezechias.

℣. 30. *Et pascentur primogeniti pauperum.* Pauperes & humiles populi mei nullius hostis impetum formidabunt.

℣. 31. *Ab Aquilone enim fumus veniet.* sc. molestus exercitus Ezechiæ ab Jerusalem veniet; vel potius veniet Sennacherib, & vastabit Philisthæos.

℣. 32. *Et quid respondebitur nuntiis gentis.* sc. Gentilibus de Christo quærentibus? *Quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi ejus.* 70. Per ipsum salvabuntur populi multi.

CAPUT XV.

℣. 1. *Onus Moab.* 70. verbum contra Moab. *Quia nocte vastata est Ar - Moab.* Ar Metropolis erat Moabitarum, quæ postea Areopolis dicta; alias urbes Moabitarum, seu Arabiæ Petrææ, ab Assyriis destruendas prædicit. Hoc vaticinium durat usque ad cap. 17. pertinet autem ad ea, quæ dicuntur 4. Reg. 17. & 18. de Salmanasare; qui comperta Oseæ conspiratione, primum Moabitarum agrum vastavit, deinde totum Israeliticum regnum pervasit circa An. 3280.

℣. 2. *Ascendit domus & Dibon ad excelsa.* Ascenderunt familiæ ad idolum Chamos, sed frustra: sic cap. 2. *In cunctis capitibus ejus calvitium.* Nam capita & barbam radebant in calamitatibus. Ad *Nabo.* In hac urbe idolum erat Chamos.

℣. 4. *Usque Jasa audita est vox eorum.* Jasa mari mortuo imminet, ubi est terminus provinciæ Moabitarum. ex Hieron. *Ululabunt.* Singuli privatum, & publicum damnum dolebunt, omnes suæ vitæ pertæsi.

℣. 5. *Cor meum ad Moab clamabit.* i. propter *Moab*, subaudi, *unusquisque dicet: Vectes ejus*, fortes milites, *usque ad Segor*, fugient ad extremos usque limites. *Vitulam conternantem.* Id est, trimam, sic forte scripsit interpres; quæ instar vitulæ trimæ fortis est: vel ut triennis vitulæ clamor. *Luith.* Est Ptolemæo Lusa, qua descendebatur Oronaim, quæ est Aurora Ptolemæi, ut videtur Grotio.

6. Denn die Wasser Nemrim sollen wüste werden: dieweil das Gras verdorret, und das Gewächs verwelket ist, und alles, was grün war, ist vergangen.

7. Nach der Größe ihrer Verwirkung wird auch ihre Heimsuchung seyn: sie werden sie zum Weydenbache führen.

8. Denn das Geschrey ist rings um die Gränzen Moab gegangen: sein Heulen ist bis gen Gallim gekommen, und sein Rufen bis zum Brunnen Elim.

9. Denn die Wasser Dibon sind voll Blutes: denn ich will über Dibon einen Zusatz thun; einen Löwen denen, die aus Moab entronnen, und im Lande übrig geblieben sind.

Das sechszehente Capitel.

I. Wünschet die Sendung Messiä: 1. II. Saget, Moab soll gedemüthiget werden, und beschreibet desselben Elend. 6.

1. HErr, sende das Lamm aus, das auf Erden herrschen soll, von dem Felsen in der Wüste zum Berge der Tochter Sion.

2. Und es wird geschehen: gleichwie ein Vogel entrinnet, und wie junge Vögel aus dem Neste hinwegfliegen, also werden die Töchter Moab seyn in der Ueberfahrt Arnon.

3. Gehe zu Rath, versammle die Rathsherren: mache denen Schatten im hellen Mittage wie die Nacht: verbirg die Flüchtigen, die Herumschwebenden verrathe nicht.

4. Meine Flüchtigen sollen bey dir wohnen: laß sie bey dir, o Moab! verborgen seyn vor dem Angesichte des Verderbers: denn der Staub hat ein Ende, mit dem elenden Menschen hat es ein Ende: der das Land zertretten hat, ist nicht mehr vorhanden.

5. Und es wird ein Stuhl in Barmherzigkeit bereitet werden, und der darauf in der Wahrheit sitzen wird im Tabernackel Davids, der wird richten, und Gerechtigkeit suchen, und bald vergelten, was die Gerechtigkeit fordert.

II. 6. Wir haben von der Hoffart Moab gehöret; er ist sehr stolz: sein Hoffart, und sein Uebermuth, und sein Zorn ist größer, dann sein Vermögen.

7. Darum wird Moab heulen gegen Moab, alles Volk wird heulen: die sich wegen ihrer Mauren von Ziegelsteinen erfreuen, denen kündiget ihre Strafe an.

8. Denn die Vorstädte zu Hesebon sind verwüstet, und die Herren der Völker haben die Weinberge zu Sabama ausgehauen: ihre Plagen sind bis gen Jazer gekommen: sie schwebten herum in der Wüste, ihre Reben sind verlassen, sie sind über das Meer geführet worden.

6. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

7. Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos.

8. Quoniam circuivit clamor terminum Moab: usque ad Gallim ululatus ejus, & usque ad puteum Elim clamor ejus.

9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta; his, qui fugerint de Moab, leonem, & reliquiis terræ.

CAPUT XVI.

I. Orat mitti agnum, Christum, de petra: 1. II. Moab ob arrogantiam humiliabitur, paucis relictis. 6.

1. Emitte agnum Domine, dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.

2. Et erit: sicut avis fugiens, & pulli de nido avolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon.

3. Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meridie: absconde fugientes, & vagos ne prodas.

4. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum a facie vastatoris: finitus est enim pulvis, consummatus est miser: defecit, qui conculcabat terram.

5. Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super illud in veritate in tabernaculo David, judicans, & quærens judicium, & velociter reddens, quod justum est.

II. 6. Audivimus *a* superbiam Moab; superbus est valde: superbia ejus, & arrogantia ejus, & indignatio ejus, plusquam fortitudo ejus. *a Jerem. 48. 29.*

7. Idcirco ululabit Moab ad Moab, universus ululabit: his, qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas.

8. Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sabama domini gentium exciderunt: flagella ejus usque ad Jazer pervenerunt: erraverunt in deserto, propagines ejus relictæ sunt, transierunt mare.

9. Super

℣. 6. *Aquæ enim Nemrim desertæ erunt.* Pascua aquis vicina; hoc oppidum, inquit Hieron. super mare mortuum, & salsis aquis, & propterea sterilibus.

℣. 7. *Secundum magnitudinem operis & visitatio eorum.* Punitio futura pro meritis. *Torrentem salicum*, Babylonis flumina intelligit. Hieron.

℣. 9. *Ponam enim super Dibon additamenta.* Plagis addam plagas. *Dibon* erat urbs Arabiæ Petrææ, indifferenter Dibon & Dimon, hoc oppidulum dicitur ex Hieron.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Emitte agnum Domine, dominatorem terræ.* Isaias ut Propheta loquitur, & desolationem Moabitarum describens, huic inserit Christi Domini adventum, qui ex Ruth Monbitide nasciturus erat: nam frequenter Propheta ad Christum digreditur, tum ad institutum sermonem se recipit. Hieron. *Omnis prophetia anigmatibus involvitur, & præcisis sententiis dum de alio loquitur, transit ad aliud.* Frustra Judæi hoc vaticinium de Rege Ezechia interpretantur, adeo ut Propheta suadeat Moabitis, ut 100000. agnorum tributum huic pendant. Non enim regibus Juda, sed regibus Israël subditi aliquando fuerant Monbitæ. Quare de agno, qui tollat peccatum mundi, qui toti orbi dominetur, loquitur Propheta. Petra deserti erat urbs Arabiæ, rupibus & præcipitiis undique vallata, ex Strabone Libro 16. Ex ea urbe Ruth avia David erat oriunda. Habebo solatium hoc. Egredietur de te agnus immaculatus de Petra deserti, hoc est de Ruth. Hieron. *Sublitteræ cortice, veri agni adventum postulat Propheta, dicens: Emitte agnum Domine, dominatorem terræ de Petra deserti.* Ruth Moabitis hoc Isaiæ vaticinium explet; nam Petra deserti est urbs regia, unde orta est Ruth, quæ morte mariti Maalon viduata nupsit Booz. *Ad montem filiæ Sion.* Id est Jerusalem, vel Ecclesiam.

℣. 2. *Et erit, sicut avis fugiens.* Per parenthesim de Christo venturo nunc redit ad eadem Moabitarum, fugam eorum indicat. Sensus is videtur Hieronymo: Cum posuero iis, qui fugerint de Moab, a reliquiis terræ Leonem sævissimum, tunc pavidi avolabunt, & omnes *filiæ*, id est, urbes, & villæ Provinciæ Moab, *in transcensu Arnon*, migrabunt, qui est terminus Moabitarum & Amorrhæorum. Quam citissime Moabitæ in Chaldæam sunt deportandi.

℣. 3. *Pone quasi noctem umbram tuam in meridie.* Ut consilium salutis inveniat in aperta fuga populi mei, tu quasi nox suscipe fugientes: æstui meridiano remedium est nox ipsa.

℣. 4. *Finitus est enim pulvis.* Vastator terræ instar pulveris cito consumetur, nec timeas impetum vastatoris. *Finitus est pulvis.* Hieron. „Hoc de primo Christi adventu intelligendum est & de secundo, cum finito Antichristi „ pulvere, & vastatore sublato, qui conculcabat universam terram, rex Christus adveniet, qui sedebit in tabernaculo David, & in die judicii cunctis reddet pro operibus suis.„

℣. 5. *Et præparabitur in misericordia solium.* Firmabitur solium regni Juda Ezechiæ regi justo, ejusque posteris: Christi adventum aperte promittit. *In veritate.* Nunc est misericordiæ tempus, sed postea sedebit in veritate. *Reddet.* Impios in momento condemnabit. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est.* Apocalyp. cap. ultimo.

℣. 6. *Audivimus superbiam Moab.* Frustra illis hæc damus monita.

℣. 7. *Loquimini plagas suas.* q. d. civitati muratæ prædicite plagas, quæ imminent.

℣. 8. *Flagella.* i. palmites & plantæ, seu cives ejus. *Usque ad Jazer pervenerunt* fugitivi, mare mortuum transierunt. *Propagines ejus relictæ sunt.* Hebr. Emissiones ejus extensæ sunt. Longe exulabunt.

9. Super hoc plorabo in fletu Jazer vineam Sabama: inebriabo te lacryma mea Hesebon, & Eleale: quoniam super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit.

10. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neque jubilabit. Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueverat: vocem calcantium abstuli.

11. Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris.

12. Et erit: cum apparuerit, quod laboravit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua, ut obsecret, & non valebit.

13. Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad Moab ex tunc.

14. Et nunc locutus est Dominus, dicens: In tribus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur parvus & modicus, nequaquam multus.

CAPUT XVII.

I. Vastatis Damascenis, & Israel vastabitur: 1. II. Reliquiæ ad Deum revertentur. 7.

1. Onus Damasci. Ecce, Damascus desinet esse civitas, & erit sicut acervus lapidum in ruina.

2. Derelictæ civitates Aroër gregibus erunt, & requiescent ibi, & non erit, qui exterreat.

3. Et cessabit adjutorium ab Ephraim, & regnum a Damasco: & reliquiæ Syriæ sicut gloria filiorum Israel erunt: dicit Dominus exercituum.

4. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis ejus marcescet.

5. Et erit sicut congregans in messe, quod restiterit, & brachium ejus spicas leget: & erit sicut quærens spicas in valle Raphaim.

6. Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum, vel trium olivarum in summitate rami, sive quatuor, aut quinque in cacuminibus ejus, fructus ejus: dicit Dominus Deus Israel.

II. 7. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi ejus ad sanctum Israel respicient.

8. Et non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus ejus: & quæ operati sunt digiti ejus, non respiciet, lucos & delubra.

9. In die illa, erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ sicut aratra, & segetes, quæ

9. Darüber, wie ich Jazer beweinet habe, will ich auch die Weinberge Sabama beklagen: ich will dich mit meinen Thränen trunken machen, o Hesebon und Eleale: denn über deinen Herbst, und über deine Ernte ist eine Stimme der Zertretter gefallen.

10. Die Freude, und das Frohlocken soll von Carmel hinweggenommen werden, und man wird in den Weinbergen nicht mehr fröhlich seyn, noch jauchzen. Der die Kälter pflegte zu tretten, der wird hinfüro den Wein auf der Kälter nicht austretten: ich habe die Stimme der Tretter hinweggenommen.

11. Darum wird mein Bauch über Moab wie eine Harpfe erklingen, und mein Eingeweide über die Mauren von Ziegelsteinen.

12. Und wann es nun offenbar wird, daß Moab auf seinen Höhen sich bemühet hat, so wird er zu seinem Heiligthum hineingehen zu bethen, und wird nichts nützen.

13. Dieß ist das Wort, das der HErr von der Zeit über Moab geredet hat.

14. Und nun hat der HErr geredt, und spricht: In dreyen Jahren, die gleich sind wie die Jahre eines Taglöhners, wird die Herrlichkeit von Moab hinweggenommen werden, die er in allem seinem großen Volke hat, und er wird klein und gering, und nicht in großer Anzahl übrig gelassen werden.

Das siebenzehente Capitel.

I. Weissaget die Zerstöhrung Damasci, und Israel: 1. II. Die Bekehrung der übrigen zu GOtt. 7.

1. Die Last über Damascum. Siehe, Damascus wird keine Stadt mehr seyn, sondern wird seyn wie ein Steinhaufen in der Verwüstung.

2. Die Städte Aroer sollen verlassen werden für das Vieh, und das wird allda ruhen, und wird niemand seyn, der es schrecke.

3. Und von Ephraim wird die Hülfe aufhören, und das Reich von Damasco: und die in Syrien übrig bleiben, werden seyn wie die Herrlichkeit der Kinder Israel: spricht der HErr der Heerschaaren.

4. An demselben Tage wird die Herrlichkeit Jacobs verringert werden, und sein fetter Leib wird vermagern.

5. Und er wird seyn, als wann einer in der Ernte sammelt, was überbleibt, und sein Arm wird die Aehren zusammen lesen: und er wird seyn wie einer, der Aehren suchet im Thale Raphaim.

6. Und es wird in demselben etwas übrig bleiben, gleichwie in der Nachlese, u. gleich als wann ein Oelbaum geschlagen wird, da noch oben an einem Zweige zwey oder drey Oliven, oder an den aufstehenden Aesten vier oder fünfe von seiner Frucht vorhanden sind: spricht der HErr, der GOtt Israel.

II. 7. An dem Tage wird sich der Mensch zu seinem Schöpfer neigen, und seine Augen werden auf den Heiligen Israel sehen.

8. Und er wird sich nicht neigen zu den Altären, die seine Hände gemacht haben: und was seine Finger zugerichtet haben, nämlich auf die Wald- und Götzentempel, wird er nicht umsehen.

9. An demselbigen Tage werden ihre veste Städte verlassen seyn, wie die Pflüge, und die Früchte auf dem Felde, so verlassen

---

℣. 9. *In fletu Jazer.* i. sicut flevi Jazer.

℣. 10. *Auferetur lætitia — de Carmelo.* i. de locis fertilibus.

℣. 11. *Et viscera mea.* sc. commoventur *ad murum cocti lateris.* Est nomen proprium civitatis, ut vers. 7. eaque a lateritiis muris nomen habet.

℣. 12. *Laboravit Moab super excelsis.* Frustra Moabitæ deos suos in Excelsis fatigarunt precibus suis.

℣. 13. *Hoc verbum, quod locutus est Dominus.* Quæ hactenus dixi, jam mihi revelaverat Dominus, sive temporis præfinitione.

℣. 14. *In tribus annis — auferetur gloria Moab.* Quod forte per triennium duratura esset eorum calamitas, vel post tres annos a capta Jerosolyma; vel denique nunc etiam tempus mihi revelavit, post tres annos, ex quo postrema hæc revelatio mihi facta est. *Quasi anni mercenarii.* Præcise numerati, ut solet fieri in locandis mercenariorum operibus.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Onus Damasci.* Excidium imminens Syriæ prædicit. *In ruina.* Post ruinam. Eversa est Damascus ab Assyriis vivente adhuc Achaz; capta fuerat a Theglathphalasar, vid. 4. Reg. c. 16. v. 9. sed excisa est a Salmanasar ob societatem, quam fecerat cum decem tribubus; hinc mala utrorumque propheta conjungit.

℣. 2. *Derelictæ civitates Aroër gregibus erunt.* Hieron. De myrica interpretatur, vulgo *bruyere*, quæ in solitudine nascitur, & post hæc vastitas demonstratur, inquit Hieron. *Et requiescent.* Greges in valle Raphaim, quæ ferax erat frumenti. Tam pauci remanebunt Damasci, quam solent post messores paucæ remanere spicæ in valle Raphaim.

℣. 7. *In die illa inclinabitur homo ad factorem suum.* Ad creatorem suum; idolis relictis convertetur ad Deum: quod factum est sub Ezechia 2. Paral. 30.

℣. 9. *Erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ.* Hæc loquitur non contra Damascum, sed contra decem tribus: quarum terra multo tempore manebit desolata. Aut certe de Syria & Israele hæc intelliguntur. Hieron.

verlassen worden vor dem Angesichte der Kinder Israel, und du wirst wüste seyn.

10. Dieweil du GOttes deines Heilands vergessen, und an deinen starken Helfer nicht gedacht hast, darum wirst du schöne Pflanzen setzen, und ein fremdes Gewächse säen.

11. An dem Tage, wann du pflanzest, wird es ein wilder Rebstock seyn, und dein Saame wird am Morgen blühen: aber die Ernte wird an dem Tage hinweggenommen, wann man zum Eigenthum einsammeln sollte, und das wird sehr wehe thun.

12. Wehe dem Haufen vieler Völker, die ein Getümmel machen, wie das rauschende Meer: und das Getümmel der Schaaren ist wie das Rauschen vieler Wasser.

13. Die Völker werden ein Getümmel machen, als wenn viele Wasser mit einem Rauschen einbrechen, und er wird ihn strafen, so wird er weit hinwegfliehen: und wird hingerissen werden wie der Staub auf den Bergen vor dem Winde, und wie ein Windwirbel von einem Ungewitter hingenommen wird.

14. Um die Abendstunde, siehe, so ist Schrecken da, und am Morgen wird er nicht bestehen: dieß ist derjenigen Theil, die uns verheeren, und das Loos der Leute, welche uns berauben.

Das achtzehente Capitel.

I. Verkündiget die Strafe über Mohrenland. 1. II. Tröstet die Juden, mit der Vorsage ihrer Wiederkunft nach Jerusalem. 7.

1. Wehe dem Lande, dem Cymbel der Flügel, das jenseits der Ströme ist, im Mohrenlande,

2. Der seine Gesandten ausschickt über das Meer, und in den Rohrschiffen auf den Wassern. Ihr Bothen gehet geschwinde hin zu dem zertrennten und zerrissenen Volke: zu dem erschrecklichen Volke, hinter welchem kein anderes Volk ist: zu einem wartenden und zertrettenen Volke, dessen Land die Wasserströme verflößet haben.

3. Alle, die ihr auf dem Erdboden wohnet, und euch aufhaltet im Lande, ihr werdet sehen, wann auf den Bergen das Panier aufgerichtet wird, ihr werdet auch den Klang der Posaunen hören.

4. Denn dieß sagt der HErr zu mir: Ich will still halten, und an meinem Orte zusehen, gleichwie das Licht im Mittag klar ist, und wie eine Thauwolke zur Erntezeit.

5. Denn er hat vor der Ernte ganz ausgeblühet: und die unzeitige Frucht wird hervorbrechen, so wird man seine Stengel mit Sicheln abschneiden: und was übrig bleiben wird, das wird abgeschnitten, und ausgeschlagen werden.

6. Und sie werden zugleich den Vögeln auf den Bergen, und den Thieren auf dem Felde gelassen werden: und den ganzen Sommer werden Vögel darüber seyn, und alle Thiere im Lande werden den Winter darüber zubringen.

derelictæ sunt a facie filiorum Israel, & eris deserta.

10. Quia oblita es Dei Salvatoris tui, & fortis adjutoris tui non es recordata, propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.

11. In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit graviter.

12. Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum.

13. Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul: & rapietur sicut pulvis montium a facie venti, & sicut turbo coram tempestate.

14. In tempore vespere, & ecce turbatio, in matutino, & non subsistet: hæc est pars eorum, qui vastaverunt nos, & sors diripientium nos.

CAPUT XVIII.

I. Prædicit cladem Æthiopum, per Sennacherib. 1. II. Sed posteri Æthiopum ad Deum convertentur, ut Israel. 7.

1. Væ terræ, cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ,

2. Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem convulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quem non est alius: ad gentem expectantem & conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus.

3. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cum elevatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis.

4. Quia hæc dicit Dominus ad me: Quiescam, & considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis.

5. Ante messem enim totus effloruit: & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi ejus falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindentur, & excutientur.

6. Et relinquentur simul avibus montium, & bestiis terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hyemabunt.

℣. 10. *Plantabis plantationem fidelem, & germen alienum seminabis.* Hieron. Hic agnoscit ironiam, vel potius, licet plantas fideles ponas, tibi tamen non ferent uberes fructus, sed hostibus.

℣. 11. *Ablata est messis in die hæreditatis.* Cum tempus messis advenerit.

℣. 13. *Increpabit eum.* 70. Exterminabit Deus Sennacherib. *Et rapietur sicut pulvis montium - & sicut turbo.* Chald. rota. 70. pulvis rotæ coram tempestate. Dionys. ait: Hoc de omnibus Ecclesiam persequentibus intelligi potest. *Et increpabit eum* i. populum, sc. Christus eos condemnabit, & fugient procul, sed non effugient.

℣. 14. *In tempore vespere* &c. Vespere & mane brevissimo tempore - *& non subsistet,* fortuna mutabitur. *Hæc est pars eorum, qui vastaverunt nos.* Cœtum fidelium, populum & Ecclesiam Dei.

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Væ terræ, cymbalo alarum.* Videtur alia regio indicari quam Ægyptus, de qua sequenti capite. *Cymbalo alarum.* Quidam hæc verba exponunt de navibus alatis, seu velis instructis: ex Hebr. verti potest, inumbranti alis; vel potius. *Væ terræ,* umbræ alarum, cujus extremæ partes montibus obumbrantur. *Æthiopiæ.* Ultra Ægyptum, quam alluunt flumina, seu Nili ostia: Nilus vero per Æthiopiam delabitur in Ægyptum; vel quæ est ad flumina Æthiopiæ; nam vox Hebræa sæpe *ad* significat. Hieron. Mystice S. Hieron. intelligit de hæreticis. *Cymbalo alarum:* qui mittunt nuntios per universum orbem portantes volumina falsorum dogmatum, qui cymbalo comparantur: quia aliis prædicando seipsos consumunt, & damnant: juxta illud: *Si linguis hominum loquar &c. charitatem autem non habuero, factus sum velut cymbalum tinniens.*

℣. 2. *Qui mittit in mare legatos.* Qui Rex Æthiopiæ per mare Arabicum mittit legatos ad bellum indicendum Assyriis. Ægyptii cymbas parabant ex papyro, seu junco, aut scirpo, eæque oblitæ erant pice. Papyrus est frutex, aut junci genus. *Expectantem.* In Hebr. vox illa duplicatur, id est, anxie expectantem adventum Assyriorum. *Alius.* Qui sit in extremis terræ finibus. Alii hæc de Æthiopibus intelligunt, ad quos Ægyptii miserunt legatos. Qui auxilium postularent. Mystice *ad populum terribilem* blasphemis. *Post quem non est alius,* seu cui non est similis alius; *quia* ut S. Hieron. ait: *Omne peccatum comparatum blasphemiæ, levius est.*

℣. 4. *Quiescam.* Chald. *quiescere faciam* populum meum. *Sicut meridiana lux clara est.* Et serenitas post imbres desiderabilis.

℣. 5. *Ante messem enim totus effloruit.* Intempestiva luxuria totus effloruit, & fructus non tulit, ut accidit arboribus: sic propera fuit Æthiopum gloriatio. *Ramusculi.* Assyriorum furor juvenes demetet; spes Æthiopum ante eventum conciderunt.

II. 7. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum a populo divulso, & dilacerato: a populo terribili, post quem non fuit alius: a gente expectante, expectante & conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus, ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.

II. 7. Zu der Zeit wird dem HErrn der Heerschaaren eine Gabe geopfert werden von dem zertrennten und zerrissenen Volke: von dem schrecklichen Volke, hinter welchem kein anderes Volk gewesen: von einem wartenden, wartenden und zertrettenen Volke, dessen Land die Wasserströme verflößet haben, zum Orte, da der Name des HErrn der Heerschaaren ist, zum Berge Sion.

CAPUT XIX.

I. Prædicit & Ægyptiis cladem. 11. II. Promittit ipsis Dominum Salvatorem. 15. III. Quem pariter, ut Judæi colent. 22.

1. Onus Ægypti. Ecce, Dominus ascendet super nubem levem, & ingredietur Ægyptum: & commovebuntur simulacra Ægypti, a facie ejus, & cor Ægypti tabescet in medio ejus.

2. Et concurrere faciam Ægyptios adversus Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, civitas adversus civitatem, regnum adversus regnum:

3. Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus ejus, & consilium ejus præcipitabo: & interrogabunt simulacra sua, & divinos suos, & pythones, & ariolos.

4. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.

5. Et arescet aqua de mari, & fluvius desolabitur, atque siccabitur:

6. Et deficient flumina: attenuabuntur, & siccabuntur rivi aggerum: calamus & juncus marcescet:

7. Nudabitur alveus rivi a fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur, arescet, & non erit.

8. Et mœrebunt piscatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete super faciem aquarum emarcescent.

9. Confundentur, qui operabantur linum, pectentes & texentes subtilia.

10. Et erunt irrigua ejus flaccentia, omnes, qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

I. 11. Stulti principes Taneos, sapientes consiliarii Pharaonis dederunt consilium insipiens. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius sapientium ego, filius regum antiquorum?

12. Ubi nunc sunt sapientes tui? annuntient tibi, & indicent, quid cogitaverit Dominus exercituum super Ægyptum.

Das neunzehente Capitel.

I. Weißaget den Aegyptiern die Strafe. 11. II. Verheißet ihnen den Heiland: 15. III. Und Bekehrung zum wahren Gottesdienste der Juden. 22.

1. Die Last über Aegypten. Siehe, der HErr wird sich auf eine leichte Wolke setzen, und in Aegypten kommen: und die Götzen in Aegypten werden bewegt werden vor seinem Angesichte, und das Herz des Aegyptenlands wird mitten in ihm verschmachten.

2. Und ich will die Aegyptier wider die Aegyptier verhetzen: ein Mann soll wider seinen Bruder streiten, und ein jeglicher wider seinen Freund, eine Stadt wider die andere, und ein Reich wider das andere:

3. Und der Geist Aegypti in ihrem Leibe zerbersten, ich will auch ihren Rathschlag umstoßen: und sie werden ihre abgöttischen Bilder, und ihre Wahrsager, und ihre Zauberer, und ihre Zeichendeuter rathfragen.

4. Und ich will Aegypten in die Hand der Tyrannen übergeben, und ein starker König soll über sie herrschen, spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren.

5. Und das Wasser in dem Meere wird abnehmen, und der Fluß wird versehen, und austrocknen:

6. Und die Ströme werden abnehmen: die Bäche der aufgeworfenen Gräben werden versehen, und ausdorren: das Rohr und die Binzen werden verwelken:

7. Der Grund des Bachs wird von seinem Brunnen an entblößt werden, und alle Saat am Bache wird verdorren, verschwinden, und zu nichte werden.

8. Und die Fischer werden trauren, und alle, die den Angel in den Fluß werfen, werden betrübt seyn, und die ihr Netz über das Wasser ausbreiten, werden an Kräften abnehmen.

9. Welche mit Flachs umgehen, und feine Arbeit daraus flechten, oder weben, die werden schamroth stehen.

10. Seine wasserreichen Orte werden ausdorren, sammt allen, die Gruben zum Fischfang gemacht haben.

I. 11. Die unwitzigen Fürsten Taneos, die klugen Räthe des Pharao haben einen närrischen Rath gegeben. Wie werdet ihr sagen zu Pharao: Ich bin ein Sohn der Weisen, ein Sohn der alten Könige?

12. Wo sind nun deine Weisen? laß sie dir verkündigen, und anzeigen, was der HErr der Heerschaaren über Aegypten gedacht habe.

13. Die

℣. 7. *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum.* Pars de præda Assyriorum Domino offeretur: sublimiori sensu vaticinium impletum est, cum Æthiopes & Ægyptii Christi jugum subierunt. Psal. 71. v. 9. *Coram illo procident Æthiopes.* A cladibus horum populorum excurrit ad lætiora tempora, cum Christo sacrificia offerent. Hæc utique de Ægypto, non de Æthiopia, interpretatur Hieronymus. Et sequenti capite Propheta hæc clarius de Ægypto repetit: nam mos est Scripturarum, obscuris manifesta subnectere, & quod prius sub ænigmate dixerint, aperta voce proferre. *Deferetur munus Domino exercituum.* S. Thom. Munus multiplex ferventis dilectionis, devotæ orationis, perfectæ operationis, & debitæ oblationis.

CAPUT XIX.

℣. 1. *Ecce, Dominus ascendet super nubem levem* &c. Ex Herodoto in Euterpe, Sennacherib coævus fuit Sethon, cui bellum intulit Sennacherib Sethone mortuo divisa est Ægyptus in Reges duodecim, quorum unus fuit Psammetichus; is in paludes relegatus, ope Jonum, qui mare infestum habebant, alios undecim reges vicit; huic Nechos successit, qui bellum Joliæ intulit. Sublimiori sensu, de primo Christi adventu SS. Patres hæc verba sunt interpretati. Nam corpore suo, ut nube clara & densa, nullo peccato gravata, indutus Ægyptum sic intravit, ut impietatem ejus everterit, fratrem a fratre diviserit. Quæ ad litteram quoque sic intelligi possunt, ut Assyrii Ægyptios spoliaverint. *Super nubem levem.* Magna celeritate Ægyptum invadent: diis, quos Ægyptii colunt, nulla vis erit ad tutandam Ægyptum.

℣. 2. *Concurrere* faciam in bello Ægyptios: cujus belli mentionem fecimus. *Regnum adversus regnum.* Præfectura adversus præfecturam, ex Græco. In altiori & allegorico sensu exponit S. Chrysost. in c. 2. Matth. Dominus ascendit super nubem levem, hoc est, in sanctum corpus, quo mediante fugiens Herodem fugit in Ægyptum.

℣. 4. *Et rex fortis dominabitur eorum.* Psammetichus aliis debellatis, qui juxta aliquos ab anno 3334. per 54. annos regnum obtinuit.

℣. 5. *Et arescet aqua de mari.* Nilum maris nomine designat, quod Hebræi congregationes aquarum maria appellent, vel Lacum Maræotidem. Mystice deficiet scientia sæcularis, quæ in se amara est, & ad amaritudinem perducit æternam. *Et fluvius desolabitur.* Id est, diabolus, a quo fluunt omnia mundana.

℣. 6. *Et siccabuntur rivi aggerum.* Rivi fluentes inter aggeres; commercia ob piratas cessabunt. Mystice divitiæ & gloria divitum. *Calamus & juncus marcescent.* i. agri erunt steriles. Sermo hæreticorum vacuus, & hypocritarum viror peribit.

℣. 11. *Stulti principes Taneos.* Tanis metropolis Ægypti erat: interpretatur *mandans humilia*, seu *mandatum humilitatis.*

13. Die Fürsten Taneos sind zu Narren worden, und die Fürsten Memphis sind kraftlos worden, und haben Aegypten betrogen, den Winkel seiner Völker.

14. Der HErr hat einen Schwindelgeist mitten unter sie eingemenget: und sie haben Aegypten irre gemacht in allen seinen Werken, wie jener taumelt, der trunken ist, und speyet.

II. 15. Und es wird in Aegypten kein Werk seyn, das Haupt oder Schwanz habe, dadurch sie sich biegen, oder zäumen lassen.

16. An dem Tage wird Aegypten den Weibern gleich seyn, und sie werden sich entsetzen, und fürchten vor der Bewegung der Hand des HErrn der Heerschaaren, die er selbst über sie bewegen wird.

17. Und das Land Juda wird dem Aegypten zum Schrecken seyn: ein jeglicher, der daran gedenken wird, der wird sich fürchten vor dem Rath des HErrn der Heerschaaren, den er über sie bedacht hat.

18. An demselben Tage werden fünf Städte in Aegyptenland die Sprache Chanaans reden, und schwören bey dem HErrn der Heerschaaren: eine wird die Sonnenstadt genennet werden.

19. Es wird auch an demselben Tage ein Altar des HErrn mitten in Aegyptenlande seyn, und an seinen Gränzen wird der Titel des HErrn stehen:

20. Dem HErrn der Heerschaaren zum Zeichen, und zum Zeugniß in Aegyptenland. Denn sie werden zum HErrn rufen vor dem Angesichte desjenigen, der sie beleidiget, so wird er ihnen einen Heiland und Beschirmer senden, der sie erlöse.

21. Und der HErr wird von Aegypten erkannt werden, und die Aegyptier werden an dem Tage den HErrn erkennen, und werden ihn ehren mit Opfern und Gaben: sie werden auch dem HErrn Gelübde geloben, und bezahlen.

III. 22. Und der HErr wird Aegypten mit einer Plage schlagen, und wieder heilen, und sie werden wiederkehren zum HErrn, er wird sich auch von ihnen versöhnen lassen, und sie gesund machen.

23. An demselbigen Tage wird aus Aegypten in Assyrien eine Gangstraße seyn. Die Assyrier werden in Aegypten kommen, und die Aegyptier in Assyrien, und die Aegyptier werden den Assyriern dienen.

24. Israel wird an demselben Tage der dritte seyn zwischen den Aegyptiern und Assyriern: der Segen wird mitten in dem Lande seyn,

25. Das der HErr der Heerschaaren gesegnet hat, und gesprochen: Gesegnet sey mein Volk in Aegypten, und Assur, das Werk meiner Hände: aber Israel ist mein Erbtheil.

Das zwanzigste Capitel.

I. Isaias wird vom HErrn geheißen blos und barfüßig zu gehen: 2. II. Damit anzudeuten die Entblößung und Ausplünderung des Reichs der Mohren, und der Aegyptier. 4.

13. Stulti facti sunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.

14. Dominus miscuit in medio ejus spiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens.

II. 15. Et non erit Ægypto opus, quod faciat caput & caudam incurvantem & refrænantem.

16. In die illa erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt a facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipse movebit super eam.

17. Et erit terra Juda Ægypto in pavorem: omnis, qui illius fuerit recordatus, pavebit a facie consilii Domini exercituum, quod ipse cogitavit super eam.

18. In die *a* illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, & jurantes per Dominum exercituum: civitas solis vocabitur una. *a Ezech. cap. 30.*

19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus

20. Erit in signum, & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. * Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis, & mittet eis salvatorem & propugnatorem, qui liberet eos. ** SABB. 4. TEMP. ADVENT. EPIST. 1.*

21. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, & colent eum in hostiis & in muneribus: & vota vovebunt Domino, & solvent.

III. 22. Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & revertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos.

23. In die illa erit via de Ægypto in Assyrios. Et intrabit Assyrius Ægyptum, & Ægyptius in Assyrios, & servient Ægyptii Assur.

24. In die illa erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio: benedictio in medio terræ,

25. Cui benedixit Dominus exercituum dicens: Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrio: hæreditas autem mea Israel.

CAPUT XX.

I. Isaias jubetur nudus & discalceatus incedere: 3. II. Sic prædicere Ægyptiorum & Æthiopum denuntiationem & expilationem. 4.

℣. 13. *Deceperunt Ægyptum.* Angulum. Chald. principes *populorum ejus.* Firmamentum populorum, qui ei subdebantur. Hieron. Idioma est Scripturarum, ut angulum pro regno ponant.

℣. 15. *Non erit Ægypto opus, quod faciat caput & caudam.* Principem, qui sapienter regat, & subditos, qui, ut par est, obediant. *Incurvantem.* Seu dominum, & refrænantem equos servum domino obsequentem; vel ex Hieron. incurvum & lascivientem, senem & puerum; nemo officium sunm faciet, non sacerdos, non senex, non juvenis: nullum erit concilium, quod aut caput habeat, aut finem.

℣. 17. *Et erit terra Juda Ægypto in pavorem.* Tum Judæi non timebunt amplius Ægyptios, sed e diverso Ægyptiis terrori erunt Judæi; postquam audiverint, quid acciderit Sennacherib, sibi quoque metuent; vel Ægyptum pavor concutiet, cum secum reputabit, quæ Sennacherib Judæis mala intulerit.

℣. 18. *Erunt quinque civitates in terra Ægypti loquentes lingua Chanaan.* Hebraica aut Syriaca lingua tum Judæis familiari, cum ad fidem Christi convertentur, & inter alias Heliopolis soli sacra, quæ teste Strabone, Sacerdotum erat civitas, vel numerus urbium certus pro indefinito sumitur.

℣. 19. *Erit altare Domini in medio terræ Ægypti.* De altari, in quo Eucharistia offertur, Propheta aperte loquitur, non de sacrificio Crucis. Nam cap. ultimo de filiis novi Testamenti loquens ait: *Assumam ex iis Sacerdotes & Levitas. Titulus Domini.* Columnæ, in quibus inscriptum erat nomen Domini. Hieron. Respondeant Judæi: Lege præceptum est, ut non fiat altare nisi in loco uno, quem elegerit Dominus Deus, & hostiæ tantum a Sacerdotibus Levitici generis immolentur. Cur Isaias aperte docet, quod Ægyptii cognoscant Dominum, & colant eum, hostias illi & munera offerant, & vota voveant, & persolvant? Ægyptii Sacerdotium habent, impletur & in illis Pauli testimonium dicentis: *Translato Sacerdotio, necesse est, ut Legis translatio fiat.*

℣. 22. *Percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam.* Nam post 40 annos fuit restituta, ut prædixit Ezechiel cap. 19. vel Ægyptios jam Christianos castigabit Deus, cum peccaverint.

℣. 23. *Intrabit Ægyptius in Assyrios, & servient Ægyptii Assur.* Ex Hebr. cum Vatablo verti potest: Colent Dominum Ægyptii una cum Assyriis; omnium gentium in Ecclesia societatem designat.

℣. 24. *Erit Israel tertius Ægyptio & Assyrio.* Utrisque fœderabitur: & erit *benedictio in medio terræ*, a Christo, qui in Judæa nascetur, ejus benedictio in alias nationes manabit: in his postremis versiculis Propheta Ecclesiæ regnum in Ægypti & Syriæ regiones demonstrat: Assyrii & Ægyptii antea populi Dei inimici, cum vero Israele, seu Ecclesia conjuncti, unum efficient populum.

℣. 25. *Benedictus populus meus Ægypti.* Hieron. Quando nequaquam Moyse, sed Christo Domino præeunte, infinita hominum millia solitudines repleverint, tum & opus manuum Domini erit in Assyriis: hæ enim vel maxime

† *Anno M. 3291. Ante Chr. 713.*

1. In anno †, quo ingressus est Tharthan in Azotum, cum misisset eum Sargon rex Assyriorum, & pugnasset contra Azotum, & cepisset eam,

I. 2. In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filii Amos, dicens: Vade, & solve saccum *a* de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadens nudus & discalceatus.

a Zachar. 13. 4. Matth. 3. 4.

3. Et dixit Dominus: Sicut ambulavit servus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum & portentum erit super Ægyptum, & super Æthiopiam:

II. 4. Sic minabit rex Assyriorum captivitatem Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ, juvenum & senum, nudam & discalceatam, discoopertis natibus ad ignominiam Ægypti.

5. Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua.

6. Et dicet habitator insulæ hujus in die illa: Ecce, hæc erat spes nostra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos a facie regis Assyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

CAPUT XXI.

I. Ruina Babylonis per Medos & Persas. 4. II. Onus & pœna Idumææ: 11. III. Arabiæ. 13.

1. Onus deserti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deserto venit, de terra horribili.

2. Visio dura nuntiata est mihi: qui incredulus est, infideliter agit: & qui depopulator est, vastat. Ascende Elam, obside Mede: omnem gemitum ejus cessare feci.

3. Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, angustia possedit me sicut angustia parturientis: corrui, cum audirem, conturbatus sum, cum viderem.

I. 4. Emarcuit cor meum, tenebræ stupefecerunt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculum.

1. Im Jahre, da Tharthan zu Azoto einzog, nachdem ihn Sargon der König in Assyrien ausgesandt, und er Azotum bestritten, und erobert hatte,

I. 2. Zu der Zeit redete der HErr durch die Hand Isaia des Sohns Amos, und sprach: Gehe hin, und löse den Sack auf von deinen Lenden, und ziehe deine Schuhe aus von deinen Füßen. Und er that also, und gieng blos, und barfüßig daher.

3. Und der HErr sprach: Gleichwie mein Knecht Jesaias blos und barfüßig hereingegangen ist, das über Aegypten und Mohrenland ein Zeichen und Wunder seyn soll von drey Jahren:

II. 4. Also wird der König von Assyrien die Gefangenen aus Aegypten, und die Ausziehenden aus Mohrenland vor sich hertreiben, die Jungen und Alten, die Entblößten und Barfüßigen, auch die mit entblößtem Hintern gehen, dem Aegyptenlande zur Schmach.

5. Und sie werden sich entsetzen, und zu Schanden werden über Mohrenland, das ihre Hoffnung gewesen war, und über Aegypten, dessen sie sich berühmten.

6. An dem Tage wird der Inwohner dieser Insel sagen: Siehe, diese waren unsere Hoffnung, zu welchen wir unsere Zuflucht und Hülfe genommen haben, daß sie uns von dem Angesichte des Königs von Assyrien erretten würden: und wie sollen wir nun mögen entrinnen?

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. Weißaget die Zerstörung Babylon durch die Völker Darii, und Cyri. 4. II. Trift die Idumäer: 11. III. Und Araber. 13.

1. Die Last des wüsten Meeres. Gleichwie die Ungewitter von Südwesten kommen, also kömmt er von der Wüste, aus dem greulichen Lande.

2. Es ist mir ein hart Gesicht kund gethan: wer unglaubig ist, der handelt untreulich: und wer ein Verderber ist, der verwüstet. Ziehe hinauf du Aelam, belagere du Meder: ich habe all sein Seufzen gestillet.

3. Darum sind meine Lenden mit Schmerzen erfüllet, Angst hat mich eingenommen, wie die Angst einer Gebährenden: ich bin niedergesunken, da ich es gehört habe, bin ich erschrocken, da ich es gesehen habe.

I. 4. Mein Herz ist verdorret, die Finsterniß hat mir ein Grausen gemacht: Babylon, meine Geliebte, ist mir zum Wunder gesetzt.

---

maxime gentes Monachorum florent examinibus, Ægyptus & Mesopotamia. *Hæreditas autem* Christi *Israel est.* Hoc est, Nativitatis & Crucis, & Resurrectionis, Ascensionisque, atque ejus loca, ad quæ toto orbe concurritur.

CAPUT XX.

℣. 1. *In anno, quo ingressus est Thartan.* Dux Sennacherib. *Cum misisset eum Sargon.* Qui & Sennacherib. 4. Reg. 18. qui ex Hieron. septem nominibus appellatur.

℣. 2. *Solve saccum de lumbis tuis.* Villosam vestem Propheticam. *Discalceatus.* Prophetæ interdum loquuntur factis. Utrum omnino fuerit nudus juxta hoc præceptum Domini, alii aliter sentiunt. *Ex hoc loco,* inquit Hieron. *discimus Prophetarum obedientiam, quod vir nobilis non erubuerit nudus incedere: sed Dei præceptis obedire nihil honestius judicans deposuerit saccum, quo abjecto nudus fuerit, unicam prius habens tunicam, & ipsam cilicinam.* Videntur Prophetæ pro vestimento habuisse tunicam ex vili materia confectam, ex qua fieri solent sacci: tamquam plangentes pro peccatis populi: nudum tamen sic fuisse probabile est, ut interula, vel lintea veste indueretur: solebant enim sic tractari, qui captivi adducebantur, detracta veste meliore. Ex hoc colligitur, quod, qui per remissionem peccatorum intrare intendunt in cœlorum regnum, debeant nudi incedere a malis affectibus, & indui habitu pœnitentiæ.

℣. 3. *Signum & portentum erit* calamitatis, quæ tres annos est duratura super Ægyptum & Æthiopiam, vel post triennium futura.

℣. 4. *Sic minabit rex Assyriorum captivitatem.* i. captivos: videtur loqui de incursione Sennacherib in Ægyptum, & in Æthiopiam. Hæc expeditio videtur facta Anno M. 3294. Ante Chr. 710. vid. infr. 37. v. 9.

℣. 5. *Timebunt & confundentur ab Æthiopia* &c. Quod in Ægypto & in Æthiopia spem suam posuerint.

℣. 6. *Et dicet habitator insulæ hujus* &c. Oræ maritimæ Philisthinorum, in qua erat Azotus. Oras maritimas Hebræi vocant sæpe insulas. Hieron. *Est igitur hic ordo providentiæ Dei omne hominum genus inscibili judicio dispensantis: contra Dei iram Israel speravit in Damasco, diruatur civitas, quæ adversus illius voluntatem impiis præstat auxilium. Judas speravit in Ægyptiis, & Ægyptus destruatur; & ita de reliquis prosequitur.*

CAPUT XXI.

℣. 1. *Onus deserti maris.* Babylonis. Hieron. potest in Hebræo ita legi: *Qui cædis, cæde, qui vastas, vasta, ut ad ipsum Elamitem, & Medum, Prophetiæ vaticinium dirigatur, hortantis eum implere quod cœpit. Juxta Babylonem a parte australi magnum erat desertum, vel quia Babylon ob incolarum multitudinem mari comparatur, mox futura eremus magna. Deserto.* A Media & Perside, inter quas & Babylonem magna interjacent deserta; vel populos ad oram sinus Arabici, & Arabes Babyloni vicinos, qui se Assyriis contra Judæos addiderunt, reprehendit.

℣. 2. *Qui incredulus est, infideliter agit* &c. Ex Hebr. verti potest: Perfidus perfidum decipiet, & deprædator deprædatorem spoliabit; vel qui prævaricator est, prævaricator sit, quales audiebant Babylonii fœdifragi. Elimæi Medis contigui ex Strabone, L. 16. *Ascende Elam.* Persæ sunt Elamitæ, ab Elam filio Sem dicti. *Cessare.* Vel passive, quod tempus non ei fuerit lugendi tam cito obruta a Persis & Medis; vel active *cessare faciam gemitum Babylonis:* quo ipsa sua tyrannide cogebat alios populos flere & gemere.

℣. 3. *Propterea repleti sunt lumbi mei dolore.* Tanta erit clades, ut Isaiam misericordiæ affectu commoveret. Vel his verbis usuros ait: qui in deserto habitabant. Hieron. *Prophetæ ideo obscuri sunt, quia personæ in his plurimæ commutantur.*

℣. 4. *Emarcuit cor meum.* Propheta inducit Babylonem loquentem: *Babylon dilecta mea,* ob splendorem. *Miraculum.* Ruinæ & doloris.

5. Bereite den Tisch, schaue auf der Warte, wie sie essen, und trinken: machet euch auf ihr Fürsten, ergreifet den Schild.

6. Denn dieß hat mir der HErr gesagt: Gehe hin, und bestelle einen Wächter, und laß ihn alles anzeigen, was er sehen wird.

7. Und er sah einen Wagen mit zween Reutern, einen Reuter auf einem Esel, und einen Reuter auf einem Cameelthiere: und er sah fleißig zu mit großem Aufmerken.

8. Und der Löwe rief: Ich bin auf der Warte des HErrn, und stehe immerdar den ganzen Tag: und ich bin auf meiner Hut, und stehe ganze Nächte durch.

9. Siehe, da kömmt dieser Mann, und sitzt auf dem Wagen der zween Reuter, und er antwortete, und sprach: Babylon ist gefallen, sie ist gefallen, und alle Bilder ihrer Götter sind zu Boden geworfen, und zerschmettert.

10. O meine Tresche, und ihr Kinder meiner Tenne, was ich vom HErrn der Heerschaaren, vom GOtt Israel, gehöret habe, das habe ich euch angekündiget.

II. 11. Die Last über Duma rufet mir zu von Seir: Wächter, ist die Nacht schier hin? Wächter, ist die Nacht schier hin?

12. Der Wächter sprach: Es kömmt der Morgen heran, und die Nacht: fraget ihr, so fraget: kehret wieder um, und kommet her.

III. 13. Die Last über Arabien. Auf den Abend werdet ihr im Walde schlafen, und auf den Wegen Dedanim.

14. Gehet dem Durstigen entgegen, bringet Wasser her, die ihr im Lande gegen Mittag wohnet: gehet dem Flüchtigen mit Brod entgegen.

15. Denn sie haben vor den Schwertern die Flucht genommen, vor dem herandringenden Schwerte, vor dem gespannten Bogen, und vor dem schweren Streite:

16. Denn dieß sagt der HErr zu mir: Noch in einem Jahre, das gleichwie eines Taglöhners Jahr ist, so wird alle Herrlichkeit von Cedar hinweggenommen werden.

17. Und die übrige Anzahl der starken Bogenschützen von den Kindern Cedar wird vermindert werden: denn der HErr, der GOtt Israel, hat es geredet.

Das zwey und zwanzigste Capitel.

I. Prophezeihet wider Jerusalem: 5. II. Drohet Sobnä, daß er soll aedänalich hinweggenommen werden: 15. III. Dem frommen Eliacim aber verheißt er Sobnä Stelle. 20.

1. Die Last über das Schauthal. Was ist dir nun auch, daß du also ganz, und zumal auf die Dächer gestiegen bist?

5. Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.

6. Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, & pone speculatorem, & quodcumque viderit, annunciet.

7. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu.

8. Et clamavit leo: Super speculam Domini ego sum, stans jugiter per *a* diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. *a Hab. 2. 1.*

9. Ecce, ilie venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit: *b* Cecidit, cecidit Babylon, & omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in terram. *b Jerem. 51. 8. Apoc. 14. 8.*

10. Tritura mea, & filii areæ meæ, quæ audivi a Domino exercituum Deo Israël, annuntiavi vobis.

II. 11. Onus Duma ad me clamat ex Seir: Custos, quid de nocte? Custos, quid de nocte?

12. Dixit custos: Venit mane, & nox: si quæritis, quærite: convertimini, venite.

III. 13. Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim.

14. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri: cum panibus occurrite fugienti.

15. A facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie gravis prælii:

16. Quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in uno anno, quasi in anno mercenarii, & auferetur omnis gloria Cedar.

17. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israel locutus est.

CAPUT XXII.

I. Prædicit & defiet Jerosolymæ vastitatem: 5 II. Prædicit superbo Sobnæ captivitatem: 15. III. Pro Eliacim ejus successori stabilem dignitatem. 20.

1. Onus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta?

2. Cla-

℣. 5. *Pone mensam* &c. Cum paratur mensa; vel Ælamitas alloquitur, sumite cibum, vos præparate, ad ea quæ ventura sunt; vel o Balthasar adorna convivium, epulare; tumque videtur esse ironia. *Contemplare in specula.* Pone speculatores, qui videant, quid agatur in castris Cyri. Dum Babylonii ponunt mensam, dum comedunt & bibunt, *surgite principes* Medi, *arripite clypeum.*

℣. 7. *Et vidit -- ascensorem asini, & ascensorem cameli.* Illos Persas, hos Medos plerique interpretantur: nam Persæ mulis, Medi camelis utebantur. Allegorice Christus est Ascensor *Cameli*, populi Judaici; & *Asini*, populi gentilis, ita Hesychius. Vel S. Petrus Ascensor Cameli, Judæorum Apostolus; & S. Paulus Asini, gentilium Doctor, Romam pari studio subegerunt Christo.

℣. 8. *Et clamavit leo.* Darius; vel ecce Leo, nempe Darius, aut Cyrus. Græci legunt Urias, seu Sacerdos, positus in specula: aut Propheta clamavit velut Leo. *Stans jugiter.* Denotatur Prælatus, qui debet stare seu vigilare per diem prosperitatis, & in nocte adversitatis pro ovibus.

℣. 9. *Ecce iste venit* &c. Video adventuras Persarum acies. *Vir bigæ equitum.* Uterque Rex in sua biga: venit currus unus & alter, & singulis duo insessores.

℣. 10. *Tritura mea* &c. Qui oppressi estis ut palea: gens mea, Judæa; vel hæc referuntur ad Babylonem a Medis triturandam. *Quæ audivi.* Hæc sunt verba Uriæ renuntiantis Isaiæ, quæ viderat.

℣. 11. *Onus Duma* 70. Idumæa: nam propria vocabula patiuntur adhæresim: sic Jerusalem dicitur Salem. Id existimat Pezronius Abbas in antiquitate temporum vindicata, p. 249. Judæos Hieronymi temporibus, imo & in posterioribus sæculis, hunc locum corrumpere voluisse, & pro Duma Romam posuisse, eosque in suis Commentariis semper Dumæ vocabulo Romam interpretari. Unde Hieron. in hunc locum: *Semper*, inquit, *Idumææ nomine Romanos existimant demonstrari.* Et scribens in Abdiam: *Et illud, quod in Isaia scriptum est, Onus Duma, paululum litteræ apice commutato pro Daleth posse legi Resch, & sonare Romam.* Sed Dumath juxta Hieron. quædam est in Idumæa Regio, quæ ad austrum vergit.

℣. 12. *Si quæritis, quærite.* Ut oportet; vel potius frustra me quæritis: venit mane & nox, floruit Babylon, & cecidit. *Convertimini.* Venite ad nos tuendos.

℣. 13. *Onus in Arabia.* Petræa. *In saltu ad vesperam dormietis.* Noctem sub dio transigetis; an nunc est tempus cessandi?

℣. 14. *Qui habitatis terram Austri.* Greg. Moral. 23. c. 25. In terra Austri habitant, qui in sancta Ecclesia positi, superni Spiritus charitate perflantur.

℣. 16. *Adhuc in uno anno.* Post breve tempus. *Mercenarii.* Ut mercenario certum tempus præfigitur, aut post unum annum ab excisa Jerosolyma. *Auferetur gloria Cedar.* Arabiæ.

℣. 17. *Et reliquiæ numeri sagittariorum.* Paucæ Arabum reliquiæ.

CAPUT XXII.

℣. 1. *Onus vallis visionis.* i. Jerusalem, ex qua tot Prophetæ prodierunt, quæque maxima ex parte vallis erat: aut tribus est Juda montibus cincta. *Ascendisti.* Quasi hostis jam instaret portis. Hoc vaticinium ad Manassis tempora (cum quo captivus ductus est impius Sobna) & ad ea, quæ sunt in libro Judith, referri posse opinantur multi. Qui autem hic v. 20. nominatur *Eliacim*, non is esse videtur, de quo infra c. 37. v. 2. & 4. Reg. 18. v. 18. qui sub Ezechia Manassis patre floruit: sed ejus potius filius ipsius Helciæ Nepos.

2. Clamoris plena, urbs frequens, civitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.

3. Cuncti principes tui fugerunt simul, dureque ligati sunt: omnes, qui inventi sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.

4. Propterea dixi: Recedite a me, amare flebo: nolite incumbere, ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

I. 5. Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum, Domino Deo exercituum in valle visionis scrutans murum, & magnificus super montem.

6. Et Ælam sumpsit pharetram, currum hominis equitis: & parietem nudavit clypeus.

7. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta.

8. Et revelabitur operimentum Judæ, & videbis in die illa armamentarium domus saltus.

9. Et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris.

10. Et domos Jerusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum.

11. Et lacum fecistis *a* inter duos muros ad aquam piscinæ veteris: & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem ejus de longe non vidistis.

a 4. *Reg.* 20 20. 2. *Par.* 32. 30.

12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum & ad planctum, ad calvitium, & ad cingulum sacci:

13. Et ecce, gaudium & lætitia, occidere vitulos & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum: *b* Comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.

b *Sap.* 2. 6. *Infra* 56. 12. 1. *Cor.* 15. 32.

14. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum: Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.

II. 15. Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Vade, ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum:

16. Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.

17. Ecce, Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic sublevabit te.

18. Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam &

2. Sie ist voll Geschreyes, die volkreiche Stadt, die fröhliche Stadt: welche in dir erwürget sind, die sind nicht mit dem Schwerte erwürget, noch im Kriege umkommen.

3. Deine Fürsten sind alle zugleich geflohen, und gar hart gebunden: alle, die gefunden sind, die sind zugleich gebunden, sie sind fern hinweggeflohen.

4. Darum habe ich gesagt: Weichet von mir, ich will bitterlich weinen: bemühet euch nicht, mich zu trösten, wegen der Verwüstung der Tochter meines Volkes.

I. 5. Denn es ist der Tag des Würgens, und des Zertretens, und des Weinens im Schauthale*, dem HErrn, dem GOtt der Heerschaaren, der die Mauren untergräbt, und großmächtig ist auf dem Berge. * Jerusalem.

6. Aelam hat auch den Pfeilkocher genommen, dazu Wagen und Leute zu Roß: und der Schild hat die Wand entblößet.

7. Und deine auserwählten Thäler werden voller Wagen seyn, und die Reuter werden im Thore ihren Sitz nehmen.

8. Und die Decke Juda wird aufgedeckt werden, und an selbem Tage wirst du nach dem Rüsthause im Hause des Waldes sehen.

9. Und ihr werdet die Risse der Stadt Davids sehen, denn ihrer sind viel worden: und ihr habt das Wasser des untern Teiches zusammengebracht.

10. Habt auch die Häuser zu Jerusalem gezählet, und Häuser abgebrochen, die Mauren zu bevestigen.

11. Ihr habt auch einen Graben gemacht zwischen den beeden Mauren, bey dem Wasser des alten Teiches: und habt nicht in die Höhe gesehen auf den, der solches gemacht hat, noch auf den geschauet, der es von ferne in das Werk richtet.

12. Und der HErr, der GOtt der Heerschaaren, wird am selbigen Tage zum Weinen und Klagen, zum Kahlscheeren und Umgürten des Sacks berufen:

13. Und siehe, da ist Freude und Wonne, Kälber tödten, und Widder schlachten, Fleisch essen, und Wein trinken: Lasset uns essen, und trinken, denn wir werden doch morgen sterben.

14. Aber in meinen Ohren ist die Stimme des HErrn der Heerschaaren entdecket worden: Die Missethat wird euch nicht vergeben werden, bis ihr sterbet, spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren.

II. 15. Und der HErr, der GOtt der Heerschaaren, spricht: Gehe hin, tritt zu dem, der in dem Tabernackel wohnet, zu Sobna, dem Obersten des Tempels, und sprich zu ihm:

16. Was hast du hie zu schaffen? oder welcher Gestalt bist du hie? daß du dir allhie ein Grab hast ausgehauen, hast dir eine Gedächtniß mit Fleiß in der Höhe, und im Felsen einen Tabernackel ausgehauen.

17. Siehe, der HErr wird schaffen, daß man dich hinweg wird tragen, wie ein Hahn hinweggetragen wird, und wird dich aufheben wie ein Kleid.

18. Er wird dich ringsherum mit Trübsal umgeben, und wird dich, wie einen Ball, in ein groß und weites Land hinein-

---

℣. 2. *Nec mortui in bello sunt.* Sed metu solo exanimati, aut fame.

℣. 3. *Cuncti principes tui fugerunt simul.* Pariter fugam adornant. *Ab arcu.* Metu sagittariorum. *Ligati sunt.* Conjurarunt inter se, ut fugam capesserent.

℣. 5. *Scrutans murum.* Deus vindex quasi explorat murum, quem dejiciat. *Magnificus super montem.* Hebr. *Clamor ad montem usque pervenit.* Vel, qui gloriam suam in monte manifestam facit. Hæc verba sunt civitatis, quæ Prophetæ respondit.

℣. 6. *Et parietem nudavit clypeus.* Hebr. Medus eduxit clypeum; vel Persæ: ex his ortus est Holofernes. Vid. Judith. 16. v. 12.

℣. 8. *Et revelabitur operimentum Judæ.* Muri destruentur. *Domus saltus.* Domus Regiæ e cedris Libani constructæ, ubi erat armamentarium; vel potius munimenta urbi circumjecta destruentur.

℣. 9. *Et congregastis aquas piscinæ inferioris.* Instaurandis muris, & diluendæ calci; vel aquas illas in urbem ductas, ne his utatur hostis; vel *congregastis aquas*, ne desint in obsidione.

℣. 11. *Et non suspexistis ad eum.* sc. Deum ipsum, qui fecerat eam.

℣. 13. *Et ecce, gaudium & lætitia.* Vos interim non desinetis convivia, ut in rebus lætis, agitare; lætabuntur instante periculo.

℣. 14. *Si dimittetur.* Particula *si* signum jurantis est.

℣. 15. *Vade -- ad Sobnam præpositum templi.* Hebr. Domus Regiæ. Alii de summo Sacerdote exponunt.

℣. 16. *Quid tu hic, aut quasi quis hic?* Non tam homo, quam hominis simulacrum: forte non erat Pontifex ille Sobna, sed militari custodiæ præerat; aut scriba erat, non is cujus mentio fit 4. Reg. 18. sic Zach. 11. *O Pastor & idolum.*

℣. 17. *Ecce Dominus asportari te faciet.* Una cum Rege Manasse in Babylonem. Hebr. *Dominus te projiciendo projicit.* Extra urbem, ut leprosum. *Et quasi amictum.* Hebr. *Et obtegendo obteget.* Faciem nimirum.

℣. 18. *Quasi pilam mittet te in terram latam.* Assyriam; vel longe extra urbem, ibi morieris.

hineinwerfen: daselbst wirst du sterben, und da wird der Wagen deiner Herrlichkeit die Schmach des Hauses deines HErrn seyn.

19. Und ich will dich aus deinem Stande verstoßen, und dich deines Dienstes entsetzen.

III. 20. Und es wird seyn an dem Tage: Ich will meinen Knecht Eliacim, den Sohn Helciä, berufen,

21. Und will ihm deinen Rock anthun, und will ihn stärken mit deinem Gürtel, und will deine Macht in seine Hand geben: und er wird denen, die zu Jerusalem wohnen, und dem Hause Juda wie ein Vater seyn.

22. Ich will ihm auch den Schlüssel zum Hause Davids auf seine Achsel geben: und er wird aufthun, und niemand wird zuschließen: er wird auch zuschließen, und niemand wird aufthun.

23. Und ich will ihn wie einen Nagel an einem getreuen Orte vest anschlagen: und er soll dem Hause seines Vaters zum herrlichen Stuhle seyn.

24. Alle Herrlichkeit des Hauses seines Vaters wird man daran henken, vielerley Geschirre: und alle kleine Geräthschaft von den Trinkgeschirren an, bis zu allerhand Instrumenten der Musik.

25. An demselbigen Tage spricht der HErr der Heerschaaren: Soll der Nagel hinweggenommen werden, der am getreuen Orte vest eingeschlagen war: und was daran gehangen, das soll zerbrochen werden, und herunterfallen, und verderben, denn der HErr hat es geredet.

Das drey und zwanzigste Capitel.

I. Weissaget die Zerstörung Tyri: 9. II. Sie werde nach siebenzig Jahren wieder zu ihrer Herrlichkeit gelangen. 15.

1. Die Last über Tyrum. Heulet ihr Schiffe auf dem Meere: denn das Haus ist verwüstet, daraus sie pflegten zu kommen: es ist ihnen aus dem Lande Cethim geoffenbaret.

2. Schweiget, die ihr in der Insel wohnet: die Kaufleute von Sidon haben dich erfüllet, welche über Meer fahren.

3. Der Saame, der am Nilo wegen vieler Wässerung gute Ernte giebt, am Flusse war ihr Getrayd: und sie ist eine Kaufmannschaft der Völker worden.

4. Schäme dich Sidon: denn das Meer sagt, ja die Stärke des Meeres spricht also: Ich bin nicht in Kindesnöthen gewesen, habe auch nicht gebohren: ich habe keine Jünglinge auferzogen, noch Jungfrauen zu vollen Jahren gebracht.

5. Wann man es in Aegypten hören wird, so wird es ihnen wehe thun, wann sie es von Tyro hören:

6. Fahret über Meer, heulet, die ihr in der Insel wohnet:

7. Ist dieß nicht eure Stadt, die sich von alten Tagen her ihres Alters pflegte zu berühmen? ihre Füße werden sie nun tragen, fern hin zu wandeln in fremde Lande.

8. Wer hat dieß über Tyrum gedacht, die vormals ge-

spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.

19. Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.

III. 20. Et erit in die illa: Vocabo servum meum Eliacim filium Helciæ,

21. Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manu ejus: & erit quasi pater habitantibus Jerusalem, & domui Juda.

22. Et dabo clavem domus David super humerum ejus: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat.

23. Et figam illum paxillum in loco fideli: & erit in solium gloriæ domui Patris ejus.

24. Et suspendent super eum omnem gloriam domus Patris ejus, vasorum diversa genera: omne vas parvulum a vasis craterarum usque ad omne vas musicorum.

25. In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit, quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est.

CAPUT XXIII.

I. Tyrus præsicitur vastanda per Nabuchodonosor: 9. II. Post annos septuaginta iterum restauranda. 15.

1. Onus Tyri. Ululate naves maris: quia vastata est domus, unde venire consueverant: de terra Cethim revelatum est eis.

2. Tacete, qui habitatis in insula: negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleverunt te.

3. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges ejus: & facta est negotiatio gentium.

4. Erubesce Sidon: ait enim mare, fortitudo maris, dicens: Non parturivi, & non peperi: & non enutrivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines.

5. Cum auditum fuerit in Ægypto, dolebunt, cum audierint de Tyro:

6. Transite maria, ululate, qui habitatis in insula:

7. Numquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur a diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longe ad peregrinandum.

8. Quis cogitavit hoc super Tyrum quon-

dam

℣. 22. *Et dabo clavem domus David super humerum ejus.* Quia Eliacim successurus erat Sobnæ præposito templi, vel domus regiæ, ut aliis placet; erit penes eum rerum administratio, quæ ad domum David, vel ad templum Dei pertinent, quæ Apocal. 3. ad Christum allegorice referuntur: nam repudiata lege veteri, & Aaronis sacerdotio, in Christum utrumque translatum est. *Qui claudit, & nemo aperit.* Clavis illa, inquit Grotius, erat figura clavis, intexta epomidi, seu humerali, unde functio ejus nosceretur. *Et aperiet.* Fungetur suo munere nemine contradicente. S. Hier. ad altiorem assurgens sensum per clavem domus David Christi dominium & potestatem intelligit: quod enim ille sua passione reseravit, claudi non poterit: & quod clauserit in cæremoniis Judæorum, a nullo alio aperietur.

℣. 23. *Et figam illum paxillum.* I. velut paxillum firmiter. Chald. Præpositum. 70. Principem. *In loco fideli.* Statu eximio & firmo. Id factum videtur tempore Judith pœnitente Manasse.

℣. 25. *Auferetur paxillus &c.* Sobna peribit, quique ejus fortunæ erant addicti.

CAPUT XXIII.

℣. 1. *Onus Tyri.* I. excidium Tyri a Nabuchodonosore, vel ab Alexandro, l. 1. Mach. 1. *De terra Cethim.* Ex insulis maris Mediterranei. *Revelatum est eis.* Negotiatoribus maris vastatam esse Tyrum. Existimat Grotius, hæc omnia vaticinia inter se cohærere, & ad tempora proxima pertinere, ex Josepho l. 9. Salmanasar Tyriis bellum intulit, & per septem annos obsessi quodammodo fuerunt. Alii ad illud tempus referunt, quo Tyrii ob victoriam de Salmanasar reportatam in Judæos incursionem fecerunt. An. M. 3287. Ante Chr. 717.

℣. 2. *Tacete, qui habitatis in insula.* Tyrus olim erat insula, ex Curtio l. 4. aut pars illius erat insula. *Repleverunt te.* Divitiis seu opibus suis.

℣. 3. *Facta est negotiatio gentium.* Ob copiam frumenti, quam affert inundans Nilus, tum ob merces Tyrum delatas.

℣. 4. *Erubesce Sidon: ait enim mare.* Negotiatores Tyrii. *Erubesce.* Recusans opem ferre Tyriis, cum Tyrus esset Sidonis colonia; vel quod ei opitulari non potuerit. *Non parturivi.* Utinam nunquam mihi fuulet ulla soboles. Hebræi carent optativo modo.

℣. 6. *Transite maria.* Quærite alias sedes.

dam coronatam, cujus negotiatores principes, institores ejus inclyti terræ?

I. 9. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret superbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret universos inclytos terræ.

10. Transi terram tuam quasi flumen, filia maris, non est cingulum ultra tibi.

11. Manum suam extendit super mare, conturbavit regna: Dominus mandavit adversus Chanaan, ut contereret fortes ejus,

12. Et dixit: Non adjicies ultra, ut glorieris, calumniam sustinens virgo, filia Sidonis: in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

13. Ecce, terra Chaldæorum talis populus non fuit: Assur fundavit eam: in captivitatem traduxerunt robustos ejus, suffoderunt domos ejus, posuerunt eam in ruinam.

14. Ululate naves maris, quia devastata est fortitudo vestra.

II. 15. Et erit in die illa: In oblivione eris, o Tyre, septuaginta annis, sicut dies regis unius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

16. Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita: bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.

17. Et erit post septuaginta annos: Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ.

18. Et erunt negotiationes ejus, & mercedes ejus sanctificatæ Domino: non condentur, neque reponentur: quia his, qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitatem, & vestiantur usque ad vetustatem.

CAPUT XXIV.

I. Prænuntiat mala obventura universo orbi: 1. II. Terribilem fore diem divini Judicii: 13. III. Ubi pauci salvabuntur. 22.

1. Ecce, Dominus dissipabit terram, & nudabit eam: & afflliget faciem ejus, & disperget habitatores ejus.

2. *a* Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut servus, sic dominus ejus: sicut ancilla, sic domina ejus: sicut emens, sic ille, qui vendit:

a Osea 4. 9.

krönet war, deren Kaufleute Fürsten, und ihre Krämer berühmte Leute im Lande waren?

I. 9. Der HErr der Heerschaaren hat das gedacht, den Pracht aller Herrlichkeit hinwegzunehmen, und alle Herrliche des Landes in Schmach zu setzen.

10. Ziehe durch dein Land, du Tochter des Meeres, wie ein Wasserstrom, denn du hast keinen Gürtel mehr.

11. Er hat seine Hand über das Meer ausgestrecket, und hat die Königreiche beweget: der HErr hat wider Chanaan Befehl gegeben, seine Stärke zu vertilgen,

12. Und hat gesagt: Du wirst hinfüro nicht mehr den Ruhm führen, du geschändete Jungfrau, du Tochter Sidon: mache dich auf, und fahre über Meer gen Cethim, daselbst wirst du auch keine Ruhe haben.

13. Siehe, das Land der Chaldäer ist ein solches Volk nicht gewesen: Assur hat ihren Grund gelegt: sie haben ihre Starken gefänglich hinweggeführet, und haben ihre Häuser untergraben, und über den Haufen geworfen.

14. Heulet ihr Schiffe auf dem Meere, denn eure Stärke ist verwüstet.

II. 15. Und es wird an demselbigen Tage geschehen: Siebenzig Jahre lang wird man deiner, o Tyre! vergessen, nach den Tagen, die ein König leben mag: aber nachdem die siebenzig Jahre geendiget sind, wird Tyrus gleichsam ein Hurenlied brauchen.

16. Nimm eine Harpfe, und gehe in der Stadt herum, du vergessene Hure: singe wohl, und höre nicht auf zu singen, damit man an dich gedenke.

17. Und nach siebenzig Jahren wird der HErr Tyrum heimsuchen, und wird die Stadt wieder zu ihren Gewerben bringen: und sie wird abermal huren mit allen Königreichen der Welt auf dem Erdboden.

18. Und ihre Handelschaft, und Gewinn*, wird dem HErrn geheiliget werden: man wird nichts verschließen**, noch hinterlegen: denn ihr Gewerb wird denen zugehören, die vor dem HErrn wohnen, daß sie sich satt essen, und dauerhaft bekleiden.

* Lohn. ** verbergen.

Das vier und zwanzigste Capitel.

I. Weissaget die Strafe über die ganze Welt: 1. II. Verkündiget den Tag des göttlichen Gerichtes: 13. III. Allwo wenig selig werden. 22.

1. Siehe, der HErr wird die Erde verwüsten, und entblößen: er wird ihr Angesicht betrüben, und ihre Inwohner zerstreuen.

2. Und wie das Volk ist, also wird der Priester auch seyn: und wie der Knecht, also sein Herr: wie die Magd, also ihre Frau: wie der Käufer, also wird der Verkäufer seyn:

℣. 9. *Dominus exercituum cogitavit hoc.* Hieron. *Quia supra interrogantis more dixerat, quis cogitavit? nunc respondit: non fatorum, ut stulti putant, sic fila deducta sunt, non fortunæ cucurrit rota, sed Dei judicio, & voluntate perfectum est.*

℣. 10. *Non est cingulum ultra tibi.* Jam muris cincta non es, vel munimenta urbi circumposita hostis tenet, vel mare non te amplius cinget, cum in continentem transieris. Alexander continenti Tyrum adjunxit: non desunt enim qui hanc prophetiam ad Alexandri tempora referant.

℣. 12. *Calumniam sustinens virgo filia Sidonis.* Vim passa, & oppressa; vel ex 70. injuriam facere solita. *In Cethim consurgens.* In Cyprum, ubi est urbs Cittium, Phœnicum colonia; vel in Græciam. *Non erit requies.* Deus ibi te quoque persequetur. Mystice hæc omnia possunt applicari mundi hujus amatoribus, qui non invenient requiem, nisi tacuerint, id est, pœnitentiam egerint, & quieverint a mundi desideriis.

℣. 13. *Ecce, terra Chaldæorum talis populus non fuit.* q. d. utique tibi similis & potior gloria & divitiis. Si Monarchias deserere potui, urbem non potero?

℣. 15. *In oblivione eris, o Tyre, septuaginta annis.* Ut factum legimus 2. Esdræ c. 13. v. 16; legendum 7. annis existimat Grotius, quod Tyrii obsidio tantumdem duraverit.

℣. 16. *Circui civitatem meretrix oblivioni tradita.* Tyrus ostentatione mercium ad se alliciet mercatores, ut meretrix cantu suo: vel quasi canticum, quod meretrici canitur, quæ diu abfuit: quod canticum mox sequitur.

℣. 17. *Et rursum fornicabitur.* Hebr. Negotiabitur. *Cum universis regnis terræ.* Quæstum undique faciet, ut solent meretrices. Post annos 70. ab obsidione Nabuchodonosoris (quorum finis in Ann. M. 3502. Darii Hystaspis 19. cadit) quieta permansit usque ad Alexandri Magni tempora.

℣. 18. *Et erunt negotiationes ejus & mercedes ejus sanctificatæ Domino.* Per eleemosynas, & pios usus: Tyriis ad Christum conversis hæc dicuntur: nam suo more Propheta ad Christum identidem avolat; conditiones servandas in bonorum, quæ Deo sunt consecrata, præscribit. 1. *Non condentur, neque reponentur,* sed erogari debent. 2. In usum eorum, qui Deo serviunt impendenda: *Quia his, qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus.* 3. In victum & vestitum eorum, non in luxum, *ut manducent in saturitatem, & vestiantur usque ad vetustatem,* usque ad senectutem; vel ad litteram, quæstus ille ad Hebræos perveniet: nam Tyrii pecuniam impendent in frumentum, vinum, & pecora, quibus abundat Judæa.

CAPUT XXIV.

℣. 1. *Ecce Dominus dissipabit terram.* Ab excidio quarumdam gentium transit ad extremam totius orbis stragem, ut Christus Matth. 24. 26. ab Jerosolymæ clade ad totius terræ transit excidium. *Et nudabit eam.* Habitatoribus. *Et afflliget faciem ejus.* Igne conflagrationis, 1. Petr. 3. vel ad litteram devastationem decem tribuum a Salmanasare factam describit; sed prior sensus potior.

℣. 2. *Erit sicut populus, sic Sacerdos* &c. Nulla erit apud Deum acceptio personarum. S. Hieron. *Nulla diversitas erit inter nobilem & ignobilem, sacerdotem & laicum, servum & dominum; omnes enim ex æquo stabunt ante tribunal Christi.*

seyn: wie der Wucherer, also der auf Wucher nimmt: wie der, so wieder fordert, also wird seyn, der schuldig ist.

3. Die Erde wird durch Verwüstung verheeret, und im Raube ausgeplündert werden: denn der HErr hat dieß Wort geredt.

4. Das Land ist traurig, und welk, und kraftlos worden: der Erdboden ist welk, und die Hoheit des Volks auf Erden ist schwach worden.

5. Und das Land ist vergiftet worden von seinen Inwohnern: denn sie haben die Satzungen übertretten, das Recht verändert, und den ewigen Bund zertrennet.

6. Darum wird der Fluch das Land fressen, und seine Inwohner werden sündigen: darum werden seine Bauleute in Unsinnigkeit gerathen, und wenig Menschen überbleiben.

7. Der Herbst* ist traurig, der Weinstock ist schwach worden, und haben geseufzet alle, die fröhlich von Herzen waren. *die Weinl se

8. Die Freude der Trummen hat aufgehöret, das Geschrey der Fröhlichen ist still worden, der süße Klang der Harpfen hat ein Ende.

9. Sie werden den Wein bey dem Gesang nicht trinken: das Getränk wird den Trinkenden bitter seyn.

10. Die Stadt der Eitelkeit ist zertretten, alle Häuser sind versperret, daß niemand darein gehet.

11. Es wird über den Wein ein Geschrey auf den Gassen seyn: alle Freude ist aus: das Frohlocken des Landes ist hinweggenommen.

12. Eine Einöde ist in der Stadt geblieben, und das Elend wird die Thore überfallen.

II. 13. Denn es wird mitten im Lande, und mitten unter den Völkern also zugehen, als wenn wenig übergebliebene Oliven vom Oelbaume abgeschlagen, und Trauben abgelesen werden, wann der Herbst ein Ende hat.

14. Diese werden ihre Stimme erheben, und lobsprechen: wann der HErr hoch gerühmet wird, so werden sie vom Meere her schreyen.

15. Darum ehret den HErrn mit der Lehre: in den Inseln des Meeres den Namen des HErrn, des GOttes Israel.

16. Wir haben vom Ende der Erde Lobgesang gehöret, die Glorie des Gerechten. Und ich habe gesagt: Mein Geheimniß soll bey mir bleiben, ja mein Geheimniß soll bey mir bleiben, wehe mir: die Ungehorsame haben übertretten, und sie haben sich mit Sünden der Uebertretter schwerlich verlaufen.

17. Furcht, und Grube, und Strick über dich, der du auf Erden wohnest.

18. Und es wird seyn: Wer vor der Stimme des Schreckens fliehet, der wird in die Grube fallen: und wer sich aus der Grube herauswirkt, der wird mit dem Stricke gefangen werden: denn die Fenster von der Höhe sind aufgethan, und die Grundveste des Erdbodens werden erzittern.

19. Der Erdboden wird aufbersten, und zerbrechen, der Erdboden wird durch Verheerung zerstöret werden: der Erdboden wird sich durch Bewegung schüttern.

sicut fœnerator, sic is, qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet.

3. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur: Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores ejus: ideoque insanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui lætabantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.

9. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

10. Attrita est civitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte.

11. Clamor erit super vino in plateis: deserta est omnis lætitia: translatum est gaudium terræ.

12. Relicta est in urbe solitudo, & calamitas opprimet portas.

II. 13. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum, quomodo si paucæ olivæ, quæ remanserunt, excutiantur ex olea, & racemi, cum fuerit finita vindemia.

14. Hi levabunt vocem suam, atque laudabunt: cum glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.

15. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini, Dei Israel.

16. A finibus terræ laudes audivimus, gloriam Justi. Et dixi: Secretum meum mihi, secretum meum mihi, væ mihi: prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorum prævaricati sunt.

17. Formido, & fovea, & laqueus super te, qui habitator es terræ.

18. Et erit: *b* Qui fugerit a voce formidinis, cadet in foveam: & qui se explicaverit de fovea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terræ. *b Jerem. 48. 44.*

19. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra: commotione commovebitur terra.

20. Agi-

℣. 4. *Luxit & defluxit.* Chald. desolata est, sc. certissime desolabitur *terra.* Hæc videntur ad totius orbis excidium pertinere.

℣. 5. *Terra infecta est ab habitatoribus suis.* sc. propter peccata. Chald. & 70. peccavit.

℣. 7. *Luxit vindemia.* Hieron. *In consummatione mundi præteritarum deliciarum recordatio erit materia cruciatuum.*

℣. 10. *Attrita est civitas.* l. mundus.

℣. 13. *Quomodo si paucæ olivæ -- excutiantur ex olea.* Tempore Antichristi perpauci restabunt Fideles, constantes in fide; vel idcirco hæc dicit, quia Teglathphalasar multos ante transtulerat e decem tribubus. Hieron. juxta 70. *Omnia, quæ de Sanctis intelleximus, referri possunt ad impios; quod cum finita fuerit vindemia, tunc illi clament in supplicits constituti.*

℣. 14. *Hi levabunt vocem suam.* Præ lætitia. Luc. 21. *Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Jam propinquum portum cernentes, vocem lætitiæ tollent: vel ad litteram, duæ tribus, quæ Salmanasaris arma evasere, venient de mari.

℣. 15. *Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum.* Viri Apostolici verbum Dei annuntiate Insulis; vox Hebræa etiam valles significat: *In vallibus.*

℣. 16. *A finibus terræ laudes audivimus, gloriam justi.* Christi Domini. *Secretum meum mihi.* Hieron. *Non possum cuncta narrare, quæ video; hæret lingua faucibus meis.* Alii vertunt: *Macies mihi.* Non erit diuturna gaudendi causa: nam Judæorum peccata magnas inducent clades: reliqua fere extremum judicium nobis ob oculos ponunt, & cum verbis Christi Domini in Evangelio apte conveniunt. *Prævaricantes.* Nam refrigescet charitas multorum.

℣. 18. *Cataractæ de excelsis apertæ sunt.* i. Malorum inundatio. 70. vertunt *fenestras cæli. Concutientur.* Erunt magni terræ motus.

℣. 19. *Confractione confringetur terra.* Vel universa terra, vel duarum tribuum, quam vastabit exercitus Sennacherib. Nam iis, quæ ad extremum judicium pertinent, Propheta multa admiscet, quæ ad Judæos spectant.

20. Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur, quasi tabernaculum unius noctis: & gravabit eam iniquitas sua, & corruet, & non adjiciet, ut resurgat.

21. Et erit: In die illa visitabit Dominus super militiam cœli in excelso: & super reges terræ, qui sunt super terram.

III. 22. Et congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.

[a] *Joel. 2. 31. Act. 2.* 23. Et [a] erubescet luna, & confundetur sol, cum regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, & in Jerusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

CAPUT XXV.

I. Propheta Deum laudat ob opera mirabilia: 1. II. Ob beneficia populo in monte Sion præstanda: 6. III. Propter pœnas reproborum. 10.

1. Domine, Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, Amen.

2. Quia posuisti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non sit civitas, & in sempiternum non ædificetur.

3. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te.

4. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes a turbine, umbraculum ab æstu. Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem.

5. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente, propaginem fortium marcescere facies.

II. 6. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

7. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam, quam orditus est super omnes nationes.

[a] *2. Cor. 15. Apoc. 7. 17. & 21. 4.* 8. Præcipitabit mortem in sempiternum: [a] & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de universa terra: quia Dominus locutus est.

20. Der Erdboden wird sich hin und her bewegen, wie ein Trunkener, und wird hinweggenommen werden, wie ein Hüttlein einer Nacht: und seine Ungerechtigkeit wird ihn beschweren, er wird auch dahinfallen, und nicht wieder aufstehen.

21. Und es wird seyn: An demselben Tage wird der HErr heimsuchen das Heer des Himmels in der Höhe: und die Könige der Welt, die auf Erden sind.

III. 22. Und man wird sie zusammen in ein Büschlein binden zur Grube, und sie werden daselbst im Kerker verschlossen seyn, und nach vielen Tagen heimgesucht werden.

23. Und der Mond wird sich schämen, und die Sonne wird schamroth werden, wann nun der HErr der Heerschaaren auf dem Berge Sion, und zu Jerusalem wird herrschen, und wird im Angesichte seiner Aeltesten herrlich gepriesen.

Das fünf und zwanzigste Capitel.

I. Isaias lobet GOtt im Namen der Seligen: 1. II. Beschreibt derselben Freude und Freyheit: 6. III. Moab aber, das ist, die Verdammten, wird der Zorn GOttes zerknirschen. 10.

1. HErr! du bist mein GOtt, ich will dich erhöhen, und deinen Namen loben: denn du hast Wunder gethan, alte getreue Rathschläge, Amen.

2. Denn du hast die Stadt zum Steinhaufen gemacht, und die veste Stadt zum verfallenen Orte, das Haus der Fremden: daß es keine Stadt mehr sey, auch in Ewigkeit nicht wieder soll gebauet werden.

3. Darum wird dich das starke Volk preisen, die Stadt der mächtigen Heyden wird dich fürchten.

4. Denn du bist worden die Stärke des Armen, die Stärke des Dürftigen in seinem Elende: eine Zuversicht vor dem Ungewitter, ein Schatten vor der Hitze. Denn der Geist der Starken ist gleich einem Sturmwinde, der an eine Wand stoßet.

5. Gleichwie die Hitze im Durst, wirst du das Getümmel der Fremden niederlegen: und du wirst machen, daß die Reben der Starken, wie durch Hitze einer brennenden Wolke verdorren.

II. 6. Und der HErr der Heerschaaren wird allen Völkern auf diesem Berge zurichten ein feistes Mahl, ein Weinmahl, ein Mahl von feistem Mark, und von lauterm Wein, der von der Hefen gereinigt ist.

7. Und der HErr wird auf diesem Berge hinwegwerfen die Gestalt des Bandes, welches über alle Völker ist in einander geflochten, und das Gewebe, das er über alle Nationen angezettelt hat.

8. Er wird den Tod ewiglich hinunterstürzen: und GOtt der HErr wird die Thränen abwischen von allen Angesichtern, und wird in aller Welt die Schmach von seinem Volke hinwegnehmen: denn der HErr hat es geredt.

9. Und

℣. 20. *Auferetur quasi tabernaculum unius noctis.* Omnis terrena mansio, omnes incolæ; vel oppida a Sennacherib destructa.

℣. 21. *Visitabit Dominus super militiam cæli.* Judicium exercebit in dæmones; vel in siderum imagines, quas Assyrii habebant in castris.

℣. 22. *Congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum.* Impii quasi uno fasce facto dejicientur in lacum. *Post multos dies.* In æternum punientur, vel dejicientur, ut res inutiles dejici solent. *Et claudentur in carcere.* In castris suis, unde exire non poterunt; si in sensu historico de exercitu Sennacherib sermo habeatur.

℣. 23. *Erubescet luna.* Quia vertetur in sanguinem. *Confundetur Sol.* Obscurabitur. Hieron. in hoc 70. Interpretes reprehendit, quod verterint, liquefieri laterem, & cadere murum: & erroris causam aperit ex vocum affinitate; vel imagines Solis, aut Lunæ, quas circumferebant Assyrii, per metaphoram erubescere dicuntur. Vel: *Erubescet luna, & confundetur sol.* Quod homini tam ingrato tam impio tot sæculis luxerint. *Cum regnaverit* judex universi Christus, *in monte Sion.* Supra Jerusalem ad vallem Josaphat. *In conspectu senum,* seu sanctorum.

CAPUT XXV.

℣. 1. *Domine - exaltabo te.* Gratias agit, quod posuerit civitatem Jerusalem in tumulum, ob mortem Christi, & in illius locum populum fortem, seu Ecclesiam suffecerit. *Cogitationes antiquas fideles, Amen.* Chald. consilia æterna opere confirmata; vel potius civitas illa magna est: civitas impiorum, quam civitati Dei opponit Augustinus; vel ad litteram est Samaria; domus alienorum deorum.

℣. 3. *Super hoc laudabit te populus fortis.* Fide & operibus. *Civitas gentium.* i. Ecclesia ex gentibus potissimum collecta. Illis blasphemantibus, te gentium populus timebit. Hieron.

℣. 4. *Spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem.* Dæmones sunt tyranni, qui tempestates commovent, ut dejiciant animam; sed Deus est ejus fortitudo; vel in sensu historico, factus est fortitudo pauperi. Jer. solymæ obsessæ *Spiritus robustorum,* & Assyriorum; vel juxta interpretationem Hieronymi, si ventus impingatur parieti, atque pertranseat; sic turba blasphemantium Judæorum, illi nocere non potuit.

℣. 5. *Sicut æstus in siti.* Torquet homines in locis aridis positos: sic *tumultum alienorum.* Nempe dæmonum, aut impiorum humiliabis.

℣. 6. *Faciet Dominus -- in monte hoc.* In monte Sion, vel Olivarum, vel potius in Ecclesia. *Convivium pinguium.* Corporis Dominici; vel allegorice describit delicias Beatorum. *Pinguium medullatorum.* i. interiorum gaudiorum. *Vindemiæ defæcatæ.* i. jucunditatis purissimæ sine fæce tristitiæ. Pagninus & Vatablus vertunt convivium defunctorum; non carnale, sed spiritale.

℣. 7. *Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati.* Concupiscentiam, & calamitatum *telam:* faciem involverit, terrorem scilicet ab Assyriis incussum. Symmachus: faciem dominatoris. Aquila: faciem tenebrarum.

℣. 8. *Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum.* Dionys. Omnes enim fideles, non solum immortales, sed & impassibiles erunt in perpetuum.

9. Und man wird an demselben Tage sagen: Siehe, dieser ist unser GOtt, wir haben auf ihn gewartet, er wird uns auch Heil schaffen. Dieser ist der HErr, wir haben auf ihn geharret; wir wollen uns erfreuen, und froh seyn in seinem Heil.

III. 10. Denn auf diesem Berge wird die Hand des HErrn ruhen: und Moab wird unter ihm gedroschen werden, wie Spreu unter dem Wagen zerrieben wird.

11. Er wird seine Hände unter ihm ausstrecken, wie sie ein Schwimmer ausstrecket zu schwimmen: und er wird seine Ehrsucht niederdrücken, mit Anstoßen seiner Hände.

12. Und die Vestungen deiner hohen Mauren werden einfallen, und erniedert, und bis in den Staub zu Boden gerissen werden.

Das sechs und zwanzigste Capitel.

I. Der Prophet führet ein das Lobgesang der Frommen, so erlöset worden sind. 1. II. Bittet, GOtt wolle die Unbußfertigen bekehren. 10. III. Ermahnet die Gerechten zur kurzen Geduld. 20.

1. An dem Tage wird im Lande Juda dieß Lied gesungen werden: Der Heiland ist unsere veste Stadt Sion, er wird in ihr zu einer Mauer und Vormauer gesetzt werden.

2. Thut die Thore auf, und lasset hineingehen das gerechte Volk, so die Wahrheit bewahret.

3. Der alte Irrthum ist vorüber: du wirst Friede halten: ja Frieden, denn wir haben auf dich vertrauet.

4. Ihr habt vom Anfang für und für auf den HErrn gehoffet, auf den HErrn, den starken GOtt ewiglich.

5. Denn er wird die, so in der Höhe wohnen, hernieder biegen, die hohe Stadt wird er demüthigen. Er wird sie demüthigen bis zur Erde, und wird sie bis in den Staub herniederziehen.

6. Ein Fuß wird sie zertretten, die Füße der Armen, und die Gänge der Dürftigen.

7. Richtig ist der Weg des Gerechten, der Steig des Gerechten ist richtig zu wandeln.

8. HErr, wir haben im Wege deiner Gerichte auf dich gewartet: nach deinem Namen, und nach deiner Gedächtniß hat unsere Seele ein Verlangen.

9. Meine Seele hat nach dir verlangt bey der Nacht: so will ich auch mit meinem Geiste in meinem Herzen am Morgen zu dir wachen. Wann du deine Gerichte auf Erden wirst halten, so werden die Inwohner der Welt Gerechtigkeit lernen.

II. 10. Lasset uns dem Gottlosen Gnade erzeigen, er wird dennoch die Gerechtigkeit nicht lernen: er hat unrecht gehandelt im Lande der Heiligen, darum wird er auch die Herrlichkeit des HErrn nicht sehen.

11. HErr, deine Hand werde erhöhet, daß sie es nicht

9. Et dicet in die illa: Ecce, Deus noster iste, expectavimus eum, & salvabit nos. Iste Dominus, sustinuimus eum; exultabimus, & lætabimur in salutari ejus.

III. 10. Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro.

11. Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam ejus cum allisione manuum ejus.

12. Et munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad pulverem.

CAPUT XXVI.

I. Gratiarum actio pro exaltatione justorum & humiliatione impiorum. 1. II. Propheta objecrat pro conversione impiorum. 10. III. Justos ad patientiam hortatur. 20.

1. In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda: Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale.

2. Aperite portas, & ingrediatur gens justa custodiens veritatem.

3. Vetus error abiit: servabis pacem: pacem, quia in te speravimus.

4. Speratis in Domino in sæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

5. Quia incurvabit habitantes in excelso, civitatem sublimem humiliabit. Humiliabit eam usque ad terram, detrahet eam usque ad pulverem.

6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus egenorum.

7. Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.

8. Et in semita judiciorum tuorum Domine sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.

9. Anima mea desideravit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te. Cum feceris judicia tua in terra, justitiam discent habitatores orbis.

II. 10. Misereamur impio, & non discet justitiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.

11. Domine, exaltetur manus tua, & non

videant:

℣. 9. *Et dicet in die illa*, chorus Beatorum: *Ecce, Deus noster iste.* sc. Christus. *Expectavimus eum, & salvabit nos.* Salute æterna.

℣. 10. *Requiescet manus Domini.* Cessabit montem istum per varias afflictiones probare. *Et triturabitur Moab.* Reprobi, & populi Dei hostes. *Et extendet.* Ad litteram pressus Moab sub onere nihil non tentabit, ut evadat, sed frustra. Hieron. „Igitur Sermo Propheticus licet de consummatione mundi generaliter texat vaticinium, tamen „ne præsentia videatur omittere, nominat Moab, qui fuit inimicus Israel, cujus idolum, seu dæmonem, huic præ„sidentem, *detrahet in terram usque ad pulverem.*

℣. 12. *Et munimenta sublimium murorum tuorum concident.* Christus in die judicii omnia evertet, in quibus confiditis.

CAPUT XXVI.

℣. 1. *In die illa cantabitur canticum istud in terra Juda.* i. fidelium Ecclesia. *Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator* &c. Christus custos noster, sub ejus tutela securi sumus; interius, exteriusque nos tuetur; murus est & propugnaculum urbis Sion, quam opponit urbi Moab. Hieron. Murus bonorum operum, & antemurale rectæ fidei. Quæ dicuntur de Sion, ad Ecclesiam omnino pertinent.

℣. 2. *Aperite portas.* Reserate Cœlum ô Angeli! Hier. Omne hoc Canticum, quod in terra Confessionis & Laudis sancti cantaturi sunt, mutat repente personas, & quasi per interrogationem & responsionem texitur.

℣. 3. *Vetus error abiit.* Quo impii nos insanos judicabant. *Servabis pacem.* Omnium bonorum abundantiam, quæ in te posita est.

℣. 4. *Speratis in Domino.* Qui dominatur *in sæculis æternis*, non temporalis, sed sempiterna.

℣. 5. *Incurvabit habitantes in excelso* i. superbos. *Civitatem sublimem humiliabit.* Ut Niniven, Jerusalem, Romam, ita totum mundum, & omnem ejus arrogantiam.

℣. 6. *Conculcabit eam pes, pedes* Christi *pauperis* & Apostolorum, eam civitatem superborum, mundum scilicet conculcabunt; vel in sensu litterali, pauperes Hierosolymæ cives Assyrios contemnent.

℣. 7. *Semita justi recta est.* Hebr. *Semitam justi.* Ad libellam exiges. Hier. *Et quicumque per eam voluerit ambulare, cursu ambulet inoffenso.*

℣. 8. *Nomen tuum & memoriale tuum in desiderio animæ.* Non est quicquam magis in votis, quam ut nomen tuum, & tui memoria celebretur apud omnes.

℣. 9. *Anima mea desideravit te in nocte.* Jam sunt Prophetæ verba, non Cantici. Septuag. *Consurgit ad te in nocte.* Greg. *Quanto gravius patitur quis absentiam Dei, tanto ferventius quærit eum.*

℣. 10. *Misereamur impio*, est vox Dei, *& non discet justitiam.* Hebr. *Etsi misereamur impii, non discet justitiam. In terra.* In Ecclesia ipsa major est ingrati animi labes post tot accepta bona.

℣. 11. *Domine, exaltetur manus tua* ad eos puniendos, *& non videant*; sed videbunt. *Zelantes populi.* Qui invidia & zelo tabescunt. Quæ dicuntur per correctionem: Pereute, ne videant gloriam tuam; imo videant eam datam bonis, & confundantur.

videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos devoret.

12. Domine, dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.

13. Domine, Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantum in te recordemur nominis tui.

14. Morientes non vivant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.

15. Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: numquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.

16. Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.

17. Sicut, quæ concipit, cum appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua Domine.

18. Concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.

19. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate, qui habitatis in pulvere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.

III. 20. Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.

a *Mich.1.3.* 21. Ecce a enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & revelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

sehen; die neidischen Völker sollen es sehen, und zu Schanden werden: und deine Feinde soll das Feuer fressen.

12. HErr, du wirst uns Friede geben: denn alle unsere Werke hast du gewirket.

13. HErr, unser GOtt, es sind Herren unsererer mächtig gewesen außer dir, laß uns durch dich allein an deinen Namen gedenken.

14. Die Sterbenden sollen nicht leben, die Riesen sollen nicht wieder aufstehen: darum hast du sie heimgesucht, und aufgerieben, und alle ihr Gedächtniß vertilget.

15. Du hast dem Volke nachgegeben* o HErr, du hast dem Volke nachgegeben: bist du nicht hochgeehrt worden? du hast alle Gränzen der Erde ferne hinweggethan. * verschonet

16. HErr, sie suchten dich in der Noth, und da sie in der Trübsal murreten, warest du ihre Zucht.

17. Wir sind vor deinem Angesichte worden, o HErr, wie ein schwangeres Weib, das nahe zur Geburt kommen, und mit Schmerzen befangen, in ihren Schmerzen ruft: also sind wir worden, o HErr, vor deinem Angesichte.

18. Wir haben empfangen, und gleichsam gebohren, und haben den Geist gebohren: wir haben nichts heilsames gethan auf Erden, darum sind die Inwohner der Erde nicht gefallen.

19. Deine Todten werden leben, meine Erschlagenen werden wieder aufstehen: wachet auf, und lobet, die ihr im Staube wohnet: denn dein Thau ist ein Thau des Lichts, du wirst auch das Land der Riesen zum Falle herunterziehen.

III. 20. Gehe hin mein Volk, begieb dich in deine Schlafkammer, thue die Thüren nach dir zu, halte dich eine geringe Zeit, einen Augenblick verborgen, bis der Zorn vorübergehe.

21. Denn siehe, der HErr wird von seinem Orte ausgehen, daß er die Missethaten der Menschen, die auf Erden wohnen, an ihnen heimsuche: und die Erde wird ihr Blut entdecken, und wird hinfüro ihre Erschlagenen nicht verbergen.

CAPUT XXVII.

I. Punitio Leviathan seu diaboli. 1. *II. Canticum vineæ seu Ecclesiæ electorum.* 2. *III. Civitas munita desolabitur.* 6. *IV. Filii Israel reversi ab Assyriis & Ægypto adorabunt Dominum in Jerusalem.* 12.

1. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leviathan serpentem vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.

II. 2. In die illa vinea meri cantabit ei.

Das sieben und zwanzigste Capitel.

I. Endlicher Untergang des Satans. 1. II. Lobgesang des Weinbergs, oder triumphirenden Kirche. 2. III. Die Apostel werden die Welt bekehren, zur Zeit, da Jerusalem wird verheeret werden. 6. IV. Die Uebertriebenen von Juden werden zu der Kirche Christi kommen. 12.

1. An demselben Tage wird der HErr mit seinem harten und großen, und starken Schwerte heimsuchen den Leviathan, die Riegelschlange, und den Leviathan, die krumme Schlange, und wird den Wallfisch erwürgen, der im Meere ist.

II. 2. An demselben Tage wird der Weinberg, der den besten Wein trägt, ihm lobsingen.

3. Ich

℣. 12. *Omnia enim opera nostra operatus es nobis.* Vox Hebræa omnem eventum significat: possunt etiam intelligi opera nostra, quæ Deus in nobis per gratiam operantem, & prævenientem operatur.

℣. 13. *Possederunt nos Domini absque te.* Verba sunt animæ pœnitentis. Impii per flagella redeunt in viam rectam. *Tantum in te.* Spes nostra erit.

℣. 14. *Morientes non vivant.* Vel peccata ipsa, vel impii non vivant. *Gigantes non resurgant.* Superbi. Tyranni non redibunt nos vexaturi. Symmachus: Mortui non vivificabunt, gigantes non suscitabunt.

℣. 15. *Indulsisti genti Domine, genti* Judæorum. *Elongasti.* Postquam in omnem terram dispersi fuerint; vel indulsisti, pœnam differendo; amplificasti eorum fines: numquid propterea te glorificaverunt? Hier. *Securitas enim negligentiam, negligentia contemptum parit.*

℣. 16. *Domine, in angustia requisierunt te.* Cum affligerentur in *tribulatione*, in gravi calamitate, quæ exprimebat querelas. *Doctrina tua eis.* Post correctionem salutarem ad te confugient malis oppressi.

℣. 18. *Concepimus -- & peperimus spiritum.* Vatabl. Ventum. Nihil ultra bona desideria protulimus. *Salutes non fecimus.* Opera salutis, fructus pœnitentiæ; nec pravi habitus extirpati fuerunt: vel hostes nostri, qui terram sanctam incolebant, exterminati non sunt. Ex 70. Præ timore tuo concepimus, & parturivimus spiritum salutis.

℣. 19. *Vivent mortui tui.* Qui in te, aut propter te moriuntur; & *interfecti mei*, propter justitiam, *resurgent*, ad vitam. *Quia ros lucis, ros tuus.* Vox Hebr. lumen & olera significat: ros gratiæ cum animas, tum corpora suscitabit ut herbas: semen tuum fœcundum erit, ut ros matutinus. *Terram gigantum*, impiorum, *detrahes in ruinam.*

℣. 20. *Intra in cubicula tua.* In sepulchra; vel tenete vos intra urbem, donec pertranseat indignatio: donec furor Assyriorum detumuerit.

℣. 21. *Revelabit terra sanguinem suum.* Chald. sanguinem innocentem super se effusum, sc. manifestabit vel reddet sanguinem justorum: quin & omnes vita functos reddet: vel ad litteram de Assyriis; tam multus erit sanguis Assyriorum, ut terra non possit eum absorbere.

CAPUT XXVII.

℣. 1. *Visitabit Dominus in gladio suo duro.* Quidam exponunt hoc capitis initium de Rege Assyriorum. *Super Leviathan.* Cetum: nam majores Principes sæpe minutiores opprimunt: sed in sensu allegorico (præcipue a Spiritu Sancto intento) & Christiani & Hebræi de diabolo hæc interpretantur, qui & Leviathan figurato sermone appellatur, propter potestatis magnitudinem, *serpens*, ob fallendi artem; *vectis*, ob potentiam; unde Theodotio vertit *serpentem robustum.* S. Greg. Draco ut fertur, in terra serpit, natat in aquis, volat in aëre, ideo diabolus & serpens, & cetus, & Leviathan dicitur.

℣. 2. *In die illa vinea meri.* i. Ecclesia, in qua vinum gratiæ lætificans eor. *Cantabit ei*, sc. laudem Domino.

3. Ich bin der HErr, der ihn bewahret, ich will ihm auch bald einschenken: damit nicht etwan eine Heimsuchung wider ihn vorgenommen werde, ich bewahre ihn Nacht und Tag.

4. Bey mir ist kein Zorn: wer macht mich zum Dorn, und zur Hecke im Streite, so will ich über ihn tretten, und will ihn zugleich anzünden?

5. Oder, wird er vielmehr meine Stärke aufhalten, und Friede mit mir machen, ja er wird Friede mit mir machen?

III. 6. Welche zu Jacob mit Gewalt einkommen, die werden das Angesicht der Erde mit Saamen erfüllen, und Israel wird blühen und grünen.

7. Hat er ihn dann mit solchen Streichen geschlagen, wie diejenigen, die ihn schlugen? oder ist er also getödtet, wie er seine Erschlagenen getödtet hat?

8. Du wirst ihn richten, und eine Maaß gegen die andere geben, wann er nun wird verworfen werden: er hat es in seinem harten Geiste bedacht am Tage der Hitze.

9. Darum wird dem Hause Jacob hiedurch die Missethat vergeben werden: und ist das der ganze Nutzen, daß seine Sünde hinweggenommen werde, wann er alle Steine des Altars gemacht hat, wie Steine, die zu Staub gestoßen sind, die Wälder, und abgöttischen Tempel werden nicht stehen bleiben.

10. Denn die veste Stadt wird wüste stehen, die schöne Stadt wird verlassen werden, und man wird sie öd liegen lassen, wie eine Wüste: da wird ein Kalb weyden, und es wird daselbst ruhen, und ihr Gestäude oben abfressen.

11. In der Dürre wird ihre Ernte verderben, die Weiber werden kommen, und sie unterrichten: denn es ist ein Volk, das keinen Verstand hat: darum wird er sich ihrer auch nicht erbarmen, der sie gemacht: und der sie erschaffen hat, wird ihrer nicht verschonen.

IV. 12. Und es wird seyn: An demselben Tage wird der HErr vom Ufer des Stroms schlagen, bis an den Bach Aegypti, und man wird euch versammeln, ihr Kinder Israel, Mann für Mann.

13. Und es wird seyn: Man wird an demselben Tage mit einer grossen Posaune blasen, alsdann werden kommen, die verlohren waren, aus dem Lande der Assyrier, und die in Aegyptenland vertrieben waren, und werden den HErrn anbethen auf dem heiligen Berge zu Jerusalem.

Das acht und zwanzigste Capitel.

I. Isaias weissaget den Untergang Samariä, wegen ihrer Hoffart und Trunkenheit: 1. II. Und daß ihr Bund, welchen sie mit der Hölle getroffen, nicht bestehen soll. 15. III. Verheißet ihnen den vesten Eckstein Christum. 16. IV. Meldet, daß GOtt die Seinigen durch Trübsal heimsuche, und bewahre. 25.

3. Ego Dominus, qui servo eam, repente propinabo ei: ne forte visitetur contra eam, nocte & die servo eam.

4. Indignatio non est mihi: quis dabit mi spinam & veprem in prælio, gradiar super eam, succendam eam pariter?

5. An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?

III. 6. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine.

7. Numquid juxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos ejus, sic occisus est?

8. In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit, judicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.

9. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Jacob: & iste omnis fructus, ut auferatur peccatum ejus, cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra.

10. Civitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur, quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates ejus.

11. In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens: propterea non miserebitur ejus, qui fecit eum: & qui formavit eum, non parcet ei.

IV. 12. Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Ægypti, & vos congregabimini unus & unus filii Israel.

13. Et erit: In die illa clangetur in tuba magna, & venient, qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui ejecti erant in terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem.

CAPUT XXVIII.

I. Superbis & ebriis Israelitis minatur, quod verba prophetarum irrideant: 1. II. Ponentes mendacium spem suam. 15. III. Prædicit de lapide angulari in fundamentis Sion ponendo. 16. IV. De pœna illusorum, & consolatione bonorum. 25.

℣. 3. *Repente propinabo ei.* Hebr. In tempore irrigabo eam.

℣. 4. *Quis dabit me spinam.* Promittit Deus fore, ut vineam suam conservet, non sit illi in spinam, non indignetur quasi in spinam, non incendat eam ut spinas. *Indignatio;* vel possum irasci vineæ meæ, & quis obstabit, quominus eam igne consumam?

℣. 5. *An potius tenebit fortitudinem meam?* q. d. potius decore suo devinctam tenebit fortitudinem meam, id precibus suis faciet; quam celerrime me placabit.

℣. 6. *Qui ingrediuntur impetu ad Jacob.* Apostoli, radices Jacob pullulabunt. *Florebit semine.* Venturis temporibus radices aget; hoc semen, & Apostoli replebunt orbem.

℣. 7. *Numquid juxta plagam percutientis se percussit.* i. percutiet *eum?* Non ut tyrannus populum suum percutiet, sed ut pater & medicus. Vel castigabit quidem Judæos, sed non ut exercitum Sennacherib, usque ad internecionem.

℣. 8. *In mensura contra mensuram, cum abjecta fuerit* Synagoga: moderabitur tum enim iræ suæ Deus: meditabitur; vel ubi propter rebellionem prorsus a te abjecta fuerit, tum pari sceleribus pœnarum mensura plectetur. *In spiritu suo duro.* Et inexorabili. *Per diem æstus.* Tempore ferventis vindictæ in eam animadvertet per Vespasianum, & Titum.

℣. 9. *Dimittetur iniquitas domui Jacob* &c. Contra vero, qui tot cladibus castigati resipuerint ex domo Jacob; *super hoc.* Vatablus, *hoc pacto. Dimittetur iniquitas domui Jacob.* Cum se ad Christum adjunget. Cum posuerit, quod factum est in excidio Jerosolymæ. *Et delubra,* Gentium. Cum viderint Judæi Templo destructo idola everti gentilium, multi ex iis ad Deum convertentur. Apud Judæos non erunt luci, nec delubra.

℣. 10. *Civitas enim munita desolata erit,* Jerusalem. *Summitates.* Hebr. ramos ejus, ut solent feræ in saltu, aut in vinea. Alii civitatem munitam putant esse Babylonem, quæ misere vastanda erat.

℣. 11. *In siccitate messes illius conterentur.* Præ siccitate fames invadet. *Mulieres.* Falsi prophetæ & ignavi doctores; vel mulieribus se docendos dabunt. *Sapiens.* Meretur regi a mulieribus. Vel mulieres incendent messes; an Medi molles & effœminati?

℣. 12. *Et vos congregabimini* &c. Judæi exules confugient ad Christi Ecclesiam. *Percutiet Dominus.* Hebr. Excutiet. *Ab alveo fluminis.* Euphratis. *Usque ad torrentem Ægypti: Congregabimini ad unum.* In Ecclesiam Christi.

℣. 13. *In die illa clangetur in tuba magna* prædicationis Evangelicæ. *Et venient* sc. Gentiles, qui per Assyrios & Ægyptios intelliguntur. *Et adorabunt Dominum in monte sancto* sc. Ecclesia. Vel per *Assyrios* intelliguntur superbi, per *Ægyptum*, quæ interpretatur *tenebræ*, vel *mœror intelligentiæ*, significantur luxuriosi & avari, sicque omnes peccatores comprehenduntur: quia *omne, quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia vitæ est.* 1. Joan. 2. v. 16.

1. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes a vino.

2. Ecce, validus & fortis Dominus, sicut impetus grandinis: turbo confringens: sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam.

3. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim.

4. Et erit flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud.

5. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui:

6. Et spiritus judicii sedenti super judicium, & fortitudo revertentibus de bello ad portam.

7. Verum hi quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate erraverunt: Sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt a vino, erraverunt in ebrietate, nescierunt Videntem, ignoraverunt judicium.

8. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque, ita, ut non esset ultra locus.

9. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus.

10. Quia manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi.

a 1. Cor. 14. 21. 11. In *a* loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum istum.

12. Cui dixit: Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire.

13. Et erit eis verbum Domini: Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.

14. Propter hoc audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Jerusalem.

II. 15. Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.

1. Wehe der hoffärtigen Krone, den Trunkenen von Ephraim, und der abfallenden Blume, ihrem ruhmsichtigen Frohlocken, welche in der Höhe des allerfeistesten Thals waren, und taumelten* hin und wieder vom Weine. * irreten

2. Siehe, der HErr, der gewaltig und stark ist, kömmt wie ein ungestümer Hagel: wie ein Sturmwind, der zerbricht: wie ein gewaltiger Einbruch vieler Wasser, die alles überschwemmen, und über ein weites Land ausgelassen werden.

3. Man wird die hoffärtige Krone der Trunkenen von Ephraim mit Füßen tretten.

4. Und die Blume ihres ruhmsichtigen Frohlockens, welche auf der Höhe des feisten Thales ist, wird abfallen, wie eine frühzeitige Frucht, ehe der Herbst herankömmt: welche einer, der ihrer gewahr wird, und sie ansiehet, alsbald mit den Händen ergreift, und einschluckt.

5. An demselben Tage wird der HErr der Heerschaaren den übrigen von seinem Volke eine Ehrenkrone, und Freudenkranz seyn:

6. Und dem Sitzenden auf dem Richterstuhle wird er den Geist des Gerichts geben, und die aus dem Kriege zur Pforte wieder ankommen, die werden Stärke haben.

7. Aber auch diese sind vom Weine unwissend, und von Trunkenheit irrend worden: der Priester und der Prophet haben vor Trunkenheit nichts verstanden, sie sind im Weine ersoffen, und haben vor Trunkenheit geirret, der Seher war ihnen unbekannt, und wußten nicht das Recht zu sprechen.

8. Denn alle Tische sind mit Speyen und unfläthigem Wust erfüllet, daß auch kein Raum mehr da war.

9. Wen soll er dann Weisheit lehren? und wem soll er zu verstehen geben, was zu hören ist? die von der Milch entwöhnt, und von der Brust abgezogen sind.

10. Denn da ist es: Gebiethe, und gebiethe wieder, gebiethe, und gebiethe wieder, warte, und warte abermal, warte, und warte abermal, hie ein wenig, dort ein wenig.

11. Denn er wird mit der Sprache einer Lefze, und mit einer andern Zunge diesem Volke zureden.

12. Er hat zu ihm gesagt: Dieß ist meine Ruhe, erquicket den Müden, das ist auch meine Erquickung: und sie haben es nicht hören wollen.

13. So wird ihnen das Wort des HErrn seyn: Gebiethe, und gebiethe wieder, gebiethe, und gebiethe wieder, warte, und warte abermal, warte, und warte abermal, hie ein wenig, dort ein wenig: daß sie hingehen, und hinter sich fallen, und zertretten, und bestrickt, und gefangen werden.

14. Darum höret des HErrn Wort, ihr spöttischen Männer, die ihr über mein Volk herrschet, das zu Jerusalem ist.

II. 15. Denn ihr habt gesagt: Wir haben einen Bund gemacht mit dem Tode, und einen Vertrag mit der Hölle aufgerichtet. Wann die Plage gleich einer Fluth daher gehet, so wird sie über uns nicht kommen: denn wir haben auf Lügen unsere Hoffnung gesetzt, und mit Lügen sind wir beschirmet worden.

III. 16. Dar-

CAPUT XXVIII.

℣. 1. *Væ coronæ superbiæ.* I. regno superbo. Redit ad excidium regni Israelitici, ad Samariam in vertice montis positam; comparat gloriam decem tribuum coronæ variis floribus textæ. Mystice: væ superbis prælatis, vino, fornicatione & aliis vitiis ebriis. *Qui erant in vertice vallis pinguissimæ.* Qui non in macilenta sed pingui Ecclesia aut beneficio servire volunt.

℣. 4. *Quasi temporaneum* fructum præcocem -- *devorabit illud.* Sic Assyrii Israelem.

℣. 5. *In die illa.* Vastatis decem tribubus. *Erit Dominus corona gloriæ residuo populi sui.* Tribui Juda & Benjamin.

℣. 6. *Et spiritus judicii.* Bene judicandi scientia dabitur *sedenti.* Ezechiæ Regi.

℣. 7. *Verum hi quoque præ vino*, sc. ut ebrii, & voluptatibus dediti imitantur Samaritas. *Nescierunt videntem.* Audire noluerunt prophetas. Excidetur postea Jerusalem Samariæ sceleribus infecta.

℣. 8. *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu.* Tantum comedebant, ut plus non potuerint. Mystice: Mensa est doctrina juxta illud: *Sapientia proposuit mensam.* Multi igitur cibos doctrinæ puros recipiunt, sed fœtidos emittunt: quia mala vita & fama coinquinant.

℣. 9. *Quem docebit* Deus *scientiam?* q. d. utique non tales quales Judæi erant indociles, voluptatibus dediti, irrisores prophetarum, quorum verba minantia futuram calamitatem repetebant. Cum igitur adulti irrideant præcepta Domini, Deus irridendo infantes docebit ablactatos a lacte. Mystice *a lacte* adulationis. *Avulsos ab uberibus.* Mundi, quæ sunt vanitas & voluptas. Vid. Hebr. 5. v. 13. Vatablus legendum putat per interrogationem.

℣. 10. *Quia manda, remanda.* Hebr. Præceptum ad præceptum. Hæc verba prophetas deridendo sæpius repetebant.

℣. 11. *In loquela enim labii, & lingua altera loquetur.* Deus ad hos derisores altera lingua per Chaldæos; Barbarorum opera utetur ad castigandos Judæos.

℣. 12. *Hæc est requies mea.* Hoc erit gaudium meum, si afflictos sublevetis.

℣. 13. *Et erit eis verbum Domini.* Hebr. Et factum est eis verbum Domini, præceptum ad præceptum per illusoriam imitationem verborum.

℣. 14. *Propter hoc audite verbum Domini viri illusores.* Sapientes hujus sæculi sunt Domini irrisores. Aug. *Irrisor est & non pœnitens, qui sic commissa plangit, ut voluntate vel opere committere non desistat.*

℣. 15. *Dixistis enim: Percussimus fœdus cum morte.* Ut nos non tangat: sed Deus ostendet spem illam nihil mendacio, & pactum illud dissolvet. Deo permittente prophetas irridebunt, donec mala, quæ prædixere iis, eveniant.

III. 16. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will in die Gründe Sion einen Stein legen, einen bewährten Stein, einen Eckstein, einen köstlichen Stein, der fest im Grunde liegen soll; wer es glaubet, der eile nicht.

17. Und ich will das Gericht setzen in das Gewicht, und die Gerechtigkeit in ihre Maaß: der Hagel soll die Hoffnung der Lügen zu Boden schlagen: und ihren Schutz sollen die Wasser überschwemmen.

18. Und euer Bund mit dem Tode soll vernichtet werden, und euer Vertrag mit der Hölle soll nicht bestehen: wann die Strafe gleich einer Fluth dahergehen wird, so sollet ihr davon zertretten werden.

19. Zu welcher Zeit sie vorübergehet, so wird sie euch hinwegnehmen: denn sie wird am Morgen frühe dahergehen, auch währen Tag und Nacht, und die bloße Plage allein wird dem Gehöre Verstand geben.

20. Denn das Bett ist zu eng, also, daß der andere herabfallen wird: der Mantel ist auch zu kurz, er kann sie beyde nicht bedecken.

21. Denn der HErr wird stehen gleichwie auf dem Berge der Theilung: er wird zürnen, wie im Thale, das zu Gabaon ist: damit er sein Werk thue, sein Werk ist zwar fremd*: damit er sein Werk verrichte, wiewohl sein Werk fremd von ihm ist. *ihm ungewöhnlich, unbeliebig

22. Und nun spottet nicht, damit vielleicht eure Bande nicht stärker gebunden werden. Denn ich habe vom HErrn, dem GOtt der Heerschaaren, ein Wort gehöret vom endlichen Untergang, und von einer Verkürzung, so über den Erdboden kommen wird.

23. Vernehmet mit den Ohren, und höret meine Stimme, merket auf, und höret meine Rede.

24. Wird der Ackersmann den ganzen Tag zur Saat pflügen, sein Land brechen, und Furchen machen?

IV. 25. Wird er nicht auch, wann er es nun oben gleich gemacht hat, Wicken säen, und Kümmel sprengen, und Waizen in guter Ordnung darein werfen, auch Gerste, und Hirsen, und Spelz, ein jegliches an seinem Orte?

26. Und GOtt wird ihn unterweisen im Gerichte: sein GOtt wird ihn lehren.

27. Denn die Wicken werden nicht mit Eggen ausgedroschen, so wird über Kümmel das Rad am Wagen nicht umgehen: sondern die Wicken schlägt man aus mit einer Ruthe, und Kümmel mit einem Stabe.

28. Das Brod aber wird klein zermahlet: jedoch der Drescher wird es nicht ewiglich dreschen, er wird es auch mit dem Rade des Wagens nicht immerdar plagen, noch mit seinen Hufen zermahlen.

29. Und dieß ist vom HErrn, dem GOtt der Heerschaaren ausgegangen, damit er seinen Rath wunderbarlich machte, und die Gerechtigkeit herrlich ausführte.

Das neun und zwanzigste Capitel.

I. Sagt vor die Zerstöhrung Ariels, das ist, Jerusalem: 1. II. Auch die Chaldäer werden bald hernach zu Grunde gehen: 5. III. Daß GOtt den Verstand der Schrift von den Juden werde hinwegnehmen: 9. IV. Daß die Juden sollen verblendet, und verstockt, die Heyden aber zum Christenthum berufen werden. 17.

III. 16. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: *b* Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum; qui crediderit, non festinet. *b Psalm.* 117. 22. *Matth.* 21. 42. *Act.* 4. 11. 1. *Pet.* 1. 6. *Rom.* 9. 33.

17. Et ponam in pondere judicium, & justitiam in mensura: & subvertet grando spem mendacii: & protectionem aquæ inundabunt.

18. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem.

19. Quandocumque pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.

20. Coangustatum est enim stratum, ita, ut alter decidat: & pallium breve utrumque operire non potest.

21. Sicut *c* enim in monte divisionum stabit Dominus: *d* sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: ut faciat opus suum, alienum opus ejus: ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. *c 2. Reg.* 5. 20. 1. *Paral.* 14. 11. *d Josue* 10. 10.

22. Et nunc nolite illudere, ne forte constringantur vincula vestra. Consummationem enim & abbreviationem audivi a Domino Deo exercituum super universam terram.

23. Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum.

24. Numquid tota die arabit arans, ut serat, proscindet & sarriet humum suam?

IV. 25. Nonne cum adæquaverit faciem ejus, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis?

26. Et erudiet illum in judicio: Deus suus docebit illum.

27. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.

28. Panis autem comminuetur: verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec ungulis suis comminuet eum.

29. Et hoc a Domino Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium, & magnificaret justitiam.

CAPUT XXIX.

I. Prædicitur obsidio & afflictio Jerusalem: 1. II. Contritio gentium illam obsidentium: 5 III. De libro signato, ac cæcitate Judæorum: væ profundis corde denuntiatur: 9. IV. Reliquias Jacob prædicit illuminandas, & ad Deum convertendas. 17.

1. Væ

℣. 16. *Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem.* Hæc verba citantur Matth. 21. & a Paulo Rom. 9. *Omnis, qui crediderit in illum, non confundetur.* Increduli festinare solent ex diffidentia, cupientes mox oculis intueri; sed qui firmiter credit, per patientiam expectat, nec confunditur. Hebræus textus hæc quidem habet: *Qui credit, non festinabit.* Sed in versione 70. sic legimus, ut citatur in prima Petri epistola cap. 2. *Qui crediderit in eum, non confundetur.* Quo quidem modo locus ille ad Christum manifeste pertinet. Qui crediderit, non festinet, patienter expectet. Irenæus l. 3. c. 28. ait: Hic lapis e terra & ex virtute Dei constat: ut non ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, adventum ejus, qui secundum hominem est, intelligamus. Et S. Ambros. l. 1. Offic. c. 29. Hunc autem lapidem, id est, Christum mittit in fundamentum Ecclesiæ.

℣. 17. *Et ponam in pondere judicium.* Redit ad sua tempora. Justo pondere illusores Judæos judicabit: *Subvertet.* Punitio per Chaldæos, aut Romanos insinuatur.

℣. 19. *Sola vexatio intellectum dabit auditui.* Ut vaticinia intelligant, Judæi afflictionibus eruditi sapient.

℣. 20. *Coangustatum est enim stratum.* Lectulus non capit duos amatores; Deum, aut Idola abjiciatis necesse est. Matth. 6. v. 24. Adveniente Christo, lex gratiæ expellet idololatriam.

℣. 21. *Sicut enim in monte divisionum.* Ubi Deus per David dejecit Philisthæos; sic stabit adversum vos. *Gabaon*, cum Josue Amorrhæum debellavit. *Alienum opus ejus.* Quod invitus facit: vel paululum digressus redit ad Babylonios, qui simili modo percutient Judæos.

℣. 22. *Et nunc nolite illudere.* Has minas nolite contemnere, ne durior fiat vestra captivitas. *Abbreviationem.* Extremam cladem brevi futuram pauci evadent.

℣. 24. *Numquid tota die arabit arans, ut serat.* Similitudine ducta ab agricultura ostendit Deum optime nosse tempus & modum, quo homines tractari debeant: est enim tempus arandi & serendi.

℣. 25. *Nonne cum adæquaverit faciem ejus.* Cum complanaverit agrum; Nigella semen calidum & nigrum. *Et viciam.* Zeam, speltam. *In finibus suis.* In locis suis.

℣. 27. *Non enim in serris triturabitur gith* &c. Dentata tribula non versabitur rota super cyminum: non enim ferre eam posset.

℣. 28. *Panis autem.* Triticum, ex quo fit panis, *comminuetur.*

1. Væ Ariel, Ariel civitas, quam expugnavit David: additus est annus ad annum: solemnitates evolutæ sunt.

2. Et circumvallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel.

3. Et circumdabo quasi sphæram in circuitu tuo, & jaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam.

4. Humiliaberis, de terra loqueris & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.

II. 5. Et erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut favilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt:

6. Eritque repente confestim. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flammæ ignis devorantis.

7. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium Gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel, & omnes, qui militaverunt, & obsederunt, & prævaluerunt adversus eam.

8. Et sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima ejus: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima ejus vacua est: sic erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion.

III. 9. Obstupescite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non a vino: movemini, & non ab ebrietate.

10. Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, prophetas, & principes vestros, qui vident visiones, operiet.

11. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti litteras, dicent: Lege istum: & respondebit: Non possum, signatus est enim.

12. Et dabitur liber nescienti litteras, dicetur que ei: Lege: & respondebit: Nescio litteras.

13. Et dixit Dominus: *a* Eo quod appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis:

14. Ideo ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: *b* peribit enim sapientia a sapientibus

a Matth. 15. 8. *Marc.* 7. 6.

b 1. *Cor.* 1. 19. *Abd.* 1. 8.

1. Wehe Ariel, Ariel der Stadt, die David mit Streit erobert hat: es ist ein Jahr zum andern gekommen: die herrlichen Festtage sind vorübergegangen.

2. Und ich will Ariel mit einem Wall umgeben, und die Stadt wird traurig und betrübt seyn, und wird mir seyn wie Ariel.

3. Und ich will um dich her in die Runde ein Lager schlagen, ich will einen Wall wider dich aufwerfen, und Vestungen machen, dich zu belagern.

4. Du wirst gedemüthiget werden, du wirst aus dem Erdboden reden, und man wird deine Rede aus dem Staube hören: und deine Stimme wird seyn wie eine Stimme eines Zauberers aus der Erde, und deine Rede wird aus dem Erdboden herauswispeln.

II. 5. Die Menge derjenigen, die dich zerstreuen, wird seyn wie der dünne Staub: und die Menge der Starken, die dich überwältiget haben, wird wie Asche seyn, die vorüber fährt:

6. Und es wird sehr geschwinde zugehen. Vom HErrn der Heerschaaren wird eine Heimsuchung kommen mit Donnern und Erdbeben, und mit großem Brausen eines Sturmwindes und Ungewitters, und verzehrender Feuerflammen.

7. Und die Menge aller Völker, welche Ariel bestreiten, sammt allen, die wider sie das Schwert führen, und sie belagern, und endlich überwältigen, werden seyn, wie ein Traum eines nächtlichen Gesichts.

8. Und gleichwie einem Hungerigen träumet, daß er esse, wann er aber aufwacht, so ist seine Seele noch leer: und wie einem Durstigen träumet, daß er trinke, wann er aber aufwacht, so ist er noch matt, und durstig, und seine Seele ist leer: also wird die Menge aller Heyden seyn, die wider den Berg Sion gestritten haben.

III. 9. Entsetzet, und verwundert euch, beweget euch, und wanket hin und her: werdet trunken, aber nicht von Wein: taumelt, aber nicht von Trunkenheit:

10. Denn der HErr hat euch einen Geist des Schlafs eingeschenkt, er wird eure Augen zuthun, eure Propheten und Fürsten, die Gesichte sehen, wird er verdecken.

11. Ihrer aller Gesichte werden euch seyn, wie die Worte eines versiegelten Buchs, wann man es einem giebt, der lesen kann, und spricht: Lies dieß Buch: so wird er antworten: Ich kann nicht, denn es ist versiegelt.

12. Wird man aber das Buch einem geben, der nicht lesen kann, und zu ihm sagen: Lies es: so wird er antworten: Ich kann nicht lesen.

13. Und der HErr sprach: Darum, daß sich das Volk mit seinem Munde nahet, und ehret mich mit seinen Lippen, aber ihr Herz ist ferne von mir, und sie fürchten mich nach Geboth der Menschen, und Lehrer:

14. Siehe, darum will ich noch mehr thun, mit einem großen und schrecklichen Wunderwerk, damit ich es mache, daß sich dieß Volk verwundere: denn die Weisheit wird

CAPUT XXIX.

℣. 1. *Væ Ariel, Ariel civitas.* Ariel significat leonem fortem, aut leonem Dei: hoc loco videtur sumi pro Jerosolyma, quæ civitas a Davide fuit expugnata, vocatur Ariel ob fortitudinem, vel principatum: eadem vox significat altare holocaustorum apud Ezech. cap. 43. *Additus est annus ad annum.* Post aliquot annos illius majestas extinguetur, cessabunt dies festi; vel post biennium Jerosolyma obsidebitur a Sennacherib.

℣. 2. *Circumvallabo Ariel* per Assyrios, aut Chaldæos; iisdem prope verbis utitur Christus Dominus. *Et erit mihi quasi Ariel.* Ut leo circumdatus cadaveribus, vel ut altare plenum victimarum sanguine. Ezech. 43. v. 15.

℣. 3. *Et circumdabo quasi sphæram.* Te undique cingam oblidione. *Aggerem.* 70. Vallum tibi circumdabo.

℣. 4. *Humiliaberis, de terra loqueris* i. prostrata in terram, & eversa; vel metu telorum hostilium occultabunt se cives in locis subterraneis.

℣. 5. *Erit sicut pulvis tenuis multitudo ventilantium.* i. exagitantium te. Hebr. *Alienorum.* Numerum ingentem & celeritatem indicat. *Favilla.* Hebr. Gluma, seu palea levis, qua granum involvitur. Hucusque dicta in sensu mystico possunt applicari tepido Christ ano, magis autem Religioso. Ipse erit *quasi Ariel*, quia laborat acedia & marcet in pœnitentia non Ariel, id est, Leo Dei sed quasi: contra hunc faciet Deus aggerem carnalium & mundanorum desideriorum, *& humiliabit*, ut ipsius conversatio jam non cum Angelis, sed brutis fiat juxta illud: *Comparatus est jumentis insipientibus* &c. Tandem ob multitudinem *ventilantium* seu cogitationum carnis succumbet.

℣. 7. *Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium.* Earum gaudium de victoria: non diu lætabuntur Assyrii.

℣. 9. *Obstupescite & admiramini.* Judæi. Imperativus pro futuro. Obstupescetis; vel primores Judæos alloquitur, qui non credebant futura, quæ prædicebat Isaias. Præ stupore incerti, quid agatis, instar ebriorum vacillantes.

℣. 10. *Prophetas & principes vestros operiet.* Velo, ne intelligantur, aut permittet errare.

℣. 13. *Labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me.* Eum locum citat Dominus Matth. 15. Hæc sententia contra eos valet, qui verbis Deum honorant, factis contemnunt, qui sacras preces recitant, mox ad pocula, aut ad ludum se conferunt. *Mandato.* Coluerunt me non juxta præcepta mea, sed juxta inanes Scribarum traditiones. Hæc ad verbum in versione 70. ut citantur a Domino.

℣. 14. *Peribit enim sapientia a sapientibus.* Nihil proficient versuti illi, qui varia agitant consilia. Hunc locum profert Apostolus; ac de humana sapientia, quæ Evangelii prædicatione stultitiæ damnata est & convicta, interpretatur.

wird bey ihren Weisen vergehen, und der Verstand ihrer Verständigen wird verborgen werden.

15. Wehe euch, die ihr tief von Herzen seyd, einen Rathschlag vor dem HErrn zu verbergen: deren Werke im Finstern sind, und sie sprechen: Wer siehet uns, und wer kennet uns?

16. Diese eure Gedanken sind verkehrt: als wenn der Leim wider den Hafner gedächte, und das Werk spräche zu seinem Meister: Du hast mich nicht gemacht: und als wenn ein Gemächte sagen würde zu dem, der es gemacht hat: Du verstehest nichts.

IV. 17. Ist es nicht um eine geringe und kurze Zeit zu thun, daß sich der Liban in den Charmel verändern wird, und daß man den Charmel für einen Wald wird achten?

18. An demselben Tage werden die Tauben die Worte des Buchs hören, und die Augen der Blinden werden aus der Finsterniß, und aus dem Dunkeln herausehen.

19. Und die Sanftmüthigen werden mehr Freude haben im HErrn, und arme Leute werden im Heiligen Israel frohlocken:

20. Denn es ist krastlos worden, der zu mächtig war, und es ist aus mit dem Spötter, und alle, die sich der Bosheit beflissen, sind ausgetilget:

21. Welche machten, daß sich die Menschen im Worte verliefen, und hintergiengen den, der sie im Thore strafte, und sie sind ohne Ursache vom Gerechten abgewichen.

22. Darum sagt dieß zum Hause Jacob, der HErr, der Abraham erlöset: Jacob wird jetzt nicht zu Schanden, und sein Angesicht wird jetzt nicht schamroth werden:

23. Sondern wann er seine Kinder, das Werk meiner Hände, mitten unter sich sehen wird, daß sie meinen Namen heiligen, so werden sie auch den Heiligen Jacobs heilig machen, und den GOtt Israel preisen:

24. Und die eines irrigen Geistes sind, werden Verstand haben, und die Murrenden werden das Gesetz lernen.

Das dreyßigste Capitel.

I. Isaias straft die Juden, welche wider GOttes Willen ihre Zuflucht suchen bey den Aegyptiern: 1. II. Und nicht wollen von Propheten hören das Wahrhaftige, sondern was ihnen wohlgefällig: 9. III. Beschreibt im glücklichen Reiche Ezechiä das heilige und glückliche Reich Christi: 26. IV. Weissaget vom letzten Gerichte. 30.

1. Wehe euch, ihr abtrünnigen Kinder, spricht der HErr, daß ihr einen Rathschlag gemacht habt, der nicht aus mir ist: und habt ein Gewebe angefangen, doch nicht durch meinen Geist, damit ihr eine Sünde mit der andern überhäufet:

2. Die ihr euch auf die Reise begebet, in Aegypten hinabzuziehen, und habt meinen Mund nicht Rath gefragt, sondern habt euch der Hülfe getröstet durch die Macht Pharaonis, und habt auf den Schatten Aegypti eure Hoffnung gesetzt.

3. Aber die Macht Pharaonis wird euch zur Schande seyn, und die Hoffnung auf den Schatten Aegypti wird euch zur Schmach gerathen.

ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur.

15. Væ, qui profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium: quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: cQuis videt nos, & quis novit nos? c Eccli. 23. 26.

16. Perversa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis.

IV. 17. Nonne adhuc in modico & in brevi convertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur?

18. Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris, & caligine oculi cæcorum videbunt.

19. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto Israel exultabunt:

20. Quoniam defecit, qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes, qui vigilabant super iniquitatem:

21. Qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinaverunt frustra a justo.

22. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham: Non modo confundetur Jacob, nec modo vultus ejus erubescet:

23. Sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum, in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabunt Sanctum Jacob, & Deum Israel prædicabunt:

24. Et scient errantes spiritu intellectum, & murmuratores discent legem.

CAPUT XXX.

I. Comminatur Judæis, qui Domino inconsulto ad Ægyptios confugiunt: 1. II. Prophetas audire nolentibus denuntiat afflictiones: 9. III. Erit Deus benignus revertentibus in Christi adventu: 19. IV. Impios terribile manet judicium: 26. & Thophet seu infernum. 30.

1. Væ, filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam; & non per spiritum meum, ut adderetis peccatum super peccatum:

2. Qui ambulatis, ut descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti.

3. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam.

4. Erant

℣. 15. *Væ, qui profundi estis corde.* Qui adeo secreta initis consilia, ut putetis, ea Deum latere posse.

℣. 17. *In brevi convertetur Libanus in Charmel.* Brevi tempore, post aliquot annos. *Libanus.* Terra sterilis in agrum fertilem, & vicissim Charmel in Libanum mutabitur; incultæ gentes ab Apostolis excolentur, & Judæi in saltum sterilem convertentur; vel Assyrii dejicientur: nam Charmel planitiem sæpe significat. Assyrii deprimentur, Judæi victores futuri.

℣. 18. *Audient in die illa surdi* Gentiles. *Verba libri.* Scripturarum oracula: vel stolidiores ex eventu ipso intelligent, quæ dixerim, idque futurum est Ecclesiæ temporibus.

℣. 20. *Defecit, qui prævalebat.* sc. Sennacherib juxta sensum historicum; vel Populus Judaicus, qui Prophetas opprimebat, & comminationes irridebat.

℣. 21. *Qui peccare faciebant homines in verbo.* Qui ob verbum homines, ut reos puniebant. *Arguentem.* Prophetis, qui public arguebant scelera, tendebant insidias.

℣. 22. *Hæc dicit Dominus - qui redemit Abraham.* Eripuit a Chaldæis, ab idololatria & variis periculis.

℣. 23. *Cum viderit filios suos.* Apostolos. *Opera manuum mearum.* Quas gratia mea implevi. *Sanctificantes nomen meum.* Prædicatione & miraculis.

℣. 24. *Et scient errantes spiritu intellectum.* Qui prius errabant, & murmurabant contra Deum, redibunt in viam.

CAPUT XXX.

℣. 1. *Væ, filii desertores.* Propheta Judæos alloquitur, qui ad Pharaonem destructa Jerosolyma contra Dei mandatum sese recepturi erant in Ægyptum tempore Jeremiæ. Existimat Grotius a capite 29. usque ad caput 36. hæc prædicta esse biennio ante adventum Sennacherib, & prophetiam hanc pertinere ad tempus Ezechiæ. *Væ filii desertores.* Contra Dei præceptum, Jerem. 42. & 43. fugerunt in Ægyptum. *Ut faceretis consilium, & non ex me.* Ut voluntati meæ repugnantes. *Ordiremini telam, & non per spiritum meum.* Profectionem istam suscipientes. Mystice desertores sunt regulares deserentes claustrum; vel Christiani sæpius recidentes in eadem scelera & Deum derelinquentes.

℣. 2. *Et os meum.* Verba prophetarum meorum. *Non interrogastis.* Imo respuistis: unde & desertores vocat, quod consilium Dei deseruerint. *Qui ambulatis, ut descendatis in Ægyptum.* Illuc ante legatis.

4. Erant enim in Tani principes tui, & nuntii tui usque ad Hanes pervenerunt.

5. Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium & aliquam utilitatem, sed in confusionem & in opprobrium.

6. Onus jumentorum Austri. In terra tribulationis & angustiæ leæna, & leo ex eis, vipera & regulus volans, portantes super humeros jumentorum divitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos, ad populum, qui eis prodesse non poterit.

7. [a] Ægyptus enim frustra & vane auxiliabitur: ideo clamavi super hoc: Superbia tantum est, quiesce.

8. Nunc ergo ingressus, scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die novissimo in testimonium usque in æternum:

9. Populus enim ad iracundiam provocans est, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei.

10. Qui dicunt videntibus: Nolite videre: & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

11. Auferte a me viam, declinate a me semitam, cesset a facie nostra Sanctus Israël.

12. Propterea hæc dicit Sanctus Israël: Pro eo, quod reprobastis verbum hoc, & speraστis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo:

13. Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito, dum non speratur, veniet contritio ejus.

14. Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida, & non invenietur de fragmentis ejus testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fovea.

15. Quia hæc dicit Dominus Deus, Sanctus Israël: Si revertamini, & quiescatis, salvi eritis: in silentio, & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis:

16. Et dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis: & super veloces ascendemus: ideo velociores erunt, qui persequentur vos.

17. Mille homines a facie terroris unius: & a facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem.

[a] vid. Jer. 37. 7.

4. Denn deine Fürsten sind zu Tani gewesen, und deine Gesandten sind bis gen Hanes gekommen.

5. Sie sind alle sämmtlich zu Schanden worden über dem Volke, das ihnen nichts hat nützen können: sie haben von ihnen weder Hülfe, noch einigen Nutzen, sondern Schmach und Schande bekommen.

6. Die Last über die unvernünftigen Thiere im Mittag. Im Lande der Trübsal und Angst, Löwinn und Löwen kommen heraus von ihnen, Nattern und fliegende Drachen, welche ihre Reichthümer auf den Achseln der Thiere tragen, und ihre Schätze auf dem Hocker * der Cameele, zu einem Volke, das ihnen nichts wird nützen können. * Buckel.

7. Denn die Hülfe aus Aegypten wird umsonst, und vergeblich seyn: darum habe ich also darübergerufen: Es ist nur Hoffart, halt still.

8. Derowegen so gehe jetzt hinein, und schreib es ihnen auf Tafeln von Burbaum, und verzeichne es mit Fleiß in ein Buch, und es wird am letzten Tage zum Zeugnisse seyn bis in Ewigkeit:

9. Denn es ist ein Volk, das zum Zorne reizet, und sind lügenhaftige Kinder, es sind Kinder, die das Gesetz GOttes nicht hören wollen.

10. Sie sagen zu den Propheten: Habt keine Gesichte: und zu den Sehern: Sehet nicht für uns, was recht ist: sondern redet, was uns gefällt, und weißaget uns Irrthum.

11. Nehmet den Weg von mir, und wendet den Fußsteig von mir ab, lasset den Heiligen Israel aufhören vor unserem Angesichte.

12. Darum sagt dieß der Heilige Israel: Dieweil ihr dieß Wort verworfen, und eure Hoffnung auf Schmähung und Aufruhr gesetzt habt, und habt euch darauf verlassen:

13. Darum soll euch die Missethat seyn, wie ein zerbrochen und niedersinkend Gebäu, und wie ein baufälliger Ort an einer hohen Mauer, denn es wird plötzlich herunterfallen, da man es nicht hoffet.

14. Und wird zerschmettert werden, wie man eines Hafners Geschirr mit großer Gewalt zerschmettert, daß von seinen Stücken auch nicht ein Scherben zu finden ist, damit man ein wenig Feuer vom Brande hinwegtragen, oder etwas Wasser aus der Grube schöpfen möchte.

15. Denn dieß sagt GOtt der HErr, der Heilige Israel: Im Fall ihr wieder umkehret, und ruhig seyd, so wird euch geholfen seyn: in der Stille, und in der Hoffnung wird eure Stärke seyn. Aber ihr habt nicht gewollt:

16. Und habt gesagt: Mit nichten, sondern wir wollen zu den Rossen fliehen: darum werdet ihr auch fliehen: wir wollen auf schnellen Pferden reuten: darum werden viel schneller seyn, die euch verfolgen.

17. Denn tausend Mann werden fliehen für dem Schrecken eines einzigen: und wo fünfe sind, sollet ihr alle für ihrem Schrecken flüchtig werden: bis ihr überbleibet, wie ein Mastbaum oben an der Spitze eines Berges, und wie ein Zeichen auf einem Bühel.

18. Darum

℣. 4. *Erant enim in Tani principes tui.* i. legati. *Et nuntii tui usque ad Hanes pervenerunt.* Hanes civitas erat ultima Ægypti prope Æthiopiam, ut Tanis regia Pharaonis; vel ut videtur Grotio spectabat Arabiam.

℣. 6. *Onus jumentorum Austri.* Euntium in Ægyptum: mala, quæ hos desertores manent, describit. *In terra tribulationis.* Per terram angustam: descriptio videtur Isthmi Arabici.

℣. 7. *Ideo clamavi super hoc.* Grotius sic vertit: Ideo *vocans illam*, gentem Judæorum, *robur eorum est quiescere.* Sola quies illos tuebitur.

℣. 8. *Nunc ergo ingressus* cubiculum, *scribe ei super buxum.* In tabulis buxeis, ut diuturna sit memoria hujus Prophetiæ. *Et erit in die novissimo.* Hebræis est omne tempus. Quod sequitur.

℣. 10. *Qui dicunt videntibus.* Chald. & 70. Prophetis -- *videte nobis errores.* Falsa oracula, illusiones; eo tendebant, hæc ipsi volebant.

℣. 11. *Auferte a me viam.* Chald. avertite nos a via recta; aliam ostendite viam; *cesset a facie nostra Sanctus Israel.* Chald. verbum Sancti Israel, nolite illud nomen toties repetere: intimas cogitationes eorum, qui mundo sunt addicti, Spiritus sanctus hoc loco retegit.

℣. 13. *Erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens & requisita.* Spectata & manifesta, sicut pars discedens a muro, quæ ruinam minatur.

℣. 14. *Et comminuetur.* Supple, civitas per murum significata: *Contritione pervalida*, id est, Irreparabili. Unde Haymo: *Absque misericordia contritio valida est pœna temporalis: validior pœna purgatorii: pervalida pœna inferni.*

℣. 15. *Si revertamini & quiescatis.* i. cessetis a peccatis. *Salvi eritis.* Si profectionis in Ægyptum consilium abjiciatis.

℣. 17. *Donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis.* Quem navigantes aspiciant, ut rectum cursum tenent: vestræ calamitatis exemplo multi vitabunt pericula; vel æque eritis imbecilles & inutiles, quam malus in vertice montis, aut scopuli positus.

18. Darum wartet der HErr, daß er sich über euch erbarmen möge: er wird auch derowegen erhöhet werden, wenn er euer verschonet: denn der HErr ist ein GOtt des Gerichtes: selig sind alle, die auf ihn warten.

III. 19. Denn das Volk Sion wird zu Jerusalem wohnen: du wirst keineswegs hinfüro weinen: er wird sich gewißlich über dich erbarmen: auf die Stimme deines Geschreyes, so bald er sie hören wird, wird er dir Antwort geben.

20. Und der HErr wird euch das Brod kümmerlich, und das Wasser sparsam geben: und er wird deinen Lehrer nicht mehr von dir machen hinwegfliegen, sondern deine Augen werden deinen Lehrmeister sehen.

21. Und deine Ohren werden sein Wort hören, wenn er dich vom Rücken her also ermahnet: Dieß ist der Weg, wandelt auf demselbigen: und weichet davon nicht, weder zur Rechten, noch zur Linken.

22. Du wirst auch verunreinigen den Ueberzug deiner abgöttischen silbernen Bilder, und die Kleider deiner goldenen gegossenen Götzen, und wirst sie hinwegwerfen, wie die Unsauberkeit eines mondsüchtigen Weibes. Mache dich hinaus, wirst du zu ihm sagen:

23. So wird deinem Saamen Regen gegeben werden, an welchem Orte du auch im Lande säen wirst: und das Brod von den Früchten der Erde wird reichlich einkommen, und wird fett seyn. Das Lamm wird an dem Tage in deinem Erbtheile am weiten Orte weyden:

24. Deine Ochsen und Füllen der Esel, so das Land bauen, werden gemenget Futter essen, wie es auf der Tenne gewannet ist.

25. Und es werden auf allen hohen Bergen, und auf allen erhobenen Bühen Wasserbäche daher laufen, an dem Tage, wann viele Menschen erschlagen werden, und die Thürne niederfallen.

IV. 26. Und des Mondes Glanz wird seyn, wie der Sonnen Glanz, und der Glanz der Sonne wird siebenfältig seyn, als sonst in sieben Tagen ihr Glanz ist, an dem Tage, wann der HErr die Wunden seines Volkes verbinden, und die Schläge seiner Wunden heilen wird.

27. Siehe, der Name des HErrn kömmt von ferne, sein Grimm ist brennend, und ist schwer zu tragen: seine Lippen sind voller Unwillen, und seine Zunge ist wie ein zehrend Feuer.

28. Sein Athem ist wie ein überlaufender Bach, so bis mitten an den Hals gehet, die Heyden zu verderben, und zu vertilgen, sammt dem Zaume der Irrthümer, den die Völker im Backen hatten.

29. Und ihr werdet ein Lied singen, wie man in der Nacht eines geheiligten Festes thut, und ihr werdet fröhlich von Herzen seyn, wie einer, der mit Pfeifen daher tritt auf den Bergen des HErrn, zum starken Israel hineinzugehen.

30. Und der HErr wird die Majestät seiner Stimme hören lassen, auch wird er seinen schrecklichen Arm sehen lassen, mit Bedrohung seines Grimmes, und mit verzehrenden Feuerflammen: er wird sie im Sturmwinde mit Hagelsteinen zerschmettern.

18. Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus judicii Dominus: beati omnes, qui expectant eum.

III. 19. Populus enim Sion habitabit in Jerusalem: plorans nequaquam plorabis: miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi.

20. Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam brevem: & non faciet avolare a te ultra doctorem tuum; & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.

21. Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.

22. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei:

23. Et dabitur pluvia semini tuo, ubicumque seminaveris in terra: & panis frugum terræ erit uberrimus, & pinguis. Pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiose:

24. Et tauri tui, & pulli asinorum, qui operantur terram, commistum migma comedent sicut in area ventilatum est.

25. Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem elevatum, rivi currentium aquarum in die interfectionis multorum, cum ceciderint turres.

IV. 26. Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum, in die, qua alligaverit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ ejus sanaverit.

27. Ecce, nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, & gravis ad portandum: labia ejus repleta sunt indignatione, & lingua ejus quasi ignis devorans.

28. Spiritus ejus velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris, quod erat in maxillis populorum.

29. Canticum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini ad fortem Israel.

30. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris, & flamma ignis devorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis.

℣. 18. *Deus judicii.* i. justus. 70. Judex. Chald. faciens judicium vel promissionis & legis suæ tenax; num plerasque feliciter eventura prædicit? *Expectat Dominus.* Auxilium suum differt, quo misericordia ejus sit illustrior.

℣. 19. *Populus enim Sion habitabit in Jerusalem.* De Judæis post captivitatem, aut de Ecclesia ipsa loquitur; vel de solutione futuræ obsidionis Hierosolymitanæ verba facit, Jerusalem non destructum iri.

℣. 20. *Et non faciet avolare a te ultra doctorem tuum.* Prophetam, aut potius Christum ipsum, qui Ecclesiam non deserit. *Panem arctum.* Modico pane uteris in obsidione. *Non faciet avolare.* Hebr. Non amplius avolabit. Christus cum Ecclesia permansurus usque ad consummationem sæculi.

℣. 21. *Aures tuæ audient verbum post tergum monentis.* Greg. hom. 34. in Evang. Quasi terga in præceptoris faciem convertimus, cum verba despicimus, cujus præcepta calcamus, & tamen nos vocare non cessat.

℣. 23. *Dabitur pluvia semini tuo.* Pro pane arcto dabit Deus rerum omnium ubertatem, quæ magna fuit sub Ezechia.

℣. 24. *Commistum migma comedent.* Grana varii generis in unum permista comedent, vel paleas mixtas hordeo ventilato.

℣. 25. *Erunt -- rivi currentium aquarum.* Flumina gratiarum. *In die interfectionis multorum.* Occisis fidei hostibus, ut nonnullis videtur, sub Constantino; vel in sensu historico, post stragem Assyriorum. *Cum ceciderint turres.* Principes Assyriorum.

℣. 26. *Et erit lux lunæ sicut lux solis.* q. d. erit tunc maxima lætitia; futuræ vitæ gloriam his verbis adumbrat: aut de die resurrectionis loquitur: & ponitur numerus finitus pro indefinito; vel demum lætitiæ magnitudinem innuit.

℣. 27. *Ecce, nomen Domini venit de longinquo.* Majestas Dei in die judicii & vindictæ in reprobos. *Venit de longinquo.* Inexpectatus.

℣. 28. *Spiritus ejus.* i. ira *velut torrens inundans -- ad perdendas gentes in nihilum* sc. Gentilium errores. *Et frænum erroris.* i. dæmonis, qui velut fræno peccatores regebat, potestatem perdet, aut frænum principis Assyriorum.

℣. 29. *Canticum erit vobis* redemptis *sicut nox* illa *sanctificatæ solemnitatis.* Quando egressi estis ex Ægypto. *In montem.* In templum cum muneribus & tibiis.

31. A voce enim Domini pavebit Assur virga percussus.

32. Et erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.

33. Præparata est enim ab heri Topheth, a rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta ejus ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

CAPUT XXXI.

I. Judæos, qui Deo relicto ad Ægyptios & humana confugiunt præsidia, præmonet confundendos: 1. II. Revertentes ad Dominum, virtute divina liberandos: 4. III. Hortatur ad pœnitentiam & emendationem. 6.

1. Væ, qui descendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia prævalidi nimis: & non sunt consili super Sanctum Israël, & Dominum non requisierunt.

2. Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

3. Ægyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.

II. 4. Quia hæc dicit Dominus ad me: Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, & cum occurrerit ei multitudo pastorum a voce eorum non formidabit, & a multitudine eorum non pavebit: sic descendet Dominus exercituum, ut prælietur super montem Sion, & super collem ejus.

5. Sicut aves volantes, sic protegit Dominus exercituum Jerusalem, protegens & liberans, transiens, & salvans.

III. 6. Convertimini, sicut in profundum recesseratis filii Israël.

7. In die enim illa abjiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.

a Inf. 37. 30. 4. *Reg.* 19. 35. 2. *Par.* 32. 12. 8. Et cadet *a* Assur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non a facie gladii: & juvenes ejus vectigales erunt:

9. Et fortitudo ejus a terrore transibit, & pavebunt fugientes principes ejus: dixit Do-

31. Denn Assur wird erschrecken vor der Stimme des HErrn, wenn er mit der Ruthen geschlagen wird.

32. Und die Ruthe wird beherrlich über ihn gehen, der HErr wird sie auf ihm ruhen lassen, mit Trummen und mit Harpfen: und wird mit trefflicher Kriegsrüstung wider sie streiten.

33. Denn Topheth ist schon von gestern her zubereitet, es ist vom Könige tief und weit genug zubereitet. Und wird mit Feuer und vielem Holze unterhalten: des HErrn Athem, der wie ein Bach von Schwefel ist, wird es anzünden.

Das ein und dreyßigste Capitel.

I. Isaias klagt Wehe über die jetzo Geistlichen, daß sie wider Sennacherib nicht GOtt, sondern die Aegypter um Hülfe anrufen: 1. II. Verheißet den andern zweyen Geschlechtern GOttes Schutz: 4. III. Ermahnet die jetzo Geschlechter zur Bekehrung. 6.

1. Wehe denen, die hinabziehen in Aegypten um Hülfe, die sich auf Rosse verlassen, und ihr Vertrauen auf Wagen setzen, darum, daß ihrer viel sind: und auf Reuter, darum daß sie sehr stark sind: und sie haben nicht vertrauet auf den Heiligen Israel, und haben den HErrn nicht gesuchet.

2. Er aber, der Weise, hat das Unglück herzugebracht, und hat seine Worte nicht hinweggenommen: so wird er sich wider das Haus der Boshaftigen, und wider die Hülfe der Uebelthäter aufmachen.

3. Die Aegyptier sind Menschen, und nicht GOtt: ihre Pferde sind auch Fleisch, und nicht Geist: und der HErr wird seine Hand niederlassen, so wird der Helfer zu Boden gehen, und der, dem geholfen wird, niederfallen, und sie werden alle zugleich umkommen.

II. 4. Denn dieß sagt der HErr zu mir: Gleichwie ein Löwe, und ein junger Löwe über seinen Raub brüllet, und wann ihm schon viele Hirten entgegen kommen, sich doch vor ihrem Geschrey nicht fürchtet, noch vor ihrer Menge verzagt wird: also wird der HErr der Heerschaaren auf den Berg Sion, und auf seinen Bühel zu streiten herabkommen.

5. Der HErr der Heerschaaren wird Jerusalem beschirmen, wie fliegende Vögel, er wird sie beschützen und befreyen, wird vorüberziehen, und Hülfe leisten.

III. 6. Kehret um, ihr Kinder Israel, wie ihr euch mit dem Abweichen bis auf den Grund vertiefet habt.

7. Denn an dem Tage wird jedermann seine silberne Abgötter, und seine goldene Abgötter hinwegwerfen, die euch eure Hände gemacht haben zur Sünde.

8. Und Assur wird fallen, nicht durch eines Mannes Schwert, es wird ihn nicht eines Menschen Schwert fressen, er wird auch nicht fliehen vor einem Schwert: und seine junge Männer werden zinßbar seyn:

9. Und seine Stärke wird von Schrecken dahin gehen, und seine Fürsten werden sich fürchten, und in die Flucht bege-

---

℣. 31. *A voce enim Domini pavebit Assur.* Sennacherib, vel quivis tyrannus, vel diabolus ipse, & cum eo bonorum persecutores. *Virga percussus.* Hebr. *Virga percutiens.* Qui feriebat, voce Domini conteretur.

℣. 32. *Et erit transitus virgæ fundatus.* Firmum & stabile flagellum. *Transitus virgæ.* Verbo Dei *fundatus*, virga transiens fortis erit, & solide fundata: Deus sine labore Judæorum, & quasi in ludo delebit Assyrios.

℣. 33. *Præparata est enim ab heri.* i. Olim *Tophet.* Chald. *Gehenna.* 70. *Vallis profunda a Rege præparata.* a Deo. *Flatus Domini.* Vis divina ignem suscitans. Ezechias jam dudum vallem Topheth vacuam fecerat ab omni cultu idolorum, atque id commode evenit, ut locus is esset, qui tot millia Assyriorum occisorum contineret: quasi eum locum præparasset Ezechias. *Nutrimenta ejus ignis.* Deus vi sua quasi injecto sulphure ligna ista accendit.

CAPUT XXXI.

℣. 1. *Væ, qui descendunt in Ægyptum.* Forte contra decem tribus vaticinatur, quæ a Salmanasare eversæ, Ægypti, non Dei implorabant auxilium; vel contra Judæos incredulos, qui adveniente Sennacherib in Ægyptum fugiebant; vel denique ad tempora captivitatis Babylonicæ hæc referuntur. Ambros. Epist. 6. lib. 1. in sensu morali exponens: Væ, qui descendunt in Ægyptum: Non utique, ait, transire in Ægyptum criminosum est, sed transire in mores Ægyptiorum, transire in eorum perfidiam, escæ cupiditatem, luxuriæ deformitatem, qui eo transit, descendit: qui descendit, cadit.

℣. 2. *Ipse autem sapiens.* Chald. In sapientia sua. *Adduxit malum.* Adducet malum. *Et verba sua non abstulit.* Chald. Non fecit irrita. Non revocabit, quæ interminatus est; rata faciet, quæ per prophetas prædixit.

℣. 3. *Ægyptus, homo.* Sept. Ægyptius. Frustra in Ægypto spem & fiduciam vestram ponitis.

℣. 4. *Sic descendet Dominus exercit. Ut prælietur super montem.* i. pro monte *Sion:* Hierosolyma, quæ auxilio Dei invocato adversus Sennacherib tuta fuit: vel de reditu captivorum loquitur Propheta.

℣. 5. *Protegens & liberans, transiens & salvans.* Quadruplicem gratiam tangit hic propheta. Per *operantem* liberat; per *cooperantem* protegit; per *conservantem* transit: per *consummantem* salvat.

℣. 6. *Convertimini.* Conversio vestra offensis respondeat, nec minus sit remedium, quam plaga: convertimini, o filii Israël.

℣. 8. *Cadet Assur in gladio non viri.* Non enim homo, sed Angelus percussit exercitum Sennacherib. *Et fugiet.* Rex ipse. *Non a facie gladii.* Sed exterritus subita clade sui exercitus. *Et juvenes ejus.* Assyrii. *Vectigales erunt.* Primo Chaldæis, tum Persis & Medis, Græcis & Romanis, nec pristino splendori restituentur unquam. Alii vertunt: dissoluti erunt præ metu.

℣. 9. *Dixit Dominus: Cujus ignis est in Sion.* Dominus, cui sacrificia offeruntur in Sion, & in Jerusalem, hæc

begeben: das hat der HErr gesagt, der zu Sion Feuer, und seinen Ofen zu Jerusalem hat.

Das zwey und dreyßigste Capitel.

I. Isaias beschreibt das Reich Christi in der Figur des Reiches des frommen Königs Ezechiä: 1. II. Weissaget den endlichen Untergang der Stadt Jerusalem: 9. III. Tröstet dabey die Juden, mit der Zukunft des heiligen Geistes, welcher ihnen Ruhe bringen werde. 15.

1. Siehe, es wird der König in Gerechtigkeit regieren, und die Fürsten werden im Gerichte vorstehen.

2. Und jedermann wird seyn, als einer, der verborgen wird vor dem Winde, und der sich vor dem Ungewitter verwahret, wie Wasserbäche im Durste, und wie der Schatten eines hohen Felsen im wüsten Lande.

3. Die Augen der Sehenden werden nicht dunkel seyn, und die Ohren der Hörenden werden mit Fleiß aufmerken.

4. Und das Herz der Unweisen wird die Lehre verstehen, und die Zunge der Stammelnden wird geschwind und verständlich reden.

5. Wer närrisch ist, der wird nicht mehr ein Fürst genennet werden: und einen listigen Mann wird man nicht groß nennen:

6. Denn ein Narr wird närrische Dinge reden, und sein Herz wird mit bösen Anschlägen umgehen, damit er seine Heucheley ausführte, und betrüglich rede wider den HErrn, daß er der Seele des Hungerigen die Speise entziehe, und dem Dürstigen das Trinken verwehre.

7. Eines hinterlistigen Mannes Geräthschaft * ist sehr bös: denn er richtet seine Gedanken, die Sanftmüthigen mit lügenhaftigen Reden zu verderben, da der Arme redet, was recht ist:

* Werkzeug.

8. Aber der Fürst wird bedenken, was einem Fürsten wohl anstehet, und er wird über die Hauptleute stehen *.

* wachen.

II. 9. Stehet auf, ihr reichen Weiber, und höret meine Stimme: ihr muthigen Töchter, vernehmet meine Rede mit den Ohren:

10. Denn über Tag und Jahr wird über euch Muthige ein Schrecken kommen: denn der Herbst hat ein Ende, es wird hernach kein Einsammlung mehr kommen.

11. Entsetzet euch, ihr reichen Weiber, erschrecket ihr muthigen Töchter: entkleidet euch, und werdet schamroth, umgürtet eure Lenden.

12. Klaget über die Brüste, und über die lustige Landschaft, und über den fruchtbaren Weinberg.

13. Auf dem Lande meines Volkes werden Dornen und Hecken aufwachsen: wie vielmehr werden sie wachsen auf allen fröhlichen Häusern der jauchzenden Stadt?

minus, cujus ignis est in Sion, & caminus ejus in Jerusalem.

CAPUT XXXII.

I. De rege ac principibus in justitia regnaturis, & de populi subditi felicitate: 1. II. Stulto Principi & opulentis mulieribus futura prædicitur calamitas: 9. III. Pacis pulchritudo ac requies opulenta promittitur populo Dei. 15.

1. Ecce, in justitia regnabit rex, & principes in judicio præerunt.

2. Et erit vir, sicut qui absconditur a vento, & celat se a tempestate, sicut rivi aquarum in siti, & umbra petræ prominentis in terra deserta.

3. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auscultabunt.

4. Et cor stultorum intelliget scientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane.

5. Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps: neque fraudulentus appellabitur major:

6. Stultus enim fatua loquetur, & cor ejus faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.

7. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mitis in termone mendaci, cum loqueretur pauper judicium:

8. Princeps vero ea, quæ digna sunt principe, cogitabit, & ipse super duces stabit.

II. 9. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum:

10. Post dies enim & annum, vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia, collectio ultra non veniet.

11. Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos vestros.

12. Super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.

13. Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis?

14. Do-

---

hæc dicit; ignis Dei est in Ecclesia, charitas nempe qua maxime colitur Deus; atque ignis ille e cœlo descendit: scintillæ charitatis hujus vitæ in fornacem amoris convertentur in futura vita. *Ibi plane videbimus; ibi plane ardebimus.* Greg. Homil. 21. in Ezech.

CAPUT XXXII.

℣. 1. *Ecce, in justitia regnabit rex.* Sub figura regni Ezechiæ, regnum Christi adumbrat, & miscet typum cum antitypo. *Rex.* Christus sub figura Ezechiæ. *Et principes.* Apostoli.

℣. 2. *Et erit vir,* i. virilis anima, huic stabili petræ inniteus *sicut qui absconditur a vento,* & nulla tempestate dejicitur; qui sitiunt justitiam, hos divina gratia potat, umbra sua cupiditatis æstus temperat. *Et umbra petræ prominentis in terra deserta.* Arboribus vacua.

℣. 3. *Non caligabunt oculi videntium.* Prophetæ multo clariores habebunt revelationes; non erunt, qui se prophetas dicant, falsa visa adferentes.

℣. 4. *Et cor stultorum intelliget scientiam.* i. simplices & gentiles. *Et lingua balborum.* i. prophetarum, qui obscure loquebantur, jam plane & aperte mysteria exponent, & Deum laudabunt.

℣. 5. *Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps.* Is erit rerum status, ut boni tantum prudentes nominentur, insipiens non amplius liberalis dicetur, nec avarus dives, ex Hebr. Moraliter insipiens est, cui bene sapiunt temporalia, & qui fraudat animam suam bonis operibus, quibus deberet eam reficere; vel fraudat eam non reficiendo eam, ut ambiat majoritatem & prælationem; hic perdet in futuro & servituti perpetuæ mancipabitur. Hugo Card. hic.

℣. 6. *Vacuam faciat animam esurientis* &c. Id est, populi desiderantis verbum Dei, avertens eum a prædicatione Christi. Moraliter etsi aures populi esurientis panem verbi Dei, & sitientis potum sapientiæ salutaris pascat per verbum prædicationis: corda tamen eorum vacuat ab omnibus bonis per malum exemplum

℣. 7. *Fraudulenti vasa pessima sunt.* Hebr. Avari vel hypocritæ. *Vasa.* Instrumenta, arma, ministri. *Pessima sunt.* Doctores Judæorum cum doctoribus legis novæ comparat, Pharisæos cum Apostolis: vel avari. *Vasa pessima,* sunt mensuræ, judicia. *Pauper,* afflictus. *Cum loqueretur pauper judicium.* Cum proponeret causam justam.

℣. 8. *Princeps vero ea, quæ digna sunt principe cogitabit.* Hebr. Liberalis, beneficus.

℣. 9. *Mulieres opulentæ surgite.* Urbes ampliores mulierum nomine compellat; aut mulieres oppidorum Judææ. *Confidentes.* Quæ servire vultis.

℣. 10. *Post dies enim & annum.* i. post longum tempus *vos conturbabimini: consummata est enim vindemia.* Defecit. *Collectio,* messis, *ultra non veniet.*

℣. 11. *Accingite lumbos vestros.* Vos, quæ prius otiosæ, nunc ut ancillæ ad servile opus lumbos vestros succingite, & *exuite* vos pretiosis vestibus.

℣. 12. *Super ubera plangite.* Super filios vestros præ fame morientes sub Tito, & adventante rege Assyriorum in oppidis Judææ.

℣. 13. *Quanto magis super omnes domos gaudii civitatis exultantis.* q. d. si justi punientur, quanto magis vos impii, & relinquetur vobis domus vestra deserta.

14. Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum.

III. 15. Donec effundatur super nos spiritus de excelso: & erit desertum *a* in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur.

a Supra c. 29. v. 17.

16. Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in Charmel sedebit.

17. Et erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium & securitas usque in sempiternum.

18. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

19. Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur civitas.

20. Beati, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis & asini.

CAPUT XXXIII.

I. Prædicit excidium Sennacherib, & Judæorum liberationem: 1. *II. Invehitur contra hypocritas, & hostes Ecclesiæ:* 10. *III. Docet, quinam cum Domino habitaturi sint in excelsis seu in cœlis:* 15. *IV. Ostendit præcellentiam Ecclesiæ præ Synagoga Judaica.* 20.

1. Væ, qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? cum consummaveris deprædationem, deprædaberis: cum fatigatus desieris contemnere, contemneris.

2. Domine, miserere nostri, te enim expectavimus: esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis.

3. A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.

4. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo.

5. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso: implevit Sion judicio & justitia.

6. Et erit fides in temporibus tuis: divitiæ salutis, sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus ejus.

7. Ecce, videntes clamabunt foris, angeli pacis amare flebunt.

14. Denn das Haus ist verlassen, die Menge in der Stadt ist verlassen, Finsterniß, die man auch greifen möchte, ist über die Hölen kommen, bis in Ewigkeit. Da werden die Waldesel ihre Lust, die Schafe ihre Weyde haben.

III. 15. Bis der Geist aus der Höhe über uns ausgegossen werde: alsdann wird die Wüste seyn wie Charmel, und Charmel wird man für einen Wald achten.

16. Und das Gerichte wird in der Wüste wohnen, und die Gerechtigkeit auf dem Charmel ihren Sitz haben.

17. Und das Werk der Gerechtigkeit wird Friede seyn, und die Frucht der Gerechtigkeit wird Ruhe und Sicherheit seyn, bis zu den ewigen Tagen.

18. Und mein Volk wird in Schönheit des Friedens sitzen, und wohnen in Tabernackeln, darauf man vertrauen kann, und in überschwenglicher Ruhe.

19. Aber es wird Hagel seyn, da man im Walde hinab gehet, und die Stadt wird zum niedrigen Stande gedemüthiget werden.

20. Selig seyd ihr, die ihr auf alle Wasser säet, und den Fuß des Ochsen, und des Esels hineinführet.

Das drey und dreyßigste Capitel.

I. Weißaget, daß Sennacherib Jerusalem wird belagern, doch durch einen Engel abgetrieben: II *Unter der Figur Sennacheribs drohet er allen Feinden der Kirche das höllische Feuer:* 10. III. *Verspricht aber den Frommen die Seligkeit im himmlischen Sion:* 15. IV. *Wünschet Glück wegen Befreyung der Stadt Sion, und der Kirche Christi.* 20.

1. Wehe dir, der du raubest, wirst du nicht auch beraubet werden? und der du verachtest, wirst du nicht auch verachtet werden? wann du das Rauben vollendet hast, so wird man dich auch berauben: und wann du des Verachtens müde bist, und aufhöreſt, so wird man dich auch verachten.

2. Erbarme dich über uns, o HErr, denn wir haben auf dich gewartet: sey des Morgens unser Arm, und unser Heil in Zeit der Trübsal.

3. Die Völker sind geflohen vor der Stimme des Engels, und da du dich erhöhet hast, sind die Heyden zerstreuet worden.

4. Man wird euren Raub versammeln, wie die Käfer gesammelt werden, als wann man die Gruben damit füllet.

5. Der HErr ist erhoben, denn er wohnet in der Höhe: und er hat Sion mit Gericht und Gerechtigkeit erfüllet.

6. Und es wird Glaube* seyn in deinen Zeiten: Reichthum des Heils, Weisheit, und Erkenntniß: die Furcht des HErrn wird sein Schatz seyn. * Treue.

7. Siehe, sie werden draußen schreyen, die es sehen, und die Engel des Friedens werden bitterlich weinen.

8. Die

ỳ. 14. *Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas.* Hebr. Turris & castellum: Turres & castella fient speluncæ ferarum in longum tempus.

ỳ. 15. *Donec effundatur super nos spiritus de excelso.* Cum Deus Spiritum sanctum super discipulos effuderit, tum spiritualis Jerusalem reflorebit, non terrena; vel donec benignitas Dei appareat. Ecclesia e gentibus, & desertum vertetur in Charmel, & erit populus Dei.

ỳ. 16. *Et habitabit in solitudine judicium* in gentibus ad fidem conversis, in renovato Charmele.

ỳ. 17. *Et erit opus justitiæ pax.* Murus justitiæ. *Et cultus justitiæ silentium.* Tranquillitas: Deus dabit pacem & tranquillitatem. Hic fructus erit & merces justitiæ.

ỳ. 18. *Grando autem in descensione saltus.* In desertam & silvescentem Synagogam grando descendet. *Humiliabitur civitas.* Jerusalem. Alii Babylonem interpretantur.

ỳ. 20. *Beati* sc. estis Apostoli, *qui seminatis super omnes aquas.* Super omnes populos Evangelium. *Immittentes pedem bovis & asini.* Prædicatores & operarii Evangelicæ messis. Per bovem populus Judaicus, qui legis jugum tulit; per asinum populus Gentilis, propter veri Dei ignorationem intelligitur. Apostoli quasi pedicis illaquearunt, & concluserunt pedes bovis & asini: vel in sensu litterali, beati vos Judæi, qui sementem facietis in locis irriguis, ut jumenta etiam ibi pascantur. Greg. Moral. l. 35. c. 18. ait: Super omnes aquas seminare, est cunctis populis fructuosa vitæ verba prædicare.

CAPUT XXXIII.

ỳ. 1. *Væ, qui prædaris.* O Sennacherib, & tyranne quicunque. *Nonne & ipse prædaberis?* Cladem exercitus Sennacherib, & sub illius figura persecutorum Ecclesiæ prædicit excidium.

ỳ. 2. *Esto brachium nostrum in mane.* Esto protectio & defensio nostra cito. S. Hieron. *Esto brachium eorum.* i. inimicorum expugnatio.

ỳ. 3. *A voce.* Hebr. a strepitu *Angeli fugerunt populi.* Cum centum & octoginta quinque hominum millia una nocte interfecit. *Ab exaltatione tua.* A sublimi potentia. Moraliter: *A voce Angeli.* Cujuslibet animæ devotæ orantis. *Fugerunt populi.* Malarum affectionum, cogitationum & suggestionum.

ỳ. 5. *Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso.* Opera se digna facit. *Implevit Sion justitia & judicio.* Se justum & fidelem esse Sioni ostendit.

ỳ. 6. *Et erit fides in temporibus tuis.* O Ezechia, ô Christe, apparebit fidelitas, fides & veritas promissorum Dei; vel fides erit proprie dicta, quod ipsi convenit Ecclesiæ, quando ipsa fundabitur. *Divitiæ salutis, sapientia & scientia.* Hæc mentem, illa voluntatem sanctificat.

ỳ. 7. *Ecce videntes.* Speculatores aliter accidere, quam sperabant. *Clamabunt foris. Angeli pacis.* Sunt legati, quos miserat Ezechias; hi amare flebunt, quod pacem componere non potuerint.

8. Die Wege sind verwüstet, niemand wandelt mehr auf den Straßen, der Bund ist zu nichte gemacht, er hat die Städte verworfen, und achtet auf keine Menschen.

9. Das Land ist traurig und kraftlos worden: der Libanus stehet in Schanden, und ist wüste, Saron ist einer Einöde gleich worden: Basan und Carmel sind verrüttet.

II. 10. Jetzt will ich aufstehen, spricht der HErr: jetzt will ich mich erheben, jetzt will ich mich erhöhen.

11. Ihr werdet Hitze empfahen, und Stoppeln *gebähren: euer Muth wird euch wie ein Feuer verzehren.

*Halm, Strengel.

12. Und die Völker werden seyn, wie Asche nach dem Brand, wie die Dornen versammelt, und mit Feuer verbrennet werden.

13. Höret, die ihr ferne seyd, was ich gethan habe, und erkennet meine Stärke, die ihr nahe herbey seyd.

14. Die Sünder in Sion sind erschrocken, ein Zittern hat die Heuchler eingenommen. Wer ist unter euch, der bey einem verzehrenden Feuer wohnen kann? welcher unter euch wird bey der ewigen Glut bleiben können?

III. 15. Der in Gerechtigkeit wandelt, und die Wahrheit redet, der sich des Gewinns vom Unrechten entschlägt, und seine Hände von allem Geschenke entschüttet, wer seine Ohren verstopfet, daß er nicht vom Blute höre, und seine Augen zuthut, daß er das Böse nicht sehe:

16. Derselbige wird in der Höhe wohnen, die Vestungen der Felsen werden seine Höhe seyn: ihm ist Brod gegeben, sein Wasser hat er gewiß.

17. Seine Augen werden den König in seiner Zierde sehen, und die Erde von ferne anschauen.

18. Dein Herz wird an Furcht gedenken: wo ist der Schriftgelehrte? wo ist der, der die Worte des Gesetzes betrachtet? wo ist der Lehrer der Jugend*? *der Kleinen

19. Du wirst das unverschämte Volk nicht sehen, das Volk von einer hohen Sprache, dergestalt, daß du das artige Geschwätz seiner Zunge nicht wirst verstehen können, in welchem gar keine Weisheit ist.

IV. 20. Schaue Sion an, die Stadt unserer Herrlichkeit: deine Augen werden Jerusalem anschauen, die überaus reiche Wohnung, sammt dem Tabernackel, den man keineswegs anderswohin wird bringen können: so werden auch seine Nägel in Ewigkeit nicht hinweggenommen, noch einige von seinen Seilen zerbrochen werden:

21. Denn unser HErr ist allein an dem Orte groß und herrlich: das ist die Stadt der Wasser, da sehr breite und offne Ströme sind: darauf doch kein Schiff mit Rudern gehen wird, so werden auch große Galeeren darauf nicht fahren können.

22. Denn der HErr ist unser Richter, der HErr ist unser Gesetzgeber, der HErr ist unser König: er selbst wird uns helfen*.

*erlösen.

8. Dissipatæ sunt viæ, cessavit transiens per semitam, irritum factum est pactum, projecit civitates, non reputavit homines.

9. Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus.

II. 10. Nunc consurgam, dicit Dominus; nunc exaltabor, nunc sublevabor.

11. Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester, ut ignis vorabit vos.

12. Et erunt populi, quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur.

13. Audite, qui longe estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam.

14. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

III. 15. *a* Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum: *a* Psalm. 14. 2.

16. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus: panis ei datus est, aquæ ejus fideles sunt.

17. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe.

18. Cor tuum meditabitur timorem: ubi est litteratus *b*? ubi legis verba ponderans? ubi doctor parvulorum? *b* 1. Cor. 1. 20.

19. Populum impudentem non videbis, populum alti sermonis, ita, ut non possis intelligere disertitudinem linguæ ejus, in quo nulla est sapientia.

IV. 20. Respice Sion civitatem solemnitatis nostræ: oculi tui videbunt Jerusalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in sempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur:

21. Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluviorum rivi latissimi & patentes: non transibit per eum navis remigum, neque trieris magna transgredietur eum.

22. Dominus enim Judex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse salvabit nos.

23. Laxati

---

†. 8. *Dissipatæ.* I. desolatæ *sunt viæ.* Quæ verba sunt legatorum; Præclusi sunt exitus. *Irritum factum est pactum.* Non potuimus cum Assyriis pacisci, nec pacis postremæ cum Ezechia factæ conditiones servare volunt: quæ etiam de templi & urbis subversione intelligi commode possunt.

†. 9. *Luxit & elanguit terra.* Loca fertilia nominat: Saron est in Galilæa regio fertilis, & Carmelus hoc loco est nomen proprium: ea loca commemorat, per quæ transierat Sennacherib.

†. 11. *Concipietis ardorem.* Vos Assyrii, vos stipulæ incendio destinatæ; Sed *parietis stipulam.* Furor vester in nihilum recidet, ira vestra vobis erit exitio.

†. 12. *Et erunt populi quasi de incendio.* Hebr. Furno, in quo calx excoquitur.

†. 14. *Conterriti sunt in Sion peccatores.* Judæi ipsi videntes eadem Assyriorum. *Quis poterit habitare?* Si illud gravissimum videtur vobis de Assyriis sumptum supplicium, quid de inferni ardoribus æternis sentiendum?

†. 15. *Qui ambulat in justitiis.* Viri justi mercedem designat, qui ex calumnia divitias non auget per injustitiam. *Qui obturat aures suas.* Qui nec profert, nec audit adversus proximum malum, nec de illo temere judicat. Hieron. *Omnis iniquitas, & oppressio, & injustitia judicium sanguinis est.*

†. 16. *Ipse in excelsis habitabit.* In Ecclesia triumphante. *Aquæ fideles.* Quæ nunquam deficient. *Panis ei datus est.* Cibus & potus divinæ visionis. *Munimenta saxorum sublimitas ejus.* 70. Is habitabit in sublimi spelunca rupis, vitæ æternæ securus, & ab hostium telis tutus. *Aquæ ejus fideles sunt.* Jugiter fluunt.

†. 17. *Regem in decore suo videbunt.* Christum in gloria sua. *Cernent terram de longe.* E cœlo.

†. 18. *Ubi est litteratus?* S. Paulus 1. Cor. 10. hæc verba de nascente Ecclesia exponit: *Ubi est litteratus,* qui hæc non intellexit? Populi barbari hæc Dei oracula susceperunt.

†. 20. *Respice Sion.* Statum Beatorum, seu Ecclesiæ triumphantis describit. *Civitatem solemnitatis nostræ.* Non mœroris, sed perpetui gaudii. Juxta Theodoretum & alios, Ecclesiæ militantis firmitatem delineat sub figura tabernaculi. *Cujus non auferentur clavi,* seu doctores. *Nec funiculi,* seu divina præcepta, *non rumpentur.*

†. 21. *Solummodo ibi magnificus est Dominus noster.* Non permittet eam penuria laborare: nam fluvius gratiæ in ea perpetuo scatebit. Unde *rivi latissimi.* Sacramentorum, & charismatum manabunt: nec pavebit ab incursu hostili. *Non transibit per eum navis remigum.* Omnia ibi tranquilla futura sunt. *Neque trieris magna.* Triremes tribus remis aguntur, trieres ternis remigum ordinibus: trieris, magna amatorum sæculi societas.

23. Laxati sunt funiculi tui, & non prævalebunt: sic erit malus tuus, ut dilatare signum non queas. Tunc dividentur spolia prædarum multarum, claudi diripient rapinam.

24. Nec dicet vicinus: Elangui: populus, qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

CAPUT XXXIV.

I. Assurgit a clade Sennacheribad excidium orbis: 1. II. Ab excidio Idumææ ad contritionem perpetuam damnatorum. 5.

1. Accedite Gentes, & audite, & populi attendite: audiat terra, & plenitudo ejus, orbis, & omne germen ejus:

2. Quia indignatio Domini super omnes Gentes, & furor super universam militiam eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem.

3. Interfecti eorum projicientur, & de cadaveribus eorum ascendet fœtor: tabescent montes a sanguine eorum.

4. Et tabescet *a* omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli: & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea & de ficu.

a v. Apoc. 6. 12. & seq. & Ezech. 32. 7.

II. 5. Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus: ecce, super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ, ad judicium.

6. Gladius Domini repletus est sanguine: incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom.

7. Et descendent unicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium:

8. Quia dies ultionis Domini, annus retributionum judicii Sion.

9. Et convertentur torrentes ejus in picem, & humus ejus in sulphur: & erit terra ejus in picem ardentem:

10. Nocte & die non extinguetur: in sempiternum ascendet fumus ejus: a generatione in generationem desolabitur, in sæcula sæculorum non erit transiens per eam.

11. Et possidebunt illam onocratalus & ericius: ibis & corvus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, ut rediga-tur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem.

12. Nobiles ejus non erunt ibi: regem po-

23. Deine Seile" sind aufgelöset, und werden nicht halten: dein Mastbaum wird also stehen, daß du das Seegel nicht wirst ausspannen können. Alsdann wird man große Beuten zum Raub austheilen, daß auch die Lahmen rauben werden. *Stricke.

24. Es wird kein Nachbar sagen: Ich bin schwach worden: es wird von dem Volke, das darinnen wohnet, die Ungerechtigkeit hinweggenommen werden.

Das vier und dreyßigste Capitel.

I. Isaias weißaget von dem jüngsten Tage. 1. II. Die schreckliche Verwüstung Idumea ist eine Vorbedeutung des äußersten Verderbens aller Gottlosen. 5.

1. Ihr Heyden, kommt herzu, und höret, und merket auf, ihr Völker: die Erde höre zu, und ihre Völle, der Erdboden, und alle seine Gewächse:

2. Denn der Zorn des HErrn gehet über alle Heyden, und sein Grimm über alle ihre Heerschaaren: er hat sie erschlagen, und zu tödten übergeben.

3. Ihre Erschlagenen wird man hinwegwerfen, und es wird ein Gestank aufgehen von ihren todten Leibern: die Berge werden von ihrem Blute verfaulen.

4. Und alles Heer der Himmel wird verwelken, und die Himmel selbst werden sich zusammenschlagen, wie ein Buch: und alle ihre Heerschaaren werden herabfallen, wie ein Blat vom Weinstocke und vom Feigenbaume abfällt.

II. 5. Denn mein Schwert ist trunken gemacht im Himmel: siehe, es wird auf das Land Edom herunterfahren, und auf ein Volk, das ich tödten werde zum Gerichte.

6. Das Schwert des HErrn ist voll Bluts: es ist dick worden von Fette, vom Blute der Lämmer und Böcke, und vom Blute der fetten Widder: denn es ist ein Schlachtopfer des HErrn zu Bosra, und ein groß Würgen im Lande Edom.

7. Und die Einhörner werden mit ihnen herunterkommen, und die Ochsen sammt den Mächtigen: ihr Land wird mit Blut trunken gemacht werden, und ihr Boden mit dem Fette der Fetten:

8. Denn es ist der Tag der Rache des HErrn, das Jahr der Vergeltung, Sion Recht zu schaffen.

9. Und ihre Bäche werden sich in Pech verwandeln, und ihr Erdreich in Schwefel: und ihr Land wird zu brennendem Pech werden:

10. Tag und Nacht wird es nicht verlöschen: sein Rauch wird davon aufgehen ewiglich: es wird verwüstet werden von einem Geschlechte zum andern, und wird niemand dadurch gehen zu ewigen Tagen.

11. Der Eselschreyer und Igel werden es einnehmen: die ägyptischen Reiger und Raben werden drinnen wohnen: man wird die Schnur darüberziehen, damit es zumal vernichtet werde, und die Winkelmaaß zur Verwüstung.

12. Ihre Edlen werden da für nichts seyn: sie werden den

König

℣. 23. *Laxati sunt funiculi tui* &c. Videtur Propheta hostes Ecclesiæ & Judæos alloqui, & eorum infidelitatem prædicere. *Sed non poteris dilatare signum* Seu velum: tunc prædæ eris omnibus vicinis, & *claudi ac cæci.* Gentiles, charismata tibi præripient, vel forte ad Assyrios revertitur continuata navis allegoria: rudentes navis soluti sunt, & fracti, & malum navis retinere non valebis; nec in illius summo vela explicare poteris. *Dividentur spolia.* Exercitu tuo percusso. Nullus erit, qui prohibeat, adeo ut claudi diripiant rapinam; omnes intenti & erecti erunt, ut colligant spolia.

CAPUT XXXIV.

℣. 1. *Accedite gentes.* Chald. Omnes populi, ex occasione cladis Assyriorum; excidium orbis in fine temporum describit.

℣. *Quia - furor* Domini *super universam militiam eorum.* 7c. numerum. Orbis universi ruinam, & improborum exitium Assyriorum figura exprimit.

℣. 4. *Et tabescet omnis militia cœlorum.* Eadem signa futuri judicii; quæ Christus Dominus præbet. Nam sol & luna instar libri involuti, lumen suum subducent, & quasi litteræ abscondentur præ atris nubibus. *Et omnis militia eorum defluet.* Matth. 24. *Stellæ cadent de cœlo.* Lux earum minuetur; stellæ defluent in similitudinem foliorum. *Complicabuntur sicut liber.* Ut membranæ convolutæ, in quibus tum litteræ exarari solebant.

℣. 5. *Inebriatus est in cœlo gladius meus.* Divinæ ultionis. Id exemplo Idumææ ab Æthiopibus vastandæ exprimit, quod partes Assyriorum secuti fuissent, vel a cœlestibus ad terrena descendit. *In cœlo.* Id S. Gregor. de ruina malorum Angelorum interpretatur.

℣. 6. *Victima enim Domini in Bosra.* Metropoli Idumææ: vel ut placet Hieron. Moabitarum. Ex Ptolemæo: Bosra est in Arabia Petræa.

℣. 7. *Descendent unicornes.* I. principes. *Cum eis.* Cum plebe.

℣. 8. *Quia - annus retributionum* judicii *Sion.* i. annus vindictæ, quam Deus exercebit contra hostes Judæorum exitiales.

℣. 9. *Et convertentur torrentes ejus in picem.* Aqua fluminum instar picis & sulphuris ardebit, ut Sodoma. Sic in fine mundi ignis conflagrationis ex sulphure, & pice regna omnia consumet.

℣. 11. *Et extendetur super eam mensura.* Ita, ut puniantur pro ratione peccatorum: cum Architecti veteris ædificii partem dejiciunt, prius latitudinem linea metiuntur, tum altitudinem perpendiculo.

℣. 12. *Nobiles ejus non erunt ibi.* Id est, nihil erunt. *Regem potius invocabunt.* sc. Nabuchodonosor, vel in die judicii impii Christum, sed frustra Matth. 25. v. 44. *Principes erunt in nihilum.* Ad extremam miseriam redacti.

König vielmehr anrufen, und alle ihre Fürsten werden nichts seyn.

13. In ihren Häusern werden Dornen und Nesseln aufgehen, und Kletten in ihren Vestungen: die Drachen werden allda ihr Lager haben, und die Straußen ihre Weyde.

14. Da werden die Teufel den ungeheuren Thieren begegnen, und die haarichten Männer einer dem andern zuschreyen: die ungeheure Nachtfrau* wird sich allda lagern, und wird ihre Ruhe finden. *Unhold, Hex.

15. Der Igel wird allda seine Grube haben, und seine Jungen ernähren, er wird herumgraben, und sie aushecken unter ihrem Schatten: allda werden die Weyhen* einer zum andern sich versammeln. *Raubvögel.

16. Suchet mit Fleiß im Buche des HErrn, und leset: es ist ja nicht eines von den Dingen ausgeblieben, eins hat das andere nicht gesucht: denn was aus meinem Munde hergehet, das hat er befohlen, und sein Geist hat sie selbst zusammengebracht.

17. Er selbst hat ihnen auch das Loos geworfen, und seine Hand hat es ihnen mit der Schnur ausgetheilet: sie werden es auch ewiglich im Besitz haben, und darinnen wohnen, von einem Geschlechte zum andern.

Das fünf und dreyßigste Capitel.

I. Isaias sagt vor der Heyden Bekehrung zur wahren Kirche Christi: 1. II. Den Glaubigen viel Gutes, auch die ewige Freude in dem himmlischen Sion. 5.

1. Die Einöde, und der ungebahnte Ort wird sich erfreuen, die Wüste wird frohlocken und blühen wie die Lilien.

2. Sie wird blühen und grünen, auch vor Freuden springen, und fröhlich seyn, und loben: die Herrlichkeit Libani ist ihr gegeben, und die Zierde Carmel und Saron, sie werden die Herrlichkeit des HErrn sehen, und die Zierde unsers GOttes.

3. Stärket die kraftlosen Hände, und bestättiget die schwachen Knie.

4. Saget zu den Kleinmüthigen: Seyd beherzt, und fürchtet euch nicht: siehe, euer GOtt wird die Rache der Vergeltung herzubringen: GOtt wird selbst kommen, und wird euch helfen.

II. 5. Alsdann werden die Augen der Blinden aufgethan, und die Ohren der Tauben eröffnet werden:

6. Alsdann wird der Lahme springen wie ein Hirsch, und die Zunge der Stummen wird los werden: denn die Wasser haben sich in der Wüste getheilet, und die Bäche in der Einöde.

7. Und das Erdreich, so dürr war, wird zum See werden, und ein durstig Land zu Wasserbrunnen. Da vormals die Drachen ihr Lager und Wohnung hatten, da werden grün ausschlagen die Rohre und Schilf.* *Binsen.

8. Auch wird daselbst die Bahn und der Weg seyn, und wird der heilige Weg heißen: auf demselbigen wird keiner gehen, der unrein ist, dieß wird euch der richtige Weg seyn, daß auch die Unwitzigen darauf nicht irren werden.

tius invocabunt, & omnes principes ejus erunt in nihilum.

13. Et orientur in domibus ejus spinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus ejus: & erit cubile draconum, & pascua struthionum.

14. Et occurrent dæmonia Onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubavit lamia, & invenit sibi requiem.

15. Ibi habuit foveam ericius, & enutrivit catulos, & circumfodit, & fovit in umbra ejus: illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum.

16. Requirite diligenter in libro Domini, & legite: unum ex eis non defuit, alter alterum non quæsivit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, & spiritus ejus ipse congregavit ea.

17. Et ipse misit eis sortem, & manus ejus divisit eam illis in mensuram: usque in æternum possidebunt eam, in generationem & generationem habitabunt in ea.

CAPUT XXXV.

I. De futura gentium conversione: 1. II. De consolatione, lætitia, securitate, & felicitate perpetua eorum, qui in Christum sunt credituri. 5.

1. Lætabitur* deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. *SABB. 4. TEMP. ADVENT. EPIST. 2.

2. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli, & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.

3. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.

4. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce, Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos.

II. 5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt:

6. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

7. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus dracones habitabant, orietur viror calami & junci.

8. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita, ut stulti non errent per eam.

9. Non

℣. 13. *Orientur in domibus ejus spinæ, & urticæ, & paliurus.* Est rubi genus. Plin. l. 24. 13.

℣. 14. *Et occurrent dæmonia Onocentauris.* Passim dæmonia, & monstra larvata *Lamia.* Bestiæ silvestres & rapaces. Strix in vulgata vertitur. *Lamia.* Quidam putant esse quoddam piscis genus. Sic Onocentauri apud Isaiam ponuntur pro spectris terrificis.

℣. 16. *Requirite diligenter in libro Domini.* Quem scripsi a Domino revelatum: cum hæc obvenerint Idumææ, quærite, an non conveniant cum his, quæ prædicta sunt, & scietis, unum ex eis non deesse. *Alter alterum non quæsivit.* Nullum ex iis animalibus desiderabitur. *Et spiritus ejus ipse congregabit ea.* Dei potentia congregabuntur.

℣. 17. *Et ipse* Deus *misit eis sortem.* Illis monstris terram hanc attribuit, dividens illis Idumæam, quasi possessionem hæreditariam. *In æternum.* In longissimum tempus: sed in inferno plagæ erunt æternæ.

CAPUT XXXV.

℣. 1. *Lætabitur deserta & invia.* Ecclesia, cujus bona opponit malis antea prædictis. In sensu historico quidam de Judæa ante deserta, & sub Ezechia reflorescente hæc exponunt: sed quæ sequuntur, ad Ecclesiam nascentem manifesto pertinent, atque ita ut figurate Ezechiæ temporibus nonnulla impleta ex his fuerint, Messiæ temporibus apertissime conveniant, ut fatetur Grotius. *Et exultabit solitudo.* Mystice deserta prius gentilitas. *Et florebit quasi lilium.* Per odorem bonæ famæ in membris suis ob mirum vitæ & puritatis nitorem.

℣. 2. *Germinans germinabit.* Multiplici sobole. *Videbunt gloriam Domini.* Christum & ejus miracula; gloria Synagogæ transibit ad Ecclesiam. *Saron.* Ager peramœnus.

℣. 3. *Confortate* O Apostoli & Evangelii præcones. *Manus dissolutas.* Per manus & genua totius corporis seu hominis infirmitas designatur, quæ confortari debet.

℣. 6. *Scissæ sunt in deserto aquæ.* Gratiæ desertum mundum irrigarunt. 70. *Erupit aqua.* Saliens in vitam æternam. Ecclesiæ progressus & gloriam his metaphoris pulchre exprimit.

℣. 7. *In cubilibus.* Ubi dæmones ante habitabant. *Orietur viror calami.* Ager manu Domini excultus evadet.

℣. 8. *Erit ibi semita & via.* Semita consiliorum & via præceptorum, quæ ad Dominum ducit. *Ita, ut stulti non errent per eam.* Tutos enim & securos simplices efficit. *Non transibit per eam pollutus.* Infidelis.

9. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi: & ambulabunt, qui liberati fuerint.

10. Et redempti a Domino convertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, fugiet dolor, & gemitus.

9. Kein Löwe wird da seyn, so wird auch kein böses Thier denselben betretten, noch daselbst gefunden werden: und die erlöset sind, werden darauf wandeln.

10. Und welche vom HErrn erlöset sind, die werden umkehren, und mit Lob gen Sion kommen: ewige Freude wird auf ihrem Haupte seyn: sie werden Freude und Wonne erlangen, so wird Schmerzen und Seufzen von ihnen fliehen.

CAPUT XXXVI.

I. Sennacherib cartis civitatibus Juda mittit Rabsacen ad capiendam Jerusalem: 1. II. Qui in Ezechiam jactans convitia & blasphemias in Deum, Jerosolymitas ad deditionem exhortatur. 11.

1. Et factum est in quarto decimo anno regis Ezechiæ †, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas, & cepit eas.

† *Ann. M. 3291. Ante Chr. 713.*

2. Et misit † rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Jerusalem, ad regem Ezechiam in manu gravi, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri fullonis.

† *Anno M. 3294. Ante Chr. 710.*

3. Et egressus est ad eum Eliacim, filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Joahe, filius Asaph, a commentariis.

4. Et dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua confidis?

5. Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti a me?

6. Ecce, confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo.

7. Quod si responderis mihi: In Domino Deo nostro confidimus: nonne ipse est, cujus abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Judæ & Jerusalem: Coram altari isto adorabitis?

8. Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum.

9. Et quomodo sustinebis faciem judicis unius loci ex servis domini mei minoribus? Quod si confidis in Ægypto, in quadrigis, & in equitibus:

10. Et nunc numquid sine Domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam.

II. 11. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Joahe ad Rabsacen: Loquere ad servos tuos Syra lingua, intelligimus enim: ne loquaris ad nos Judaice in auribus populi, qui est super murum.

12. Et dixit ad eos Rabsaces: Numquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus,

Das sechs und dreyßigste Capitel.

I. Rabsaces wird von Sennacherib zu Ezechia geschickt, mit Befehl, daß er sich sammt der Stadt ergeben soll. 1. II. Redet auch das Volk, so auf der Mauer stehet, auf hebräisch ganz trotzig und gotteslästerlich an. 11.

1. Und es begab sich im vierzehenten Jahre des Königs Ezechiä, daß Sennacherib, der König von Assyrien, herauszog wider alle veste Städte Juda, und sie einnahm.

2. Und der König von Assyrien schickte Rabsacen von Lachis gen Jerusalem, zu dem Könige Ezechia, mit einem starken Heere, und er hielt neben den Wasserröhren des obern Teichs, am Wege bey des Walkers Acker.

3. Und es gieng zu ihm heraus Eliacim, der Sohn Helcia, der Hausmeister war, und Sobna der Schreiber, und Joahe, der Sohn Asaph, der Canzler.

4. Und Rabsaces sprach zu ihnen: Saget dem Ezechia: Dieß sagt der große König, der König von Assyrien: Was ist dieß für eine Zuversicht, darauf du dich verlässest?

5. Oder was für Rath und Stärke hast du, daß du vornimmst, dich zu widersetzen? auf wen hast du dein Vertrauen, daß du von mir abgefallen bist?

6. Siehe, du verlässest dich auf diesen zerbrochenen Rohrstab, auf Aegypten: welcher einem Menschen, der sich darauf lehnet, in die Hand gehen wird, und wird sie durchbohren: also ist Pharao der König in Aegypten allen, die sich auf ihn verlassen.

7. Wirst du mir antworten: Wir verlassen uns auf den HErrn unsern GOtt: ist das nicht der, dessen Höhe und Altäre Ezechias hinweggenommen, und zu Juda und Jerusalem gesagt hat: Vor diesem Altare sollet ihr anbethen?

8. Und nun ergieb dich meinem Herrn, dem Könige in Assyrien, und ich will dir zweytausend Pferde geben: so wirst du doch von dir nicht beybringen können, die darauf reiten.

9. Und wie wirst du das Angesicht eines Obersten an einem Orte von den geringsten Dienern meines Herrn vertragen können? Verlässest du dich aber auf Aegypten, auf Wagen und auf Reuter:

10. Und nun, bin ich dann auch ohne den HErrn heraufkommen in dieß Land, dasselbige zu verwüsten? Der HErr hat zu mir gesagt: Ziehe hinauf in dieß Land, und verheere es.

II. 11. Da sprachen Eliacim und Sobna, und Joahe zum Rabsace: Rede mit deinen Knechten in syrischer Sprache, denn wir verstehen sie: und rede nicht jüdisch mit uns vor den Ohren des Volks, das auf der Mauer ist.

12. Und Rabsaces sprach zu ihnen: Hat mich dann mein Herr zu deinem Herrn, und zu dir gesandt, alle diese Worte

---

℣. 9. *Non erit ibi leo, & mala bestia* &c. Per hæc homines scandalosi & dæmones significantur. Superbi Angeli hanc humilitatis viam non insistent. Aug. *Non jam latrocinantur leo & draco in ista via; vitant enim eam sicut supplicium.* Lib. 7. Confess. cap. 21.

℣. 10. *Et venient in Sion cum laude.* In Ecclesiam. *Et lætitia sempiterna* i. in cœlo. *Super capita eorum.* Super ipsos, super captum eorum.

CAPUT XXXVI.

℣. 1. *Ascendit Sennacherib.* Quæ sequuntur usque ad cap. 39. continentur l. 4. Reg. 18. & 19. & sunt explicata in Annotationibus in l. 4. Regum. *Et cepit eas.* Hoc bellum cum æthiopico conjunctum toto triennio gestum esse, ex ejusdem prophetæ cap. 20. colligimus. Mystice Sennacherib est princeps dæmonum, Rabsaces vero gerit typum satellitum ejus. Captis ergo civitatibus Juda, id est, secularium congregationibus per peccatum, mittit diabolus ad capiendam Jerusalem satellites suos, id est, ab destruendam Religionem, seu Religiosum, aut piam animam. Unde Greg. *Illos pulsare negligit amplius, quos jure quieto possidere se sentit.*

℣. 2. *In manu gravi.* Enallage qualitatis pro quantitate, id est, cum numeroso exercitu.

℣. 3. *Egressus est ad eum Eliacim & Sobna.* Alius est ab eo, cujus fit mentio cap. 22.

℣. 7. *Nonne ipse est, cujus abstulit Ezechias excelsa.* Male interpretatur, quod ille pie fecerat, evertendo idolorum aras.

℣. 9. *Et quomodo sustinebis.* q. d. & quomodo destitutus equitatu tolerabis præsentiam, vel insultum & congressum. *Unius judicis.* i. Satrapæ aut præfecti.

℣. 10. *Et nunc numquid sine Domino ascendi ad terram istam.* i. sine Domini, quem colitis, voluntate. Nam & infideles Deum Judæorum vocabant Jehovah, i. Dominum, sc. utebantur eodem nomine, quo Judæi: sicut & Judæi illorum deos iisdem nominibus vocabant, quibus & ipsi, ut Baal, quod Dominum significat. Sa.

Worte zu reden; und nicht vielmehr zu den Männern, welche auf der Mauer sitzen, daß sie mit euch ihren eigenen Mist fressen, und das Wasser ihrer Füße trinken?

13. Und Rabsaces stund, und rief mit lauter Stimme auf jüdisch, und sprach: Höret die Worte des großen Königs, des Königs von Assyrien:

14. Dieß sagt der König: Lasset euch durch Ezechiam nicht verführen, denn er wird euch nicht erretten können.

15. So lasset euch auch durch Ezechiam auf den HErrn nicht vertrösten, wenn er sagt: Der HErr wird uns gewißlich erretten, diese Stadt wird in die Hand des Königs von Assyrien nicht übergeben werden.

16. Höret Ezechiam nicht: denn dieß sagt der König von Assyrien: Machet einen gütlichen Vertrag mit mir, und gehet zu mir heraus, und esset, ein jeglicher die Frucht seines Weinstocks, und ein jeglicher die Frucht seines Feigenbaums, und trinket ein jeglicher das Wasser aus seiner Cistern,

17. Bis ich komme, und euch in ein Land bringe, das eurem Lande gleich ist, ein Land, da Korn und Wein wächst, ein Land, da Brod und Weinberge sind.

18. Lasset euch nicht irren, daß Ezechias sagt: Der HErr wird uns erretten. Haben auch die Götter der Heyden, ein jeglicher sein Land von der Hand des Königs von Assyrien errettet?

19. Wo ist der Gott Emath und Arphad? wo ist der Gott Sepharuaim? haben sie Samariam auch aus meiner Hand errettet?

20. Welcher ist von allen Göttern dieser Lande, der seine Lande aus meiner Hand errettet hat, daß der HErr Jerusalem aus meiner Hand erretten soll?

21. Und sie schwiegen still, und antworteten ihm nicht ein Wort. Denn der König hatte befohlen, und gesagt: Gebt ihm keine Antwort.

22. Und Eliacim, der Sohn Helcia, der Hausmeister war, und Sobna der Schreiber, und Joahe der Sohn Asaph, der Canzler, giengen zu Ezechia hinein mit zerrissenen Kleidern, und zeigten ihm die Worte Rabsacis an.

Das sieben und dreyßigste Capitel.

I. Ezechias, betrübt wegen der Gottslästerung des Rabsacis, wird von Isaia getröstet. v. II. Sennacherib lästerliche Schreiben, welche Ezechias in Tempel bringt, und ruft GOtt um Hülfe an. 9. III. Isaias stärket Ezechiam, und bekräftiget die Niederlage Sennacherib. 21. IV. Der Engel des HErrn schlägt das Lager Sennacherib, ihn aber tödten seine eigene Söhne. 36.

1. Und es begab sich, als der König Ezechias solches hörete, zerriß er seine Kleider, und wickelte sich in einen Sack, und gieng in das Haus des HErrn.

2. Und er schickte Eliacim, der Hausmeister war, und Sobna den Schreiber, und die Aeltesten von den Priestern, mit Säcken angethan, zu Isaia, dem Sohne Amos, dem Propheten,

3. Und sie sprachen zu ihm: Dieß sagt Ezechias: Dieser Tag ist ein Tag der Trübsal und der Strafe, und der Gotteslästerung: denn die Kinder sind bis an die Geburt gekommen, und ist keine Kraft da zu gebähren.

4. Ob der HErr dein GOtt einigermaßen hören wollte die Worte Rabsacis, welchen der König von Assyrien sein Herr gesandt hat, den lebendigen GOtt zu lästern, und zu verhöhnen mit Worten, die der HErr dein GOtt gehöret hat: derowegen erhebe doch dein Gebeth für die Ueberbliebenen, welche noch gefunden werden.

5. Und die Knechte des Königs Ezechiä kamen zu Isaia.

6. Und Isaias sprach zu ihnen: Ihr sollt dieß eurem Herrn sagen: Dieß spricht der HErr: Fürchte dich nicht

ut loquerer omnia verba ista; & non potius ad viros, qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, & bibant urinam pedum suorum vobiscum?

13. Et stetit Rabsaces, & clamavit voce magna Judaice, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum:

14. Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos.

15. Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur civitas ista in manu regis Assyriorum.

16. Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite unusquisque vineam suam, & unusquisque ficum suam, & bibite unusquisque aquam cisternæ suæ,

17. Donec veniam, & tollam vos ad terram, quæ est ut terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.

18. Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Numquid liberaverunt dii gentium unusquisque terram suam de manu regis Assyriorum?

19. Ubi est deus Emath, & Arphad? ubi est deus Sepharuaim? numquid liberaverunt Samariam de manu mea?

20. Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, ut eruat Dominus Jerusalem de manu mea?

21. Et *a* siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandaverat enim rex, dicens: Ne respondeatis ei. *a* 4. Reg. 18. 36.

22. Et ingressus est Eliacim, filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Joahe, filius Asaph, a commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiaverunt ei verba Rabsacis.

CAPUT XXXVII.

I. Consternatus Ezechias propter blasphemias Rabsacis. 1. II. Blasphemias Sennacherib in epistola contentas Domino conquerens eum deprecatur. 9. III. Isaias ipsum confortat divinum auxilium promittens. 21. IV. Caso per Angelum exercitu Sennacherib, etiam ipse a filiis suis interimitur. 36.

1. Et factum est, *a* cum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obvolutus est sacco, & intravit in domum Domini. *a* 4. Reg. 19. 1. *Ann. M.* 3294. *Ante Chr.* 710.

2. Et misit Eliacim, qui erat super domum & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam, filium Amos prophetam,

3. Et dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ, dies hæc: quia venerunt filii usque ad partum, & virtus non est pariendi.

4. Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Deum viventem, & exprobrandum sermonibus, quos audivit Dominus Deus tuus: leva ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ sunt.

5. Et venerunt servi regis Ezechiæ ad Isaiam.

6. Et dixit ad eos Isaias: Hæc dicetis domino vestro: Hæc dicit Dominus: Ne timeas

℣. 16. *Facite mecum benedictionem.* Hebr. Amicitiam, aut munera mihi date, vel vos mihi subjicite, & erit vobis in benedictionem.

℣. 21. *Et non responderunt ei verbum.* Iste est optimus modus vincendi superbos per patientiam. Hinc optime Poeta:

Nobile vincendi genus est patientia. Vincit,
qui patitur: Si vis vincere, disce pati.

CAPUT XXXVII.

℣. 1. *Scidit vestimenta sua, & obvolutus est sacco* &c. Moraliter in hoc loco figuratur, qualis debeat esse status pœnitentis. Primo debet relinquere diaboli pompas. Secundo bonis operibus anhelare. Tertio requiritur perseverantia, priusquam intretur domus Domini.

℣. 2. *Et misit Eliacim.* Heron. ait: Pontificem. *Et seniores de Sacerdotibus.* Quasi meliores eligens inter bonos. Collige, qualis debeat esse familia prælatorum. Unde Seneca: *Compositus miles compositam debet habere familiam.*

℣. 3. *Dies tribulationis & correptionis.* Qua a Deo corripimur.

a facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemaverunt pueri regis Assyriorum me.

7. Ecce, ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & revertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.

8. Reversus est autem Rabsaces, & invenit regem Assyriorum præliantem adversus Lobnam *b*. Audierat enim, quia profectus esset de Lachis.

b 4. *Reg.* 19. 8.

11. 9. Et audivit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Egressus est, ut pugnet contra te. Quod cum audisset, misit nuntios ad Ezechiam, dicens:

10. Hæc dicetis Ezechiæ regi Judæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: Non dabitur Jerusalem in manu regis Assyriorum.

11. Ecce, tu audisti omnia, quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris, quas subverterunt, & tu poteris liberari?

12. Numquid eruerunt eos dii Gentium, quos subverterunt patres mei, Gozam, & Haram, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar?

13. Ubi est rex Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sepharuaim, Ana, & Aua *c*?

c 4. *Reg.* 18. 34. & 19. 13.

14. Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino.

15. Et oravit Ezechias ad Dominum, dicens:

16. Domine exercituum, Deus Israel, qui sedes super Cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cœlum, & terram.

17. Inclina Domine, aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viventem.

18. Vere enim Domine, desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum.

19. Et dederunt deos earum igni: non enim erant dii, sed opera manuum hominum, lignum & lapis, & comminuerunt eos.

20. Et nunc Domine Deus noster, salva nos de manu ejus: & cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

III. 21. Et misit Isaias, filius Amos, ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel, pro quibus rogasti me, de Sennacherib rege Assyriorum:

22. Hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannavit te virgo filia Sion: post te caput movit filia Jerusalem.

23. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & levasti altitudinem oculorum tuorum? ad Sanctum Israel.

24. In manu servorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, juga Libani: & succidam excelsa cedrorum ejus, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis ejus, saltum Carmeli ejus.

25. Ego fodi, & bibi aquam, & exicca-

vor den Worten, die du gehöret hast, damit die Diener des Königs von Assyrien mich gelästert haben.

7. Siehe, ich will ihm einen Geist geben, und er soll eine Zeitung hören, und wieder in sein Land ziehen, und ich will schaffen, daß er in seinem Lande durch das Schwert soll umkommen.

8. Rabsaces aber zog wieder zurück, und fand den König von Assyrien, daß er wider Lobna stritt. Denn er hatte vernommen, daß er von Lachis wäre abgezogen.

II. 9. Und er hörte von Tharaca dem Könige in Mohrenland sagen: Er ist ausgezogen, wider dich zu streiten. Nachdem er solches gehöret, sandte er Bothen zu Ezechia, und sprach:

10. Dieß sollt ihr Ezechiá dem Könige Juda anzeigen, und sagen: Laß dich deinen GOtt nicht betrügen, auf welchen du dich verlässest, und sprichst: Jerusalem wird in die Hand des Königs von Assyrien nicht übergeben werden.

11. Siehe, du hast alles gehöret, was die Könige von Assyrien allen Landen gethan, die sie verwüstet haben, und man soll dich erretten können?

12. Haben auch die Götter der Heyden diejenigen errettet, die meine Vorfahren verwüstet haben, nämlich Gozam, und Haram, und Reseph, und die Kinder Eden, welche zu Thalassar waren?

13. Wo ist der König von Emath, und der König von Arphad, und der König der Stadt Sepharuaim, Ana, und Aua?

14. Und Ezechias nahm die Schrift aus der Hand der Gesandten, und las sie, und er gieng hinauf in das Haus des HErrn, und breitete sie aus vor dem HErrn.

15. Und Ezechias bethete zum HErrn, und sprach:

16. Du HErr der Heerschaaren, du GOtt Israel, der du über Cherubim sitzest: du bist allein GOtt über alle Königreiche auf Erden, du hast auch Himmel und Erde gemacht.

17. O HErr! neige dein Ohr, und höre: thue deine Augen auf, o HErr! und siehe, und höre alle die Worte Sennacheribs, die er gesandt hat, den lebendigen GOtt zu lästern.

18. Denn es ist ja wahr, o HErr! die Könige von Assyrien haben die Länder wüste gemacht, und ihre Gegend.

19. Sie haben auch ihre Götter dem Feuer übergeben: denn sie waren keine Götter, sondern Holz und Stein, von Menschen Händen gemacht, und haben sie vernichtet.

20. Und nun, HErr unser GOtt, errette uns aus seiner Hand: und laß alle Königreiche auf Erden erkennen, daß du allein der HErr bist.

III. 21. Und Isaias, der Sohn Amos, schickte zum Ezechia, und sprach: Dieß sagt der HErr, der GOtt Israel, darum du mich gebethen hast, Sennacherib, den König von Assyrien, betreffend:

22. So ist das Wort, so der HErr über ihn geredet hat: Die Jungfrau, die Tochter Sion, verachtet dich, und spottet deiner: die Tochter Jerusalem schüttelt ihr Haupt hinter dir.

23. Wen hast du verhöhnet, und wen hast du gelästert, und über wen hast du deine Stimme erhöhet, und deine hochsichtige Augen erhoben? über den Heiligen Israel.

24. Du hast durch die Hand deiner Knechte den HErrn geschmähet, und gesagt: Ich bin mit der Menge meiner Wagen auf die hohe Berge gezogen, auf die Spitze Libani: und ich will seine hohe Cedern, und auserwählte Tannenbäume abhauen, und will langen bis auf seinen höchsten Gipfel, in den Wald seines Carmels.

25. Ich habe gegraben, und Wasser getrunken, habe auch

¥. 8. *Adversus Lobnam.* Lobna civitas fuit sacerdotalis ultra Jordanem ad occidentalem plagam. *Lachis* urbs erat munitissima in tribu Juda. De qua Josue 10. v. 23.

¥. 14. *Et tulit libros.* i. volumina litterarum, ut vertit Chald. *Et expandit coram Domino.* Legendas præbuit illi, contra quem conscripta erant.

¥. 22. *Post te caput movit.* sc. te irridens. *Virgo filia Sion.* Chald. *Regnum.* sc. regnum, ut virgo custodiri solet & debet.

¥. 24. *In manu* per ministerium *servorum tuorum exprobrasti.* *Succidam excelsa cedrorum.* i. Principes & duces. *Introibo - saltum* i. templum *Carmeli.*

auch alle wohlbewahrte Teiche mit meinen Fußsohlen ausgetrocknet.

26. Hast du aber nicht gehört, was ich ihm vormals gethan habe? ich habe es also von alten Tagen her verordnet, und jetzt habe ich es hervorgebracht: und es ist zum Untergang der zusammen streitenden Bühel, und der vesten Städte.

27. Ihren Inwohnern ist die Hand gekürzet, sie haben gezittert, und sind zu Schanden worden: sie sind worden wie das Heu auf dem Felde, und wie das Gras auf der Weyde, und wie das Kraut auf den Dächern, das verdorret, ehe dann es zeitig worden.

28. Deine Wohnung, und dein Ausgang, und dein Eingang ist mir bekannt, wie auch dein Toben wider mich.

29. Da du wider mich gewüthet hast, ist dein Uebermuth zu meinen Ohren hinaufgekommen: darum will ich dir einen Ring in deine Nase legen, und einen Zaum in deine Lippen, und will dich auf den Weg wieder führen, durch welchen du hergekommen bist.

30. Aber dieß soll dir zum Zeichen seyn: Du sollst dieß Jahr essen, was von sich selbst wächst, und im andern Jahre sollst du die Baumfrüchte essen: aber im dritten Jahre sollt ihr säen, und ärnten, auch Weinberge pflanzen, und von ihrer Frucht essen.

31. Und was erhalten wird vom Hause Juda, und was übrig bleibt, das wird unter sich wurzeln, und über sich Frucht tragen.

32. Denn die Uebrigbleibende werden von Jerusalem ausgehen, und das Heil vom Berge Sion: der Eifer des HErrn der Heerschaaren wird es thun.

33. Darum sagt dieß der HErr von dem Könige in Assyrien: Er wird in diese Stadt nicht kommen, auch wird er keinen Pfeil darauf schießen, noch einigen Schild davor bringen, auch keinen Wall um sie herumziehen.

34. Durch den Weg, darauf er gekommen ist, wird er wieder zurückziehen, und soll zu dieser Stadt nicht hineinkommen, spricht der HErr:

35. Und ich will diese Stadt beschirmen, daß ich sie erhalte, um mein selbst, und meines Knechts Davids willen.

IV. 36. Aber der Engel des HErrn fuhr aus, und erschlug im Lager der Assyrier hundert und fünf und achtzig tausend Mann. Und da sie des Morgens früh aufstunden, siehe, da war nichts, dann todte Leichname.

37. Und Sennacherib, der König von Assyrien, brach auf, und zog davon, und kam wieder heim, und wohnte zu Ninive.

38. Und es begab sich, als er im Tempel Nesroch seinen Gott anbethete, daß ihn Adramelech und Sarasar seine Söhne, mit dem Schwert erschlugen: und sie flohen davon in das Land Ararat, und Asarhaddon sein Sohn regierte an seiner Statt.

Das acht und dreyßigste Capitel.

I. Ezechias tödtlich krank, bittet um Verlängerung seines Lebens. 1. II. Wird erhört mit Zurückkehrung des Schattens an der Sonnenuhr. 4. III. Singet dem HErrn ein Lobgesang. 9.

1. In denselben Tagen ward Ezechias krank bis zum Tode: und Isaias, der Sohn Amos, der Prophet, gieng zu ihm hinein, und sprach zu ihm: Dieß sagt der HErr: Verordne für dein Haus, denn du wirst sterben, und nicht leben.

vi vestigio pedis mei omnes rivos aggerum.

26. Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmavi illud, & nunc adduxi: & factum est in eradicationem collium compugnantium, & civitatum munitarum.

27. Habitatores eorum breviata manu contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit, antequam maturesceret.

28. Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognovi, & insaniam tuam contra me.

29. Cum fureres adversum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.

30. Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno, quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

31. Et mittet id, quod salvatum fuerit de domo Juda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum sursum.

32. Quia de Jerusalem exibunt reliquiæ, & salvatio de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet istud.

33. Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non intrabit civitatem hanc, & non jac et ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu ejus aggerem:

34. In via, qua venit, per eam revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus:

35. Et protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, & propter David servum meum.

IV. 36. Egressus *d*est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surrexerunt mane, & ecce omnes, cadavera mortuorum.

37. Et egressus est, & abiit, & reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitavit in Ninive.

38. Et factum est, cum adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio: fugeruntque in terram Ararat, & regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo.

CAPUT XXXVIII.

I. Ezechiæ ægrotantis oratio. 1. II. Signo in horologio accepto, & promissa de manu Assyriorum liberatione, convalescit. 4. III. Gratiarum actionem Deo canit 9.

1. °In diebus illis ægrotavit † Ezechias usque ad mortem: & introivit ad eum Isaias, filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives.

2. Et

d Sup. 31. 8. 4. Reg. 19. 35. Tob. 1. 21. Eccl. 48. 24. 1. Mach. 7. 41. 2. Mach. 8. 19.

° *FER 5. POST CINER.* † *Anno M. 3291. Ante Chr. 713. 4. Reg. 20. 1. 2. Par. 32. 24.*

℣. 26. *Numquid non audisti, quæ olim fecerim ei?* Deus ipse loquitur ad Sennacherib, & victorias, quas jactat Rex Assyriorum, ex divinis decretis profectas docet.

℣. 30. *Tibi autem.* O Ezechia & Jerusalem! *Hoc erit signum: Comede - quæ sponte nascuntur.* Nam messe superioris anni ab hostibus & militibus Sennacherib vel occupata, vel conculcata, e sponte germinantibus sibi victum comparare necesse fuit: sequenti vero anno (qui fuit Mundi 3595.) ex Jubilæi lege, nec serere nec metere permissum erat. Vid. 4. Reg. 19. 20.

℣. 31. *Faciet fructum sursum.* Secundum literam fructificabit more arborum. Moraliter *mittet radices deorsum* per humilitatem. *Et faciet fructus sursum* per exaltationem, juxta illud Luc. 18. *Qui se humiliat, exaltabitur.*

℣. 32. *De Jerusalem exibunt reliquiæ & salvatio.* i. salus per Apostolos assereuda. *De monte Sion: Zelus.* i. vehemens amor *Domini exercituum faciet istud.*

℣. 36. *Et percussit Angelus in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia.* Hoc miraculum confirmat Hier. in comment. auctoritate Berosi, qui Chaldaicam scripsit historiam.

℣. 38. *Filii ejus percusserunt eum gladio: fugeruntque in terram Ararat.* Chald. & 70. Armeniæ, i. Armeniæ regiam, quam Araxes fluvius alluit. Habetur l. 4. Regum cap. 20.

CAPUT XXXVIII.

℣. 1. *Dispone domui tuæ, quia morieris tu.* Comminatio est, non absoluta denuntiatio.

2. Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum,

3. Et dixit: Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno.

II. 4. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens:

5. Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce, ego adjiciam super dies tuos quindecim annos:

6. Et de manu regis Assyriorum eruam te, & civitatem istam, & protegam eam.

7. Hoc autem tibi erit signum a Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus est:

a Eccli. 48. 26. 8. Ecce, *a* ego reverti faciam umbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reversus est sol decem lineis per gradus, quos descenderat.

III. 9. Scriptura Ezechiæ regis Juda cum ægrotasset, & convaluisset de infirmitate sua.

10. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Quæsivi residuum annorum meorum.

11. Dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium. Non aspiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.

12. Generatio mea ablata est, & convoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. Præcisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me: de mane usque ad vesperam finies me.

13. Sperabam usque ad mane, quasi leo sic contrivit omnia ossa mea: de mane usque ad vesperam finies me.

14. Sicut pullus hirundinis sic clamabo, meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum. Domine, vim patior, responde pro me.

15. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum ipse fecerit? Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16. Domine, si sic vivitur, & in talibus vita spiritus mei? corripies me, & vivificabis me.

17. Ecce, in pace amaritudo mea amarissima. Tu autem eruisti animam meam, ut non periret, projecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

18. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam.

19. Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut

2. Und Ezechias wandte sein Angesicht zur Wand, und bethete zum HErrn,

3. Und sprach: Ach lieber HErr! ich bitte dich, gedenke doch, wie ich vor dir in der Wahrheit, und mit vollkommenem Herzen gewandelt bin, und habe gethan, was gut ist vor deinen Augen. Und Ezechias weinete mit lauter Stimme.

II. 4. Und des HErrn Wort geschah zu Isaia, und sprach:

5. Gehe hin, und sage dem Ezechia: Dieß sagt der HErr, der GOtt Davids, deines Vaters: Ich habe dein Gebeth erhöret, und deine Thränen gesehen: siehe, ich will deinen Tagen noch fünfzehen Jahre zusetzen:

6. Auch will ich dich, und diese Stadt von der Hand des Königs in Assyrien erretten, und will sie beschirmen.

7. Aber dieß soll dir ein Zeichen vom HErrn seyn, daß der HErr das Wort in das Werk richten wird, das er geredet hat:

8. Siehe, ich will den Schatten am Sonnenzeiger Achaz zehen Linien, die er herabgelaufen ist, wieder zurück ziehen. Und die Sonne kehrte zehen Linien durch den Grad wieder zurück, die sie hinabgegangen war.

III. 9. Die Schrift Ezechiä, des Königs Juda, nachdem er krank gewesen, und von seiner Krankheit wieder gesund worden.

10. Ich habe gesagt: Nun werde ich mitten in meinen Tagen zu der Pforte der Hölle hinunterfahren. Ich habe gefragt nach meinen übrigen Jahren.

11. Ich habe gesagt: GOtt den HErrn werde ich nicht mehr sehen im Lande der Lebendigen. Keinen Menschen werde ich hinfüro anschauen, und keinen, der in der Ruhe wohnet.

12. Meine Geburt ist von mir hinweggenommen, und zusammen gewickelt wie ein Hirtenhüttlein. Mein Leben ist abgeschnitten wie von einem Weber: er hat mich abgehauen, da ich noch anfieng: du wirst es vom Morgen bis zum Abend mit mir ausmachen.

13. Meine Hoffnung war bis an den Morgen, und er hat alle meine Gebeine, wie ein Löwe zermalmet: vom Morgen bis zum Abend wirst du mit mir ein Ende machen.

14. Ich will schreyen wie eine junge Schwalbe, und seufzen wie eine Taube. Meine Augen sind schwach worden, weil sie über sich in die Höhe sahen. HErr! ich leide Gewalt, antworte für mich.

15. Was soll ich sagen, oder was soll er mir antworten, dieweil er es selbst gethan hat? Ich will vor dir alle meine Jahre wieder überdenken, in Bitterkeit meiner Seele.

16. HErr! muß man also leben, und hat es solche Beschaffenheit mit dem Leben meines Geistes? so magst du mich strafen, und lebendig machen.

17. Siehe, meine allerbitterste Bitterkeit ist im Frieden. Du hast aber meiner Seele ausgeholfen, damit sie nicht verlohren gieng, und hast alle meine Sünden hinter deinen Rücken geworfen.

18. Denn die Hölle wird dich nicht preisen, so wird dich auch der Tod nicht loben: und die zur Grube hinunterfahren, werden auf deine Wahrheit nicht warten.

19. Der Lebendige, ja der Lebendige, der wird dich preisen,

℣. 2. *Convertit Ezechias faciem suam ad parietem.* i. versus templum, Chald. ad parietem domus sanctuarii. *Et oravit ad Dominum.* Moraliter converti ad parietem est peccata propria in memoriam revocare. Vel paries est carnis fragilitas, cujus considera'io multum proficit ad salutem. Unde Greg. *Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria, sicut cogitare, qualis ipsa caro futura est mortua.*

℣. 6. *De manu Regis Assyriorum eruam te.* Ex his colligitur, quod hæc historia ante plagam Sennacherib evenerit, ita, ut hæc verba *in diebus illis* generalem tantum temporis notationem significent. Vid. 4. Reg. 20. 6.

℣. 9. *Scriptura Ezechiæ.* i. carmen eucharisticum Ezechiæ. *Residuum.* Dolui vitam meam tam repente abruptam.

℣. 10. *In dimidio dierum meorum.* Natus erat Ezechias annos 39.

℣. 12. *Generatio mea ablata est.* Vel quia nondum habebat qui succederet. Alii vertunt, habitatio. *Dum adhuc ordirer.* Cum multa animo designarem.

℣. 13. *Sperabam usque ad mane.* Sed non amplius me victurum: Adeo excreverant mala, ut mane desperarem me visurum vesperam.

℣. 14. *Sicut pullus hirundinis.* In nido gemens præ frigore, & fame, *sic clamabo.*

℣. 15. *Quid respondebit mihi, cum ipse fecerit.* Et certo consilio hunc morbum ipse immisit, qui adeo ferendus est, ut Psalm. 38. *Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti.* Hebr. *Quid loquar, ipse dixit mihi.* Fore ut convalescam. *Et ipse fecit.* Ipse se reprimit, & ad pœnitentiam se convertit.

℣. 16. *Domine, si sic vivitur.* Si adeo misera est hujus vitæ conditio. *Corripies me.* Castigatum & purgatum a peccatis In vita conservabis. Hebr. *Per ista vivitur.* Per promissa tua. *Et in talibus vita spiritus mei.* Per ista respiravi.

℣. 18. *Quia non infernus confitebitur tibi.* Chald. qui habitant in inferno. *Non expectabunt, qui descendunt in lacum.* Chald. lacum perditionis. *Veritatem tuam.* Impletionem tuarum promissionum. 70. misericordiam tuam. Chald. salutare tuum.

preisen, wie ich auch noch heutiges Tags thue: der Vater wird den Kindern deine Wahrheit zu wissen thun.

20. HErr! hilf mir, so wollen wir unsere Psalmen alle die Tage unsers Lebens im Hause des HErrn singen.

21. Und Isaias befahl, sie sollten ein Pflaster von Feigen nehmen, und auf den Schaden legen, so würde er gesund werden.

22. Und Ezechias sprach: Was wird das Zeichen seyn, daß ich hinaufgehen werde in das Haus des HErrn?

Das neun und dreyßigste Capitel.

I. Der König von Babylon wünschet Glück Ezechiä, wegen erhaltener Gesundheit. 1. II. Ezechias zeigt den Gesandten seine Schätze, darüber muß er hören, daß seine Schätze sollen nach Babylon geführet werden. 3. III. Ezechias bittet, GOtt wolle bey seinen Lebzeiten mit dieser Strafe innhalten. 8.

1. Auf dieselbige Zeit schickte Merodach Baladan, der Sohn Baladan, der König zu Babylon, Briefe und Geschenke zu Ezechia: denn er hatte gehöret, daß er krank gewesen, und gesund worden.

2. Und Ezechias erfreuete sich darüber, und zeigte ihnen die Schatzkammer der Specerey, und des Silbers und Goldes, und des Rauchwerks, und der köstlichsten Salben, und alle Gemächer seines Vorraths, und alles, was in seinen Schätzen gefunden ward. Es war kein Ding, das ihnen Ezechias nicht zeigte, sowohl in seinem Hause, als auch in seiner ganzen Herrschaft.

II. 3. Aber Isaias der Prophet gieng hinein zu dem Könige Ezechia, und sprach zu ihm: Was haben diese Männer gesagt, und von wannen sind sie zu dir gekommen? Und Ezechias sprach: Sie sind aus fernen Landen zu mir gekommen, von Babylon.

4. Und er sprach: Was haben sie in deinem Hause gesehen? Und Ezechias sprach: Sie haben alles gesehen, was in meinem Hause ist: es ist kein Ding in meinen Schätzen, das ich ihnen nicht gezeiget habe.

5. Da sprach Isaias zu Ezechias: Höre das Wort des HErrn der Heerschaaren:

6. Siehe, es werden die Tage kommen, daß man alles, was in deinem Hause ist, und was deine Väter zusammengebracht haben, bis auf den heutigen Tag, gen Babylon führen wird: man wird auch nichts übrig bleiben lassen, spricht der HErr.

7. Sie werden auch von deinen Kindern hinweg nehmen, welche von dir herkommen sollen, die du zeugen wirst, und sie werden im Pallaste des Königs von Babylon Kämmerlinge seyn.

III. 8. Und Ezechias sprach zu Isaia: Des HErrn Wort ist gut, das er geredet hat. Und er sagte: Es sey nur Friede und Wahrheit in meinen Tagen.

Das vierzigste Capitel.

I. Isaias weißaget von der Zukunft Christi, und seines Vorläufers Johannis: 1. II. Beschreibet GOttes Allmacht und Weisheit, welche die vorgedachte Sachen leichtlich können ins Werk stellen: 12. III. Straft diejenigen, welche Abgötterey treiben: und lehret, daß diejenigen, so auf GOtt hoffen, alles überwinden. 27.

1. Seyd getröstet, mein Volk, spricht euer GOtt.

& ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20. Domine, salvum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

21. Et jussit Isaias, ut tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur.

22. Et dixit Ezechias: Quod erit signum, quia ascendam in domum Domini?

CAPUT XXXIX.

I. Ezechias missis a rege Babylonis nuntiis ad gratulandum de recuperata valetudine: 1. II. Suos ostendit thesauros; ideo ab Isaia de futura eorum in Babylonem ablatione præmonitus: 3. III. Eam pœnam pro diebus suis deprecatur. 8.

1. In tempore illo misit Merodach Baladan, filius Baladan, rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim, quod ægrotasset, & convaluisset.

2. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & universa, quæ inventa sunt in thesauris ejus. Non fuit verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

II. 3. Introivit autem Isaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri isti, & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4. Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis.

5. Et dixit Isaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum:

6. Ecce, dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizaverunt patres tui usque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

7. Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

III. 8. Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini, quod locutus est. Et dixit: Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.

CAPUT XL.

I. Prædicitur consolatio & salus Jerusalem per Christum futura: Joannis Baptistæ prædicatio: 1. II. Christi in carnem adventus, gloria, potestas & retributio palam annuntianda. 12. III. Commendat contra idololatras Dei potentiam ac sapientiam: 18. & quod Dominus sperantibus in se fortitudinem tribuat. 27.

1. Consolamini, consolamini, populo meus, dicit Deus vester.

2. Loqui-

CAPUT XXXIX.

℣. 1. *Misit rex Babylonis libros & munera ad Ezechiam.* Libros Chald. & 70. epistolas. Vox Hebræa libros & Epistolas significat. *Merodach Baladan.* Hic videtur esse is, qui ab Agarhia Belesus: a Nic. Damasc. Nanybrus: a Ptolem. Nobonassarus dictus est. Hæc historia narratur 4. Reg. 20. Hinc colligit Hieron. aliud tunc fuisse regnum Assyriorum & Babyloniorum.

℣. 2. *Non fuit verbum, quod non ostenderet eis.* Non fuit res ulla.

℣. 6. *Auferentur omnia.* S. Prosper de Promissione c. 32. admonet in bonis operibus, quæ dona Dei sunt, non esse in homine, sed in Domino gloriandum, ne quod humilis accipit, superbus amittat juxta illud Apoc. 3. tene, quod habes. Unde etiam optime monet S. Greg. *Deprædari desiderat, qui thesaurum in via publica portat.* Et Matth. 13. dicitur *regnum cœlorum simile thesauro abscondito*, non expositio.

℣. 7. *Et de filiis tuis.* i. nepotibus tuis *erunt eunuchi.* Qui palatinis ministeriis fungentur; sic dicti sunt, quod matronarum haberent custodiam. Manasses captivus abductus est Babylonem, tum Jechonias.

℣. 8. *Bonum est verbum Domini.* i. æquum est, Chald. rectum *quod locutus est.* Hebr. *Locutus es.* Verba sunt se subjicientis voluntati Domini. *Fiat tantum pax, & veritas in diebus meis.* Pax quietem in bono, veritas stabilitatem significat.

CAPUT XL.

℣. 1. *Consolamini, consolamini, populo meus.* Verum consolatorem Christum in hoc capite, & præcursorem ejus Joannem Baptistam promittit: vel Deus ipse loquitur, ut Chaldæo paraphrastæ videtur, & prophetas alloquitur: Consolamini populum meum.

2. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: *a* suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

a Apoc. 18.

3. Vox *b* clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

b Matth. 3. 3. *Marc.* 1. 3. *Luc.* 3. 4. *Joan.* 1. 23.

4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.

5. Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.

6. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? *c* Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri.

c Eccli. 14. 18. *Jacob.* 1. 10. 1. *Pet.* 1. 24.

7. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Vere fœnum est populus:

8. Exiccatum est fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9. * Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce, Deus vester.

** SABB. QUAT. TEMP. ADVENT. EPIST.* 3.

10. Ecce, Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce, merces ejus cum eo, & opus illius coram illo.

11. *d* Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit.

d Ezech. 34. 23. & 37. 24. *Joan.* 10. 11.

II. 12. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ? & libravit in pondere montes, & colles in statera?

13. Quis *e* adjuvit spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, & ostendit illi?

e Sap. 9. 13. *Rom.* 11. 34. 1. *Cor.* 2. 16.

14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam justitiæ, & erudivit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce, gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ

2. Redet Jerusalem tröstlich ins Herz, und fordert sie herzu: denn ihre Bosheit hat ein Ende, und ihre Missethat ist vergeben: sie hat für alle ihre Sünden von der Hand des HErrn zweyfältige Strafe empfangen.

3. Die Stimme des Rufenden in der Wüste: Bereitet den Weg des HErrn: machet in der Wüste richtig die Fußsteige unsers GOttes.

4. Alle Thäler sollen erhöhet, und alle Berge und Bühel sollen erniedriget werden: was krumm ist, das soll richtig, und was ungleich und rauh ist, das soll zu ebnen Weg werden.

5. Und die Herrlichkeit des HErrn wird sich offenbaren, und alles Fleisch wird zugleich sehen, daß der Mund des HErrn geredet hat.

6. Eine Stimme des Redenden: Rufe. Da sagte ich: Was soll ich rufen? Alles Fleisch ist Gras, und alle seine Herrlichkeit ist wie eine Blume auf dem Felde.

7. Das Gras ist verdorret, und die Blume ist abgefallen, denn der Geist des HErrn hat darein geblasen. In der Wahrheit, das Volk ist Gras:

8. Das Gras ist dürr worden, und die Blume ist abgefallen: aber das Wort unsers HErrn bleibt in Ewigkeit.

9. Gehe hinauf auf einen hohen Berg, der du Sion die gute Bothschaft verkündigest: erhebe deine Stimme mit aller Macht, der du Jerusalem die fröhliche Zeitung bringest: erhöhe sie, und fürchte dich nicht. Sage den Städten Juda: Siehe, euer GOtt.

10. Siehe, GOtt der HErr wird in der Stärke kommen, und sein Arm wird herrschen: siehe, seine Belohnung ist bey ihm, und sein Werk ist vor ihm.

11. Er wird seine Heerde weyden, wie ein Hirt: mit seinem Arme wird er die Lämmer zusammen bringen, und wird sie in seiner Schoos aufheben, die tragbaren Schafe wird er selbst tragen.

II. 12. Wer hat die Wasser mit der Faust gemessen, und die Himmel mit der Hand gewogen? wer hat die ganze Welt mit dreyen Fingern angehenket? und wer hat die Berge im Gewichte gehalten, und die Bühel auf die Wage gelegt?

13. Wer hat dem Geiste des HErrn geholfen? oder wer ist sein Rathgeber gewesen, der es ihm angezeiget hätte?

14. Mit wem ist er zu Rath gegangen, der ihn unterrichtet, und den Weg der Gerechtigkeit gelehret hat, der ihn zum Verstande unterwiesen, und ihm den Weg der Vorsichtigkeit gezeiget hat?

15. Siehe, die Heyden sind vor ihm geachtet wie ein Tröpflein Wasser aus dem Eimer, und wie das Züngelein

---

¥. 2. *Loquimini ad cor Jerusalem.* sc. verba in veritate cor consolantia. Nota idioma Scripturarum: Qui enim mœrenti loquitur, & blandiens consolator est, ad cor loqui dicitur; per solam gratiam ad cor loquitur Deus. *Et advocate eam.* Hebr. *Vocate.* Hoc est, annuntiate ei. *Quoniam completa est malitia ejus.* Condonata sunt peccata, finita malitia. Hebr. *Malitia.* Seu afflictio, & vita laboriosa. Quo sensu dicitur Matth. 6. 34. *Sufficit diei malitia sua.* Seu afflictio. *Suscepit.* Si ad pœnas hæc referantur, sensus erit: Jam satis punita est Jerusalem; ut Apoc. 18. de Babylone: *Duplicate ei duplicia secundum opera ejus.* Si ad beneficia referantur, sensus erit: Dimissa est ejus iniquitas, & variis est cumulata beneficiis.

¥. 3. *Vox clamantis in deserto.* Hæc ad Joannem Baptistam apertissime spectant, ea citantur Matth. 3. *Parate viam Domini.* Omnia impedimenta amoveantur, errores & peccata. *Rectas facite semitas.* Recta sit & pura intentio. Hugo Card. hic: Quadrupliciter paratur via Domini recta. Primo faciendo eam mundam per temperantiam. Secundo æquam per justitiam. Tertio securam per fortitudinem. Quarto rectam per prudentiæ discretionem. *In solitudine.* Ab omni tumultu & turba secedentes, vestræ saluti vacate; *& videbit omnis caro salutare Dei.* Hæc verba in editione 70. leguntur, non in Hebræa, atque ita citantur, adeo ut Christi temporibus in Synagogis sic legerentur: cum autem in Hebræo hodierno desint, multis videtur ea verba a Judæis erasa fuisse, quod Christianis faverent. Per montes, valles, silvas, per quas Rex incedere debebat, mittebantur, qui arbores cæderent, & obstantia quæque revellerent: itaque jubet Deus, ut auferantur mali mores, quo regem suum adventantem excipiant.

¥. 4. *Omnis vallis exaltabitur.* i. exaltetur: Omnia complanentur anfractuosa, & quidquid in moribus nostris est asperum, modestia & mansuetudine leniatur.

¥. 5. *Et revelabitur gloria Domini.* i. Christus in carne apparebit: nam gloriosa Christi humanitas palam fiet hominibus.

¥. 6. *Vox dicentis: Clama.* Intus audio vocem dicentis mihi. *Omnis caro fœnum.* Nullæ sunt in homine vires.

¥. 8. *Verbum autem Domini nostri manet in æternum.* Verbum, quod carnem assumpsit, æternum est; vel prophetarum vaticinia.

¥. 10. *Ecce, Dominus Deus* sc. Christus *in fortitudine veniet.* -- *Ecce merces ejus.* Quam suis est daturus. *Cum eo,* seu ipse est, *& opus illius.* De quo sc. Joan. 17. opus, quod dedisti mihi, *coram illo.* q. d. operi sibi commisso quam diligentissime intendet.

¥. 11. *Sicut pastor gregem suum.* Ecclesiam seu fidelium cœtum *pascet - fœtas* i. oves *ipse portabit.* Apostolos & prædicatores, *qui salutem parturiunt plurimorum.* Hebr. *Hos ipse portat, ut aliorum defectus & infirmitates ferant.* Regnum Christi suave futurum prædicit.

¥. 12. *Quis mensus est pugillo aquas.* Jam sapientiam & potentiam Dei commendat, ut ostendat quam facile ei sit opus incarnationis perficere. Quis præter Deum mensus est aquas velut pugillo, seu manu? loquitur humano more. *Libravit -- in statera.* Aut in bilance, per metonymiam.

¥. 13. *Quis adjuvit spiritum Domini?* Hebr. Instruxit. *Et ostendit illi?* Quid esset agendum? 70. Quis novit, quis scire fecit, quis docuit?

lein an der Wage: siehe, die Inseln sind wie ein geringer Staub.

16. Der Libanus wird auch nicht genug seyn zum Brennen, und seine Thiere werden nicht genug seyn zu dem Brandopfer.

17. Alle Völker sind vor ihm, als wenn sie nicht wären, und sie werden wie lauter Nichts und Eitelkeit bey ihm geachtet.

III. 18. Wem habt ihr dann GOtt gleich gemacht? oder was für ein Bildniß wollet ihr ihm aufrichten?

19. Hat nicht der Meister das geschnitzte Bild zugerichtet? oder hat es nicht der Goldschmidt mit Gold, und der Silberschmidt mit geschlagenem Silber ausgebildet?

20. Ein verständiger Werkmeister sucht ein hartes Holz aus, das nicht faul wird: bemühet sich, wie er ein Bild aufsetze, das unbeweglich stehe.

21. Wisset ihr das nicht? habt ihr es nicht gehöret? ist es euch nicht von Anfang zu wissen gethan? habt ihr die Gründe des Erdbodens nicht verstanden?

22. Er sitzt über den runden Erdenkreiß, und die darauf wohnen, sind wie Heuschrecken: er dehnet die Himmel aus, wie nichts, und breitet sie aus gleich einer Hütte zur Wohnung.

23. Welche heimlichen Dingen nachforschen, die macht er, als wenn sie nicht wären, und macht die Richter auf Erden, wie ein eitel Dinge:

24. Es ist zwar ihr Stamm weder gepflanzet noch gesäet, noch in die Erde gewurzelt: er hat sie plötzlich angeblasen, so sind sie verdorret, ein Sturmwind wird sie wie Stoppeln hinwegführen.

25. Wem habt ihr mich dann gleich und ähnlich gemacht, spricht der Heilige?

26. Hebet eure Augen hinauf in die Höhe, und sehet, wer diese Dinge erschaffen habe: nämlich, der ihre Heere nach der Zahl ausführet, und sie alle mit Namen nennet: für seinem großen Vermögen, und Kraft, und Stärke, ist auch nicht ein einziges dahinten geblieben.

27. Warum sagst du dann, o Jacob, und warum redest du also, Israel: Mein Weg ist vor dem HErrn verborgen, und mein Gericht ist vor meinem GOtt vorübergegangen?

28. Ist dir es unbewußt, oder hast du es nicht gehört? Der HErr, der ewige GOtt, der die Gränzen des Erdbodens erschaffen hat, wird nicht abnehmen, noch müde oder matt werden, seine Weisheit ist auch nicht auszuforschen.

29. Er giebt Stärke dem, der müde ist: und mehret denselbigen Kraft und Stärke, welche sind, als wenn sie nicht wären.

30. Die Kinder werden an Kräften abnehmen, und müde werden, und die junge Mannschaft wird vor Schwachheit dahin fallen.

31. Aber die auf den HErrn ihr Vertrauen setzen, die werden sich ändern an Kräften, und Flügel wie die Adler an sich nehmen, sie werden laufen, und nicht müde werden, wandeln, und an Kräften nicht abnehmen.

Das ein und vierzigste Capitel.

I. GOtt beweißt den Heyden seine Gottheit aus der wunderthätigen Vorsichtigkeit gegen seine Diener: 1. II. Verheißt ihnen inskünftige ebenmäßigen Schirm. 11. III. Beweißt, daß die Abgötter nichts sind; 21. Weil sie von Menschen Händen gemacht, nichts können wirken. 24.

tunt: ecce, insulæ quasi pulvis exiguus.

16. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia ejus non sufficient ad holocaustum.

17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei.

III. 18. Cui *f* ergo similem fecistis Deum? *f Actor.* 17. 29.
aut quam imaginem ponetis ei?

19. Numquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, & laminis argenteis argentarius?

20. Forte lignum & imputribile elegit, artifex sapiens quærit: quomodo statuat simulacrum, quod non moveatur.

21. Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

22. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locustæ: qui extendit
velut nihilum cœlos, *g* & expandit eos sicut *g Gen.* 1. 6.
tabernaculum ad inhabitandum. *Ps.* 14. 2.

23. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, judices terræ velut inane fecit:

24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flavit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25. Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus?

26. Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit.

27. Quare dicis Jacob, & loqueris Israel: Abscondita est via mea a Domino, & a Deo meo judicium meum transivit?

28. Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus.

29. Qui dat lasso virtutem: & his, qui non sunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30. Deficient pueri, & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent.

31. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, *h* assument pennas sicut *h Ps.* 102. 5.
aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

CAPUT XLI.

I. Disceptat Deus cum idololatris de variis magnisque beneficiis populo Judaico exhibitis: 1. II. Quibus comprobat suam potentiam & benignitatem erga homines: 11. III. Ostendit simul idolorum impotentiam. 21. Idololatrarum vanitatem. 24.

1. Taceant

¥. 16. *Et Libanus non sufficiet ad succendendum.* sc. ad suffimenta; & animalia, quæ in eo pascentur, non sufficient ad holocausta: Non sufficerent, si pro dignitate illi essent sacra facienda.

¥. 18. *Cui ergo similem fecistis Deum?* Frustra hoc loco abutuntur Novatores: nemo Catholicus imaginem colit ut Deum, ipse in imagine Moysi & Prophetis apparere voluit, nec Deus exprimi potest, ut est in seipso. *Aut quam imaginem ponetis ei?* S. Aug. *Quisquis talem cogitat Deum, qualis non est, alienum & falsum Deum in cogitatione portat.* Hunc male faciunt guloti, qui summum bonum in cibo & potu constituunt, sicque Deo ponunt imaginem ursi; luxuriosi, qui sunt quasi sus lota in volutabro luti, ponunt imaginem porci &c.

¥. 21. *Nunquid non scitis.* Quantum ab his idolis distem. *Fundamenta.* Ab ipso facta.

¥. 22. *Qui extendit velut nihilum* i. facillime. Hebr. ut telam. 70. quasi cameram cœlos.

¥. 23. *Qui dat secretorum scrutatores* Philosophos & politicos omni scientia & prudentia spoliat. 70. *Principes.*

10. Wehe dem, der zu seinem Vater spricht: Was zeugest du? und zum Weibe: Was gebährest du?

in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens.

26. Suscitans verbum servi sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Jerusalem: Habitaberis; & civitatibus Juda: Ædificabimini, & deserta ejus suscitabo.

27. Qui dico profundo: Desolare, & flumina tua arefaciam.

28. Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem: *d* Ædificaberis; & templo: *e* Fundaberis. *d* 2. Esdr. 2. *e* 1. Esdr. 7.

CAPUT XLV.

1. Prophetia de Cyro & victoriis ipsi a Deo concedendis: 1. II. De Christi nativitate, & salute per Christum sub typo liberationis per Cyrum: 8. III. Quod solus Dominus sit Deus, salvans & promissa complens, adeoque colendus. 16.

1. ° Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur. * SABB. 4. TEMP. ADVENT. EPIST. 4.

2. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.

3. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: ut scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel.

4. Propter servum meum Jacob, & Israël electum meum, & vocavi te nomine tuo: assimilavi te, & non cognovisti me.

5. Ego Dominus, & non est amplius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognovisti me:

6. Ut sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est: ego Dominus, & non est alter.

7. Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus, faciens omnia hæc.

8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum: aperiatur terra, & germinet salvatorem: & justitia oriatur simul: ego Dominus creavi eum.

9. Væ, qui contradicit fictori suo, testa de testis terræ: *a* numquid dicet lutum figulo suo: Quid facis, & opus tuum absque manibus est? *a* Jerem. 18. 6. Rom. 9. 20.

10. Væ, qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid parturis?

11. Hæc

---

†. 26. *Suscitans verbum servi sui.* i. implens. Sept. Statuens, qui ratum faciam vaticinium Isaiæ. *Et deserta ejus suscitabo.* Ruinas ejus opplebo.

†. 27. *Qui dico profundo.* sc. Abysso; vel Babyloni. Hebr. *Siccatori.* Alludit ad ea, quæ fecit Cyrus, ut caperet Babylonem, cum Euphratem exsiccavit.

†. 28. *Qui dico Cyro.* More pastoris dispersum populum congregabis, & in Judæam reduces. Vid. Joseph. l. 10. c. 12. & l. 11. c. 1.

CAPUT XLV.

†. 1. *Hæc dicit Dominus Christo,* i. uncto *meo Cyro,* i. regi, quia unctio insigne erat apud Hebræos regiæ potestatis, & in illius figura, Christo Domino: sicut populus Judaicus nesciens figura fuit populi Christiani, ita Cyrus Christi. *Et non cognovisti me.* Aliud enim est typum esse, aliud esse veritatem; nescis, quam magnæ rei typum geras; in vera Dei religione parum eras institutus.

†. 3. *Et dabo tibi thesauros -- & arcana secretorum.* Gemmas & monilia diligenter asservata cognovit. An forte animorum immortalitas Cyro nota fuit, ut nonnullis videtur? *Nomen tuum.* Deus eos nomine vocare dicitur, quos ad quiddam magnum destinat.

†. 4. *Assimilavi te, & non cognovisti me.* Hebr. *Cognominabo te, antequam me cognoscas. Assimilavi te.* Hebr. Cognominavi te, imo & Christum meum; alio scilicet nomine te designavi vel descripsi te & formavi in typum futuræ sub Christo libertatis.

†. 5. *Accinxi te.* Sept. Interpr. Confortavi, armis instruxi. *Et non cognovisti me.* Arab. Cum nondum me cognosceres; Deum esse mundi opificem nondum cognoverat, sed postea ex Hebræis hæc didicit.

†. 7. *Faciens pacem & creans malum.* i. immittens, vel permittens, famem, pestem &c. Prospera & adversa providentia mea dispensat. Greg. Moral. 3. cap. 6. Cum res bonas nobis male agentibus in flagellum format: sicut virus, quod est vita serpenti, homini autem mors.

†. 8. *Rorate cœli desuper.* Postquam de populi Judaici a captivitate Babylonica liberatione differuit, transit ad liberationem generis humani per Christum tot votis Sanctorum exoptatam. Hæc verba aliquid majus exprimunt, quam possit typo convenire. *Creavi eum.* Ut hominem.

†. 9. *Væ, qui contradicit fictori suo, testa de testis terræ.* Hebr. *Testa de testis terræ.* Testa lutea, & vilis.

11. Hæc dicit Dominus Sanctus Israël, plastes ejus: Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.

12. Ego feci terram, & hominem super eam creavi ego: manus meæ tetenderunt cœlos, & omni militiæ eorum mandavi.

13. Ego suscitavi eum ad justitiam, & omnes vias ejus dirigam: ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.

14. Hæc dicit Dominus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: tantum in te est Deus, & non est absque te Deus.

15. Vere, tu es Deus absconditus, Deus Israel, Salvator.

III. 16. Confusi sunt, & erubuerunt omnes, simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.

17. Israel salvatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis usque in sæculum sæculi.

18. Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes ejus: non in vanum creavit eam, ut habitaretur, formavit eam: Ego Dominus, & non est alius.

19. Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso: non dixi semini Jacob: Frustra quærite me. Ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta.

20. Congregamini, & venite, & accedite simul, qui salvati estis ex gentibus: nescierunt, qui levant lignum sculpturæ suæ, & rogant deum non salvantem.

21. Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? numquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus justus, & salvans non est præter me.

22. Convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius.

23. In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, & non revertetur:

24. Quia *b* mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.

25. Ergo in Domino, dicet: Meæ sunt justitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei.

26. In Domino justificabitur, & laudabitur omne semen Israel.

b Rom. 14. 21. Phil. 2. 10.

11. Dieß sagt der HErr, der Heilige Israel, sein Schöpfer: Fraget mich um künftige Dinge über meine Kinder, und befehlet mir über das Werk meiner Hände.

12. Ich habe den Erdboden gemacht, auch habe ich den Menschen darauf geschaffen: meine Hände haben die Himmel ausgespannet, und ihrem ganzen Heere Befehl gegeben.

13. Ich habe ihn zur Gerechtigkeit erwecket, und will alle seine Wege richten: er wird meine Stadt bauen, und meine Gefangene entlassen, nicht um einigen Werth oder Geschenk, spricht der HErr, ein GOtt der Heerschaaren.

14. Dieß sagt der HErr: Die Arbeit Aegypti, und die Kaufhändel des Mohrenlands, und die großen Männer aus Sabaim werden zu dir herüberkommen, und dein eigen seyn: sie werden hinter dir gehen, in Fesseln verhaft dahertretten, und sie werden dich anbethen, und werden dich flehentlich bitten: denn bey dir ist GOtt allein, und ist außer dir kein GOtt.

15. Fürwahr, du bist ein verborgner GOtt, du GOtt Israel, der Heiland.

III. 16. Die Werkmeister der Irrthümer sind alle schamroth und zu Schanden worden, sie sind sämmtlich mit Schmach davon gegangen.

17. Israel aber wird durch den HErrn erhalten mit ewigem Heil: ihr sollet nimmer zu Schanden werden, noch schamroth stehen, bis in alle Ewigkeit.

18. Denn dieß sagt der HErr, der die Himmel erschaffen hat, er ist GOtt, der den Erdboden zubereitet, und denselben gemacht hat, er selbst ist sein Schöpfer: er hat ihn auch nicht vergeblich gemacht, sondern hat ihn erschaffen, daß man darauf wohnen soll: Ich bin der HErr, und ist kein anderer.

19. Ich habe nicht im verborgenen geredet, an einem dunkeln Orte im Lande: ich habe zum Saamen Jacobs nicht gesagt: Suchet mich vergeblich. Ich bin der HErr, der Gerechtigkeit redet, und verkündiget, was recht ist.

20. Versammelt euch, und kommt her, und trettet alle zugleich herzu, die ihr aus den Heyden erhalten seyd: sie verstehen es nicht, die das Holz ihres geschnitzten Götzen aufrichten, und bitten einen Gott, der nicht helfen kann.

21. Verkündiget es, und kommet herzu, und rathschlaget miteinander: wer hat solches von Anfang hören lassen, und dazumal vorgesagt? bin ich dann nicht der HErr, und ist kein GOtt mehr außer mir? Ich bin ein gerechter GOtt, und ist außer mir kein Heiland.

22. Bekehret euch zu mir alle Gränzen der Erde, so wird euch Heil wiederfahren: denn ich bin GOtt, und ist keiner mehr.

23. Ich habe bey mir selbst geschworen, es wird das Wort der Gerechtigkeit aus meinem Munde gehen, und wird nicht zurückkehren:

24. Denn mir sollen sich alle Knie biegen, und alle Zungen schwören.

25. Darum wird jedermann sagen: Im HErrn ist meine Gerechtigkeit, und Herrschaft: es werden zu ihm kommen, und in Schanden stehen alle, die sich ihm widersetzen.

26. Aller Saame Israel wird im HErrn gerechtfertiget, und gepreiset werden. Das

---

℣. 11. *Super opus manuum mearum mandate mihi.* Videtur ironia, an vestrum est mihi mandare, quid facere debeam? impedite si potestis, ne de iis faciam quod volo.

℣. 13. *Ego suscitavi eum*, i. Cyrum, *ad justitiam.* Ut quæ justa sunt faciat: sed Christus imprimis in Cyro adumbratur, qui Ecclesiam ædificavit, ad quam omnes gentes transierunt. *Omnes vias ejus dirigam.* Faciam, ut incœpta ejus prosperum habeant exitum.

℣. 14. *Tantum in te est Deus.* Tecum est Deus, non alius est præter eum. Cum de Cyro, qui a Ponto Euxino ad interiorem usque Æthiopiam regiones interjectas victoriis pervasit, verba facit, de Christo, seu illius antitypo ea, quæ huic uni conveniunt, admiscet. Nam in eo, ut in Deo abscondito, Deus operatus est mundi redemptionem; ut in Cyro, Deus occulta quadam ratione operatus est salutem Judæorum.

℣. 16. *Confusi sunt.* Omnes idololatræ & fabricatores idolorum, quæ nil possunt.

℣. 17. *Israel salvatus est in Domino.* Salvabitur Dei beneficio. *Salute æterna.* Quam Deus attulit.

℣. 19. *Non in abscondito locutus sum* &c. q. d. hoc est discrimen inter Deum & idola. Deus non loquitur ex cavernis & antris, sed palam & publice. Secundo idola frustra coluntur sine præmio, sine fructu; sed qui quærunt Deum, amplissimam habent mercedem. Tertio idola impura & scelesta petunt obsequia, Deus non nisi justa, recta, pura, & sancta, sicut ipse annuntiat.

℣. 20. *Congregamini - & accedite simul, qui salvati estis ex gentibus.* Qui Christi fidem induistis. Hieron. *Per quod ostendit non statim omnes gentes esse credituras, sed paulatim & per partes.*

℣. 21. *Quis auditum fecit hoc ab initio.* Quis prædixit Judæos per Cyrum liberandos? quis ex omnibus diis fictitiis ista olim prædixit, ut ego feci?

℣. 22. *Convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ.* Vos, qui ab ultimis terræ oris ad fidem vocati estis.

℣. 23. *Egredietur de ore meo justitiæ verbum.* sc. justum, & non revertetur, i. non erit irritum.

℣. 25. *Ergo in Domino dicet.* Jurando omnis lingua. *In Domino.* Per Dominum. *Meæ sunt justitiæ.* A me stat justitia, non ab idolis, quæ causa sua ceciderunt; mei solius est imperium & robur omne. *Ad eum veniant.* Ad Christum.

℣. 26. *In Domino justificabitur*, i. per ipsum Christum, *omne semen Israel.*

Das sechs und vierzigste Capitel.

I. Cyrus wird die Abgötter Babylons zerstören: 1. II. Und wird schnell ankommen, die Juden aus der babylonischen Gefängniß zu erledigen. 10.

1. Bel ist zerbrochen, und Nabo ist zermalmet: ihre abgöttische Bilder sind auf die Thiere, und Vieh geladen, eure Bürde hat sie mit schwerer Last gedrücket, daß sie darunter sind müde worden.

2. Sie haben an Kräften abgenommen, und sind insgesammt zerschmettert: sie haben ihrem Träger nicht helfen können, und ihre Seele wird in das Gefängniß gehen.

3. Höret mich, ihr vom Hause Jacob, und alle Ueberbliebene vom Hause Israel, die ihr von meinem Leibe getragen werdet, und die ihr von meiner Mutter Schoos gehalten werdet.

4. Ich will euch tragen bis ins Alter, und bis ihr grau werdet: was ich erschaffen habe, will ich auch tragen: ich will halten, und erretten.

5. Wem habt ihr mich gleich gemacht, und gleich geachtet? wem habt ihr mich verglichen, und ähnlich gemacht?

6. Die ihr Gold aus dem Säckel hergebet, und Silber mit der Wage auswäget, und dinget den Goldschmidt, daß er einen Gott mache: und davor fallen sie nieder, und bethen ihn an:

7. Sie heben ihn auf die Achseln, tragen ihn, und setzen ihn an seinen Ort: da wird er stehen, und wird sich von seinem Orte nicht bewegen: ja, wann sie auch zu ihm schreyen, so wird er es nicht hören, und wird sie aus Trübsal nicht erretten.

8. Gedenket daran, und schämet euch: gehet wieder in euer Herz, ihr Uebertretter.

9. Gedenket an die vorige Zeit, denn ich bin GOtt, und ist sonst kein GOtt mehr: niemand ist mir auch gleich.

II. 10. Ich verkündige von Anfang, was sich endlich zutragen soll, und von Anbeginn, was noch nicht geschehen ist, und sprich: Mein Rath wird bestehen, und alles wird vor sich gehen, was ich will:

11. Ich berufe einen Vogel vom Aufgang der Sonne, und einen Mann, der meinen Willen verrichten soll, aus fernen Lande. Und ich habe es geredet, so will ich es auch herbeybringen, ich habe es geschaffen, so will ich es auch in das Werk richten.

12. Höret mich, die ihr hart von Herzen seyd, und seyd gar weit von der Gerechtigkeit.

13. Ich habe meine Gerechtigkeit nahe gebracht, sie ist nicht weit, und mein Heil wird nicht lange ausbleiben. Ich will in Sion Heil geben, und meine * Herrlichkeit in Israel. * Gloriæ.

Das sieben und vierzigste Capitel.

I. Prophezeihet die Zerstörung der Stadt Babylon: II. Welche deren Ursachen der Hochmuth, tyrannisches Verfahren gegen die Juden, und abgöttische Wahrsagerey. 6.

1. Komm herab, setze dich in den Staub, du Jungfrau, du Tochter Babylon, setze dich auf die Erde: es ist kein Thron da für die Tochter der Chaldäer: denn du wirst hinfüro die Weiche und die Zarte nicht mehr genennet werden.

CAPUT XLVI.

I. Idolorum prædicit destructionem per Cyrum: 1. Judæos divina ope protegendos & salvandos; hinc hortatur eos, ad Deum redire. 10.

1. Confractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulacra eorum bestiis & jumentis, onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.

2. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt salvare portantem, & anima eorum in captivitatem ibit.

3. Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva.

4. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & salvabo.

5. Cui assimilastis me, & adæquastis? & comparastis me, & fecistis similem?

6. Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis, conducentes aurificem, ut faciat deum: & procidunt, & adorant.

7. Portant *a* illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non movebitur: sed & cum clamaverint ad eum, non audiet, de tribulatione non salvabit eos. *a Bar. 6. 25.*

8. Mementote istud, & confundamini: redite prævaricatores ad cor.

9. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est ultra Deus: nec est similis mei.

II. 10. Annuntians ab exordio novissimum, & ab initio, quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:

11. Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. Et locutus sum, & adducam illud, creavi, & faciam illud.

12. Audite me duro corde, qui longe estis a justitia.

13. Prope feci justitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

CAPUT XLVII.

I. Babylonis humiliatio ac contritio prædicitur: 1. II. Propter ipsius superbiam, crudelitatem, & vanam spem in maleficis, auguribus, & incantatoribus. 6.

1. Descende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum: quia ultra non vocaberis mollis & tenera.

CAPUT XLVI.

℣. 1. *Confractus est Bel, contritus est Nabo.* Duo sunt idola Babyloniorum, quæ evertenda docet Propheta, quæque figuræ fuerunt abolendæ idololatriæ per Christum. Belis nomine sol, ut & Nabonis Ariolus celebris colebantur. *Onera.* Vestra simulacra non sunt aliud nisi onera sacerdotum. Mystice *Bel* interpretatur vetustas, & significat avaros, qui ardore & labore cupiditatis exusti cito senescunt. *Nabo* significat superbos, qui semper volunt esse super alios. Confringitur avarus in corpore per multiplicem negotiationem: superbus autem in corde, cum non possit pertingere ad altitudinem, quam vellet.

℣. 2. *Et anima eorum in captivitatem ibit.* Ob pretium metallorum, e quibus facta sunt, ducuntur ut captivi, & animam suam, sive portantium, liberare non possunt.

℣. 3. *Audite - qui portamini a meo utero.* Uterus ille est Ecclesia, in qua manemus usque ad senectam. Hieron. „ Docuit eos instar puerorum atque lactentium, ita a Deo, quasi matris utero & vulva prægnantis ex Ægypto esse portatos: hoc est, semper eos dilexi, & fovi.

℣. 8. *Mementote & confundamini.* Cogitate meam potentiam, & idolorum impotentiam, & ingemiscite. *Redite ad cor.* Sept. agite pœnitentiam.

℣. 9. *Recordamini prioris sæculi.* Cogitate, quæ jam olim promiserim & fecerim vobis.

℣. 10. *Annuntians ab exordio novissimum.* A longo tempore, quæ ventura sunt.

℣. 11. *Vocans ab Oriente avem.* Cyrum e Perside, cujus vexillum erat aquila expansis alis: vel Cyrus, ut avis velociter veniet.

℣. 13. *Prope feci justitiam meam.* Ut brevi adsit Cyrus, efficiam, qui promissa mea & fidem exsolvat. *Gloriam.* Liberationem gloriosam; quæ imprimis conveniunt Christo. Tempus illud nobis longum est, sed Deo breve, & tamquam unus dies.

CAPUT XLVII.

℣. 1. *Descende, sede in pulvere.* Prædicit Isaias excidium Babyloniæ, quam virginem vocat ob cultum & ornatum. Joannes quidem cap. 17. Apocal. meretricem appellat: spiritali sensu Propheta animam in mundo corruptam ad pœnitentiam invitat, & vult, ut descendat humiliter confitendo peccata; sedeat in pulvere, propriam suam vilitatem considerando a peccando abstineat: tandem in terra sedeat, opera pœnitentiæ aspera exercendo.

2. Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina.

a Nah. 3.5. 3. Revelabitur *a* ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum. Ultionem capiam, & non resistet mihi homo.

4. Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, Sanctus Israel.

5. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis ultra domina regnorum.

II. 6. Iratus sum super populum meum, contaminavi hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggravasti jugum tuum valde.

7. Et dixisti: In sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui.

8. Et nunc audi hæc delicata, & habitans
b Apoc. 18.7. confidenter, quæ dicis in corde tuo: *b* Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

c Infr. 51.19. 9. Venient *c* tibi duo hæc subito in die una, sterilitas & viduitas: universa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10. Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti: Non est, qui videat me. Sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo: Ego sum, & præter me non est altera.

11. Veniet super te malum, & nescies ortum ejus: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repente miseria, quam nescies.

12. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

13. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & salvent te augures cœli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.

14. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ, quibus calefiant, nec focus, ut sedeant ad eum.

15. Sic facta sunt tibi, in quibuscumque laboraveras: negotiatores tui ab adolescentia tua, unusquisque in via sua erraverunt: non est, qui salvet te.

CAPUT XLVIII.

I. Minatur Dominus, increpans hypocrisin, & duritiam Judæorum; se, & non idola annuntiasse futura & illa compleviſſe: 1. II. Propter nomen ſuum ſalutem promittit: 12. III. Futurus ſui populi redemptor ac gubernator, dummodo mandata obſervent, ut eſſent felices. 17.

1. Audite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Juda ex-

2. Nimm eine Mühle, und mahle Mehl: entblöße deine Scham, entdecke deine Achseln, entblöße deine Beine, und gehe über die Wasserströme.

3. Deine Scham soll aufgedeckt, und deine Schande gesehen werden. Ich will Rache nehmen, und soll mir kein Mensch widerstehen.

4. Es ist unser Erlöser, sein Name ist, der HErr der Heerschaaren, der Heilige Israel.

5. Sitze still, und schweige, und gehe in die Finsterniß, du Tochter der Chaldäer: denn du wirst hinfüro nicht genennet werden die Herrscherinn über Königreiche.

II. 6. Ich bin zornig gewesen über mein Volk, ich habe mein Erbtheil entheiliget, und habe sie in deine Hand übergeben: aber du hast ihnen keine Barmherzigkeit bewiesen: du hast auch über die Alten dein Joch überaus schwer gemacht.

7. Und hast gesagt: Ich will eine Herrscherinn bleiben ewiglich: du hast dieß nicht zu Herzen genommen, noch an deinen letzten Ausgang gedacht.

8. Und nun höre dieß, du Zarte, die du ohne Sorge wohnest, und sprichst in deinem Herzen: Ich bin es, und ist außer mir keine mehr: ich will nicht im Wittibstand sitzen, und will von Unfruchtbarkeit nichts wissen.

9. Diese beyde Dinge, nämlich Unfruchtbarkeit und Wittibschaft werden auf einen Tag eilends über dich kommen: alles wird über dich kommen von wegen deiner vielfältigen Zauberey, und wegen der großen Verstockung deiner Wahrsager.

10. Du hast dich auf deine Bosheit verlassen, und gesagt: Es ist niemand, der mich siehet. Diese deine Weisheit, und deine Kunst hat dich betrogen. Und du hast in deinem Herzen gesagt: Ich bin es, und ist sonst keine andere, außer mir.

11. Es wird ein Unglück über dich kommen, und du wirst seinen Ursprung nicht wissen: ein Elend wird dich überfallen, das wirst du nicht aussöhnen können: es wird über dich urplötzlich ein Elend kommen, davon du nichts wissen wirst.

12. So stehe nun mit deinen Wahrsagern, und mit der Menge deiner Zauberey, darinn du dich von deiner Jugend an bemühet hast, ob dir es vielleicht etwas nützen möchte, oder, daß du möchtest stärker werden.

13. Du bist kraftlos worden von der Menge deiner Anschläge: sie stellen sich dar, und helfen dir, die aus der Luft des Himmels wahrsagen, und nach den Sternen gucken, und rechnen die Monathe, daß sie daraus weissagen, was dir begegnen soll.

14. Siehe, sie sind worden wie Stoppeln, das Feuer hat sie verbrannt: sie werden ihre Seele nicht retten von der Gewalt der Flamme: es wird keine Gluth seyn, dabey sie sich wärmen, auch kein Feuer, dabey sie mögen sitzen.

15. Also ist es dir ergangen mit allem dem, worinn du dich bemühet hast: deine Handelsleute haben von deiner Jugend auf geirret, ein jeglicher auf seinem Wege: und ist keiner, der dir helfe.

Das acht und vierzigste Capitel.

I. Isaias weißaget die babylonische Gefängniß, und verweißt den Juden, daß sie so oft gewarnet, dannoch von ihren Sünden nicht sind abgestanden: II. Tröstet sie mit der Erlösung aus der Gefängniß: 12. Sagt, daß GOtt ihr guter Rathgeber und Führer sey; sie aber durch ihre eigne Schuld sich in das Unglück stürzen. 17.

1. Höret dieß, ihr vom Hause Jacob, die ihr mit Namen Israel genennet werdet, und seyd aus den Wassern

---

℣. 2. *Tolle molam.* In pistrino servies. *Turpitudinem.* 70. Operimentum tuum. *Rade capillos tuos.* Ut fieri solebat in luctu. *Discooperi humerum.* Ad laborem te para, quæ adeo mollis erat in victu.

℣. 6. *Non posuisti eis misericordias.* Ob tria capita Deus Babyloni minatur excidium, quod erga populum Dei se se immisericorditer gesserit, tum ob ejus superbiam, ac demum præsenti felicitate decepta, futurorum non cogitaverit ambigua.

℣. 8. *Ego sum, & non est præter me amplius.* Nulla est in orbe alia civitas opulentior: deinde propter ariolos & maleficos infelicior. Mystice superbia est primum, quod animam ad derelinquendum Deum inflectit. Hinc optime Aug. *Cætera vitia in malis operibus exercentur, ut fiant: superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant.*

℣. 12. *Sta cum incantatoribus tuis.* Est Ironia.

℣. 13. *Stent & salvent te augures cœli.* Qui contemplantur sidera, & ex iis futura augurantur.

℣. 14. *Non sunt prunæ, quibus calefiant.* Sic omnia comburentur, ut ne prunæ quidem supersint.

CAPUT XLVIII.

℣. 1. *Audite hæc domus Jacob.* Judæis cæcitatem & duritiem cordis exprobrat. *Audite.* Qui gloriamini quod sitis ex Patre Jacob orti. *Et de aquis Juda existis.* De Juda tamquam e rivo nobilissimo, vel quod e semine Juda orti fueritis. Haymo ait: Prophetam hoc dicere, ut ostendat eos esse filios Patriarcharum, non virtute, sed

Wassern Juda hergekommen: die ihr schwöret bey dem Namen des HErrn, und gedenket an den GOtt Israel, aber nicht in der Wahrheit, noch in Gerechtigkeit.

2. Denn sie haben den Namen von der heiligen Stadt, und sind auf den GOtt Israel gegründet: Der HErr der Heerschaaren, das ist sein Name.

3. Ich habe dazumal die vorigen Dinge kund gethan, sie sind aus meinem Munde hergegangen, und ich habe sie hören lassen: so habe ich sie auch unverzüglich in das Werk gerichtet, und sie sind gekommen.

4. Denn ich habe wohl gewußt, daß du hart bist, und dein Nacken eine eiserne Sennader hat, und daß deine Stirn von Erz ist.

5. Ich habe es dir von derselben Zeit zuvor gesagt, und habe dir es angezeigt, ehe dann es gekommen ist, damit du nicht etwan sagen möchtest: Meine Abgötter haben dieß gethan: meine geschnitzte und gegossne Bilder haben dieß befohlen.

6. Siehe nun alles, was du gehöret hast: aber habt ihr es auch angekündiget? Dazumal habe ich dich neue Dinge hören lassen, und sind vorenthalten worden, die du nicht weißt:

7. Jetzt aber sind sie geschaffen, und nicht vor diesem: du hast sie auch vor demselben Tage nicht gehöret, damit du vielleicht nicht saget: Siehe, ich habe diese Dinge gewußt.

8. Du hast sie weder gehört, noch erkannt, dein Ohr ist auch von derselben Zeit nicht offen gewesen: denn ich weis, daß du immer übertretten wirst, und habe dich einen Uebertretter genennet von Mutterleibe an.

9. Ich will meinen Grimm weit hinwegthun, um meines Namens willen: und zu meinem Lobe will ich dich einzäumen, damit du nicht zu Grunde gehest.

10. Siehe, ich habe dich geläutert, aber nicht wie Silber, im Ofen der Armuth habe ich dich auserwählet.

11. Um meinetwillen, ja um meinetwillen, will ich es thun, damit ich nicht gelästert werde: und will einem andern meine Ehre nicht geben.

II. 12. Höre mich Jacob, und du Israel, den ich berufen: ich bin es selbst: ich bin der Erste, und ich bin der Letzte.

13. So hat meine Hand auch der Erde Grund gelegt, und meine rechte Hand hat die Himmel gemessen: ich will ihnen rufen, so werden sie zugleich stille stehen.

14. Versammelt euch alle miteinander, und höret: Wer ist unter ihnen, der dieß verkündiget hat? der HErr hat ihn geliebet, er wird seinen Willen an Babylon verrichten, und seinen Arm an den Chaldäern.

15. Ich, ich habe es geredet, und habe ihm gerufen: ich habe ihn herzugeführet, und sein Weg ist richtig worden.

16. Kommet her zu mir, und höret das: Ich habe von Anbeginn nicht im Verborgenen geredet: von der Zeit, ehe es geschah, bin ich da gewesen: nun aber hat mich GOtt der HErr und sein Geist gesandt.

III. 17. Dieß sagt der HErr, dein Erlöser, der Heilige Israel: Ich bin der HErr dein GOtt, der dich nützliche Dinge lehret, und dich auf dem Wege leitet, darauf du wandelst.

istis: qui juratis in nomine Domini, & Deo Israel recordamini non in veritate, neque in justitia *a*.

a Supra 29. v. 13.

2. De civitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen ejus.

3. Priora ex tunc annuntiavi, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt.

4. Scivi enim, quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.

5. Prædixi tibi ex tunc, antequam venirent, indicavi tibi, ne forte diceres: Idola mea fecerunt hæc: & sculptilia mea, & conflatilia mandaverunt ista.

6. Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi nova ex tunc, & conservata sunt, quæ nescis:

7. Nunc creata sunt, & non ex tunc: & ante diem, & non audisti ea, ne forte dicas: Ecce, ego cognovi ea.

8. Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua: ideo enim, quia prævaricans prævaricaberis, & transgressorem ex utero vocavi te.

9. Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas.

10. Ecce, excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.

11. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer: *b* & gloriam meam alteri non dabo.

b Sup. 42. 8.

II. 12. Audi me Jacob, & Israel, quem ego voco: *c* ego ipse: ego primus & ego novissimus.

c Sup 41. 4. & 44. 6. Apoc. 1. 8. 17. & 22. 13.

13. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, & stabunt simul.

14. Congregamini omnes vos, & audite: Quis de eis annuntiavit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis.

15. Ego, ego locutus sum, & vocavi eum: adduxi eum, & directa est via ejus.

16. Accedite ad me, & audite hoc: Non a principio in abscondito locutus sum: ex tempore, antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus ejus.

III. 17. Hæc dicit Dominus, redemptor tuus, Sanctus Israel: Ego Dominus Deus tuus, docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas.

18. Uti-

---

sed carne. *Et Dei Israel recordamini.* Hebr. *Commemoratis.* Crebram facitis ejus mentionem. *Non in veritate & justitia.* Nam sæpe juratis, quod falsum est & injustum. Mystice loquitur ad Religiosum, aut animam christianam, quæ non amplius dicitur *domus Israel*, id est, videns Deum sed *Jacob*. De contemplativa facta est activa ob negotiationes inutiles. *Et exivit de aquis Juda.* Id est, lacrymas confessionis & compunctionis dimisit.

℣. 2. *De civitate sancta vocati sunt.* Multi gloriantur, quod Jerosolymis seu in loco sancto habitent. At S. Hieron. ait: *Non est laudabile Jerosolymis fuisse; sed ibi bene vixisse.*

℣. 3. *Priora ex tunc annuntiavi.* Loquitur quasi in ipso tempore captivitatis.

℣. 4. *Scivi enim, quia durus es tu &c.* Obstinatus, superbus, impudens.

℣. 5. *Prædixi tibi ex tunc.* Longe antea quam ista evenirent. Non facto scientiam, sed ob utilitatem tuam loquor. Hieron. *Quod durities vestra hoc egeat remedio.*

℣. 6. *Audita feci tibi nova ex tunc.* Sept. interpretes, & Chald. Ex nunc. *Et conservata sunt, quæ nescis.* Reservata. An vos deinceps hæc vaticinia annuntiabitis? nequaquam, non enim meam, sed vestram quæritis gloriam.

℣. 7. *Nunc creata sunt.* Nunc a me lata est sententia de Babylonis excidio, quod per Isaiam annuntio. *Et non ex tunc.* 70. Nunc fiunt, & non olim, & non prioribus diebus *audisti ea.* Unde, *ex tunc*, idem est, atque *olim.*

℣. 8. *Scio enim, quia prævaricans prævaricaberis.* Hæc divinitatis meæ signa sæpius inculco, quia scio te ad idola transiturum: etsi hæc prædicta fuerint aperte, nunquam eis fidem habuisti.

℣. 10. *Ecce, excoxi te.* Non gravissimis ærumnis, sed levioribus, paupertate & captivitate.

℣. 11. *Propter me faciam, ut non blasphemer.* Quasi impotens & non verax; si vos funditus delerem, gentes mihi deesse vires dicerent.

℣. 14. *Dominus dilexit eum.* i. Cyrum. *Faciet voluntatem suam in Babylone.* Exequetur decreta Dei. *Brachium suum in Chaldæis.* Brachium Cyri erit contra Chaldæos.

℣. 15. *Et directa est via ejus.* 70. prosperata, ejus via prosperabitur.

℣. 16. *Non a principio in abscondito locutus sum.* Per ænigmata & mysteria prophetarum. Hieron. *Deus misit me, & Spiritus ejus.* Allegorice Christus homo missus a Patre & Spiritu sancto, qua homo est: ut Deus, a Patre tantum mittitur ad redemptionem generis humani. Hieron. *Brevique versiculo Trinitatis nobis ostenditur Sacramentum.*

18. Utinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris.

19. Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps uteri tui, ut lapilli ejus: non interisset, & non fuisset attritum nomen ejus a facie mea.

d Jerem. 51. 6. *Apoc.* 18. 4. 20. *d* Egredimini de Babylone, fugite a Chaldæis, in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud usque ad extrema terræ. Dicite: Redemit Dominus servum suum Jacob.

21. Non sitierunt in deserto, cum educeret eos: *e* aquam de petra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ.

e Exod. 17. 6. *Num.* 20. 11.

f Infr. 57. 21. 22. Non *f* est pax impiis dicit Dominus.

CAPUT XLIX.

I. Christus dux Gentium ac Judæorum, datus in fœdus populi, felicitatem fidelium ostendit. 1. *II. Benigne consolatur Sion seu Ecclesiam primitivam: promittens eam toto orbe fore gloriosam:* 14. *III. Omnibus ad ipsam confluentibus, ejus inimicos conterendos esse.* 22.

IN NATIVITAT. S. JOAN. BAPT. 1. [g] Audite insulæ, & attendite populi de longe: Dominus ab utero vocavit me, de ventre *a* matris meæ recordatus est nominis mei.

a Jer. 1. 5. *Gal.* 1. 15.

2. *b* Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me,

b Infr. 51. 16. *Ephes.* 6. 16. *Hebr.* 4. 12. *Apoc.* 1. 16.

3. Et dixi mihi: Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.

4. Et ego dixi: In vacuum laboravi, sine causa, & vane fortitudinem meam consumsi: ergo judicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

5. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea.

6. Et dixit: Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, & fæces Israel convertendas. *c* Ecce, dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ.

Isa. 42. 6. *Act.* 13. 47.

7. Hæc dicit Dominus, redemptor Israel, Sanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & Sanctum Israel, qui elegitte.

18. O daß du auf meine Gebothe Acht genommen hättest: so würde dein Friede wie ein Wasserstrom, und deine Gerechtigkeit wie die Abgründe im Meere geworden seyn.

19. Und dein Saame würde seyn wie Sand, und das Geschlecht deines Leibes wie sein Kieß: er würde nicht untergegangen seyn, auch wäre sein Name vor meinem Angesichte nicht ausgetilget worden.

20. Gehet aus von Babylon, fliehet von den Chaldäern, verkündiget es mit fröhlicher Stimme: lasset dasselbige hören, und traget es aus bis zu den äußersten Gränzen der Erde. Saget: Der HErr hat seinen Knecht Jacob erlöset.

21. Sie haben in der Wüste keinen Durst gelitten, da er sie ausführte: er hat ihnen Wasser aus dem Felsen hervorgebracht, den Felsen hat er zerrissen, und es ist Wasser daraus geflossen.

22. Aber die Gottlosen haben keinen Frieden, spricht der HErr.

Das neun und vierzigste Capitel.

1. Christus redet durch den Propheten, daß er ein Schwert und auserwählter Pfeil sey, alle Völker zu überwinden. 1. II. Sion, das ist, die im jüdischen Lande neu angehende christliche Kirche, beklagt sich wegen ihrer geringen Menge. GOtt antwortet: Er wolle alle Heyden zu ihr bringen: 14. III. Und alle Völker und Stände zum Christenthum bekehren. 22.

1. Höret zu, ihr Inseln, und ihr Völker in der Ferne, merket auf: Der HErr hat mich von Mutterleibe an berufen, er hat an meinen Namen gedacht, da ich noch in Mutterleibe war.

2. Und er hat meinen Mund zugerichtet, wie ein scharfes Schwert: er hat mich beschirmet mit dem Schatten seiner Hand, und hat mich zum auserwählten Pfeil gemacht: in seinem Köcher hat er mich verborgen,

3. Und zu mir gesprochen: Du bist mein Knecht Israel, denn in dir will ich gepriesen werden.

4. Und ich sprach: Ich habe mich umsonst bemühet, ohne Ursach, und vergeblich habe ich meine Kräfte daran gewendet: jedoch ist mein Recht bey dem HErrn, und mein Werk bey meinem GOtt.

5. Und nun spricht der HErr, der mich ihm aus Mutterleibe zum Diener gemacht hat, daß ich Jacob wieder zu ihm führen soll, aber Israel will sich nicht lassen versammeln: und ich bin herrlich worden in den Augen des HErrn, und mein GOtt ist meine Stärke worden.

6. Und er sprach: Es ist ein geringes, daß du mein Knecht bist, die Stämme Jacobs aufzurichten, und die Hefen Israel zu bekehren. Siehe, ich habe dich zum Lichte der Heyden gegeben, daß du mein Heil seyest bis zu dem Ende der Erde.

7. Dieß sagt der HErr, der Erlöser Israel, und sein Heiliger, zu der verachteten Seele, zu dem abscheulichen Volke, zu dem Knechte der Herrschenden: Die Könige werden es sehen, die Fürsten werden aufstehen, und anbethen, um des HErrn willen, weil er treu ist, und um des Heiligen willen in Israel, der dich auserwählet hat.

8. Dieß

℣. 21. *Aquam de petra produxit, & scidit petram.* Cyprianus. Quod in Evangelio adimpletur, quando Christus, qui est petra, finditur ictu lanceæ in passione.

℣. 22. *Non est pax impiis.* Cicero in paradoxis: Improbo bene esse non potest. Hieron. „Non est pax „ incredulis, qui aquam e latere Salvatoris fluentem bibere noluerunt; cujus latus lancea vulneratum aqua fluxit, „ & sanguine, baptismum nobis & martyrium dedicans.

CAPUT XLIX.

℣. 1. *Dominus ab utero vocavit me.* Nomine proprio. Christus Dominus rationem reddit legationis suæ, ut omnes gentes ad æternam salutem vocet. Quamquam Joanni Baptistæ ea quoque verba optime aptari possunt: nam in utero matris est sanctificatus. *Audite insulæ.* Ecclesias de gentibus congregatas alloquitur Propheta.

℣. 2. *Et posuit os meum quasi gladium acutum.* Vitia hominum graviter reprehendit Joannes: sed proprio ad Christum hæc pertinent, cujus verba sunt penetrabiliora omni gladio ancipiti. *Posuit me quasi sagittam electam.* Quæ alte penetret: gladius cominus, sagitta eminus ferit, verbum Dei prædicatum est Judæis & gentibus.

℣. 3. *Servus meus es tu Israel.* Sic vocat Christum, qui natus est ex Israel secundum carnem.

℣. 4. *In vacuum laboravi.* Videtur Propheta Christum inducere conquerentem, quem Pater consolatur ob promissionem conversionis gentium. *Ergo judicium meum cum Domino.* Idque ad solamen pastorum, qui e suis laboribus satis uberem fructum se non consequi solent conqueri. *Opus meum.* 70. *Labor meus cum Deo meo.* Ipse judicet; merces mea a Domino.

℣. 5. *Et Israel non congregabitur.* Israel non revertetur ad Dominum; missus sum ad oves Israel congregandas, sed noluerunt. *Glorificatus* signis, doctrina, factis, datus sum in lucem gentium.

℣. 6. *Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob &c.* Hæc manifeste ad Christum pertinent. *Dedi.* Non sufficit mihi, ut Hebræis prædices, & reliquias populi convertas.

℣. 7. *Hæc dicit Dominus, redemptor Israel.* Israeli promissus redemptor. *Sanctus ejus.* i. Deus sancte colendus & sanctitatis auctor. *Ad contemptibilem animam.* Contemptam. *Ad abominatam gentem.* Theodotio vertit, qui despicit animam, seu vitam propriam, quia abominationi est genti, qui servus est principum. Quod manifeste Christo convenit, ait Hieron. vel ad gentem Christianorum, quæ Judæis & Ethnicis est abominationi, pertinet. *Ad servum dominorum* Christum cum suis, qui flagellis cæsus in crucem actus est. *Reges videbunt, & consurgent.* Assurgent tibi supplicaturi, ô Christe. *Quia fidelis est.* Quod promisit, opere præstitit.

8. Dieß sagt der HErr: Ich habe dich erhöret zur angenehmen Zeit, und am Tage des Heils habe ich dir geholfen: ich habe dich erhalten, und habe dich dem Volke zum Bunde gegeben, daß du das Erdreich solltest aufrichten, und die verwüsteten Erbschaften zum Besitz einnehmen:

9. Daß du auch zu den Gefangenen sagen solltest: Gehet heraus: und zu denen, die in der Finsterniß sind: Kommet an das Licht. Sie werden sich weiden auf den Wegen, auf allen ebenen Orten wird ihre Weyde seyn.

10. Sie werden weder Hunger noch Durst leiden, die Hitze sammt der Sonne wird sie nicht beleidigen: denn ihr Erbarmer wird sie regieren, und wird sie tränken an den Wasserbrunnen.

11. Und ich will alle meine Berge zum Wege machen, und meine Steige sollen erhöhet werden.

12. Siehe, diese werden von ferne kommen, und siehe, jene von Mitternacht, und von dem Meere, und die anderen aus dem Lande gegen Mittag.

13. Lobet ihr Himmel, und frohlocke du Erdenkreiß, ihr Berge jauchzet mit Lob: denn der HErr hat sein Volk getröstet, und wird sich über seine Armen erbarmen.

II. 14. Und Sion hat gesagt: Der HErr hat mich verlassen, und der HErr hat meiner vergessen.

15. Kann auch ein Weib ihr Kindlein vergessen, daß sie sich nicht erbarme über den Sohn ihres Leibes? und ob sie schon desselbigen vergessen würde, so will ich deiner doch nicht vergessen.

16. Siehe, ich habe dich in meine Hände geschrieben: deine Mauren sind immerdar vor meinen Augen.

17. Deine Bauleute sind angekommen: deine Zerstörer und Verwüster werden von dir hinweggehen.

18. Erhebe deine Augen ringsherum, und siehe, diese alle haben sich versammelt, und kommen zu dir: So wahr ich lebe, spricht der HErr, du sollst mit diesen allen, wie mit einem Geschmuck, bekleidet werden, und du wirst sie, wie eine Braut um dich her anlegen.

19. Denn deine zerstörte Orte, und deine Wüsten, und dein verheertes Land werden jetzt für die Inwohner zu eng seyn, und die dich verschlungen, sollen weit hinweggejagt werden.

20. Es werden die Kinder deiner Unfruchtbarkeit noch vor deinen Ohren sagen: Der Ort ist mir zu eng, mache mir Raum, daß ich wohnen möge.

21. Alsdann wirst du in deinem Herzen sagen: Wer hat mir diese gezeuget? ich bin doch unfruchtbar, und gebähre nicht, ich bin hinweggeführet, und gefangen: wer hat dann diese erzogen? ich bin verlassen, und einsam, wo sind diese dann gewesen?

III. 22. Dieß saget GOtt der HErr: Siehe, ich will meine Hände aufheben zu den Heyden, und mein Panier zu den Völkern aufrichten: und sie werden deine Söhne in den Armen herbringen, und deine Töchter auf den Achseln tragen.

23. Und die Könige werden deine Ernährer seyn, und die Königinnen deine Säugammen: sie werden ihr Angesicht zur Erde neigend dich anbethen, und den Staub deiner Füße lecken. Und du wirst erkennen, daß ich der HErr bin, über welchen nicht zu Schanden werden, die auf ihn harren.

8. * Hæc dicit Dominus: *d* In tempore placito exaudivi te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & servavi te, & dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: * *SABB. POST DOMIN. 4. QUADR.* *d* 2. Cor. 6. 2.

9. Ut diceres his, qui vincti sunt: Exite: & his, qui in tenebris: Revelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum.

10. Non esurient *e*, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. *e* Apoc. 7. 16.

11. Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur.

12. Ecce, isti de longe venient, & ecce, illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.

13. Laudate cœli, & exulta terra, jubilate montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.

II. 14. Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.

15. Numquid obliviscí potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non oblivisear tui.

16. Ecce, in manibus meis descripsi te *f*: muri tui coram oculis meis semper. *f* Vide Exod. 13. 9.

17. Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes a te exibunt.

18. Leva *g* in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: Vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. *g* Infr. 60. 4.

19. Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur, qui absorbebant te.

20. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus, fac spatium mihi, ut habitem.

21. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & non pariens; transmigrata, & captiva: & istos quis enutrivit? ego destituta & sola, & isti ubi erant?

III. 22. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum: & asserent filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt.

23. Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent. *h* Et scies, quia ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum. *h* Infr. 51. 5. & infr. 40. 14.

24. Num-

℣. 8. *Et in die* i. tempore *salutis auxiliatus sum tui - ut suscitares terram.* Ut homines ad vitam revocares. *Et possideres hæreditates dissipatas.* Gentes laqueis peccatorum irretitas tibi subjiceres.

℣. 9. *Super vias pascentur.* Ubique copia erit cibi & potus spiritualis. *Revelamini.* In lucem prodeatis: crebræ metaphoræ continuantur.

℣. 10. *Et ad fontes aquarum potabit eos.* Alii legunt portabit. 70. ducet.

℣. 14. *Et dixit Sion.* Judæi ad Deum conversi. *Dereliquit me Dominus.* Qui paucos ex Hebræis convertit. An potius hæc sunt verba Ecclesiæ vehementer oppressæ, cui Deus: *Numquid oblivisci possit* &c. vel *ecce dixit Sion.* Ad Christum.

℣. 16. *Ecce in manibus meis descripsi te.* q. d. signum apposui, ut solent, qui alicujus rei meminisse volunt, signum aliquod in digito ponunt, seu in annulo memorali. Vel alludit ad vulnera sua.

℣. 17. *Venerunt structores tui.* Apostoli, & viri Apostolici, qui te instauraturi sunt. *Exibunt*, qui ædificationem Ecclesiæ impedire conabantur. 70. *Cito ædificaberis.* Ab iis, qui te destruxerunt.

℣. 18. *Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi.* Dionys. Hoc est ad consolationem tuam, multiplicationem & gloriam. De Gentium enim conversione aucta est Ecclesiæ gratia in præsenti, & gloria in futuro.

℣. 19. *Quia deserta tua & solitudines tuæ.* i. regiones gentilium incultæ, & terra plena ruinis.

℣. 20. *Angustus est mihi locus.* Præ multitudine eorum, qui convertentur. Angustus est mihi locus in Synagogis, fac mihi locum in Ecclesiis, ut habitem latius. Hieron.

℣. 21. *Et istos quis enutrivit?* Quis hos genuit in Christo, & educavit?

℣. 22. *Ecce, levabo ad gentes manum meam.* Ut solent, qui aliquem ad se vocant. *Signum.* Vexillum crucis.

℣. 23. *Et erunt reges nutritii tui.* Reges enim ditarunt Ecclesiam. Nutritius pro nutritore. *Qui expectant eum.* Qui ei confidunt.

24. Numquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robusto, salvum esse poterit?

25. Quia hæc dicit Dominus: Equidem, & captivitas a forti tolletur: & quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur. Eos vero, qui judicaverunt te, ego judicabo, & filios tuos ego salvabo.

26. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro, quia ego Dominus salvans te, & redemptor tuus fortis Jacob.

CAPUT L.

I. Synagoga propter suas iniquitates repudiatur, quia Christum repudiavit & noluit recipere, qui illius amore ignominiosas afflictiones sustinuit: 1. II. Ideo doloribus interitura denuntiatur. 7.

1. Hæc dicit Dominus: Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce, in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

2. Quia veni, & non erat vir: vocavi, & non erat, qui audiret. *a* Numquid abbreviata & parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce, in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum: computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.

a Infr. 59. 1.

3. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.

4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lassus est verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.

* *FER. 2. MAJOR. HEBDO.*

5. * Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsum non abii.

b Matth. 26. 67.

6. Corpus *b* meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me.

II. 7. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam ut petram durissimam, & scio, quoniam non confundar.

c Rom. 8. 33.

8. Juxta *c* est, qui justificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est adversarius meus? accedat ad me.

24. Wird man einem Starken den Raub abnehmen? oder mögen erhalten, was ein Mächtiger gefangen hat?

25. Denn dieß spricht der HErr: Zwar es sollen auch dem Starken die Gefangenen genommen werden: und was von dem Mächtigen geraubet ist, das wird errettet werden. Aber die dich gerichtet haben, die will ich auch richten, ich will deinen Kindern aushelfen.

26. Ich will auch deine Feinde mit ihrem eigenen Fleische speisen: und sie sollen von ihrem Blute trunken werden, wie von neuem Wein: und alles Fleisch soll wissen, daß ich der HErr dein Heiland bin, und dein Erlöser der Starke Jacobs.

Das funfzigste Capitel.

1. Christus vermeldet, daß er die lasterhafte Synagoge verlassen habe, weil sie ihn zuvor verlassen: 1. II. Er ermahnet die Glaubigen nach seinem Exempel, in Widerwärtigkeit auf GOtt zu hoffen, und nicht zu folgen der meineydigen Synagoge. 7.

1. Dieß sagt der HErr: Was ist dieß für ein Scheidbrief eurer Mutter, damit ich sie von mir gelassen habe? oder, wer ist mein Glaubiger, dem ich euch verkauft habe? Siehe, ihr seyd verkauft um eurer Sünden willen, und um eurer Laster willen habe ich eure Mutter von mir gelassen.

2. Denn ich bin gekommen, und es war kein Mann vorhanden: ich habe gerufen, und niemand war, der es hörte. Ist dann meine Hand verkürzt, oder so klein worden, daß ich nicht soll aushelfen können? oder ist kein Vermögen in mir, zu erlösen? Siehe, ich will mit meinem Schelten das Meer zu einer Wüste machen, und will die Wasserströme zum trocknen Lande machen: die Fische sollen aus Mangel des Wassers faul werden, und von Durst sterben.

3. Ich will die Himmel mit Finsterniß bekleiden, und will sie gleichwie mit einem Sacke überdecken.

4. Der HErr hat mir eine gelehrte Zunge gegeben, daß ich den, der matt und müde ist, mit einem Worte aufrichten weis: er wecket am Morgen, am Morgen * wecket er mir das Ohr, daß ich ihn anhöre, wie einen Meister.

* alle Tage

5. GOtt der HErr hat mir das Ohr eröffnet, aber ich sage nichts darwider: ich bin auch nicht zurück gegangen.

6. Meinen Leib habe ich den Schlagenden dargegeben, und den Raufenden meine Wangen: ich habe mein Angesicht von denen nicht abgewendet, die mich schmäheten, und bespeyeten.

II. 7. GOtt der HErr ist mein Helfer, darum bin ich nicht zu Schanden worden: derowegen habe ich mein Angesicht gesetzt wie einen sehr harten Stein, und ich weis, daß ich nicht werde zu Schanden werden.

8. Er ist nahe, der mich gerecht machet, wer wird mir widersprechen? lasset uns zusammen tretten, wer ist mein Widersacher? er komme zu mir.

9. Siehe,

¥. 24. *Numquid tolletur a forti præda?* An a diabolo auferetur gentilitas? & quidem tolletur a forti armato præda ejus. Matth. 12.

¥. 26. *Cibabo hostes tuos carnibus suis.* q. d. edent carnes proprias: est catachresis: mutua cæde se conficient, ut Madianitæ Jud. 7. & Moabitæ 2. Paral. 20. Hieron. aliter exponit: *Dominus judicans eos, qui oppresserunt, sive judicans judicium ejus, liberabit filios, qui capti fuerant a gigante, atque salvabit, & adversarias potestates cibabit carnibus suis, & inebriabit quasi musto, ut nequaquam aliorum nece, sed sua morte saturentur.*

CAPUT L.

¥. 1. *Quis est hic liber repudii?* Synagogam alloquitur: An ita sævii, ut te repudiarem, aut cum solvendo non essem, vos creditori vendidi, ut patres interdum oppressi ære alieno liberos vendunt? *Venditi estis.* Immerito me accusatis, quasi vos deseruerim; vos me deseruistis. Hieron. „Scelera vestra atque peccata vos dæ„monibus vendiderunt, ut præsentis sæculi voluptatibus irretiti, & vos parentem, & illa conjugem de„relinqueret.

¥. 2. *Vocavi, & non erat qui audiret.* Qui me exciperet. Hieronymus: Omnes enim viri & hominis imaginem relinquentes, bestiarum & serpentum sumpsere imagines. *Desertum faciam mare.* Illud exsiccabo: id possum efficere, ut in mari rubro factum est.

¥. 4. *Dominus dedit mihi linguam eruditam.* 70. Linguam institutionis, linguam aliis instituendis idoneam. Quæ sequuntur, manifeste ad Christum spectant. *Ut sciam,* opportune loqui iis, qui sunt fessi calamitatibus. *Mane.* Repetitio ex proprietate Hebraici sermonis hunc habet sensum, quotidie mane: ubi Deus suggerit, quæ dicenda sunt, perfecta doctrina est. Hieron. in hunc locum: *Deus aperuit aures Christi, ut scientiam Patris ad nos usque transmitteret.*

¥. 5. *Ego autem non contradico.* Non defugi ministerium. *Aperuit aurem.* Dedit intelligentiam.

¥. 6. *Corpus meum dedi percutientibus.* 70. flagellis. *Et genas meas vellentibus.* 70. alapis. *Faciem meam non averti ab increpantibus.* i. calumniantibus. Hæc impleta sunt in Passione Christi, Matth. 26. Ambr. de Incarnat. Domini cap. 5. Quod caro Verbi patiebatur, vel manens in carne Dei Verbum patiebatur carne, sicut scriptum est. 1. Petr. 4. *Christo in carne passo.* In se utique pro corporis assumptione perferebat.

¥. 7. *Ideo non sum confusus.* Propter eum opprobria sustinere.

9. Siehe, GOtt der HErr ist mein Helfer: wer ist es, der mich verdamme? Siehe, sie werden alle wie ein Kleid veralten, die Motten werden sie fressen.

10. Wer ist unter euch, der den HErrn fürchtet, und höret die Stimme seines Knechtes? Wer in der Finsterniß wandelt, und kein Licht hat, der vertraue auf den Namen des HErrn, und lehne sich auf seinen GOtt.

11. Siehe, ihr alle habt ein Feuer angezündet, und seyd mit Flammen umgürtet: wandelt in dem Lichte des Feuers, und in den Flammen, so ihr angezündet: das ist euch von meiner Hand wiederfahren, ihr werdet in Schmerzen schlafen.

Das ein und fünfzigste Capitel.

I. GOtt verheißt der christlichen Kirche Fruchtbarkeit, Trost, und das ewige Leben: 1. II. Einen neuen Himmel, und eine neue Erde: 7. III. Tröstet Jerusalem: Sie werde wieder erbauet, hingegen ihre Feinde gestürzet werden. 17.

I. Höret mich, die ihr den Rechten nachgehet, und den HErrn suchet: sehet auf den Felsen, von welchem ihr ausgehauen seyd, und auf die Höhle der Grube, daraus ihr gegraben seyd.

2. Sehet auf euren Vater Abraham, und auf die Sara, die euch gebohren hat: denn diesen einigen habe ich berufen, und habe ihn gesegnet, und gemehret.

3. Derowegen wird der HErr Sion trösten, und er wird alle ihre zerfallene Orte trösten: und er wird ihre Verwüstung machen wie einen lustigen Ort, und ihre Einöde wie einen Garten des HErrn. Freude und Wonne, auch Danksagung, und Lobgesang wird man in ihr finden.

4. Merket auf mich, mein Volk, und ihr meine Stämme, höret mich: denn es soll ein Gesetz von mir ausgehen, und mein Recht soll über den Völkern zu einem Lichte ruhen.

5. Mein Gerechter ist nahe, mein Heiland ist ausgegangen, und meine Arme sollen die Völker richten: die Inseln werden auf mich warten, auf meinen Arm werden sie harren.

6. Hebet eure Augen hinauf gen Himmel, und schauet unten auf die Erde: denn die Himmel werden wie ein Rauch vergehen, und die Erde wie ein Kleid veralten, und die darauf wohnen, werden auch, wie sie, vergehen: aber mein Heil wird ewiglich bleiben, und meine Gerechtigkeit wird nicht abnehmen.

II. 7. Höret mich, die ihr wisset, was recht ist, mein Volk, in dessen Herz mein Gesetz ist: fürchtet euch nicht vor der Menschen Schmach, und entsetzet euch nicht vor ihren Lästerungen.

8. Denn die Würmer werden sie fressen wie ein Kleid, und die Motten werden sie wie Wolle verzehren: aber mein Heil wird ewiglich bleiben, und meine Gerechtigkeit von einem Geschlechte zum andern.

9. Stehe auf, stehe auf, und ziehe die Stärke an, du Arm des HErrn: stehe auf, wie in den alten Tagen, und wie bey den vorigen Geschlechten. Hast du nicht den Stolzen geschlagen, und den Drachen verwundet?

9. Ecce, Dominus Deus auxiliator meus: quis est, qui condemnet me? Ecce, omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

10. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? Qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

11. Ecce, vos omnes accendentes ignem, accincti flammis: ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

CAPUT LI.

I. Deus exhortatur Sion, ut exemplo Abrahæ, & ipsa speret promissam a Deo consolationem: II. Quam afferet Christus: 7. III. Qui Jerusalem instaurabit, humilians omnes Ecclesiæ hostes. 17.

1. Audite me, qui sequimini, quod justum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis.

2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum.

3. Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus: & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

4. Attendite ad me, populе meus, & tribus mea me audite: *a* quia lex a me exiet, & judicium meum in lucem populorum requiescet. *a Sup. 2. 3.*

5. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, & brachia mea populos judicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt.

6. Levate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt: *b* salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet. *b Psalm. 36. 39.*

II. 7. Audite me, qui scitis justum, populus meus *c* lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. *c Psalm. 36. 31.*

8. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea: salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea in generationes generationum.

9. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

10. Num-

℣. 10. *Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui.* I. Christi secundum humanitatem? *Qui ambulavit in tenebris.* Si sit in mediis calamitatibus. *Speret in nomine Domini.* Non desinat sperare. *Innitatur super Deum suum*, & illuminabitur. Quidam sperant in divitiis & corruunt; quia ut ait S. Greg. *Stare uno modo nequunt; quia ipsa quoque fugiunt, quibus innituntur.*

℣. 11. *Ecce, vos omnes accendentes ignem.* Flammis addicti. *Ambulate in lumine ignis.* Persecutio vos illustrabit; sentite iram divinam. Hæc quoque de impiis exponi possunt, qui in flammis, quas accenderunt, versabuntur: volutamini. *Dormietis.* Hebr. Cubabitis. Matth. 25. *Discedite a me maledicti.* Hieron. *Ut in pœnis, atque suppliciis discant Dei potentiam, & redeant ad salutem: significat autem populi Judaici vastitatem, qua Romanis traditi sunt, ut captivitatis jugum huc usque sustineant.*

CAPUT LI.

℣. 1. *Audite me, qui - quæritis Dominum.* Judæis, qui Christum sequentur, bona omnia promittit. *Petram.* Hebr. Cisternam, lapicidinam. Christus est petra viva, ex qua Ecclesia exstructa fuit. Judæos consolatur, ac vetat, ne ob paucitatem fidelium frangantur eorum animi; vel attendite ad parentem generis vestri, aut ad vestram originem.

℣. 2. *Attendite ad Abraham patrem vestrum.* Fidem & virtutem Abrahæ imitandam proponit Isaias, uti & Petrus mulieribus Christianis exemplum Saræ; ac potens est Deus suscitare filios Abrahæ e lapidibus, seu e gentibus.

℣. 5. *Prope est justus meus, egressus est Salvator meus.* A me mittendus. Hæc ut alia multa de Cyro perperam exponit Grotius. Brachium seu potentiam Deus manifestam fecit in cruce Domini, cui totum subjecit orbem. *Insulæ.* Nationes omnes expectabunt potentiæ meæ effectum. *Sustinebunt.* Hebr. In brachio meo confident.

℣. 7. *Audite me, qui scitis justum.* Qui Christum nostis, aut justitiam coletis. *Opprobrium.* Calumnias: patientia fidei respondit. Hic est patientia & fides Sanctorum, cum Lex Dei cordibus nostris alte insculpta est.

℣. 9. *Consurge, consurge.* Hieron. Consurge, sicut in diebus antiquis, & tuam exerce fortitudinem. *Draconem.* Pharaonem ad mare rubrum.

d Exod. 14. 21.

10. Numquid non tu siccasti mare *d*, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati?

11. Et nunc, qui redempti sunt a Domino, revertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

12. Ego, ego ipse consolabor vos: quis tu, ut timeres ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?

13. Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundavit terram: & formidasti jugiter tota die a facie furoris ejus, qui te tribulabat, & paraverat ad perdendum: ubi nunc est furor tribulantis?

14. Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet usque ad internecionem, nec deficiet panis ejus.

15. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus ejus: Dominus exercituum nomen meum.

e Sup. 49. 2.

16. *e* Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Sion: Populus meus es tu.

III. 17. Elevare, elevare, consurge Jerusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ ejus: usque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti usque ad fæces.

18. Non est, qui sustentet eam ex omnibus filiis, quos genuit: & non est, qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis, quos enutrivit.

f Sup. 47. 9.

19. Duo *f* sunt, quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius: quis consolabitur te?

20. Filii tui projecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus, pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui:

21. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non a vino.

22. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo suo: Ecce, tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicies, ut bibas illum ultra.

23. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt animæ tuæ: Incurvare, ut transeamus: & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

10. Hast du nicht das Meer ausgetrocknet, das Wasser der großen Tiefe: der du den Grund des Meeres zum Wege gemacht hast, damit die Erlößten hindurchgiengen?

11. Und nun, die vom HErrn erlöset sind, werden wiederkehren, und werden mit Lob gen Sion kommen, und ewige Freude wird auf ihren Häuptern seyn, sie werden Freude und Wonne erhalten, Schmerzen und Seufzen wird von ihnen fliehen.

12. Ich, ja ich selbst will euch trösten: wer bist du, daß du dich fürchtest vor einem sterblichen Menschen, und vor eines Menschen Sohn, der doch wie Heu verdorren wird?

13. Und du hast des HErrn deines Schöpfers vergessen, der die Himmel ausgespannet, und den Erdboden gegründet hat: und hast dich stäts den ganzen Tag vor dem Grimm desjenigen gefürchtet, der dich plagte, und bereit war, dich zu vertilgen: wo ist nun der Grimm des Unterdrückers?

14. Es wird bald kommen, der herzutritt aufzuthun, und wird nicht tödten bis auf den letzten Mann, sein Brod wird auch nicht abnehmen.

15. Ich aber bin der HErr dein GOtt, der ich das Meer aufrührisch mache, daß seine Wellen aufschwellen: der HErr der Heerschaaren ist mein Name.

16. Ich habe meine Worte in deinen Mund gelegt, und dich beschirmet mit dem Schatten meiner Hand, damit du die Himmel pflanzest, und den Erdboden gründest, und zu Sion sprechest: Du bist mein Volk.

III. 17. Erhebe dich, erhebe dich, stehe auf Jerusalem, die du von der Hand des HErrn den Kelch seines Zorns ausgetrunken hast: den Kelch des Schlafes hast du bis auf den Grund getrunken, und hast bis an die Hefen gesoffen.

18. Es ist niemand von allen Kindern, die sie gebohren hat, der sie erhalte: ja keiner ist von allen Kindern, die sie erzogen hat, der ihr die Hand biethe.

19. Zwey Dinge sind dir begegnet: wer wird sich über dich betrüben? Verwüstung, und Unterdrückung, auch Hunger mit dem Schwerte: wer wird dich trösten?

20. Deine Kinder sind verworfen, sie schlafen auf den Gassen an den Ecken, wie ein verstrickter Urochs, voll des Zornes vom HErrn, und des Scheltens von deinem GOtt:

21. Darum höre dieß, du Elende, und du Trunkene, aber nicht vom Wein.

22. Dieß sagt dein herrschender HErr, und dein GOtt, der für sein Volk streiten wird: Siehe, ich habe den Kelch des Schlafes aus deiner Hand genommen, die Grundsuppe des Kelchs meines Zornes, du sollst denselben hinfüro nicht mehr trinken.

23. Und ich will ihn denjenigen in die Hand geben, die dich gedemüthiget haben, und zu deiner Seele gesagt: Bücke dich nieder, daß wir über dich hingehen: und du hast deinen Leib niedergelegt, wie einen Erdboden, und wie einen Weg denen, so vorübergehen.

CAPUT LII.

I. Promittit Sion, seu Ecclesiæ redemptionem, quam adumbrat liberatio Israel ex Ægypto, & ab Assur: 1. II. Prædicatores Evangelicæ pacis excitat ad prædicandum Christum salvatorem: 7. III. Qui humiliatus, fide gentium exaltabitur. 13.

1. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion: induere vestimentis gloriæ

Das zwey und fünfzigste Capitel.

I. GOtt verspricht den Juden die Erlösung aus Babylon, dabey die geistliche Erlösung von der Sünde durch Christum: 1. II. Er befiehlt den Jüngern Christi, das Evangelium allen Völkern zu predigen: 7. III. Verheißt, daß sich zu Christo werden alle Heyden bekehren. 13.

1. Stehe auf, stehe auf Sion, und bekleide dich mit deiner Stärke: Jerusalem, du Stadt des Heiligen,

---

℣. 11. *Et nunc, qui redempti sunt -- venient in Sion.* i. in Ecclesiam: primo militantem, postea triumphantem.

℣. 13. *Ubi est nunc furor tribulantis?* nempe Pharaonis, & cujusvis alterius hostis affligentis populum Dei.

℣. 14. *Cito veniet* Christus. *Ad aperiendum.* Carceres. Hebr. *Festinabit vinctus ut solvatur.* Gentes ante captivæ sub dæmonis tyrannide. Hieron. *Cito veniet filius meus gradiens & conculcans adversarios tuos, ut aperiat tibi viam victoriæ, sive ut inferos referet: qui non interficiat usque ad internecionem, sed velit salvare conversos.*

℣. 16. *Posui verba mea in ore tuo.* Hæc sunt verba Dei Patris ad Christum. *Terram.* Orbem, seu Ecclesiam. 70. Per quam constitui cœlum & fundavi terram. *Et dicas ad Sion.* Et ad dicendum Sioni: *Populus meus es tu.*

℣. 17. *Elevare, consurge Jerusalem.* Captivos in Babylone alloquitur, & sub eorum typo fideles: nam ad primitivam Ecclesiam, quæ Jerusalem appellatur, hæc proprie pertinent. *Usque ad fundum calicis soporis.* Hebr. timoris, bibisti.

℣. 19. *Duo sunt, quæ occurrerunt tibi.* Vastitas nempe & contritio ad urbem, fames & gladius ad cives referuntur: vel utrumque bis nominat. *Quis contristabitur super te?* Quis tibi indoluit?

℣. 20. *Dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus.* Fera Ægypti truculentior. Arist. lib. 2. de histor. anim. cap. 17. Illaqueatus oryx per plateas ad spectaculum tractus. 70. verterunt: *Sicut Beta seminata.* Alii Rubicapram interpretantur, seu capram silvestrem, *un chamois.*

CAPUT LII.

℣. 1. *Induere fortitudine tua Sion.* Sub typo Sion & Jerusalem, Christi Ecclesiam alloquitur, quæ est civitas sancta.

gen, lege an die Kleider deiner Herrlichkeit: denn es wird fürohin kein Unbeschnittener, oder Unreiner mehr durch dich gehen.

2. Entschütte dich aus dem Staube, stehe auf, und setze dich nieder, Jerusalem: lös auf die Bande von deinem Halse, du gefangene Tochter Sion.

3. Denn dieß spricht der HErr: Ihr seyd umsonst verkauft, und sollet ihr auch ohne Geld erlöset werden.

4. Denn dieß spricht GOtt der HErr: Mein Volk ist im Anfange hinabgezogen in Aegypten, daß es daselbst ein Fremdling wäre: und Assur hat es ohne einige Ursache beleidiget.

5. Und nun, was soll ich hie thun, spricht der HErr, denn mein Volk umsonst hinweggenommen ist? Die über dasselbige herrschen, die handeln unrecht, spricht der HErr, und mein Name wird den ganzen Tag ohne Aufhören gelästert.

6. Darum soll mein Volk an dem Tage meinen Namen erkennen: denn ich selbst, der ich geredt habe, siehe, ich bin zugegen.

II. 7. Wie schön sind auf den Bergen die Füße desjenigen, der den Frieden ankündiget, und prediget: der die gute Zeitung ankündiget, und das Heil prediget, und spricht zu Sion: Dein GOtt wird herrschen!

8. Man höret die Stimme deiner Wächter: sie werden ihre Stimme aufheben, und zugleich loben: denn sie werden von Auge zu Auge sehen, wann der HErr Sion bekehren wird.

9. Freuet euch, und frohlocket miteinander, ihr Wüsten Jerusalem: denn der HErr hat sein Volk getröstet, und hat Jerusalem erlöset.

10. Der HErr hat seinen heiligen Arm bereitet vor den Augen aller Heyden: und alle Gränzen des Erdbodens werden das Heil unsers GOttes sehen.

11. Weichet, weichet, gehet aus von dannen, rühret nichts Unreines an: gehet aus von ihr, und reiniget euch, die ihr die Geschirre des HErrn traget.

12. Denn ihr werdet nicht mit Geschrey ausgehen, noch mit Flucht forteilen: denn der HErr wird vor euch hergehen, und der GOtt Israel wird euch versammeln.

III. 13. Siehe, mein Knecht wird es verstehen, er wird erhöhet, und erhoben, und sehr hoch seyn.

14. Gleichwie sich viele über dich entsetzt haben, also wird sein Angesicht unter den Männern ohne Ehre seyn, und seine Gestalt unter den Menschenkindern.

15. Dieser wird viele Heyden besprengen, und die Könige werden ihren Mund über ihm zuhalten: denn welchen nichts davon ist gesagt worden, die haben es gesehen, und die nichts davon gehört haben, die haben es angeschauet.

Das drey und fünfzigste Capitel.

I. Isaias beschreibet das Leiden JEsu Christi aus Liebe gegen uns, und unserer Erlösung: 1. II. Daß er von seinem himmlischen Vater zur Wiedergeltung empfangen werde das Reich über alle Menschen, durch den Glauben und Gnade in diesem, und durch die Seligkeit in dem ewigen Leben. 9.

tuæ Jerusalem, civitas sancti: quia non adjiciet ultra, ut pertranseat per te incircumcisus & immundus.

2. Excutere de pulvere, consurge, sede Jerusalem: solve vincula colli tui captiva filia Sion.

3. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venumdati estis, & sine argento redimemini.

4. Quia hæc dicit Dominus Deus: *a* In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi: & Assur absque ulla causa calumniatus est eum. *a* Gen. 46. 6.

5. Et nunc, quid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores ejus inique agunt, dicit Dominus, *b* & jugiter tota die nomen meum blasphematur. *b* Ezech. 36. 20.

6. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, ecce, adsum. *Rom.* 2. 24.

II. 7. Quam *c* pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! *c* *Nah.* 1. 15. *Rom.* 10. 15.

8. Vox speculatorum tuorum: levaverunt vocem, simul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt, cum converterit Dominus Sion.

9. Gaudete, & laudate simul deserta Jerusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem.

10. Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: *d* & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. *d* *Psalm.* 97. 3.

11. Recedite, recedite, exite inde, *e* pollutum nolite tangere: exite de medio ejus, mundamini, qui fertis vasa Domini. *e* 2. *Cor.* 6. 17.

12. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel.

III. 13. Ecce, intelliget servus meus, exaltabitur, & elevabitur, & sublimis erit valde.

14. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, & forma ejus inter filios hominum.

15. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: *f* quia quibus non est narratum de eo, viderunt, & qui non audierunt, contemplati sunt. *f* *Roman.* 15. 21.

CAPUT. LIII.

I. Evangelii prædicationem multi respuent ob humilem Christi nativitatem, & ignominiosam passionem pro peccatis nostris: 1. II. De ipsius contemptu, mansuetudine & voluntaria oblatione: ejus mercede, gloria & exaltatione a credentium multitudine. 9.

sancta. Hebr. *Sanctuarium.* Propter templum: per eam non transit immundus & incircumcisus, ut fidem ejus & mores pervertant. Quamquam ad captivitatem Babylonicam hæc quoque referri possunt, ut in typo; quæ verba Prophetæ non ad ruinas lapidum, sed ad populum sunt referenda, ex Hieronymo.

℣. 3. *Gratis venumdati estis.* Tum Chaldæis, tum dæmoni: sine pretio traditi fuistis; nullo suo jure vos in servitutem abduxerunt Chaldæi, aut dæmoni addicti estis gratis. *Redimemini.* Sine pretio. *Gratis venumdati estis, & sine argento redimemini.* Ambros. Instit. Virg. cap. 13. Ideo pauper factus est Christus Dominus, cum dives esset, ut eum omnes emant, & egenos præcipue sua paupertate locupletet.

℣. 4. *Et Assur absque ulla causa calumniatus est eum.* Assur i. Pharao: vox enim Assur iis temporibus commune erat nomen tyrannorum, ut Ezech. 31. Quamquam de Assyriis quoque Teglathphalasar, & Salmanasar id exponi potest. Cyrus vos remittet, & sine vestris meritis a dæmonis tyrannide liberi eritis, sed magno liberatoris vestri pretio empti. *Et nunc quid;* quid obstat, quominus liberem nunc populum meum ab iis, qui blasphemant?

℣. 6. *Propter hoc sciet populus meus nomen meum.* Agnoscent me esse, qui reipsa impleo, quæ promisi.

℣. 7. *Quam pulchri super montes pedes annuntiantis -- pacem.* Pedes Christi, & Apostolorum, Rom. 10. Speculatores sunt Apostoli & Prophetæ.

℣. 8. *Oculo ad oculum videbunt.* Christum ipsum. S. Bern. *Plenum prorsus omni suavitate & dulcedine, videre homines hominis conditorem. Cum converterit.* Cum tempus conversionis advenerit.

℣. 10. *Videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.* Christum agnoscent brachium sanctum Dei.

℣. 11. *Recedite.* O Levitæ, exite Babylone: aut potius, Apostoli exite de infideli, & polluta Jerusalem; post Ascensionem Domini ob scelera Jerusalem jussi sunt Apostoli ire ad gentes.

℣. 12. *Quoniam non in tumultu exibitis* vos Apostoli, sed pacate & intrepide.

℣. 14. *Sicut obstupuerunt super te multi.* Admirantes doctrinam tuam, & miracula. *Sic inglorius erit.* Ita ab iis ignominia afficietur, & crucifigetur.

℣. 15. *Iste asperget gentes multas.* Aqua baptismi, præ admiratione. *Quibus non est narratum de eo.* Qui eo usque nihil de illo audierant, viderunt gloriam Crucis Christi. Hieron. „ Qui non habuerunt legem & prophetas, & „ quibus de eo non fuerat nunciatum, ipsi videbunt & intelligent.„ *Continebunt os suum.* Obloqui non audebunt tot miraculis convicti.

*FER. 4. MAJOR. HEBDO. EPIST. 2.

1. *Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?

2. Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum:

a Marc. 9. 11. 3. Despectum, *a* & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum.

b Matth. 8. 17. 4. Vere *b* languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos putavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humiliatum.

c 1. Cor. 15. 3. 5. Ipse *c* autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati sumus.

6. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

7. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, *d* & non aperiet os suum.

d Matth. 26. 63. Actor. 8. 32. 8. De angustia, & de judicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? quia abscissus est de terra viventium: propter scelus populi mei percussi eum.

II. 9. Et dabit impios pro sepultura, & divitem pro morte sua: *e* eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.

e 1. Petr. 2. 22. 1. Joan. 3 5. 10. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur.

1. Wer hat dem Worte, das man von uns gehöret hat, geglaubet? und wem ist der Arm des HErrn offenbaret worden?

2. Und er wird vor ihm aufwachsen wie ein Zweig, und wie eine Wurzel aus dem dürren Lande: er hat weder Gestalt, noch Schöne: und wir haben ihn gesehen, und es war keine Gestalt da, und wir haben verlangt nach ihm:

3. Nach dem Verachteten, und Geringsten unter den Männern, nach einem Mann voller Schmerzen, und der die Schwachheit wohl erfahren hat: sein Angesicht war gleichwie verborgen, und voller Schmach, darum haben wir ihn auch nicht geachtet.

4. Er hat fürwahr unsere Krankheiten auf sich geladen, und unsere Schmerzen hat er selbst getragen: und wir haben ihn gleichwie einen Aussätzigen gehalten, als einen, den GOtt geschlagen, und gedemüthiget.

5. Er aber ist verwundet um unserer Missethat willen, und ist um unserer Sünden willen zerschlagen worden: die Züchtigung unsers Friedens war über ihn, und wir sind durch seine Wunden geheilet worden.

6. Wir giengen alle in der Irre, wie die Schafe, ein jeglicher war auf seinem Wege abgewichen: und der HErr hat unser aller Missethat auf ihn gelegt.

7. Er ist aufgeopfert, denn er selbst hat es gewollt, und er hat seinen Mund nicht aufgethan: er wird wie ein Schaf zum Tode geführet werden, und wird schweigen wie ein Lamm vor dem, der es scheeret, und wird seinen Mund nicht aufthun.

8. Aus der Angst, und aus dem Gerichte ist er hingenommen worden: wer wird seine Geburt aussprechen? denn er ist vom Lande der Lebendigen abgeschnitten: um der Sünde willen meines Volkes habe ich ihn geschlagen.

II. 9. Und er wird die Gottlosen für seine Begräbniß geben, und die Reichen für seinen Tod: darum, daß er kein Unrecht gethan hat, und kein Betrug in seinem Munde gewesen.

10. Und der HErr hat ihn in Schwachheit wollen zerknirschen: wenn er seine Seele für die Sünde geben wird, so wird er einen langwierigen Saamen sehen, und der Wille des HErrn wird in seiner Hand glücklich fortgehen.

11. Darum,

CAPUT LIII.

℣. 1. *Quis credidit auditui nostro.* Hieron. Post verba Patris, quibus filium suum mundo nuntiaverat esse venturum, & ante scandalum crucis, de quo dicturus erat: *Inglorius erit.* Gloriam præmiserat resurrectionis. *Exaltabitur.* Respondit prophetarum chorus se implesse officium suum, & quantum in se fuit, brachium illius atque virtutem omnibus nuntiasse. Hoc vero in capite totam Christi Passionem mentis oculis subjicit Propheta, ut capite superiori gloria ejus fuit exposita. *Auditui.* Prædicationi nostræ. Quæ verba a Joanne Apostolo cap. 12. referuntur. *Brachium.* Quam pauci eximiam Dei potentiam in tanta infirmitate carnis Christi occultatam agnoscent! causam mox aperit: raritatem credentium significat ex Judæis. *Et brachium Domini cui revelatum est.* Euseb. Emisen. de Nativ. Dom. Rom. 1. ait: Brachium dicitur, quia Dei virtus, quia paternæ operationis effectus est: quia sicut de corpore brachium sine sui separatione porrigitur, sic per compaginis unitatem extenditur & tenetur, ita Salvator noster inseparabilis cum Patre substantiæ, & ad terrena descendit & cœlestia non reliquit: & hic affuit, & inde non defuit.

℣. 2. *Et ascendet sicut virgultum.* Hieme floribus nudatum: ut surculus tenellus. *Et sicut radix de terra sitienti.* Aquila interpretatus est, *invia*, ut virginitatis privilegium demonstret, ex matre cœlesti rore fœcundata, & paupercula. *Non est species ei, neque decor.* Qualis in mundi hujus principibus. *Desideravimus eum.* Vatabl. ita ut eum desideraremus. Hieron. *Despectus erat & ignobilis.* Quando pendebat in cruce.

℣. 3. *Despectum & novissimum virorum.* Huc videntur referenda verba Christi Marci 9. *Quomodo scriptum est in Filium hominis; ut multa patiatur & contemnatur.* Hebr. Abscondens faciem a se: ut ii faciunt, quos suæ sortis pudet. *Unde nec reputavimus eum.* In persona Judæorum loquitur Isaias.

℣. 4. *Vere languores nostros.* i. peccata nostra *ipse tulit, & dolores*, pœnas peccatorum *portavit.* S. Bern. *Hoc est, quod plus me movet, plus urget, plus accendit, bone Jesu! calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ.*

℣. 5. *Disciplina pacis nostræ super eum.* Christus innoxius passus est, ut nos cum Deo reconciliaret. Quæ sequuntur, aperta sunt & clara. *Disciplina.* Hebr. Castigatio: ut pacem cum Deo haberemus. Monita nobis salutaria attulit. *Super eum.* Apud eum; a culpa & pœna æterna *sanati sumus. Et livore ejus sanati sumus.* Ambros. Serm. 44. Plus ergo in cruce positus livorem ejus cernens latro diligit Deum. Mira res, plus in cruce latro diligit Deum quam Judas dilexit in cœna: ille per cibum supplantat magistrum, hic credidit Dominum per dolorem.

℣. 8. *De angustia & de judicio* Pilati, *sublatus est* in crucem, post iniquum judicium & tumultuarium Judæorum. *Generationem.* Utraque ejus generatio est ineffabilis. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Hoc in loco vulgatam versionem Hieronymi correxit Ecclesia: nam ex Hebræo textu verterat: *Percussi eos.* Ecclesia vero judicavit textum Hebræum insigniter adulteratum fuisse; ac subinde Judæos hac prophetia designari volunt Rabbini. 70. sic vertunt: *Propter iniquitates populi mei ductus est ad mortem.* Et ita legebat Eunuchus Act. cap. 8. Ita Clemens Romanus in Epist. ad Corinth. Patres omnes, qui proximi fuerunt Apostolorum temporibus, sic legerunt, & contra Judæos hoc usi sunt testimonio, ut Justinus Martyr in dial. Tertul. l. contra Judæos. Ita Origenes in l. contra Celsum; atque eo in loco Judæorum sapientes a se confutatos ait, qui populum Dei percussum a Deo contendebant: „Sed maxi„me, inquit, visi sumus eos urgere hoc dicto; propter peccata populi mei ductus est ad mortem. Si enim juxta illo„rum opinionem populus est, de quo prophetatur, quomodo propter iniquitates populi Dei hic ad mortem ductus est, „nisi intelligamus de quopiam alio, quam de Dei populo?„ Ex quo palam est tum temporis eum textum nondum fuisse corruptum: nam facile excepissent id in textu originali reperiri.

℣. 9. *Et dabit impios pro sepultura.* Auctores mortis suæ perdet, vel impios convertet, & eorum conversio mortis Christi pretium erit. Chald. *Tradet in gehennam*, quod inique eum occiderint. *Eo quod iniquitatem non fecerit.* Nec factis peccaverit, nec verbis. Hieron.

℣. 10. *Et Dominus voluit conterere eum*, affligendo - - *& voluntas Domini in manu ejus dirigetur.* Consilium Domini de redimendis hominibus per Christum ad felicem exitum perducetur.

11. Darum, daß seine Seele gearbeitet hat, wird er sehen, und wird ersättiget werden: durch seine Erkenntniß wird mein Knecht, der Gerechte selbst, viele gerecht machen, und er wird ihre Ungerechtigkeit selbst tragen.

12. Darum will ich ihm sehr viel zu Theil geben: und er soll den Raub der Starken austheilen, darum, daß er seine Seele in den Tod übergeben hat, und ist unter die Uebelthäter gerechnet worden: und er hat vieler Sünden getragen, und hat für die Uebertretter gebethen.

Das vier und fünfzigste Capitel.

I. GOtt verspricht der ersten Kirche viele geistliche Kinder: 1. II. Macht mit ihr einen ewigen Bund, sie zu erhalten, und herrlich zu machen: 8. III. Daß er sie wolle gründen auf die Gerechtigkeit, und wider alle Feinde beschirmen. 11.

1. Sage Lob, du Unfruchtbare, die du nicht gebährest: singe Lob, und jauchze, die du keine Kinder getragen hast: denn die Verlassene hat vielmehr Kinder, als diejenige, die den Mann hat, spricht der HErr.

2. Erweitere den Ort deiner Hütte, und strecke die Felle deiner Gezelte ferner hinaus, und schone ihrer nicht: mache deine Seile lang, und schlage deine Nägel vest ein.

3. Denn du wirst zur Rechten, und zur Linken durchdringen: und dein Saame wird die Heyden erben, und wird die verwüsteten Städte bewohnen.

4. Fürchte dich nicht, denn du wirst nicht zu Schanden, noch schamroth werden: denn du wirst dich nicht schämen dürfen, dieweil du der Schande deiner Jugend vergessen wirst, und wirst nicht mehr an die Schmach deines Wittwenstandes gedenken.

5. Denn der dich gemacht hat, der wird über dich herrschen, der HErr der Heerschaaren ist sein Name: und dein Erlöser, der Heilige Israel, wird ein GOtt der ganzen Erde genennet werden.

6. Denn der HErr hat dich berufen als ein verlassenes Weib, das im Geiste betrübet war, und als ein Weib, das von Jugend an verworfen war, spricht dein GOtt.

7. Ich habe dich einen Augenblick eine geringe Zeit verlassen, und will dich in großer Erbarmung versammeln.

II. 8. Mein Angesicht habe ich im Augenblicke meiner Ungnade* ein wenig vor dir verborgen, und habe mich über dich erbarmet, mit ewiger Barmherzigkeit, spricht der HErr, dein Erlöser. * Zorn.

9. Und dieß ist mir, wie in den Tagen Noe, dem ich geschworen habe, die Wasser Noe nicht mehr über den Erdboden zu führen: also habe ich geschworen, daß ich über dich nicht zürnen, noch dich schelten wolle.

10. Denn die Berge werden sich bewegen, und die Hügel zittern: aber meine Barmherzigkeit wird von dir nicht weichen, und der Bund meines Friedens wird nicht aufgelöset werden, spricht der HErr, dein Erbarmer.

III. 11. Du Arme, und durch Ungewitter Zerstoße-

11. Pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit, & saturabitur: in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit.

12. Ideo dispertiam ei plurimos: & fortium dividet spolia, pro eo, quod tradidit in mortem animam suam, *f* & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit *g*, & pro transgressoribus rogavit.

f Marc. 15. 28. *Luc.* 22. 37.
g Luc. 23. 34.

CAPUT LIV.

I. Promittit Deus Ecclesiæ nobilem & numerosam prolem ex gentibus: 1. II. Perpetuam protectionem & securitatem: 8. III. Fundamentum ex pretiosis lapidibus, in justitia: & multitudinem pacis. 11.

1. Lauda sterilis, quæ non paris: decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas: quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet virum, dicit Dominus.

2. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clavos tuos consolida.

3. Ad dexteram enim, & ad lævam penetrabis: & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabit.

4. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces: non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5. Quia dominabitur tui, qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus: & redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. *a Luc.* 1. 32.

6. Quia ut mulierem derelictam & mœrentem spiritu vocavit te Dominus, & uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus.

7. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.

II. 8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tuus Dominus.

9. Sicut *b* in diebus Noë istud mihi est, cui juravi, ne inducerem aquas Noë ultra supra terram: sic juravi, ut non irascar tibi, & non increpem te. *b Gen.* 9. 15.

10. Montes enim commovebuntur, & colles contremiscent: misericordia autem mea non recedet a te, & fœdus pacis meæ non movebitur, dixit miserator tuus Dominus.

III. 11. Paupercula, tempestate convulsa, absque

℣. 11. *Pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit &c.* S. Bern. *Quid jam dicit homo creatus & ingratus: gratis quidem ajebat conditus sum, sed sine ullo conditoris gravamine: siquidem dixit & factus sum, sicuti universa. Ast modo obstructum est os loquentium iniqua: in opere enim redemptionis nostræ multa dixit, mira fecit, dira sustinuit. In dictis habuit contradictores: in factis exprobratores: in morte crucifixores. Ecce labor. Et saturabitur.* Percipiet fructum tot passionum. *In scientia sua.* In sui cognitione, charitate formata, justificabit multos: valde abscondita est & remota a sensibus humanis hæc schola, in qua docet Pater, ut veniatur ad Filium. Aug. in cap. 6. Joan. Mentem illuminat, & voluntatem accendit.

℣. 12. *Et ipse peccata multorum tulit &c.* Nihil apertius dici potuit, ut mors Christi, quæque in ejus passione acta sunt, ob oculos ponerentur; ideo omnino absurdum est, vaticinium hoc capite contentum ad Jeremiam referre.

CAPUT LIV.

℣. 1. *Lauda sterilis.* Sept. legunt, lætare, atque ita hunc locum citat Apost. Galat. 4. Per sterilem, intelligit Ecclesiam novi testamenti, per maritatam Synagogam. Ecclesia prius sterilis erat, & perpaucos pariebat; post Christum fœcunda est. *Hinni.* Vox metaphorica.

℣. 2. *Pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas.* I. ne cesses.

℣. 3. *Ad dexteram enim & ad lævam penetrabis.* Ad Aquilonem & Austrum.

℣. 4. *Et opprobrii viduitatis tuæ.* Eo quod per peccata tua Deum amiseris, *non recordaberis amplius.*

℣. 5. *Quia dominabitur tui.* Hebr. Sponsus tuus fœcundabit te. Negat Hieron. hæc ad Jerusalem, quæ nunquam in toto orbe dominata est: sed ad solam Ecclesiam Christi, cujus hæreditas mundi possessio est, pertinere contendit; & merito. *Redemptor.* Ita videtur construendum: Sanctus Israëlis, Deus omnis terræ, vocabitur redemptor tuus.

℣. 7. *Ad punctum -- in modico dereliqui te.* Sept. *Tempore modico.* Ab Abraham ad Christum usque, quod modicum est tempus cum æternitate comparatum.

℣. 9. *Sicut in diebus Noë istud mihi est.* Tecum idem egi, quod in diebus Noë, cui juravi, ne inducerem aquas, nec te penitus deseram.

℣. 10. *Montes enim commovebuntur.* Id est prius montes commovebuntur, quam te deseram, aut irritum faciam pactum meum; Ecclesiæ firmitas promittitur.

℣. 11. *Paupercula* olim -- *ecce ego sternam per ordinem lapides tuos.* Figurato sermone Ecclesiæ fundamenta & fabricam describit. *In sapphiris.* In Apostolis.

absque ulla consolatione, ecce, ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphiris.

12. Et ponam jaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.

c Joan 6. 45. 13. Universos *c* filios tuos doctos a Domino: & multitudinem pacis filiis tuis.

14. Et in justitia fundaberis: recede procul a calumnia, quia non timebis: & a pavore, quia non appropinquabit tibi.

15. Ecce, accola veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjungetur tibi.

16. Ecce, ego creavi fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum: & ego creavi interfectorem ad disperdendum.

17. Omne vas, quod fictum est contra te, non dirigetur: & omnem linguam resistentem tibi in judicio, judicabis. * Hæc est hæreditas servorum Domini, & justitia eorum apud me, dicit Dominus.

* SAB. SANCTO PROPH. 5.

CAPUT LV.

I. Pater cælestis omnes vocat ad Ecclesiam: 1. II. Ut Christum ducem & præceptorem gentium sequantur: 3. III. Cum ipse misericors & verax in promissis: 10. Dabit profectum prædicantibus Evangelium & felicitatem credentibus. 12.

a Joan. 7. 37. Eccli. 51. 33. Apoc. 22. 17. Jerem. 15. 16. Ezech. 3. 3. Prov. 9. 5. Eccli. 5. 3. & 24. 29. 1. Omnes sitientes venite ad aquas *a*: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac.

2. Quare appenditis argentum non in panibus? & laborem vestrum non in saturitate? audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

II. 3. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias *b* David fideles.

b Act. 13. 34. 4. Ecce, testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.

5. Ecce, gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israël, quia glorificavit te.

ne, ganz Trostlose, siehe, ich will deine Steine nach der Ordnung legen, und dich mit Sapphiren gründen.

12. Ich will deine Bollwerke vom Steine Jaspis machen, und deine Thore von gehauenen Steinen, und alle deine Gränzen von auserwählten Steinen.

13. Alle deine Kinder werden vom HErrn gelehrt seyn: und ich will deinen Kindern großen Frieden geben.

14. Du wirst auch in Gerechtigkeit gegründet seyn: mache dich weit hinweg von der Gewalt *, denn du wirst dich nicht fürchten: auch von Schrecken, denn er wird zu dir nicht nahen. * Lästerung.

15. Siehe, er wird kommen, der Nachbar, der zuvor nicht bey mir war, der dir vormals feind *war, wird sich zu dir fügen. * ein Ausländer.

16. Siehe, ich habe einen Schmidt geschaffen, der die Kohlen im Feuer anbläst, und ein Geschirr daraus hervorbringet zu seinem Werke: ich habe auch einen Todtschläger geschaffen zu vertilgen.

17. Keine Geräthschaft *, so wider dich gemacht ist, wird gelingen: und du wirst alle Zungen urtheilen, die sich dir im Gerichte widersetzen. Dieß ist die Erbschaft der Knechte des HErrn, und ihre Gerechtigkeit bey mir, spricht der HErr. * Geschirr.

Das fünf und fünfzigste Capitel.

I. GOtt der himmlische Vater ermahnet alle, sich zum neuen Testamente zu begeben: 1. II. Daß sie Christo, ihrem Führer und Lehrmeister nachfolgen: 3. III. Weil seine Wort. und Verheißungen getreu: 10. werde er ihnen die Seligkeit verschaffen. 12.

1. Kommet zum Wasser, alle, die ihr durstig seyd: und die ihr kein Geld habt, eilet herzu, kaufet, und esset: kommet her, und kaufet Wein und Milch, ohne Geld, und ohne einigen Werth.

2. Warum wäget ihr Silber aus, und nicht um Brod? und wendet eure Arbeit an, und werdet doch nicht ersättiget? höret mich mit Aufmerken, und esset das Gute, so wird sich eure Seele im Fetten erlustigen.

II. 3. Neiget euer Ohr, und kommet zu mir: höret, so wird eure Seele leben, und ich will einen ewigen Bund mit euch aufrichten, die treue Erbarmungen Davids.

4. Siehe, ich habe ihn den Völkern zum Zeugen gegeben, und den Heyden zum Fürsten und Lehrer.

5. Siehe, du wirst ein Volk berufen, das dir unbekannt war: und die Heyden, welche von dir nichts wußten, werden zu dir laufen, um des HErrn deines GOttes willen, und des Heiligen in Israel, dieweil er dich herrlich gemacht hat.

6. Suchet

℣. 12. *Et ponam omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.* i. pretiosos. 70. Electos. Per hæc virtutes seu perfectiones electorum significantur

℣. 13. *Universos filios tuos doctos a Domino.* Ponam, non erit in illis nuda cognitio, sed conjuncta cum voluntate implendi mandata.

℣. 14. *Recede procul a calumnia.* Vox Hebræa vim significat, vel ab iniquitate. Ex Hieron. Pauperculam & humilem fuerat consolatus, promittens gratias spiritales; nunc docet, quid facere debeat.

℣. 16. *Ecce, ego creavi fabrum ... & proferentem vas.* Instrumenta bellica. *Et ego creavi interfectorem.* Dæmonem, tyrannos: sed vires non habent, nisi permissu meo. *Ego creavi fabrum sufflantem.* Hoc est diabolum omnium malorum artificem, non necessitate, sed mentis arbitrio: a quo omnes fabricati sunt, qui Ecclesiam impugnant: & propterea non dirigentur, sed & præsentes pœnas sentient & futuras. Hieron.

℣. 17. *Omne vas, quod fictum est contra te.* In tui ruinam. *Non dirigetur.* Non suum consequetur finem, non succedet. *Judicabis.* Condemnabis, ut vas omne contra Ecclesiam fictum, sit conterendum: mox cap. seq. invitat credentes ad aquas purissimas.

CAPUT LV.

℣. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Doctrinæ & gratiæ Christi. *Absque argento.* Gratis enim datur, & tamen studio & labore opus est. *Vinum, & lac.* Propter fortitudinem & ad dulcedinem. *Emite*, in Hebræo, *frangite.* Hoc est, panem comedite, idque gratis. *Mirum in modum emunt aquas absque pecunia, & non bibunt eas, sed comedunt; ipse enim & aqua & panis est, qui de cœlo descendit.* Hieron.

℣. 2. *Quare appenditis argentum non in panibus?* Cur tanto studio & pretio hujus mundi opes, eloquentiam, sapientiam sectamini, quæ explere vestram famem non possunt. *Et comedite bonum.* Solidum & salutarem cibum: ita, ut veritas a mente in cor, inde ad actiones tuas permanet. *Delectabitur.* Sanitas e bono cibo, & gaudium manabit: sicut adipe & pinguedine &c. implebitur. *Vinum & lac.* Quod significat innocentiam parvulorum; qui mos ac typus in Occidentis Ecclesiis in hunc usque diem servatur, ut renatis in Christo vinum lacque tribuantur. Ex quo ostenditur eam sectandam esse sapientiam, quæ non est in foliis ac flore verborum, sed in medullis ac fructibus, quæ non aurem prætervolat, sed animam reficit. Hieron.

℣. 3. *Feriam vobiscum pactum sempiternum.* sc. Novi Testamenti. *Misericordias David fideles.* Firmas & stabiles, quas David promisit, idque maxime in Psalm. 88. *Misericordias Domini in æternum cantabo.* 70. *Sancta David fidelia.* Citatur hic locus ab Apost. Act 13. Alludit Isaias ad hunc Psalmum, 1. in voce, *misericordias.* 2. In voce, *fideles: In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam.* Veritas & Fides in promissionibus idem significant. 3. In voce, *pactum; disposui testamentum electis meis.* Denique, 4. In voce David; *Si David mentiar.*

℣. 4. *Ecce testem populis dedi eum.* Christum testem divinæ promissionis & fœderis inter Deum & Ecclesiam, qui hujus mediator fuit, & proprio sanguine illud sancivit.

℣. 5. *Ecce*, Christe, *gentem, quam nesciebas.* A te alienam ob idololatriam, nesciebas eam ut tuam.

6. Suchet den HErrn, dieweil man ihn finden kann: rufet ihn an, dieweil er nahe ist.

7. Der Gottlose verlasse seinen Weg, und der ungerechte Mann seine Gedanken, und bekehre sich zum HErrn, so wird er sich seiner erbarmen, und zu unserem GOtt, denn er verzeihet reichlich *. * willig.

8. Denn meine Gedanken sind nicht wie eure Gedanken, und eure Wege sind nicht wie meine Wege, spricht der HErr.

9. Denn gleichwie der Himmel höher ist, als die Erde, also sind meine Wege über eure Wege, und meine Gedanken über eure Gedanken erhöhet.

III. 10. Und gleichwie der Regen und der Schnee vom Himmel herabkömmt, und dahin hernach nicht wiederkehret, sondern tränket die Erde, und befeuchtet dieselbige, und macht, daß sie ihr Gewächs hervorbringet, und giebt dem Säemanne den Saamen, und dem Essenden das Brod:

11. Also wird mein Wort seyn, das aus meinem Munde hergehet: es wird nicht leer wieder zu mir kommen, sondern alles ausrichten, was ich will, und glücklich fahren in dem, darzu ich es ausgesandt habe.

12. Denn ihr sollet in Freuden ausgehen, und im Frieden vergleitet werden: die Berge und Bühel werden vor euch Lob singen, und alle Bäume im Lande werden mit den Händen frohlocken.

13. Für Dornhecken werden Tannen aufgehen, und Myrtenbäume werden für Nesseln wachsen: und der HErr wird einen Namen haben zum ewigen Zeichen, das nicht wird hinweggenommen werden.

Das sechs und funfzigste Capitel.

I. GOtt ermahnet alle, auch Ausländer, sich zu der Gerechtigkeit Christi zu begeben: 1. II. Er will die Beschnittenen auch in sein Haus annehmen, und sehr belohnen: 4. III. Beruft die Israeliter zu der Kirche Christi, mit Bedrohung, daß sie von den Römern werden verheeret werden, weil ihre Hirten so lasterhaft gewesen sind. 8.

1. Dieß spricht der HErr: Bewahret das Recht, und thut die Gerechtigkeit: denn mein Heil ist nahe, daß es ankomme, und meine Gerechtigkeit, daß sie offenbaret werde.

2. Selig ist der Mann, der solches thut, und des Menschen Sohn, der dasselbige handhabet: der den Sabbath hält, und denselben nicht entheiliget, der auch seine Hände bewahret, damit er nichts Böses thue.

3. Und der Sohn des Fremdlings *, der dem HErrn anhängt, soll nicht sagen, und sprechen: Der HErr wird mich scheiden, und absondern von seinem Volke. Auch soll der Verschnittene nicht sprechen: Siehe, ich bin ein dürres Holz. * Ausländers.

II. 4. Denn dieß spricht der HErr zu den Verschnittenen: Welche meinen Sabbath halten, und das erwählen, was mir gefällt, und meinen Bund bewahren:

5. Denen will ich in meinem Hause, und innerhalb mei-

6. * Quærite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est. * *FER. 3. POST DOM. I. QUADR.*

7. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.

8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

9. Quia sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris.

III. 10. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti:

11. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

12. Quia in lætitia ingrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13. Pro saliunca ascendet abies, & pro urtica crescet myrtus: & erit Dominus nominatus in signum æternum, quod non auferetur.

CAPUT LVI.

I. Omnes hortatur Dominus ad Christi justitiam & servanda sua præcepta: 1. II. Consolatur eunuchos, vite conversantes in Ecclesia, quæ domus est orationis: 4. III. Increpat & Israel ad Christi Ecclesiam cum gravi comminatione adversus pastores Jerusalem, quos cæcos & canes mutos appellat. 8.

1. Hæc dicit Dominus: *a* Custodite judicium, & facite justitiam: quia juxta est salus mea, ut veniat, & justitia mea, ut reveletur. *a Sap. 1. 1. Matth. 23. 23.*

2. Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud: custodiens sabbatum, ne polluat illud, custodiens manus suas, ne faciat omne malum.

3. Et non dicat filius advenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus a populo suo. Et non dicat eunuchus: Ecce, ego lignum aridum.

II. 4. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum:

5. Dabo eis in domo mea, & in muris meis

℣. 6. *Quærite Dominum dum inveniri potest.* Convertimini, dum datur pœnitentiæ locus.

℣. 7. *Derelinquat impius viam suam.* i. malos mores. *Et vir iniquus cogitationes suas.* i. prava studia sua.

℣. 9. *Sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ. &c.* Divina Trinitas sic excedit omne, quod cogitare vel sapere possumus, sicut superat omne, quod sumus. Hoc nobis divinorum series voluminum veridica protestatur. Fulgent. ad Trasimundum lib. 2.

℣. 11. *Non revertetur ad me* verbum meum *vacuum.* Irritum non erit; vis promissionis exponitur.

℣. 12. *Et in pace deducemini* ad Christum, seu Christi Ecclesiam.

℣. 13. *Pro saliunca ascendet abies.* Saliunca est herba humilis, de qua Plinius l. 21. c. 7. Saliunca creditur esse lavendula. Vox Hebræa virgultum significat. Symmachus vertit urticam. 70. κονύζα, amari saporis & odoris teterrimi: isti in Apostolos repente mutati, facti sunt Cypressus, & Abies, & Myrtus. S. Greg. super Job 27. lib 18. ait: *Pro Saliunca ascendet Abies in Ecclesia, dum in corde sanctorum pro abjectione terrenæ cogitationis altitudo exoritur supernæ contemplationis.* Hæc admirabilis gentium conversio erit Christo in monimentum gloriæ & victoriæ. His, qui de malo commutati fuerint in bonum, erit Dominus in nomen & in signum æternum, ut ex ipsius nomine appellentur Christiani, & crucis ejus inurantur cauterio. Hieron.

CAPUT LVI.

℣. 1. *Hæc dicit Dominus: Custodite judicium.* Omnes invitat, ut juste vivendo ad salutem consequendam a Christo se præparent. *Juxta est salus.* Per Christum, quem mitto. *Ut reveletur.* Ut appareat justitia, qua justifico, vel mea fides in iis præstandis, quæ promisi.

℣. 2. *Beatus vir -- custodiens Sabbatum, ne polluat illud,* opere servili pro peccato. Hieron. Quod sit autem sabbatum, quod præcepit observandum, sequens versus ostendit: *Custodiens manus suas,* &c.

℣. 3. *Non dicat filius advenæ &c.* Gentiles & eunuchi per legem Moysis a Synagoga arcebantur: Christus utrosque excipit. *Qui adhæret Domino.* Qui Christianæ religionis sacra suscipit. *Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum.* Sterile: nulli enim bona opera peribunt.

℣. 4. *Hæc dicit Dominus eunuchis.* Hæc promissio ad eunuchos voluntarios pertinet, quos commendat Dominus Matth. 19.

℣. 5. *Dabo eis in domo mea, locum, & nomen melius a filiis & filiabus.* Quam si filios & filias haberent. Hieron.

meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

6. Et filios advenæ, qui adhærent Domino, ut colant eum, & diligant nomen ejus, ut sint ei in servos: omnem custodientem sabbatum, ne polluat illud, & tenentem fœdus meum:

7. Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo: *b* quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.

b Jerem. 7. 11. *Matth.* 21. 13. *Marc.* 11. 17. *Luc.* 19. 46.

III. 8. Ait Dominus Deus, *c* qui congregat dispersos Israël: Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.

c Joan. 11. 52.

9. Omnes bestiæ agri venite ad devorandum, universæ bestiæ saltus.

d Ezech. 3. 17. & 32. 2. & 6. 7.

10. *d* Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia.

11. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam suam declinaverunt, *e* unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum.

e Jerem. 6. 13. & 8. 10.

12. Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

CAPUT LVII.

I. Altera causa excidii, nempe cædes justorum maxime Christi. 1. *II. Cum impiis Deus expostulat super idololatria aliisque sceleribus, denuntians pœnam:* 12. *III. Conversis pacem & consolationem promittit, quam impii cor nunquam obtinebit.* 14.

1. Justus perit, & non est, qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est, qui intelligat: a facie enim malitiæ collectus est justus.

2. Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulavit in directione sua.

3. Vos autem accedite huc filii auguratricis: semen adulteri, & fornicariæ.

4. Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & ejecistis linguam? numquid non vos filii scelesti, semen mendax?

nen Mauren eine Statt * geben, und einen bessern Namen, dann den Söhnen, und Töchtern: ich will ihnen einen ewigen Namen geben, der nicht soll untergehen. * Ort.

6. Und die Kinder des Fremden, welche dem HErrn anhangen, daß sie ihm dienen, und seinen Namen lieb haben, damit sie seine Knechte seyen: einen jeglichen, der den Sabbath hält, und denselben nicht entweihet, auch meinen Bund bewahret:

7. Dieselbe will ich auf meinen heiligen Berg führen, und will sie in meinem Bethhause erfreuen: ihre Brandopfer und Schlachtopfer sollen mir wohlgefallen auf meinem Altare: denn mein Haus soll ein Bethhaus genennet werden allen Völkern.

III. 8. Also spricht GOtt der HErr, der die Zerstreueten aus Israel versammelt: Ich will noch zu ihm seine Versammelten versammeln.

9. Alle Thiere auf dem Felde, auch alle wilde Thiere im Walde, kommet her zum Auffressen.

10. Ihre Wächter sind alle miteinander blind, sie alle wissen nichts: sie sind stumme Hunde, die nicht bellen können, sie sehen eitle Dinge, schlafen, und lieben die Träume.

11. Und es sind sehr unverschämte Hunde, so nicht satt werden: die Hirten selbst haben keinen Verstand: sie alle sind auf ihrem Wege abgewichen, ein jeglicher gehet seinem Geize nach, vom Größesten bis zum Kleinesten.

12. Kommet, lasset uns Wein nehmen, und uns vollsaufen: und wie es heute ist, so wird es auch morgen seyn, und noch viel länger.

Das sieben und fünfzigste Capitel.

I. Die Juden werden gestraft, weil sie die Gerechten, und sonderlich Christum, verachtet, und verfolget haben. 1. II. Wegen der Abgötterey wird die babylonische Zerstörung sie überfallen: 12. III. Jedoch denen, so sich bekehren, wird Cyrus, und unter dem Namen Cyri, Christus zu einem Erlöser versprochen. 14.

1. Der Gerechte kömmt um, und niemand ist, der es in seinem Herzen bedenket: und die barmherzigen Männer werden aufgesammelt *, dieweil keiner ist, der es verstehet: denn vor dem Bösen wird der Gerechte hinweggenommen. * sterben.

2. Komme der Friede, laß den ruhen in seiner Schlafkammer, der seinen Wandel aufrichtig geführet hat.

3. Aber kommet herzu, ihr Kinder der Wahrsagerinn: du Saame des Ehebrechers, und der Huren.

4. Ueber wen habt ihr eure Kurzweil getrieben? über wen habt ihr das Maul aufgesperret, und die Zungen ausgestrecket? seyd ihr nicht boshaftige Kinder, und ein lügenhaftiger Saame?

5. Die

Hieron. *Et qui eunuchus fuerit, ac fecerit universa, quæ scripta sunt, habebit in muris ejus locum optimum, ut scilicet turris Domini efficiatur, & in sacerdotali consistat gradu, & pro carnis filiis multos habeat filios spirituales.* 70. *Dabo eis locum nominatum meliorem filiis & filiabus.* Quam si haberent filios & filias. *Qui custodierint.* Dummodo corporis & animæ castitatem servent: castitas est puritas corporis, humilitas est mundities animæ: duo sunt corporis sacrificia, unum vivi corporis, quod eunuchi voluntarii offerunt; alterum martyribus proprium, qui vitam amittendo corpus suum immolant Deo.

℣. 7. *Lætificabo eos in domo orationis meæ.* Quod etiam de templo materiali interpretatur Christus Dominus, Marci 11. Sed allegorico sensu intelligitur de Ecclesia, ad quam ex omnibus gentibus congregantur fideles; & orationis nomine intelliguntur omnia, qua ad externum Dei cultum pertinent. *Dei templum simul omnes, & singuli templa sumus.* Aug. l. 10. de civit. cap. 10.

℣. 9. *Omnes bestiæ agri venite ad devorandum.* Aliter, ut devoremini: milites Romani & hostes Judæorum ad Judæos vastandos, quod Christum occiderint. Vel impios omnes advocari plerique interpretantur; non optat Judæorum infortunium, sed prædicit fore, ut a dæmonibus devorentur. Hieron. *Congregatis autem per Apostolos reliquiis, & in unum redactis gregem, his qui fuerant ante dispersi, omnes bestiæ provocantur, ut veniant, & devorent Israel, eos videlicet, qui credere noluerunt: bestiæ agri, vel gentiles invitantur, ut agni carne saturentur.*

℣. 10. *Speculatores ejus cæci omnes.* Sacerdotes & Pontifices ejus, nempe Israëlis, scribæ. *Cæci omnes, nescierunt.* Tempus visitationis suæ. Cæcitas primum est eorum vitium, tum ignavia. *Canes muti.* Post otium & desidiam. *Dormientes.* Tandem ingluvies, avaritia, impudentia, & pertinacia.

℣. 11. *Et canes impudentissimi, nescierunt saturitatem,* sunt insatiabiles, *omnes in viam suam declinaverunt.* Res suas agunt, non Dei. Quæ vitia si pastores invaserint, quid de ovibus expectandum?

℣. 12. *Venite sumamus vinum, -- sic & cras, & multo amplius.* q. d. in dies pejus. Ambr. *Nihil est, quod minus conveniat arguenti, quam inebriari vino.*

CAPUT LVII.

℣. 1. *Justus perit.* De Christo & omnibus justis loquitur. *Et non est, qui recogitet.* Causam permissionis Dei. *Et viri misericordiæ.* i. misericordes. *Colliguntur.* Ad patres suos. *A facie.* Ut mala hujus sæculi non videant. Greg. in pastorali: *Malitia remanentium in mundo meretur, ut hi, qui prodesse poterant, festine subtrahantur.* Hæc prophetia ab aliis de Josia rege exponitur, qui ad majores suos collectus est, ne videret populi captivitatem.

℣. 2. *Requiescat in cubili suo.* In pace. *Qui ambulavit in directione sua.* In vitæ rectitudine. Hebr. *Coram eo,* Deo scilicet.

℣. 3. *Accedite huc filii auguratricis.* Judæi, qui divinationibus estis addicti. 70. *Filii iniquitatis.*

℣. 4. *Super quem lusistis.* De Christo loquitur, quem ludibrio habuerunt; alii Josiam esse putant, quem ob pietatem irriserant. *Super quem dilatastis os.* Locuti estis, quod vobis libitum fuit.

5. Die ihr euch unter einem jeglichen grünen Baume mit den Götzen ergötzet, und opfert die Kinder an den Bächen, unter den hohen Felsen.

6. In der Gegend am Bache ist dein Theil, da ist dir das Loos gefallen: du hast ihnen auch daselbst ein Trankopfer ausgegossen, und ein Speisopfer geopfert: sollte ich darüber nicht zürnen?

7. Du hast auf einem hohen und erhabenen Berge dein Lager gemacht, und bist daselbst hinaufgegangen, Schlachtopfer zu opfern.

8. Du hast auch hinter der Thür, und hinter den Pfosten dein Gedenkzeichen gestellet: denn du hast dich neben mir entblöset, und einen Ehebrecher angenommen: dein Lager hast du erweitert, und hast einen Bund mit ihnen gemacht: ihrem Lager hast du Liebe und Gunst erzeiget mit offenen Händen.

9. Und du hast dich dem Könige zu gefallen mit Salben geschmückt, und hast viele deiner Schminkwerke* gemacht. Deine Gesandten hast du weit hingeschicket, und bist gedemüthiget bis zur Hölle. *Anstrich, und wohlriechende Salben.

10. Du hast dich bemühet in der Menge deines Weges, und hast nicht gesagt: Ich will aufhören: du hast das Leben deiner Hand gefunden, darum hast du nicht gebethen.

11. Für wem hast du dich besorget, und gefürchtet, daß du also mit Lügen bist umgegangen, hast auch an mich nicht gedacht, noch dir es zu Herzen gehen lassen? dieweil ich geschwiegen habe, und mich gehalten, als wenn ich es nicht sehe, so hast du meiner vergessen.

II. 12. Ich aber will deine Gerechtigkeit verkündigen, und deine Werke werden dir nichts nützen.

13. Wann du schreyest, so laß sie dir aushelfen, die du versammelt hast: der Wind wird sie alle hinnehmen, und die Luft wird sie hinwegführen: wer aber sein Vertrauen auf mich setzet, der soll das Land besitzen, und meinen heiligen Berg zum Erbtheile einnehmen.

III. 14. So will ich sagen: Räumet den Weg, bereitet die Straße, weichet aus der Bahn, schaffet die Anstöße aus dem Wege meines Volkes.

15. Denn dieß sagt der Hohe und Erhabene, der in der Ewigkeit wohnet: dessen heiliger Name in der Höhe, und der im Heiligthume wohnet, und bey dem, der eines zerschlagenen* und demüthigen Geistes ist, damit er das Leben gebe dem Geiste der Demüthigen, und das Herz der Zerschlagenen lebendig mache. *zerknirschten

16. Denn ich will nicht ewiglich hadern, noch immerdar zürnen: denn der Geist wird von meinem Angesichte ausgehen, und ich will den Athem machen.

17. Ich bin zornig gewesen wegen der Ungerechtigkeit seines Geizes, und habe ihn geschlagen: mein Angesicht habe ich vor dir verborgen, und bin unlustig* gewesen: da ist er irrig gelaufen auf der Bahn seines Herzens. *erzürnet

18. Ich habe seine Wege gesehen, und ihn gesund gemacht: ich habe ihn zurückgebracht, und habe ihn sammt denen, die mit ihm Leid trugen, wieder getröstet.

5. Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum, immolantes parvulos in torrentibus, subter eminentes petras.

6. In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium: numquid super his non indignabor?

7. Super montem excelsum & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, ut immolares hostias.

8. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuum: quia juxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum: dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta.

9. Et ornasti te regi unguento, & multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es usque ad inferos.

10. In multitudine viæ tuæ laborasti, non dixisti: Quiescam; vitam manus tuæ invenisti, propterea non rogasti.

11. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.

II. 12. Ego annuntiabo justitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.

13. Cum clamaveris, liberent te congregati tui: & omnes eos auferet ventus, tollet aura: qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum.

III. 14. Et dicam: *a* Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. *a Infr. 62. 10.*

15. Quia hæc dicit Excelsus & Sublimis, habitans æternitatem: & sanctum nomen ejus in excelso, & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum.

16. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar: quia spiritus a facie mea egredietur, & flatus ego faciam.

17. Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus sum, & percussi eum: abscondi a te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.

18. Vias ejus vidi, & sanavi eum: & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus ejus.

19. Crea-

℣. 5. *Immolantes parvulos in torrentibus.* Immane illud parvulorum sacrificium fieri solebat in torrente Cedron, in valle Ennon. *Qui consolamini in diis.* i. alienis. Vel in peccatis & divitiis: quia ut dicit Aug. *Quod quisque supra Deum diligit, hoc sibi Deum constituit.*

℣. 7. *Super montem -- posuisti cubile tuum.* Altare, vel pernoctabant ibi, ut consequerentur somnia futurorum præsagia.

℣. 8. *Et post ostium &c. posuisti memoriale tuum.* Idola sua post ostia reponebant, Lares dictos. *Juxta me.* Cum prope essem. *Discooperuisti.* Vel te, vel lectum. *Dilatasti cubile tuum.* Multa admittendo idola. *Manu aperta.* Palam & impudenter.

℣. 9. *Ornasti te regi.* Idolo Moloch, quod Hebraice regem significat. *Misisti legatos tuos procul.* Ex Assyria & Ægypto idola accersisti. *Humiliata es usque ad inferos.* De idololatria, aut de adulterio loquitur; ad idola usque, quæ sunt dæmonis opera.

℣. 10. *In multitudine viæ tuæ laborasti.* In accersendis undique idolis, & colendis. *Non dixisti, quiescam.* 70. Desinam. *Vitam manus tuæ invenisti.* Idola manu facta, a quibus omnia sperabas. *Propterea non rogasti, me.* Hieron. *Quia rebus omnibus abundasti, ideo Dominum neglexisti.*

℣. 11. *Pro quo solicita timuisti.* sc. idola. Hier. Quia plenis horreis habes fiduciam in divitiis, rogare me noluisti. *Quia ego tacens.* Hebr. *An quia ego taceo jam pridem, ideo me non curas?* *In quo Deus*, ut docet Gregorius in pastorali, *præclarum dat pastoribus exemplum, nonnulla sæpe prudenter dissimulando.*

℣. 12. *Ego annuntiabo justitiam tuam.* Ironice q. d. flagitia tua.

℣. 13. *Cum clamaveris, liberent te congregati tui.* Congreges: vel dii nationum, quos colitis, eruant te Synagogæ tuæ. *Auferet ventus.* Idola, quæ eos liberare non possunt, tollet tempestas.

℣. 15. *Hæc dicit Excelsus -- habitans æternitatem.* In seipso, qui est æternus, sanctus, habitans in Sanctis. *Et cum contrito & humili spiritu.* Cum afflicto: quamquam in excelso habitat, humilibus tamen favet.

℣. 16. *Non enim in sempiternum litigabo.* Non irascar illis diu. *Quia spiritus.* Mittam spiritum meum, qui eos tuebitur, & lenem flatum, qui eos consolabitur.

19. Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longe est, & qui prope, dixt Dominus, & sanavi eum.

20. Impii autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum.

b Supra. 48. 22. 21. Non *b* est pax impiis, dicit Dominus Deus.

CAPUT LVIII.

1. Reprehendit Judæorum hypocrisin, offerdens eorum jejunium non esse Deo acceptabile. 1. II. Docet, præter jejunium requiri veram pœnitentiam, abstinentiam a peccatis, & opera misericordiæ. 6. III. Obedientibus promittit præmia & sabbatum rite celebrantibus. 8.

** FER. 6. POST CINER.* 1. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.

2. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens, quæ justitiam fecerit, & judicium Dei sui non dereliquerit: rogant me judicia justitiæ, appropinquare Deo volunt.

3. Quare jejunavimus, & non aspexisti? humiliavimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

4. Ecce, ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impie. Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester.

a Zach. 7. 5. 5. Numquid *a* tale est jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam suam? numquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino?

II. 6. Nonne hoc est magis jejunium, quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe.

b Ezech. 18. 7. & 16. *Matth.* 25. 35. 7. Frange *b* esurienti panem tuum, & egenos, vagosque in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris.

III. 8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem

19. Ich habe die Frucht der Lippen geschaffen, nämlich den Frieden, Friede für den, der ferne ist, und für den, der nahe ist, spricht der HErr, und ich habe ihn geheilet.

20. Aber die Gottlosen sind wie ein wühlend Meer, so nicht still seyn kann, und dessen Wellen Koth und Unflath auswerfen, so zertretten wird.

21. Die Gottlosen haben keinen Frieden, spricht GOtt der HErr.

Das acht und fünfzigste Capitel.

I. Dem Propheten wird anbefohlen auszurufen, das Fasten der Juden sey GOtt nicht angenehm. 1. II. Daß GOtt vielmehr gefalle, so man sich von Sünd und Lastern enthalte, und hingegen die Werke der Liebe gegen seinem Nächsten übet. 6. III. Alsdann werde ihnen alles Heil widerfahren. 8.

1. Rufe, und höre nicht auf, erhebe deine Stimme wie eine Posaune, und verkündige meinem Volke ihre Missethat, und dem Hause Jacobs ihre Sünden.

2. Denn sie suchen mich von Tag zu Tag, und wollen meine Wege wissen: wie ein Volk, das die Gerechtigkeit gethan, und das Recht seines GOttes nicht verlassen hätte: sie fordern von mir Urtheil der Gerechtigkeit, und wollen sich nahe zu GOtt machen.

3. Warum haben wir gefastet, und du hast es nicht angesehen? warum haben wir unsere Seelen gedemüthiget, und du hast es nicht gewußt? Siehe, an dem Tage, wenn ihr fastet, so findet man euren Willen, und ihr übertreibet alle eure Schuldner.

4. Siehe, ihr fastet in Hader und Zank, und schlaget mit der Faust ungütlich. Fastet nicht, wie ihr bis auf den heutigen Tag gethan habt, daß euer Geschrey in der Höhe gehöret werde.

5. Ist dann das ein Fasten, so ich erwählet habe, daß der Mensch den Tag durch seine Seele kränke? vielleicht, daß er seinen Kopf laß niederhangen, und im Sacke und auf der Asche liege? willst du das ein Fasten nennen, und einen angenehmen Tag dem HErrn?

II. 6. Ist das nicht vielmehr ein Fasten, das ich erwählet habe? löse auf die Bande des gottlosen Wesens, entbinde die niederdrückende Bündlein*: laß die Bedrängten frey ausgehen, und reiß alle Last hinweg. * Bündlein.

7. Brich dem Hungerigen dein Brod, und die Dürftigen und Herbergslosen* führe in dein Haus: wann du einen Nackenden siehest, so bedecke ihn, und verachte dein Fleisch nicht. * Herumschwebenden.

III. 8. Alsdann wird dein Licht hervorbrechen, wie der Morgen, und deine Gesundheit wird eilends aufgehen, und deine

---

℣. 19. *Creavi fructum labiorum* verborum *pacem, pacem ei, qui longe est*, gentibus, *& qui prope*, Judæis.

℣. 20. *Impii autem quasi mare fervens.* Æstu libidinum. *Redundant fluctus ejus in conculcationem.* In res viles, quas mare ejicit: si cupiditas impii in scelera erumpit.

CAPUT LVIII.

℣. 1. *Clama, ne cesses.* Hier. *Finito priori capitulo, in quo pax justis, & nulla impiis requies nuntiatur, præcipit Deus Isaiæ Prophetæ, ut clamet in fortitudine, & instar tubæ exaltet vocem suam.* Hæc verba pastoribus applicat Gregorius Magnus in Pastor. part. 2. cap. 4. dicens: *Præconis officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit, ut ante adventum judicis, qui terribiliter sequitur, ipse clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam vocem clamoris daturus est præco mutus?*

℣. 2. *Me etenim de die in diem quærunt.* Simulant se quærere me. *Et scire vias meas.* Me in jus vocant quodammodo; rogant me judicia justitiæ: Volumus scire, inquiunt, quam justa sint Dei judicia. *Appropinquare Deo volunt.* Quasi cum Deo disputaturi.

℣. 3. *Quare jejunavimus & nescisti.* Videris jejunium nostrum ignorasse: quibus respondet Deus: *Ecce in die jejunii vestri inventur voluntas vestra.* Vox Hebræa significat, *id quod libet*; Libidinem & concupiscentiam carnis Legi Dei anteponitis, dum indulgetis cupiditati & avaritiæ; avare & inhumane exigendo ab egenis, quæ præ paupertate præstare non possunt. Hier. *Propterea respondit Deus, quod non reprobet jejunia, sed opera, quæ in jejuniis fiunt: quid enim prodest jejuniis ora pallere, & ad lites & ad jurgia jejunare?*

℣. 4. *Ecce, ad lites & contentiones jejunatis.* Totum diem in litibus consumitis. *Ut audiatur.* Contentiones vestræ & rixæ.

℣. 5. *Numquid istud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino?* Exiguo tempore in sacco & cinere sternere ac jejunare. Hoc loco perperam abutuntur nonnulli, ut persuadeant jejunia Ecclesiastica nihil ad cultum Dei afferre momenti. Nam jejunium est Dei cultus, cum refertur ad Deum, ad carnis castigationem, & mentis puritatem, atque eo fine suscipitur, ad quem illud ordinat Ecclesia: secus est jejunium pharisaicum. *Circulum.* Alii vertunt: Numquid ut curvet quasi juncum caput suum, capite in lævam deflexo, & ipso corporis habitu ostendat jejunium suum? Quod est hypocritarum. Hier. *Ut instar circuli torqueat corpus, & colla submittat, ac tristis incedat.*

℣. 6. *Dissolve colligationes impietatis.* Obligationes usurarias, & iniquas; vel onera, quibus pauperes opprimit. Significat autem chartarum fasciculos, in quibus calumniæ fœneratorum continentur, & opprimuntur pauperes ære alieno Hier. *Dimitte eos, qui confracti sunt.* Hæc verba citantur a Domino Lucæ 4. ut habentur in editione 70. *Dimitte confractos in remissionem.* Qui oppressi sunt ære alieno. Jejunium his remediis simile est, quæ sola nihil prosunt, sed cum aliis conjuncta fiant salubria. *Pensandum est*, inquit Gregorius in Pastor. part. 3. admon. 20. *virtus abstinentiæ quam parva respicitur, quæ non nisi ex aliis virtutibus commendatur. Scripturæ ubique illud commendant; sed quod justum est & rectum, juste faciendum est. Solve fasciculos deprimentes.* Contractus vi extortos, aut fœnerarios. *Et omne onus dirumpe.* 70. omnem injustam syngraphan.

℣. 7. *Et carnem tuam despexeris.* Nam pauper est id ipsum, quod sumus, & eo felicior coram Deo, quod pauper sit. 70 *Et domesticos seminis tui ne despexeris.* Consanguineos imprimis pauperes.

℣. 8. *Et gloria Domini colliget te.* Gloria liberatio. *Colliget te.* Proteget te, eripiet a periculis: adversis succedent prospera.

deine Gerechtigkeit wird vor deinem Angesichte hergehen, und die Herrlichkeit des HErrn wird dich sammeln.

9. Alsdann wirst du anrufen, so wird der HErr erhören: du wirst schreyen, und er wird sagen: Siehe, hie bin ich. Wenn du die Ketten von dir thust, und aufhörest den Finger auszustrecken, und zu reden, was nicht nütz ist.

10. Wann du gegen dem Hungerigen deine Seele ausschüttest, und die elende Seele ersättigest, so wird dein Licht in der Finsterniß aufgehen, und deine Finsterniß wird seyn, wie der Mittag.

11. Und der HErr wird dir immerdar Ruhe geben: er wird deine Seele mit Glanz erfüllen, und deine Gebeine erlösen, und du wirst seyn, wie ein gewässerter Garten, und wie ein Wasserbrunnen, dessen Wasser nimmer abnehmen.

12. Und durch dich sollen aufgebauet werden die Orte, so lange vor Alters her wüste gelegen sind: du wirst aufrichten die Grundveste, so von einem Geschlechte zu dem andern bleiben werden: und wirst ein Zaunmacher genennet werden, der die Wege wieder in Ruhe bringet.

13. Wenn du deinen Fuß von dem Sabbath zurückziehest, daß du an meinem heiligen Tage nicht thust, was dir gefällt, sondern nennest ihn einen lustigen Sabbath, einen heiligen und herrlichen Tag des HErrn, und ehrest ihn in dem, daß du nicht auf deinen Wegen wandelst, daß auch dein Wille nicht gefunden werde, deines Gefallens zu reden:

14. Alsdann wirst du dich im HErrn erlustigen, und ich will dich aufheben über die Höhe des Landes, und dich speisen mit dem Erbtheile Jacobs deines Vaters. Denn der Mund des HErrn hat es geredet.

Das neun und fünfzigste Capitel.

1. GOtt giebt den Juden die Ursache, warum sie aus der babylonischen Gefängniß nicht erlöst werden, nämlich ihre große Sünden, durch welche sie solche Strafe verdient. 1. II. Ergreifet selbst die Waffen wider seine Feinde, und bestimmt seinen Sohn zum Erlöser. 16.

1. Siehe, die Hand des HErrn ist nicht verkürzet, daß er nicht möge helfen: auch ist sein Ohr nicht beschweret, daß er nicht erhöre:

2. Sondern eure Missethaten haben zwischen euch und eurem GOtt eine Scheidung gemacht, und eure Sünden haben sein Angesicht vor euch verborgen, daß er nicht erhöret.

3. Denn eure Hände sind mit Blut besudelt, und eure Finger mit Ungerechtigkeit: eure Lippen haben Lügen geredet, und eure Zunge schwätzet, was Unrecht ist.

4. Es ist keiner, der für die Gerechtigkeit schreye, auch ist keiner, der recht richte: sondern sie vertrauen auf das, so nichts ist, und reden eitle Dinge: sie sind mit Mühe schwanger gegangen, und haben Ungerechtigkeit gebohren.

tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te.

9. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce, adsum. [f] Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum. & loqui, quod non prodest. *f SABB. POST CINER.*

10. Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

11. Et requiem tibi dabit Dominus semper: & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus; & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.

12. Et [c] ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem. *c Infr. 6. 1. 4.*

13. Si averteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaveris sabbatum delicatum, & sanctum Domini glorioſum, & glorificaveris eum, dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem:

14. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Jacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

CAPUT LIX.

I. Potens ac benignus est Deus ad salvandum Judæos; sed iniquitates eorum impediunt, ne liberentur: hinc confitentur se juste deseri, & oggi. 1. II. Dominus ipsemet faciet ultionem de hostibus, ut credentem populum per Filium suum liberet, ac salvet. 16.

1. Ecce, non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat:

2. Sed iniquitates vestræ diviserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem ejus a vobis, ne exaudiret.

3. Manus [a] enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. *a Supra 1. 15.*

4. Non est, qui invocet justitiam, neque est, qui judicet vere: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: [b] conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. *b Joh. 15. 35.*

†. 9. *Si abstuleris de medio tui catenam.* Hebr. *Jugum*, quo premis pauperes. *Et desieris extendere digitum.* Qui gestus est insultantis; vel manum contra proximum minando. *Et loqui, quod non prodest.* Hebr. Iniquitatem.

†. 10. *Cum effuderis esurienti animam tuam.* Ostendens viscera misericordiæ.

†. 11. *Et ossa tua liberabit.* 70. impugnabit. Chald. corpus tuum vivificabit vita æterna.

†. 12. *Et ædificabuntur in te deserta sæculorum.* Urbes & domus desertæ. *Fundamenta generationis & generationis.* Quæ per multas ætates durabunt: domus jam diu diruta. Synagogam collapsam innuit, ex cujus ruinis excitata est Ecclesia. *Semitas.* Hebr. Vias instaurabis, ut habitetur terra; nullum insidiatoribus aditum relinquet. Hieron. Ut nequaquam Dei ira desæviat. *Avertens semitas in quietem.* Restituentur semitæ securæ ad habitandum.

†. 13. *Si averteris a Sabbato pedem tuum:* q. d. si in Sabbato non laboraveris, neque pedibus, nam de Sabbati vetitum erat longum iter suscipere. *Facere voluntatem tuam.* Indulgendo gulæ, aut quæstui. *Et vocaveris sabbatum delicatum.* Si colueris sabbatum ut diem sanctum, & glorificationi Domini consecratum. Hier. Ne dem sanctum Domini commaculet voluptatibus. *Et non invenitur voluntas tua.* Sed Dei. D. Prosper carm. de Ingr.

Ut tua dum in nobis agitur, non nostra voluntas,
Perpetua in sanctis ducamus sabbata festis.

Aut forte voluntatis nomine quæstum intelligit. *Ut loquaris sermonem.* Legem.

CAPUT LIX.

†. 1. *Ecce, non est abbreviata manus Domini.* Pergit Judæorum peccata reprehendere, cum eorum, qui Isaiæ ætate extiterunt, tum eorum maxime, qui Christi temporibus erant victuri. Hier. *Poteram, quæ nunc facturum esse me dixi, ante complere; neque enim abbreviata est manus mea, ut eam ad liberandum populum meum extendere nequeam; aut surdas aures habeo, ut exaudire non possim.*

†. 3. *Manus vestræ pollutæ sunt sanguine.* Non iis objicit hic idololatriam, ait S. Hieron. sed effusionem sanguinis tot prophetarum &c. *Et digiti iniquitate.* Quia studiosi estis & subtiles ad faciendum malum.

†. 4. *Non est, qui invocet justitiam.* Qui pro justitia libera voce loquatur, vel secundum eam judicet; vel qui alium juste in jus vocet. Hebr. Non est, qui vocet in justitia. *Conceperunt.* Meditati sunt malum & iniquitatem & mendacium. *Et pepererunt.* Cum pro Christo sibi Anti Christum repromittunt; vel meditantur quomodo lædant proximum, idque paulo post perficiunt.

c Job. 8. 4.

5. Ova aspidum ruperunt, c & telas aranex texuerunt: qui comederit de ovis eorum, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum.

5. Sie haben Nattereyer ausgebrütet, und Spinnewehen gewebet: wer von ihren Eyern essen wird, der wird sterben: und was ausgebrütet wird, daraus wird ein Basilisk hervorbrechen.

6. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.

6. Ihr Gewebe wird zu Kleidern nicht gebraucht, sie werden sich auch mit ihren Werken nicht bedecken: ihre Werke sind unnütze Werke, und das Werk der Ungerechtigkeit ist in ihren Händen.

d Prov. 1. 16. Rom. 3. 15.

7. Pedes d eorum ad malum currunt, & festinant, ut effundant sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in viis eorum.

7. Ihre Füße laufen zum Bösen, und eilen unschuldiges Blut zu vergießen: ihre Gedanken sind unnütze Gedanken: Verwüstung und Verderben ist auf ihren Wegen.

8. Viam pacis nescierunt, & non est judicium in gressibus eorum, semitæ eorum incurvatæ sunt eis: omnis, qui calcat in eis, ignorat pacem.

8. Sie haben den Weg des Friedens nicht erkannt, und ist kein Recht in ihren Gängen, ihre Wege sind ihnen krumm worden: wer darauf wandelt, der weiß nichts vom Frieden.

9. Propter hoc elongatum est judicium a nobis, & non apprehendet nos justitia: expectavimus lucem, & ecce tenebræ: splendorem, & in tenebris ambulavimus.

9. Darum hat sich das Recht weit von uns entzogen, und die Gerechtigkeit wird uns nicht ergreifen: wir haben auf Licht gewartet, und siehe, da ist Finsterniß: auf Glanz, und haben im Dunkeln gewandelt.

10. Palpavimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectavimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

10. Wir haben an der Wand getappet, wie die Blinden, und darnach getastet, als wenn wir keine Augen hätten: wir haben angestoßen im hellen Mittage, wie in der Finsterniß, und sind im Dunkeln gewesen, wie die Todten.

11. Rugiemus quasi ursi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectavimus judicium, & non est: salutem, & elongata est a nobis.

11. Wir werden brüllen wie die Bären, und in unserm Herzen seufzen, wie die Tauben. Auf das Recht haben wir gewartet, und es ist nicht da: auf Heil, und es ist weit von uns.

12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniquitates nostras cognovimus,

12. Denn unsere Uebertrettung hat sich fast gemehret vor dir, und unsere Sünden antworteten wider uns: denn unsere Laster sind bey uns, und wir erkennen unsere Missethaten,

13. Peccare & mentiri contra Dominum: & aversi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam & transgressionem: concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacii.

13. Nämlich sündigen, und wider den HErrn lügen: und daß wir abgewichen sind, damit wir unserm GOtt nicht nachfolgten, daß wir Lästerungen und Uebertretungen redeten: wir haben Lügenworte erdacht, und von Herzen geredet.

14. Et conversum est retrorsum judicium, & justitia longe stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.

14. Darum hat sich das Recht von uns zurück gewendet, und die Gerechtigkeit stehet von ferne: denn die Wahrheit ist auf der Gassen zu Boden gefallen, und das Recht hat nicht hereingehen können.

15. Et facta est veritas in oblivionem: & qui recessit a malo, prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus, quia non est judicium:

15. Die Wahrheit ist in Vergessenheit gekommen: und wer sich vom Bösen abgewendet hat, der ist zum Raube worden: und der HErr hat es gesehen, und es ist in seinen Augen übel vorkommen, daß kein Recht ist.

II. 16. Et vidit, quia non est vir: & apporiatus est, quia non est, qui occurrat: & salvavit sibi brachium suum, & justitia ejus ipsa confirmavit eum.

II. 16. Und er hat gesehen, daß niemand da war: er hat sich betrübet, daß ihm niemand entgegen gieng: und sein Arm hat ihm selbst geholfen, seine Gerechtigkeit selbst hat ihn bestättiget.

e Ephes. 6. 17. 1. Thess. 5. 8.

17. Indutus e est justitia, ut lorica, & galea salutis in capite ejus: indutus est vestimentis ultionis, & opertus est quasi pallio zeli.

17. Er hat Gerechtigkeit wie einen Panzer angezogen, und der Helm des Heils ist auf seinem Haupte: er hat Rachkleider angelegt, und hat sich gleichsam bedecket, wie mit dem Mantel des Eifers.

18. Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet.

18. Als der zur Rache eifert, seinen Feinden im Zorn zu vergelten, und seine Widersacher zu bezahlen: er wird es den Inseln vergelten.

19. So

℣. 5. *Ova aspidum ruperunt.* Noxia & plena veneno pararunt. Diabolus, qui aspidis nomine designatur. *Telas araneæ.* Aniles fabulas inusitantes. Hier. *Morietur, hoc est, qui consiliis eorum acquieverit, prava consilia, tanquam ova in cordibus impiorum format, quæ postea excluduntur, dum pessima cogitata in actus erumpunt.*

℣. 7. *Pedes eorum ad malum currunt.* Verba Apostoli, Rom. 3. ex hoc loco potius videntur desumpta, quam ex Psalm. 13. teste Hieron. in præfat. in l. 16. Isaiæ.

℣. 8. *Omnis, qui calcat in eis* semitis, *ignorat pacem.* Qui tortuosa eorum consilia sequitur, infelix erit.

℣. 9. *Propter hoc elongatum est judicium a nobis.* Recessit a nobis vera justitia.

℣. 10. *Impegimus - in caliginosis quasi mortui.* Hebr. In sepulchris quasi cadavera.

℣. 11. *Rugiemus quasi ursi.* Cum eripiuntur iis catuli. *Columbæ.* Hieron. Absque sensu & intelligentia, scripturarum tantum verba meditantes. *Expectavimus judicium.* Salutem. *Et non erit.* Quia longe migravit ad gentes.

℣. 12. *Et peccata nostra responderunt nobis.* Adversus nos testimonia protulerunt; vel nobis adversantur. Hier. *Reddit causas, quare rugierint.* Unde S. Aug. addit: *Semper de peccato doleas, & te non semper doluisse doleas.*

℣. 13. *Et aversi sumus, ne iremus post tergum Dei nostri.* Ne ejus vocem & vocationem, præcepta & vestigia ejus sequeremur.

℣. 16. *Et vidit, quia non est vir* justus in terra: jam Propheta loquitur in propria persona, vel non est, qui irato Deo precibus occurrat ad depellenda mala, quæ imminent. *Aporiatus est.* Perplexus hæsit, coarctatus; ἀπορία, angustia: loquitur humano more: sed compatiens populo suo ab omnibus deserto, remedium a seipso petiit. *Et salvavit sibi brachium suum.* Et salutem mundi quæsivit a potentia sua. *Et justitia ejus confirmavit eum.* Justam satisfactionem repetens ex meritis Filii sui incarnati.

℣. 17. *Indutus est justitia, ut lorica.* Quæ sequuntur, ad incarnationem Verbi, & Ecclesiæ ædificationem referri commode possunt, sicut ad vindictam, quando eos Romanus cinxit exercitus. Indutus est justitia, ad salvandos homines. *Indutus est* Messias, armatus contra diaboli tyrannidem.

℣. 18. *Insulis vicem reddet.* Etiam insulis & remote habitantibus, urbes eorum vicosque subvertet.

19. So werden die vom Niedergang den Namen des HErrn fürchten, und die vom Aufgang der Sonne seine Herrlichkeit: wann er nun kommen wird, wie ein gewaltiger Strom, den der Geist des HErrn forttreibet:

20. Und wann Sion der Erlöser kommen wird, und denen, welche in Jacob von der Ungerechtigkeit wieder umkehren, spricht der HErr.

21. Dieß ist mein Bund mit ihnen, spricht der HErr: Mein Geist, der in dir ist, und meine Worte, die ich in deinen Mund gelegt habe, sollen von deinem Munde nicht weichen, noch von dem Munde deines Saamens, noch von deines Saamens Saamen Munde, spricht der HErr, von nun an bis in Ewigkeit.

Das sechzigste Capitel.

I. Die Kirche Christi wird sich bey allen Völkern ausbreiten, und die Fürsten der Heyden, so dieselbe verfolgen, werden ihr dienen. 10 II. Letztlich, und sonderlich beschreibet er die im Himmel ewiglich triumphirende Kirche. 18.

1. Stehe auf, Jerusalem, und werde erleuchtet: denn dein Licht ist kommen, und die Herrlichkeit des HErrn ist über dich aufgegangen.

2. Denn siehe, Finsterniß wird die Erde bedecken, und Dunkelheit die Völker: aber über dich wird der HErr aufgehen, und in dir wird man seine Herrlichkeit schauen.

3. So werden die Heyden in deinem Lichte wandeln, und die Könige im Glanze deines Aufgangs.

4. Hebe deine Augen auf ringsherum, und siehe: diese alle haben sich versammelt, und kommen zu dir: deine Söhne werden von ferne kommen, und deine Töchter werden zur Seite aufstehen.

5. Alsdann wirst du es sehen, und wirst Ueberfluß haben, auch wird sich dein Herz verwundern, und ausbreiten, wann die Menge des Meers sich zu dir wird bekehren, und die Macht der Heyden zu dir kommen.

6. Die Menge der Cameele wird dich überdecken, und die Drommelthiere aus Madian und Epha: sie werden alle aus Saba kommen, Gold und Weihrauch bringen, und dem HErrn Lob verkündigen.

7. Alles Vieh zu Cedar wird man zu dir versammeln, die Widder zu Nabajoth werden dir dienen: man wird sie auf meinem angenehmen Altare opfern, und ich will das Haus meiner Majestät herrlich machen.

8. Wer sind diese, welche daherfliegen wie die Wolken, und wie die Tauben zu ihren Fenstern.

9. Denn die Inseln warten auf mich, und die Schiffe des Meers von Anbeginn, daß ich deine Kinder von ferne herbringe, ihr Silber, und ihr Gold mit ihnen, dem Namen des HErrn deines GOttes, und dem Heiligen Israel, dieweil er dich herrlich gemacht hat.

I. 10. Und die Kinder der Fremdlinge werden deine Mauren bauen, und ihre Könige werden dir dienen: denn ich habe dich geschlagen in meinem Zorn, und in meiner Versöhnung habe ich mich über dich erbarmet.

19. Et timebunt, qui ab Occidente, nomen Domini, &, qui ab ortu solis, gloriam ejus: cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit:

20. Et *f* venerit Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus. *f Rom. 11. 26.*

21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo & usque in sempiternum.

CAPUT LX.

I. Ecclesia ad exultationem excitatur, quod in ea Domini gloria reluceat, & ad eam accessuræ sint plurimæ nationes. 10. II. Quod in ea pax, justitia & laus Dei: eritque Dominus ei in lucem & gloriam sempiternam. 18.

1. Surge, illumināre Jerusalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. ** IN EPIPH. DOMIN.*

2. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.

4. Leva *a* in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. *a Sup. 49. 18.*

5. Tunc videbis, & affluës, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes°.

7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabajoth ministrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum majestatis meæ glorificabo.

8. Qui sunt isti, qui ut nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?

9. Me enim insulæ expectant, & naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis, nomini Domini Dei tui, & Sancto Israel, quia glorificavit te.

I. 10. Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui.

11. Et

℣. 19. *Cum venerit* filius Dei, *quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini*, ventus, *cogit*. Hujus cursum prohibere nemo poterit.

℣. 20. *Et venerit Sion* i. Sioni *redemptor*. Hieron. *Veniet Christus, qui redimet Sion sanguine suo.*

℣. 21. *Hoc fœdus meum cum eis*. Sunt verba Dei ad Ecclesiam. Hieron. *Quod vel ad Isaiam dicitur, ut mihi videtur, vel ad Dominum, ut plerique existimant: igitur ad Isaiam sic ordo connectetur: Hoc est pactum Evangelii sempiternum, ut spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore tuo, per quæ ventura prædicis, de tuo ore non discedant, nec de filiorum tuorum ac nepotum, ut omnis per seriem generatio demonstretur, quod scilicet gratia prophetarum in Apostolos veniat, & in eos de Israel, qui per Apostolos credituri sunt. Spiritus Dei in Ecclesia usque ad finem sæculorum permanebit.*

CAPUT LX.

℣ 1. *Surge, illuminare Jerusalem*. Ut quæ cecidit in Synagogis, surgat in Ecclesiis, Ecclesiam alloquitur Propheta.

℣. 2. *Et gloria ejus in te videbitur*. Lux vera non est alibi quam in Ecclesia.

℣. 4. *Leva in circuitu oculos tuos*. Hieron. Dicitur hoc ad Ecclesiam, quæ per Apostolos congregata est in Sion. *De latere surgent*. Lac sugent e mammis tuis, ex Hebræo.

℣. 5. *Multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi*. Per multitudinem maris intelliguntur gentes insulares, vel *populus & plebs*, per fortitudinem gentium *principes*.

℣. 6. *Omnes de Saba venient* i. plurimi ex Arabia felice, Chald. Omnes hi.

℣. 7. *Arietes Nabajoth ministrabunt tibi*. Nabajoth filius est Ismaelis, qui deserto hujus regionis nomen dedit; ex Hier. conversionem gentium & sacrificia spiritualia designat. *Offerentur*. Hebr. Offerent tibi, proprie intelliguntur, qui de gentibus electi in sacerdotium ministri sunt Salvatoris. Hieron. *Cedar*, Saracenorum regio.

℣. 8. *Qui sunt isti, qui ut nubes volant*. Apostoli & prædicatores Apostolici, qui e terra sublati ut nubes, quocumque feruntur a Spiritu sancto, fertilitatem terris afferunt. *Et quasi columbæ*. Hebr. *Ad fenestras columbarii sui*, revertuntur. Columbæ dicuntur propter celeritatem volatus, & simplicitatem: celeritatem quoque gentium confluentium in Ecclesiam exprimit. Hieron. Miratur Ecclesia de circumcisionis primum populo congregata volare ad se gentium turbam toto orbe terrarum, & assumptis aliis Spiritus sancti festinare.

℣. 9. *Me expectant & naves maris in principio*. In primis, præ cæteris, vel in principio fidei.

Apoc c. 21. 25.

11. Et *b* aperientur portæ tuæ jugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo entium, & reges earum adducantur.

12. Gens enim & regnum, quod non servierit tibi, peribit: & gentes solitudine vastabuntur.

13. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus simul ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo.

14. Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini, Sion Sancti Israel.

15. Pro eo, quod fuisti derelicta, & odio habita, & non erat, qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem & generationem.

16. Et suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies, quia ego Dominus salvans te, & redemptor tuus Fortis Jacob.

17. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos justitiam.

II. 18. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.

c Apoc. 21. 23. & 22. 5.

19. Non *c* erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20. Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

21. Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

22. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore ejus subito faciam istud.

CAPUT LXI.

I. Describens Christus suum officium agit de humani generis reparatione, Apostolorum prædicatione & gentium conversione: II. De consolatione credentium & gloria ministrorum: 6. III. Ecclesia lætabunda pro sua felicitate Deo gratias agit. 10.

a Luc. 4. 18.

1. Spiritus Domini *a* super me, eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem ca-

11. Und deine Pforten werden allezeit offen stehen: Tag und Nacht sollen sie nicht geschlossen werden, auf daß man die Macht der Heyden zu dir führe, und ihre Könige herzubringe.

12. Denn das Volk und Königreich, so dir nicht dienen wird, das wird zu Grund gehen: und die Heyden sollen verheeret, und verwüstet werden.

13. Die Herrlichkeit des Libani wird zu dir kommen, die Tannen und Buxbäume, und Feichten* zugleich, den Ort meines Heiligthums zu zieren: und ich will den Ort, da meine Füße stehen, herrlich machen. * Buchbäume.

14. Und die Kinder derjenigen, welche dich gedemüthiget haben, werden gebeugt zu dir kommen: und alle, die dich geschmähet haben, werden die Fußstapfen deiner Füße anbethen, und dich nennen die Stadt des HErrn, die Sion des Heiligen Israels.

15. Darum, daß du verlassen, und verhaßt gewesen bist, und niemand war, der durch dich wandelte, so will ich dich zur Herrlichkeit machen ewiglich, und zur Freude von einem Geschlechte zum andern.

16. Und du wirst die Milch der Heyden saugen, und von der Könige Brüste ernähret werden: und du solst wissen, daß ich der HErr dein Heiland bin, und dein Erlöser der Starke Jacobs.

17. Für Erz will ich Gold bringen, und für Eisen will ich Silber bringen, und für Holz Erz, und für Steine Eisen: und ich will machen, daß Friede deine Heimsuchung sey, und Gerechtigkeit deine Vorsteher.

II. 18. Man wird in deinem Lande von Ungerechtigkeit nicht mehr hören, noch von Verwüstung und Verheerung in deinen Gränzen, und Heil wird deine Mauren einnehmen, und Lobgesang deine Pforten.

19. Die Sonne soll dir des Tages nicht mehr scheinen, und der Glanz des Mondes soll dich nicht erleuchten: sondern der HErr wird dir zum ewigen Lichte seyn, und dein GOtt wird deine Herrlichkeit seyn.

20. Deine Sonne wird nicht mehr untergehen, und dein Mond wird nicht abnehmen: denn der HErr wird dir zum ewigen Lichte seyn, und die Tage deines Trauerns werden ein Ende nehmen.

21. Dein Volk aber, alle Gerechten, werden das Erdreich ewiglich besitzen, als ein Zweig meiner Pflanzung, und ein Werk meiner Hand, mich zu loben.

22. Der Geringste soll zu Tausenden werden, und der Kleinste zu einem sehr starken Volke: ich der HErr will solches zu seiner Zeit eilends in das Werk richten.

Das ein und sechszigste Capitel.

I. Christus offenbaret, daß er sey gesalbet von dem H. Geiste, damit er die Betrübten tröste, und erlöse: 1. II. Daß seine Apostel und Priester werden die Heyden überwinden, und der Saame seyn, den GOtt gesegnet: 6. Sion, das ist, die christliche Kirche, frohlocket deshalben, und preiset GOtt 10.

1. Der Geist des HErrn ist über mir, darum, daß der HErr mich gesalbet hat: er hat mich gesandt, den Sanftmüthigen zu verkündigen, und gesund zu machen, die eines zerknirschten Herzens sind, und den Gefangenen

---

℣. 13. *Gloria Libani ad te veniet.* Alludit ad fabricam templi Salomonis, & ad Arcam Dei. *Abies & buxus.* Juxta Hieron. *Abies*, Ecclesiæ decorem & stabilitatem iis arboribus designat.

℣. 15. *Ponam te in superbiam sæculorum.* Gratiam, potentiam, gloriam, quæ soli Ecclesiæ aptari possunt. *In superbiam.* Hier. Sive in exultationem & gaudium duarum nationum pro pristinis ramis, aliis insertis de oleastro nationum.

℣. 16. *Et suges lac gentium.* 70. *divitias Regum comedes.* i. gentes & reges fovebunt te sicut mater parvulum.

℣. 17. *Ponam visitationem tuam pacem.* Visitationem i. paternam pastorum curam. 70. *Dabo principes tuos in pace.* Pacifice regnantes.

℣. 18. *Et occupabit salus muros tuos.* Hebr. *Muros vocabis salutem, & portas tuas laudatio.* Summa erit securitas, nullus hostis oppugnabit.

℣. 19. *Non erit tibi amplius sol ad lucendum* in cœlesti beatitudine necessarius. Ecclesiæ triumphantis statum describit. *Civitas non eget sole.* Apoc. 21.

℣. 20. *Et complebuntur dies luctus tui.* Finientur dies pœnitentiæ.

℣. 21. *Populus autem tuus omnes justi - hæreditabunt terram*, sc. viventium i. cœlum. *Germen plantationis meæ.* Hebr. Plantarum ejus posteritas. *Opus manus meæ ad glorificandum.* Hebr. In opus manuum mearum: ob mea beneficia glorietur.

℣. 22. *Minimus erit in mille.* i. parva familia valde crescet. Hebr. Pauciſſimus, rarus familiæ numerus, Hieron. Tunc qui parvulus fuit, erit in mille. Ecclesia a parvis initiis in magnam excrevit arborem.

CAPUT LXI.

℣. 1. *Spiritus Dominus super me.* Præsentia sancti Spiritus primo loco designatur; requievit in Baptismo Christi. 2. Unctio interior. *Eo quod unxerit me.* 70. Propterea unxit me. 3. Missio Christi. *Ad annuntiandum mansuetis.* 70. legunt: *Evangelizare pauperibus misit me.* Adeo ut iidem sint pauperes spiritu & mansueti. Missio unctionem, hæc Spiritus sancti præsentiam supponit. *Ut mederer contritis corde*, ut vulnera alligarem. Citatur hic locus a Domino, ut habetur in versione 70. textus hebræus quantum ad verba & sensum nonnihil discrepat. In quo quidem versio 70. a Christo Domino identidem prolata, plurimum commendatur.

fangenen Erledigung, und den Eingeschloßnen Eröffnung zu predigen:

2. Daß ich dem HErrn ein Jahr der Versöhnung ausriefe, und den Tag der Rache unserm GOtt: daß ich alle Betrübte tröstete:

3. Daß ich sollte denen, die über Sion traureten, vorlegen, und geben die Krone * für Asche, Freudenöl für Klagen, den Mantel des Lobes für ein trauriges Gemüth: und man wird sie darinnen die Starken der Gerechtigkeit nennen, die Pflanzung des HErrn zu seinem Lobe.

* Ehrenkrone

4. Und sie werden bauen, was vormals wüste gewesen, und aufrichten, was von Alters zerfallen ist, und werden verlassene Städte, welche von einem Geschlechte zum andern wüste gelegen, von neuem ausbauen.

5. Und die Fremden werden stehen, und euer Vieh weyden: und der Ausländer Kinder werden eure Ackersleute und Weingärtner seyn.

II. 6. Ihr aber sollet Priester des HErrn genennet werden: und man wird zu euch sagen: Ihr Diener unsers GOttes: ihr werdet die Stärke der Heyden essen, und in ihrer Herrlichkeit prangen.

7. Für eure zweyfache Schande und Schmach werden sie sich ihres Theils berühmen: denn sie werden deswegen in ihrem Lande einen zweyfachen Theil besitzen, und ewige Freude haben.

8. Denn ich bin der HErr, der ich das Recht lieb habe, und hasse im Brandopfer, was geraubet ist: und ich will ihr Werk in der Wahrheit anordnen, und einen ewigen Bund mit ihnen aufrichten.

9. Man wird auch ihren Saamen unter den Heyden kennen, und ihr Gewächs mitten unter den Völkern: alle, die sie anschauen, werden sie kennen, daß sie der Saame sind, den der HErr gesegnet hat.

III. 10. Ich will mich im HErrn erfreuen, und fröhlich seyn, und meine Seele soll frohlocken in meinem GOtt: denn er hat mir die Kleider des Heils angezogen, und hat mich umgeben mit dem Gewande der Gerechtigkeit, wie ein Bräutigam mit dem Kranz gezieret, und eine Braut mit Zierath ausgeschmücket wird.

11. Denn gleichwie die Erde ihr Gewächs hervorbringet, und wie der Garten seinen Saamen aufgehen läßt: also wird GOtt der HErr die Gerechtigkeit aufgehen lassen, und das Lob vor allen Heyden.

Das zwey und sechezigste Capitel.

I. Der Prophet will von dem Gebethe nicht nachlassen, bis der Heiland ankomme. 1. II. Weißaget, daß die Kirche einen neuen Namen von dem HErrn bekommen werde, nämlich: Mein Will in ihr. 4. III. GOtt selbsten verheißt, daß er sie nimmer verlassen wolle. 8.

ptivis indulgentiam, & clausis apertionem:

2. Ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro: *b* ut consolarer omnes lugentes: *b* Matth. 5. 5.

3. Ut ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

4. Et *c* ædificabunt deserta a sæculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates desertas, dissipatas in generationem & generationem. *c* Sup. 58. 12.

5. Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra: & filii peregrinorum agricolæ & vinitores vestri erunt.

II. 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum superbietis.

7. Pro confusione vestra duplici, & rubore laudabunt partem suam: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

8. Quia ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocausto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.

9. Et scient in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus.

III. 10. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me vestimentis salutis, & indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dominus Deus germinabit justitiam, & laudem coram universis gentibus.

CAPUT LXII.

I. Propheta non cessat propter impios Christum petere & annuntiare. 1. *II. Vaticinatur de gloria & exaltatione Ecclesiæ, ex Dei gratuito beneficio & de Evangelio per orbem divulgando.* 4. *III. Deus perpetuam assistentiam suam promittit Ecclesiæ.* 8.

1. Pro-

℣. 2. *Ut prædicarem annum placabilem.* Reconciliationis. Hieron. Omne prædicationis ejus, quo in carne versatus est, tempus intellige.

℣. 3. *Ut ponerem lugentibus Sion.* 70. Consolari omnes lugentes. S. Bern. *Multorum lacrymæ non merentur consolationem; quia non de corde procedunt:* nam facili illicio solvuntur in risum. Hinc dicitur *lugentibus Sion:* non Jericho aut Babylon. Qui lugent pro mundi aut mundi delectationibus, non merentur consolari a Deo. *Et darem coronam pro cinere.* Gloriam pro abjectione. *Pallium laudis.* Græc. amictum gloriæ, amplum gaudium. *Et fortes justitiæ,* fortes in justitia. *Plantatio Domini.* Hebr. Arbores justitiæ, plantatæ a Domino, ut eum glorificent. Quod præcipue convenit Apostolis & Pastoribus.

℣. 4. *Et ædificabunt deserta a sæculo.* Quæ fuerant deserta.

℣. 5. *Stabunt alieni & pascent pecora vestra.* Ad nutum præsto erunt ad quævis ministeria.

℣. 6. *Et in gloria earum* sc. gentium *superbietis.* Aquila vertit, purpura vestiemini; ut insigne regii decoris ostenderet. Hieron.

℣. 7. *Pro confusione vestra duplici.* i. multiplici. *Laudabunt partem suam.* Qui Deus est; vel laudabitis partem vestram. Gratulabimini vobis ob talem ministerii sortem, quæ vobis obtigit.

℣. 8. *Quia ego Dominus -- odio habens rapinam in holocausto.* Hieron. Magis Deus diligit paupertatem, quam divitum munera, quæ de rapinis sunt & iniquitate. Hebr. *Odi holocaustum e rapina & furto* Græc. rapinam ex injustitia. *Et dabo opus eorum in veritate.* Opus pro mercede operis: dabo eis mercedem fidelem: quæ ad Ecclesiam omnino spectant. Hieron. *Ut nequaquam sicut in lege umbra veritatis, sed ipsa sit veritas.*

℣. 9. *Et scient in gentibus semen eorum.* Illustre erit etiam apud infideles semen illud spiritale Apostolorum: & omnes futuræ generationes suscipient semen doctrinæ Dei. *Cognoscent.* Hieron. Omnis, qui viderit eos, prima fronte cognoscet, quia semen sit, cui benedixerit Dominus. Quis enim ex ordine vitæ cunctisque virtutibus non intelligat populum Dei?

℣. 10. *Induit me vestimentis salutis.* Ecclesia est Christi corpus & sponsa; ut corpus, & ut sponsa ornatur monilibus suis, ac donis Spiritus sancti. S. Greg. ait: *Cum vestimento induimur ex omni parte circumdamur; igitur vestimento salutis induitur, quisquis a languore peccati interius undique custoditur: & indumento justitiæ circumdatur, qui undique bono opere protegitur, ut nullam partem actionis suæ peccato nudam relinquat.* Quod reliquum est in hoc capite, est velut canticum exultantis Ecclesiæ. *Quasi sponsam.* Decoratam corona nuptiali.

℣. 11. *Sicut terra profert germen suum.* Virtus, quæ a Deo proficiscitur, paulatim adolescit instar plantæ. *Germinabit.* Germinare faciet.

1. Propter Sion non tacebo, & propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, & salvator ejus, ut lampas accendatur.

2. Et videbunt gentes justum tuum, & cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit.

3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.

II. 4. Non vocaberis ultra derelicta: & terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis: Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata: quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.

5. Habitabit enim juvenis cum virgine, & habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam: & gaudebit super te Deus tuus.

6. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis.

7. Et ne detis silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Jerusalem laudem in terra.

III. 8. Juravit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis: & si biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti.

9. Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum: & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.

10. Transite, transite per portas, *a* præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & elevate signum ad populos. *a Sup.* 57. 14.

11. Ecce, *b* Dominus auditum fecit in extremis terræ: * Dicite filiæ Sion: Ecce, Salvator tuus venit: ecce, merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. *b Zach.* 9. 9. *Matth.* 21. 5. * *FER.* 4. *MAJOR. HEBD. EPIST.* 1.

12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis: Quæsita civitas, & non derelicta.

CAPUT LXIII.

I. Describit propheta Christum victorem, sed sanguine aspersum, quod solus vicisset hostes: 1. II. Laudat Deum ob præstita Israëlitis beneficia: 7. III. Miserationum

1. Um Sion willen will ich nicht schweigen, und um Jerusalem willen will ich nicht ruhen, bis daß ihr Gerechter hervorgehe, wie ein Glanz, und ihr Heiland, wie eine Fackel werde angezündet.

2. So werden die Heyden deinen Gerechten sehen, und alle Könige deinen Herrlichen: und man wird dir einen neuen Namen geben, den der Mund des HErrn nennen wird.

3. Und du wirst in der Hand des HErrn ein Ehrenkranz seyn, und eine königliche Krone in der Hand deines GOttes.

II. 4. Man wird dich hinfüro nicht nennen die Verlassene: dein Land wird auch nicht mehr verwüstet heißen: sondern du wirst genennet werden: Mein Wohlgefallen an ihr, und dein Land soll das bewohnte Land heißen: denn der HErr hat einen Wohlgefallen an dir, und dein Land soll bewohnet werden.

5. Denn der Jüngling wird bey der Jungfrauen wohnen, und deine Kinder werden in dir ihre Wohnung haben. Und wie sich ein Bräutigam erfreuet über seine Braut: also wird sich dein GOtt über dich erfreuen.

6. Jerusalem! ich habe Wächter bestellet auf deine Mauren, sie werden weder Tag noch Nacht schweigen, zu ewigen Zeiten. Schweiget ihr auch nicht, die ihr an den HErrn gedenket.

7. Lasset ihm auch nicht zu, daß er schweige, bis er bestätige, und bis er Jerusalem zum Lobe setze auf Erden.

III. 8. Der HErr hat bey seiner rechten Hand geschworen, und bey dem Arme seiner Stärke: Wo ich dein Getrayd hinfüro deinen Feinden zur Speise geben werde: und wo die fremden Kinder deinen Wein trinken werden, daran du gearbeitet hast.

9. Denn die das Getrayd sammeln, die sollen es auch essen, und den HErrn loben: und die den Wein zusammenbringen, die sollen ihn auch trinken in meinen heiligen Vorhöfen.

10. Gehet hin, gehet hin durch die Thore, bereitet dem Volke den Weg, machet die Bahn eben, räumet die Steine hinweg, und richtet das Panier auf zu den Völkern.

11. Siehe, der HErr hat es hören lassen an den äußersten Gränzen der Welt: Saget der Tochter Sion: Siehe, dein Heiland kömmt: siehe, seine Belohnung ist bey ihm, und sein Werk ist vor ihm.

12. Und man wird sie nennen ein heiliges Volk, die Erlößten vom HErrn. Aber du wirst heißen: Die gesuchte Stadt, und nicht die verlassene.

Das drey und sechzigste Capitel.

I. Isaias beschreibet den blutigen Sieg Christi wider seine Feinde: 1. II. Lobet GOttes Barmherzigkeit, so er seinem Volke erwiesen, obschon er jetzt Israel wegen der Sünde verlassen:

CAPUT LXII.

℣. 1. *Propter Sion non tacebo.* i. non cessabo Deum orare. De Ecclesia Christi proprie loquitur. In gratiam societatis fidelium non cessabo ab annuntiando Christi adventu, donec egrediatur ut splendor *justus ejus, & salvator ejus, ut lampas accendatur.* Hæc Christo conveniunt, non Cyro, ut Grotius opinatur. Hier. Nunc Prophetæ introducitur persona: diebus ac noctibus ora non claudam, nec mea unquam reticebit oratio: sed tamdiu clamabo, & preces jungam precibus, donec veniat, qui promissus est, & splendore suo cunctum orbem illuminet.

℣. 2. *Et vocabitur tibi nomen novum.* Nam fideles Christiani dicti sunt: forte etiam nomen illud ob insignem Ecclesiæ dotem v. 4. insinuatur: *Voluntas mea in ea.* Seu dilecta sponsa: non vocaberis ultra derelicta. Hieronymus: *Hoc est autem Hebraicæ consuetudinis, ut ex eventu rebus semper vocabula imponant.*

℣. 5. *Habitabit enim juvenis cum virgine,* Chald. & 70. sicut habitat juvenis cum Sponsa. *Et habitabunt.* Chald. & 70. sic habitabunt in te filii tui.

℣. 6. *Super muros tuos Jerusalem constitui custodes.* Prædicatores, i. Pastores. *Non tacebunt.* Officium suum complebunt. Mystice a laude Dei non cessabunt. Vel non tacebunt a confessione peccati. Aug. ibi in gloss. *Pharisæus tacuit peccata, & clamavit merita: tacuit peccata & clamavit de meritis præsumptionem: sana membra medico ostendebat, vulnera tegebat.* Contra quod dicit Greg. *Si medicinam exspectas, oportet, ut vulnus detegas.* Seneca: *Vulnera clausa plus cruciant: sed dum putredo, quæ intus fervet, ejicitur, ad salutem vulnus aperitur. Qui reminiscimini.* Qui custodes estis, & quasi mediatores Deum inter & populum.

℣. 7. *Ne detis silentium ei.* Domino: clamate ad aures ejus, donec Jerusalem, quæ concidit in Judæis, in totius orbis terrarum laude versetur.

℣. 8. *Juravit Dominus in dextera sua.* i. per dexteram suam, potentiam & misericordiam. Glossa Ord. Juravit Dominus in dextera, id est, in Filio, unde Psal. 103. Omnia in sapientia fecisti, qui & brachium seu fortitudo Patris. Unde Joan. 1. Omnia per ipsum facta sunt.

℣. 9. *Bibent in atriis sanctis meis.* Alludit ad decimas & hostias pacificas, quas Judæi comedebant in atrio Domini. Deut. 14. Triticum quoque, de quo panis cœlestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus: *Caro mea vere est cibus;* rursumque de vino: *Et sanguis meus vere est potus.*

℣. 10. *Eligite lapides.* Gregor. in lib. 1. Regum, cap. 11. Gentibus ad Ecclesiam confluentibus. *Eligite lapides.* Colligite, submovete; juxta 70. projicite de via lapides, qui infideles a credentibus separant: quod ne putarent Judæi de se dici, jungitur: *Elevate signum in gentes.* Hieron. *Eligit lapides vir Ecclesiasticus, qui omnem emollit de credentium corde duritiem.*

℣. 11. *Ecce salvator tuus venit.* Non Cyrus nisi in typo, sed Christus, qui secum defert coronam & mercedem, quam largiri vult.

℣. 12. *Tu autem vocaberis: Quæsita civitas.* Ad quam multi confluunt, Ecclesiam scilicet.

sen: 7. III. Begehret, GOtt wolle an die vorige Barmherzigkeit gedenken. 15.

1. Wer ist dieser, der von Edom kömmt mit den gefärbten Kleidern von Bosra? der Schöne in seinem langen Kleide, der daher tritt in seiner großen Stärke? Ich bin es, der ich die Gerechtigkeit rede, und bin ein Beschirmer zum Heile.

2. Warum ist aber dein Gewand roth, und deine Kleider wie derjenigen, so die Kälter tretten?

3. Ich habe die Kälter allein getretten, und ist niemand aus den Völkern mit mir: ich habe sie getretten in meinem Grimme, und habe sie zertretten in meinem Zorne: und mein Gewand ist mit ihrem Blute besprenget, und ich habe alle meine Kleider besudelt.

4. Denn der Tag der Rache ist bestimmet in meinem Herzen, das Jahr meiner Erlösung ist herangekommen.

5. Ich habe umgesehen, und da war kein Helfer: ich habe auch gesucht, und war niemand, der Beystand thät: und mein Arm hat mir geholfen, und mein Unwillen selbst ist mir beygestanden.

6. Da habe ich die Völker in meinem Grimme zertretten, und habe sie trunken gemacht in meinem Zorne, und habe ihre Kraft zur Erde gezogen.

II. 7. Ich will an die Erbarmungen des HErrn gedenken, und an das Lob des HErrn über alles, was uns der HErr vergolten, und über die Menge der Wohlthaten am Hause Israel, die er ihnen erzeiget hat nach seiner Gütigkeit, und nach der Menge seiner Erbarmungen.

8. Und er sprach: Es ist gleichwohl mein Volk, sie sind Kinder, die nicht verläugnen: und er ist ihnen zum Heilande worden.

9. In aller ihrer Trübsal ist er nicht betrübet worden, und der Engel, der vor seinem Angesichte ist, hat ihnen ausgeholfen: durch seine Liebe, und durch seine Gnade hat er sie erlöset, und sie getragen, und aufgehoben alle die Tage von alten Jahren her.

10. Aber sie reizten ihn zum Zorne, und betrübten den Geist seines Heiligen: darum ward er ihnen zum Feinde, und stritt selbst wider sie.

11. Und er gedachte an die alten Tage, an Moysen, und an sein Volk: Wo ist nun der, welcher sie mit den Hirten seiner Heerde aus dem Meere geführet hat? wo ist der, der den Geist seines Heiligen unter sie gegeben hat?

12. Der Moysen durch den Arm seiner Majestät bey der rechten Hand ausgeführet, und das Wasser vor ihnen von einander geschieden hat, auf daß er sich einen ewigen Namen machte:

13. Der sie durch die Tiefe geführet hat, wie ein Roß in der Wüste, so nicht anstoßet.

Domini memor ipsius misericordiam super populum a Deo propter peccata desertum invocat. 15.

1. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego, qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum.

2. Quare *a* ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *a Apoc. 19. 13.*

3. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.

4. Dies *b* enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. *b Sup. 34. 8.*

5. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsivi, & non fuit, qui adjuvaret: & salvavit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6. Et conculcavi populos in furore meo, & inebriavi *c* eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. *c Psalm. 75. 9. & Sup. 51. 21.*

II. 7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum.

8. Et dixit: Verumtamen populus meus est, filii non negantes: & factus est eis salvator.

9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei ejus salvavit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus sæculi.

10. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, & afflixerunt spiritum Sancti ejus: & conversus est eis in inimicum, & ipse debellavit eos.

11. Et recordatus est dierum sæculi, Moysi, & populi sui: *d* Ubi est, qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? ubi est, qui posuit in medio ejus spiritum Sancti sui? *d Exod. 14. 29.*

12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio majestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum:

13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. 14. Qua-

CAPUT LXIII.

℣. 1. *Quis est iste, qui venit -- tinctis vestibus de Bosra?* Civitas Moabitarum, quæ vindemiam significat; ut Edom, seu Idumæa, rubedinem: mysterium illud est absconditum, Prophetis tantum & Apostolis revelatum, gentes ad eandem cum Judæis hæreditatem vocatum iri per Christum, qui aspersione sui sanguinis formavit Ecclesiam. *Sanguis aspersus non deformitatem tribuit, sed decorem.* Hieronym. qui hæc addit: *Interrogant Angeli rei novitate perterriti: Quis est iste, qui de terra cruentus advenit in stola sua, in veste militari? Num triumphum Christi miratur Propheta, aut Ecclesia ipsa? ille respondet, ego qui loquor &c. cui Pater tradidit omne judicium; ut malis mala, & bonis retribuat bona.*

℣. 3. *Torcular calcavi solus.* Solus pugnavi & passus sum; victoriam hanc cruentam solus reportavi. *Calcavi eos* hostes *in furore meo.*

℣. 5. *Circumspexi & non erat auxiliator.* Christus unus hominum redemptionem perfecit, & fructus omnis in nos exundavit.

℣. 6. *Conculcavi populos in furore meo.* Non mactando, sed convertendo, expulsis erroribus. *Virtutem eorum.* Robur.

℣. 7. *Laudem Domini.* sc. cantabo: sequitur oratio ad Deum.

℣. 8. *Populus meus est, filii non negantes.* Chald. Non mentientes q. d. fidem servantes, de Hebræis a Deo liberatis per Moysem loquitur humano more. *Filii non negantes.* Fidem non negabunt, quasi nesciret fore, ut fidem fallerent. Hieronymus: *Verumtamen quia populus meus sunt, non peribunt in perpetuum, si me spernere & negare desierint.*

℣. 9. *In omni tribulatione eorum non est tribulatus.* Deus non est fatigatus eos adjuvando: vel tribulationes eos non oppresserunt. In Hebr. In omni angustia eorum ipse indoluit eorum malis: more humano loquitur ut sæpe, quod convenit cum Vulgata, si per interrogationem legatur, aut detrahatur negatio. *Angelus faciei ejus.* Qui Dei præsentiam exhibebat. *Salvavit eos.* Vel Angelus, qui coram eo adstabat, cum populus Deum offenderet, ejus tamen curam non abjecit.

℣. 10. *Ipsi -- & afflixerunt spiritum Sancti ejus.* Protectorem Sanctuarii, vel Spiritum sanctum, Spiritum Christi, uti & vers. 11. *Ubi est?* Nonne Deus ipse?

℣. 12. *Qui eduxit ad dexteram Moysen.* Qui dexteram ejus apprehendens deduxit.

℣. 13. *Qui eduxit eos per abyssos quasi equum in deserto non impingentem.* i. duxit eos per maris alveum, ut equum in planitie.

14. Quasi animal in campo descendens, Spiritus Domini ductor ejus fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.

e Deut. 26. 15. Baruch. 2. 16.

III. 15. Attende *e* de cœlo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ: ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16. Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster: a sæculo nomen tuum.

17. Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis, induraſti cor nostrum, ne timeremus te? convertere propter servos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

18. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam.

19. Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos.

CAPUT LXIV.

I. Fergit propheta orare, ut Deus mittat Messiam & concedat felicitatem, Deum expectantibus præparatam: 1. II. Confitetur ac luget populi sui iniquitates, immunditias & exilium: 6. III. Orat pro liberatione eorum ac conversione. 8.

1. Utinam dirumperes cœlos, & descenderes: a facie tua montes defluerent.

2. Sicut exustio ignis tabescerent: aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis, a facie tua gentes turbarentur.

3. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & a facie tua montes defluxerunt.

4. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: *a* oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te.

a 1. Cor. 2. 9.

5. Occurristi lætanti, & facienti justitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce, tu iratus es, & peccavimus: in ipsis fuimus semper, & salvabimur.

14. Wie ein Thier, das im Felde hinabgehet, der Geist des HErrn ist sein Führer * gewesen: also hast du dein Volk daher geführet, auf daß du dir einen herrlichen Namen machtest. * Geleitsmann.

III. 15. Schaue vom Himmel herab, und siehe von deiner heiligen Wohnung, und deiner Herrlichkeit: wo ist dein Eifer, und deine Stärke, die Menge deiner herzlichen Güte, und deiner Erbarmungen? sie haben sich gegen mir eingehalten.

16. Du bist ja unser Vater, denn Abraham hat uns nicht gekennt, und Israel hat nichts von uns gewußt: du HErr bist unser Vater, und unser Erlöser: das ist dein Name von alten Jahren her.

17. Warum hast du, o HErr, uns irren lassen von deinen Wegen, und hast unser Herz verhärtet, daß wir dich nicht fürchten? kehre wieder um, von wegen deiner Knechte, und wegen der Stämme * deines Erbtheils. * Zunft, Geschlecht.

18. Sie besitzen dein heiliges Volk, als wäre es nichts werth: unsere Feinde haben dein Heiligthum zertretten.

19. Wir sind worden, wie wir von Anfang waren, da du über uns nicht herrschtest, und da dein Name über uns noch nicht angerufen wurde.

Das vier und sechszigste Capitel.

I. Isaias bethet für das Volk, daß doch Christus einmal wolle vom Himmel kommen, und dasselbige erlösen: 1. II. Weil er versiehet, daß nicht die Juden, sondern die Heyden Christum werden aufnehmen, seufzet er darüber: 6. III. Bittet, daß Christus Jerusalem, und die Juden nicht ewiglich verstoßen wolle. 8.

1. Ach! daß du die Himmel zerrissest, und herab kämest: die Berge würden vor deinem Angesichte zerfließen.

2. Sie würden zergehen, wie ein Brand im Feuer: das Wasser würde vom Feuer brennen, damit dein Name deinen Feinden bekannt würde, und die Heyden sich schrecken vor deinem Angesichte.

3. Wann du Wunder thun wirst, so werden wir es nicht ertragen: du bist herabgekommen, und die Berge sind vor deinem Angesichte zerflossen.

4. Sie haben es von Anfang nicht gehöret, noch mit den Ohren vernommen: kein Auge hat es ohne dich gesehen, o GOtt, was du denjenigen bereitet hast, die auf dich warten.

5. Dem Fröhlichen, so die Gerechtigkeit wirkte, bist du entgegen gekommen: sie werden auf deinen Wegen an dich gedenken: siehe, du bist zornig geworden, weil wir Sünde begangen haben: wir sind immer darinn geblieben, und werden doch erlöset werden.

II. 6. Wir

¥. 14. *Quasi animal in campo descendens.* Deus leviter eos deduxit, quomodo pecus, quod in vallem descendit, & leniter duci solet. *Ut faceres.* Ut nominis tui gloria celebretur.

¥. 15. *Ubi est -- multitudo viscerum tuorum.* Benignitas tua. *Super me continuerunt se.* Hebr. In me se effuderunt cum impetu. S. Bern. *Cogitabas cogitationes pacis & non afflictionis, & ego nesciebam: at clavus penetrans, clavis reserans factus est mihi, ut pateant mihi viscera misericordiæ tuæ. Viscera autem Domini sunt interni affectus, quos nobis miseris effudit.*

¥. 16. *Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos.* i. non potest nos liberare. Hieronym. Non habet nos pro filiis, quia degeneres sumus, & recessimus a te. Chald. Non eduxit nos de Ægypto. *Tu Domine -- redemptor noster, a sæculo nomen tuum.* sc. celebre. 70. nomen tuum super nos.

¥. 17. *Quare errare nos fecisti.* i. permisisti *Domine.* q. d. ne sinas nos errare a viis tuis; aufer a nobis errorem & duritiem cordis. Loquitur Propheta in persona populi. Hieron. Non quod Deus erroris causa sit, & duritiæ; sed quod illius patientia nostram expectantis salutem, dum non corripit delinquentes, causa erroris duritiæque videatur. *Tribus hæreditatis tuæ.* Ex quibus nos ut rami e surculo orti sumus.

¥. 18. *Quasi nihilum*, rem vilissimam, *possederunt* hostes *populum sanctum tuum.* 70. *Convertere ad nos.* Ut modicum possideamus montis sancti tui.

¥. 19. *Facti sumus quasi in principio.* Cum nondum vocaremur, neque diceremur de nomine tuo populus Dei. Hieron. Antequam vocaremur in Abraham, & dum essemus in Ægypto.

CAPUT LXIV.

¥. 1. *Utinam dirumperes cœlos.* Continuatur oratio: Utinam amoveres omnes obices adventus tui. Chaldæus vocem Hebræam vertit: *Nonne.* Et alludit ad ea, quæ fecit Deus in monte Sinai: Dirupisti cœlos. S. Bernard. considerans hoc ardens Patrum desiderium ait: *Compungor & confundor in memetipso, & nunc vix lacrymas contineo, ita pudet teporis torporisque miserabilium temporum horum.*

¥. 2. *Sicut exustio ignis tabescerent.* Ut solent res igne fusæ. August. in Psalm. 96. *Qui sunt montes?* Superbi. *Aquæ arderent igni.* Alludit iterum ad descensum montis Sinai, ubi fulmina e nubibus disruptis micabant.

¥. 3. *Descendisti, & a facie tua montes defluxerunt.* Video te hominem factum; quasi voti sui compos loquitur Propheta.

¥. 4. *Oculus non vidit &c.* Hæc verba citat Apostolus, 1. Cor. 2. Quæ ad mysteria Christianæ religionis referunt plerique interpretes, & ad bona vitæ æternæ. Hæc mysteria & dona ante occultata fuerant in prophetis, tum manifestata per Christum: sed communior est & verior interpretatio de futura beatitudine.

¥. 5 *Occurristi lætanti & facienti justitiam.* Gentilibus cum lætitia excipientibus te, & operantibus bene. *In viis tuis recordabuntur tui.* i. tuorum exemplorum; quia ut ait Bern. *Delicatus miles sua non sentiet vulnera, dum benigni ducis vulnera intuebitur. Peccavimus.* Licet peccaverimus. *Salvabimur.* Per tuam tamen misericordiam, conversi salvabimur. Sancti homines ex Judæis peccata totius populi quasi sua commemorant.

II. 6. Wir sind alle miteinander worden, wie einer, der unrein ist, und alle unsere Gerechtigkeiten sind wie das Tuch eines mondsüchtigen* Weibes: wir sind alle dahin gefallen, wie ein Blat, und unsere Sünden haben uns hinweggeführt, wie der Wind. *unreinen

7. Es ist keiner, der deinen Namen anrufe: der aufstehe, und sich an dich halte: du hast dein Angesicht vor uns verborgen, und hast uns um unserer Sünden willen zerstoßen.

III. 8. Und nun, HErr, du bist unser Vater, wir aber sind Leim: so bist du unser Hafner*, und wir alle sind Werke deiner Hände. *Schöpfer.

9. Zürne nicht zu sehr, o HErr, und gedenke hinfüro nicht an unsere Missethat: siehe, und nimm in acht, daß wir alle dein Volk sind.

10. Die Stadt deines Heiligen ist zur Wüste worden, ja Sion ist zur Wüste worden, und Jerusalem ist zerstöret.

11. Das Haus unserer Heiligung, und unserer Herrlichkeit, darinn unsere Väter dich gelobet haben, ist mit Feuer verbrannt, und alles, was wir anmuthiges hatten, ist verwüstet worden.

12. Wirst du dich dann hierüber noch einhalten, o HErr, willst du schweigen, und uns so heftig strafen?

Das fünf und sechszigste Capitel.

1. GOtt beantwortet der Juden Klage: daß sie die ersten, so von ihm abgewichen; die Heyden aber ihn gesucht haben: darum seyen diese aufgenommen, sie aber verstoßen worden: 1. II. Verspricht, daß auch etliche von den Juden sich zu Christo bekehren werden. 8. III. Zeiget an, in was für Gnade und Glückseligkeit die Gläubigen leben werden. 13.

1. Es haben mich gesucht, die zuvor nach mir nicht fragten, und die mich nicht suchten, haben mich gefunden. Ich sprach zu einem Volke, das meinen Namen nicht anrief: Siehe, hie bin ich, siehe, hie bin ich.

2. Den ganzen Tag habe ich meine Hände ausgestrecket, zu einem unglaubigen Volke, das nicht auf guter Bahn, sondern nach seinen Gedanken wandelt.

3. Ein Volk, das mich immerdar zum Zorn vor meinen Augen anreizet: welche in den Gärten opfern, und Rauchwerk machen auf Ziegelsteinen:

4. Welche in Gräbern wohnen, und in den Tempeln der Abgötter schlafen: welche Schweinefleisch essen, und in ihren Häfen sind unreine Suppen.

5. Sie sprechen: Weiche von mir, und komme nicht näher zu mir, denn du bist unrein. Diese werden ein Rauch seyn in meinem Grimme, und ein brennendes Feuer den ganzen Tag.

6. Siehe, es stehet vor mir geschrieben: ich will nicht schweigen, sondern ich will es ihnen bezahlen, und in ihren Schoos vergelten,

7. Eure Missethaten, und die Missethaten eurer Väter, spricht der HErr, welche auf den Bergen geopfert, und auf den Bühen mich geschmähet haben, und ich will ihnen ihr voriges Thun wieder in ihren Schoos messen.

II. 6. Et facti sumus, ut immundus, omnes nos, & quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

7. Non est, qui invocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te: abscondisti faciem tuam a nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

III. 8. Et nunc Domine, pater noster es tu, nos vero lutum: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos.

9. Ne *b* irascaris Domine satis, & ne ultra memineris iniquitatis nostræ: ecce, respice, populus tuus omnes nos. *b Psal.* 78. 8.

10. Civitas Sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est.

11. Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12. Numquid super his coutinebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?

CAPUT LXV.

I. Respondet Deus querelæ Judæorum: ipsos propter iniquitates suas & idololatriam abjiciendos: 1. II. Eorum reliquias convertendas. 8. III. Comminatur terribilia incredulis, qui legem abjecerunt, sed prospera ac nova omnia servis suis annuntiat. 13.

1. Quæsierunt *a* me, qui ante non interrogabant, invenerunt, qui non quæsierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce, ego, ad gentem, quæ non invocabat nomen meum. *a Rom.* 10. 20.

2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas.

3. Populus, qui ad iracundiam provocat me, ante faciem meam semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres *b*: *b Exod.* 20. 24.

4. Qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiunt: qui comedunt carnem suillam, & jus profanum in vasis eorum.

5. Qui dicunt: Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

6. Ecce, scriptum est coram me: non tacebo, sed reddam, & retribuam in sinum eorum,

7. Iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus, qui sacrificaverunt super montes, & super colles exprobraverunt mihi, & remetiar opus eorum primum in sinu eorum.

℣. 6. *Facti sumus, ut immundus omnes.* Loquitur in persona malorum, secundum Hieron. imo & piorum. Justitia quidem interior inest, quæ renovat interiorem hominem, & opera ejus producit. *In justitia & sanctitate veritatis*, Ephes. 4. sed ubique fere concupiscentia se ingerit. Hinc August. l. 9. Conf. cap. 13. *Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam.* Sed perperam his verbis abutuntur Novatores, ut bona opera justorum condemnent: nam Propheta in persona populi loquitur, cujus justitia, ex sola legis cognitione majori ex parte ducebatur, non de populo novi testamenti, *sectatore bonorum operum*, ut loquitur Apost. ad Tit. cap. 2. Justitias vocat ritus & sacrificia Judæorum.

℣. 7. *Non est -- qui consurgat & teneat te.* Ne iram tuam in nos effundas. *Et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.* Græc. Tradidisti nos propter iniquitatem nostram.

℣. 9. *Ne irascaris Domine satis.* Hebr. Vehementer. Hæc ad Christi tempora refert Hieron.

℣. 12. *Numquid super his coutinebis te.* Misericordiam tuam, ne opem feras vel hostes ulciscaris.

CAPUT LXV.

℣. 1. *Quæsierunt me, qui ante non interrogabant.* sc. Gentiles populi: querelis populi respondens Deus, ait: se ab ingratis Judæis contemptum ad Gentes convertisse, quem locum citat Apostolus, Rom. 10.

℣. 2. *Expandi manus meas.* In cruce. *Ad populum incredulum.* Hebr. rebellem, contumacem.

℣. 3. *Ad iracundiam provocat me, ante faciem meam.* In templo. *Immolant in hortis.* Contra præceptum meum, & contra legem altaria e lateribus erigebant.

℣. 4. *Qui habitant in sepulchris & in delubris.* Ut ibi captent somnia. Hieron. *In delubris idolorum, ut in somniis futura cognoscerent.*

℣. 5. *Qui dicunt, recede a me.* Quia se mundos æstimant, ideo dicunt aliis, vel Prophetæ, qui eos ad pœnitentiam adhortatur.

℣. 6. *Ecce scriptum est coram me.* q. d. apertum & statutum, seu hæret in memoria hoc peccatum. *Non tacebo.* Supplicium eorum non differam.

II. 8. Hæc dicit Dominus: Quomodo si inveniatur granum in botro, & dicatur: Ne disipes illud, quoniam benedictio est: sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum.

9. Et educam de Jacob semen, & de Juda possidentem montes meos: & hæreditabunt eum electi mei, & servi mei habitabunt ibi.

10. Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo, qui requisierunt me.

11. Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam,

12. Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: *c* pro eo, quod vocavi, & non respondistis: locutus sum, & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis, &, quæ nolui, elegistis.

c Prov. 1. 24. Infr. 66. 4. Jer. 7. 13.

III. 13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce, servi mei comedent, & vos esurietis: ecce, servi mei bibent, & vos sitietis.

14. Ecce, servi mei lætabuntur, & vos confundemini: ecce, servi mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & servos suos vocabit nomine alio.

16. In quo, qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen: & qui jurat in terra, jurabit in Deo amen: quia oblivioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis:

17. Ecce *d* enim, ego creo cœlos novos, & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor:

d Infr. 66. 22. Apoc. 21. 1.

18. Sed gaudebitis & exultabitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo: quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, & populum ejus gaudium.

19. Et exultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo ultra vox fletus & vox clamoris.

20. Non erit ibi amplius infans dierum, & senex, qui non impleat dies suos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

II. 8. Dieß spricht der HErr: Gleich als wenn man ein Kötnlein an einer Traube fände, und spräche: Reiß dasselbe nicht ab, denn es ist ein Segen: also will ich es machen um meiner Knechte willen, damit ich es nicht ganz verderbe.

9. Und ich will aus Jacob einen Saamen ziehen, und aus Juda einen, der meine Berge besitzen soll: und meine Auserwählten werden sie zum Erbtheile einnehmen, und meine Knechte werden allda wohnen.

10. Und das flache Feld wird zum Schafperch seyn, und das Thal Achor zum Lager des Viehes meinem Volke, die mich gesucht haben.

11. Euch aber, die ihr den HErrn verlassen habt, die ihr meines heiligen Berges vergessen seyd, die ihr dem Glücke einen Tisch aufrichtet, und Trankopfer darauf opfert,

12. Euch will ich mit dem Schwerte zählen, und ihr sollt alle mit einander in der Schlacht umkommen: darum, daß ich gerufen habe, und ihr habt nicht geantwortet: ich habe geredet, und ihr habt es nicht gehöret: ihr habt Böses gethan in meinen Augen, und habt auserwählet, was mir nicht hat gefallen.

III. 13. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, meine Knechte werden essen, und ihr werdet Hunger leiden: siehe, meine Knechte werden trinken, und ihr werdet Durst leiden.

14. Siehe, meine Knechte werden fröhlich seyn, und ihr werdet in Schanden stehen: siehe, meine Knechte werden für Herzensfreude frohlocken, und ihr werdet für Herzeleid schreyen, und für Angst des Geistes heulen.

15. Und ihr werdet meinen Auserwählten euren Namen zum Eydschwur hinterlassen: und GOtt der HErr wird dich tödten, und wird seine Knechte mit einem andern Namen nennen.

16. Wer mit diesem Namen auf Erden gesegnet ist, der wird im wahren GOtt gesegnet werden: und wer auf Erden schwöret, der wird bey dem wahren GOtt schwören: dieweil man der vorigen Aengsten wird vergessen, und weil sie werden verborgen seyn meinen Augen:

17. Denn siehe, ich will neue Himmel, und eine neue Erde erschaffen: und man wird an das vorige nicht mehr gedenken, man wird es auch nicht mehr zu Herzen nehmen:

18. Sondern ihr werdet euch erfreuen, und ewiglich frohlocken in den Dingen, die ich erschaffe: denn siehe, ich erschaffe Jerusalem zum Frohlocken, und ihr Volk zur Freude.

19. Und ich will in Jerusalem fröhlich seyn, und in meinem Volke mich erfreuen: und man wird unter ihm hinfüro die Stimme des Weinens, und die Stimme des Klagens nicht hören.

20. Es werden allda hinfüro keine Kinder seyn, die nicht zu ihren Tagen kommen, noch Alte, die ihre Tage nicht erfüllen: denn ein Kind von hundert Jahren soll sterben, und ein Sünder von hundert Jahren soll verflucht seyn.

21. Und

℣. 8. *Quomodo si inveniatur granum in botro.* Perpaucos Judæos fideles comparat Deus cum grano, quod solum est in botro, & in causa est, cur non evellatur botrus. *Quoniam benedictio est.* Fruges & fructus nomine benedictionis donabant: hoc loco accipitur pro semine, in quo spes est novæ vitis.

℣. 9. *Educam de Juda possidentem montes meos.* Apostolos & successores eorum. *Semen de Juda.* Sunt itidem Apostoli.

℣. 10. *Et erunt campestria in caulas gregum.* Omnia tam plana, quam montana, plena erunt gregibus fidelium. *Caulas gregum.* Hieron. *In locis gentilium erunt caulæ ovium, id est, Ecclesiæ de toto orbe credentium. Et vallis Achor.* Juxta Jericho admodum fertilis.

℣. 11. *Qui ponitis fortunæ mensam.* Ex Hieron. in Ægypto ponebant mensam refertam epulis, & poculum mulso mistum, futuri anni fertilitatem inde auspicantes. *Et libatis super eam.* In Hebræo, *& impletis Meni libamen*, quem Deum colebant Armeni.

℣. 15. *Et dimittetis nomen vestrum in juramentum.* Nomen vestrum erit execratorium: hoc mihi contingat, si mentior, tam sim infelix, quam Judæi. *Et servos suos vocabit nomine alio.* Non Israelitas, sed Christianos.

℣. 16. *In quo, qui benedictus est.* Qui sibi bene precabitur in terra, is sibi bene precabitur a Deo, non ab idolis. *Benedicetur in Deo amen.* In Deo veritatis. 70. In Deo vero. Vox Hebræa & juramentum & satietatem significat; erit nomen vestrum in satietatem. Quod de his dici solet, quorum odiosa est recordatio.

℣. 17. *Ecce, ego creo cœlos novos & terram novam.* Scriptura vocat cœlum, quidquid supra nos est. Hoc loco Apostolos ut cœlos novos, fideles ut terram novam videtur designare. *Non ascendent super cor.* Non erit memoria priorum malorum.

℣. 20. *Non erit ibi amplius infans dierum.* Qui paucos dies vivat: qui enim renascentur, ut viri pleni erunt virtutibus. *Et senex, qui non implet dies suos.* Virtutis & sanctitatis. Longioris vitæ ratio nulla habetur: cum mortui fuerint infantes in Ecclesia renati, de iis dici non poterit, quod paucos dies vixerint, cum ad meliorem vitam transierint; nec de adultis, quod dies suos non impleverint. *Quoniam puer centum annorum, morietur*; qui vitam in peccatis duxerit, erit enim infans centum annorum; & qui morietur peccator centenarius. *Maledictus erit.* Vel non ignoscetur peccatori, etiamsi is sit centum annorum.

21. Und sie werden Häuser bauen, und bewohnen: sie werden auch Weinberge pflanzen, und deren Frucht essen.

22. Sie werden nicht bauen, daß es ein anderer bewohnen soll: sie werden auch nicht pflanzen, daß es ein anderer essen soll: denn die Tage meines Volks werden seyn, wie die Tage des Baums*, und die Werke ihrer Hände sollen alt werden. * Lebensbaums.

23. Meine Auserwählten sollen nicht umsonst arbeiten, noch in Schrecken gebähren: denn sie sind der Saame der Gesegneten des HErrn, und ihre Nachkommen mit ihnen.

24. Und es wird geschehen, ehe sie rufen, will ich sie erhören: und, indem sie noch reden, will ich sie hören.

25. Der Wolf und das Lamm sollen miteinander weyden, der Löwe soll mit dem Ochsen Spreu essen: und Staub soll der Schlangen Speise seyn: sie werden niemand beschädigen, noch tödten auf meinem ganzen heiligen Berge, spricht der HErr.

Das sechs und sechszigste Capitel.

I. GOtt drohet, daß er den Tempel, und die Opfer der Jüden wolle verwerfen, weil sie ihn verlassen haben. 1. II. Verheißt der zukünftigen Kirche große Menge der geistlichen Kinder: 5. III. Drohet den Bösen mit dem letzten Gerichte. 15. IV. Wiederholt, was er oft verheißen, daß die Apostel viel Heyden werden bekehren: 19. V. Und daß sie ein ewiges Freudenfest haben werden: indem die Gottlosen ewig brennen werden. 23.

1. DIeß spricht der HErr: Der Himmel ist mein Stuhl, aber die Erde ist der Schemel meiner Füße: was ist das für ein Haus, das ihr mir bauen wollet? und was ist es für ein Ort, da ich ruhen soll?

2. Meine Hand hat dieß alles gemacht, und dieß alles ist geschaffen worden, spricht der HErr: aber auf wen werde ich sehen, als auf den Armen, und auf den, der eines zerschlagenen Geistes ist, und der sich vor meinem Worte entsetzt?

3. Wer einen Ochsen zum Opfer schlachtet, ist eben, als der einen Mann erschlüge: und wer ein Schaf tödtet, als der einem Hund das Hirn einschlüge: und wer Speisopfer bringet, als der Schweinefleisch opferte: wer an Weihrauch gedenket, als der einen Abgott verehrte. Dieß alles haben sie auf ihren Wegen erwählet, und ihre Seele hat sich in ihren Greueln erlustiget.

4. Derowegen will ich auch erwählen, was sie verlachen: und was sie fürchten, das will ich über sie führen: denn ich habe gerufen, und es war keiner, der antwortete: ich habe geredet, und sie haben es nicht gehöret: sondern haben Böses gethan in meinen Augen, und haben auserwählt, was mir nicht gefiel.

II. 5. Höret des HErrn Wort, die ihr euch für seinem Worte entsetzet: Eure Brüder, die euch hassen, und um meines Namens willen verwerfen, haben gesagt: Der HErr mache sich herrlich, so wollen wir sehen in eurer Freude: aber sie sollen zu Schanden werden.

21. Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: secundum enim dies ligni erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inveterabunt.

23. Electi mei non laborabunt frustra, neque generabunt in conturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis.

24. Eritque *e* antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. *e Psal.31.5.*

25. Lupus *f* & agnus pascentur simul, leo & bos comedent paleas: & serpenti pulvis panis ejus: non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus. *f Sup.11.6.*

CAPUT XLVI.

I. Pergit de Judæorum reprobatione: non templum respiciens sed spiritum humiliatum, rejiciet veteri: legis sacrificia. 1. II. Promittit Christi nativitatem, & Ecclesiæ fœcunditatem, & beneficia a Domino maxima. 5. III. Sed impios terribile manet judicium. 15. IV. Discipuli Christi quamplurimas gentes convertent: 19. V. Eritque finalis retributio malorum & bonorum sempiterna. 23.

1. Hæc dicit Dominus: *a* Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus, quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? *a Act.7.49. & 17.24.*

2. Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt universa ista, dicit Dominus: ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

3. Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.

4. Unde & ego eligam illusiones eorum: &, quæ timebant, adducam eis *b*: quia vocavi, & non erat, qui responderet: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, &, quæ nolui, elegerunt. *b Prov.1.24. Isai.65.12. Jerem.7.13.*

II. 5. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus: Dixerunt fratres vestri odientes vos, & abjicientes propter nomen meum: Glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.

6. Vox

℣. 22. *Secundum enim dies ligni.* Chald. & 70. ligni vitæ. *Erunt dies populi mei*, q. d. dies eorum erunt diuturni satis & felices; qui morietur, satis vixit, si bene: tamdiu vivent, quamdiu arbor vivax: *Secundum dies ligni.* Lignum vitæ, quod in paradiso erat.

℣. 23. *Electi mei - neque generabunt in conturbatione.* Non liberos procreabunt, qui molestiam iis creent; non generabunt ad execrationem, ad mortem immaturam.

℣. 25. *Et serpenti*, i. diabolo *pulvis panis ejus.* sc. peccatores, qui terrena amant, erunt in pabulum dæmonis: cibus serpentis pulvis erit, non attinget homines justos. *Non nocebunt.* Nulli fiet injuria.

CAPUT XLVI.

℣. 1. *Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.* Humano more loquitur: in sensu mystico justi cœli, terreni homines terræ nomine designantur; in illis residet Deus per gratiam suam, si terrena calcant. *Quæ est ista domus?* Non ea est reprehensio, sed instructio. *Quam ædificabitis mihi?* Exiguum quiddam est, si cum cœlo & terra comparetur. Deus cum sit Spiritus, vult adorari in spiritu & veritate.

℣. 2. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum Spiritu.* In eo habitabo, ut in templo vivo, qui modeste & demisse de se sentit.

℣. 3. *Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum.* Si absint illæ virtutes. *Quasi qui interficiat virum.* Ut Moloch immolet; sublato templo, & altari auferuntur victimæ Judæorum. Potest autem hic subesse sensus: Post filium meum, qui venit mansuetus & pauper, detestor sacrificia Judæorum. Hieron.

℣. 4. *Unde & ego eligam illusiones eorum.* Irridebo eos, & in pœnam scelerum capientur ab hostibus. *Illusiones.* Adinventiones.

℣. 5. *Dixerunt fratres vestri.* Judæi infideles. *Glorificetur Dominus.* Gloriam suam ostendat in vobis, ut videamus lætitiam vestram. Hieron. *Quid nobis humilem introducitis Deum crucifixum? volumus eum in sua, ut dicitur, majestate conspicere regnantem.*

6. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis suis.

7. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus ejus, peperit masculum.

8. Quis audivit umquam tale? & quis vidit huic simile? numquid parturiet terra in die una? aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos?

9. Numquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem ceteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus?

10. Lætamini cum Jerusalem, & exultate in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio universi, qui lugetis super eam,

11. Ut sugatis, & repleamini ab ubere consolationis ejus: ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus.

12. Quia hæc dicit Dominus: Ecce, ego declinabo super eam quasi fluvium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam gentium, quam sugetis: ad ubera portabimini, & super genua blandientur vobis.

13. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Jerusalem consolabimini.

c Ezech. cap. 37. 14. Videbitis, & gaudebit cor vestrum *c*, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini servis ejus, & indignabitur inimicis.

d Psal. 36. 3. III. 15. Quia ecce Dominus in igne *d* veniet, & quasi turbo quadrigæ ejus, reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis:

16. Quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti a Domino.

17. Sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post januam intrinsecus: qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit Dominus.

18. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum, venio, ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam.

IV. 19. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui salvati fuerint, ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam: in Italiam & Græciam, ad insulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus.

6. Man höret eine Stimme des Volks aus der Stadt, eine Stimme aus dem Tempel, eine Stimme des HErrn, der seinen Feinden Wiedergeltung thut.

7. Sie hat gebohren, ehe ihr zur Geburt weh ward: ein Knäblein hat sie zur Welt gebracht, ehe ihr die Kindesnoth angieng.

8. Wer hat desgleichen jemal gehört? und wer hat desgleichen gesehen? wird das Land auf einen Tag gebähren? oder wird ein Volk zugleich gebohren werden, dieweil Sion in die Noth gekommen ist, und ihre Kinder gebohren hat?

9. Sollte ich selbst nicht gebähren, der ich mache, daß andere gebähren, spricht der HErr? Sollte ich selbst unfruchtbar seyn, der ich andere fruchtbar mache, spricht der HErr dein GOtt?

10. Freuet euch mit Jerusalem, und frohlocket in ihr, alle, die ihr sie lieb habt: seyd mit ihr fröhlich in Freuden, alle, die ihr Leid über sie traget,

11. Damit ihr saugen möget, und satt werdet von den Brüsten ihres Trostes: damit ihr auch melket, und überschwengliche Lust habt von ihrer vielfältigen Herrlichkeit. *

* Gloriæ.

12. Denn dieß sagt der HErr: Siehe, ich will gleichwie einen Strom des Friedens über sie hinableiten, und wie einen überlaufenden Bach die Herrlichkeit der Heyden, die werdet ihr saugen: so wird man euch an den Brüsten tragen, und man wird euch auf den Knyen liebkosen.

13. Ich will euch trösten, wie einen, dem seine Mutter lieblich schmeichelt, und ihr sollet zu Jerusalem Trost empfangen.

14. Ihr werdet sehen, und euer Herz wird sich erfreuen: und eure Beine werden grünen, wie das Kraut, so wird die Hand des HErrn seinen Knechten bekannt werden, und er wird über seine Feinde zürnen.

III. 15. Denn siehe, der HErr wird im Feuer kommen, und seine Wagen wie ein Sturmwind, seinen Zorn im Grimm zu vergelten, und seine Strafe in Feuerflammen:

16. Denn der HErr wird mit Feuer richten, und mit seinem Schwerte zu allem Fleische kommen, und der Erschlagenen von dem HErrn werden viel seyn.

17. Die sich heiligten, und sich für rein hielten in den Gärten, hinter der Thür inwendig: die Schweinefleisch, und abscheuliche Dinge, und Mäuse aßen, die sollen alle zugleich hinweggeräumet werden, spricht der HErr.

18. Ich komme aber, ihre Werke, und ihre Gedanken mit allen Völkern und Zungen zu versammeln: und sie werden kommen, und meine Herrlichkeit sehen.

IV. 19. Und ich will ein Zeichen an ihnen geben, und will etliche von ihnen, die erhalten werden, zu den Heyden an dem Meere senden, in Africa und Lydia, zu denen, die den Bogen spannen, und Pfeile schießen: auch in Italien und Griechenland, zu den Inseln, die ferne hin gelegen sind, zu denen, welche von mir nicht gehöret, noch meine Herrlichkeit gesehen haben. Und sie werden meine Herrlichkeit den Heyden verkündigen.

20. Sie

℣. 6. *Vox populi.* Clamantis propter obsessionem Romanorum. *Vox de templo.* Angelorum clamantium. Migremus hinc, teste Josepho l. 7. de bello Judaico, de civitate Hierosolyma, de templo ab hostibus capto.

℣. 7. *Antequam parturiret, peperit.* Ecclesia per Apostolos tot fideles subito peperit. *Masculum.* Viros fortes & martyres. Ad Evangelicam prædicationem statim omnis mundus concepit & parturivit. Hieron.

℣. 8. *Aut parietur gens simul.* Ut existat populus, ubi non erat, idque subito. *Peperit Sion.* Ecclesia.

℣. 10. *Gaudete - qui lugetis super eam.* Qui luxistis: nam participia apud Hebræos sunt cujusvis temporis.

℣. 13. *Et in Jerusalem* i. Ecclesia *consolabimini.*

℣. 14. *Ossa vestra quasi herba germinabunt* in resurrectione.

℣. 15. *Ecce, Dominus in igne veniet.* De secundo Christi adventu loquitur, postquam de Ecclesiæ institutione disseruit. Per currus & quadrigas figuratur majestas victoris. *Reddere in indignatione furorem suum.* Effundere indignationem & furorem.

℣. 17. *Mundos se putabant in hortis.* Qui sese polluerunt, ac deinde lustrarunt se aqua in lucis. *Post januam.* Gr. In vestibulis, vel post januam. *Intrinsecus.* Occlusa janua. *Murem*, vox Hebræa significat etiam glirem.

℣. 18. *Ego autem opera eorum.* 70. novi opera. Hebr. *Ego autem evo cum operibus eorum.* Est enim reticentia.

℣. 19. *Et ponam in eis signum.* Propheta ad primum redit Christi adventum: signum, quo illos munit, qui mittuntur, est Spiritus sancti charismatum effusio, ut donum linguarum. *Tendentes sagittam.* Vel Apostolos mittam in omnes gentes, qui erunt quasi electæ Dei sagittæ: signum etiam illud est Crux ipsa. *In Italiam.* Iberiam. Asiaticam quidam esse putant.

20. Sie werden auch alle eure Brüder aus allen Völkern dem HErrn zum Geschenke herzuführen, auf Rossen, und Wagen, auch auf Sänften, und Mauleseln, und Karren, zu meinem heiligen Berge gen Jerusalem, spricht der HErr: gleich als wenn die Kinder Israel in reinen Gefäßen zum Hause des HErrn die Gaben hineintrugen.

21. Und ich will aus denselbigen zu Priestern und Leviten annehmen, spricht der HErr:

22. Denn gleichwie ich die neue Himmel, und die neue Erde mache, daß sie vor mir stehen sollen, spricht der HErr: also soll auch euer Saame und euer Name bestehen.

V. 23. Und es wird ein Monath aus dem andern seyn, und ein Sabbath aus dem andern: alles Fleisch wird kommen, vor meinem Angesichte anzubethen, spricht der HErr.

24. Und sie werden hinausgehen, und sehen die todten Leichname der Männer, die sich an mir versündiget haben: ihr Wurm wird nicht sterben, und ihr Feuer wird nicht erlöschen: und alles Fleisch wird an ihnen genug zu sehen haben.

20. Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus: quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini.

21. Et assumam ex eis in Sacerdotes, & Levitas, dicit Dominus:

22. Quia *e* sicut cœli novi, & terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. *e Apoc.* 21. 1.

V. 23. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit Dominus.

24. Et egredientur, & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me: *f* vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt usque ad satietatem visionis omni carni. *f Marc.* 9. 45.

Der Prophet Jeremias.

Das erste Capitel.

I. Jeremias wird in Mutterleibe geheiliget, und zum Propheten-amte berufen. 1. II. Weißaget die Strafe und Zerstörung Jerusalems, welche ihm durch eine wachende Ruthe, und brennenden Hafen vorgebildet wird. 11. III. Wird von GOtt in seinem Amte bestättiget, und gestärket. 17.

Die Worte Jeremiä, des Sohns Helciä, von den Priestern, die zu Anathoth im Lande Benjamin waren.

2. Und ist des HErrn Wort zu ihm geschehen in den Tagen Josiä, des Sohns Amon, des Königs Juda, im dreyzehenten Jahre seines Königreichs.

3. Es ist auch geschehen in den Tagen Joakim, des Sohns Josiä, des Königs Juda, bis zu Ausgang des eilften Jahrs Sedeciä, des Sohns Josiä, des Königs Juda, bis zur Zeit der Hinwegführung Jerusalems im fünften Monathe.

4. Und das Wort des HErrn geschah zu mir, und sprach:

5. Ich habe dich gekannt, ehe ich dich im Mutterleibe bereitet habe: und ehe du von Mutterleibe ausgegangen bist, habe ich dich geheiliget, und zum Propheten verordnet unter den Völkern.

6. Und ich sprach: A, a, a, HErr GOtt! siehe, ich kann nicht reden, denn ich bin ein Kind.

PROPHETIA JEREMIÆ.

CAPUT I.

I. Jeremias in ventre matris sanctificatus, a Domino ad prophetandum mittitur. 1. II. Jubetur vaticinari destructionem Jerusalem sub nomine virgæ, & ollæ succensæ. 11. III. Accipit a Domino robur, & in suo munere confirmatur. 17.

Verba Jeremiæ, filii Helciæ, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin.

2. * Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiæ, filii Amon regis Juda, in tertio decimo anno † regni ejus. * *IN VIG. NATIV. S. JOAN. BAPT.* † *Anno M.* 3375. *Ante Chr.* 629.

3. Et factum est in diebus Joakim, filii Josiæ regis Juda, usque ad consummationem undecimi anni Sedeciæ, filii Josiæ regis Juda, usque ad transmigrationem Jerusalem, in mense quinto.

4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

5. Priusquam te formarem in utero, novi te: & antequam exires de vulva, sanctificavi te, & prophetam in gentibus dedi te.

6. Et dixi: A, a, a, Domine Deus! ecce, nescio loqui, quia puer ego sum.

7. Et

℣. 20. *Adducent omnes fratres vestros donum Domino.* Vox Hebræa, *Mincha*, oblationem, aut sacrificium significat: alludit forsan ad reditum populi e Babylone, Cyro suppeditante currus & carrucas, vehicula duabus rotis instructa.

℣. 21. *Assumam ex eis* gentibus *in Sacerdotes.* Hieron. ostendit vetus sacerdotium prætermissum, quod Tribui Leviticæ debebatur.

22. *Sicut cœli novi, & terra nova.* Ut cœli cum terra innovandi in æternum stabunt. *Sic semen vestrum.* Apostoli, seu fideles Ecclesiæ aggregati.

℣. 23. *Et erit mensis ex mense &c.* Neomeniæ & festa in alia festa & sabbata mutabuntur: juxta Hebr. Per singulos menses & hebdomadas veniet omnis caro. Hieron. *Ut de carnalibus sabbatis, mensibusque fiant spiritualia sabbata delicata: qui sabbatismus Dei populo reservatur.*

℣. 24. *Et egredientur* i. mente *& videbunt cadavera* sc. damnatos, mortuos morte secunda. Sancti Patres hunc locum de damnatis exponunt, ac citatur a Christo Domino Matth. 11. v. 9. *Et erunt usque ad satietatem visionis omni carni.* Hebr. *Erunt abominationi omni carni.* Sen hominibus. Sancti amore justitiæ animati, ejus admirabilem ordinem mirabuntur; non crudeli hoc spectaculo pascentur, sed eadem volent, quæ Deus: una cum Christo judicabunt. *Absorpti sunt juncti petræ judices eorum.* Ps. 140. Inflexibiles erunt in amore supremæ Christi justitiæ.

CAPUT I.

℣. 1. *Verba Jeremiæ.* Jeremias ex Hebr. idem significat ac extollens Deum. *In Anathoth.* Oppidum erat sacerdotale in tribu Benjamin. Josue 21. v. 18.

℣. 5. *Priusquam te formarem in utero.* Ex his verbis multi colligunt Jeremiam in utero matris sanctificatum fuisse; qua de re dubitat Aug Epist. 54 ad Donatum: Sanctificatus est ab utero secundum prædestinationem, qua propheta fuit consecratus: unde & præmittit Deus: *Priusquam te formarem in utero, novi te.* Scilicet notitia prædestinationis & præscientiæ divinæ: sic Rom. 11. *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit.* Seu prædestinavit. *Sanctificavi te.* Segregavi te, ut propheta meus esses: nam res sanctificatas Deo solemus a profanis segregare. Sed modo communis Doctorum, ac S. Scripturæ interpretum sensus est, Jeremiam in utero fuisse sanctificatum.

℣. 6. *Ecce, nescio loqui.* Greg. in Past. part. 1. utramque Isaiæ & Jeremiæ missionem inter se conferens, „Notandum est, inquit, quod qui excusatur, Jeremias scilicet, penitus non resistit, & qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum vidit; ne aut non purgatus adire quis sacra ministeria audeat, aut quem Deus elegit, sub „ humilitatis specie superbe contradicat.„

7. Et dixit Dominus ad me : Noli dicere: puer sum : quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & universa, quæcunque mandavero tibi, loqueris.

8. Ne timeas a facie eorum: quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus.

a vide Isaiæ 6. 7. 9. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: *a* & dixit Dominus ad me: Ecce, dedi verba mea in ore tuo:

10. Ecce, constitui te hodie super gen-
b Infr. 18. 7. tes, & super regna, *b* ut evellas, & destruas, & dissipes, & ædifices, & plantes.

II. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video.

12. Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo, ut faciam illud.

13. Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam ego *c* video, & faciem ejus
c viae Ezech. 11. 7. a facie Aquilonis.

d Inf. 4. 6. 14. Et dixit Dominus ad me: *d* Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ:

15. Quia ecce, ego convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, & super omnes muros ejus in circuitu, & super universas urbes Juda.

16. Et loquar judicia mea cum eis super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libaverunt diis alienis, & adoraverunt opus manuum suarum.

III. 17. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum.

e Infr. 6. 27. 18. Ego *e* quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terræ.

19. Et bellabunt adversum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

CAPUT II.

I. Expostulat Dominus cum filiis Israel & Juda, cum pastoribus ac prophetis, quod post tot beneficia fuerint ingrati: 1. II. Quod se fonte aquæ vivæ relicto, adoraverint idola. 10. III. Prædicit illis excidium, quod pleni rapinis & crudelitate, se justificare nitantur. 32.

7. Und der HErr sprach zu mir: Du sollst nicht sagen: ich bin ein Kind: denn du sollst zu allem hingehen, dazu ich dich senden werde: und alles reden, was ich dir befehlen werde.

8. Fürchte dich nicht vor ihrem Angesichte: denn ich bin bey dir, dich zu erretten, spricht der HErr.

9. Und der HErr streckte seine Hand aus, und rührte meinen Mund an: und der HErr sprach zu mir: Siehe, ich habe meine Worte in deinen Mund gegeben:

10. Siehe, heutiges Tages habe ich dich über die Völker und Königreiche gesetzt, daß du ausreissen* sollst, und zerstören, und verderben, und zerstreuen, auch bauen und pflanzen. * ausreuten.

II. 11. Und das Wort des HErrn geschah zu mir, und sprach: Was siehest du Jeremia? Und ich sprach: Ich siehe eine wachende Ruthe.

12. Da sprach der HErr zu mir: Du hast wohl gesehen: denn ich werde wachtbar seyn über mein Wort, daß ich dasselbige ins Werk richte.

13. Und zum andernmal geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach: Was siehest du? Und ich sprach: Ich siehe einen angezündeten Hafen, und sein Vordertheil siehet von Mitternacht heraus.

14. Und der HErr sprach zu mir: Das Unglück wird sich von Mitternacht her über alle Inwohner des Landes ausbreiten:

15. Denn siehe, ich will alle Geschlechte der Königreiche gegen Mitternacht zusammenrufen, spricht der HErr: und sie werden kommen, und ein jeglicher wird am Eingange der Pforten zu Jerusalem, und auf ihren Mauren ringsherum, und über alle Städte Juda seinen Thron setzen.

16. Und ich will mein Recht wider sie ausführen, über alle Bosheit derjenigen, die mich verlassen, und fremden Göttern geopfert, und das Werk ihrer Hände angebethet haben.

III. 17. Derowegen umgürte deine Lenden, mache dich auf, und rede zu ihnen alles, was ich dir befehle. Fürchte dich nicht vor ihnen: denn ich will machen, daß du dich vor ihrem Angesichte nicht fürchten sollest.

18. Denn ich habe dich heutiges Tages über das ganze Land, den Königen Juda, und seinen Fürsten, und Priestern, sammt dem Volke im Lande, zu einer vesten Stadt, und zu einer eisernen Säule, und zu einer ehrinen Mauer gemacht.

19. Aber sie werden wider dich streiten, aber dich nicht überwältigen: denn ich bin bey dir, spricht der HErr, dich zu erretten.

Das zweyte Capitel.

I. GOtt erinnert die Juden der vielfältigen Gutthaten, die er ihnen bewiesen hat: und verweiset ihnen dagegen ihre große Undankbarkeit: 1. II. Beklagt sich über ihre Abgötterey, und andere Laster. 10. III. Ermahnet sie zur Bekehrung, wofern sie nicht wollen vertilget werden. 32.

1. Und

℣. 8. *Ne timeas a facie eorum.* Ad quos te mittam. *Ut eruam te.* Non quod a te removeam persecutiones & angustias, sed ut per omnes patienter transeas & non cadas. Unde Greg. *Melius liberat, cum patientiam dat.*

℣. 9. *Et misit Dominus.* Angelus a Deo missus extendit *manum suam* ad os Jeremiæ, qui eum initiaret, & doceret, quæ prædicturus erat, non sua, sed Dei verba fore.

℣. 10. *Constitui te -- ut evellas & destruas.* Ut annunties Judæis & Gentibus, alias nationes dissipatum iri, alias erigendas. Vox, *Super*, non significat contra gentes, sed materiam huic Prophetiæ subjectam, id est, de gentibus sic prophetabis, ut eis annunties adversa & prospera: si Judæi non resipuerint, fore, ut eos evellam & perdam; si resipuerint, ædificabo eos, & non destruam, uti ait cap. 42. v. 10.

℣. 11. *Virgam vigilantem.* Sese agitantem ad percutiendum; alii vertunt ex Hebræo virgam amigdalinam, quod prima inter arbores floreat, & quasi evigilet. 70. Baculum nuceum, regem videlicet Chaldæorum ad percutiendum paratum. Virga vigilans, seu vigilantis dicitur, ut divinæ justitiæ mandata exequatur.

℣. 13. *Ollam succensam ego video.* Ollam ignibus plenam, quos evomat in Judæos & in vicina regna. Alludit forte ad concham, vel ollam, in qua ignis præferri solebat Chaldæis, Assyriis, Persis, qui ignem ut Deum colebant. Rex Chaldæorum primum virgæ figura adumbratur: sed ob contemptum Judæorum, qui Domini minas aspernaturi erant, jam sub forma ollæ bullientis, seu vasis igniti exprimitur, quo quidem ira Dei designatur: faciem ollæ vocat os, quod Judæam respiciebat. Aug. ad frat. in Eremo serm. 12. *Hæc, sc. gehenna, est fervens olla, quam vidit Jeremias: in qua decoquuntur omnes principes & pastores tenebrarum, sectatores bonorum temporalium, venatores divitiarum, qui primas Cathedras ambiunt in Synagogis, & salutari in foro & vocari Rabbi. Hanc ollam succendit diabolus, dum corda fratrum inflat ad altiora.* Et Greg. *Olla succenditur, cum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla fervet, cum jam per consensum in desideriis pravæ suasionis accenditur, & tot undas quasi fervenda projicit, per quot nequitias se usque ad opera exteriora extendit.*

℣. 14. *Ab Aquilone pandetur malum.* Postquam Chaldæi Syriam expugnarunt, & Niniven, ab Aquilone exercitum suum duxerunt adversus Judæos. *Pandetur.* Erumpet malum super omnes habitantes terræ, Judææ scilicet, quæ interdum universa terra vocitatur.

℣. 16. *Et loquar judicia mea cum eis.* Judæis ostendam, eos jure puniri ob impietatem.

℣. 17. *Accinge lumbos tuos.* i. præpara te. Mystice per carnis mortificationem; quia dicit Greg. *Qui carnalibus desideriis incubat, vitam aliorum spiritualem constituere, necesse est, erubescat.*

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Gehe hin, schreye Jerusalem in die Ohren, und sprich: Dieß sagt der HErr: Ich habe an dich gedacht, und habe mich erbarmet über deine Jugend, und über die Liebe deiner Vermählung, da du mir in der Wüste gefolget bist, im Lande, das nicht besäet wird.

3. Israel ist dem HErrn heilig worden, und ist der Erstling seiner Früchten: alle, die ihn fressen, die sündigen: Unglück wird über sie kommen, spricht der HErr.

4. Höret des HErrn Wort, ihr vom Hause Jacobs, und alle Geschlechte des Hauses Israels:

5. Dieß sagt der HErr: Was Ungerechtigkeit haben doch eure Väter an mir gefunden, daß sie fern von mir hinweg gewichen, und der Eitelkeit nachgegangen, auch selbst eitel worden sind?

6. Und sie haben nicht gesagt: Wo ist der HErr, der uns aus Aegyptenland herauf gebracht, und durch die Wüste uns geführet hat, durch ein unbewohnliches und ungebahntes Land, durch ein dürres Land, da der Schatten des Todes ist, durch ein Land, da niemand durchwandelt, und darinn kein Mensch wohnet?

7. Und ich habe euch in das Land Carmeli * geführet, daß ihr seine Frucht essen sollet, und das beste, das da wächst: nachdem ihr aber hineingekommen seyd, habt ihr mein Land verunreiniget, und mein Erbtheil zum Greuel gemacht.

* Land der Fruchtbarkeit.

8. Die Priester haben nicht gesagt: Wo ist der HErr? und die das Gesetz hatten, die kannten mich nicht: und die Hirten haben sich an mir versündiget: und die Propheten haben durch Baal geweißaget, und sind den Abgöttern nachgegangen.

9. Darum will ich mit euch zu Recht gehen, spricht der HErr, und mit euren Kindern streiten.

II. 10. Ziehet hinüber in die Inseln Cethim, und sehet: schicket hin gen Cedar, und lasset mit höchstem Fleiß aufmerken, und schauet, ob desgleichen geschehen sey.

11. Ob ein Volk verändert habe seine Götter, wiewohl sie nicht Götter sind: aber mein Volk hat seine Herrlichkeit in einen Abgott verändert.

12. Ihr Himmel entsetzet euch darüber, und ihr Pforten der Himmel erschrecket heftig, spricht der HErr.

13. Denn mein Volk hat zwey Uebel begangen: Mich, den Brunnen des lebendigen Wassers, haben sie verlassen, und haben ihnen Cisternen gegraben, zerbrochene Cisternen, die kein Wasser halten können.

14. Ist dann Israel ein Knecht, oder von einem Leibeignen im Hause gebohren? warum ist er dann also zum Raube worden?

15. Die Löwen haben über ihn gebrüllet, und ihre Stimme gegeben, sie haben sein Land wüste gemacht: seine Städte sind verbrannt, und ist niemand, der darinnen wohne.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Vade, & clama in auribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra, quæ non seminatur.

2. Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum ejus: omnes, qui devorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus.

4. Audite verbum Domini domus Jacob, & omnes cognationes domus Israël:

5. Hæc dicit Dominus: *a* Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt a me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt? *a Mich. 6. 3.*

6. Et non dixerunt: Ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inviam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulavit vir, neque habitavit homo?

7. Et induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum ejus, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.

8. Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me: & pastores prævaricati sunt in me: & prophetæ prophetaverunt in Baal, & idola secuti sunt.

9. Propterea adhuc judicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo.

10. Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte, si factum est hujusce modi.

11. Si mutavit gens deos suos, & certe ipsi non sunt dii: populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum.

12. Obstupescite cœli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer, dicit Dominus.

13. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

14. Numquid servus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam?

15. Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram ejus in solitudinem: civitates ejus exustæ sunt, & non est, qui habitet in eis.

16. Filii

CAPUT II.

℣. 2. *Miseratus adolescentiam tuam.* Prima populi Israëlitici tempora. *Et charitatem desponsationis tuæ.* Comparat se sponso, qui populum Israël sibi despondit in Abraham, Isaac, & Jacob, tum Israëlem velut duxit in uxorem, cum illum ex Ægypto eductum arctius sibi copulavit per legem in deserto datam. *Et memor charitatis.* Non populi, sed Dei, qua impulsus Synagogam duxit. Expostulationem suam incipit Deus a prima ætate populi Israëlitici; quantopere illos dilexerit, in memoriam revocat, ut ingratus illorum ostendatur animus.

℣. 3. *Sanctus* i. dedicatus *Israel Domino.* i. Deo consecratus. *Primitiæ.* Primus a Deo electus, nec licet aliis nationibus eum affligere; de Chaldæis adeo pœnas sumit.

℣. 5. *Quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis.* Æquo velut jure agit cum populo suo, ne videatur eum percutere per potentiam; quasi cum paribus ratione contendit. *Elongaverunt.* Longe recesserunt a me. *Post vanitatem.* Post idola.

℣. 6. *Per terram sitis.* Seu aridam, quæ caret aqua.

℣. 7. *Induxi vos in terram Carmeli.* Tota hæc Palæstina intelligitur ob fertilitatem.

℣. 8. *Tenentes legem,* i. legisperiti, Doctores. *Nescierunt me.* Fecerunt, ac si me nescirent.

℣. 9. *Judicio contendam,* summo jure *vobiscum* agam.

℣. 10. *Transite ad insulas Cethim.* Vel Cyprum ubi erat civitas eo nomine, vel Italiam ex aliis interpretibus: ut sciatis, an quid agatur simile apud gentes remotissimas & barbaras.

℣. 12. *Obstupescite cœli.* i. Angeli Dei. *Et porta ejus desolamini.* More lugentium vestram ostendite mœstitiam, ob iram Dei imminentem.

℣. 13. *Me dereliquerunt.* Duo sunt mala, Deum, qui est fons vitæ derelinquere, & ad idola converti. Possunt hæc referri ad hæreticam doctrinam, quæ continere non valet aquas: nam quod boni in ea relictum est, non integrum & incorruptum, sed variis permistum erroribus conservat. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ.* Pater dicit se fontem, ex quo Spiritus sanctus aqua viva procedit. Chrysost. de Spiritu sancto.

℣. 15. *Super* contra *eum rugierunt leones.* Assyrii hostes feroces.

16. Filii quoque Memphieos & Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.

17. Numquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam?

18. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?

19. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

20. A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non serviam. *b* In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix. *b Infr. 3. 6.*

21. Ego *c* autem plantavi te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conversa es mihi in pravum vinea aliena? *c Isa. 5. 1. Matth. 21. 33.*

22. Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

23. Quomodo dicis: Non sum polluta, post Baalim non ambulavi? vide vias tuas in convalle, scito, quid feceris: cursor levis explicans vias suas.

24. Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus avertet eam: omnes, qui quærunt eam, non deficient: in mensibus ejus invenient eam.

25. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum a siti. Et dixisti: Desperavi: nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, & post eos ambulabo.

26. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur: sic confusi sunt domus Israël, ipsi & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum,

27. Dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuisti. *d* Verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis suæ dicent: Surge, & libera nos. *d Infr. 32. 33.*

28. Ubi sunt dii tui, quos fecisti tibi? surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: *e* secundum numerum quippe civitatum tuarum erant dii tui Juda. *e Infr. 11. 13.*

16. Auch haben dich die Kinder Memphis und Taphnes geschändet bis zum Hauptschädel.

17. Ist dir dieß nicht darum wiederfahren, weil du den HErrn deinen GOtt verlassen hast, zu der Zeit, da er dich auf dem Wege führete?

18. Und nun, was hast du auf dem Wege in Aegypten zu schaffen, daß du trüb Wasser trinkest? was hast du auch auf der Straße in Assyrien zu thun, damit du Wasser aus dem Flusse trinkest?

19. Deine Bosheit wird dich strafen, und deine Abwendung wird dich schelten. Du sollst wissen, und sehen, daß es bös und bitter ist, daß du den HErrn deinen GOtt verlassen hast, und daß meine Furcht bey dir nicht ist, spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren.

20. Du hast von alten Jahren her mein Joch zerbrochen, und meine Bande zerrissen, und gesagt: Ich will nicht dienen. Denn auf allen hohen Bühen, und unter allen laubreichen Bäumen hast du dich wie eine Hure niedergeworfen.

21. Ich aber habe dich zum auserwählten Weinberge gepflanzet, alles war rechter Saame: wie bist du dann also zum Bösen verkehret, und bist mir zum fremden Weinberge worden?

22. Wenn du dich schon wirst waschen mit Seife, und brauchen viel vom Kraute Borith, so bist du doch in deiner Bosheit unrein vor mir, spricht GOtt der HErr.

23. Wie darfst du dann sagen: Ich bin nicht befleckt, und bin dem Baalim * nicht nachgegangen? besiehe deine Wege im Thale, erkenne, was du gethan hast: du bist gewesen wie ein leichtfertiger Läufer **, der seinen Weg umher läuft.

* Abgöttern. ** geiles Cameel.

24. Wie ein Waldesel, so der Wüste gewohnet ist, wenn er in seiner Lust den Wind seiner Brunst geschöpfet hat: niemand wird sie aufhalten können: alle, die sie suchen, werden nicht ermatten: sie werden sie finden in ihren Mondstunden.

25. Hüte dich, daß dein Fuß nicht blos, und deine Kehle nicht durstig sey. Und du hast gesagt: Es ist verlohren: ich will es keineswegs thun: denn ich habe die Fremden lieb, und will denselbigen nachgehen.

26. Gleichwie ein Dieb in Schanden stehet, wann er ergriffen wird: also sind die vom Hause Israel, sammt ihren Königen, Fürsten, Priestern und Propheten zu Schanden worden,

27. Da sie zum Holze sprachen: Du bist mein Vater: und zum Steine: Du hast mich gezeuget. Sie haben den Rücken zu mir gekehret, und nicht das Angesicht, und sie werden in Zeit ihrer Trübsal sagen: Stehe auf, und errette uns.

28. Wo sind deine Götter, die du dir gemacht hast? laß sie aufstehen, und dich erretten in Zeit deiner Trübsal: denn so viel deiner Städte waren, o Juda! so viel waren auch deiner Götter.

29. Was

℣. 16. *Constupraverunt te.* Hebr. Confregerunt te usque ad verticem: Ægyptii videlicet, ad quos plures Judæi confugerant, imbuerunt idololatria.

℣. 17. *Quo ducebat te per viam* legis tuæ, per planam & facilem viam, noluisti eum sequi.

℣. 18. *Nunc quid vis in via Ægypti.* Ut eorum utaris ope, qui plus nocere possunt, quam prodesse.

℣. 19. *Arguet te malitia tua.* Hebr. Castigabit te: hinc disces, quam amarum sit Deum tuum derelinquere: sprevistis bona & dulcia, mala & amara elegistis.

℣. 20. *In omni colle sublimi -- prosternebaris meretrix* per idololatriam. Hieron. Quasi ad meretricem loquitur, quæ conjugalia fœdera ruperit, et dixerit: *Non serviam.* Domino, vel marito. Instar meretricis ibas ex una arbore in allam, ab uno idolo ad aliud.

℣. 21. *Ego autem plantavi te vineam electam.* Hebr. *Sorec.* Optimam; omne semen verum, cujus sarmenta aut plantæ vera erant, non adulterina.

℣. 22. *Si laveris te nitro.* Seu nitro, aut soda, vel sale, ut nunc vocant *Alcali*, de quo alibi. *Et multiplicaveris tibi herbam Borith.* Quæ saponaria dici solet. Sept. Interpretes voce utuntur, quæ herbam fullonum significat, quæque virentibus & humidis in locis nascitur. Quacumque utaris excusatione, iniquitatem tuam dissimulare non poteris.

℣. 23. *Vide vias tuas in convalle.* Vestigia tua ibi sunt impressa. *Cursor levis explicans vias suas.* Hebr. Capræa, quæ velox fertur ad mares æstu libidinis, sic tu ad idola. *Explicans vias tuas.* Hebr. *Gyrans huc illuc.* Ad quærenda idola circuibas.

℣. 24. *Onager -- attraxit ventum amoris sui.* Teste Oppiano, onager æstu libidinis summa conscendit montium ad captandam auram fœminæ. *Onager assuetus.* Nomen Hebræum est communis generis: nullus avertit eam, nemo asinam libidine incensam revocare poterit.

℣. 25. *Prohibe pedem tuum a nuditate.* Pedum nomine sæpe crura & femora designantur: cum admoneris, ne corpus nudes ad hoc adulterium patrandum, & ardorem libidinis, ut sitim refrænes, tu respondeas: *Desperavi.* Hebr. *Desperatum est.* Nulla spes est, ut faciam, quod suades: prohibe pedem tuum, ne suscipias tam longum iter ad quærenda idola, quæ nihil te juvare poterunt. *Et guttur tuum a siti.* Quæ viatores cruciat; sed frustra sunt illæ admonitiones.

29. Was wollet ihr noch im Gerichte mit mir rechten? Ihr habt mich alle verlassen, spricht der HErr.

30. Ich habe eure Kinder vergeblich geschlagen, sie haben die Züchtigung nicht angenommen: euer Schwert hat eure Propheten gefressen, gleichwie ein verwüstender Löwe

31. Ist euer Geschlecht. Nun so sehet des HErrn Wort: Bin ich dann dem Israel zur Einöde, oder zum späten Lande worden? warum hat mein Volk dann gesagt: Wir sind abgewichen, wir wollen hinfüro zu dir nicht kommen?

III. 32. Soll eine Jungfrau ihres Schmuckes wohl vergessen, oder eine Braut ihrer Brustzierde? aber mein Volk hat meiner vergessen, unzählbare Tage lang.

33. Warum bemühest du dich, deinen Weg für gut anzugeben, Liebe zu suchen, da du noch darzu deine Bosheit, und deine Wege auch andere gelehret hast?

34. Es ist auch das Blut der armen und unschuldigen Seelen in deinen Flügeln gefunden: ich habe sie in den Gruben nicht gefunden, sondern in allen, so zuvor gemeldet worden.

35. Noch hast du gesagt: Ich bin ohne Sünde, und unschuldig: darum laß deinen Zorn sich von mir abwenden. Siehe, ich will mit dir rechten, dieweil du gesagt hast: Ich habe nicht gesündiget.

36. Wie so sehr verächtlich bist du worden, da du wieder auf deine Wege gegangen bist! und du wirst von Aegypten zu Schanden werden, wie du von Assur bist zu Schanden worden.

37. Denn du wirst von dannen ausgehen, und deine Hände über deinem Haupte zusammenschlagen: denn der HErr hat deine Zuversicht zertretten, du wirst darinn kein Glück haben.

Das dritte Capitel.

GOtt ermahnet die Synagoge durch Gleichniß einer Ehebrecherinn, die Abgötterey zu verlassen, und sich zu bekehren: 1. II. Vermeldet, daß Juda mehr gesündiget habe, als Israel: 7. III. Verspricht allen Bekehrten Verzeihung, Gnade und Seligkeit durch Christum. 14.

1. Man sagt gemeiniglich: Wenn ein Mann sein Weib von sich läßt, und sie von ihm scheidet, und einen andern Mann nimmt: wird er auch hernach wieder zu ihr kommen? wird nicht dasselbige Weib unrein, und befleckt seyn? du aber hast mit vielen Buhlern Unzucht getrieben: jedoch kehre wieder um zu mir, spricht der HErr, so will ich dich annehmen.

2. Hebe deine Augen auf in die Höhe, und siehe, wo doch ein Ort sey, da du nicht Unzucht getrieben hast: du bist an den Wegen gesessen, und hast auf sie gewartet, wie ein Mörder in der Wüste lauret: und hast das Land mit deiner Hurerey, und mit deiner Bosheit verunreiniget.

3. Darum sind die Regentropfen eingehalten worden, und der Abendregen ist ausgeblieben: du hast eine Hurenstirn bekommen, und wilst dich nicht mehr schämen.

4. So rufe doch zum wenigsten von nun an zu mir: Du bist mein Vater, der Führer meiner Jungfrauschaft:

29. Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

30. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: devoravit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastiator

31. Generatio vestra. Videte verbum Domini: Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus: Recessimus, non veniemus ultra ad te?

III. 32. Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

33. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas?

34. Et in alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum & innocentum: non in fossis inveni eos, sed in omnibus, quæ supra memoravi.

35. Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea avertatur furor tuus a me. Ecce, ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccavi.

36. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

37. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtrivit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

CAPUT III.

I. Deus incomparabili clementia populum suum ad se revocat ab idololatria: 1. II. In qua Juda etiam Israelem excessit: 7. III. Promittit revertentibus se assumpturum eos in filios, & daturum eis veros pastores, ut Jerosolymis in pace Dominum cum Gentibus colant. 14.

1. Vulgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eam ultra? numquid non polluta & contaminata *a* erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. *a Deut. 24. 4.*

2. Leva oculos tuos in directum, & vide, ubi non prostrata sis: in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

3. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

4. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es:

†. 30. *Devoravit gladius vester prophetas.* Adeo non quæsistis salutaria monita, ut Prophetas meos occideritis. *Vastator.* Jungendum, *Generatio vestra fuit vastata.*

†. 31. *Numquid -- factus sum Israeli -- terra serotina.* Quæ tarde fructus suos profert, nec perducit ad maturitatem.

†. 33. *Quid niteris -- ad quærendam dilectionem.* Ut amorem meum tibi concilies. *Insuper.* Cum alios doceas male agere.

†. 34. *Et in alis tuis inventus est sanguis.* Tu instar avis, quæ ex præda vivit, alas habes plenas sanguine. 70. In manibus tuis. *Non in fossis inveni eos.* Occisos Prophetas, sed palam.

37. *Et manus tuæ erunt super caput tuum.* Mulieres flentes solebant caput manibus tegere. *In ea.* In Ægypto. Hebr. *Et non prosperaberis in eis.* Non bene succedent spes tuæ.

CAPUT III.

†. 1. *Si - duxerit virum alterum: numquid revertetur ad eum ultra?* Hanc maritus non revocat, si dimissa alteri viro nupserit: Deus vero invitat populum Israel, qui fornicatus est, ad pœnitentiam. Unde Greg. *Tanto graviori improbitate Dominus a nobis contemnitur, quanto majori gratia contemptus adhuc vocare non dedignatur. Mulier illa?* Hebr. *Terra illa?* uti & Deuter. 24. terra censetur peccare, cum ejus habitatores gravia admittunt scelera; ac mulier metaphorice appellatur terra.

†. 2. *Leva oculos tuos in directum.* Hebr. In colles, in loca excelsa: in directum quam longissime poteris.

†. 3. *Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluviarum.* Tuis sceleribus cœlum clausisti. Serotinus imber vere ineunte lætus esse solet segetibus.

†. 4. *Saltem amodo voca me: Pater meus,* habe me pro Patre & Sponso, *dux virginitatis meæ tu es.* Qui custodis a prima ætate Synagogam.

5. Numquid irascêris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti mala, & potuisti.

6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis: *b* Numquid vidisti, quæ fecerit aversatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.

b Sup.2.20.

II. 7. Et dixi, cum fecisset hæc omnia: Ad me revertere: & non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda,

8. Quia pro eo, quod mœchata esset aversatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudii: & non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.

9. Et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.

10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11. Et dixit Dominus ad me: Justificavit animam suam aversatrix Israel, comparatione prævaricatricis Judæ.

12. Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices: Revertere aversatrix Israel, ait Dominus, & non avertam faciem meam a vobis: quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.

13. Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es, & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.

III. 14. Convertimini filii revertentes, dicit Dominus: quia ego vir vester, & assumam vos, unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

15. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.

16. Cumque multiplicati fueritis, & creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra: Arca testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius: nec visitabitur, nec fiet ultra.

17. In tempore illo vocabunt Jerusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, & non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi.

18. In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israel, & venient simul de terra Aquilonis, ad terram, quam dedi patribus vestris.

5. Willst du dann ewiglich zürnen, oder immerdar also bleiben? Siehe, du hast geredt, und gethan, was bös ist, und hast es können thun.

6. Und der HErr sprach zu mir in den Tagen des Königs Josiä: Hast du nicht gesehen, was Israel die Abtrünnige gethan hat? sie gieng für sich selbst hin auf alle hohe Berge, und unter alle laubreiche Bäume, und trieb daselbst Hurerey.

II. 7. Und nachdem sie solches alles gethan hatte, sprach ich: Kehre wieder zu mir: aber sie hat sich nicht bekehret. Und das sah ihre Schwester, die Uebertretterinn Juda,

8. Wie ich Israel, die Abtrünnige, darum von mir gelassen habe, und ihr einen Scheidebrief gegeben, daß sie Hurerey begangen hatte: und dennoch fürchtete sich ihre Schwester die Uebertretterinn Juda nicht, sondern gieng hin, und hurete auch selbst.

9. Und sie verunreinigte das Land durch Leichtfertigkeit ihrer Hurerey, und begieng Unzucht mit Stein und Holz.

10. Und in diesem allem hat sich ihre Schwester, die Uebertretterinn Juda, zu mir nicht bekehret aus ihrem ganzen Herzen, sondern mit Lügen, spricht der HErr.

11. Und der HErr sprach zu mir: Die Abtrünnige, Israel, hat ihre Seele gegen die Uebertretterinn Juda zu rechnen, gerechtfertiget.

12. Gehe hin, und rufe diese Rede gegen Mitternacht aus, und sprich: Kehre wieder um, du abtrünnige Israel, spricht der HErr, so will ich mein Angesicht von euch nicht abwenden: denn ich bin heilig, spricht der HErr, und will nicht ewiglich zürnen.

13. Jedoch erkenne deine Missethat, daß du wider den HErrn deinen GOtt gesündiget hast, und bist auf vielen Wegen den Fremden nachgegangen, unter allen laubreichen Bäumen, und hast meine Stimme nicht gehöret, spricht der HErr.

III. 14. Bekehret euch ihr Kinder, und kommet wieder, spricht der HErr: denn ich bin euer Mann, und ich will euch annehmen, einen aus der Stadt, und zween aus dem Geschlechte, und will euch in Sion hineinführen.

15. Und ich will euch Hirten geben nach meinem Herzen, die sollen euch mit Weisheit und Lehre weyden.

16. Und wann ihr euch nun werdet gemehret, und in dem Lande sehr zugenommen haben, in denselbigen Tagen, spricht der HErr, soll man nicht mehr sagen: Die Arche des Bundes des HErrn: sie wird ihnen auch nicht in Sinn kommen, und sie werden nicht daran gedenken: man wird sie auch nicht besuchen, noch hinfüro wieder machen.

17. Zu derselben Zeit wird man Jerusalem den Stuhl des HErrn nennen: und alle Heyden werden sich dahin versammeln im Namen des HErrn zu Jerusalem, und sie werden nicht wandeln nach der Bosheit ihres sehr verkehrten Herzens.

18. In den Tagen wird das Haus Juda zu dem Hause Israel gehen, und sie werden miteinander aus dem Lande gegen Mitternacht kommen, in das Land, das ich euren Vätern gegeben habe.

19. Ich

℣. 5. *Numquid irascêris in perpetuum?* Verba sunt Dei, qui orationem componit, qua eum placemus. *Ecce, locuta es.* Statim atque locuta fueris. *Et fecisti mala.* Quamvis feceris. *Et potuisti.* i. prævalebis, poteris me flectere, si in hanc formam me roges. Hinc Hieron. *Quanto ergo Deus est clementior, qui salutis viam post fornicationem ostendit: tanto miserior peccator, qui post tot & tanta vulnera non vult recipere sanitatem, quam tamen ita benigniter offert medicus.*

℣. 6. *Aversatrix Israel.* i. Rebellis. *Abiit sibimet.* Suæ libidini permissa.

℣. 9. *Facilitate fornicationis suæ contaminavit terram.* Prona ad idololatriam adoravit tamquam deos lapides & ligna.

℣. 11. *Justificavit animam suam aversatrix Israel.* Justam præstitit se præ Juda, qui in templo Dei posuit idolum Baal

℣. 12. *Clama sermones istos contra Aquilonem.* Ad decem tribus, quæ erant in Assyria. *Quia sanctus ego sum.* Hebr. & 70. Quoniam misericors ego sum. *Et non irascar in perpetuum.* In ira mea non persistam.

℣. 13. *Dispersisti vias tuas alienis.* Ad quærendos deos alienos per vias plurimas discurrens ivisti.

℣. 14. *Convertimini filii revertentes.* Sept. Interpret. *Revertimini filii rebelles. Unum.* Etiamsi unus tantum in civitate fuerit, introducam eum in Sion, in Ecclesiam. Usque ad v. 20. Prophetia est de Christo & Ecclesia.

℣. 15. *Dabo vobis pastores juxta cor meum.* Apostolos, Episcopos, Presbyteros. *Et pascent vos in scientia & doctrina.* Scientia ad mores, doctrina ad fidem videtur pertinere.

℣. 16. *Non dicent ultra: Arca testamenti Domini.* Non jactabunt amplius legis Mosaicæ cæremonias; sublatis his umbris amplectentur veram arcam divinæ gratiæ, Christum scilicet. *Ascendet.* Nemo de ea cogitabit. *Nec visitabitur.* Ut responsa a Deo accipiant.

℣. 17. *In tempore illo vocabunt Jerusalem.* Ecclesiam. *Solium Domini.* Ubi regnat.

℣. 18. *Ibit domus Juda ad domum Israel.* Non erit ulla inter decem Tribus & Tribum Juda dissensio, omnes simul ad Ecclesiam Catholicam venient. Juxta historiam venient simul de Assyria, in qua decem tribus erant dispersæ; v. 19. promittitur æterna hæreditas.

19. Ich aber sprach: Wie will ich dir so viel Kinder geben, und das gewünschte Land einräumen, das herrliche Erbtheil der Heerschaaren der Heyden? Und ich sprach: Du wirst mich Vater nennen, und du wirst nicht unterlassen, mir zu folgen.

20. Aber, gleichwie ein Weib ihren Buhler verwirft, also hat mich das Haus Israel verworfen, spricht der HErr.

21. Man hat eine Stimme auf den Straßen gehört, ein Weinen und Heulen der Kinder Israel: denn sie haben ihren Weg bös gemacht, und haben des HErrn ihres GOttes vergessen.

22. Wendet euch, ihr Kinder, und kehret wieder, so will ich euren Ungehorsam heilen. Siehe, wir kommen zu dir: denn du bist unser HErr und GOtt.

23. Es ist wahrhaftig Lug und Betrug mit den Bühlen, und mit den vielen Bergen: fürwahr, das Heil Israel ist in dem HErrn unserem GOtt.

24. Schmach und Schande hat die Arbeit unserer Väter gefressen, von unserer Jugend an, dazu ihr kleines und großes Vieh, ihre Söhne, und ihre Töchter.

25. Wir werden schlafen in unserer Schande, und unsere Schmach wird uns bedecken: denn wir sammt unseren Vätern, haben dem HErrn unserem GOtt gesündiget, von unserer Jugend an, bis auf den heutigen Tag: und haben die Stimme des HErrn unsers GOttes nicht gehöret.

Das vierte Capitel.

I. GOtt ermahnet ferner die Juden zur wahren Buße, und geistlicher Beschneidung: 1. II. Mit Bedrohung des erschrecklichen Kriegsheer der Chaldäer, und Belagerung der Stadt Jerusalem: 5. III. Auch endlichen Zerstörung des ganzen jüdischen Landes. 25.

1. Willst du dich bekehren, o Israel! spricht der HErr, so bekehre dich zu mir: wenn du deine Greuel von meinem Angesichte hinwegschaffest, so sollst du nicht beweget werden.

2. Und du sollst schwören: So wahr der HErr lebet, in der Wahrheit, und im Gericht, und in der Gerechtigkeit: und die Heyden werden ihn preisen und loben.

3. Denn dieß sagt der HErr den Männern Juda, und Jerusalem: Pflüget euch einen neuen Acker, und säet nicht unter die Dörner:

4. Beschneidet euch dem HErrn, und thut die Vorhaut eures Herzens hinweg, ihr Männer Juda, und die ihr zu Jerusalem wohnet: damit nicht etwan mein Zorn wie ein Feuer ausgehe, und brenne, und niemand sey, der lösche, von wegen der Bosheit eurer Gedanken.

II. 5. Verkündiget in Juda, und lasset es zu Jerusalem hören: redet, und blaset die Posaune im Lande: rufet überlaut, und saget: Versammelt euch, und lasset uns in die veste Städte ziehen.

6. Richtet ein Panier ° auf in Sion. Nehmet ein Herz, und bleibet nicht stehen: denn ich führe von Mitternacht ein Unglück herzu, und ein groß Verderben.

° Fahnen, Kriegeszeichen.

7. Der Löwe ziehet herauf aus seinem Lager, und der die Völker ausplündert, hat sich auf die Beine gemacht: er ist von seinem Orte ausgezogen, daß er dein Land zu ei-

19. Ego autem dixi: Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi: Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

20. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.

21. Vox in viis audita est, ploratus & ululatus filiorum Israel: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.

22. Convertimini filii revertentes, & sanabo aversiones vestras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

23. Vere mendaces erant colles, & multitudo montium: vere in Domino Deo nostro salus Israel.

24. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.

25. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra usque ad diem hanc: & non audivimus vocem Domini Dei nostri.

CAPUT IV.

I. Pergit invitare Judæos ad pœnitentiam, promittens veniam vere conversis & corde circumcisis: 1. II. Comminatur gravia mala, si in malis perstant: hinc luget propheta prævidens Jerosolymæ obsessæ miseriam: 5. III. Prædicit terram devastandam. 25

1. Si reverteris Israel, ait Dominus, ad me convertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoveberis.

2. Et jurabis: Vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in justitia: & benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.

3. Hæc enim dicit Dominus viro Juda, & Jerusalem: *a* Novate vobis novale, & nolite serere super spinas: *a Osee 10. 12.*

4. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Juda, & habitatores Jerusalem: ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit, qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

II. 5. Annuntiate in Juda, & in Jerusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur civitates munitas.

6. Levate signum, in Sion. Confortamini, nolite stare: *b* quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. *b Supr. x. 14.*

7. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se levavit: egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem: civitates

---

℣. 21. *Vox in viis audita est.* Judæi variis in locis dispersi suam defient calamitatem.
℣. 23. *Vere mendaces erant colles.* Dii erant mendaces & ficti, quos colnimus in montibus.
℣. 24. *Confusio comedit laborem patrum nostrorum &c.* Calamitas, quæ confusionem parit, nos docuit. *Adolescentia.* Patribus nostris omnia in pejus ruere experti sumus.
℣. 25. *Dormiemus in confusione nostra.* In miseriis nostris moriemur.

CAPUT IV.

℣. 1. *Si reverteris Israel.* Juxta textum hebraicum hic est sensus ex Hieron. Si reverteris ad me, non emigrabis; ad me convertere, in gratiam meam redibis, si ad me fueris reversus.
℣. 2. *Et jurabis: Vivit Dominus.* Forma jurandi usitata in veteri testamento, cujus hic est sensus: Quam verum est, Dominum vivere, tam verum est &c. Veritas requiritur, ne falsum juretur; justitia, ne quid injustum; judicium, ne temere & in vanum. *Et jurabis: Vivit Dominus.* Non alium Deum coles quam Dominum: juramentum enim est pars cultus divini.
℣. 3. *Novate vobis novale.* Novalia dicuntur, quæ de novo seruntur: spiritali sensu, evulsis per pœnitentiam spinis, & præparato cordis solo, verum Dei cultum suscipite. Serere super spinas est, legem Dei suscipere, non subacto prius cordis agro spinarum pleno.
℣. 4. *Circumcidimini Domino.* Non carne, sed corde & animo. *Et succendatur.* Alludit ad spinas, quæ flammam facile concipiunt.
℣. 6. *Levate signum in Sion.* Nolite stare attoniti & stupentes: mox futurum adventum Nabuchodonosoris describit. Hieron. *Levate crucis signum in specula, id est, in sublimitate Ecclesiæ.*
℣. 7. *Ascendit leo.* Rex Chaldæorum, & nationum prædo. S. Hieron. assurgit ad sensum allegoricum dicens: Leo iste est, de quo Petrus ait: *Adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens, &c.*

tes tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore.

8. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & ululate: quia non est aversa ira furoris Domini a nobis.

9. Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur.

10. Et dixi: Heu, heu, heu, Domine Deus, ergone decepisti populum istum & Jerusalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce, pervenit gladius usque ad animam?

11. In tempore illo dicetur populo huic & Jerusalem: Ventus urens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum:

12. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego loquar judicia mea cum eis.

13. Ecce, quasi nubes ascendet: & quasi tempestas currus ejus: velociores aquilis equi illius: væ nobis, quoniam vastati sumus.

14. Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias: usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

15. Vox enim annuntiantis a Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.

16. Dicite gentibus: Ecce, auditum est in Jerusalem, custodes venire de terra longinqua, & dare super civitates Juda vocem suam.

17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus.

c Sap. 1. 3. & 5. 18. Viæ *c* tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum.

19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audivit anima mea, clamorem prælii.

20. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ.

21. Usquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

22. Quia stultus populus meus me non cognovit: filii insipientes sunt, & vecordes: sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

23. Aspexi terram, & ecce, vacua erat, & nihili: & cœlos, & non erat lux in eis.

24. Vidi montes, & ecce, movebantur, & omnes colles conturbati sunt.

III. 25. Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cœli recessit.

26. Aspexi, & ecce, Carmelus desertus: & omnes urbes ejus destructæ sunt a facie Domini, & a facie iræ furoris ejus.

ner Wüste mache: deine Städte sollen zerstöret werden, daß niemand darinnen wohne.

8. Derowegen umgürtet euch mit härinen Kleidern, weinet und heulet: denn der grimmige Zorn des HErrn ist von uns noch nicht abgewendet.

9. An demselben Tage, spricht der HErr, wird dem König, und den Fürsten das Herz entsinken: die Priester werden sich auch entsetzen, und die Propheten zaghaft werden.

10. Und ich sprach: Ach, ach, ach, HErr GOtt, hast du dann dieß Volk und Jerusalem betrogen, da du gesagt hast: Es wird Friede bey euch seyn: und siehe, das Schwert kömmt bis an die Seele?

11. Zu derselben Zeit wird man zu diesem Volke, und zu Jerusalem sagen: Es kömmt ein hitziger Wind auf den Straßen von der Wüste heraus, des Weges zu der Tochter meines Volk, zwar nicht zu schwingen, und zu reinigen:

12. Es wird mir ein starker Wind daraus kommen: und da will ich dann mein Recht mit ihnen ausführen.

13. Siehe, er kömmt herauf, wie eine Wolke: sein Wagen ist wie ein Sturmwind: seine Pferde sind schneller, dann die Adler: wehe uns, denn wir sind verheeret.

14. Jerusalem, wasche dein Herz von der Bosheit, damit dir geholfen werde: wie lange sollen die schädlichen Gedanken in dir bleiben?

15. Denn es kömmt die Stimme eines Rufenden von Dan, und machet den Abgott bekannt vom Berge Ephraim.

16. Saget den Heyden: Siehe, man hat zu Jerusalem gehöret, daß Wächter kommen aus einem ferne gelegenen Lande, und über die Städte Juda ihre Stimme hören lassen.

17. Sie sind rings um sie her gewesen, wie die Hüter auf dem Felde: denn sie hat mich zum Zorn gereizet, spricht der HErr.

18. Deine Wege, und deine Gedanken haben dir dieß angerichtet: diese deine Bosheit hat es gethan, weil sie bitter ist, weil sie dir das Herz gerühret hat.

19. Mein Bauch*, mein Bauch thut mir weh, das Herz in meinem Leibe ist erschrocken: ich kann nicht schweigen, denn meine Seele hat den Klang der Posaunen gehöret, und ein Geschrey wie im Streit. *Ingeweide

20. Ein Verderben wird über das andere berufen, und das ganze Land ist verwüstet: meine Hütten sind unversehens ausgeplündert, und meine Gezelte sehr geschwind.

21. Wie lange soll ich den Flüchtigen ansehen, und den Klang der Posaunen hören?

22. Denn mein närrisch Volk hat mich nicht erkannt: es sind thörichte und unachtsame Kinder: klug sind sie, Böses zu thun, aber Gutes zu thun, davon wissen sie nichts.

23. Ich sah das Land an, und siehe, es war wüste, und öde: und den Himmel, und es war kein Licht an demselben.

24. Ich schauete die Berge an, und siehe, sie zitterten, und alle Bühel waren voll Schreckens.

III. 25. Ich sah mich um, und es war kein Mensch vorhanden: und alles Gevögel des Himmels war davongeflogen.

26. Ich schauete, und siehe, der Carmel war einer Wüste gleich: und alle seine Städte waren zerstöret vor dem Angesichte des HErrn, und vor dem Angesichte seines grimmigen Zorns.

27. Denn

℣. 8. *Super hoc* i. propterea *accingite vos ciliciis.*

℣. 10. *Heu! Domine Deus, ergone decepisti populum istum?* Interrogando hoc dicit Propheta, ut ostendat vaticinium illud cap. superioris de felicitate Jerusalem alio pertinere. *Ergone decepisti populum istum.* Per falsos prophetas decipi fecisti?

℣. 11. *Dicetur - ventus urens in viis.* i. repente hostis adveniet instar venti urentis, non ad ventilandum, aut purgandum, supple, sed ad perdendum; omnes occidet, aut captivos abducet.

℣. 12. *Spiritus plenus ex his veniet mihi.* Spiritus vehemens jussu meo irruet. *Ex his.* E viis, qua iter est Jerusalem, vel spiritus fortior his, quibus areæ purgari solent, veniet jussu meo. *Et nunc.* Et tunc. *Loquar judicia.* Jam ostendam, quam juste eos puniam.

℣. 15. *Vox enim annuntiantis* calamitatem *a Dan* interposita inter Jerusalem & Babylonem. *Et notum facientis idolum.* Dei Bel in vexillis Chaldæorum. *De monte Ephraim.* Qua transituri erant.

℣. 18. *Ista malitia tua, quia amara.* Hanc calamitatem induxit.

℣. 19. *Ventrem meum doleo.* Viscera mea: loquitur in persona civitatis; vel Propheta dolorem suum exprimit, quasi tormina patiatur, & jam tubæ clangorem audiisset.

℣. 20. *Contritio super contritionem vocata est.* Calamitas super calamitatem adducta est. Tabernacula e pellibus facta. Propheta ut fortius eos afficiat, cladem ut præsentem commemorat.

℣. 26. *Et ecce, Carmelus desertus est.* i. locus & ager ante fertilis.

27. Denn dieß sagt der HErr: Das ganze Land soll wüste seyn, gleichwohl will ich es mit ihm nicht gar ausmachen.

28. Das Land wird trauren, und die Himmel werden von oben her betrübt seyn, darum, daß ich es geredt, und bedacht habe, es hat mich auch nicht gereuet, und ich lasse mich auch davon nicht abwenden.

29. Für dem Geschrey der Reiter, und der Bogenschützen sind alle Städte flüchtig geworden: sie sind auf hohe Orte geflohen, und haben sich auf die Felsen begeben: alle Städte sind verlassen, und wohnet kein Mensch darinnen.

30. Und nun, du Zerstörte, was willst du machen? wann du dich schon mit Purpur bekleiden wirst, und dich schmücken mit güldenen Kleinodien, und dein Angesicht mit Schminke anstreichen, so wirst du dich doch vergeblich schmücken: deine Liebhaber haben dich verworfen, sie werden deine Seele suchen.

31. Denn ich habe eine Stimme gehöret, wie eines Weibs in Kindesnöthen, und Angst, als einer Gebährerinn: die Stimme der Tochter Sion in Sterbensnöthen, und sie strecket ihre Hände aus: wehe mir, denn meine Seele fällt in Ohnmacht, um der Erschlagenen willen.

Das fünfte Capitel.

GOtt beklagt sich über die Laster der Jüden, als Gleißnerey, Halsstarrigkeit, Abgötterey, Unzucht ꝛc. I. II. Bedrohet sie abermal mit der Verwüstung des ganzen Landes durch die Chaldäer. 14. III. Ermahnet sie zur Furcht, Liebe, und Verehrung GOttes. 21.

1. Gehet zu Jerusalem auf den Gassen herum, sehet doch, und betrachtet, und suchet auf ihren Straßen, ob ihr einen Mann findet, der recht thue, und dem Glauben nachfrage: so will ich ihr gnädig seyn.

2. Und wenn sie schon sagen: So wahr der HErr lebet: so werden sie doch einen falschen Eyd schwören.

3. HErr, deine Augen sehen auf Glauben: du hast sie geschlagen, und sie haben keine Reue: du hast sie gedrücket, aber sie haben die Züchtigung nicht annehmen wollen: sondern ihre Angesichter härter gemacht, als einen Felsen, und haben nicht wieder zurückkehren wollen.

4. Ich aber sprach: Sie mögen vielleicht arme und thörichte Leute seyn, die den Weg des HErrn nicht wissen, noch das Recht ihres GOttes.

5. Derowegen will ich zu den vornehmsten Häuptern gehen, und mit denselben reden: denn sie wissen den Weg des HErrn, und das Recht ihres GOttes. Und siehe, diese haben sämmtlich das Joch vielmehr zerbrochen, und die Bande zerrissen.

6. Darum hat sie der Löwe aus dem Walde beschädiget, der Wolf hat sie des Abends verderbet, das Panterthier wachet und lauret auf ihre Städte: alle, die von ihnen herauskommen, die wird er fangen: denn ihre Sünden haben sich fast gemehret, und ihre Abwendungen haben sich verstärket.

7. Weßwegen kann ich dir gnädig seyn? deine Kinder haben mich verlassen, und schwören bey denen, die nicht Götter sind: ich habe sie ersättiget, da haben sie Ehebruch begangen, und im Hurenhause Unzucht getrieben.

27. Hæc enim dicit Dominus: Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.

28. Lugebit terra, & mœrebunt cœli desuper, eo quod locutus sum, cogitavi; & non pœnituit me, nec aversus sum ab eo.

29. A voce equitis & mittentis sagittam, fugit omnis civitas: ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes: universæ urbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo.

30. Tu autem vastata, quid facies? cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris: contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent.

31. Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias, ut puerperæ: vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAPUT V.

I. Dominus in Jerusalem quærit justum, ut illius misereatur: sed omnes in suis sceleribus indurati sunt. v. II. Comminatur eis vastationem ab extraneo populo. 14. III. Cæcos & surdos hortatur ad pœnitentiam. 21.

1. Circuite vias Jerusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, & quærentem fidem; & propitius ero ei.

2. Quod si etiam, Vivit Dominus, dixerint; & hoc falso jurabunt.

3. Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.

4. Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini judicium Dei sui.

5. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui. Et ecce, magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula.

6. Idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum: omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt prævaricationes eorum, confortatæ sunt aversiones eorum.

7. Super quo propitius tibi esse potero? filii tui dereliquerunt me, & jurant in his, qui non sunt dii: saturavi eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

8. Equi

℣. 27. *Sed tamen consummationem non faciam.* Non penitus terram perdam. Chaldæi aliquos ad eam colendam relinquent. Hieron. *Missa iræ misericordia Dei.*

℣. 28. *Nec aversus sum ab eo.* Non desistam a proposito.

℣. 30. *Contempserunt te amatores tui.* Secundum literam Assyrii aut Chaldæi. Mystice dæmones: nam diabolus cum perduxit hominem ad peccandi consuetudinem, tunc contemnit.

℣. 31. *Defecit anima mea propter interfectos.* Ob multitudinem interfectorum. Hebr. Ob interfectores hostium.

CAPUT V.

℣. 1. *Circuite vias Jerusalem.* Incredibilem justorum paucitatem in civitate Jerusalem indicat. *Et ero ei.* Seu viro, seu civitati; id enim ambiguum est. 70. *Propitius ero eis.* Saltem pauci intelliguntur justi, ut propter eos toti civitati possit ignosci.

℣. 3. *Domine, oculi tui respiciunt fidem.* Veritatem & fidelitatem, de qua prius dixerat, an invenietis virum facientem judicium. *Et quærentem fidem.* Seu veritatem, ut vertit Symmachus? Quæ scilicet justitia est in promissis & factis.

℣. 4. *Forsitan pauperes sunt &c.* Et imperita multitudo, quæ legem Dei ignorat.

℣. 5. *Confregerunt jugum* legum & præceptorum. *Ruperunt vincula.* Institutionem Ecclesiæ, vel legis divinæ, aut naturalis.

℣. 6. *Idcirco percussit eos leo de silva.* Nabuchodonosor. *Lupus.* Nabuzardan. *Lupus ad vesperam.* Qui noctu prædari solet. *Aversiones.* Vehementer rebellarunt contra me; quo jure potero tibi parcere?

a Ezech. 22. 11.

8. Equi amatores, & emissarii facti sunt: *a* unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

9. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non ulciscetur anima mea?

10. Ascendite muros ejus, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines ejus, quia non sunt Domini.

11. Prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israel, & domus Juda, ait Dominus.

12. Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus.

13. Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo evenient illis.

II. 14. Hæc dicit Dominus Deus exercituum: Quia locuti estis verbum istud, ecce, ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos.

15. Ecce, ego adducam super vos gentem de longinquo, domus Israel, ait Dominus, gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cujus ignorabis linguam, nec intelliges, quid loquatur.

16. Pharetra ejus quasi sepulchrum patens, universi fortes.

17. Et comedet segetes tuas, & panem tuum: devorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam: & conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

18. Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.

b Infr. 16. 10. 19. Quod *b* si dixeritis: Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & servistis deo alieno in terra vestra, sic servietis alienis in terra non vestra.

20. Annuntiate hoc domui Jacob, & auditum facite in Juda, dicentes:

III. 21. Audi populе stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos, non videtis: & aures, & non auditis.

22. Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis? qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit: & commovebuntur, & non poterunt: & intumescent fluctus ejus, & non transibunt illud:

23. Populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans, recesserunt & abierunt.

24. Et non dixerunt in corde suo: Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

25. Iniquitates vestræ declinaverunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis:

26. Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas, ad capiendos viros.

27. Sicut decipula plena avibus, sic domus eorum plenæ dolo, ideo magnificati sunt & ditati.

8. Sie sind den hitzigen Springhengsten gleich worden: ein jeglicher schrye nach seines Nächsten Weib.

9. Soll ich sie dann hierum nicht heimsuchen, spricht der HErr? und soll ich meine Seele an einem solchen Volke nicht rächen?

10. Besteiget ihre Mauren, und reisset sie nieder, aber machet es nicht gar aus mit ihr: schaffet ihre Reben hinweg, denn sie sind des HErrn nicht.

11. Denn das Haus Israel, und das Haus Juda haben übertretten, und wider mich gesündiget, spricht der HErr.

12. Sie haben den HErrn verläugnet, und gesagt: Er ist es nicht; es wird auch kein Unglück über uns kommen: wir werden weder Schwert, noch Hunger sehen.

13. Die Propheten haben in den Wind geredt, es ist auch keine Antwort bey ihnen gewesen: darum wird ihnen dieß wiederfahren.

II. 14. Dieß sagt der HErr, der GOtt der Heerschaaren: Darum, daß ihr dieß Wort geredet habt, siehe, so will ich meine Worte in deinem Munde zu Feuer machen, und dieß Volk soll Holz seyn, und das Feuer soll sie fressen.

15. Siehe, ich will über euch vom Hause Israel, spricht der HErr, ein Volk von ferne herführen, ein starck und mächtiges Volk, ein altes Volk, ein Volk, dessen Sprache du nicht kennen wirst, noch verstehen, was sie reden.

16. Ihre Pfeilköcher sind wie ein offenes Grab, sie sind alle starke Helden.

17. Sie werden dein Getrayd, und dein Brod aufzehren: sie werden deine Söhne, und deine Töchter fressen: sie werden dein kleines und großes Vieh verschlingen: sie werden deine Weinberge und Feigenbäume verzehren: deine vesten Städte, darauf du dich verlässest, werden sie mit dem Schwerte verwüsten.

18. Aber in denselbigen Tagen, spricht der HErr, will ich euch nicht auf den Grund vertilgen.

19. Und wenn ihr sagen wollet: Warum hat uns der HErr unser GOtt dieß alles gethan? so sprich zu ihnen: Gleichwie ihr mich verlassen habt, und einem fremden Gott gedienet in eurem Lande, also sollet ihr euch den Fremden dienen in einem Lande, das nicht euer ist.

20. Das verkündiget dem Hause Jacob, und lasset es in Juda hören, und saget:

III. 21. Höre dieß, du thörichtes Volk, das keinen Verstand hat: die ihr Augen habt, und sehet nicht: und Ohren, und höret nicht:

22. Wollet ihr euch dann vor mir nicht fürchten, spricht der HErr, noch Leid tragen vor meinem Angesichte? der ich den Sand dem Meere zu Schranken gesetzt habe, und ist ein ewiges Geboth, darüber wird es nicht gehen: und wenn es sich schon beweget, so wird es doch nichts darwider vermögen: seine Wellen werden sich hoch erheben, doch werden sie nicht darüber kommen *: * übertreten.

23. Aber dieß Volk hat ein unglaubig, und muthwilliges Herz, sie sind abgewichen, und davongegangen.

24. Und haben nicht gesagt in ihrem Herzen: Lasset uns den HErrn unsern GOtt fürchten, der uns früh und spat Regen giebt zu seiner Zeit, und uns alle Jahre die volle Ernte behütet.

25. Aber eure Missethaten haben solches abgewendet, und eure Sünden haben euch das Gute entzogen:

26. Denn es haben sich unter meinem Volke gottlose Leute gefunden, die andern heimlich nachstellen, wie die Vogler, stellen Stricke und Schlingen, die Menschen zu fahen.

27. Wie ein Vogelheerd voller Vögel ist, also ist ihr Haus voller List, daher sind sie groß und reich worden.

28. Ja

℣. 8. *Equi - emissarii*, libidine ferventes, vulgo Gall. *des Etaions.*

℣. 10. *Dissipate, consummationem autem nolite facere.* Nolite ita eos delere, ut non reliquiæ salvæ fiant. *Auferte propagines ejus.* Ita, ut radices quædam supersint: propagines auferte, seu ramos extensos, & longiora sarmenta, quæ non dissecta in terram demittuntur.

℣. 14. *Ego do verba mea in ore tuo in ignem.* Faciam, ut quæ per te loquor, sint efficacia sicut ignis, in ore Prophetæ.

℣. 16. *Pharetra ejus quasi sepulchrum.* Præ multitudine eorum, quos occidet.

℣. 19. *Sicut dereliquistis me.* Deum ut Dominum suum agnoscere noluerunt, æquum fuit ut aliis dominis traderentur. Hieron. *Si vos peregrina religio delectat, habitate cum talibus;* imo servite iis, quorum deos colitis.

℣. 24. *Qui dat nobis pluviam temporaneam.* Post sationem. *Serotinam.* Vernam. Greg. l. 20. Moral. c. 2. assurgit ad sensum allegoricum, dicens: Pluviam temporaneam dedit Dominus, quia electis suis priori tempore legis intellectum contulit: serotinam vero quia ultimis diebus Incarnationis suæ mysterium prædicari fecit.

℣. 25. *Iniquitates vestræ declinaverunt hæc.* Averterunt pluviam & messem a vobis, beneficia mea prohibuerunt.

28. Ja sie sind dick und fett worden, und haben meine Worte schändlich übertreten. Sie richten der Wittwen Handel nicht, und befördern nicht die Sachen der Waysen, und helfen im Gerichte nicht zu dem Recht den Armen.

29. Sollte ich sie dann hierüber nicht heimsuchen, spricht der HErr? oder sollte sich meine Seele an einem solchen Volke nicht rächen?

30. Grausame und wunderliche Dinge haben sich zugetragen im Lande:

31. Die Propheten haben Lügen geweißaget, und die Priester haben mit Händen darüber gefrohlocket: und mein Volk hat Lust gehabt an solchen Dingen: wie wird es ihm dann endlich gehen?

Das sechste Capitel.

1. Der Prophet beruft die Chaldäer zu der Belagerung der Stadt Jerusalem: 1. damit dieselbe von wegen ihres Geizes ausgeplündert, und zerstöret werde. 9. II. Ermahnet die Juden, daß sie die Wege ihrer Vorfahrer zu Gemüth führen, und sich bessern: 16. III. Im widrigen Falle sollen sie der Chaldäer Waffen, und Grausamkeit erfahren, 22.

1. Stärket euch, ihr Kinder Benjamin, mitten in Jerusalem, und blaset in Thecua die Posaune, und richtet ein Panier* auf zu Bethacare: denn ein Unglück, und großer Jammer läßt sich von Mitternacht heraussehen. *Fahne.

2. Ich habe die Tochter Sion einem schönen und zarten Weibe gleich geachtet.

3. Die Hirten werden zu ihr kommen mit ihren Heerden: sie werden rings weiß um sie her ihre Hütten aufschlagen, und wird ein jeglicher weyden, was unter seiner Hand ist.

4. Bereitet euch wider sie zum Kriege: machet euch auf, lasset uns im Mittage hinaufziehen: wehe uns, daß sich der Tag geneiget hat, und die Abendschatten sind lang worden.

5. Machet euch auf, und lasset uns bey der Nacht hinaufziehen, und ihre Häuser verwüsten.

6. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Hauet ihre Bäume ab, und werfet einen Wall auf um Jerusalem: dieß ist die Stadt der Heimsuchung, es ist doch lauter Unterdrückung* in ihr. *Ungerechtigkeit.

7. Gleichwie eine Cisterne ihr Wasser kühl macht, also hat sie ihre Bosheit erkühlet: Unrecht und Verwüstung wird sich in ihr hören lassen, Schwachheit und Schläge sind immerdar vor ihr.

8. Jerusalem! laß dich unterrichten, damit sich vielleicht meine Seele von dir nicht abwende, und ich dich vielleicht zum wüsten Lande mache, darinn niemand wohne.

9. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Sie werden die Ueberbliebenen von Israel sammeln, wie in einem Weinberge, bis zum letzten Trauben: schlage deine Hand an, wie der Traubenleser seine Hand an den Korb schlägt.

28. Incrassati sunt & impinguati, & præterierunt sermones meos pessime. Causam *c* viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt. *c Isaiæ 1.23. Zach 7.10.*

29. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea?

30. Stupor & mirabilia facta sunt in terra:

31. Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in novissimo ejus?

CAPUT VI.

I. Prædicitur calamitas ac vastitas Jerosolymæ ab Assyriis, eo quod contempserit legem & increpationes Domini, ac avaritiæ studeant omnes, populi primates, prophetæ ac sacerdotes. 1. II. Hortatur ad pœnitentiam, ne Deus ipsos & eorum sacrificia abjiciat: 16. III. Jubet Propheta eos lugere, quoniam purgari conflatorio non potuerunt. 22.

1. Confortamini filii Benjamin in medio Jerusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem levate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

2. Speciosæ & delicatæ assimilavi filiam Sion.

3. Ad eam venient pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu, pascet unusquisque eos, qui sub manu sua sunt.

4. Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi.

5. Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos ejus.

6. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum ejus, & fundite circa Jerusalem aggerem: hæc est civitas visitationis, omnis calumnia in medio ejus.

7. Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga.

8. Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.

9. Hæc dicit Dominus exercituum: Usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel: converte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

10. Cui

¥. 28. *Causam pupilli non direxerunt.* Sept. Interpr. Non judicaverunt judicium pupilli, pupillis jus suum non reddiderunt. Venerab. Beda: *Pro causa pauperis, qui pro se in judicio loqui non valet, ipse loqui memento.*

¥. 30. *Stupor & mirabilia facta sunt in terra.* Hebr. Stupor & turpitudo; indigna res, quæ credatur ob turpitudinem.

¥. 31. *Prophetæ prophetabant mendacium.* Hieron. Alii futura prædicunt, alii ex lege facienda decernunt; quid tandem facitis? pœnas dabitis acerbas. Falsi prophetæ falsa prædicabant, sacerdotes prave exponebant, populus falli amabat. *Qui meus esse desit*, ait Hieron. *quando dilexit talia.*

CAPUT VI.

¥. *Confortamini filii Benjamin.* Contribules suos alloquitur, ut consurgant ad opem ferendam Jerusalem. *Et in Thecua.* Urbs erat in monte posita, ibi Roboam armamentarium suum collocarat. Urbs illa ex multis passuum a Bethlehem distabat. *Et super Bethacarem.* Vicus erat medius inter Jerusalem & Thecuam positus, se dicitur quasi domus vineæ. *Levate vexillum.* Vatab. *Extollite ignem, & fumum.* Ut hoc signo accolæ omnes sciant adesse hostes: ironia hæc videtur adversus Benjamitas, qui in situ regionum spem suam posuerant.

¥. 2. *Speciosæ & delicatæ.* Quæ facillime ab hostibus capitur, *assimilavi filiam Sion.*

¥. 3. *Pascet* i. reget *unusquisque eos.* Nam principes sæpe vocat pastores.

¥. 4. *Sanctificate super eam bellum.* Solemni ritu bellum indicite contra Judæos. *Declinavit.* Quanto ardore pugnaturi essent Chaldæi, insinuat; se ipsos excitant ad bellum: adeo ut dies illis breviores ad pugnandum videantur.

¥. 7. *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* Jerusalem scilicet; ut e cisterna effluit aqua frigida, sic malitia e Jerusalem; in Scriptura, quæ bona sunt, calori; quæ mala, frigori tribui solent: horum corda nullis Dei beneficiis incalescunt. *Vastitas.* Oppressio pauperum semper in ea, & video pauperes ab iis semper affligi.

¥. 8. *Erudire Jerusalem.* Per infirmitatem & plagam eruditionem accipe. *Ne forte recedat anima mea a te.* i. dilectio. Flagella enim & correptiones sunt signa dilectionis.

¥. 9. *Converte manum tuam, quasi vindemiator ad cartallum.* Collige in cartallum, seu in canistrum vulgo une hotte, conjice: hoc dicit miles Chaldæus alteri militi: vindemiatores non convertunt manum ad canistrum; in id enim racemi decidunt; sed qui racemant, cum racemum invenerint, conversa manu illum in canistrum conjiciunt.

10. Cui loquar? & quem conteſtabor, ut audiat? ecce, incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt: ecce, verbum Domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud.

11. Idcirco furore Domini plenus ſum, laboravi ſuſtinens: effunde ſuper parvulum foris, & ſuper conſilium juvenum ſimul: vir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum.

12. Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri & uxores pariter: quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit Dominus.

13. A minore *a* quippe usque ad majorem omnes avaritiæ ſtudent: & a propheta usque ad ſacerdotem cuncti faciunt dolum. *a Iſai.* 56.11. *Infr.* 8.10.

14. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax, pax: & non erat pax.

15. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: quamobrem cadent inter ruentes: in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus.

II. 16. Hæc dicit Dominus: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea: *b* & invenietis refrigerium animabus veſtris. Et dixerunt: Non ambulabimus. *b Matth.* 11. 29.

17. Et conſtitui ſuper vos ſpeculatores: audite vocem tubæ. Et dixerunt: Non audiemus.

18. Ideo audite gentes, & cognoſce congregatio, quanta ego faciam eis.

19. Audi terra: Ecce, ego adducam mala ſuper populum iſtum, fructum cogitationum ejus: quia verba mea non audierunt, & legem meam projecerunt.

20. Ut *c* quid mihi thus de Saba aſſertis, & calamum ſuave olentem de terra longinqua? holocautomata veſtra non ſunt accepta, & victimæ veſtræ non placuerunt mihi. *c Iſaiæ* 1.11.

21. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce, ego dabo in populum iſtum ruinas: & ruent in eis patres & filii ſimul, vicinus & proximus peribunt.

III. 22. Hæc dicit Dominus: Ecce, populus venit de terra Aquilonis, & gens magna conſurget a finibus terræ.

23. Sagittam & ſcutum arripiet: crudelis eſt, & non miſerebitur: vox ejus quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcendent, præparati quaſi vir ad prælium, adverſum te filia Sion.

24. Audivimus famam ejus, diſſolutæ ſunt manus noſtræ: tribulatio apprehendit nos, dolores ut parturientem.

25. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici, pavor in circuitu.

26. Filia populi mei accingere cilicio, & conſpergere cinere: luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repente veniet vaſtator ſuper nos.

10. Wem ſoll ich zureden? und wem ſoll ich bezeugen, daß er höre? ſiehe, ihre Ohren ſind unbeſchnitten, und ſie können nicht hören: ſiehe, des HErrn Wort iſt ihnen zum Spott worden, und ſie wollen es nicht annehmen.

11. Darum bin ich voll von dem Grimme des HErrn, ſo mir beſchwerlich fällt zu tragen: ſchütte ihn aus über das Kind, das draußen iſt, und zugleich über die Verſammlung der jungen Mannſchaft: denn Mann und Weib wird gefangen werden, der Alte mit dem Wohlbetagten.

12. Und ihre Häuſer ſollen andern zu Theil werden, ihre Aecker und Weiber zugleich: denn ich will meine Hand ausſtrecken über die, ſo im Lande wohnen, ſpricht der HErr.

13. Denn ſie geben ſich alle miteinander auf den Geiz, vom Geringſten bis zum Größten: ſie gehen alle mit Betrug um, von dem Propheten bis zu dem Prieſter.

14. Und ſie heileten den Schaden der Tochter meines Volks mit Spott, und ſprachen: Friede, Friede: und es war kein Friede.

15. Sie ſind zu ſchanden worden, dieweil ſie einen Greuel begangen haben: ja in ihrer Schande ſind ſie nicht ſchamroth worden, und haben ſich nicht wollen ſchämen: darum werden ſie unter den Erſchlagenen fallen: in der Zeit ihrer Heimſuchung werden ſie zu Boden fallen, ſpricht der HErr.

II. 16. Dieß ſagt der HErr: Stehet auf den Straßen, und ſchauet, und fraget nach den alten Wegen, welches der gute Weg ſey, und wandelt auf demſelben: ſo werdet ihr Erquickung finden für eure Seelen. Und ſie ſprachen: Wir wollen nicht darauf wandeln.

17. Und ich habe die Wächter über euch geſetzt: höret den Schall der Poſaunen. Und ſie ſprachen: Wir wollen es nicht hören.

18. Darum höret ihr Heyden, und erkenne du Verſammlung, was für große Dinge ich ihnen thun werde.

19. Höre zu du Erde: Siehe, ich will ein Unglück über dieß Volk bringen, die Frucht ihrer Gedanken: dieweil ſie meine Worte nicht gehöret, und mein Geſetz verworfen haben.

20. Warum bringet ihr mir Weihrauch aus Saba, und wohlriechende Zimmetrinden aus fernen Landen? eure Brandopfer ſind mir nicht angenehm, und eure Schlachtopfer gefallen mir nicht.

21. Darum ſagt dieß der HErr: Siehe, ich will Unfall über dieſes Volk bringen: Vater und Kind ſollen unter ihnen zugleich dahinfallen, Freund und Nachbar ſollen umkommen.

III. 22. Dieß ſpricht der HErr: Siehe, es kömmt ein Volk aus dem Lande gegen Mitternacht, und großes Volk wird ſich aufmachen vom Ende der Erde.

23. Pfeil und Schild wird es ergreifen: es iſt ein grauſam Volk, und wird ſich nicht erbarmen: ſeine Stimme wird draußen wie das Meer: ſie werden auf Roſſen reiten, und gerüſtet ſeyn, wie ein Mann zum Streit, wider dich, du Tochter Sion.

24. Wir haben das Geſchrey von ihm gehöret, da ſind unſere Hände kraftlos worden: Angſt hat uns überfallen, und Schmerzen, wie ein Weib in Kindesnöthen.

25. Gehet nicht hinaus auf den Acker, und wandelt nicht auf der Landſtraße: denn das Schwert des Feindes macht rings herum Schrecken.

26. Du Tochter meines Volks, umgürte dich mit einem härinen Kleide, und beſprenge dich mit Aſche: trage Leid, wie über einen einigen Sohn, und weine bitterlich, denn der Verwüſter wird geſchwind über uns kommen.

27. Ich

℣. 11. *Laboravi ſuſtinens.* Loquitur Deus humano modo, q. d. non poſſum diutius ferre, vel me continere. *Effunde.* Verbum Domini, minare, annuntia, ut omnis ætas audiat.

℣. 14. *Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia.* Falſi Prophetæ ut Sacerdotes timorem minuebant. *Cum ignominia.* Perfunctorie, quaſi ludus eſſet.

℣. 15. *Confuſi ſunt*, i. confundentur, cum præter eorum opinionem hæc evenerint.

℣. 16. *State ſuper vias.* Inſiſtite mandatis Dei, conſiderate antiquas vivendi rationes: viæ illæ antiquæ nobis ſunt doctrina orthodoxæ fidei, & ſanctæ converſationis, a quibus qui aberrant, ut hæretici, non invenient refrigerium animabus ſuis.

℣. 23. *Crudelis eſt & non miſerebitur.* Nec precibus nec muneribus flectendus. Greg. *Quanto magis homo ſe crudeli ſubjicit, tanto eum ſibi intolerabiliorem reddit.* Item: *Grave eſt ſervire offenſo, qui nullo placatur obſequio.*

℣. 24. *Audivimus famam ejus.* Propheta ſic loquentem populum incucit.

℣. 25. *Nolite exire ad agros.* Judæi alii alios alloquuntur.

27. Ich habe dich zum starken Bewährer gesetzt unter meinem Volke: du sollst ihren Weg erkennen, und prüfen.

28. Alle diese abtrünnige Fürsten, so betrüglich wandeln, sind Erz und Eisen: sie sind miteinander verderbet.

29. Der Blaßbalg ist abgegangen, das Bley ist im Feuer verzehret, der Schmelzer hat vergeblich gearbeitet: denn ihre Bosheit ist nicht verzehret worden.

30. Ihr sollet sie verworfenes Silber nennen, denn der HErr hat sie verworfen.

Das siebente Capitel.

1. GOtt befiehlt dem Propheten zu weißagen, daß des Tempels Heiligkeit die Juden vor ihrem Untergang nicht beschützen werde: 1. sondern er werde sie, und den Tempel, wie Silo, verwerfen: 11. II. Verbietet dem Propheten für sie zu bitten, wegen ihrer Abgötterey: 16. Verwirft ihre Opfer: 21. III. Will sie in dem Walde Tophet lassen umbringen, weil sie allda ihre Kinder dem Abgott Moloch aufgeopfert haben. 29.

1. Das Wort, so zu Jeremia vom HErrn geschah, und sprach:

2. Stehe im Thore des Hauses des HErrn, und predige allda dieß Wort, und sprich: Höret das Wort des HErrn, ihr alle von Juda, die ihr durch diese Thore hineingehet, den HErrn anzubethen.

3. Dieß spricht der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Bessert eure Wege, und euer Thun, so will ich an diesem Orte bey euch wohnen.

4. Verlasset euch nicht auf die Worte der Lügen, und saget nicht: Der Tempel des HErrn, der Tempel des HErrn, der Tempel des HErrn ist hie.

5. Denn wenn ihr eure Wege, und euer Thun wohl anstellet: wenn ihr zwischen einem Mann, und seinem Nächsten ein gerechtes Urtheil fället,

6. Wenn ihr dem Fremdling, dem Waysen, und der Wittwe nicht Gewalt thut, auch kein unschuldiges Blut vergießet an diesem Orte, und fremden Göttern nicht nachgehet, euch selbst zum Unheil:

7. So will ich an diesem Orte, im Lande, das ich euren Vätern gegeben habe, von Zeiten zu Zeiten bey euch wohnen.

8. Aber siehe, ihr verlasset euch auf lügenhafte Reden, die euch nichts nützen werden:

9. Als Stehlen, Tödten, Ehebrechen, fälschlich schwören, dem Baal räuchern, und fremden Göttern nachgehen, die ihr nicht kennet.

10. Darnach kommet ihr, und stehet vor mir in diesem Hause, darüber mein Name angerufen ist, und sprechet: Wir sind befreyet, dieweil wir alle diese Greuel gethan haben.

11. Ist dann dieß Haus, darüber mein Name angerufen ist, in euren Augen zur Mördergrube worden? ich, ich bin es: ich habe es gesehen, spricht der HErr.

12. Gehet hin gen Silo zu meinem Orte, da mein Name von Anfang gewohnet hat, und sehet, was ich ihm gethan habe um der Bosheit willen meines Volks Israel.

13. Dieweil ihr dann alle diese Unthaten begangen habt, spricht der HErr: ich aber habe mich des Morgens frühe aufgemacht, und zu euch geredt, und ihr habt mich nicht gehöret: ich habe euch gerufen, und ihr habt keine Antwort gegeben:

27. Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum.

28. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: universi corrupti sunt.

29. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

30. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos.

CAPUT VII.

I. Increpat Judæos, quod frustra confidant in templo, pessima perpetrent, & prophetas audire nolint: quapropter templum abjiciendum, & terram Juda redigendam in solitudinem: 1. II. Nec profuturam orationem Jeremiæ pro illis, nec oblata ab eis sacrificia: 16. III. Judæos occidendos esse in Topheth, ubi ipsi suos filios idolo Moloch immolarunt, propter excelsa Topheth, & multiplices ipsorum malitias. 29.

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens: *FER. 5. POST DOM. 3. QUADR.*

2. Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum.

3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: *a* Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. *a Infr. 26. 13.*

4. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

5. Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis judicium inter virum & proximum ejus,

6. Advenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsis:

7. Habitabo vobiscum in loco isto, in terra, quam dedi patribus vestris a sæculo & usque in sæculum.

8. Ecce, vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis:

9. Furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis.

10. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, & dixistis: Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas. *b Matth. 21. 13. Marc. 11. 17. Luc. 19. 46.*

11. Numquid *b* ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris? ego, ego sum: ego vidi, dicit Dominus.

12. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum a principio, & videte, quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel.

13. Et nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus sum ad vos mane consurgens & loquens, & non audistis: *c* & vocavi vos, & non respondistis: *c Prov. 1. 24. Isai. 65. 12.*

℣. 27. *Probatorem dedi te.* O Jeremia! quasi conflatorem feci te, sed nihil invenies, præter æs & ferrum.
℣. 28. *Omnes isti principes declinantes.* Rebelles, & a me deficientes.
℣. 29. *Defecit sufflatorium.* Folles, quibus excitatur ignis: clamando fatigatus sum. *Plumbum.* Omnia purgationum genera in castigandis & repurgandis Judæis consumpta sunt.

CAPUT VII.

℣. 2. *Sta in porta.* Ut audiaris ab omnibus. Moraliter stare in porta est ingressum & egressum suum, seu vitam & mores suos attente considerare.

℣. 3. *Bonas facite vias vestras.* Mores vestros corrigite: ibi liberum hominis arbitrium, quo bona facere potest adjuvante gratia, hoc in loco, multisque in aliis commendatur.

℣. 4. *Templum Domini &c.* Eos arguit, qui cum male viverent, sibi tuta omnia promittebant, quod apud eos esset templum Domini. Hieron. *Illud enim est templum Domini, in quo habitat vera fides, sancta conversatio.*

℣. 6. *Si non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis.* Si non oppresseritis advenas &c. nec occiderit is pauperes, non succurrendo: quia ut ait S. Ambrosius: *Non est minoris delicti, cum possis & habeas, indigentibus non dare, quam sua hominibus tollere.*

℣. 11. *Spelunca latronum facta est domus ista.* Hieron. *De hoc loco in Evangelio assumptum puto: Scriptum est, Domus patris mei, domus orationis vocabitur; vos autem fecistis eam speluncam latronum.* Sive, ut in alio Evangelio scriptum est, *domum negotiationis*, Joan. 2. 16. In oculis vestris, opinione ac judicio vestro, ut in templum, tamquam in speluncam latrorum vos recipiatis.

℣. 12. *Ite ad locum meum in Silo.* Considerate, quomodo egerim cum Silo, ubi erat tabernaculum meum: nolite confidere in vestro templo: nam ut destruxi Silo, ita & templum propter peccata vestra destruam.

d 1. Reg. 4. 2. & 10.

14. Faciam d domui huic, in qua invocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo.

14. So will ich diesem Hause, darüber mein Name angerufen ist, und darauf ihr euch verlasset; und diesem Orte, das ich euch, und euren Vätern gegeben habe, eben also thun, wie ich Silo gethan habe.

15. Et projiciam vos a facie mea, sicut projeci omnes fratres vestros, universum semen Ephraim.

15. Und ich will euch verwerfen von meinem Angesichte, wie ich alle eure Brüder, den ganzen Saamen Ephraim, verworfen habe.

e Infra 11. 14. & 14. 11.

II. 16. Tu e ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi, quia non exaudiam te.

II. 16. Darum sollst du für dieß Volk nicht bitten, noch für sie ein Lob oder Gebeth verordnen, und sollst nur nicht widerstehen, denn ich will dich nicht erhören.

17. Nonne vides, quid isti faciunt in civitatibus Juda, & in plateis Jerusalem?

17. Siehest du nicht, was sie thun in den Städten Juda, und auf den Gassen Jerusalem?

18. Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam provocent.

18. Die Kinder sammeln Holz, und die Väter zünden das Feuer an, und die Weiber besprengen das Fett, daß sie der Königinn des Himmels * Kuchen ** zurichten, und den fremden Göttern Trankopfer opfern, und mich zornig machen. * dem Mond. ** Küchlein.

19. Numquid me ad iracundiam provocant, dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui.

19. Reizen sie dann mich zum Zorn, spricht der HErr? reizen sie sich nicht selbst, zur Verschämung ihres Angesichtes.

20. Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce, furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super jumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ: & succedetur, & non extinguetur.

20. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, mein Grimm, und mein Zorn wird zusammengeschmolzen über diesen Ort, über Menschen, und über Vieh, über die Bäume im Lande, und über die Früchten auf dem Felde: er wird anbrennen, und sich nicht löschen lassen.

21. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Holocautomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.

21. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Bringet eure Brandopfer, und eure Schlachtopfer zusammen, und esset Fleisch.

22. Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocautomatum, & victimarum:

22. Denn an dem Tage, da ich eure Väter aus Aegyptenland führete, habe ich mit ihnen nicht geredt, noch ihnen von Brand- und Schlachtopfern Befehl gegeben:

23. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, ut bene sit vobis.

23. Sondern das Wort befahl ich ihnen, und sprach: Höret meine Stimme, so will ich euer GOtt sein, und ihr sollet mein Volk seyn: und wandelt auf allen Wegen, die ich euch befohlen habe, auf daß es euch wohl gehe.

24. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum, & non in ante,

24. Und sie haben es nicht gehöret, noch ihr Ohr darauf geneiget: sondern haben gewandelt nach ihren eigenen Lüsten, und nach der Bosheit ihres verkehrten Herzen: und sie sind hinter sich gegangen, und nicht vor sich,

25. A die, qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, usque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens.

25. Von der Zeit an, daß ihre Väter aus Aegyptenland gezogen sind, bis auf den heutigen Tag. Und ich habe zu euch gesandt alle meine Knechte, die Propheten, ich bin zu Tag früh aufgestanden, und habe sie geschicket.

26. Et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam:

26. Aber sie haben mich nicht gehöret, noch ihr Ohr geneiget: sondern haben ihren Nacken verhärtet: und haben es ärger gemacht, dann ihre Väter.

f Infr. 16. 12. f & pejus operati sunt, quam patres eorum.

27. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi.

27. Alle diese Worte wirst du zu ihnen reden, und sie werden dich nicht hören: du wirst ihnen zurufen, und sie werden dir keine Antwort geben.

28. Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum.

28. So sprich zu ihnen: Dieß ist das Volk, so die Stimme des HErrn seines GOttes nicht gehöret, noch die Züchtigung angenommen hat: der Glaube ist vergangen, und von ihrem Munde hinweggenommen.

III. 29. Tonde capillum tuum, & projice, & sume in directum planctum: quia projecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui,

III. 29. Schneide deine Haare ab, und wirf sie von dir, und erhebe deine Klage in die Höhe: denn der HErr hat das Geschlecht seines Grimmes verworfen, und verlassen,

30. Quia fecerunt filii Juda malum in oculis

30. Denn die Kinder Juda haben Böses gethan in meinen

℣. 16. *Et non obsistas mihi.* Ac si Deus impediatur Sanctorum oratione, ne impios puniat. Non vetat Sanctos orare pro nobis, sed pro iis tantum, qui sunt obfirmati in peccato, quos Deus scit non redituros in viam.

℣. 18. *Et mulieres conspergunt adipem.* Hebr. Ponunt conspersionem farinaceam, aquam, salem, butyrum, vel adipem ad placentas conficiendas reginæ cœli, lunæ scilicet, cui sacrificare solebant.

℣. 19. *Numquid me ad iracundiam provocant -- nonne semetipsos.* i. perdunt: q. d. non mihi, sed sibi ipsis nocent.

℣. 21. *Holocautomata vestra addite victimis vestris.* Ironice loquitur; cumulate sacrificia, nihil vobis proderunt, nisi mores vestros mutaveritis.

℣. 22. *Non sum locutus cum patribus vestris.* Mox ab egressu de Ægypto dedit decalogum: postquam peccaverunt in vituli adoratione, præcepta dedit eis de sacrificiis offerendis, ne defluerent ad idola: unde hæc quasi secundario addita sunt ex occasione, nec in iis summa pietatis consistit. Jam de agno Paschali ex causa peculiari præceperat Deus; sed tot cæremonialium præceptorum congeries ex occasione tantum fuit præscripta. Deinde loquitur Deus comparate, ut Osee 6. *Misericordiam volo, non sacrificium;* malo misericordiam, nolo sacrificium sine misericordia.

℣. 24. *Factique sunt retrorsum.* Ollas Ægyptiorum magis desiderantes, quam bona a Deo promissa: facti sunt pejores in dies usque ad diem hanc.

℣. 27. *Loqueris -- & non audient te.* Hieron. *Tantæ erunt superbiæ, ut cum vocaveris eos ad audiendum, nullus respondere dignetur.*

℣. 29. *Tonde capillum tuum.* O Jerusalem, in signum luctus. *Sume in directum planctum.* Contenta voce clama in altum. *Et reliquit generationem.* Contra quam furor ejus incensus est. Deus jubebat interdum Prophetas non solum verbis, sed etiam factis illustribus res futuras exprimere.

nen Augen, spricht der HErr: sie haben ihre Aergernisse in das Haus gesetzt, in welchem mein Name ist angeruffen worden, daß sie es verunreinigten:

31. Und sie haben die Höhe Topheth gebauet, welches ist im Thale der Kinder Ennom: damit sie ihre Söhne und ihre Töchter mit Feuer verbrenneten: welches ich nicht befohlen, noch in meinem Herzen gedacht habe.

32. Derowegen siehe, die Täge werden kommen, spricht der HErr, daß man nicht mehr sagen wird: Topheth, und das Thal der Kinder Ennom: sondern das Thal des Würgens: und man wird sie zu Topheth begraben, weil sonst kein Raum da ist.

33. Und die Leichname des Volkes werden den Vögeln des Himmels, und den Thieren auf Erden zur Speise seyn, und wird niemand seyn, der sie davon verjage.

34. Und ich will in den Städten Juda, und auf den Gassen zu Jerusalem stillen die Stimme der Freude, und die Stimme des Frohlockens, die Stimme des Bräutigams, und die Stimme der Braut: denn das Land soll zur Wüste werden.

meis, dicit Dominus: posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam:

31. Et ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom: ut incenderent filios suos, & filias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo.

32. Ideo ecce, dies venient, dicit Dominus, & non dicetur amplius: Topheth, & Vallis filii Ennom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eo quod non sit locus.

33. Et erit morticinum populi hujus in cibos volucribus cœli, & bestiis terræ, & non erit, qui abigat.

34. Et g quiescere faciam de urbibus Juda, & de plateis Jerusalem vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ: in desolationem enim erit terra. g *Ezech.26. 13.*

Das achte Capitel.

I. Die Chaldäer werden der Juden Gräber zerstören, und ihre Gebeine zerstreuen: 1. II. Die Juden, so übrig geblieben, werden lieber sterben wollen, als in solchem Elende leben; doch sich nicht bekehren: 3. III. Worüber sie desomehr in GOttes Strafe fallen. 13.

1. Zu derselben Zeit, spricht der HErr, werden sie die Gebeine der Könige Juda, und die Gebeine ihrer Fürsten, und die Gebeine der Priester, und die Gebeine der Propheten, und die Gebeine derjenigen, die zu Jerusalem gewohnt haben, aus ihren Gräbern werfen:

2. Sie werden sie zerstreuen unter der Sonne, und Mond, und allem Heere des Himmels, welche sie geliebt, und denen sie gedienet, und nachgefolget, und die sie gesucht, und angebethet haben: sie werden nicht wieder gesammelt, noch begraben, sondern auf dem Erdboden zu Koth werden.

II. 3. Und alle, welche von diesem sehr bösen Geschlechte werden übrig bleiben, an allen verlassenen Oertern, dahin ich sie ausgestoßen habe, werden den Tod für das Leben erwählen, spricht der HErr der Heerschaaren.

4. Und du sollst zu ihnen sagen: Dieß spricht der HErr: Wird dann der, so fällt, nicht wieder aufstehen? und der sich abgewendet, nicht wiederkehren?

5. Warum hat sich dann dieß Volk zu Jerusalem also abgewendet, mit so halsstärriger Verkehrung? sie haben die Lügen ergriffen, und wollen nicht wiederkehren.

6. Ich habe acht darauf gegeben, und zugehöret: es ist keiner, der etwas Gutes rede: keiner ist, der Buße thue über seine Sünde, und spreche: was habe ich gethan? sie haben alle sich zu ihrem Laufe gewendet, wie ein Roß, das mit Gewalt zum Streite laufet.

7. Der Weih * im Himmel erkennet seine Zeit: die Turteltaube, und die Schwalbe, und der Storch hälten die Zeit ihrer Ankunft: aber mein Volk hat das Gericht des HErrn nicht erkannt. * Weiher, Raubvogel.

8. Wie saget ihr: Wir sind weiß, und das Gesetz des HErrn ist bey uns? fürwahr, die lügenhaftige Feder der Schriftgelehrten hat Lügen geschrieben.

9. Die Weisen sind zu Schanden worden, sie sind er-

CAPUT VIII.

I. Ob idololatriam sepulchra Judæorum regum & optimatum, a Chaldæis evertentur & ossa dispergentur: 1. II. Judæi residui præ angustia mortem optabunt, sed nolent resipiscere: 3. III. Ideo ab hostibus crudelissimis affligentur. 13.

1. In illo tempore, ait Dominus, ejicient ossa regum Juda, & ossa principum ejus, & ossa sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum, qui habitaverunt Jerusalem, de sepulchris suis:

2. Et expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ dilexerunt, & quibus servierunt, & post quæ ambulaverunt, & quæ quæsierunt, & adoraverunt: non colligentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.

II. 3. Et eligent magis mortem quam vitam omnes, qui residui fuerint de cognatione hac pessima in universis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ ejeci eos, dicit Dominus exercituum.

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Numquid qui cadit, non resurget? & qui aversus est, non revertetur?

5. Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem aversione contentiosa? apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti.

6. Attendi, & auscultavi: nemo, quod bonum est, loquitur: nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: quid feci? omnes conversi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad prælium.

7. Milvus in cœlo cognovit tempus suum: turtur, & hirundo, & ciconia, custodierunt tempus adventus sui: populus autem meus non cognovit judicium Domini.

8. Quomodo dicitis: Sapientes nos sumus, & lex Domini nobiscum est? vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum.

9. Confusi sunt sapientes, perterriti & capti

℣. 32. *Non dicetur amplius Topheth &c. sed vallis interfectionis.* Nam vox Ennom pulchrum significat. *Sed vallis interfectionis.* Quia plurimi ibi occidentur. *Excelsa Topheth.* Altaria in excelsis collibus.

CAPUT VIII.

℣. 1. *Ejicient ossa regum Juda.* Chaldæi victores, seu ex sævitia, seu ex cupiditate aurum, vel res pretiosas cum cadaveribus sepultas inveniendi: mos enim Judæorum erat, ut reges cum aureis coronis sepelirent. Moraliter detractores effodiunt ossa mortuorum, dum per denigrationem eorum peccata aperiendo fœtorem causant.

℣. 4. *Numquid qui cadit, non resurget?* An quisquam est ita perversus, ut ad Deum non se convertat.

℣. 5. *Quare aversus est a Deo populus iste aversione contentiosa.* 70. Impudenti. Hebr. Perpetua.

℣. 6. *Omnes conversi sunt ad cursum suum.* Ad peccandi consuetudinem. *Quasi equus impetu vadens ad prælium.* i. sine dissensione & recognitione: quia cum tanta celeritate & fervore ad peccandum currit, cum quanta equus ad prælium. De his S. Greg. loquens ait: *Erecto colio adversus Deum currit*, qui ea, quæ creatori *displicent, cum audacia perpetrat.*

℣. 7. *Milvus in cœlo cognovit tempus suum.* Aëris mutationes. *Populus.* Ad ea, quæ sunt salutis suæ, obstupescit.

℣. 8. *Vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum.* Qui legem verbis & factis pervertunt. *Qui sua propria scientia*, ut ait Hieron. *& judicio proprio se condemnant; ut illi, qui prædicant non furari, furantur.* Hoc confirmat S. Aug. dicens: *Bene loqui, & male vivere, nihil aliud est, quam se sua voce damnare.* Ex horum perversa interpretatione falluntur populi.

pti sunt: verbum enim Domini projecerunt, & sapientia nulla est in eis.

a *Isai.* 56. 11. *Sup.* 6. 13. 10. Propterea *a* dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus: quia a minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur: a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium.

11. Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cum non esset pax.

b *Sup.* 6. 15. 12. Confusi sunt *b*, quia abominationem fecerunt: quin imo confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

III. 13. Congregans congregabo eos, ait Dominus, non est uva in vitibus, & non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis, quæ prætergressa sunt.

14. Quare sedemus? convenite, & ingrediamur civitatem munitam, & sileamus ibi: quia Dominus Deus noster silere nos fecit, &

c *Infr.* 9. 15. potum dedit nobis *c* aquam fellis: peccavimus enim Domino.

d *Infr.* 14. 19. 15. Expectavimus *d* pacem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce, formido.

16. A Dan auditus est fremitus equorum ejus, a voce hinnituum pugnatorum ejus commota est omnis terra: & venerunt, & devoraverunt terram, & plenitudinem ejus, urbem, & habitatores ejus.

17. Quia ecce, ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus.

18. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

19. Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua: numquid Dominus non est in Sion? aut rex ejus non est in ea? quare ergo me ad iracundiam concitaverunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis?

20. Transiit messis, finita est æstas, & nos salvati non sumus.

21. Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me.

22. Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

CAPUT IX.

I. Luget propheta eædem, sed & peccata populi: 1. *II. Frorter Judææ vastationem omnes assumere luctum jubet:* 10. *III. Et vocari lamentatrices: in solo Deo ejusque cogitatione gloriari, qui puniet Gentiles impios & filios Israel incircumcisos corde.* 17.

schrocken, und gefangen: denn sie haben des HErrn Wort verworfen, und ist keine Weisheit in ihnen.

10. Darum will ich ihre Weiber den Fremden geben, und ihre Aecker andern Erben: denn sie gehen alle dem Geize nach, vom Geringsten bis zum Größten: alle gehen mit Lügen um, von dem Propheten, bis zu dem Priester.

11. Sie haben den Schaden der Tochter meines Volkes mit Spott geheilet, und gesagt: Friede, Friede: da doch kein Friede war.

12. Sie sind zu Schanden worden, dieweil sie solchen Greuel begangen haben: ja sie sind vielmehr schamlos worden in ihrer Schande, und können sich nicht schämen: darum sollen sie unter den Erschlagenen fallen, in Zeit ihrer Heimsuchung sollen sie zu Boden fallen, spricht der HErr.

III. 13. Ich will sie genau zusammen bringen, spricht der HErr, es soll keine Traube an den Weinstöcken, und keine Feige auf dem Feigenbaume bleiben, ja die Blätter sollen auch abfallen: und was übrig gelassen ist, das habe ich ihnen gegeben.

14. Warum sitzen wir hie? thut euch zusammen, lasset uns in eine veste Stadt ziehen, und daselbst still seyn: denn der HErr unser GOtt hat uns schweigend gemacht, und hat uns zu trinken gegeben Wasser mit Galle vermischet: denn wir haben dem HErrn gesündiget.

15. Wir haben auf Friede gewartet, und da war nichts Gutes: auf die Zeit, daß wir geheilet würden, und siehe, da kam Schrecken.

16. Man hat von Dan das Schnaufen seiner Pferde gehöret, das ganze Land hat vom Geschrey ihrer Streithengste gebebet: und sie sind gekommen, und haben das Land aufgefressen mit allem ihrem Vorrathe, und die Städte mit ihren Inwohnern.

17. Denn siehe, ich will Schlangen und Basilisken unter euch schicken, die sich nicht beschwören lassen: und sie werden euch beißen, spricht der HErr.

18. Ein Schmerzen kömmt mir über den andern, und mein Herz ist traurig in mir.

19. Siehe, man höret die Stimme, und das Geschrey der Tochter meines Volkes aus einem weit entlegenen Lande her: ist der HErr dann nicht zu Sion? oder ist ihr König nicht in ihr? warum haben sie mich dann zum Zorne gereizet mit ihren geschnitzten Bildern, und mit ihren fremden Eitelkeiten?

20. Die Ernte ist vorüber, der Sommer hat ein Ende, und uns ist nicht geholfen.

21. Ich bin bestürzt, und betrübt über das Verderben der Tochter meines Volkes, und Schrecken hat mich eingenommen.

22. Ist dann kein Heilharz* zu Galaad? oder ist allda kein Arzt? warum ist dann die Wunde der Tochter meines Volkes nicht zugeheilet? * Pech.

Das neunte Capitel.

I. Jeremias beklagt ferner die Sünden, und den Untergang des Volkes: 1. II. Die Verwüstung Jerusalems, und daß GOtt die Juden mit Wermuth speisen, und mit Galle tränken werde: 10. III. Heißt sie, aus Befehl GOttes, Klagweiber zu berufen, und Jerusalem zu beweinen, auch nicht auf ihre eigene Weisheit und Stärke, sondern allein auf GOtt zu hoffen. 17.

1. Wer

℣. 9. *Sapientia nulla est in eis. Frustra*, dicit Hieron. *jactant legis notitiam, qui destruunt operibus doctrinam.*

℣. 11. *Sanabant contritionem populi mei ad ignominiam.* Hieron. hæc applicat sacerdotibus, qui divitibus prospera omnia promittunt: Estius confessoribus, qui oleum infundunt in vulnera, non vinum; qui peccatoribus manus facile imponunt, nec securim ad radicem ponunt. Hieronymus: *Vox populi respondentis inducitur, & sua vitia confitentis; personarum mutatio. & maxime in Prophetis, difficilem intellectum facit: quod si suis locis, & causis, temporibusque reddantur, plana fient, quæ videbantur obscura.*

℣. 13. *Congregans congregabo eos.* In Jerusalem ibi obsidendos. *Uva.* Minatur famem. *Prætergressa sunt.* Quæ derelicta sunt a Chaldæis, vel quæ iis dederam, e manibus excident; quæ iis dabo, eos prætergredientur, hæc non comedent, sed hostes: vel vivent ex iis, quæ hostes reliquerunt.

℣. 14. *Quare sedemus.* Desides in locis non munitis. *Dedit nobis aquam fellis.* Chald. maledictionis.

℣. 17. *Ecce, ego mittam vobis serpentes regulos.* Chaldæi sunt serpentes, qui placari non possunt, aut incantari, adeo sunt crudeles.

℣. 18. *Dolor meus super dolorem.* Verba sunt Jeremiæ.

℣. 19. *Ecce, vox clamoris - - de terra longinqua.* Hebr. *Propter terram.* Metu eorum, qui veniunt de terra longinqua. *Numquid Dominus.* Ut autem vox clamoris sit in Jerusalem, & clamor ipse veniat de terra longinqua, causa manifesta est, quod Dominus non sit in ea, & Rex illius recesserit ab illa. Hieronym.

℣. 20. *Transiit messis, finita est æstas.* In qua Ægyptii se nobis opem laturos promiserant: sed nusquam comparent. Ridet eos Deus recitans eorum verba: vel juxta Hieronymum, rursus populus loquitur.

℣. 22. *Numquid resina non est in Galaad?* Aromatum feraci: an defuerunt prophetæ & sacerdotes, qui verbis, consiliis, monitis, & orationibus tot malis mederentur? Galaad nominat, quia Elias & alii Prophetæ ibi habitarunt. *Quare igitur non est obducta cicatrix?* Quia populus curari noluit.

1. Wer giebt doch meinem Haupte Wasser, und meinen Augen eine Thränenquelle? so wollte ich Tag und Nacht die Erschlagenen der Tochter meines Volkes beweinen.

2. Wer giebt mir in der Wüste eine Herberge, wie die reisende Leute haben, so wollte ich mein Volk verlassen, und mich von ihnen absondern? denn sie sind Ehebrecher allesammt, und ein muthwilliger Haufe.

3. Sie haben ihre Zungen gleich einem Bogen gespannet, Lügen, und nicht Wahrheit zu schießen: sie sind stark worden im Lande: denn sie gehen von einer Bosheit zu der andern, und erkennen mich nicht, spricht der HErr.

4. Jedermann hüte sich für seinem Nächsten, und vertraue einem jeglichen Bruder nicht: denn ein Bruder wird den andern betrügen, und unterdrücken, und ein Freund wird den andern betrüglich hintergehen.

5. Ein Mann wird seinen Bruder verspotten, und sie werden die Wahrheit nicht reden: denn sie haben ihre Zungen abgerichtet, Lügen zu reden: und sich beflissen, Unrecht zu thun.

6. Deine Wohnung ist mitten im Betruge: aus Arglist wollen sie mich nicht kennen, spricht der HErr.

7. Darum sagt dieß der HErr der Heerschaaren: Siehe, ich will sie schmelzen und prüfen: denn was soll ich anders thun vor dem Angesichte der Tochter meines Volkes?

8. Ihre Zungen sind Pfeile, die Wunden machen, sie geben mit Betrug um: mit dem Munde redet einer friedlich seinem Freunde, und im Herzen stellet er ihm heimlich nach.

9. Sollte ich sie darüber nicht heimsuchen, spricht der HErr? oder sollte ich meine Seele an einem solchen Volke nicht rächen?

II. 10. Ich will anfangen über die Berge zu weinen und zu heulen, und über die schönen Oerter der Wüste zu klagen: denn sie sind zumal verbrannt, daß niemand da hindurch wandelt: man höret auch da keines Besitzers Stimme: alles ist hinweg, und hat sich von dannen gemacht, die Vögel des Himmels, und auch das Vieh.

11. Und ich will Jerusalem zum Sandhaufen machen, und zum Lager der Drachen: die Städte Juda will ich zur Verwüstung übergeben, daß niemand darinn wird wohnen.

12. Wer ist nun ein weiser Mann, der dieß verstehet, und zu welchem das Wort geschiehet aus dem Munde des HErrn, daß er es verkündige, warum das Land verderbt, verbrannt, und einer Einöde gleich gemacht sey, also, daß niemand dadurch wandelt?

13. Und der HErr sprach: Dieweil sie mein Gesetz, das ich ihnen gegeben habe, verlassen, und meiner Stimme nicht gehorchet, noch ihren Wandel darnach angerichtet haben:

14. Sondern sind der Bosheit ihres Herzens, und Baalim * nachgegangen, das sie von ihren Vätern gelernet haben. * den Abgöttern.

15. So spricht dieß der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will dieß Volk mit Wermuth speisen, und mit Gallenwasser tränken.

1. Quis dabit capite meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.

2. Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, & dereliquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum.

3. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non veritatis: confortati sunt in terra: quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus.

4. Unusquisque se a proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

5. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: ut inique agerent, laboraverunt.

6. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

7. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce, ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam a facie filiæ populi mei?

8. Sagitta *a* vulnerans lingua eorum dolum locuta est: in ore suo pacem, cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. *a Psalm. 27. 3.*

9. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente hujusmodi non ulciscetur anima mea?

II. 10. Super montes assumam fletum ac lamentum, & super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt, eo quod non sit vir pertransiens: & non audierunt vocem possidentis: a volucre cœli usque ad pecora transmigraverunt & recesserunt.

11. Et dabo Jerusalem in acervos arenæ & cubilia draconum: & civitates Juda dabo in desolationem, eo quod non sit habitator.

12. Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat, ut annuntiet istud, quare perierit terra & exusta sit quasi desertum, eo quod non sit, qui pertranseat?

13. Et dixit Dominus: Quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulaverunt in ea:

14. Et abierunt post pravitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt a patribus suis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce, *b* ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. *b Infr. 23. 15.*

16. Et

CAPUT IX.

†. 2. *Quis dabit me.* Hebr. & Sept. mihi *in solitudine diversorium.* Id optat Propheta, ne videat populi flagitia.

†. 3. *Extenderunt linguam suam quasi arcum.* Linguam arcui, verba sagittis comparat. *Confortati.* Potentes fuerunt pejores facti.

†. 4. *Unusquisque se a proximo suo custodiat.* Quia proximus proximum ad idololatriam aut alia mala inducit. Unde Boëtius de consol. lib. 3. prosa 5. *Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus.* Quare & Poëta canit:

Cognatum, fratremque cave, charumque sodalem.

†. 6. *Habitatio tua in medio doli.* Habitas, o Jeremia, in medio dolosorum. Verba sunt Dei ad Jeremiam. *In dolo.* Negarunt cum dolo se Deum cognoscere. 70. Usura super usuram & dolus super dolum.

†. 7. *Ecce, ego conflabo.* Sept. Examinabo eos igne, ita, ut non consumam eos. *Et probabo eos* i. probos eos faciam purgando. Hieron. *Quotiescunque angustiis subjacemus, mala a Deo recipimus, & examinamur persecutionibus, ut quidquid in nobis adulterinæ materiæ est, tribulationum & miseriarum exuratur ignis ardoribus. A facie.* In gratiam populi mei, nisi ut castigem eum citra consumptionem 70. *Quid faciam a facie filiæ populi mei?*

†. 10. *Super montes assumam fletum.* Hebr. Propter montes Jerusalem, qui ab hostibus incensi sunt. *Et super speciosa deserti.* Propter amœnitates deserti. 70. Super semitas deserti, quod ita vastatum est, ut neque homines, neque bestiæ per ejus semitas transeant. Loquitur Propheta & luget fertilem terram in desertum conversam.

†. 11. *Dabo Jerusalem in acervos arenæ* i. ruderum. *Eoquod.* Pro ut, non sit habitabor.

†. 15. *Ecce, ego cibabo populum istum absinthio.* Voluptates illicitas absinthio diluam, ut populum meum ab iis, qui illum decipiunt, omnino deterream. Primum absinthio, ac tandem eos felle potat, cum punit.

16. Et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur.

III. 17. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Contemplamini, & vocate lamentatrices & veniant: & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent:

18. Festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis.

19. Quia vox lamentationis audita est de Sion: Quomodo vastati sumus, & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam dejecta sunt tabernacula nostra.

20. Audite ergo mulieres verbum Domini: & assumant aures vestræ sermonem oris ejus: & docete filias vestras lamentum, & unaquæque proximam suam planctum:

21. Quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos deforis, juvenes de plateis.

22. Loquere: Hæc dicit Dominus: Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est, qui colligat.

c 1. *Cor.* 1. 31. 2. *Cor.* 10. 17. 23. Hæc dicit Dominus: *c* Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis:

24. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me: quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & judicium, & justitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.

25. Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & visitabo super omnem, qui circumcisum habet præputium,

26. Super Ægyptum, & super Juda, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes, qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium: omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

CAPUT X.

I. Non est adoranda vel timenda cœlestis constellatio, nec imbecillia idola: 1. II. Sed solus Deus, creator ac gubernator omnium. 10. III. Qui vastabit peccatores terræ Jerusalem, & idola, ideoque rogandus est, ne eos, qui ipsum cognoscunt, deleat, sed potius in hostes nostros suum effundat furorem. 17.

1. Audite verbum, quod locutus est Dominus super vos domus Israel:

2. Hæc dicit Dominus: Juxta vias gentium nolite discere: & a signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes:

a Sap. 13. 11. & 14. 8. 3. Quia leges populorum vanæ sunt: *a* quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia,

16. Ich will sie zerstreuen unter die Heyden, welche sie und ihre Väter nicht gekannt haben: und will das Schwert hinter sie schicken, bis sie zumal vertilget werden.

III. 17. Dieß sagt der HErr der Heerscharen, der GOtt Israel: Sehet euch um, und berufet Klagweiber, daß sie kommen: sendet aus nach klugen Weibern, daß sie eilen:

18. Ja eilends kommen, und uns beklagen: daß auch unsere Augen Thränen geben, und Wasser von unsern Augenliedern herabfließe.

19. Denn es ist eine Stimme des Klagens aus Sion gehöret worden: Wie sind wir also verwüstet, und so gar zu Schanden worden? weil wir haben das Land verlassen müssen, denn unsere Hütten sind abgeworfen.

20. Und nun ihr Weiber, höret des HErrn Wort: eure Ohren vernehmen die Rede seines Mundes: lehret eure Töchter klagen, und eine jegliche lehre ihre Freundinn heulen:

21. Denn der Tod ist durch unsere Fenster hineingestiegen, er ist in unsere Häuser gekommen, die kleinen Kinder auf den Gassen, und die Jünglinge auf den Straßen zu erwürgen.

22. Rede: Dieß spricht der HErr: Die Leichname der Menschen sollen wie Koth auf der Erde liegen, und wie Gras hinter dem, der es abmähet, das niemand sammelt.

23. Dieß sagt der HErr: Der Weise rühme sich nicht seiner Weisheit, und der Starke rühme sich seiner Stärke nicht, und der Reiche rühme sich seiner Reichthümer nicht:

24. Sondern wer sich rühmet, der rühme sich in dem, daß er mich weißt, und erkennet: denn ich bin der HErr, der ich Barmherzigkeit, und Recht, und Gerechtigkeit thue auf Erden: denn daran habe ich ein Wohlgefallen, spricht der HErr.

25. Siehe, es kommen die Tage, spricht der HErr, daß ich alle heimsuchen will, die eine beschnittene Vorhaut haben,

26. Nämlich Aegypten, und Juda, und Edom, und die Kinder Ammon, und Moab, und alle, die das Haar scheeren lassen, und in der Wüste ihre Wohnung haben: denn alle Heyden haben die Vorhaut: aber das ganze Haus Israel ist unbeschnitten am Herzen.

Das zehente Capitel.

I. Der Prophet ermahnt, daß sie nicht anbethen die Sterne des Himmels, noch die Götzen, so nichts vermögen: 1. II. Sondern allein den wahren GOtt, als welcher alles erschaffen hat, und erhält. 10. III. Verkündiget den abgöttischen Juden, daß sie sollen zerstreuet, ihre Städte aber verwüstet werden; bittet GOtt, daß er sein Volk mit Maaße züchtigen wolle. 17.

1. Höret das Wort, ihr vom Hause Israel, das der HErr über euch geredet hat:

2. Dieß sagt der HErr: Lernet nicht die Wege der Heyden: und fürchtet euch nicht vor den Zeichen des Himmels, dafür sich die Heyden fürchten:

3. Weil die Satzungen der Völker eitel sind: denn die Hand des Meisters hauet einen Baum aus dem Walde, ein Werk mit dem Beile daraus zu machen,

4. Das

℣. 16. *Mittam post eos gladium, donec consumantur.* Non totum genus Judæorum: nam contrarium promisit cap. 5. v. 10. sed singuli, quos propter peccata puniet usque ad mortem.

℣. 21. *Ascendit mors per fenestras.* Hostes in nos nec opinantes irruerunt. Moraliter per sensus præsertim per oculos ascendit mors. Hinc monet S. Greg. *Deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Nec enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi prius illud intente respexisset.* Et S. Hieron. *Periculose tibi ministrat, cujus faciem libenter intueris.*

℣. 22. *Et cadet morticinum hominis quasi stercus.* Corpus hominis peccatoris comparatur stercori ob fœditatem, & stipulæ seu fœno propter sterilitatem, & inutilitatem.

℣. 23. *Non glorietur sapiens in sapientia sua &c.* Nec sapientem sapientia, nec fortem fortitudo, sed fides & cultus Dei liberabit.

℣. 25. *Visitabo super omnem, qui circumcisum habet præputium.* Non discernam inter Judæos & gentiles, quia Judæi sunt incircumcisi corde.

℣. 26. *Super Ægyptum & super Juda, & super Edom &c.* Inter eos, qui circumcisi erant, annumerat Ægyptios, Moabitas &c. quia ex iis multi erant circumcisi. Hieron. Qui Judææ Palæstinæque confines sunt populi, præcipue Ægyptii, & Idumæi, Ammonitæ, & Moabitæ. *Qui attonsi sunt in comam*, ut Arabes teste Hieron. quod vetitum erat Hebræis, ut ab iis gentibus secernerentur. Quia omnes gentes habent præputium, præter eas, quas enumeravit, quæque tales sunt intus, quales foris, nec fingunt ut Judæi carne circumcisi, non corde.

CAPUT X.

℣. 2. *A signis cæli nolite metuere.* Hic locus adversus genethliacos permagni est ponderis. Hi quippe omnia vi siderum gubernari putant, quæ facta quidem sunt in signa, seu in dies & annos. Vide S. Gregor. hom. 10. in Evang.

℣. 3. *Quia leges populorum vanæ sunt.* Nam præscribunt ritum, quo idola colenda sint.

4. Das zierte er mit Silber und Gold: heftet es auch zusammen mit Nägeln und Hämmern, damit es nicht voneinander gehe.

5. Sie werden gemacht, daß sie wie ein Palmbaum aufrecht stehen, und werden nicht reden: man nimmt sie auf, und trägt sie, weil sie nicht gehen können: derowegen fürchtet euch vor ihnen nicht, denn sie können weder Gutes, noch Böses thun.

6. HErr, es ist deines gleichen nicht: du bist groß, und dein Name ist groß, und kräftig.

7. Wer sollte dich nicht fürchten, o du König der Heyden! denn dein ist die Herrlichkeit: unter allen Weisen der Heyden, und in allen ihren Königreichen ist keiner, der dir gleich sey.

8. Es beweißt sich, daß sie alle zugleich Narren und Thoren sind: denn die Lehre ihrer Eitelkeit ist ein Holz.

9. Das geschlagene Silber wird von Tharsis hergebracht, und das Gold von Ophaz: es ist ein Werk, das der Meister, und die Hand des Goldschmidts zugerichtet hat: himmelblaue Seide, und Purpur ist ihre Kleidung: alles ist der Werkmeister Arbeit.

II. 10. Aber der HErr ist der wahre GOtt: er ist auch der lebendige GOtt, und ein ewiger König: das Erdreich beweget sich vor seinem Zorn, und die Heyden mögen sein Drohen nicht ertragen.

11. Darum sollet ihr zu ihnen also sagen: Die Götter, welche Himmel und Erde nicht erschaffen haben, sollen vom Erdboden, und von alle dem, was unter dem Himmel ist, vertilget werden.

12. Er hat aber den Erdboden durch seine Stärke gemacht, und den Umkreiß durch seine Weisheit zubereitet, und durch seine Vorsichtigkeit die Himmel aufgespannet.

13. Auf seine Stimme giebt er viel Wasser vom Himmel, er ziehet den Nebel hinauf vom Ende der Erde: er machet Blitz zum Regen, und führet den Wind aus seinen Schätzen.* * verborgnen Oerten.

14. Alle Menschen sind Narren worden mit ihrer Weisheit, und alle Werkmeister stehen in Schanden mit ihren abgöttischen Bildern: denn es ist Betrug, was sie gegossen haben, und ist kein Athem darinnen.

15. Es sind eitle Dinge, und ein Werk, das des Lachens wohl werth ist: zu der Zeit ihrer Heimsuchung werden sie umkommen.

16. Aber der Theil Jacobs ist ihnen nicht gleich: denn er ist es, der alles erschaffen hat: und Israel ist die Ruthe seiner Erbschaft: der HErr der Heerschaaren ist sein Name.

III. 17. Sammle aus dem Lande deine Schande, die du in der Belagerung wohnest.

18. Denn dieß sagt der HErr: Siehe, ich will auf diesesmal die Inwohner des Landes weit hinwegwerfen, und will sie also plagen, daß man es spüren soll.

19. Wehe mir meines Elends halben, meine Plage ist eine überaus böse Plage. Aber ich habe gesagt: Dieß ist allerdings meine Schwachheit, ich will sie auch tragen.

4. Argento, & auro decoravit illud: clavis & malleis compegit, ut non dissolvatur.

5. In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valent: nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene.

6. Non *b* est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. *b Mich.7.18.*

7. Quis *c* non timebit te, o rex gentium! tuum est enim decus: inter cunctos sapientes gentium, & in universis regnis eorum nullus est similis tui. *c Apoc.15.4.*

8. Pariter insipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorum lignum est.

9. Argentum involutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ærarii: hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus artificum universa hæc.

II. 10. Dominus autem Deus verus est: ipse Deus vivens, & Rex sempiternus: ab indignatione ejus commovebitur terra, & non sustinebunt gentes comminationem ejus.

11. Sic ergo dicetis eis: Dii, qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his, quæ sub cœlo sunt.

12. Qui *d* facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. *d Gen.1. Infra.51.15.*

13. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, & elevat nebulas ab extremitatibus terræ: *e* fulgura in pluviam facit, & educit ventum de thesauris suis. *e Psal.134.7. Infr.51.16.*

14. Stultus factus est omnis homo a scientia, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est, quod conflavit, & non est spiritus in eis.

15. Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt.

16. Non est his similis pars Jacob: qui enim formavit omnia, ipse est: & Israel virga hæreditatis ejus: Dominus exercituum nomen illi.

III. 17. Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione.

18. Quia hæc dicit Dominus: Ecce, ego longe projiciam habitatores terræ in hac vice, & tribulabo eos ita, ut inveniantur.

19. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi: Plane hæc infirmitas mea est, & portabo illam.

20. Taber-

℣. 5. *In similitudinem palmæ fabricata sunt.* Procera, comata, sed intus inania: atque instar palmæ pulchra sunt; sed incedere, aut loqui non possunt.

℣. 8. *Pariter insipientes & fatui probabuntur.* Facile est probare eos esse stultos: signum ipsum, ex quo deos suos fabricantur, probat eorum vanitatem.

℣. 9. *Argentum involutum.* In laminas diductum, & complicatum. *De Tharsis affertur.* Chald. ex Africa. *Et aurum de Ophaz.* De Ophir.

℣. 10. *Dominus autem Deus verus est. Ipse est Deus vivens, & Rex sempiternus.* Deus enim Dominus est per plenam auctoritatem omnium solus Dominus, cæteri autem non sunt Domini, ideo Dominus nomen est appropriatum Deo omnibus præsidenti, juxta illud Amos 5. *Dominus nomen illi.* Dionys.

℣. 11. *Sic ergo dicetis eis: Dii, qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra.* Versiculus iste Chaldaice scriptus est, ut populum doceat verba, quibus uti debeat, ubi cum Chaldæis loquetur. *Et de his, quæ sub cœlo sunt.* Chaldaice: *Et de sub cælis istis.*

℣. 12. *Qui facit terram in fortitudine sua.* Supple, ille verus est Deus, qui fecit terram.

℣. 13. *Ad vocem suam dat multitudinem aquarum.* Tonitru sequitur pluvia. Psal. 28. *Vox Domini super aquas.*

℣. 14. *Stultus factus est omnis homo a scientia.* Scientia artificis eum ipsum stultum ostendit, ex arte, qua fabricat idolum, stultus factus est. Hebr. Absque scientia.

℣. 16. *Non est his similis pars Jacob.* Deus noster, qui est hæreditas Jacob. *Et Israel virga.* Peculiaris populus ejus, & virga hæreditatis.

℣. 17. *Congrega de terra confusionem tuam.* Idola tua. 70. Substantiam tuam, opes nihil tibi profuturas nisi ad confusionem tuam. *Quæ habitas in obsidione.* O Jerusalem! Chald. In munitione, vel mox obsidenda.

℣. 18. *Et tribulabo eos ita, ut inveniantur.* In urbe conclusi, nec possint effugere, & pereant.

℣. 19. *Væ mihi super contritione mea.* Verba sunt populi. *Plane hæc infirmitas mea est.* Digna peccatis patior.

20. Tabernaculum meum vastatum est omnes funiculi mei dirupti sunt: filii mei exierunt a me, & non subsistunt: non est, qui extendat ultra tentorium meum, & erigat pelles meas.

21. Quia stulte egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

22. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, ut ponat civitates Juda solitudinem, & habitaculum draconum.

23. Scio Domine, quia non est hominis via ejus: nec viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos.

f Ps. 6. 1. 24. Corripe *f* me Domine, verumtamen in judicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

g Ps. 78. 6. 25. Effunde *g* indignationem tuam super gentes, quæ non cognoverunt te, & super provincias, quæ nomen tuum non invocaverunt: quia comederunt Jacob, & devoraverunt eum, & consumpserunt illum, & decus ejus dissipaverunt.

CAPUT XI.

1. Pactum cum Domino olim initum Propheta Judæis prædicat, sed illi sequuntur patrum suorum scelera, & idololatriam: 1. *II. Idcirco inferet Dominus inevitabilia illis mala, nec proderunt eis idola, vel justorum oratio.* 11. *III. Refert prava Judæorum studia de se, imo de ipso Christo delendo.* 18.

1. Verbum, quod factum est a Domino ad Jeremiam, dicens:

2. Audite verba pacti hujus, & loquimini ad viros Juda, & habitatores Jerusalem,

3. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Maledictus vir, qui non audierit verba pacti hujus,

4. Quod præcepi patribus vestris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum;

5. Ut suscitem juramentum, quod juravi patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Amen, Domine.

6. Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc in civitatibus Juda, & foris Jerusalem, dicens: Audite verba pacti hujus, & facite illa:

7. Quia contestans contestatus sum patres vestros in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, usque ad diem hanc: mane consurgens contestatus sum, & dixi: Audite vocem meam:

8. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed abierunt unusquisque in pravitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti hujus, quod præcepi, ut facerent, & non fecerunt.

20. Meine Hütte ist verwüstet, alle meine Seile sind zerrissen: meine Kinder sind von mir gezogen, und sind nicht mehr vorhanden: es ist nunmehr keiner, der mein Gezelt hinfüro aufschlage, und meine Hütten aufrichte.

21. Denn die Hirten haben närrisch gehandelt, und den HErrn nicht gesucht: darum haben sie es auch nicht verstanden, und ihre ganze Heerde ist zerstreuet.

22. Siehe, es kömmt eine Stimme, so leicht zu hören ist, eine große Bewegung kömmt aus dem Lande gegen Mitternacht, daß er die Städte Juda verwüsten, und zur Drachenwohnung machen wird.

23. Ich weis, HErr, daß des Menschen Wege bey ihm nicht stehet: und ist in des Mannes Gewalt nicht, seinen Wandel und seine Gänge zu richten.

24. Züchtige mich, o HErr! aber doch mit Maaße, und nicht in deinem Grimme, auf daß du mich nicht zumal vertilgest.

25. Schütte deinen Zorn aus über die Heyden, die dich nicht erkennen, und über die Länder, die deinen Namen nicht anrufen: denn sie haben Jacob aufgefressen, sie haben ihn verschlungen, und verzehret, und seine Herrlichkeit verwüstet.

Das eilfte Capitel.

I. Des Volkes Bund, den es auf dem Berge Sion mit GOtt eingegangen, aber nicht gehalten hat: 1. II. Darum drohet ihm Jeremias den Untergang, und wird ihm verbothen, für dasselbige zu bitten. 11. III. Er beklagt sich in der Figur Christi, daß er wie ein Lämmlein zur Schlachtbank geführt werde. 18.

1. Dieß ist das Wort, so zu Jeremia vom HErrn geschah, und sprach:

2. Höret die Worte dieses Bundes, und redet sie zu den Männern Juda, und zu denen, die zu Jerusalem wohnen,

3. Und sprich zu ihnen: Dieß sagt der HErr, der GOtt Israel: Verflucht sey der Mann, der den Worten dieses Bundes nicht gehorchen wird,

4. Den ich euren Vätern befohlen habe an dem Tage, da ich sie aus Aegyptenland, aus dem eisernen Ofen herausführete, und sprach: Höret meine Stimme, und thut alles, was ich euch befehle, so sollt ihr mein Volk seyn, und ich will euer GOtt seyn:

5. Damit ich den Eyd halte, den ich euren Vätern geschworen habe, daß ich ihnen ein Land geben wolle, so von Milch und Hönig fließet, wie dann der heutige Tag Zeuge ist. Da antwortete ich, und sprach: Amen*, lieber HErr. * es geschehe.

6. Und der HErr sprach zu mir: Du sollst alle diese Worte ausrufen in den Städten Juda, und außer Jerusalem, und sagen: Höret die Worte dieses Bundes, und haltet sie:

7. Denn ich habe eure Väter kräftig ermahnet von dem Tage an, da ich sie aus Aegyptenland führte, bis auf den heutigen Tag: ich bin Morgens frühe aufgestanden, und habe sie ermahnet, sagend: Höret meine Stimme;

8. Aber sie haben es nicht gehöret, noch ihre Ohren darauf geneiget: sondern sind hingegangen, ein jeglicher in der Bosheit seines verkehrten Herzens: und ich habe über sie ergehen lassen alle die Worte dieses Bundes, den ich ihnen befohlen habe zu halten, und sie haben es nicht gehalten.

9. Und

℣. 20. *Tabernaculum meum* i. Jerusalem *vastatum est.* Jam ædificia urbis ut tabernacula considerat, quæ facile diruuntur. *Funiculi mei.* Vicini pagi, quibus civitas quæque sustentatur.

℣. 22. *Vox auditionis.* Alta & elata, & commotio magna, magnus belli tumultus.

℣. 23. *Nec viri est, ut ambulet, & dirigat gressus suos.* Non est in potestate hominis, ut ad effectum perducat cogitationes suas: nam multis modis impediri possunt; vel ex August. non est in potestate hominis, ut sine divinæ gratiæ adjutorio gressus suos, seu actiones dirigat. Hieron. *Erubescant novi prædicatores, qui ajunt unumquemque suo arbitrio regi.* Pelagianos intelligit.

℣. 24. *Corripe me Domine, verumtamen in judicio.* sc. moderate, hoc loco judicium sumitur pro misericordia.

CAPUT XI.

℣. 4. *Eduxi eos - de fornace ferrea.* Servitute durissima, tamquam de fornace, in qua ferrum funditur.

℣. 5. *Ut suscitem juramentum.* Ut de novo impleam pactum initum olim cum Patribus in monte Sinai, quod intermortuum videtur. *Et dixi: Amen, Domine.* Ita faciam, ut justisti. Hæc dicam viris Juda.

℣. 6. *Vociferar omnia verba hæc - & foris Jerusalem.* Etiam in oppidis vicinis.

℣. 8. *Induxi super eos omnia verba pacti hujus.* Omnes maledictiones, quas pacti Deuter. 28. concepti violatoribus fueram commiuatus.

9. Und der HErr sprach zu mir: Es befindet sich an den Männern Juda, und an den Bürgern zu Jerusalem, daß sie sich zusammen verschworen haben.

10. Sie haben sich wieder gewendet zu den vorigen Sünden ihrer Väter, welche meine Worte nicht hören wollten: also sind diese auch fremden Göttern nachgegangen, ihnen zu dienen: und die vom Hause Israel, und vom Hause Jacob haben meinen Bund vernichtiget, den ich mit ihren Vätern aufgerichtet habe.

II. 11. Darum sagt dieß der HErr: Siehe, ich will ein Unglück über sie führen, dem sie nicht sollen entgehen können: alsdann werden sie zu mir schreyen, und ich will sie nicht hören.

12. Und die Städte Juda, sammt denen zu Jerusalem, werden hingehen, und zu den Göttern schreyen, denen sie räuchern, und sie werden ihnen in der Zeit ihrer Noth nicht helfen.

13. Denn so viel deiner Städte waren, o Juda! so waren auch deiner Götter: und nach Anzahl der Straßen zu Jerusalem, hast du die schändlichen Altäre aufgerichtet, zu opfern Baalim.

14. Darum sollst du für dieß Volk nicht bitten, und sollst für sie weder Lob noch Gebeth vorbringen: denn ich will sie zur Zeit nicht erhören, zur Zeit, wenn sie zu mir rufen, zur Zeit ihrer Trübsal.

15. Was ist es doch, daß mein Geliebter so viele Laster in meinem Hause begangen hat? meynest du, das heilige Fleisch werde deine Bosheiten von dir abnehmen, deren du dich berühmet hast?

16. Der HErr hat deinen Namen genennet, einen grünenden, schönen, fruchtbaren, und wohlgestalteten Oelbaum: aber auf die Stimme der Rede ist ein starkes Feuer über ihn angegangen, und seine Zweige sind verbrannt worden.

17. Und der HErr der Heerschaaren, der dich gepflanzet, hat Böses über dich geredt wegen der Bosheit des Hauses Israel, und des Hauses Juda, so sie mich zu reizen begangen haben, da sie Baalim opferten.

III. 18. Aber du, o HErr! hast es mir offenbaret, und ich weis es: du hast mir auch damal ihr Vornehmen zu erkennen gegeben.

19. Und ich war wie ein geduldiges Lamm, so zur Schlachtbank geführet wird: und wußte nicht, daß sie Rathschläge wider mich gedacht haben, und gesagt: Lasset uns das Holz unter seine Speise mengen, und ihn aus dem Lande der Lebendigen vertilgen, daß seines Namens hinfüro nicht mehr gedacht werde.

20. Aber o HErr Sabaoth, der du recht richtest, und die Nieren und Herzen prüfest, laß mich deine

9. Et dixit Dominus ad me: Inventa est conjuratio in viris Juda, & in habitatoribus Jerusalem.

10. Reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea: & hi ergo abierunt post deos alienos, ut servirent eis: irritum fecerunt domus Israel, & domus Juda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

II. 11. Quamobrem hæc dicit Dominus; Ecce, ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

12. Et ibunt civitates Juda, & habitatores Jerusalem, & clamabunt ad eos, quibus libant, & non salvabunt eos in tempore afflictionis eorum.

13. Secundum *a* numerum enim civitatum tuarum erant dii tui, Juda: & secundum numerum viarum Jerusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. *a Supra 2. 28.*

14. Tu *b* ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. *b Supr. 7. 16. Infr. 14. 11.*

15. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas, in quibus gloriata es?

16. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum: ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta ejus.

17. Et Dominus exercituum, qui plantavit te, locutus est super te malum pro malis domus Israel & domus Juda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

III. 18. ° Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognovi: tunc ostendisti mihi studia eorum. ** FRR. 3. MAJOR. HEBDO.*

19. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognovi, quia cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur amplius.

20. Tu *c* autem Domine Sabaoth, qui judicas juste, & probas renes & corda, videam *c Infr. 17. 10. & 20. 12.*

℣. 9. *Inventa est conjuratio.* Quasi conjuratione facta defecerunt a me. Mystice hic versus exponitur de Clericis: nam illi sunt *viri Juda*, quorum officium est Deum confiteri. Hi cum *habitatoribus Jerusalem*, id est, laicis conspirarunt contra Christum studiose & pari mente peccantes. Unde S. Bern. *Videtur bono Jesu adversum te conjurasse Universitas Christianorum: & illi in tui persecutione primi sunt, qui in Ecclesia tua primatum gerunt, & diligunt principatum.*

℣. 13. *Secundum numerum viarum Jerusalem posuisti aras confusionis.* Viarum, vox Hebræa oppidum significat. Tot coluisti deos, quot habuisti oppida, aut vicos.

℣. 14. *Tu ergo noli orare pro populo hoc.* Rationem affert. *Quia non exaudiam.* Frustra enim orat, qui scit non se exauditum iri: idque intelligendum est de pœna temporali, non item de pœnis æternis: nam tenemur omnibus salutem æternam optare, quamdiu nobis non constat per revelationem de contraria Dei voluntate. *Et ne assumas pro eis laudem.* Alii vertunt clamorem. Chrysost. in 1. cap. Matth. hom. 5. *Habent vim pro nobis & quidem maximam, orationes Sanctorum, sed tunc profecto, cum nos id ipsum quoque per pœnitentiam postulamus, & ad studia meliora confugimus.*

℣. 15. *Quid est, quod dilectus - fecit scelera multa?* S. Aug. in sensu mystico Sacerdotibus applicat, qui immundi præsumunt summere corpus Dominicum, ajens: *Numquid carnes sanctæ auferent a te malitias? Nullo modo. Sed judicium tibi manducas & bibis: mensam Domini immundam facis.*

℣. 16. *Olivam uberem &c. vocavit Dominus nomen tuum.* Fecit te similem olivæ virenti. *Ad vocem.* Loquente & jubente Deo exarsit furor Chaldæorum. *Et fruteta.* Hebr. Rami ejus altissimi, principes ejus occisi.

℣. 19. *Ego quasi agnus mansuetus.* Chald. Electus; de Jeremia ut de typo, & de Christo ut de re figurata hæc dicta sunt. Unde Hieron. in hunc locum: *Ut omni interpretationis molestia liberemur, illam sequamur regulam, quod omnes Prophetæ in typum Domini Salvatoris pleraque gesserunt, & quicquid juxta præsens tempus completum sit in Jeremia, hoc in futurum de Domino prophetari.* Corruperunt quidam Judæi temporibus Justini Martyris hunc locum, hanc pericopen resecando in multis exemplaribus, tametsi in aliis reperiretur: sed juxta Ecclesiarum consensum, ut ait Hieron. id intelligendum de Christo Domino, qui quasi agnus ductus ad victimam, non aperuit os suum. *Et non cognovi* Intellige peccatum, ex Hieron. vel fuit quasi non cognoscens ea, quæ contra eum cogitabantur consilia, cujus inimici dixerunt: *Mittamus lignum in panem ejus.* Dum crucem ejus corpori paraverunt, qui vere dixit Joan. 6. *Ego sum panis, qui de cœlo descendi.* Quæ utique obstant, quo minus ad litteram de Jeremia intelligantur. Hebr. *Corrumpamus lignum in panem* Pro cibo pascamus eum ligno, fuste, vel cruce. Veteres per panem intelligunt carnem Christi. Alia versio: *Corrumpatur per trabem caro ejus, & per lignum fortitudo ipsius.* Unde Hieronym. in hunc locum: *Judæi judaizantes hæc ex persona Jeremiæ dici intelligunt, sed nescio, quomodo possint approbare Jeremiam crucifixum fuisse, cum hoc Scriptura non memoret.* Gregor. l. 12. Moral. c. 1. Lignum in panem mittere, est crucem dominico corpori affigere. Et Tertull. adversus Judæos: Utique in corpus lignum missum est, sic enim Christus revelavit, panem corpus suum appellans &c.

℣. 20. *Tu autem Domine Sabaoth - videam ultionem tuam.* Loquitur ut Propheta; quid futurum sit, prædicit. non ultionem expetit, seu in propria, seu in Christi persona hæc dicat, de reprobis, qui nolent resipiscere, loquitur.

ultionem tuam ex eis: tibi enim revelavi causam meam *.

21. Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.

22. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce, ego visitabo super eos: juvenes morientur in gladio, filii eorum, & filiæ eorum morientur in fame.

23. Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

CAPUT XII.

I. Miratur prosperitatem impiorum: sed parantur ad diem occisionis, suntque causa luctus in terra: 1. II. Quia hæreditas adversata est Domino suo, & pastores demoliti sunt vineam Domini: 5. III. Ideo traditur in dissipationem; ejus tamen rursum miserebitur Dominus vastans ipsius inimicos. 14.

1. Justus quidem tu es Domine, si disputem tecum: verumtamen justa loquar ad te: * Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus, qui prævaricantur, & inique agunt?

* Job. 21. 7. Hab. 1. 13.

2. Plantasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longe a renibus eorum.

3. Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.

4. Usquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal, & volucre, quoniam dixerunt: Non videbit novissima nostra.

II. 5. Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis?

6. Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, & clamaverunt post te plena voce: ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona.

7. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.

8. Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in silva: dedit contra me vocem, ideo odivi eam.

Rache über sie sehen: denn ich habe dir meine Sache * entdecket. * Geschäffte.

21. Darum sagt dieß der HErr zu den Männern zu Anathoth, die nach deiner Seele trachten, und sprechen: Du sollst nicht weißagen im Namen des HErrn, so wirst du in unsern Händen nicht sterben.

22. Darum sagt dieß der HErr der Heerschaaren: Siehe, ich will sie heimsuchen: ihre junge Mannschaft soll durch das Schwert umkommen, ihre Söhne und Töchter werden von Hunger sterben.

23. Und niemand von ihnen soll überbleiben: denn ich will ein Unglück führen über die Männer Anathoth, das Jahr ihrer Heimsuchung *. * Rache.

Das zwölfte Capitel.

I. Der Prophet beklagt sich, daß es den Gottlosen wohl; hingegen ihm, und andern Frommen übel gehe: 1. II. GOtt antwortet, beydes sey seiner Gerechtigkeit nicht ungemäß: der Prophet soll beherzt seyn, er müsse zu Jerusalem noch mehrer ausstehen: 5. III. Hernach soll Jerusalem, endlich auch die Feinde der Juden, vertilget werden. 14.

1. Gerecht bist du, o HErr! wenn ich schon mit dir rechten wollte: gleichwohl will ich mit dir reden, was recht ist: Warum ist der Gottlosen Weg so glücklich: es gehet allen wohl, die sündigen, und Böses thun?

2. Du hast sie gepflanzet, und sie sind eingewurzelt: sie wachsen auf, und bringen Frucht: du bist nahe bey ihrem Munde, und weit von ihren Nieren.

3. Aber du kennest mich, o HErr! du hast mich gesehen, und mein Herz bey dir geprüfet: sammle sie wie eine Heerde zum Schlachtopfer, und heilige sie zum Tage der Schlachtung.

4. Wie lang soll das Land traurig seyn, und alles Gras auf dem Felde verdorren, um der Inwohner Bosheit willen? das Vieh, und Gevögel ist vergangen, denn sie sprachen: Er wird nicht sehen unsere letzten Dinge.

II. 5. Wenn du hast Mühe gehabt, da du mit den Fußgängern gelaufen: wie wirst du dann mit den Rossen fortkommen können? wann du aber sicher bist in einem Lande, da Friede ist, wie willst du ihm thun an dem hoffärtigen Jordan?

6. Denn es haben auch deine Brüder, und das Haus deines Vaters wider dich gestritten, und haben dir von hinten mit voller Stimme nachgerufen: glaube ihnen nicht, wann sie dir gleich gute Worte geben.

7. Ich habe mein Haus verlassen, habe mein Erbtheil fahren lassen: meine geliebte Seele habe ich in die Hände ihrer Feinde übergeben.

8. Es ist mir mein Erbtheil worden, wie ein Löwe im Walde: es hat wider mich gebrüllet, darum bin ich ihm feind worden.

9. Ist

℣. 21. *Non prophetabis in nomine Domini.* Noli prophetare, & non morieris.

℣. 23. *Inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis.* Tempus punitionis & excidii per Chaldæos super eos inducam.

CAPUT XII.

℣. 1. *Justus quidem es Domine &c.* Justior es, quam ut ego tecum disputare debeam. *Prosperatur?* Ista expostulatio est vehemens admiratio hominis nondum intelligentis, quo occulto consilio Deus cuncta impiis prospera evenire permittat; sed responsio mox sequitur, quod impii ad tempus prospere agant, ut postea gravius puniantur vel in hoc sæculo, vel in futuro; justi autem ad tempus affligantur, ut in æternum salvi fiant. *Justa.* 70. Judicia loquar ad te, proferam rationes meas.

℣. 2. *Plantasti eos.* Velut arbores stabilisti. *Et radicem miserunt.* Divitiis abundant, prope es in ore eorum, procul a corde, nempe oretenus te laudant, cor autem eorum longe est a te.

℣. 3. *Sanctifica eos in die occisionis.* Destina eos, ut victimas furoris tui in diem sacrificii. *Congrega eos.* Hebr. Evelle eos. 70. Congrega eos sicut gregem. S. Greg. super Job. 31. dicit: *Injustus ad debitam mortem currens effræntis voluptatibus utitur: quia & vituli, qui mactandi sunt, in liberis pascuis relinquuntur. At econtra justus a delectationis transitoriæ jucunditate restringitur, quia & nempe vitulus ad laboris usum deputatus, sub jugo tenetur.*

℣. 4. *Quoniam dixerunt: Non videbit novissima nostra.* Nec de vita, nec de morte nostra solicitus est. *Lugebit.* Sterilis erit. *Consumptum est.* Mortuæ sunt bestiæ.

℣. 5. *Si cum peditibus currens laborasti &c.* Videtur Deus Jeremiæ querelis ita respondere: si cum civibus tuis adeo laborasti, si tam ægre feras eorum calumnias, quomodo contendere poteris *cum equis.* Chaldæis nempe, ubi diripient Jerosolymam? *Cum autem in terra pacis.* In patria tua. *Securus fueris.* Videbaris secure victurus, & tamen tibi mortem minantur; quid tibi expectandum est Jerosolymæ, si urbis Anathoth civibus tuis resistere non potuisti? Si cum peditibus currens lassitudine defeciisti, quid facies, si equis cursum tuum volueris coæquare? *Superbia.* Cum plebs Jerosolymitana intumescet ut Jordanis in æstate, vel cum is fluvius erit tibi trajiciendus. Judæos forte alloquitur, qui vicinis populis vix restiterant, quasi peditibus; quomodo igitur resistent Chaldæis? Mystice *si cum peditibus* &c. hoc dici potest ad Religiosos Novitios, vel ingredientes primum viam perfectionis. Si cum sæcularibus vel cum imperfectis laborarunt vix potentes facere, quæ fecerunt alii: quomodo cum eis, qui jam diu sunt in Religione, vel perfectis current? Unde S. Hieron. ad Religiosum quemdam: *Sic debes jejunare, ut non palpites, & respirare vix possis, & comitum tuorum vel porteris aut traharis manibus.*

℣. 7. *Reliqui domum meam.* Dimisi, reprobavi. *Hæreditatem meam.* Judæam, urbem Jerusalem antea dilectam instar animæ meæ, ob scelera ejus dedi *in manus inimicorum*, Chaldæorum primum, tum Romanorum.

℣. 8. *Facta est mihi hæreditas mea quasi leo.* Inimica & rebellis instar leonis efferati.

9. Ist mir mein Erbtheil nicht, wie ein gesprengter Vogel? ist es nicht, wie ein ganz gefärbter Vogel? machet euch herzu, und versammelt euch alle Thiere auf dem Felde, und kommet geschwind zu fressen.

10. Viele Hirten haben meinen Weinberg verderbet, meinen Theil haben sie zertretten: mein anmuthiges Erbtheil haben sie zu einer Wüste und Einöde gemacht.

11. Sie haben es zumal verwüstet, und es hat Leid über mich getragen: das ganze Land ist gar wüste: denn es ist niemand, der es zu Herzen nehme.

12. Die Verderber sind auf allen Wegen der Wüste herangekommen: denn des HErrn Schwert wird von einem Ende des Landes bis zum andern um sich fressen: kein Fleisch wird Friede haben.

13. Sie haben Waizen gesäet, und Dörner eingeerntet: eine Erbschaft haben sie bekommen, und sie wird ihnen nicht nütze seyn: ihr werdet von euren Früchten zu Schanden werden, von wegen des grimmigen Zorns des HErrn.

III. 14. Dieß sagt der HErr wider alle meine sehr böse Nachbarn, welche das Erbtheil angegriffen, das ich meinem Volke Israel ausgetheilet habe: Siehe, ich will sie ausreissen * aus ihrem Lande, und das Haus Juda aus ihrem Mittel hinwegnehmen. * vertilgen.

15. Und wann ich sie nun ausgerissen habe, so will ich mich wiederum wenden, und will mich über sie erbarmen, und sie wiederum führen, einen jeglichen in sein Erbtheil, und einen jeglichen in sein Land.

16. Und es soll geschehen: im Fall sie sich berichten lassen, und die Wege meines Volkes lernen, daß sie in meinem Namen also schwören: So wahr der HErr lebet, wie sie mein Volk gelehret haben bey Baal zu schwören, so sollen sie mitten unter meinem Volke erbauet werden.

17. Wenn sie aber nicht hören wollen, so will ich dasselbige Volk mit Gewalt ausreissen, und verderben, spricht der HErr.

Das dreyzehente Capitel.

1. Dem Propheten wird durch die Gleichniß eines leinenen verfaulten Gürtels, und eines mit Wein aufgefüllten Lägel vorgebildet der Untergang Juda: 2. II. Deswegen er den König, und alle Fürsten, sammt dem ganzen Volke zur Buße ermahnet. 15.

1. Dieß sagt der HErr zu mir: Gehe hin, und verschaffe dir einen leinenen Gürtel, und lege denselben um deine Lenden: du sollst ihn aber nicht lassen in das Wasser kommen.

2. Und ich schaffte mir einen Gürtel, nach dem Worte des HErrn, und legte denselben um meine Lenden.

3. Da geschah des HErrn Wort zum andernmal zu mir, und sprach:

4. Nimm den Gürtel, den du zuwegegebracht hast, und der um deine Lenden ist, und stehe auf, und gehe hin an den Euphrat, und verbirg ihn daselbst in einer Steinkluft.

9. Numquid avis discolor hæreditas mea mihi? numquid avis tincta per totum? venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad devorandum.

10. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

11. Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me: desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est, qui recogitet corde.

12. Super omnes vias deserti venerunt vastatores: quia gladius Domini devorabit ab extremo terræ usque ad extremum ejus: non est pax universæ carni.

13. Seminaverunt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini a fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

III. 14. Hæc dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem, quam distribui populo meo Israel: Ecce, ego evellam eos de terra sua, & domum Juda evellam de medio eorum.

15. Et cum evulsero eos, convertar, & miserebor eorum, & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.

16. Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei; ut jurent in nomine meo: Vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum jurare in Baal, ædificabuntur in medio populi mei.

17. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione & perditione, ait Dominus.

CAPUT XIII.

1. Fer lumbare, quod prope Euphratem computruit, & lagunculas præcipitur Judæorum calamitas: 1. II. Revocat Propheta eos ad pœnitentiam, alioquin Juda auferetur propter suam inveteratam in malis consuetudinem. 15.

1. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos: & in aquam non inferes illud.

2. Et possedi lumbare juxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.

3. Et factus est sermo Domini ad me, secundo, dicens:

4. Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ.

5. Et

℣. 9. *Numquid avis discolor.* Peregrinis coloribus tincta. *Hæreditas mea.* Quæ præda futura est hostis terræ: vel dilexi eam, ut avem variis pictam coloribus. R. Kimchi ait, avem discolorem aliis avibus odio esse. Hieron. Pavonem exponit, cui similis erat populus Judaicus, omnibus rebus abundans: adeo ut alii populi huic inviderent: vel denique Deus iis exprobrat cultum tot deorum.

℣. 10. *Pastores multi*, sc. populi, principes & sacerdotes, ita & principes Chaldæorum demoliti sunt vineam meam.

℣. 11. *Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me.* Hebr. Ad me: pluviam a me postulat. Hier. *Luxit super me meo auxilio destituta.*

℣. 13. *Seminaverunt triticum & spinas messuerunt.* Hier. Dicitur hoc de Ecclesiasticis, qui verba Domini & doctrinam ejus mala conversatione disperdunt, qui cum bene cœperint, non perseverant: idem metaphorice hic exponit, ut cum prospera expectarent, adversa illis acciderint.

℣. 16. *Si eruditi didicerint vias populi mei.* Si Moabitæ, & Ammonitæ, & Chaldæi didicerint fidem & religionem Judæorum. *Ædificabuntur in medio populi mei.* Prosperabuntur; si relictis idolis ad Deum convertantur, & tamquam oleastri in oleam inserantur.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Posside tibi lumbare lineum.* Chald. *Erit tibi cingulum*, vel cinctorium, idque ex contextu patet. *Super lumbos.* Super nudam carnem. *Et in aquam non inferes illud.* Sed rude erit & asperum, non lixivio tersum. Populum Israeliticum designat instar zonæ solutum, sed illotum & sordidum, qui ad ripam Euphratis deportatus computrait, & post aliquot annos eductus est. Hoc genus Prophetiæ ænigmaticum ad persuadendum est efficacius, quam illud, quod verbis tantum perficitur. Hoc cingulo lineo populus Judæorum Deo conjunctissimus, propter sua peccata expositus furori Chaldæorum insinuatur. Sive id reipsa actum fuerit, seu in spiritu tantum, ut videtur Hieronymo. S. Thomas, Hugo, & primarii Rhabini id reipsa factum esse censent, ut efficacius moveret.

℣. 4. *Tolle lumbare.* Per lumbare continentia significatur: quia renes tenuit; non debet mitti in aquas, id est, exponi deliciis carnalibus, ne ibi putrescat. Unde Hieron. ad Eustochium: *Vinum & adolescentia prima arena sunt voluptatis.* *Ad Euphraten.* Distat a Jerusalem 200. circiter leucis.

5. Et abii, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.

6. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten, & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi, ut absconderes illud ibi.

7. Et abii ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud: & ecce, computruerat lumbare, ita, ut nulli usui aptum esset.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9. Hæc dicit Dominus: Sic putrescere faciam superbiam Juda, & superbiam Jerusalem multam.

10. Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in pravitate cordis sui, abieruntque post deos alienos, ut servirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est.

11. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israël, & omnem domum Juda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt.

12. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus, quia omnis laguncula implebitur vino?

13. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce, ego implebo omnes habitatores terræ hujus, & reges, qui sedent de stirpe David super thronum ejus, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Jerusalem, ebrietate:

14. Et dispergam eos, virum a fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam, neque miserebor, ut non disperdam eos.

II. 15. Audite, & auribus percipite: nolite elevari, quia Dominus locutus est.

16. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem.

17. Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea a facie superbiæ: *a* plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini. *a Thren. 1. 2.*

18. Dic regi, & dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.

19. Civitates Austri clausæ sunt, & non est, qui aperiat: translata est omnis Juda transmigratione perfecta.

20. Levate oculos vestros, & videte, qui venitis ab Aquilone: ubi est grex, qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

5. Und ich gieng hin, und verbarg ihn am Euphrat, wie mir der HErr befohlen hatte.

6. Und es trug sich zu nach vielen Tagen, daß der HErr zu mir sprach: Mache dich auf, und gehe hin an den Euphrat, und nimm den Gürtel von dannen, den ich dir befohlen habe daselbst zu verbergen.

7. Und ich gieng hin an den Euphrat, und grub, und nahm den Gürtel von dem Orte, da ich ihn verborgen hatte: und siehe, der Gürtel war verfaulet, also, daß er zu nichts nütze war.

8. Da geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

9. Dieß sagt der HErr: Eben also will ich die Hoffart Juda, und den großen Hochmuth Jerusalem verfaulen lassen.

10. Das boshaftige Volk, die meine Worte nicht hören wollen, sondern in der Bosheit ihres Herzens wandeln, und fremden Göttern nachgehen, denselben zu dienen, und sie anzubethen: die sollen werden, wie dieser Gürtel, der nirgends zu was nütze ist.

11. Denn gleichwie der Gürtel einem Manne um die Lenden liegt, also habe ich das ganze Haus Israel, und das ganze Haus Juda stark an mich gebunden, spricht der HErr, daß sie mein Volk seyn sollen, mir zu einem Namen, und zum Lobe, und zu Ehren: und sie haben mich nicht gehöret.

12. Derowegen sollst du dieß Wort zu ihnen reden: Dieß sagt der HErr, der GOtt Israel: Alle Lägel sollen mit Wein gefüllet werden. So werden sie zu dir sagen: Wissen wir dann das nicht, daß alle Lägel mit Wein sollen gefüllet werden?

13. Alsdann sollst du zu ihnen sagen: Dieß sagt der HErr: Siehe, ich will alle Inwohner dieses Landes, und die Könige, die vom Geschlechte Davids sind, und auf seinem Throne sitzen, auch die Priester, und die Propheten, und alle Inwohner zu Jerusalem voll und trunken machen:

14. Und will sie alle miteinander zerstreuen, einen jeglichen von seinem Bruder, und die Väter von ihren Kindern, spricht der HErr: ich will ihrer nicht schonen, noch etwas nachgeben, noch ihrer mich erbarmen, daß ich sie nicht verderben sollte.

II. 15. Höret zu, und vernehmet es mit den Ohren: erhebet euch nicht, denn der HErr hat es geredet.

16. Gebet dem HErrn eurem GOtt die Ehre, ehe dann es finster wird, und ehe sich eure Füße an die dunkle Berge stoßen: ihr werdet auf das Licht warten, und er wird es zum Schatten des Todes, und zur Finsterniß machen.

17. Wenn ihr dieß nun nicht hören werdet, so wird meine Seele über solche Hoffart heimlich weinen: sie wird bitterlich weinen, und mein Auge wird Thränen vergießen, denn die Heerde des HErrn ist gefangen.

18. Sage dem König und der Königinn: Demüthiget euch, setzt euch nieder: denn die Krone eurer Herrlichkeit ist von eurem Haupte gefallen.

19. Die Städte gegen Mittag sind verschlossen, und ist niemand, der sie aufthue: ganz Juda ist miteinander gefänglich hinweggeführet.

20. Hebet eure Augen auf, und schauet, die ihr von Mitternacht herkommt: wo ist nun die Heerde, welche dir gegeben war, dein herrliches Vieh?

21. Was

℣. 12. *Omnis laguncula implebitur vino.* Ebrietas exitiosa, ita, ut principes & sacerdotes instar ebriorum omni consilio destituantur, & tamquam lagunculæ fictiles inter se collisi disrumpantur.

℣. 13. *Ecce, ego implebo omnes habitatores terræ hujus.* Dixerant Judæi: An ignoramus omnem lagunculam implendam esse vino? quibus Dominus: *Ecce, implebo.* Ebrietate, & vino furoris mei.

℣. 14. *Non parcam, & non concedam* indulgentiam. Chald. *Non clemens ero.*

℣. 16. *Date Domino Deo vestro gloriam.* Hortatur populum ad pœnitentiam: gloria Dei est humiliatio nostra, Apoc. 10. *Non egerunt pœnitentiam, ut darent gloriam Deo.* *Montes caliginosos.* Ad quos consilii impotes confugietis.

℣. 17. *In abscondito plorabit anima mea a facie superbiæ*, i. propter superbiam vestram, Hebraismus.

℣. 18. *Dic regi & dominatrici.* Sedeciæ & uxori ejus. 70. Potentibus. Alii Jechoniam, & ejus matrem intelligunt.

℣. 19. *Civitates Austri*, sc. Juda, quia Tribus Juda ad Austrum sita erat. *Clausæ sunt.* Desertæ; obsidio solvi nequit.

℣. 20. *Videte, qui venitis ab Aquilone.* Compellat peregrinos mercatores; videte, ubi sit populus, qui captivus ductus est, quique *datus erat tibi.* 70. Considerate Babylonios venientes; vel juxta Hieronymum præcipitur habitatoribus Jerusalem ut sublatis oculis videant Chaldæos ab Aquilonis partibus venientes; interrogaturque ipsa civitas, & dicitur ei: Ubi est grex, qui datus est tibi?

21. Was willst du sagen, wann er dich wird heimsuchen? denn du hast sie wider dich angeführet, und sie durch deinen Unterricht dir selbst über den Kopf gezogen: werden dich nicht Schmerzen überfallen, wie ein Weib in Kindesnöthen?

22. Und wenn du in deinem Herzen sagen wirst: Warum ist mir dieß begegnet? von wegen der Menge deiner Missethat ist deine Schaam entdecket, und deine Fußsohlen verunreiniget worden.

23. Wenn ein Mohr seine Haut verändern kann, oder ein Parder seine Flecken: so könnet ihr auch Gutes thun, dieweil ihr Böses gelernet habt.

24. Ich will sie zerstreuen wie Stoppeln, welche von dem Winde in die Wüste hineingejagt werden.

25. Das soll von mir dein Loos seyn, und dein abgemessener Theil, spricht der HErr, dieweil du meiner vergessen bist, und hast dich auf Lügen verlassen.

26. Darum habe ich auch deine Hüfte gegen deinem Angesichte entblößet, und deine Schande ist offenbar worden,

27. Deine Ehebrüche, und dein geiles Geschrey, das Laster deiner Hurerey: deine Greuel auf den Bühein, und auf dem Felde habe ich gesehen. Wehe dir Jerusalem, du wirst nicht gereiniget werden, mir zu folgen: wie lange soll es noch währen?

Das vierzehente Capitel.

1. Jeremias verkündiget dem Volke Unfruchtbarkeit des Landes, und große Theurung. Bittet für das Volk, wird aber von GOtt ermahnet, nicht mehr zu bitten. 1. II. Beklagt sich über die falschen Propheten, so aber durch Hunger und Schwert sollen umkommen. 13. III. Wird geheißen, den traurigen Zustand zu beweinen: bekennet die Sünde des Volkes, und begehret von GOtt Barmherzigkeit. 17.

1. Das Wort des HErrn, so zu Jeremia geschah von den Reden der Trockenheit.

2. Das jüdische Land ist im Trauren, ihre Pforten sind zerfallen, und verdunkelt im Lande, und das Geschrey Jerusalem ist aufgestiegen.

3. Die Großen schickten ihre Kleinen nach Wasser aus: sie kamen zu schöpfen, fanden kein Wasser, brachten ihre Gefäße leer zurück: da wurden sie beschämt und betrübet, und bedeckten ihre Häupter.

4. Weil das Land verwüstet ist, dieweil kein Regen darauf kömmt, so stehen die Ackersleute in Schanden, und bedecken ihre Häupter.

5. Denn auch die Hindinn *, welche auf dem Felde geworfen, ihre Frucht verlassen, dieweil kein Gras vorhanden war.

* Hirschinn.

6. Die Waldesel stunden auf den Felsen, schnappten nach der Luft, wie die Drachen, ihre Augen nahmen ab, darum, daß kein Kraut vorhanden war.

7. Wenn unsere Sünden wider uns zeugen: so hilf, o HErr! um deines Namens willen, dieweil wir uns auf viele Wege von dir abgewendet, und wider dich gesündiget haben.

8. Du bist der, auf welchen Israel wartet, sein Hei-

21. Quid dices, cum visitaverit te? tu enim docuisti eos adversum te, & erudisti in caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

22. Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? *b* propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. *b Infr. 30. 14.*

23. Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

24. Et disseminabo eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto.

25. Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ a me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confisa es in mendacio.

26. Unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua,

27. Adulteria tua, & hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ: super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Jerusalem, non mundaberis post me: usquequo adhuc?

CAPUT XIV.

1. Prædicitur sterilitas & fames magna propter peccata populi, & Propheta prohibetur a Domino pro ipsis orare: nec suscipit Deus eorum jejunia & victimas. 1. II. Prophetæ illis securitatem promittentes, una cum ipsis peribunt. 13. III. Luget Jeremias mortuos gladio & fame, populique peccata confitens orat pro misericordia. 17.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis.

2. Luxit Judæa, & portæ ejus corruerunt, & obscuratæ sunt in terra, & clamor Jerusalem ascendit.

3. Majores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua: confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua.

4. Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

5. Nam & cerva in agro peperit, & reliquit, quia non erit herba.

6. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

7. Si * iniquitates nostræ responderint nobis: Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus. * *PRO QUACUNQUE NECESSIT.*

8. Expectatio Israël, salvator ejus in tempore

¥. 21. *Tu enim docuisti eos adversum te.* Quando amicitiam & negotiationem cum eis iniisti, qui sub occasione amicitiæ tuæ didicerunt, per quod iter ad te venturi essent, vel ab iis auxilium petiisti adversus Ægyptios.

¥. 22. *Propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua.* Hebr. Fimbriæ tuæ: vestes inferiores. *Plantæ tuæ.* De populo ut de honesta muliere sic loquitur. Hebr. Remoti sunt, seu discooperti calcanei tui: alludit ad captivitatem, quando captivæ nudis pedibus duci solent.

¥. 23. *Si mutare potest Æthiops pellem suam &c.* Apud homines id fieri non potest; sed apud Deum omnia sunt possibilia.

¥. 25. *Hæc sors tua*, i. hæreditas. *Parsque mensuræ tuæ a me.* Hanc a me hæreditatem habebis, hoc tibi pro peccatis tuis remetiar.

¥. 27. *Væ tibi Jerusalem, non mundaberis post me.* Non est tibi curæ, ut te a peccatis corrigas, me & cultum meum sequendo. *Usquequo adhuc.* Expectabo te, ut resipiscas?

CAPUT XIV.

¥. 1. *De sermonibus* comminantibus siccitatem, seu gestis & actis tempore siccitatis.

¥. 2. *Luxit Judæa* sc. ob siccitatem & sterilitatem, nam fames & sterilitas sub Sedecia antevertit obsidionem civitatis. Mystice: *Luxit Ecclesia* propter defectum & aresactionem fontium, id est, Doctorum: quia portæ, id est, Prælati, corruerunt per cupiditatem. *Obscuratæ sunt.* Per amissionem lucis gratiæ & intelligentiæ ob amorem terrenorum.

¥. 3. *Majores miserunt minores suos ad aquam.* Hieron. *Mittunt juniores, in quibus non sunt cani sapientiæ, & reportant vasa sua vacua: non quod aquæ non fuerint, sed quod illi invenire non potuerint.* Loquitur de junioribus sacerdotibus, qui ut par est, plebem instituere non possunt.

¥. 7. *Si iniquitates nostræ responderint nobis.* Nos accusaverint. *Aversiones nostræ.* Rebelliores.

¥. 8. *Expectatio* i. spes *Israël, Salvator ejus.* Quare tu quasi colorus futurus es in terra, ut mercenarius, qui minus diligenter agrum colit non suum? Nostri vero, inquit Hieronym. de futura Christi dispensatione dici putant, quod futurus sit peregrinus in terra, & parvo tempore terræ usurus hospitio: huc usque habitasti in Judæa, ut in terra propria, nunc quare instar coloni, aut advenæ, non curas, non colis hunc agrum?

pore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

9. Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis, qui non potest salvare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.*

10. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, & non quievit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.

a Sup. 7. 16. & 11. 14. 11. Et dixit Dominus ad me: *a* Noli orare pro populo isto in bonum.

12. Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocautomata, & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.

II. 13. Et dixi: A, a, a, Domine Deus: pro-
b Sup. 6. 12. *Infr.* 23. 17. phetæ dicunt eis: *b* Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabis in loco isto.

c Infr. 29. 9. 14. Et dixit Dominus ad me: *c* Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac: in gladio & fame consumentur prophetæ illi.

16. Et populi, quibus prophetant, erunt projecti in viis Jerusalem præ fame & gladio, & non erit, qui sepeliat eos, ipsi & uxores eorum, filii & filiæ eorum: & effundam super eos malum suum.

d Thren. 1. 16. & 2. 18. III. 17. Et dices ad eos verbum istud: *d* Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer.

18. Si egressus fuero ad agros, ecce, occisi gladio: & si introiero in civitatem, ecce, attenuati fame. Propheta quoque & sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.

19. Numquid projiciens abjecisti Judam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita, ut nulla sit sa-
e Sup. 8. 15. nitas? expectavimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce, turbatio.

20. Cognovimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi.

21. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam

land zur Zeit der Noth: warum willst du wie ein Fremdling im Lande seyn, und wie ein Reisender, der nur einkehret, über Nacht zu bleiben?

9. Warum willst du seyn wie ein unstäter Mann, wie ein starker Held, der doch nicht helfen kann? du aber, o HErr! bist unter uns, und dein Name ist über uns angerufen, verlaß uns nicht.

10. Dieß sagt der HErr zu diesem Volke, das Lust hat hin und wieder zu laufen, und nicht ruhet, darum es auch dem HErrn nicht gefällt: Jetzt wird er an ihre Missethaten gedenken, und ihre Sünden heimsuchen.

11. Und der HErr sprach zu mir: Du sollst für dieß Volk zum Guten nicht bitten.

12. Denn wann sie schon fasten, so will ich doch ihr Gebeth nicht erhören: und wenn sie Brandopfer und Schlachtopfer opfern, so will ich sie doch nicht annehmen: denn ich will sie mit Schwert, Hunger, und Pestilenz aufreiben.

II. 13. Und ich sprach: Ach, ach, ach, HErr GOtt! die Propheten sagen ihnen: Ihr werdet das Schwert nicht sehen, und es wird bey euch keine Theurung seyn, sondern er wird euch an diesem Orte wahren Frieden geben.

14. Und der HErr sprach zu mir: Die Propheten weißagen fälschlich in meinem Namen: ich habe sie nicht gesandt, habe ihnen auch nichts befohlen, noch mit ihnen geredt: sie weißagen euch lügenhaftige Gesichte, und Wahrsagerey, und Betrug, und die Verführung ihres Herzens.

15. Darum sagt dieß der HErr von den Propheten, die in meinem Namen weißagen, da ich sie doch nicht gesandt habe, und sprechen: Es wird weder Schwert noch Hunger seyn in diesem Lande: diese Propheten sollen durch das Schwert und Hunger verzehret werden.

16. Auch die Leute, denen sie weißagen, sollen von Hunger, und durch das Schwert hin und her geworfen, auf den Gassen zu Jerusalem liegen, und wird niemand seyn, der sie begrabe, sie, und ihre Weiber, ihre Söhne und ihre Töchter: und ich will ihre eigne Bosheit über sie ausschütten.

III. 17. Du sollst auch dieß Wort zu ihnen reden: Meine Augen sollen Thränen vergießen Tag und Nacht, und nicht aufhören: denn die Jungfrau, die Tochter meines Volks, ist mit großer Zerstörung verwüstet, und mit einer überaus bösen Plage schwerlich geschlagen.

18. Gehe ich hinaus auf den Acker, siehe, so liegen da, so mit dem Schwerte erschlagen sind: komme ich wieder in die Stadt, siehe, so sind da, die vor Hunger verschmachten. Auch sind die Propheten und Priester in ein Land gezogen, das ihnen unbekannt war.

19. Hast du dann Juda ganz und gar verworfen? oder hat deine Seele einen Abscheu von Sion? warum hast du uns dann also geschlagen, daß uns nicht zu helfen ist? wir harreten auf Friede, und das Gute ist nicht da: auf die Zeit, daß wir möchten geheilet werden, und siehe, da ist Unruhe.

20. HErr, wir erkennen unsere Uebertrettung, und die Missethaten unserer Väter, denn wir haben dir gesündiget.

21. Uebergieb uns nicht zur Schmach, um deines Namens willen, und thu uns vor dem Throne deiner Herrlichkeit

---

* 9. *Quare futurus es velut vir vagus.* Huc illuc discurrens. 70. Vir dormiens. Hier. Similitudinem ponit, & non rei veritatem. *In nobis.* Hebr. in medio nostri es, non ut peregrinus. *Invocatum est.* Ut appellemur Christiani. Hunc textum, ait Dionys. Judæi exponunt pro seipsis tempore Jeremiæ: quod non quadrat, cum Dominus jam suum ab eis subtraxisset auxilium. Sed hoc intelligendum est de Christianis post Christi adventum, acsi dicerent: Quoniam tu Christe in terris visus es, & cum Christianis per fidem & Sacramenta inhabitas: qui te quotidie oramus & invocamus, non nos cadere sinas a fide, nec gratiam tuam amittere, ne promissionibus tuis efficiamur indigni.

℣. 10. *Populo -- qui dilexit movere pedes suos.* Qui voluit magno labore a me recedere, & ad multa idola delabi, aut ab Ægyptiis auxilium petere.

℣. 11. *Noli orare pro populo isto in bonum.* Ut quid boni a me petas. Hieron. *Jejunia, & preces, & victimæ, & holocausta tunc proficiunt, cum recedimus a vitiis, & flemus antiqua peccata.*

℣. 12. *Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum.* Non propterea inutilia sunt jejunia, nisi iis, qui obstinato permanent in peccatis.

℣. 13. *Et dixi: A, a, a.* Hebr. est una dictio *Aha*, quæ heu significat. Jeremias excusat populum deceptum a falsis Prophetis.

℣. 17. *Deducant oculi mei lacrymam -- & non taceant.* Hebraismus, i. non cessent. S. Aug. vere pœnitentibus hæc applicans ait: *Hic semper homo doleat, & de dolore gaudeat: quid enim restat nobis nisi dolere in vita? ubi enim finitur dolor, finitur & pœnitentia.*

℣. 21. *Neque facias nobis contumeliam solii gloriæ tuæ.* Ne sinas vastari templum tuum, ne solium gloriæ tuæ Sion ignominia afficias.

lichkeit keine Schmach an: gedenke daran, daß du deinen Bund mit uns nicht aufhebest.

22. Sind auch wohl unter den geschnitzten Bildern der Heyden, die Regen geben? oder können auch die Himmel regnen? bist du nicht HErr unser GOtt, auf den wir warten? denn du hast dieß alles gethan.

Das fünfzehente Capitel.

1. GOtt will den Propheten nicht erhören; sondern drohet immerfort mit Schwert, Hunger und Verheerung. 1. II. Der Prophet klaget seine Verachtung und Verfolgung. 10. II. GOtt stärket und tröstet ihn wider alles Ungemach, so ihm in seinem Amte begegnen wird. 19.

1. Und der HErr sprach zu mir: Wenn schon Moyses und Samuel vor mir stünden, so ist meine Seele zu diesem Volke nicht geneigt: treibe sie hinweg von meinem Angesichte, und laß sie hinausgehen.

2. Wenn sie dann zu dir sagen: Wo sollen wir hingehen? so sage zu ihnen: Dieß spricht der HErr: Wer zum Tode gehört, der gehe zum Tode: und wer zum Schwerte gehört, der gehe zum Schwerte: und wer zum Hunger gehört, der gehe zum Hunger: und wer zum Gefängniß gehört, der gehe zum Gefängniß.

3. Und ich will über sie viererley Plagen schicken, spricht der HErr: Das Schwert, sie zu erwürgen, die Hunde, sie zu zerreissen, und die Vögel des Himmels, mit den Thieren im Lande, sie zu fressen, und zu zerstreuen.

4. Und ich will sie allen Königreichen auf Erden zu beängstigen übergeben, um Manasse willen, des Sohns Ezechiä, des Königs Juda, wegen alles, was er zu Jerusalem gethan hat.

5. Denn wer wird sich über dich erbarmen, o Jerusalem! oder wer wird sich deinethalben betrüben? oder wer wird hingehen, Friede für dich zu begehren?

6. Du hast mich verlassen, spricht der HErr, und bist zurück gewichen: darum will ich meine Hand über dich ausstrecken, und dich tödten: ich bin des Bittens müde.

7. Und ich will sie zu der Pforte des Landes mit der Werfschaufel zerstreuen: ich habe mein Volk umgebracht und verderbet, dennoch haben sie sich von ihren Wegen nicht zurück gekehret.

8. Ihrer Witwen sind mir mehr worden als des Sandes am Meere: ich habe ihnen über die Mutter der jungen Mannschaft bey hellem Mittage einen Verderber kommen lassen, und habe über die Städte urplötzlich ein Schrecken gesandt.

9. Die sieben Kinder gebohren hat, ist schwach worden, und in Ohnmacht gefallen: die Sonne ist ihr untergegangen, da es noch Tag war: sie ist zu Schanden worden, und hat sich geschämet: welche von ihr übrig bleiben, die will ich dem Schwerte übergeben, vor dem Angesichte ihrer Feinde, spricht der HErr.

solii gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

22. Numquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus? tu enim fecisti omnia hæc.

CAPUT XV.

1. Nec sanctorum precibus flectetur Dominus, quin tradat pesti, gladio & captivitati populum, qui flagellis non est emendatus. I. II. Conqueritur Propheta, contemni verbum Dei. 10. III. Dominus promittit ei auxilium, ac in vastatione Judæorum robur, & liberationem. 19.

1. Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejice illos a facie mea, & egrediantur.

2. Quod si dixerint ad te: Quo egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: *a* Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captivitatem, ad captivitatem. *a Zachar.* 11. 9.

3. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus: Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli & bestias terræ ad devorandum & dissipandum.

4. Et dabo eos in fervorem universis regnis terræ, *b* propter Manassem, filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus, quæ fecit in Jerusalem. *b* 4. *Reg.* 21. 7. & 12.

5. Quis enim miserebitur tui Jerusalem! aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

6. Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti: & extendam manum meam super te, & interficiam te: laboravi rogans.

7. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen a viis suis non sunt reversi.

8. Multiplicatæ sunt mihi viduæ ejus super arenam maris: induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie, misi super civitates repente terrorem.

9. Infirmata *c* est, quæ peperit septem, defecit anima ejus: *d* occidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. *c* 1 *Reg.* 2. 5. *d* *Amos* 8. 9.

II. 10. Væ

℣. 22. *Numquid sunt in sculptilibus gentium, qui pluant.* Hieron. Post multos variosque sermones redit ad titulum Prophetiæ: quia dæmonum simulacra non possunt pluere: tu Domine Deus noster, quem semper expectavimus, tu da pluviam tuam.

CAPUT XV.

℣. 1. *Si steterit Moyses & Samuel.* Hos enim legimus iræ Domini pro populo Dei restitisse. Hinc discimus Sanctos, & viventes & vita functos, posse iram Dei per suas intercessiones avertere. *Nec mirum,* ait Greg. *nam virtus veræ orationis, est celsitudo charitatis, & tunc quisque, quod recte petit, adipiscitur, cum ejus animus non in petitione odio inimici fuscatur.* Quod in sanctis pro inimicis orantibus sperandum non est. Sed aliquando tanta est peccatorum gravitas, ut Deus declaret, orantium preces se nolle admittere. *Non est anima mea ad populum istum.* Humano more loqui solet Deus in Scripturis, cum corpus, anima, & affectus ipsi tribuuntur. Non placabor huic populo.

℣. 2. *Qui ad mortem* destinatur. *Ad mortem* egrediatur, i. moriatur. Alii ad mortem, quæ ex peste; alii ad gladium, qui ab hostibus; alii ad famem erant destinati.

℣. 3. *Visitabo super eos quatuor species.* Hebr. *Præficiam eis quatuor familias.* Seu quatuor genera tortorum, gladium, canes, aves, & feras, ut eos dilanient. Hieron. Quatuor plagas, quibus traditus est populus Judæorum, etiam Ezechielis prophetia demonstrat, gladium, pestilentiam, famem, bestias, seu captivitatem. Nempe *offenso creatore,* prosequitur Hieron. *contra suos offensores insurgit omnis creatura.*

℣. 4. *Dabo eos in fervorem universis regnis.* Sept. Interpr. In angustias propter Manassem, & illius scelera, quæ licet per pœnitentiam sint ei remissa, in populo tamen aucta sunt & multiplicata. Unde & populus propter principum peccata interdum punitur, cum iisdem, vel aliis peccatis est obnoxius: secuti sunt Manassem peccando, non in pœnitentia.

℣. 6. *Laboravi rogans.* Toties eum ad pœnitentiam invitans defessus sum. *Et dispergam.* In extremas terræ regiones. *Interfeci.* Temporibus Sennacherib, vel potius præteritum pro futuro. *Dispergam ventilabro.* Ut purgem, non ut deleam penitus.

℣. 8. *Induxi eis super matrem adolescentis.* Qui occidat matres. *Vastatorem meridie.* Palam & in media luce. *Matrem adolescentis.* Adolescentum; Jerusalem, quæ est mater florentissimæ juventutis.

℣. 9 *Infirmata est.* Periit in medio prosperitatis suæ. *Infirmata est.* Sterilis facta est, vel orbata liberis. *Qua peperit septem.* Id est, quamplurimos: hoc in loco est hyperbole.

II. 10. Væ mihi mater mea! quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in universa terra? non fœneravi, nec fœneravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

11. Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis adversus inimicum.

12. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

13. Divitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

14. Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.

15. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his, qui persequuntur me, noli in patientia tua suscipere me, scito, quoniam sustinui propter te opprobrium.

16. Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium, & in lætitiam cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

e Psal. 1. & 25. 4.

17. Non *e* sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me.

f Infr. 30. 15.

18. Quare *f* factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.

III. 19. Propter hoc hæc dicit Dominus: Si converteris, convertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, & tu non converteris ad eos.

20. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt adversum te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ut salvem te, & eruam te, dicit Dominus.

21. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

CAPUT XVI.

I. Prohibet Dominus, ne Propheta uxorem ducat, denuntians Judæos vario mortis genere miserrime interituros. 1. *II. Propter idololatriam patrum ac filiorum, & derelictam legem Domini.* 10. *III. Sed postea per piscatores ac venatores reducet eos in terram suam, in qua ipsi una cum gentibus confitebuntur peccata sua.* 16.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

II. 10. Wehe mir, o meine Mutter! warum hast du mich zur Welt gebracht, einen Mann, der mit jedermann Hader und Zank haben muß im ganzen Lande? ich habe kein Geld auf Wucher gethan, habe auch von niemand auf Wucher genommen: gleichwohl fluchen sie mir alle.

11. Der HErr sprach: Wo es nicht endlich dir zum Guten gereicht, und wo ich dir nicht zur Zeit der Noth, und zur Zeit der Trübsal wider deinen Feind zu Hülfe komme.

12. Soll sich wohl Eisen und Erz mit dem Eisen von Mitternacht zusammenfügen lassen?

13. Ich will deine Reichthümer und deine Schätze umsonst zum Raube geben, um aller deiner Sünden willen, die in deinen Gränzen überall im Schwange gehen.

14. Ich will auch deine Feinde herbeyführen aus dem Lande, das du nicht kennest: denn es ist ein Feuer in meinem Grimme angezündet, das wird über euch brennen.

15. O HErr! es ist dir bekannt, gedenke doch an mich, und suche mich heim, und beschirme mich vor denen, die mich verfolgen, verweile in deiner Geduld nicht zu lange, mich aufzunehmen, und wisse, daß ich Schmach um deinetwillen ausgestanden habe.

16. Deine Reden sind gefunden worden, und ich habe sie gegessen, und dein Wort ist mir worden zu einer Freude, und Wonne meines Herzens: denn dein Name, o HErr! du GOtt der Heerschaaren, ist über mich angerufen.

17. Ich bin im Rathe der Spötter nicht gesessen, und habe mich dessen vor dem Angesichte deiner Hand gerühmet: ich bin allein gesessen, denn du hast mich mit Drehen erfüllet.

18. Warum währet mein Schmerzen immerdar, und meine unheilbare Wunden wollen sich nicht heilen lassen? sie sind mir worden, wie eine Quelle, darinn das Wasser fehlet, und ausbleibet.

III. 19. Darum sagt dieß der HErr: Wenn du dich bekehrest, so will ich dich bekehren, und du sollst vor meinem Angesichte stehen: und wenn du das Köstliche von dem Schlechten absonderst, so sollst du seyn wie mein Mund: sie werden sich zu dir bekehren, und du wirst dich nicht zu ihnen bekehren.

20. Und ich will dich diesem Volke zu einer ehrnen starken Mauer setzen: sie werden wider dich streiten, aber nicht überwältigen: denn ich bin bey dir, daß ich dir helfe, und dich errette, spricht der HErr.

21. Und ich will dich aus der Hand der ärgsten Feinde erretten, und dich erlösen aus der Hand der Starken.

Das sechszehente Capitel.

I. GOtt verbiethet dem Propheten zu beyrathen, weil Vater und Mutter, sammt den Kindern erbärmlich umkommen werden. 1. II. Ursach solcher Strafe sey die Sünde des Volks. 10. III. Tröstet dasselbige mit der Erledigung aus der babylonischen Gefängniß durch Esram, bevorab durch Christum und seine Apostel, welche auch die Heyden zur Erkenntniß des wahren GOttes bringen werden. 16.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du

℣. 10. *Væ mihi, mater mea! quare genuisti me virum rixæ?* In hoc Jeremias fuit typus Christi: *Qui positus est in ruinam, & in signum, cui contradicetur.* Cui omnes maledicebant: *Non fœneravi.* Nec mutuum dedi, nec accepi, & tamen rixis involvor, ac si mutuo, & cum fœnore dedissem.

℣. 11. *Si non reliquiæ tuæ in bonum.* Si finis tuus non felix fuerit, non habear verax; forma est jurandi.

℣. 12. *Numquid fœderabitur ferrum ferro.* Seu cum calybe, arma Judæorum cum armis Chaldæorum? Non poterit esse societas Judæis cum Chaldæis? Debilior a fortiori conteretur; rebellabunt Judæi, & vastabantur; vel ex Hieron. Ne doleas, quod populus inimicus tuus sit, te dura nuntiante; non potest amari, qui durus est.

℣. 13. *Divitias tuas in direptionem dabo gratis, in omnibus peccatis tuis.* Propter peccata tua. *Et terminis.* Propter idola, quæ in omnibus viis erexisti.

℣. 15. *Noli in patientia tua suscipere me.* Permittendo me lædi vel occidi ab hostibus; noli esse adeo patiens contra inimicos meos; jam enim causa Dei agitur: sciant me Prophetam esse a te missum. *Propter te sustinui opprobrium.* A contemnentibus sermones meos. Hieron. *Felix conscientia, quæ propter Deum patitur opprobria.*

℣. 16. *Comedi eos.* Sermones tuos. Symmachus: Eos excepi tamquam cibum, iis nutritus sum. *Nomen.* Vocatus sum Propheta tuus.

℣. 17. *Non sedi in concilio ludentium.* In cœtu jocantium, aut derisorum. *A facie manus tuæ.* Propter manum tuam: manus Domini apud Prophetas sumitur pro ipsa Prophetia: tui unius alloquio sum oblectatus. *Quoniam comminatione replesti me.* Prophetia minaci & exosa; alii repetunt negationem. *Non gloriatus sum malorum, non habere consortium.* Hieron.

℣. 18. *Plaga mea desperabilis renuit curari.* q. d. est insanabilis; speravit plagam suam curatum iri, & fuit deceptus. An loquitur Jeremias in persona populi, an in sua, ut videtur Hieronymo? nam prævaluerunt, qui illum vexabant.

℣. 19. *Si converteris, convertam te.* Si conversus fueris a pusillanimitate, ad firmam spem te restituam. *Et si separaveris pretiosum a vili.* Verba mea a verbis Judæorum minacibus & infirmis. *Quasi os meum eris.* Propheta meus. *Convertentur ipsi ad te.* Ut tibi supplicent. *Non converteris ad eos.* Non te iis subjicies. Vel Deus respondet in persona Jeremiæ populo: Si te converteris, convertam te; prosequar te omni favore, & si separaveris pretiosum a vili, veros Prophetas a falsis.

2. Du sollst kein Weib nehmen, noch Söhne, noch Töchter zeugen an diesem Orte.

3. Denn dieß sagt der HErr von den Söhnen und Töchtern, die an diesem Orte gezeuget werden, und von ihren Müttern, die sie gebähren, und von ihren Vätern, von deren Geschlechte sie gebohren werden in diesem Lande:

4. Sie sollen an mancherley Krankheiten sterben, und sollen weder beklagt, noch begraben werden, sondern sollen zu Koth werden auf dem Angesichte der Erde: sie sollen durch das Schwert und Hunger umkommen, und ihre Leichname sollen den Vögeln des Himmels, und den Thieren auf Erden zur Speise werden.

5. Denn dieß spricht der HErr: Gehe nicht in das Haus, da man fröhlich ist, gehe auch nicht hin, sie zu beklagen, oder zu trösten: denn ich habe meinen Frieden, und meine Barmherzigkeit, und Erbärmnissen von diesem Volke hinweggenommen.

6. Die Großen und Kleinen sollen in diesem Lande sterben: und sollen weder begraben, noch beweinet werden, und niemand wird sich über sie zerschneiden, und kahl scheeren lassen.

7. Und sie werden unter ihnen den Weinenden das Brod nicht austheilen, über der Leiche sie zu trösten: sie werden ihnen auch den Trank aus dem Trostbecher über ihren Vater und Mutter nicht einschenken.

8. Du solst in das Haus der Freude nicht gehen, dich allda bey sie niederzusetzen, und zu essen, und zu trinken:

9. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will in euren Augen, und in euren Tagen, die Stimme der Freude, und die Stimme des Frohlockens, die Stimme des Bräutigams, und die Stimme der Braut von diesem Orte hinwegnehmen.

11. 10. Wann du nun diesem Volke alle diese Worte verkündiget hast, und sie zu dir sprechen: Warum hat der HErr alles dieß große Unglück über uns geredet? was ist doch unsere Missethat? und was ist unsere Sünde, die wir wider den HErrn unseren GOtt begangen haben?

11. So sollst du ihnen sagen: Darum, spricht der HErr, daß eure Väter mich verlassen haben, und sind fremden Göttern nachgegangen, und haben denselben gedienet, und sie angebethet: mich aber haben sie verlassen, und mein Gesetz nicht gehalten.

12. So habt ihr auch noch viel ärger gethan, dann eure Väter: denn siehe, ein jeglicher wandelt nach der Bosheit seines verkehrten Herzen, daß er mich nicht höre.

13. Darum will ich euch aus diesem Lande hinausstoßen, in ein Land, das euch und euren Vätern unbekannt ist: daselbst sollt ihr Tag und Nacht fremden Göttern dienen, die euch keine Ruhe lassen werden.

14. Derowegen siehe, es kommen die Tage, spricht der HErr, daß man nicht mehr sagen wird: So wahr der HErr lebet, der die Kinder Israel aus Aegyptenland geführet hat:

15. Sondern: So wahr der HErr lebet, der die Kinder Israel aus dem Lande gegen Mitternacht geführet hat, und aus allen Landen, dahin ich sie ausgestoßen hatte: und will sie wieder in ihr Land führen, das ich ihren Vätern gegeben habe.

2. Non accipies uxorem, & non erunt tibi filii, & filiæ in loco isto.

3. Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generantur in loco isto, & super matres eorum, quæ genuerunt eos, & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac:

4. Mortibus ægrotationum morientur, non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt: & gladio, & fame consumentur, & erit cadaver eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.

5. Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam a populo isto, dicit Dominus, misericordiam & miserationes.

6. Et morientur grandes, & parvi in terra ista: non sepelientur, neque plangentur, & non se incident, neque calvitium fiet pro eis.

7. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre.

8. Et domum convivii non ingrediaris, ut sedeas cum eis, & comedas, & bibas:

9. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce, ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ.

11. 10. Et cum annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: *a* Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrum, quod peccavimus Domino Deo nostro? *a Sup. 5. 19.*

11. Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, & abierunt post deos alienos, & servierunt eis, & adoraverunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non custodierunt.

12. Sed & vos *b* pejus operati estis, quam patres vestri: ecce, enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali, ut me non audiat. *b Sup. 8. 26.*

13. Et ejiciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos & patres vestri: & servietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

14. Propterea ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur ultra: Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.

15. Sed: Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de universis terris, ad quas ejecit eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

CAPUT XVI.

℣. 2. *Non accipies uxorem &c.* Hinc sequitur continentiam esse possibilem, contra Novatores; imo & Deo gratam, cum quis non præcepto compulsus, sed voto adstrictus uxore caret. Matth. 19. Illud admodum verisimile est, Jeremiam cælibem permansisse: neque credibile est, eum duxisse uxorem in captivitate. Cum tot immineant mala, non uxorem duces, nec liberos educabis.

℣. 5. *Ne ingrediaris domum convivii* funebris. Vox Hebr. significat convivium, quale lugentibus super mortuum parari solet. Quo quidem Deus Prophetæ significare voluit tantam fore interfectorum stragem, ut defuturi sint, qui sepeliant, aut lugentes consolentur. Moraliter: *Ne ingrediaris domum convivii.* i. delicias epularum non quæras: quia Eccli 7. dicitur: *Melius est ire ad domum luctus, quam convivii.* Et Seneca ait: *Malo adolescentem tristem, quam hilarem & amabilem turbæ.*

℣. 6. *Et non se incident.* More gentilium, qui se incidebant scalpellis, quod vetat Deus Deuter. 14. sed Judæi ab iis gentilium ritibus ægre abstinebant. *Neque calvitium fiet.* Detonsis, aut evulsis capillis. Eam fore cladem prædicit, ut nulla sint solita convivia, nullus planctus publicus, non laceratæ genæ. Quod sponte facere noluerant, id necessitate facient ob morientium multitudinem.

℣. 9. *Ecce, ego auferam - vocem gaudii* interioris. *Vocem lætitiæ* exterioris. *Vocem sponsi & sponsæ.* Quia non vacabunt gaudio nuptiali. Sic a peccatoribus aufert Deus omne gaudium spirituale nempe viæ, & æternum patriæ, ut nec gratiam Dei habeant, per quam Christo sponso copulentur, vel sponsæ Ecclesiæ per fidem & meritum.

℣. 13. *Et servietis ibi diis alienis.* Cogent vos Chaldæi servire diis alienis, quos ipsi coluerant.

III. 16. Ecce, ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.

17. Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ a facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

18. Et reddam primum duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum, & abominationibus suis impleverunt hæreditatem meam.

19. Domine, fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Vere, mendacium possederunt patres nostri, vanitatem, quæ eis non profuit.

20. Numquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dii?

21. Idcirco ecce, ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & scient, quia nomen mihi Dominus.

CAPUT XVII.

I. Judæi propter obstinationem in peccato vastandi dicuntur. 1. II. Maledictus, qui confidit in homine: solus Deus scrutans corda, cuique reddit juxta viam suam, a quo petit Propheta servari. 5. III. Præcipit observari Sabbatum, ut sit bene Jerosolymæ, quæ alioqui igne consumetur. 19.

1. Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

2. Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, & lucorum suorum, lignorumque frondentium, in montibus excelsis,

3. Sacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in universis finibus tuis.

4. Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & servire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, usque in æternum ardebit.

II. 5. * Hæc dicit Dominus: *a* Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor ejus.

6. Erit *b* enim quasi myricæ in deserto, & non videbit, cum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili.

* *FER. 5. POST DOM. 2. QUADR.*
a Isa. 30. 2. & 31. 1. Infr. 48. 7.
b Infr. 48. 6.

III. 16. Siehe, ich will viele Fischer aussenden, spricht der HErr, die sollen sie fischen: und darnach will ich viele Jäger zu ihnen senden, die jagen, und sie auffangen sollen, von allen Bergen, und von allen Büheln, und aus allen Hölen der Felsen.

17. Denn meine Augen sehen auf alle ihre Wege: die sind vor meinem Angesichte unverborgen, so ist auch ihre Missethat nicht verborgen vor meinen Augen.

18. Und vor allem will ich ihnen ihre Sünden und Missethaten zweyfach bezahlen *: darum, daß sie mein Land mit Leichen ** ihrer Abgötterey verunreiniget, und mein Erbtheil mit ihren Greueln erfüllet haben.

*vergelten. **Todtenkörper.

19. HErr, du bist meine Kraft und Stärke, und meine Zuflucht am Tage der Trübsal: die Heyden werden vom Ende der Erden zu dir kommen, und sagen: Fürwahr, es ist Lug, und Eitelkeit, was unsere Väter gehabt haben, es hat ihnen auch nichts genützet.

20. Kann dann ein Mensch ihm selbst Götter machen, die doch nicht Götter sind?

21. Darum siehe, ich will sie für dießmal sehen lassen, und ihnen kund thun meine Hand, und meine Stärke: und sie sollen wissen, daß der HErr mein Name ist.

Das siebenzehente Capitel.

I. Der Prophet klagt, die Sünde der Juden sey so tief in ihr Herz eingeschrieben, daß sie anders nicht, als durch die Zerstörung Leure ausgelöscht werden. 1. II. Verflucht diejenigen, so auf Menschen hoffen; und segnet die, welche auf GOtt vertrauen. 5. III. Ermahnet die Juden, den Sabbath, und das Gesetz GOttes zu halten. 19.

1. Die Sünde Juda ist mit einem eisernen Griffel, und spitzigen Diamant geschrieben, sie ist auf die breite Tafel ihres Herzens ausgestochen, und auf die Hörner ihrer Altäre.

2. Wann ihre Kinder nun an ihre Altäre gedenken werden, und an ihre Wälder, und an die grünen Bäume auf den hohen Bergen,

3. Und werden auf dem Felde opfern: so will ich deine Stärke, und alle deine Schätze, sammt deinen Höhen zum Raube geben, um der Sünden willen, die in allen deinen Gränzen begangen werden.

4. So wirst du allein verlassen, und deiner Erbschaft beraubet werden, die ich dir gegeben habe: und ich will machen, daß du deinen Feinden dienen sollst, im Lande, so dir unbekannt ist: denn du hast ein Feuer angezündet in meinem Grimme, das wird ewiglich brennen.

II. 5. Dieß sagt der HErr: Verflucht sey der Mensch, der auf Menschen sein Vertrauen setzt, und das Fleisch für seinen Arm hält, und mit seinem Herzen vom HErrn abweicht.

6. Denn er wird seyn, wie die Heide in der Wüste, und wird das Gute nicht sehen, wann es kommen wird: sondern er wird am dürren Orte wohnen in der Wüste, in dem sauren Lande, da nicht zu wohnen ist.

7. Gesegs-

℣. 16. *Ecce, ego mittam piscatores multos.* Sive ii sint Chaldæi, qui Judæos in Jerusalem, ut pisces in rete ceperunt, & fugientes in montes, tamquam venatores sunt persecuti; sive potius hæc ad Apostolos, & viros Apostolicos referantur cum Hieronymo & Aug. serm. 12. de utilitate jejunii. Primo, inquit: *Piscatores misit Deus, Deus, postea mittit venatores. Piscatores erant Apostoli, neminem coegerunt, neminem impulerunt: quia piscator retia mittit in mare, non cogit, sed trahit, quod incurrit: ita infideles in Ecclesiam congregati sunt: venator autem silvas concingit, dumos excitat; id Ecclesia facit potissimum per sæculares potestates, dum pœnis & terroribus cogit eos, qui in montibus, & collibus, id est, in superbis hæreticorum doctrinis vagantur, ut ad gremium matris suæ redeant.* Quæ ratio Augustini eo tendit, ut hæretici potius quam pagani ad fidem Deo præstandam cogantur.

℣. 18. *Et reddam primum duplices iniquitates.* sc. suas & patrum iniquitates. *In morticinis idolorum suorum.* In cadaveribus, quæ idolis immolabant; vel filiorum suorum. Pœnas luent, antequam e captivitate redeant. Aug. *Ne attendas, quam illis sis molestus, sed quam tibi sit dilectus. Qualis pietas, si parcis, & moritur.*

℣. 19. *Ad te gentes venient ab extremis terræ.* Conversæ per Apostolos: adest conversio gentium.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo.* q. d. insculptum. *In ungue adamantino.* Indelebiliter & fortissime quasi in tabella adamantina: per peccatum idololatriam intelligit, per unguem adamantinum gemmam annulo inclusam; unguis ob lævitatem & nitorem dicitur. *Super latitudinem cordis.* Laminam a collo ad cor usque demissam, cui idoli imago erat incisa. *Et in cornibus ararum.* Ubi nomina idolorum inscribi solebant. Unde illud Act. 17. *Ignoto Deo.* Peccatum Juda publicum est, nec oblitteratur.

℣. 2. *Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum.* Cum imitati fuerint peccata parentum.

℣. 3. *Sacrificantes in agro.* Ubi idola colebatis.

℣. 4. *Servire te faciam inimicis tuis.* Hieron. Babyloniis, vel ut est verius, Romanis.

℣. 5. *Maledictus homo, qui confidit in homine.* Qui spreto Dei auxilio ad hominis opem præcipue se confert. 70. Benedictus, qui confidit in Domino. Qui a Deo expectat auxilium, per ea media, aut rationes, quæ sunt a Deo ordinata. Non ergo sunt maledicti, sed benedicti potius, qui veniam peccatorum per Sanctorum intercessionem expectant, non ab alio, quam ab ipso Deo.

℣. 6. *Erit quasi myricæ in deserto.* Myrica, vulgo *la bruyere.* Nullum fructum profert, & eum significat, qui in homine confidit. Ex omnibus nihil adeo fallax est ac cor hominis. *Et non videbit.* Non experietur. *Cum venerit bonum.* Pluviæ, aut gratiæ.

7. Gesegnet sey der Mann, der auf den HErrn sein Vertrauen setzt, und der HErr wird seine Zuversicht seyn.

8. Er wird seyn, wie ein Baum, der am Wasser gepflanzet ist, und in feuchtem Grunde wurzelt: wann eine Hitze kömmt, so wird er sich nicht fürchten: seine Blätter werden auch grün bleiben, und wann eine dürre Zeit kömmt, so wird er sich nicht zu besorgen haben, er wird nimmer aufhören, Früchte zu tragen.

9. Aller Menschen Herz ist bös, und unerforschlich: wer wird dasselbige erkennen?

10. Ich bin der HErr, der ich das Herz durchforsche, und die Nieren prüfe: der ich einem jeglichen gebe nach seinen Wegen, und nach der Frucht seiner Anschläge.

11. Ein Rebhun setzt sich über die Eyer, die es nicht geleget hat: also ist der, der Reichthum mit Unrecht zusammen bringet: er wird sie verlassen müssen mitten in seinen Tagen, und in seinem Letzten * wird er ohne Verstand seyn.

* Tage, oder Ende.

12. Der hohe Thron der Herrlichkeit ist von Anbeginn an dem Orte unsers Heiligthums gewesen.

13. O HErr, du Hoffnung Israel! alle, die dich verlassen, müssen zu Schanden werden: und die von dir abweichen, müssen in die Erde geschrieben werden: weil sie den HErrn, die Quelle des lebendigen Wassers, verlassen haben:

14. Heile du mich, o HErr, so werde ich gesund: hilf du mir, so wird mir geholfen seyn, denn du bist mein Ruhm *.

* Gloria.

15. Siehe, sie sprechen zu mir: Wo ist des HErrn Wort? laß es kommen.

16. Und ich habe mich gleichwohl nicht abschrecken lassen, sondern bin dir meinem Hirten nachgefolget: ich habe des Menschen Tag nicht begehret, das ist dir bekannt. Was aus meinen Lippen hergegangen ist, das war aufrichtig vor deinem Angesichte.

17. Sey du mir nicht zum Schrecken, der du meine Zuversicht bist, am Tage der Trübsal.

18. Laß sie zu Schanden werden, die mich verfolgen, und laß mich nicht zu Schanden werden: sie sollen sich fürchten, und ich nicht: führe über sie den Tag der Trübsal, und zerschlage sie mit zweyfacher Plage.

III. 19. Dieß sagt der HErr zu mir: Gehe hin, und stelle dich in die Pforte der Kinder des Volkes, dadurch die Könige Juda aus- und eingehen, und in alle Pforten zu Jerusalem,

20. Und sprich zu ihnen: Höret des HErrn Wort, ihr Könige Juda, und ganz Juda, und alle Inwohner Jerusalem, die ihr zu diesen Pforten eingehet:

21. Dieß sagt der HErr: Bewahret eure Seelen, traget keine Last am Sabbathtage, bringet sie auch durch die Pforten zu Jerusalem nicht hinein.

22. Traget auch keine Last am Sabbathtage aus euren Häusern, und thut am selbigen keine Werke: heiliget den Sabbathtag, wie ich euern Vätern befohlen habe.

23. Aber sie haben es nicht gehöret, noch ihr Ohr geneiget: sondern haben ihr Genick verhärtet, und mir nicht gehorchet, noch die Züchtigung angenommen.

7. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.

8. Et *c* erit quasi lignum, quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit, cum venerit æstus: & erit folium ejus viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructum. *c* Ps. 1. 3.

9. Pravum est cor omnium, & inscrutabile: quis cognoscet illud?

10. Ego Dominus *d* scrutans cor, & probans renes: qui do unicuique juxta viam suam, & juxta fructum adinventionem suarum. * *d* 1. Reg. 16. 7. Ps. 7. 10. Apoc. 2. 23.

11. Perdix fovit, quæ non peperit: fecit divitias, & non in judicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in novissimo suo erit insipiens.

12. Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ.

13. Expectatio Israel, Domine! omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes a te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum:

14. Sana me Domine, & sanabor: salvum me fac, & salvus ero, quoniam laus mea tu es.

15. Ecce, ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Domini? veniat.

16. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideravi, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

17. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18. Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego: paveat illi, & non paveam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

III. 19. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda, & egrediuntur, & in cunctis portis Jerusalem,

20. Et dices ad eos: Audite verbum Domini reges Juda, & omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem, qui ingredimini per portas istas:

21. Hæc dicit Dominus: Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem.

22. Et nolite ejicere onera de domibus vestris in die sabbati, & omne opus non facietis: sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris.

23. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam, ne audirent me, & ne acciperent disciplinam.

24. Et

℣. 9. *Pravum est cor omnium.* Sept. Profundum homini; certo & indubitanter homini constare nequit, an opus suum sit Deo acceptum: sed humiliter in Deo confidere debet, si cor ejus non arguat cum.

℣. 10. *Ego Dominus scrutans cor.* Nemo id scrutatur præter me: scit homo quid cogitet, 1. Cor. 2. sed quale illud sit, aut quæ ultima sit intentio, non novit. Deus justo judicio populum rebellem a se condemnari insinuat.

℣. 11. *Perdix fovit, quæ non peperit.* Ita opes injustæ ab injustis possessoribus ad alios migrant. *In dimidio dierum suorum.* Antequam iis perfruatur. *Erit.* Apparebit. *Perdix fovit.* Intelligenda est particula similitudinis, *sicut.*

℣. 12. *Solium gloriæ altitudinis a principio.* Non tamquam perdix alienis ovis incubamus, sed in uno Deo confidimus, & excelsum ejus solium est spes nostra.

℣. 13. *Expectatio* i. spes vera & solida *Israel - recedentes a te, in terra scribentur.* Non in cœlo, Chald. cadent in gehennam. Peribit eorum memoria, quia a Deo recedunt, sors illorum in terra erit, non in cœlo: non pervenient ad veram felicitatem, horum felicitas morte extinguetur.

℣. 14. *Sana me Domine & sanabor.* Si me sanaveris, vere sanabor: homines salvare non possunt, tu solus potes.

℣. 15. *Ego autem non sum turbatus, te pastorem sequens.* Quantumvis mihi improperarent. *Et diem hominis non desideravi.* Non desideravi iis annuntiare diem illum calamitosum captivitatis, vel non quæsivi hominum laudem, aut diuturnam vitam. Greg. *Qui laudem seu placentiam non quærit, contumeliam non sentit.*

℣. 17. *Non sis mihi formidini.* Fac, ut in medio inimico um nihil extimescam.

℣. 18. *Induc super eos diem afflictionis.* Multiplici afflictione affige. *Et duplici contritione,* quæ afficiat corpus & animam, *contere eos.*

℣. 19. *Sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda.* Servabit Deus pactum, de quo 2. Reg. 7. *Reges,* de stirpe David.

24. Et erit: Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die sabbati, & sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus:

25. Ingredientur per portas civitatis hujus reges & principes, sedentes super solium David, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Juda, & habitatores Jerusalem: & habitabitur civitas hæc in sempiternum.

26. Et venient de civitatibus Juda, & de circuitu Jerusalem, & de terra Benjamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.

27. Si autem non audieritis me, ut sanctificetis diem sabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Jerusalem in die sabbati: succendam ignem in portis ejus, & devorabit domos Jerusalem, & non extinguetur.

24. Und es wird geschehen: im Falle ihr mich höret, spricht der HErr, und am Sabbath keine Last durch die Pforten dieser Stadt eintraget, und so ihr den Sabbath heiliget, und keine Werke am selbigen thut:

25. So sollen die Könige und Fürsten, welche auf dem Stuhle Davids sitzen, durch die Pforten dieser Stadt einziehen, sollen auf Wagen fahren, und auf Rossen reiten, sie, und ihre Fürsten, die Männer Juda, und die Inwohner zu Jerusalem: und soll diese Stadt ewiglich bewohnet werden.

26. Und sie werden kommen aus den Städten Juda, und aus den Orten, die rings um Jerusalem herliegen, und aus dem Lande Benjamin, und vom flachen Felde, und vom Gebirge, und vom Mittage, und bringen Brandopfer, und Schlachtopfer, und Speisopfer, und Weihrauch, und werden es zum Hause des HErrn zum Opfer hineintragen.

27. Wenn ihr mich aber nicht hören werdet, daß ihr den Sabbathtag heiliget, und keine Last traget, oder am Sabbathtage hereinbringet durch die Pforten zu Jerusalem: so will ich ein Feuer anzünden in ihren Pforten, das soll die Häuser zu Jerusalem verzehren, und soll nicht ausgelöscht werden.

CAPUT XVIII.

1. Exemplo figuli ostendit Dominus in manu sua esse domum Israel, ut juxta merita eis faciat etiamsi prius aliud se factorum dixerit: 1. II. Propter obstinatam Judæorum malitiam denuntiat eis interitum. 11. III. Conspirant Judæi contra Jeremiam, qui pœnas eis iterum vaticinatur. 18.

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens:

2. Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3. Et descendi in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotam.

4. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis: conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus, ut faceret.

5. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

6. Numquid *a* sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël.

7. Repente loquar adversum gentem, & adversus regnum *b*, ut eradicem, & destruam, & disperdam illud.

8. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei.

9. Et subito loquar de gente & de regno, ut ædificem, & plantem illud.

10. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, ut facerem ei.

11. Nunc ergo dic viro Juda, & habitatoribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: *c* revertatur unusquisque a via sua mala, & dirigite vias vestras, & studia vestra.

Das achtzehente Capitel.

1. GOtt zeiget Jeremiä, gleichwie ein Hafner ein zerbrochenes Geschirr wieder ergänzet, also könne er das jüdische Volk wieder erlösen: 1. II. Weil es aber sich nicht will bekehren, so betrohet er dasselbige mit der Zerstörung. 11. III. Die Juden trachten dem Propheten nach dem Leben. 18.

1. Das Wort, so zu Jeremia vom HErrn geschah, und sprach:

2. Stehe auf, und gehe hinab in des Hafners Haus, daselbst sollst du meine Worte hören.

3. Und ich gieng hinab in des Hafners Haus, und siehe, er machte ein Werk auf der Scheibe.

4. Und das Geschirr zerbrach, das er vom Letten machte mit seinen Händen: da fieng er wieder an, und machte ein anderes Geschirr, wie es ihm zu machen vor seinen Augen gefällig war.

5. Da geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

6. Kann ich es nicht also mit euch machen, ihr vom Hause Israel, wie dieser Hafner, spricht der HErr? siehe, wie der Letten in des Hafners Hand ist, also seyd auch ihr vom Hause Israel in meiner Hand.

7. Ich werde in der Eil wider ein Volk, und wider ein Königreich reden, daß ich es vertilgen, und zerstören, und verderben wolle.

8. Wenn sich dann dasselbige Volk von seiner Bosheit bekehret, darum ich wider sie geredt habe: so will ich auch Reu haben über das Unglück, das ich bedacht war, ihnen anzuthun.

9. Auch werde ich in der Eil von einem Volke, und von einem Königreiche reden, daß ich es aufbauen, und pflanzen wolle.

10. Wenn es aber Böses thut vor meinen Augen, daß es meine Stimme nicht höret: so soll mich auch des Guten gereuen, das ich geredt habe, ihm zu thun.

11. So sage nun den Männern Juda, und den Inwohnern Jerusalem, und sprich also: Dieß sagt der HErr: Siehe, ich bereite wider euch ein Unglück, und denke denkend wider euch: ein jeglicher bekehre sich von seinem bösen Wege, und machet eure Wege, und euer Thun richtig.

12. Da

a Isa. 45. 9. Rom. 9. 20.

b Sup. 1. 10.

c Reg. 17. 13. Infr. 25. 5. & 35. 15. Jonæ 3. 9.

CAPUT XVIII.

℣. 2. *Descende in domum figuli.* Mystice, in domum figuli descendere, est considerare fragilitatem carnis suæ.

℣. 6. *Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere.* Hæretici hoc loco perperam abutuntur, ut liberum evertant arbitrium, ut mala æque ac bona Deum habere auctorem persuadeant. Nam hæc similitudo affertur a Propheta propter eventus prosperos, vel adversos, adeo, ut tam facile possit sententiam retractare suam, qua denuntiavit futuram calamitatem, si pœnitentiam egerit, quam figulus ex luto dissipare possit vas, & ad honestos usus destinatum fingere. Sic Apostolus eadem similitudine utitur, ut electionis divinæ ad gratiam vim ostendat. Hieron. *Ita enim libertas arbitrii reservanda est, ut in omnibus excellat gratia largitoris.*

℣. 8. *Si pœnitentiam egerit gens illa -- agam & ego pœnitentiam.* Figurata est locutio ex similitudine affectuum humanorum, quos sæpe tribuit Deo Scriptura sacra. Deus dicitur agere pœnitentiam, quando id facit, quod facere solent homines, qui pœnitentia ducuntur.

℣. 11. *Ecce, ego fingo contra vos malum.* Alludit ad figulum, cujus initio mentionem fecit. *Revertatur unusquisque a via sua mala.* q. d. ut mutetur sententia, mutentur & opera vestra. S. Aug. *Muta cor, & mutabit opus: bona vis habere, & bonus non vis esse: vis habere mortem bonam, & non vis habere vitam bonam: plus ergo amas mortem tuam, quam vitam tuam.*

12. Da sprachen sie: Wir geben es verlohren: denn wir wollen nach unsern Gedanken wandeln, und thun, ein jeglicher für sich, nach der Bosheit seines verkehrten Herzen.

13. Darum sagt dieß der HErr: Fraget die Heyden: wer hat solche greuliche Dinge gehöret, gleichwie die Jungfrau Israel übermäßig begangen hat?

14. Wird auch der Schnee von dem Felsen Libano im Felde vergehen? oder können auch die kalten hervorquellenden, und abfließenden Wasser versiehen*? * erschöpft werden.

15. Denn mein Volk ist meiner vergessen, sie räuchern vergeblich, und stoßen an auf ihren Wegen, auf ihren Steigen von Alters her, damit sie auf demselbigen wandelten, auf ungebahnten Straßen:

16. Auf daß ihr Land zur Wüste werde, und zum ewigen Spotte: alle, die da vorübergehen, werden sich entsetzen, und ihr Haupt schütteln.

17. Ich will sie, wie ein hitziger Wind, vor dem Feinde zerstreuen: will ihnen den Rücken, und nicht das Angesicht zeigen, an dem Tage ihres Verderbens.

III. 18. Und sie sprachen: Kommet, lasset uns wider Jeremiam Anschläge erdenken: denn das Gesetz wird von den Priestern nicht genommen werden, noch der Rath von den Weisen, noch das Wort von den Propheten: kommet, lasset uns ihn mit der Zunge schlagen, und auf alle seine Reden nichts achten.

19. HErr! habe acht auf mich, und höre die Stimme meiner Widersacher.

20. Soll man dann Gutes mit Bösem vergelten, denn sie haben meiner Seele eine Grube gemacht? Gedenke doch, daß ich vor deinem Angesichte gestanden bin, damit ich Gutes für sie redete, und deinen Zorn von ihnen abwendete.

21. Darum übergieb ihre Kinder dem Hunger, und führe sie in die Hand des Schwertes: ihre Weiber sollen ihrer Kinder und Männer beraubet werden: ihre Männer sollen todt geschlagen, und ihre Jünglinge im Streite mit dem Schwerte erstochen werden.

22. Laß ein Geschrey hören aus ihren Häusern: denn du wirst urplötzlich einen Räuber über sie kommen lassen: dieweil sie eine Grube gemacht haben, mich zu fangen, und meinen Füßen heimlich Stricke gelegt.

23. Aber HErr, du weißt alle ihre Rathschläge, die sie wider mich gemacht haben, mich zu tödten: darum *verzeihe ihnen* ihre Missethat nicht, und laß ihre Sünde vor deinem Angesichte nicht ausgetilget werden: laß sie fallen vor deinen Augen, und zur Zeit deines Grimmes *strafe sie.*

Das neunzehente Capitel.

I. Jeremias zerschmettert im Thale Thophet einen Krug: 1. II. Damit anzudeuten, daß die Juden also von den Chaldäern sollen zerschlagen, und in Topheth haufenweis begraben werden. 11.

1. Dieß sagt der HErr: Gehe hin, und nimm eines

12. Qui dixerunt: Desperavimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

13. Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate gentes: quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël?

14. Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes?

15. Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in viis suis, in semitis sæculi, ut ambularent per eas in itinere non trito:

16. Ut *d* fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum: omnis, qui præterierit per eam, obstupescet, & movebit caput suum. *d Inf.* 19. 8. & 49. 13. & 50.

17. Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico: dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

III. 18. Et* dixerunt: Venite, & cogitemus contra Jeremiam cogitationes: non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a propheta: venite, & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad universos sermones ejus. * *SABB. POST DOMIN. PASS.*

19. Attende Domine ad me, & audi vocem adversariorum meorum.

20. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare, quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis.

21. Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladii: fiant uxores eorum absque liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte, juvenes eorum confodiantur gladio in prælio.

22. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim super eos latronem repente: quia foderunt foveam, ut caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

23. Tu autem Domine scis omne consilium eorum adversum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum a facie tua non deleatur: fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.*

CAPUT XIX.

I. Jeremias per lagunculam terream, quam fregit: 1. I. Ostendit sic perdendum populum propter multiplicem ipsorum idololatriam & contemptum verbi Dei. 11.

1. Hæc dicit Dominus: Vade, & accipe lagun-

℣. 12. *Qui dixerunt: Desperavimus.* Volunt dicere, non possumus amplius derelinquere pravam consuetudinem nostram. Unde bene S. Joan. Chrysost. tom. 5. hom. 3. de pœnitentia: *Manna comedebant Judæi, & carnes de Ægypto quærebant, consuetudine ducti: tam adeo turpis res est consuetudo pessima, quod non statim potest abjici, nec tempore brevi.*

℣. 14. *Numquid deficiet de petra agri nix Libani.* Citius desinet nix de rupibus Libani, & exhaurientur aquæ torrentium frigidæ, quam ut populum, qui me colit, deseram.

℣. 15. *Quia* q. d. & tamen *oblitus est mei populus meus, frustra libantes.* Idolis sacrificantes, nullo fructu. *Impingentes in viis suis.* Aberrant a legibus divinis, quæ patribus eorum & sanctis sunt tritæ, & incedentes per vias novas. Cuncta constitutum a me servant ordinem; Israel solus leges meas perrumpit.

℣. 16. *Ut fieret terra eorum in desolationem.* Ex quo factum est, ut terra esset in desolationem, & in contemptum: quod plenius & rectius intelligimus esse completum post Domini adventum.

℣. 17. *Dorsum & non faciem ostendam eis.* Aversus ero ab illis. Hieron. *Usque hodie sententia Dei permanet in Judæos.*

℣. 18. *Non enim peribit lex a Sacerdote.* Falsa esse non possunt, quæ prophetæ & sacerdotes prædicant. *Percutiamus eum lingua.* Texamus contra eum calumniam, deferamus ad judicem; ut falsum prophetam accusemus eum: in quo Jeremias fuit typus Christi Domini. Hieron. *In typum quidem Salvatoris hæc a populo Judæorum Jeremias universa perpetitur.*

℣. 20. *Foderunt foveam animæ meæ.* Ut venatores foveam dolosam, in quam caderent, effoderunt.

℣. 21. *Propterea da filios eorum in famem* i. dabis. Vel Propheta populi pertinacia convictus divinæ voluntati se subjicit.

℣. 23. *Ne propitieris iniquitati eorum.* Servata orationis forma prophetice prædicit, quod futurum sit: imo cognita Dei voluntate suam quoque voluntatem divinæ justitiæ conformat. *Abutere eis.* Juxta tempus iræ tuæ facies eis.

CAPUT XIX.

℣. 1. *Vade & accipe lagunculam figuli testeam a senioribus.* i. de senioribus sc. ut habent 70. & Hebr. *Duc tecum aliquos de senioribus populi* &c.

gunculam figuli testeam a senioribus populi, & a senioribus sacerdotum:

2. Et egredere ad vallem filii Ennom, quæ est juxta introitum portæ fictilis, & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te,

3. Et dices: Audite verbum Domini reges Juda, & habitatores Jerusalem: hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce, ego inducam afflictionem super locum istum, ita, ut omnis, qui audierit illam, tinniant aures ejus:

4. Eo quod dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libaverunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Juda: & repleverunt locum istum sanguine innocentum.

5. Et ædificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

6. Propterea ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & non vocabitur amplius locus iste, Tophteth, & vallis filii Ennom, sed Vallis occisionis.

7. Et dissipabo consilium Juda & Jerusalem in loco isto: & subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadavera eorum, escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.

8. Et *a* ponam civitatem hanc in stuporem, & in sibilum: omnis, qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super universa plaga ejus.

a Sup. 18. 16. *Infr.* 49. 13. & 50. 13.

9. Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarum: & unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, & in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

10. Et conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum:

11. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum istum, & civitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari: & in Topheth sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.

12. Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus ejus, & ponam civitatem istam sicut Topheth.

13. Et erunt domus Jerusalem, & domus regum Juda, sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cœli, & libaverunt libamina diis alienis.

14. Venit autem Jeremias de Topheth, quo miserat eum Dominus ad prophetandum, & stetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum:

15. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce, ego inducam super civitatem hanc, &

Hafners erdenen Krug, von den Aeltesten des Volkes, und von den Aeltesten unter den Priestern:

2. Und gehe hinaus zum Thale der Kinder Ennom, das am Eingange des Ziegelthores lieget, und predige daselbst die Worte, die ich zu dir reden werde,

3. Und sprich: Höret des HErrn Wort, ihr Könige Juda, und ihr Inwohner zu Jerusalem: dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will ein solches Elend über diesen Ort bringen, daß einem jeglichen, der es hören wird, seine Ohren klingen sollen:

4. Darum, daß sie mich verlassen, und diesen Ort entfremdet haben: und haben allda fremden Göttern Trankopfer geopfert, die ihnen selbst, auch ihren Vätern, und den Königen Juda unbekannt gewesen sind: und haben diesen Ort mit Blute der Unschuldigen erfüllet.

5. Und sie haben Baalim* Höhen gebauet, ihre Kinder mit Feuer zu verbrennen, dem Baal zum Brandopfer: das ich weder befohlen, noch geredt habe, und ist mir niemal in das Herz gekommen. * den Abgöttern.

6. Darum siehe, es kömmt die Zeit, spricht der HErr, daß dieser Ort nicht mehr Topheth, und das Thal der Kinder Ennom, sondern das Thal des Würgens genannt werden soll.

7. Und ich will den Rathschlag Juda, und Jerusalem an diesem Orte zu nichte machen: und will sie vor dem Angesichte ihrer Feinde durch das Schwert niederlegen, und durch die Hand derjenigen, die nach ihren Seelen trachten: und ich will ihre Leichname den Vögeln des Himmels, und den Thieren auf Erden zu fressen geben.

8. Und ich will diese Stadt zum Schrecken, und zum Spotte machen: alle, die da vorübergehen, werden sich entsetzen, und über alle ihre Plage auspfeifen.* * verlachen.

9. Und ich will sie speisen mit dem Fleische ihrer Söhne, und mit dem Fleische ihrer Töchter: und ein jeglicher soll seines Freundes Fleisch fressen, in der Belagerung, und in der Bedrängniß, mit welcher ihre Feinde, und die nach ihren Seelen trachten, sie beängstigen werden.

10. Und du sollst den Krug zerbrechen vor den Augen der Männer, welche mit dir gehen werden:

11. Und zu ihnen sprechen: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Gleichwie eines Hafners Gefäß zerbrochen wird, daß man es nicht wieder ganz machen kann, also will ich dieß Volk, und diese Stadt zerbrechen: sie sollen auch in Topheth begraben werden, dieweil sonst kein anderer Ort seyn wird, sie zu begraben.

12. Also will ich diesem Orte, und seinen Inwohnern thun, spricht der HErr, und will diese Stadt machen, wie Topheth.

13. Und die Häuser zu Jerusalem, auch die Häuser der Könige Juda sollen so unrein werden, wie der Ort zu Topheth ist: alle Häuser, da sie dem ganzen Heere des Himmels auf den Dächern Opfer gethan, und fremden Göttern Trankopfer geopfert haben.

14. Als nun Jeremias von Topheth kam, dahin ihn der HErr zu weißagen gesandt hatte, stund er im Vorhofe am Hause des HErrn, und sprach zu allem Volke:

15. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will über diese Stadt, und über alle ihre

---

℣. 2. *Et egredere ad vallem filii Ennom, quæ est juxta introitum portæ fictilis.* Quod forte per eam efferrentur fragmenta valorum fictilium, aut quod ibi essent figuli. *Et prædicabis ibi verba* &c. Quæ ad terrorem & humilitatis conservationem serviunt. Notent sibi hoc concionatores. Unde & Plato dixit: *Summa Philosophia est assidua mortis meditatio.*

℣. 4. *Eoquod -- alienum fecerint locum istum.* i. profanaverint illum, consecrando idolis filios & filias, uti patet ex Psalm. 105. v. 37.

℣. 5. *Quæ non præcepi.* Imo quæ prohibui: sed minus dicit, ut majus quid intelligatur, quæ est consueta in Scripturis loquendi formula, ut Eccles. 9. *Assiduitas mendacii non est bona.* Imo pessimà: frustra hinc colligunt Novatores nihil esse faciendum in cultu Dei, quod non præceperit, & diserte scriptum non sit in sacris litteris.

℣. 6. *Non vocabitur amplius locus iste, Topheth.* Vocabatur vallis filii Ennom, vel Gehennom: tum Topheth a tympano, quod pulsabant, cum pueri comburebantur idolo Moloch, vel Baal: hinc locus damnatorum dictus est gehenna, ut alibi dictum est. *Sed vallis occisionis.* Nam Judæi in eo loco occidentur a Chaldæis.

℣. 11. *Conteram -- sicut conteritur vas figuli, quod non potest ultra instaurari.* Id utique Judæis evenit, cum a Romanis deleti sunt, non in captivitate Babylonica: in qua quidem prophetia est incœpta, sed in obsidione Titi impleta fuit.

℣. 12. *Et ponam civitatem istam sicut Topheth.* Id est, carnificinam civium, sicut Topheth erat carnificina filiorum.

℣. 13. *Erunt immundæ -- omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cœli.* In tectis complanatis conspecto cœlo stellas adorabant.

ihre Städte alles Unglück führen, das ich wider sie geredt habe: dieweil sie ihren Nacken * verhärtet haben, damit sie meine Worte nicht hören.

* Hals, Genick.

Das zwanzigste Capitel.

1. Jeremias wird von Phassur wegen der vorgesagten Zerstörung, in Kerker geworfen, dem er hingegen den Untergang verkündiget. 1. II. Beklagt sich, daß er dieser Weißagung halben bey den Juden verhaßt sey: faßt doch wieder einen Muth. 7. III. Verflucht den Tag seiner Geburt. 14.

1. Und Phassur, der Sohn Emmer, der Priester, der zum Obersten im Hause des HErrn verordnet war, hörete, daß Jeremias diese Worte weißagete.

2. Und Phassur schlug den Propheten Jeremiam, und warf ihn in einen Stock *, so bey dem Oberthore Benjamin war, am Hause des HErrn. * Kerker

3. Da es nun Morgen ward, führte Phassur Jeremiam aus dem Stock. Und Jeremias sprach zu ihm: Der HErr hat deinen Namen nicht Phassur genannt, sondern Schrecken um und um.

4. Denn dieß sagt der HErr: Siehe, ich will dich in ein Schrecken geben, dich, und alle deine Freunde, und sie sollen durch das Schwert ihrer Feinde umkommen: und das sollen deine Augen sehen: und ich will ganz Juda in die Hand des Königs von Babylon übergeben, der wird sie gen Babylon hinwegführen, und mit dem Schwerte erschlagen.

5. Ich will auch alle Habe und Güter dieser Stadt, und alle ihre Mühe und Arbeit, auch alles, was köstlich ist, und alle Schätze der Könige Juda, in die Hand ihrer Feinde übergeben: und sie werden sie rauben, und hinwegnehmen, und gen Babylon führen.

6. Aber du Phassur, und alle, die in deinem Hause wohnen, werdet in das Gefängniß gehen: und du wirst gen Babylon kommen, allda wirst du sterben, und begraben werden, du, und alle deine Freunde, denen du Lügen geweissaget hast.

11. 7. HErr! du hast mich beredt, und ich habe mich bereden lassen: du bist mir zu stark gewesen, und hast gewonnen: aber ich bin zum Spott worden den ganzen Tag, alle verlachen mich.

8. Denn ich habe schon eine geraume Zeit geredt, ich schreye über die Sünde, und rufe von Verwüstung: da ist mir des HErrn Wort zur Schmach gerathen, und zum Spott den ganzen Tag.

9. Und ich sprach: Ich will nicht mehr an ihn gedenken, und hinfüro nicht reden in seinem Namen: da ward es in meinem Herzen wie ein brennend Feuer, das verschlossen war in meinen Gebeinen: und ich ward kraftlos, und konnte es nicht ertragen.

10. Denn ich hörte Schmähworte von vielen, und Schrecken von allen Seiten: Verfolget ihn, lasset uns ihm nachjagen: das hörte ich von allen, die sonst friedlich mit mir lebten, und am nächsten um mich waren: ob er einigermaßen zu betrügen wäre, daß wir seiner mächtig werden, und Rache von ihm erlangen möchten.

super omnes urbes ejus universa mala, quæ locutus sum adversum eam: quoniam induraverunt cervicem suam, ut non audirent sermones meos.

CAPUT XX.

1. Jeremias mittitur à Phassur in nervum: ab eodem eductus vaticinatur illi, amicis ejus, totique Judææ captivitatem Babylonicam. 1. II. Conqueritur se rideri & pati opprobrium ac persecutionem ob verbum Domini. 7. III. Maledicit diei nativitatis suæ. 14.

1. Et audivit Phassur, filius Emmer, sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem sermones istos.

2. Et percussit Phassur Jeremiam prophetam, & misit eum in nervum, quod erat in porta Benjamin superiori, in domo Domini.

3. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam de nervo. Et dixit ad eum Jeremias: Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum, sed paverem undique.

4. Quia hæc dicit Dominus: Ecce, ego dabo te in pavorem, te & omnes amicos tuos, & corruent gladio inimicorum suorum: & oculi tui videbunt: & omnem Judam dabo in manum regis Babylonis, & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

5. Et dabo universam substantiam civitatis hujus, & omnem laborem ejus, omneque pretium, & cunctos thesauros regum Juda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem.

6. Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captivitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique sepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

11. 7. Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti, & invaluisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.

8. Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die.

9. Et dixi: Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius: & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens.

10. Audivi enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu: Persequimini, & persequamur eum: ab omnibus viris, qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & prævaleamus adversus eum, & consequamur ultionem ex eo.

11. Do-

CAPUT XX.

℣. 2. *Et percussit Phassur.* Unus e præfectis templi. In hoc Jeremias fuit figura Christi, quem servus Pontificis percussit, quod veritati testimonium perhibuisset. *Et misit eum in nervum, quod erat in porta Benjamin.* Vicina templo, & ducebat in tribum Benjamin: superior dicitur, quod esset in monte ita, juxta portam Benjamin, intra templi septa, seu in atrio exteriori templi.

℣. 3. *Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum.* q. d. frustra habes nomen extendens libertatem, o princeps! *Sed pavorem undique.* Quibus prophetasti mendacium, promittendo Judæis pacem.

℣. 5. *Et dabo - omnem laborem ejus.* Seu labore parta & acquisita, & omne pretium, i. omne pretiosum.

℣. 7. *Seduxisti me Domine.* Hebr. Pellexisti me ad munus propheticum, cum illud detrectarem, sed quomodo æterna veritas seducere potuit? Seductio dupliciter accidere potest; vel vitio promittentis, dum mendacium loquitur, aut ipse fallitur; vel vitio ejus, cui aliquid dicitur, qui non intellexit, quod dictum fuit; promiserat Deus Jeremiæ securitatem, & libertatem, & victoriam de inimicis, nihil eum ab inimicis passurum non promiserat: humano more præ dolore loquitur Jeremias.

℣. 8. *Loquor, vociferans iniquitatem & vastitatem clamito.* Pœnas iniquitatum illis denuntians.

℣. 9. *Et dixi.* Decrevi apud me, non amplius divina oracula memoraturum, cum nihil proficiam apud incredulos. Hæc cogitavit veniali pusillanimitate, aut humano affectu, non deliberato consilio inductus: sed sermo Domini factus est in corde illius. *Quasi ignis exæstuans.* Ita, ut ardorem ilius ferre non posset, & cogeretur eum foras emittere. Hieronym. *Conceptus animo sermo divinus, nec ore prolatus, ardet in pectore.* Vel ut Hugo Card. hic: Tacuit, quia fructum non vidit; sed cum crescentia mala continuo cerneret, intus exarsit zelo charitatis & compassionis: ut dicit Greg. *Justi enim malorum culpæ se participes credunt, cum in eis iniquitatem crescere silendo permittunt.*

non possunt, eo quod sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam, regem Juda, & principes ejus, & reliquos de Jerusalem, qui remanserunt in urbe hac, & qui habitant in terra Ægypti.

9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in proverbium, & in maledictionem in universis locis, ad quæ ejeci eos.

10. Et mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

CAPUT XXV.

I. Nolentibus audire de pœnitentia, prædicit captivitatem septuaginta annorum: 1. II. Item calicem furoris Domini. 15. III. Ululatum prænuntiat & interfectionem pastoribus ac optimatibus. 30.

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno † quarto Joakim, filii Josiæ, regis Juda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.)

† *Anno M. 3397. Ante Chr. 607.*

2. Quod locutus est Jeremias propheta ad omnem populum Juda, & ad universos habitatores Jerusalem, dicens:

quia propheta non servat ordinem temporis. Menoch. Tirin.

3. A tertio decimo anno Josiæ, filii Ammon, regis Juda, usque ad diem hanc, iste tertius & vigesimus annus, factum est verbum Domini ad me: & locutus sum ad vos de nocte consurgens, & loquens: & non audistis.

4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque: & non audistis, neque inclinastis aures vestras, ut audiretis.

5. Cum diceret: Revertimini unusquisque a via sua mala, & a pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus vestris, a sæculo & usque in sæculum.

6. Et nolite ire post deos alienos, ut serviatis eis, adoretisque eos: neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum, & non affligam vos.

7. Et non audistis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.

8. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quod non audistis verba mea,

9. Ecce, ego mittam, & assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis, servum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores ejus, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.

10. Perdamque ex eis vocem gaudii & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.

11. Et *a* erit universa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

a 2. Par. 36. 22. 1. Esdr. 1. 1. Infr. 26. 6. & 29. 10. Dan. 9. 2.

12. Cum-

CAPUT XXV.

V. 1. *Verbum, quod factum est -- in anno quarto Joakim.* Non servat ordinem temporum, ut jam innuimus. Hieron. *Non enim curæ erat prophetis tempora conservare, quæ historiæ leges desiderant, sed scribere utcumque audientibus atque lectoribus, quod utile noverant. Ipse est primus annus Nabuchodonosor.* In societatem regni a Patre assumpti, ut eam mitteret contra satrapam Cœlesyriæ, qui ad Ægyptum defecerat. Berof. apud Joseph. & Euseb.

V. 3. *Et locutus sum -- & non audistis.* sc. Dominum. Greg. *A vinculis diaboli ligatus tenetur, qui audire verbum Dei dedignatur.* S. Bern. *Ego ab omnibus corripi, ab omnibus emendari posco, & solum æstimo amicum, per cujus linguam ante apparitionem divini judicis mentis meæ maculas tergo.*

V. 4. *Misit Dominus -- Prophetas, consurgens diluculo.* Diligenter, assidue.

V. 9. *Assumam -- & Nabuchodonosor regem Babylonis, servum meum.* Ad exequenda Dei consilia. *In solitudines sempiternas.* Diuturnas, more usitato Scripturarum.

V. 10. *Perdam -- & vocem sponsæ, vocem molæ.* Molæ erant domesticæ, quæ manibus vertebantur. Ad hujusmodi molas, ait Maldonatus, puellæ solebant convenire, & binæ molam agitabant cantantes levandi laboris causa. Matthæi 24. 41. *Duæ molentes in mola, una assumetur &c. . . . Et lumen lucernæ,* Lc puellæ nuptæ ad lucernam cantabant. Hieron. *Vox molæ, ut non conterantur in ea frumenta, & populis vescenda tribuat.*

12. Cumque impleti fuerit ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

13. Et adducam ſuper terram illam, omnia verba mea, quæ locutus ſum contra eam, omne, quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcumque prophetavit Jeremias adverſum omnes gentes:

14. Quia ſervierunt eis, cum eſſent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis ſecundum opera eorum, & ſecundum facta manuum ſuarum.

II. 15. Quia ſic dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Sume calicem vini furoris hujus de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16. Et bibent, & turbabuntur, & inſanient a facie gladii, quem ego mittam inter eos.

17. Et accepi calicem de manu Domini, & propinavi cunctis gentibus, ad quas miſit me Dominus:

18. Jeruſalem, & civitatibus Juda, & regibus ejus, & principibus ejus: ut darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta:

19. Pharaoni regi Ægypti, & ſervis ejus, & principibus ejus, & omni populo ejus,

20. Et univerſis generaliter: cunctis regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſthiim, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti.

21. Et Idumææ, & Moab, & filiis Ammon:

22. Et cunctis regibus Tyri, & univerſis regibus Sidonis: & regibus terræ inſularum, qui ſunt trans mare.

23. Et Dedan, & Thema, & Buz, & univerſis, qui attonſi ſunt in comam:

24. Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deſerto:

25. Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum:

26. Cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longe, unicuique contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem ejus ſunt: & rex Seſach bibet poſt eos.

27. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael: Bibite, & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis a facie gladii, quem ego mittam inter vos.

28. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis:

b 1. *Petr.* 4. 17. 29. Quia *b* ecce, in civitate, in qua invocatum eſt nomen meum, ego incipiam affligere: & vos quaſi innocentes & immunes eritis? non

12. Wann aber die ſiebenzig Jahre erfüllet ſind, alsdann will ich den König zu Babylon heimſuchen, und dieß Volk, ſpricht der HErr, um ihrer Sünden willen, und das Land der Chaldäer: und will daſſelbige zu einer ewigen Wüſte machen.

13. Und ich will über dieß Land bringen alle meine Worte, die ich wider daſſelbige geredt habe, alles, was geſchrieben ſtehet in dieſem Buche, was Jeremias wider alle Völker geweißaget hat:

14. Denn ſie haben ihnen dienen müſſen, ob es wohl ſtarke Völker, und große Könige waren: ſo will ich ihnen nach ihren Werken, und nach den Thaten ihrer Hände vergelten.

II. 15. Denn alſo ſpricht der HErr der Heerſchaaren, der GOtt Iſrael: Nimm den Kelch mit dem Weine dieſes Zorns von meiner Hand, und ſchenke daraus allen Völkern, zu welchen ich dich ſenden werde.

16. Und ſie werden trinken, und zittern, und von Sinnen kommen, vor dem Angeſichte des Schwerts, das ich unter ſie ſchicken will.

17. Und ich nahm den Kelch aus der Hand des HErrn, und ſchenkte daraus allen Völkern, zu welchen der HErr mich geſandt hat:

18. Nämlich Jeruſalem, und den Städten Juda, und ihren Königen, und Fürſten: daß ich ſie zur Wüſte, und zum Schrecken, und zum Spott, und zum Fluch übergeben wolle, wie es auf den heutigen Tag iſt:

19. Auch Pharao, dem Könige in Aegypten, und ſeinen Knechten, und ſeinen Fürſten, und ſeinem ganzen Volke,

20. Und allen insgemein: allen Königen im Lande Auſitis, und allen Königen im Lande der Philiſthäer, und Aſcalon, und Gaza, und Accaron, und den Uebergebliebenen zu Azoto.

21. Auch Edom, und Moab, und den Kindern Ammon:

22. Und allen Königen zu Tyro, und allen Königen zu Sidon: und den Königen in den Inſeln, die jenſeit des Meeres ſind.

23. Und Dedan, und Thema, und Buz, und allen, die geſchorne Haare tragen:

24. Und allen Königen in Arabien, und allen Königen gegen Niedergang, die in der Wüſte ihren Sitz haben:

25. Und allen Königen Zambri, und allen Königen Elam, und allen Königen der Meden:

26. Dazu allen Königen gegen Mitternacht, die nahe und weit geſeſſen ſind, einem jeglichen wider ſeinen Bruder: und allen Königen der Welt, die auf dem Erdboden ſind: und der König Seſach ſoll nach ihnen trinken.

27. Und du ſollſt zu ihnen ſagen: Dieß ſagt der HErr der Heerſchaaren, der GOtt Iſrael: Trinket, daß ihr trunken werdet, und ſpeyet, und fallet zu Boden, und ſtehet nicht auf vor dem Schwerte, das ich unter euch ſenden will.

28. Wann ſie aber den Kelch von deiner Hand nicht annehmen wollen, daß ſie ihn trinken, ſo ſprich zu ihnen: Dieß ſagt der HErr der Heerſchaaren: Ihr werdet ihn wahrlich trinken müſſen:

29. Denn ſiehe, in der Stadt, darüber mein Name angerufen iſt, will ich anfangen zu plagen: ſolltet ihr dann von der Strafe frey ſeyn, als wäret ihr unſchuldig?

ihr

℣. 15. *Sume calicem vini furoris hujus.* Uſitata eſt prophetis metaphora, calicem, quo ira Dei quaſi propinatur & effunditur, primum populo Dei, tum gentibus; illos ad emendationem caſtigat, infideles minus aliquando punit pœna temporali, ſed æterna iis reſervatur. Sic 1. Petr. 4. *Tempus eſt, ut incipiat judicium a domo Dei: ſi autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?*

℣. 17. *Et accepi calicem de manu Domini.* Quæ per imaginariam viſionem acta ſunt.

℣. 18. *Sicut eſt dies iſta.* ſc. teſtatur. Nam hoc anno cœpit hæc impleri prophetia, & Joachin captus eſt cum ſuis: vel Jeremias de re futura loquitur, quaſi jam eveniſſet.

℣. 20. *Cunctis regibus terræ Auſitidis.* Terræ Hus, Arabiæ & Idumææ vicinæ.

℣. 23. *Et Dedan, & Thema.* Civitates erant Agarenorum. *Attonſi.* In rotundum tonſi.

℣. 25. *Et cunctis regibus Elam.* Arabiæ deſertæ, aut Perſidis.

℣. 26. *Et rex Seſach bibet.* Id eſt Babylonis: nam mutatis literis ordine retrogrado alphabeti, inquiunt, in Hebræo ex Babel fit Seſach: quod prudenter factum eſt a Jeremia, ne iram regis provocaret.

℣. 29. *Ecce, in civitate &c.* Si Judæis & Jeruſalem calicem iræ meæ propinavi, quomodo vos ô gentes hunc furoris mei calicem effugietis? Greg. *Hic penſent reprobi, quanta pœna ſint puniendi: quanta enim ſupplicia exſpectabit iniquus, cum ſic puniatur, qui a judice laudatur & amatur?*

ihr sollet nicht frey seyn: denn ich rufe das Schwert über alle, die auf dem Erdboden wohnen, spricht der HErr der Heerschaaren.

III. 30. So sollst du ihnen nun alle diese Worte weißagen, und zu ihnen sprechen: Der HErr wird aus der Höhe brüllen, und seine Stimme hören lassen aus seiner heiligen Wohnung: brüllend wird er brüllen über seine zierliche Wohnstatt: man wird ein fröhlich Lied singen, wie die Weintretter pflegen, wider alle, die auf dem Erdboden wohnen.

31. Der Schall wird gehen bis zum äußersten Ende der Erde: denn der HErr hat mit allen Heyden zu rechten: er wird selbst mit allem Fleische Gericht halten: die Gottlosen habe ich dem Schwerte übergeben, spricht der HErr.

32. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Siehe, es wird eine Plage von einem Volke zu dem andern gehen: und ein groß Ungewitter wird auskommen vom Ende der Erde.

33. Und die Erschlagenen des HErrn werden an dem Tage von einem Ende der Erde, bis zu dem andern Ende liegen: man wird sie nicht beweinen, noch auffammeln, noch begraben: sondern sie werden wie Koth auf dem Erdboden verfaulen.

34. Heulet ihr Hirten, und schreyet: bestreuet euch mit Asche, ihr Fürnehmsten unter der Heerde: denn eure Tage sind vollendet, daß man euch erwürgen soll: die Zeit eurer Zerstreuung ist da, ihr werdet zu Boden fallen, wie köstliche Geschirre.

35. Den Hirten wird die Ausflucht benommen werden, und die Fürnehmsten unter der Heerde werden nicht entrinnen.

36. Da wird man der Hirten Geschrey hören, und das Heulen der Fürnehmsten unter der Heerde: denn der HErr hat ihre Weyde verwüstet.

37. Und die Aecker des Friedens * werden still liegen vor dem grimmigen Zorn des HErrn.

* so zuvor im Frieden gebauet worden.

38. Er hat seine Hütte verlassen, wie ein Löwe, denn ihr Land ist wüste gemacht vor dem Zorne der Tauben, und vor dem grimmigen Zorne des HErrn.

Das sechs und zwanzigste Capitel.

I. Jeremias, auf Befehl GOttes, weißaget die Zerstörung Jerusalem, und des Tempels: 1. II. Kömmt darum in Verhaftung und Gefahr des Todes: 8. III. Wird aber durch die Fürsten, insonderheit durch Ahicam, vom Tode errettet. 16.

1. Im Anfange des Reichs Joakim, des Sohns Josiä, des Königs Juda, geschah dieß Wort von dem HErrn, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr: Stehe in dem Vorhofe an dem Hause des HErrn, und rede zu allen Städten Juda, daraus sie kommen, im Hause des HErrn anzubethen, alle Worte, die ich dir befohlen habe, ihnen zu sagen: laß nicht ein Wort dahinten,

3. Sie möchten vielleicht hören, und sich bekehren, ein jeglicher von seinem bösen Wege: so möchte mich das Uebel reuen, so ich ihnen um der Bosheit willen ihrer Anschläge zu thun bedacht bin.

4. Und sollst zu ihnen sagen: Dieß spricht der HErr: Werdet ihr mich nicht hören, daß ihr in meinem Gesetze wandelt, daß ich euch gegeben habe,

eritis immunes: gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum.

III. 30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: c Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suam: celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terræ. c *Joel.* 3. 16. *Amos* 1. 2.

31. Pervenit sonitus usque ad extrema terræ; quia judicium Domino cum gentibus: judicatur ipse cum omni carne: impios tradidi gladio, dicit Dominus.

32. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce, afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur a summitatibus terræ.

33. Et erunt interfecti Domini in die illa a summo terræ usque ad summum ejus: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ jacebunt.

34. Ululate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.

35. Et peribit fuga a pastoribus, & salvatio ab optimatibus gregis.

36. Vox clamoris pastorum, & ululatus optimatum gregis: quia vastavit Dominus pascua eorum.

37. Et conticuerunt arva pacis a facie iræ furoris Domini.

38. Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, & a facie iræ furoris Domini.

CAPUT XXVI.

I. Prophetans Jeremias excidium Jerosolymæ nisi resipiscat: 1. II. Comprehenditur a sacerdotibus & prophetis: 8. III. Sed liberatur a morte per principes seniores, prolatis exemplis Michææ & Uriæ prophetarum. 16.

1. In principio † regni Joakim, filii Josiæ, regis Juda, factum est verbum istud a Domino, dicens: † *Anno M.* 3395. *Ante Chr.* 609.

2. Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini, & loqueris ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt, ut adorent in domo Domini, universos sermones, quos ego mandavi tibi, ut loquaris ad eos: non subtrahere verbum,

3. Si forte audiant; & convertantur unusquisque a via sua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea quam dedi vobis,

---

℣. 30. *Celeuma quasi calcantium concinetur.* Celeuma Græce appellatur cantus eorum, qui simul laborantes se ipsos cohortantur, ut remiges, & qui in torculari calcant. *Super decorem suum.* Super Sion.

℣. 31. *Judicium Domino cum gentibus.* Ut judicent homines, quam juste Deus has pœnas ab ipsis repetat. *Judicatur ipse.* Judicium illi est cum omnibus hominibus.

℣. 32. *Turbo magnus egredietur a summitatibus.* i. extremis terræ.

℣. 33. *Et erunt interfecti Domini.* Chald. & 70. a Domino, sc. jubente Domino.

℣. 34. *Completi sunt dies vestri.* Ut quasi vasa pretiosa de manu mea cadentes confringamini.

℣. 35. *Peribit fuga a pastoribus.* i. non poterunt fugere.

℣. 37. *Conticuerunt arva.* Hebr. Pascua, ubi greges ante pascebantur sine metu hostium: per arva provinciæ, per greges populi intelliguntur.

℣. 38. *Dereliquit quasi leo umbraculum suum.* Quando Deus erat cum Judæis, nulla gens audebat eos provocare, nunc deserti prædæ sunt omnibus. *Umbraculum.* Templum, sicut leo vastata silva. *A facie iræ columbæ.* Nabuchodonosoris celeriter advolantis.

CAPUT XXVI.

℣. 2. *Ut adorent in domo Domini.* In festo tabernaculorum, quando omnes mares ex omnibus civitatibus tenebantur sistere se Jerosolymis Deut. 16. ℣. 16. *Noli subtrahere verbum.* Licet triste sit eis, aut forte in te sæviant. Greg. *Magnum discrimen est, Dei tacere sermones, vel pigritia vel adulatione.* Et super illud: *Maledictus, qui prohibet gladium a sanguine,* ait: *Gladium a sanguine prohibere, est prædicationis verbum a carnalis vitæ interfectione retinere.*

5. Ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis:

a 1. *Reg.* 4. 2. *Et* 20. 10. *b Sup.* 7. 12.

6. Dabo *a* domum istam sicut Silo, *b* & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

7. Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

II. 8. Cumque complesset Jeremias, loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus, ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur.

9. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc, & urbs ista desolabitur, eo quod non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversus Jeremiam in domo Domini.

10. Et audierunt principes Juda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini novæ.

11. Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Judicium mortis est viro huic, quia prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

12. Et ait Jeremias ad omnes principes, & ad universum populum, dicens: *c* Dominus misit me, ut prophetarem ad domum istam, & ad civitatem hanc omnia verba, quæ audistis.

c Sup. 25. 11.

d Sup. 7. 3.

13. Nunc *d* ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est adversum vos.

14 Ego autem ecce, in manibus vestris sum: facite mihi, quod bonum & rectum est in oculis vestris:

15. Veruntamen scitote, & cognoscite, quod, si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra civitatem istam, & habitatores ejus: in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

III. 16. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas: Non est viro huic judicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

17. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes:

18. Michæas de Morasthi fuit prophetа in diebus Ezechiæ regis Juda, & ait ad omnem populum Juda, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: *e* Sion quasi ager arabitur: & Jerusalem in acervum lapidum erit: & mons domus in excelsa sylvarum.

e Mich. 3. 12.

19. Numquid morte condemnavit eum Ezechias rex Juda, & omnis Juda? numquid non ti-

5. Und daß ihr höret die Reden meiner Knechte, der Propheten, die ich zu euch gesandt habe, bey der Nacht aufstehend, und zu euch sendend, wiewohl ihr sie nicht gehöret habt:

6. So will ich dieß Haus übergeben, wie Silo, und will diese Stadt allen Völkern auf Erden zum Fluch machen.

7. Und die Priester, sammt den Propheten, und ganzem Volke höreten, daß Jeremias diese Worte redete in dem Hause des HErrn.

11. 8. Und nachdem Jeremias alles ausgeredt, was ihm der HErr befohlen hatte, daß er es zum ganzen Volke reden sollte, ergriffen ihn die Priester, und die Propheten, sammt dem ganzen Volke, und sprachen: Er soll des Todes sterben.

9. Warum hat er im Namen des HErrn geweißaget, und gesprochen: Dieß Haus soll werden wie Silo, und diese Stadt soll verwüstet werden, daß niemand darinn wohnen soll? Und das ganze Volk versammelte sich wider Jeremiam im Hause des HErrn.

10. Dieß hörten die Fürsten Juda: und kamen aus dem Hause des Königs hinauf in das Haus des HErrn, und setzten sich vor das neue Thor am Hause des HErrn.

11. Und die Priester, sammt den Propheten, redeten mit den Fürsten, und allem Volke, und sprachen: Dieser Mann soll zum Tode verurtheilet werden, denn er hat wider diese Stadt geweißaget, wie ihr selbst mit euren Ohren gehöret habt.

12. Und Jeremias redete zu allen Fürsten, und zum ganzen Volke, und sprach: Der HErr hat mich gesandt, wider dieß Haus, und wider diese Stadt, alle die Worte zu weißagen, die ihr gehöret habt.

13. So bessert nun eure Wege, und eure Anschläge, und höret die Stimme des HErrn eures GOttes: so wird den HErrn das Uebel reuen, das er wider euch geredt hat.

14. Aber siehe, ich bin in euren Händen: thut mir, wie es euch gut und recht dünket vor euren Augen:

15. Gleichwohl sollt ihr das wissen, und verstehen, wo ihr mich tödtet, so werdet ihr auf euch selbst, und auf diese Stadt, und ihre Inwohner unschuldiges Blut laden: denn der HErr hat mich wahrhaftig zu euch gesandt, alle diese Worte vor euren Ohren zu reden.

III. 16. Da sprachen die Fürsten, und das ganze Volk zu den Priestern, und zu den Propheten: Dieser Mann soll nicht zum Tode verurtheilt werden: denn er hat im Namen des HErrn unsers GOttes zu uns geredt.

17. Derowegen stunden etliche Männer auf von den Aeltesten im Lande, und redeten mit der ganzen Gemeinde des Volks, und sprachen:

18. Michäas von Morasthi war ein Prophet in den Tagen Ezechiä, des Königs Juda, und er redete zu allem Volke Juda, und sprach: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Man wird Sion pflügen, wie einen Acker: und Jerusalem soll zum Steinhaufen werden: und der Berg des Hauses, wie hochgewachsene Wälder.

19. Hat ihn aber darum Ezechias, der König Juda, und ganz Juda zum Tode verurtheilet? haben sie nicht den HErrn

---

¥. 6. *Dabo domum istam sicut Silo.* i. destruam illam, ut destruxi Silo.

¥. 8. *Apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ.* Seu scribæ. 70. Pseudo-Prophetæ. *Et omnis populus.* Qui postea mutavit sententiam, cum principes civitatis pro Jeremia locuti sunt; nam, ut ait Hieron. *Indoctum vulgus accepta ratione mutat sententiam.* Sæpe etiam vox universalis multos significat.

¥. 10. *Et sederunt in introitu portæ domus Domini novæ.* Quæ ædificata est a Joatham. 4. Reg. 15. 35. Hieron. *Principum enim erat officium sedere in porta domus Domini, & ibi seditionis & negotii cognoscere veritatem.*

¥. 13. *Nunc ergo bonas facite vias vestras - & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est.* Ex hoc loco & aliis, quæ vulgo citari solent, palam est eas prædictiones fuisse conditionales & comminatorias. Aug. *Audite vocem Domini Dei vestri, & pœnitebit Dominum mali quod locutus est.* Aug. de Essentia divinitatis ait: Pœnitere Deus dicitur, quod more hominum pro transactis operibus suis pœniteat: (qui enim omnia novit, antequam fiant, pro præteritis factis suis pœnitere non potest) sed pœnitentia Dei est statuta mutare, & quod prius inchoatum fuerit, in aliud mutare, id est de bono exigentibus culpis in malum: sicut de Saule legitur pœnituisse Dominum, quod constituit eum regem. De malo vero in bonum: sicut accidit in populo gentium, qui ante non populus Dei, nunc autem per gratiam Christi populus Dei effectus est.

¥ 15. *Scitote & cognoscite.* Hieron. *Prudenter, humiliter & constanter: si quando igitur nobis pro necessitatis angustiis humilitate opus est, sic eam assumamus, ne veritatem & constantiam deseramus.*

¥. 18. *Michæas de Morasthi.* Vicus est in tribu Juda. *Sion quasi ager arabitur,* i, ita vastabitur, ut arari possit.

HErrn gefürchtet, und geflehet vor dem Angesichte des HErrn? hat nicht auch den HErrn des Uebels gereuet, das er wider sie geredt hatte? derowegen begehen wir eine große Bosheit wider unsere Seelen.

20. Auch war ein Mann, der weißagete im Namen des HErrn, Urias, der Sohn Semei von Cariathiarim: und er weißagete wider diese Stadt, und wider dieß Land auf die Weise, wie alle Worte Jeremiä lauten.

21. Als nun der König Joakim, und alle seine Gewaltigen, und Fürsten diese Worte hörten, suchte ihn der König zu tödten. Das hörte Urias, und nahm, sich fürchtend, die Flucht, und zog in Aegypten.

22. Und der König Joakim schickte Männer in Aegypten, Elnathan, den Sohn Achobor, und andere mit ihm in Aegypten.

23. Und sie führeten Uriam aus Aegypten: und brachten ihn zum Könige Joakim, der erschlug ihn mit dem Schwerte, und warf seinen todten Leib hinweg, daß er unter dem gemeinen Volke begraben ward.

24. Also war die Hand Ahicam, des Sohns Saphan, mit Jeremia, daß er dem gemeinen Volke nicht in die Hand gegeben ward, ihn zu tödten.

Das sieben und zwanzigste Capitel.

I. Jeremias schickt, aus Geheiß GOttes, Ketten und Bande zu den umliegenden Königen Edom, Moab, Ammon, Tyri, und Sidon, und verkündiget ihnen, daß sie dem Könige Nabuchodonosor sollen unterworfen werden. 1. II. Ermahnet sie, daß sie sich freywillig in den Willen GOttes ergeben, und den falschen Propheten keinen Glauben zustellen. 14.

1. Im Anfange des Reichs Joakim, des Sohns Josiä, des Königs Juda, geschah dieß Wort von dem HErrn zu Jeremia, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr zu mir: Mache dir Bande und Ketten, und lege sie an deinen Hals:

3. Und schicke sie zum Könige in Edom, und zum Könige in Moab, und zum Könige der Kinder Ammon, und zum Könige von Tyro, und zum Könige von Sidon, durch die Hand der Gesandten, welche zu dem Sedecia, dem Könige Juda, gen Jerusalem gekommen sind.

4. Und gieb ihnen Befehl, daß sie ihren Herren also sagen: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Dieß sollet ihr euren Herren ansagen:

5. Ich habe die Erde, und die Menschen, sammt den Thieren, die auf dem Erdboden sind, durch meine große Stärke, und durch meinen ausgestreckten Arm erschaffen: und habe sie dem gegeben, der mir vor meinen Augen wohlgefallen hat:

6. Derowegen habe ich nun alle diese Lande in die Hand Nabuchodonosors, des Königs zu Babylon, meines Knechts, übergeben: überdas habe ich ihm auch die Thiere auf dem Felde gegeben, daß sie ihm dienen sollen.

7. Und sollen alle Völker ihm und seinem Sohne, und seines Sohns Sohn dienen, bis daß seine, und seines Landes Zeit herankomme: und sollen ihm viele Völker, und große Könige dienen.

8. Aber welches Volk, und Reich dem Nabuchodonosor, dem Könige zu Babylon, nicht dienen wird, und wer der ist, der seinen Nacken unter das Joch des Königs zu Babylon nicht biegen will, dasselbige Volk will ich mit dem Schwerte

muerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini? & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat adversum eos? itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias, filius Semei de Cariathiarim: & prophetavit adversus civitatem istam, & adversus terram hanc juxta omnia verba Jeremiæ.

21. Et audivit rex Joakim, & omnes potentes, & principes ejus verba hæc, & quæsivit rex interficere eum. Et audivit Urias, & timuit, fugitque, & ingressus est Ægyptum.

22. Et misit rex Joakim viros in Ægyptum, Elnathan, filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum.

23. Et eduxerunt Uriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Joakim, & percussit eum gladio, & projecit cadaver ejus in sepulchris vulgi ignobilis.

24. Igitur manus Ahicam, filii Saphan, fuit cum Jeremia, ut non traderetur in manus populi & interficerent eum.

CAPUT XXVII.

I. Vinculis ad varios reges missis, dicit illos, si velint regi Babylonis servire, permansuros in terra sua; aliosqui perituros gladio, fame & peste. 1. II. Invehens in pseudo-prophetas prædicit etiam sacra vasa, quæ reliqua sunt, transferenda in Babylonem, & tandem referenda Jerosolymam. 14.

1. In principio † regni Joakim, filii Josiæ, regis Juda, factum est verbum istud ad Jeremiam a Domino, dicens: † *Anno M. 3395. Ante Christi 609.*

2. Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula & catenas, & pones eas in collo tuo:

3. Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis, in manu nuntiorum, qui venerunt Jerusalem ad Sedeciam regem Juda.

4. Et præcipies eis, ut ad dominos suos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Hæc dicetis ad dominos vestros:

5. Ego feci terram, & homines, & jumenta, quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis mei.

6. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, servi mei: insuper & bestias agri dedi ei, ut serviant illi.

7. Et servient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus, donec veniat tempus terræ ejus & ipsius: & servient ei gentes multæ, & reges magni.

8. Gens autem & regnum, quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non curvaverit collum suum sub jugo regis Babylonis, in gladio, & in fame, &

---

†. 21. *Audivit Urias & timuit.* Urias verus Dei Propheta prædixerat sub initium regni Joakim, cujus regnum brevis fuit temporis. Quæres, quare Urias verus propheta ex Ægypto reductus, fuerit occisus, & Jeremias, qui eadem prædicavit, mortem evaserit? Respond. S. Hieron. *Hoc judicio Dei relervandum est, cum in eadem causa & eadem sententia alius condemnatus sit, & alius liberatus.* Vel potest dici: *Quod Dominus permisit illum occidi in condemnationem accusatorum & populi: Jeremias autem Dei judicio reservatus est, ut reliquias Judæorum ad pœnitentiam revocaret.*

†. 24. *Manus Ahicam -- fuit cum Jeremia.* Hic Ahicam fuit magno in honore apud Josiam. 4. Reg. 22. Cum seniores non potuissent Jeremiam liberare, Ahicam eum manu seu patrocinio suo liberavit.

CAPUT XXVII.

†. 1. *In principio regni.* i. sub initium regni Joakim.

†. 2. *Fac tibi vincula.* Hæc verba: *Fac tibi vincula*, dicta sunt sub initium regni Joakim; sed illa: *Et mittes eas ad regem Edom*, dicta sunt multis post annis; nam inter principium regni Joakim, & inter initium regni Sedeciæ interjecti sunt anni undecim. Tum vero legatos miserant hi reges, quorum fit mentio, ad Sedeciam, ut una vires suas adversus Chaldæos sociarent: versiculus primus cum superiore capite magis cohæret, quam cum hoc capite, ubi de Sedecia vaticinatur propheta.

†. 5. *Ego feci terram - & dedi eam.* Nuda & materiali traditione, vel dabo.

†. 6. *Dedi omnes -- in manu Nabuchodonosor.* Quieo tempore hos omnes populos subegisse videtur, quo Tyrum per 13. Ann. Ut refert Josephus, obsedit. Vid. Ezech. 25. infra 48. & 49.

†. 7. *Et servient ei omnes gentes, & filio ejus* Evilmerodach, *& filio filii ejus*, Balthasar. His tribus servisse Judæos liquet. *Donec veniat tempus terræ ejus.* Regni finis.

†. 8. *Consumam eos in manu ejus.* Per manum ejus, donec eos tradam in manum ejus.

& in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu ejus.

a Supr. 23. 16. *Infr.* 29. 8. 9. Vos *a* ergo nolite audire prophetas vestros, & divinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non servietis regi Babylonis.

10. Quia mendacium prophetant vobis, ut longe vos faciant de terra vestra, & ejiciant vos, & pereatis.

11. Porro gens, quæ subjecerit cervicem suam sub jugo regis Babylonis, & servierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit Dominus, & colet eam, & habitabit in ea.

12. Et ad Sedeciam regem Juda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens: Subjicite colla vestra sub jugo regis Babylonis, & servite ei, & populo ejus, & vivetis.

13. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste sicut locutus est Dominus ad gentem, quæ servire noluerit regi Babylonis?

II. 14. Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non servietis regi Babylonis: quia mendacium ipsi loquuntur vobis.

b Supra 14. 14. & 23. 21. *Infr.* 29. 9. 15. Quia *b* non misi eos, ait Dominus: & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: ut ejiciant vos, & pereatis tam vos, quam prophetæ, qui vaticinantur vobis.

16. Et ad sacerdotes, & ad populum istum locutus sum, dicens: Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce, vasa Domini revertentur de Babylone nunc cito: mendacium enim prophetant vobis.

17. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babylonis, ut vivatis: quare datur hæc civitas in solitudinem?

18. Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, ut non veniat vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Juda, & in Jerusalem, in Babylonem.

4. Reg. 25. 13. 19. Quia hæc dicit Dominus exercituum *c* ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in civitate hac,

20. Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cum transferret Jechoniam filium Joakim, regem Juda, de Jerusalem in Babylonem, & omnes optimates Juda, & Jerusalem:

21. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël, ad vasa, quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Juda, & Jerusalem:

22. In Babylonem transferentur, & ibi erunt usque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

CAPUT XXVIII.

I. Hananias pseudo-propheta pacem vaticinatur. 1. *II. De collo Jeremiæ catenam aufert & confringit.* 10. *III. Jeremias contrarium vaticinans mortem illi denuntiat, quæ juxta verbum Jeremiæ eodem anno secuta est.* 12.

1. Et factum est in anno illo, in principio

und mit Hunger, und mit Pestilenz heimsuchen, spricht der HErr, bis daß ich sie durch seine Hand vertilge.

9. Darum höret nicht eure Propheten, und Wahrsager, und Träumer, und Zeichendeuter, und Zauberer, die euch sagen: Ihr werdet dem Könige zu Babylon nicht dienen.

10. Denn sie weißagen euch Lügen, damit sie euch fern hinwegbringen aus eurem Lande, und euch hinausstoßen, auf daß ihr umkommet.

11. Aber das Volk, so seinen Nacken dem Joche des Königs von Babylon unterwerfen, und ihm dienen wird, dasselbige will ich in seinem Lande lassen, spricht der HErr, und soll es bauen, und darinnen wohnen.

12. Ich redete auch mit Sedecia, dem Könige Juda, nach allen diesen Worten, und sprach: Bieget euren Hals unter das Joch des Königs von Babylon, und dienet ihm, und seinem Volke, so werdet ihr leben.

13. Warum wollet ihr, du und dein Volk, durch das Schwert, und Hunger, und Pestilenz sterben, wie der HErr über das Volk geredt hat, das dem Könige von Babylon nicht wird dienen wollen?

II. 14. Höret die Worte der Propheten nicht, die euch sagen: Ihr werdet dem Könige von Babylon nicht dienen: denn sie weißagen euch Lügen.

15. Denn ich habe sie nicht gesandt, spricht der HErr: und sie weißagen fälschlich in meinem Namen: damit sie euch hinausstoßen, daß ihr umkommet, ihr selbst, sammt den Propheten, die euch weißagen.

16. Auch redete ich zu den Priestern, und zu diesem Volke, und sprach: Dieß sagt der HErr: Höret die Worte eurer Propheten nicht, die euch weißagen, und sprechen: Siehe, die Geschirre des HErrn werden nun bald von Babylon wieder kommen: denn sie weißagen euch Lügen.

17. Derowegen höret sie nicht, sondern dienet dem Könige von Babylon, damit ihr leben möget: warum soll diese Stadt zur Verwüstung übergeben werden?

18. Sind sie aber Propheten, und ist das Wort des HErrn bey ihnen: so laß sie dem HErrn der Heerschaaren entgegen gehen, damit die Geschirre, welche im Hause des HErrn, und im Hause des Königs Juda, und zu Jerusalem übrig geblieben sind, nicht gen Babylon kommen.

19. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren von den Säulen, und vom Meere, und von den Füßen, und von andern Gefäßen, welche in dieser Stadt übrig geblieben sind,

20. Die Nabuchodonosor der König von Babylon nicht hinweggenommen hat, da er Jechoniam, den Sohn Joakim, den König Juda, von Jerusalem, sammt allen Häuptern in Juda und Jerusalem, gen Babylon hinwegführete:

21. Ja dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel, von den Geschirren, welche im Hause des HErrn, und im Hause des Königs Juda, und zu Jerusalem hinterlassen sind:

22. Sie sollen gen Babylon hinüber geführet werden, und daselbst seyn bis auf den Tag ihrer Heimsuchung, spricht der HErr: so will ich sie herbringen, und zu diesem Orte wieder kommen lassen.

Das acht und zwanzigste Capitel.

I. Hananias, ein falscher Prophet, weißaget den Frieden. 1. II. Nimmt dem Propheten Jeremiä die Ketten vom Halse, und zerbricht sie. 10. III. Jeremias nimmt aus Befehl GOttes andere eiserne Ketten, legt sie an, und weißaget, daß Hananias noch in selbigem Jahre sterben werde; wie dann geschehen. 12.

1. Und es begab sich in demselbigen Jahre, im Anfange des

℣. 15. *Ut pereatis tam vos, quam prophetæ.* Ad utrosque loquitur, quia utrique sunt in culpa; immo, ut dicit Bern. *Utinam non pejor, quam populus sit sacerdos.*

℣. 16. *Ecce, vasa Domini revertentur.* Quæ sub Joachin, seu Jechonia translata fuerant.

℣. 18. *Occurrant Domino exercituum.* Orent Dominum, ne illa vasa, quæ remanserunt in templo, Babylonem deportentur. Ita Hieron. Sed ex Theodoreto sensus est: *Occurrant.* Seu obstent, si possint, quominus vasa sua Babylonem transferantur.

℣. 19. *Hæc dicit Dominus exercituum ad columnas.* Hebr. de columnis: quod spectat ad columnas; pro quibus ait Hieron. In Hebraico scriptum est: Et ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in civitate hac, quæ non tulit Nabuchodonosor.

℣. 21. *Ad vasa*, i. de vasis.

℣. 22. *Usque ad diem visitationis.* Chald. Memoriæ, se. liberationis per Cyrum & Darium.

des Reiches Sedecia, des Königs Juda, im vierten Jahre, im fünften Monathe, daß Hananias, der Sohn Azur, ein Prophet von Gabaon, im Hause des HErrn, vor den Priestern, und vor allem Volke mich anredete, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Ich habe das Joch des Königs von Babylon zerbrochen.

3. Wann noch zwey Jahre vorüber sind, so will ich alle Geschirre des Hauses des HErrn wieder zu diesem Orte bringen lassen, welche Nabuchodonosor, der König von Babylon, von diesem Orte hinweggenommen, und gen Babylon gebracht hat.

4. Auch will ich Jechoniam, den Sohn Joakim, den König Juda, sammt allen Gefangenen aus Juda, welche gen Babylon gekommen sind, wieder zu diesem Orte bringen, spricht der HErr: denn ich will das Joch des Königs von Babylon zerbrechen.

5. Und Jeremias der Prophet sprach zu dem Propheten Hanania vor den Priestern, und vor allem Volke, das im Hause des HErrn stund:

6. Und der Prophet Jeremias sprach: Amen, der HErr thue also: der HErr gebe Kraft deinen Worten, die du geweißaget hast, damit die Geschirre in das Haus des HErrn wieder gebracht werden, und alle Gefangenen von Babylon zu diesem Orte wieder kommen.

7. Aber höre du auch dieß Wort, das ich in deine Ohren, und in die Ohren des ganzen Volkes rede:

8. Die Propheten, welche von Anfang vor mir, und vor dir gewesen sind, haben über viele Lande, und über große Königreiche, von Krieg, und von Trübsal, und von Hunger geweißaget.

9. Aber wenn ein Prophet zuvor gesagt, daß Friede seyn werde: so wird man wissen, daß er ein Prophet ist, den der HErr wahrhaftig gesandt hat, wann sein Wort vor sich gehet.

II. 10. Und der Prophet Hananias nahm dem Propheten Jeremiä die Ketten vom Halse, und zerbrach sie.

11. Auch redete Hananias in Gegenwart des ganzen Volkes, und sprach: Dieß sagt der HErr: also will ich das Joch Nabuchodonosor, des Königs von Babylon, über zwey Jahre hernach, vom Halse aller Völker nehmen, und zerbrechen.

III. 12. Und der Prophet Jeremias gieng seines Wegs. Und das Wort des HErrn geschah zu Jeremia, nachdem der Prophet Hananias die Ketten vom Halse Jeremiä des Propheten zerbrochen hatte, und sprach:

13. Gehe hin, und sage dem Hanania: Dieß spricht der HErr: Du hast hölzerne Ketten zerbrochen, dafür sollst du eiserne Ketten machen.

14. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Ich habe auf den Hals aller dieser Völker ein eisern Joch gelegt, daß sie Nabuchodonosor, dem Könige von Babylon, dienen sollen, und sie werden ihm dienen: überdas habe ich ihm auch die Thiere im Lande gegeben.

15. Und Jeremias der Prophet sprach zu dem Propheten Hanania: Höre Hanania: der HErr hat dich nicht gesandt, und du hast gemacht, daß sich dieß Volk auf Lügen verläßt.

16. Darum sagt dieß der HErr: Siehe, ich will dich

regni Sedeciæ regis Juda, in anno quarto*, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur, propheta de Gabaon, in domo Domini, coram sacerdotibus, & omni populo, dicens:

* *Regni Sedeciæ. Ita Græci & Chaldæus. Ann. M. 3408. ante Chr. 596.*

2. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Contrivi jugum regis Babylonis.

3. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini, quæ tulit Nabuchodonosor, rex Babylonis, de loco isto, & transtulit ea in Babylonem.

4. Et Jechoniam, filium Joakim, regem Juda, & omnem transmigrationem Juda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego convertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim jugum regis Babylonis.

5. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini:

6. Et ait Jeremias propheta: Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti, ut referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.

7. Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus universi populi:

8. Prophetæ, qui fuerunt ante me, & ante te ab initio, & prophetaverunt super terras multas, & super regna magna de prælio, & de afflictione, & de fame.

9. Propheta, qui vaticinatus est pacem: cum venerit verbum ejus, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate.

II. 10. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, & confregit eam.

11. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: sic confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.

III. 12. Et abiit Jeremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, dicens:

13. Vade, & dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contrivisti, & facies pro eis catenas ferreas.

14. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Jugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor regi Babylonis, & servient ei: insuper & bestias terræ dedi ei.

15. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio.

16. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce, ego mittam

CAPUT XXVIII.

Nota hic: Si duo Prophetæ occurrunt, unus verus, alter falsus, qua ratione discerni possint. 1. Ex eventu, ut in hoc capite factum videmus. 2. Quod cultum a Deo præscriptum verus prædicet; ad pœnitentiam & ad justitiæ opera adhortetur; denique ex bonæ vitæ instituto verus Propheta a malo plerumque secernitur. Sic in Hæreticis omnia conveniunt, qui certam fidem de salute æterna pollicentur, pœnitentiæ opera, virginitatis studium condemnant, viam latam, non arctam prædicant &c.

℣. 2. *Contrivi.* Id est, jam decrevi, seu cœpi conterere *jugum regis Babylonis.*

℣. 3. *Adhuc duo anni dierum.* Duo anni integri, supple, effluent, nec plures.

℣. 6. *Et ait Jeremias propheta: Amen.* q. d. utinam ita fit. *Suscitet.* Chald. Confirmet *Dominus verba tua.*

℣. 8. *Prophetæ, qui fuerunt -- ab initio.* sc. prophetiæ, Hebr. Chald. & 70. a sæculo. *Prophetaverunt super terras multas de afflictione* &c. q. d. & ex eventu agniti sunt, verine, an falsi sint. Omnis enim prædictio sive prospera, sive adversa, rerum probatur eventu.

℣. 13. *Catenas ligneas.* Chald. juga lignea. *Contrivisti & facies,* I. facere te oportet, *pro eis catenas ferreas,* q. d. feres jugum ferreum.

mittam te a facie terræ: hoc anno morieris: adversum enim Dominum locutus es.

17. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

CAPUT XXIX.

I. Judæos de officio in captivitate admonet, consolans futura liberatione post completum præstitutum 70. annorum terminum. 1. II. Calamitates reliquorum, qui in Judæa remanserunt, prænuntiat: 15. III. Simulque funestum exitum Achabi, Sedeciæ, & Semeiæ pseudo-prophetarum, seducentium populum transmigrationis. 20.

1. Et hæc sunt verba libri, quem † misit Jeremias propheta de Jerusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonosor de Jerusalem in Babylonem:

† *Ann. M.* 3405. *Ante Chr.* 599.

2. Postquam egressus est Jechonias rex, & domina *a*, & eunuchi, & principes Juda, & Jerusalem, & faber, & includor *b* de Jerusalem:

a 4. *Reg.* 24. 15.
b Supra 5. 85.

3. In manu Elasa, filii Saphan, & Gamariæ, filii Helciæ, quos misit Sedecias rex Juda ad Nabuchodonosor, regem Babylonis, in Babylonem, dicens:

4. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, omni transmigrationi, quam transtuli de Jerusalem in Babylonem:

5. Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

6. Accipite uxores, & generate filios, & filias: & date filiis vestris uxores, & filias vestras date viris, & pariant filios, & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero.

7. Et quærite pacem civitatis, ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis.

8. Hæc enim dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Non *c* vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & divini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis:

c Supr. 14. 14. & 23. 16. 26. & 27. 15.

9. Quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo: & non misi eos, dicit Dominus.

10. Quia hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni *d*, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum.

d De quibus Sup. 25. 12. 2. *Par.* 36. 21. 1. *Esdr.* 1. 1. *Dan.* 9. 2.

11. Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem, & patientiam.

12. Et invocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiam vos.

13. Quæretis me, & invenietis: cum quæsieritis me in toto corde vestro.

14. Et inveniar a vobis, ait Dominus, & reducam captivitatem vestram, & congregabo vos de universis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reverti vos faciam de loco, ad quem transmigrare vos feci.

vom Erdboden hinwegräumen: dieß Jahr sollst du sterben: denn du hast wider den HErrn geredt.

17. Und Hananias der Prophet starb in demselben Jahre, im siebenten Monathe.

Das neun und zwanzigste Capitel.

I. Der Prophet schreibet den Juden in der babylonischen Gefängniß, daß sie den falschen Propheten nicht glauben: denn sie aus Babylon nicht werden ledig werden, bis die siebenzig Jahre vollendet seyn. 1. II. Weißaget denjenigen, so nicht in die babylonische Gefängniß gekommen sind, das äußerste Verderben: 15. III. Den falschen Propheten Sedeciä, und Achab, daß sie sollen gebraten werden: Semeiä, dem dritten falschen Propheten, seine und seines ganzen Geschlechtes Vertilgung. 20.

1. Dieß sind die Worte des Buches, so Jeremias der Prophet von Jerusalem sandte zu den übrigen Aeltesten, die hinweggeführet waren, und zu den Priestern, und Propheten, auch zu allem Volke, das Nabuchodonosor von Jerusalem gen Babylon hinüber gebracht hat:

2. Nachdem Jechonias der König, und die Königinn, und die Kämmerlinge, sammt den Fürsten in Juda, und zu Jerusalem, und die Werkmeister mit den Goldschmieden von Jerusalem ausgezogen waren:

3. Durch die Hand Elasa, des Sohns Saphan, und Gamariä, des Sohns Helciä, welche Sedecias der König Juda, zum Nabuchodonosor, dem Könige von Babylon, gen Babylon schickte, und er sprach:

4. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel, allen Gefangenen, die ich von Jerusalem gen Babylon hinweggeführet habe:

5. Bauet Häuser, und wohnet darinn: pflanzet Gärten, und esset die Früchten daraus.

6. Nehmet Weiber, und zeuget Söhne und Töchter: gebet auch Weiber euren Söhnen, und Männer euren Töchtern, und lasset sie Söhne und Töchter zeugen: vermehret euch daselbst, daß eure Anzahl nicht wenig sey.

7. Suchet der Stadt Frieden, dahin ich euch habe hinüberführen lassen, und bethet für sie zum HErrn: denn bey ihrem Frieden wird es euch wohl gehen.

8. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Lasset euch eure Propheten und Wahrsager, die unter euch sind, nicht betrügen, und achtet auf eure Träume nicht, die ihr träumet:

9. Denn sie weißagen euch fälschlich in meinem Namen: und ich habe sie nicht gesandt, spricht der HErr.

10. Denn dieß sagt der HErr: Wann die siebenzig Jahre zu Babylon erfüllet sind, so will ich euch heimsuchen: und ich will mein gütig Wort über euch erwecken, daß ich euch wieder an diesen Ort führe.

11. Denn ich weis meine Gedanken *, die ich über euch gedenke, spricht der HErr, Gedanken zum Frieden, und nicht zur Trübsal, damit ich euch gebe das Ende, und die Geduld. * Urtheil.

12. Und ihr werdet mich anrufen, und hinziehen: ihr werdet mich bitten, so will ich euch erhören.

13. Ihr werdet mich suchen, und finden: wann ihr mich suchen werdet von eurem ganzen Herzen.

14. Und ich will mich von euch finden lassen, spricht der HErr, und will euer Gefängniß wiederbringen, und euch aus allen Völkern versammeln, und von allen Orten, dahin ich euch ausgestoßen habe, spricht der HErr: und ich will schaffen, daß ihr sollet wieder kommen von dem Orte, dahin ich euch habe führen lassen.

II. 15. Denn

CAPUT XXIX.

†. 1. *Verba libri* i. epistolæ, *quem misit Jeremias, ad reliquias seniorum.* Qui nondum mortui fuerant in exilio.

†. 2. *Postquam egressus est Jechonias.* Rex, qui sponte sua se dedit una cum matre, quæ vocabatur Nohesta.

†. 3. *In manu Elasa* -- misit per Elasam: hæc verba jungenda sunt cum verbis primi versiculi, quæ misit Jeremias, adeo ut sit longum hyperbaton.

I. Ismahel dolo occidit Godoliam præfectum, cum Judæis & Chaldæis in Masphath. 1. II. Veritus Johanan fugit cum octo viris, dimisso populo, quem ceperat captivum; Johanan autem cum suis statuit fugere in Ægyptum. 11.

1. Et factum est † in mense septimo, venit Ismahel, filius Nathaniæ, filii Elisama, de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam, filium Ahicam, in Masphath: & comederunt ibi panes simul in Masphath. † *Anno M.* 3417. *inchoante. Ante Chr.* 587.

2. Surrexit autem Ismahel, filius Nathaniæ, & decem viri, qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam, filium Ahicam, filii Saphan, gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ.

3. Omnes quoque Judæos, qui erant cum Godolia in Masphath, & Chaldæos, qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.

4. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

5. Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes: & munera & thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

6. Egressus ergo Ismahel, filius Nathaniæ, in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat. Cum autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam, filium Ahicam.

7. Qui, cum venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismahel, filius Nathaniæ, circa medium laci, ipse, & viri, qui erant cum eo.

8. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui

---

†. 14. *Scito, quod Baalis rex.* Mystice Baalis rex interpretatur *devorans virum*, & significat diabolum. Ismahel interpretatur *vir auditus, seu adulator.* Hanc mittit diabolus, ut interficiat virum justum, sc. Godoliam. Aug. in Libr. Prosperi. *Adulantium linguæ alligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor: sed etiam auditur laudator.* Unde Seneca: *Laude parce, vitupera parcius: semper enim reprehensibilis est nimia laudatio, & culpabilis immoderata vituperatio: illa quidem adulatione, ista malignitate suspecta est.*

CAPUT XLI.

†. 1. *Venit Ismahel - & decem viri* sicarii. Optimates regis Ammonitarum, qui specie honoris venerunt ad Godoliam.

†. 4. *Nullo adhuc sciente.* i. extra urbem. Enarrat propheta necem Godoliæ, quæque secuta sunt. Quæ v. 4. & 5. de viris Sichem, qui venerant, ut offerrent munera in domo Domini, nullo adhuc sciente: non existimandum est, eos ignorasse excidium Jerosolymæ ante duos menses peractum, sed nesciebant necem Godoliæ; oblaturi venerant munera in eo loco Jerusalem, ubi Godolias altare erexerat inter templi rudera, uti colligitur ex cap. 1. Baruch.

†. 5. *Venerunt viri de Sichem - rasi barba.* Mystice sunt hi viri Religiosi, qui rasi barba per temporalium abjectionem, & scissas habere vestes per gloriæ & pompæ mundi depositionem, & squallentes ob carnalium voluptatum exprobrationem, & carnis maceration dicuntur. Hi in domo Domini, id est, in claustro offerunt munera bonorum operum & thus devotæ orationis. At occurrit Ismahel seu diabolus fictæ plorans, & Religiosos in consideratione peccatorum suorum ad nimium mœrorem perducere conatur. Invitat etiam ad Godoliam, id est, ad bonorum imitationem, & tandem in medio civitatis interficit: quia in medio deficientes, communem vitam, quam dimiserant, servare non possunt, & sic in lacum tædii & desperationis præcipitat.

qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessavit, & non interfecit eos cum fratribus suis.

9. Lacus autem, in quem projecerat Ismahel omnia cadavera virorum, quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israel: ipsum replevit Ismahel, filius Nathaniæ, occisis.

10. Et captivas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Maspha: filias regis, & universum populum, qui remanserat in Maspha, quos commendaverat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ, filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel, filius Nathaniæ, & abiit, ut transiret ad filios Ammon.

11. 11. Audivit autem Johanan, filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel, filius Nathaniæ.

12. Et assumptis universis viris, profecti sunt, ut bellarent adversum Ismahel, filium Nathaniæ, & invenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

13. Cumque vidisset omnis populus, qui erat cum Ismahel, Johanan, filium Caree, & universos principes bellatorum, qui erant cum eo, lætati sunt.

14. Et reversus est omnis populus, quem ceperat Ismahel in Maspha, reversusque abiit ad Johanan, filium Caree.

15. Ismahel autem, filius Nathaniæ, fugit cum octo viris a facie Johanan, & abiit ad filios Ammon.

16. Tulit ergo Johanan, filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, universas reliquias vulgi, quas reduxerat ab Ismahel, filio Nathaniæ de Maspha, postquam percussit Godoliam, filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos, quos reduxerat de Gabaon.

17. Et abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaam, quæ est juxta Bethlehem, ut pergerent, & introirent in Ægyptum,

18. A facie Chaldæorum: timebant enim eos, quia percusserat Ismahel, filius Nathaniæ, Godoliam, filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in terra Juda.

CAPUT XLII.

1. Missus Jeremias ad orandum ac consulendum Dominum pro reliquiis Judæorum: 1. Ut. Respondet ipsos fore salvos, si in Judæa maneant: si autem in Ægyptum fugiant, eos omnes gladio, fame, & peste morituros. 7.

1. Et * accesserunt † omnes principes bellatorum, & Johanan, filius Caree, & Jezonias, filius Osaiæ, & reliquum vulgus a parvo usque ad magnum,

2. Dixeruntque ad Jeremiam prophetam: Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum, pro universis reliquiis istis: quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur:

3. Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam, per quam pergamus, & verbum, quod faciamus.

4. Dixit autem ad eos Jeremias propheta: Audivi: ecce, ego oro ad Dominum Deum

* *TEMPORE BEL. I.* † *Ann. M. 3417. Ante Chr. 587.*

sprachen zu Ismahel: Tödte uns nicht: denn wir haben noch Schätze im Acker, von Waizen, und Gerste, und Oel, und Honig. Und er hielt still, und tödtete sie nicht mit ihren Brüdern.

9. Aber die Grube, darein Ismahel alle Leichname der Männer warf, die er um des Godolia willen erschlagen hatte, war dieselbige, welche der König Asa um des Baasa willen, des Königs Israel gemacht hat: eben dieselbige hat Ismahel, der Sohn Nathaniä, mit den Erschlagenen gefüllet.

10. Und Ismahel führte alles gefänglich hinweg, was vom Volke zu Maspha hinterlassen war: die Töchter des Königs, und alles Volk, das zu Maspha übrig geblieben war, so Nabuzardan, der Feldoberste dem Godolia, dem Sohne Ahicam, befohlen hatte. Und Ismahel, der Sohn Nathaniä, fieng sie, und zog hinweg, daß er sich zu den Kindern Ammon begebe.

11. 11. Aber Johanan, der Sohn Caree, und alle Hauptleute über das Kriegsvolk, die bey ihm waren, höreten alle das Uebel, das Ismahel, der Sohn Nathaniä, begangen hatte.

12. Und sie nahmen alle Männer zu sich, und zogen hin wider Ismahel, den Sohn Nathaniä, zu streiten, und trafen ihn an bey dem großen Wasser zu Gabaon.

13. Da nun alles Volk, so bey Ismahel war, Johanan, den Sohn Caree, sah, und alle Hauptleute über das Kriegsvolk, die bey ihm waren, wurden sie hoch erfreuet.

14. Und alles Volk, so Ismahel zu Maspha gefangen hatte, wandte sich, und kehrte wieder um zu Johanan, dem Sohn Caree.

15. Aber Ismahel, der Sohn Nathaniä, begab sich vor Johanan auf die Flucht mit acht Männern, und zog zu den Kindern Ammon.

16. Und Johanan, der Sohn Caree, sammt allen Hauptleuten über das Kriegsvolk, die bey ihm waren, nahmen das ganze übrige Volk von Maspha zu sich, so er von Ismahel, dem Sohne Nathaniä, wieder zurück gebracht hatte, nachdem Godolia, der Sohn Ahicam, von ihm erschlagen war: nämlich, die starken streitbaren Männer, auch die Weiber und Kinder, sammt den Kämmerlingen, die er von Gabaon wieder zurück geführet hatte.

17. Und sie zogen hin, und hielten sich wie Fremdlinge zu Chamaam, das bey Bethlehem liegt, auf, damit sie fort reiseten, und in Aegypten zogen,

18. Zu fliehen vor den Chaldäern: denn sie fürchteten sich vor ihnen, dieweil Ismahel, der Sohn Nathaniä, Godoliam, den Sohn Ahicam, erschlagen hatte, der von dem Könige von Babylon über das Land Juda gesetzt war.

Das zwey und vierzigste Capitel.

I. Johanan, und seine Gesellen fragen Jeremiam, ob sie in Aegypten fliehen sollen, oder nicht: 1. II. Dieser weissaget, GOttes Wille sey, daß sie im jüdischen Lande sollen verbleiben, denn alle, so in Aegypten fliehen werden, sollen jämmerlich umkommen: 7.

1. Und alle Hauptleute über das Kriegsvolk, auch Johanan, der Sohn Caree, und Jezonias, der Sohn Osaiä, sammt dem übrigen gemeinen Volke, vom Kleinen bis zum Großen traten herzu,

2. Und sprachen zu Jeremia, dem Propheten: Laß dir doch unser Gebeth vor deinem Angesichte gefallen: und bitte den HErrn deinen GOtt für uns, für alle diese Ueberbliebenen: denn unser sind gar wenig von vielen übrig gelassen, wie uns deine Augen allhie sehen:

3. Daß uns der HErr dein GOtt den Weg zu erkennen gebe, darauf wir wandeln sollen, und das Wort, darnach wir uns richten sollen.

4. Und der Prophet Jeremias sprach zu ihnen: Ich habe es gehöret: siehe, ich will den HErrn für euch bitten, nach

---

¥. 12. *Invenerunt eum ad aquas multas.* Juxta loca palustria inter Maspha & Ammonitidem.
¥. 13. *Cumque vidisset omnis populus* captivorum: *lætati sunt*, advenire vindices suæ libertatis.
¥. 17. *Et sederunt peregrinantes Chamaam.* Habitarunt in terra, in qua peregrinatus est Chamaam. Vel per regionem, quam David Chamaam, filio Barzelai dederat, 2. Reg. 19. transierunt.

CAPUT XLII.

¥. 2. *Cadat oratio nostra in conspectu tuo*, i. placeat tibi.

nach euren Worten. Alles, was mir der HErr antworten wird, das will ich euch anzeigen, und will nichts vor euch verhelen. *

* verbergen.

5. Und sie sprachen zu Jeremia: Der HErr sey Zeuge der Wahrheit und der Treue zwischen uns, wo wir nicht alles dergestalt thun werden, darum dich der HErr dein GOtt zu uns senden wird.

6. Es sey gleich gut, oder bös, so wollen wir der Stimme des HErrn unsers GOttes, zu welchem wir dich schicken, gehorsam seyn: damit es uns wohl gehe, wann wir der Stimme des HErrn unsers GOttes gehorchen.

II. 7. Nachdem aber zehen Tage verflossen waren, geschah des HErrn Wort zu Jeremia.

8. Und er berief Johanan, den Sohn Caree, sammt allen Hauptleuten über das Kriegsvolk, so bey ihm waren, auch das ganze Volk, vom Geringsten bis zum Grösten,

9. Und sprach zu ihnen: Dieß sagt der HErr, der GOtt Israel, zu dem ihr mich gesandt habt, daß ich euer Gebeth vor seinem Angesichte darlegen sollte:

10. Werdet ihr ruhig bleiben in diesem Lande, so will ich euch bauen, und nicht zerstören, ich will euch pflanzen, und nicht ausraufen: denn ich bin schon versöhnt über das Uebel, so ich euch gethan.

11. Fürchtet euch nicht vor dem Angesichte des Königs von Babylon, davor ihr euch zaghaftig entsetzt. Ihr sollt euch vor ihm nicht fürchten, spricht der HErr, denn ich bin bey euch, daß ich euch helfe, und von seiner Hand errette.

12. Und ich will euch Barmherzigkeit erzeigen, und mich über euch erbarmen, und euch in eurem Lande wohnen machen.

13. Werdet ihr aber sagen: Wir wollen in diesem Lande nicht wohnen, noch der Stimme des HErrn unsers GOttes gehorchen,

14. Und sprechen: Mit nichten, sondern wir wollen in Aegyptenland ziehen: da wir keinen Krieg sehen, noch den Klang der Posaunen hören, noch Hunger leiden werden, und daselbst wollen wir wohnen.

15. So höret nun des HErrn Wort, ihr übrigen von Juda: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Im Fall ihr euer Angesicht richten werdet, in Aegypten zu ziehen, und hineinkommen, daselbst zu wohnen:

16. So soll euch daselbst in Aegyptenland das Schwert ergreifen, davor ihr euch fürchtet: und der Hunger, davor ihr euch besorget, soll euch in Aegypten anhangen, und ihr sollet daselbst sterben.

17. Und alle Männer, die ihr Angesicht richten, in Aegypten zu ziehen, allda zu wohnen, werden durch das Schwert, Hunger und Pestilenz sterben: keiner von ihnen wird übrig bleiben, noch dem Unheil entrinnen, das ich über sie führen werde.

18. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Gleichwie sich mein Grimm, und mein Unwillen über die Inwohner zu Jerusalem ergossen hat: also soll sich mein Unwillen auch über euch ergießen, wann ihr in Aegypten gekommen seyd, und ihr sollet zum Schwur, und zum Schrecken, und zum Fluche, und zur Schmach werden, und sollet diesen Ort nimmer wieder sehen.

19. Dieß ist des HErrn Wort über euch, ihr Uebrigen von Juda: Ziehet nicht in Aegypten: wisset, und verstehet, daß ich heutiges Tages euch bezeuget habe,

vestrum secundum verba vestra. Omne verbum, quodcumque responderit mihi, indicabo vobis, nec celabo vos quidquam.

5. Et illi dixerant ad Jeremiam: Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non juxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus.

6. Sive bonum est, sive malum, voci Domini Dei nostri, ad quem mittimus te, obediemus: ut bene sit nobis, cum audierimus vocem Domini Dei nostri.

II. 7. Cum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Jeremiam.

8. Vocavitque Johanan, filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & universum populum a minimo usque ad magnum,

9. Et dixit ad eos: Hæc dicit Dominus, Deus Israël, ad quem misistis me, ut prosternerem preces vestras in conspectu ejus:

10. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruam, plantabo, & non evellam: jam enim placatus sum super malo, quod feci vobis.

11. Nolite timere a facie regis Babylonis, quem vos pavidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit Dominus, quia vobiscum sum ego, ut salvos vos faciam, & eruam de manu ejus.

12. Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra.

13. Si autem dixeritis vos: Non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri,

14. Dicentes: Nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus: ubi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & fame non sustinebimus, & ibi habitabimus.

15. Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Juda: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Si posueritis faciem vestram, ut ingrediamini Ægyptum, & intraveritis, ut ibi habitetis:

16. Gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti: & fames, pro qua estis soliciti, adhærebit vobis in Ægypto, & ibi moriemini.

17. Omnesque viri, qui posuerunt faciem suam, ut ingrediantur Ægyptum, ut habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet a facie mali, quod ego afferam super eos.

18. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Jerusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cum ingressi fueritis Ægyptum, & eritis in jusjurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium, & nequaquam ultra videbitis locum istum.

19. Verbum Domini super vos reliquiæ Juda: Nolite intrare Ægyptum: scientes scietis, quia obtestatus sum vos hodie,

20. Quia

℣. 5. *Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei.* Quod verum est juramentum, & expressum magis, quam, ubi juratur per Deum. Nam ratio juramenti affertur, quæ in hoc posita est, quod Deus ut testis adhibeatur ad confirmandum id, quod dicitur. *Sic faciemus.* Ita more Hebr. supplendum: Et male nobiscum agatur, si non faciamus juxta omne verbum tuum.

℣. 14. *Ad terram Ægypti pergemus, ubi non videbimus bellum.* Greg. religiosis applicat, qui ad mundum redeunt, ut a tentationibus sint liberi; quia, ut prosequitur S. Pater: *Diabolus illos tentare negligit, quos quieto jure possidere se sentit.*

℣. 15. *Si posueritis faciem vestram, ut ingrediamini Ægyptum.* Si obfirmato consilio Ægyptum ingrediamini; Hebraismus.

℣. 16. *Comprehendet vos in terra Ægypti.* Nam Deus daturus est Ægyptum Nabuchodonosori ob Tyrios debellatos Ezech. 29. v. 30. & 31.

℣. 18. *Sic conflabitur indignatio mea.* Effundetur ira mea in vos; metaphora ducta a metallis, dum conflantur, & liquata erumpunt magno impetu. *Et eritis in jusjurandum.* Execratorium, cum quis volet alios execrari.

20. Quia decepistis animas vestras: vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum. & juxta omnia, quæcumque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus.

21. Et annuntiavi vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri, super universis, pro quibus misit me ad vos.

22. Nunc ergo scientes scietis, quia gladio, & fame, & peste moriemini in loco, ad quem voluistis intrare, & habitaretis ibi.

CAPUT XLIII.

I. Reliquiæ Judæorum non audientes Domini præceptum, quod referebat Jeremias, proficiscuntur cum Jeremia in Ægyptum: 1. II. Jeremias vaticinatur, quod rex Babylonis vastabit Ægyptum & idola ejus. 8.

† *Eodem An. 3417.*

1. Factum est autem †, cum complesset Jeremias loquens ad populum universos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc:

2. Dixit Azarias, filius Osaiæ, & Johanan, filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Jeremiam: Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens: Ne ingrediamini Ægyptum, ut habitetis illic:

3. Sed Baruch, filius Neriæ, incitat te adversum nos, ut tradat nos in manus Chaldæorum, ut interficiat nos, & traduci faciant in Babylonem.

4. Et non audivit Johanan, filius Caree, & omnes principes bellatorum, & universus populus vocem Domini, ut manerent in terra Juda:

5. Sed tollens Johanan, filius Caree, & universi principes bellatorum, & universos reliquiarum Juda, qui reversi fuerant de cunctis gentibus, ad quas fuerant ante dispersi, ut habitarent in terra Juda:

6. Viros, & mulieres, & parvulos, & filias regis, & omnem animam, quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia, filio Ahicam, filii Saphan, & Jeremiam prophetam, & Baruch, filium Neriæ.

7. Et ingressi sunt terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini, & venerunt usque ad Taphnis.

II. 8. Et factus est sermo Domini ad Jeremiam in Taphnis, dicens:

9. Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Judæis,

10. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor, regem Babylonis, servum meum, & ponam thronum ejus super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos.

11. Veniensque percutiet terram Ægypti: quos in mortem, in mortem, & quos in captivitatem, in

20. Denn ihr habt eure eigene Seelen betrogen: dieweil ihr mich ausgesandt habt zum HErrn unserm GOtt, und gesagt: Bitte den HErrn unsern GOtt für uns, und alles, was dir der HErr unser GOtt sagen wird, das zeige uns an, so wollen wir es thun.

21. So habe ich es euch nun heute zu wissen gethan, und ihr wollet der Stimme des HErrn eures GOttes nicht gehorchen in allem, darum er mich zu euch gesandt hat.

22. Derowegen sollet ihr jetzt wissend * wissen, daß ihr durch das Schwert, Hunger und Pestilenz umkommen werdet an dem Orte, dahin ihr habt ziehen wollen, daselbst zu wohnen. * für gewiß.

Das drey und vierzigste Capitel.

I. Die Juden wollen Jeremiä weder glauben, noch folgen: ziehen also in Aegypten, und führen den Propheten mit sich: 1. II. Er aber sagt ihnen vor, daß sie daselbst werden von Nabuchodonosor zerstöret werden. 8.

I. Es begab sich aber, nachdem Jeremias vollendet, und zum Volke alle die Worte des HErrn ihres GOttes ausgeredt hatte, darum er vom HErrn ihrem GOtt zu ihnen gesandt war, nämlich alle diese Worte:

2. Sprach Azarias, der Sohn Osaia, und Johanan, der Sohn Caree, und alle stolze Männer, und sagten zu Jeremia: Du redest Lügen: der HErr unser GOtt hat dich nicht gesandt, noch gesagt: Ziehet nicht in Aegypten, daselbst zu wohnen:

3. Sondern Baruch, der Sohn Neriä, reizet dich wider uns, daß er uns in die Hände der Chaldäer übergebe, und bringe uns ums Leben, und mache, daß wir gen Babylon geführet werden.

4. Und Johanan, der Sohn Caree, sammt allen Hauptleuten über das Kriegsvolk, und das ganze Volk höreten die Stimme des HErrn nicht, daß sie im Lande Juda bleiben sollten:

5. Sondern Johanan, der Sohn Caree, und alle Hauptleute über das Kriegsvolk nahmen zu sich alle Ueberbliebenen von Juda, welche aus allen Völkern, dahin sie zuvor zerstreuet gewesen, wieder kommen waren, im Lande Juda zu wohnen:

6. Männer und Weiber, und kleine Kinder, auch die Töchter des Königs, und alle Seelen, die Nabuzardan der Feldoberste, mit Godolia, dem Sohne Ahicam, des Sohns Saphan, hinterlassen hatte, auch Jeremiam, den Propheten, und Baruch, den Sohn Neriä.

7. Und sie zogen in Aegyptenland, weil sie der Stimme des HErrn nicht gehorsam waren, und kamen bis gen Taphnis.

II. 8. Und zu Taphnis geschah des HErrn Wort zu Jeremia, und sprach:

9. Nimm große Steine in deine Hand, und verbirg sie in der Gruft, welche unter der Mauer von Ziegelsteinen ist, im Thore des Hauses Pharaons zu Taphnis, und laß die Männer aus Juda zusehen,

10. Und sprich zu ihnen: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will aussenden, und zu mir nehmen Nabuchodonosor, den König von Babylon, meinen Knecht, und will seinen Thron oben auf diese Steine setzen, die ich verborgen habe, und er soll über denselben seinen Stuhl aufrichten.

11. Und er wird kommen, und Aegyptenland schlagen: was zum Tode gehöret, das soll sterben, und was in das Gefängniß gehöret, das soll gefangen werden, und was

†. 20. *Quia decepistis animas vestras.* Quærendo consilium. Nam magis peccat quærens consilium & non faciens, quam qui non quærit.

CAPUT XLIII.

†. 2. *Et omnes viri superbi.* Qui nolunt acquiescere aliorum consiliis. S. Bern. *Sapientia Sanctorum est magis credere alieno consilio, quam suo.*

†. 5. *Sed tollens Johanan* &c.

†. 6. *Et Jeremiam prophetam & Baruch.* Præceptum illud Domini ad principes & populum in genere datum est, quos Jeremias & Baruch comitati sunt, ut iis voluntatem Domini annuntiarent.

†. 7. *Et venerunt usque ad Taphnis.* Quæ metropolis erat Ægypti, alias Tanis.

†. 9. *Abscondes eos* lapides *in crypta.* Quasi fabricans ex iis solium: abscondes sub terra, quasi fundamenta jaceres alicujus ædificii: non verbis solum, sed & rebus futuram calamitatem iis annuntiat. *In crypta.* In specu. *In porta.* E regione portæ regiæ Pharaonis.

†. 10. *Ecce, ego mittam* sc. nuntios: veniendi cogitationem & consilium ei injiciam. *Servum meum.* Cujus ministerio utor ad punienda aliorum flagitia.

was zum Schwerte gehöret, das soll durch das Schwert fallen.

12. Und er wird in den Häusern der Götter Aegypti ein Feuer anzünden, und wird sie verbrennen, und gefänglich hinwegführen: und er wird sich mit Aegyptenland bekleiden, wie sich ein Hirt mit seinem Mantel bekleidet, und wird mit Frieden von dannen hinausziehen.

13. Und er wird im Hause der Sonne die Bilder zerbrechen, welche in Aegyptenland sind: und die Häuser der Götter in Aegypten wird er mit Feuer verbrennen.

captivitatem, & quos in gladium, in gladium.

12. Et succendet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captivos ducet illos: & amicietur terra Ægypti, sicut amicitur pastor pallio suo, & egredietur inde in pace.

13. Et conteret statuas domus Solis, quæ sunt in terra Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet igni.

Das vier und vierzigste Capitel.

1. Der Prophet ermahnet die Juden, daß sie der Aegypter Abgötter nicht sollen verehren: 1. II. Diese widerstreben GOtt, und sagen, daß sie, wie im jüdischen Lande, also auch in Aegypten, die Göttinn des Himmels verehren wollen: 15. III. Werden darum, sie und Pharao, mit Hunger, Schwert und Untergang bedrohet. 24.

1. Dieß ist das Wort, so durch Jeremiam geschah zu allen Juden, die in Aegyptenland wohneten, die da wohneten zu Magdalo, und zu Taphnis, und zu Memphis, und im Lande Phatures, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Ihr habt gesehen alles Uebel, so ich über Jerusalem, und über alle Städte Juda gebracht habe: und siehe, sie sind heutiges Tages wüste, und ist keiner, der darinnen wohnet:

3. Um der Bosheit willen, die sie gethan haben, daß sie mich zum Zorne reizten, und hingiengen, fremden Göttern Opfer zu thun, und zu dienen, die sie, und ihr, und eure Väter nicht kannten.

4. Und ich sandte zu euch alle meine Knechte die Propheten, und machte mich bey der Nacht auf, und schickte sie, und sprach: Begehet doch solchen Greuel nicht, den ich hasse.

5. Und sie wollten nicht hören, noch ihre Ohren neigen, daß sie sich von ihrer Bosheit bekehret, und den fremden Göttern nicht geopfert hätten.

6. Darum ist mein Zorn, und mein Grimm angegangen, und hat sich entzündet über die Städte Juda, und über die Gassen zu Jerusalem: und sie sind zu einer Wüste, und Einöde worden, wie es auf den heutigen Tag stehet.

7. Und nun, dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Warum begehet ihr diese große Bosheit wider eure eigene Seelen, damit von euch Mann und Weib, Kind und Säugling, mitten aus Juda umkomme, und euch nichts übrig gelassen werde:

8. Warum reizet ihr mich zum Zorne mit den Werken eurer Hände, dieweil ihr in Aegyptenland, dahin ihr gezogen seyd, allda zu wohnen, fremden Göttern opfert: auf daß ihr zu Grund gehet, und zum Fluche, und zur Schmach werdet allen Völkern auf Erden?

9. Seyd ihr vergessen der Bosheit eurer Väter, und der Bosheit der Könige Juda, und der Bosheit ihrer Weiber, und eurer eigenen Bosheit, und der Bosheit eurer Weiber, die sie im Lande Juda, und auf den Gassen zu Jerusalem begangen haben?

10. Sie sind davon noch nicht gereiniget bis auf den heutigen Tag: und sie fürchteten sich nicht, und wandelten nicht im Gesetze des HErrn, und in meinen Gebothen, die ich euch, und euren Vätern vorgeleget habe.

11. Darum sagt dieß der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will mein Angesicht wider euch richten zum Bösen, und will ganz Juda vertilgen.

12. Und ich will die Uebrigen von Juda hinwegnehmen, welche ihr Angesicht gerichtet haben in Aegyptenland zu ziehen, daß sie daselbst wohneten: sie sollen alle in Aegyptenland umkommen: sie sollen durch das Schwert, und durch Hunger hinfallen: ja sie sollen vom Geringsten bis zum Größten durch das Schwert hingerafft werden, und

CAPUT XLIV.

I. Judæi in Ægypto reprehensi a Jeremia super idololatria: 1. II. Obstinate respondent cum multitudine mulierum, se permansuros in idololatria inveterata: 15. III. Jeremias prædicit eos gladio & fame consumendos, regemque Ægypti capiendum, ac Ægyptum vastandam. 24.

1. Verbum, quod factum est per Jeremiam ad omnes Judæos, qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens:

2. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Vos vidistis omne malum istud, quod adduxi super Jerusalem, & super omnes urbes Juda: & ecce, desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator:

3. Propter malitiam, quam fecerunt, ut me ad iracundiam provocarent, & irent, ut sacrificarent, & colerent deos alienos, quos nesciebant & illi, & vos, & patres vestri.

4. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas de nocte consurgens, mittensque, & dicens: Nolite facere verbum abominationis hujuscemodi, quam odivi.

5. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam, ut converterentur a malis suis, & non sacrificarent diis alienis.

6. Et conflata est indignatio mea & furor meus, & succensa est in civitatibus Juda, & in plateis Jerusalem: & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc.

7. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Quare vos facitis malum grande hoc contra animas vestras, ut intereat ex vobis vir & mulier, parvulus & lactens de medio Judæ, nec relinquatur vobis quidquam residuum:

8. Provocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando diis alienis in terra Ægypti, in quam ingressi estis, ut habitetis ibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem, & in opprobrium cunctis gentibus terræ?

9. Numquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Juda, & mala uxorum ejus, & mala vestra, & mala uxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Juda, & in regionibus Jerusalem?

10. Non sunt mundati usque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulaverunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis, & coram patribus vestris.

11. Ideo hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: *a* Ecce, ego ponam faciem meam in vobis in malum, & disperdam omnem Judam. *a Amos 9. 4.*

12. Et assumam reliquias Judæ, qui posuerunt facies suas, ut ingrederentur terram Ægypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in terra Ægypti: cadent in gladio, & in fame: & consumentur a minimo usque ad maximum, in gladio & in fame morientur:

ỳ. 12. *Et amicietur terra Ægypti* i. spoliis Ægypti. *Et egredietur inde in pace.* Sine ulla molestia.
ỳ. 13. *Et conteret statuas solis.* Sept. Interpret. Statuas Heliopoleos, aut templum, in quo solem adorabant.

CAPUT XLIV.

ỳ. 1. *Verbum, quod factum est -- ad habitantes in Magdalo* prope Pelusium. *Et in terra Phatures.* Urbs erat Ægypti, quæ & Phetros dicta est.
ỳ. 10. *Non sunt mundati.* i. meliores non sunt effecti, postquam puniti sunt.

& erunt in jusjurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.

13. Et visitabo super habitatores terræ Ægypti, sicut visitavi super Jerusalem in gladio, & fame, & peste.

14. Et non erit, qui effugiat, & sit residuus de reliquiis Judæorum, qui vadunt, ut peregrinentur in terra Ægypti: & revertantur in terram Juda, ad quam ipsi elevant animas suas, ut revertantur, & habitent ibi: non revertentur, nisi qui fugerint.

II. 15. Responderunt autem Jeremiæ omnes viri scientes, quod sacrificarent uxores eorum diis alienis: & universæ mulieres, quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantium in terra Ægypti in Phatures, dicentes:

16. Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te:

17. Sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de nostro, ut sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in urbibus juda, & in plateis Jerusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus.

18. Ex eo autem tempore, quo cessavimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

19. Quod si nos sacrificamus reginæ cœli, & libamus ei libamina: numquid sine viris nostris fecimus ei placentas, ad colendum eam, & libandum ei libamina?

20. Et dixit Jeremias ad omnem populum, adversum viros, & adversum mulieres, & adversum universam plebem, qui responderant ei verbum, dicens:

21. Numquid non sacrificium, quod sacrificastis in civitatibus Juda, & in plateis Jerusalem, vos, & patres vestri, reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, horum recordatus est Dominus? & ascendit super cor ejus?

22. Et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes, quas fecistis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quod non sit habitator, sicut est dies hæc.

23. Propterea quod sacrificaveritis idolis, & peccaveritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in testimoniis ejus non ambulaveritis: idcirco evenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc.

III. 24. Dixit autem Jeremias ad omnem populum, & ad universas mulieres: Audite verbum Domini omnis Juda, qui estis in terra Ægypti:

25. Hæc inquit Dominus exercituum, Deus Israel, dicens: Vos, & uxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes: Faciamus vota nostra, quæ vovimus, ut sacrificemus

von Hunger sterben: und zum Schwur, und zum Wunder, und zum Fluch, und zur Schmach werden.

13. Ich will auch die Inwohner des Landes Aegypten mit dem Schwert, und mit Hunger, und mit Pestilenz heimsuchen, wie ich Jerusalem heimgesucht habe.

14. Und es wird niemand entrinnen mögen, und überbleiben von den Uebrigen aus Juda, welche hinziehen daß sie Fremdlinge in Aegyptenland sind: und hernach wieder kommen in das Land Juda, dahin sie ihren Sinn stellen wieder zu kommen, und daselbst zu wohnen: aber niemand wird dahin kommen, als die, welche davon fliehen werden.

II. 15. Da antworteten dem Jeremia alle Männer, die wohl wußten, daß ihre Weiber fremden Göttern opferten: und alle Weiber, welche mit großer Menge allda stunden, und alles Volk, so zu Phatures in Aegyptenland wohnete, und sprachen:

16. Das Wort, so du im Namen des HErrn zu uns redest, wollen wir von dir nicht hören:

17. Sondern wir wollen thun nach allem Worte, so aus unserm Munde wird hergehen, daß wir der Königinn des Himmels opfern, und ihr Trankopfer opfern, wie wir, und unsere Väter, und unsere Könige, und unsere Fürsten in den Städten Juda, und auf den Gassen zu Jerusalem gethan haben: und wir sind dabey mit Brod ersättiget worden, und ist uns wohl ergangen, wir haben auch kein Unheil gesehen.

18. Aber von der Zeit an, daß wir unterlassen haben, der Königinn des Himmels Opfer zu thun, und ihr Trankopfer zu opfern, leiden wir Mangel an allen Dingen, und sind durch das Schwert, und durch Hunger umkommen.

19. Wenn wir auch der Königinn des Himmels Opfer thun, und ihr Trankopfer geben: thun wir solches dann ohne unsere Männer, daß wir Kuchen machen sollten, sie zu verehren, und ihr Trankopfer zu opfern?

20. Und Jeremias redete zu allem Volke, zu den Männern, und zu den Weibern, und zu dem ganzen gemeinen Volke, welche ihm das Wort geantwortet hatten, und sprach:

21. Hat nicht der HErr an das Opfer gedacht, das ihr, und eure Väter, eure Könige, und eure Fürsten, und das Volk im Lande, in den Städten Juda, und auf den Gassen zu Jerusalem geopfert haben? und ist es ihm nicht zu Herzen gegangen?

22. Ja, der HErr hat es länger nicht vertragen können, von wegen der Bosheit eures Wandels, und um der Greuel willen, die ihr begangen habt: und darum ist euer Land zur Wüste, und zum Schrecken, und zum Fluch worden, daß niemand ist, der darinn wohnet, wie es dann heutiges Tages ist.

23. Dieweil ihr den Abgöttern geopfert, und dem HErrn gesündiget habt, und habt seine Stimme nicht gehöret, noch in seinem Gesetze, und in seinen Geboten, und in seinen Zeugnissen gewandelt: darum ist dieses Unheil über euch gekommen, wie es heutiges Tages ist.

III. 24. Auch sprach Jeremias zum ganzen Volke, und zu allen Weibern: Höret des HErrn Wort, ganz Juda, alle, die ihr in Aegyptenland seyd:

25. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel, und spricht: Ihr, und eure Weiber habt es mit eurem Munde geredt, und mit euren Händen vollzogen, und habt gesagt: Lasset uns unsere Gelübde halten, die wir gelobet haben, daß wir der Königinn des Himmels Opfer

---

℣. 14. *Non revertentur, nisi qui fugerint.* Per Judæos peregrinantes in Ægyptum, & volentes postea reverti in Judæam intelliguntur illi, qui in juventute volunt morari in peccatis & in senectute pœnitere, seu qui nolunt bene vivere, bene tamen mori. S. Aug. lib. confess. *Non erat, quid tibi responderem dicenti mihi: Surge, qui dormis & exurge a mortuis: veritate convictus, nisi tantum verba lenta & somnolenta: modo ecce modo: sine paululum: sed modo & modo non habebat modum, & sine paululum ibat in longum: jactabam voces miserabiles cras & cras: quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ?* sed tales vix veniunt ad pœnitentiam: quia non revertentur, nisi qui fugerint mundum.

℣. 17. *Facientes faciemus -- ut sacrificemus reginæ cœli.* Seu Lunæ, seu militiæ cœli, universo nempe siderum ordini; seu denique Soli ipsi, qui tum in magna veneratione erat apud Ægyptios: vox enim Hebræa est fœminini generis.

℣. 21. *Et ascendit super cor ejus.* In mentem illius venit.

℣. 22. *Sicut est dies hæc.* Ut nunc res se habet.

Opfer thun, und Trankopfer geben wollen. Ihr habt eure Gelübde gehalten, und sie im Werke vollbracht.

26. Darum höret des HErrn Wort, ganz Juda, die ihr in Aegyptenland wohnet: Siehe, ich habe geschworen bey meinem großen Namen, spricht der HErr, daß mein Name hinfüro aus keines Menschen Mund von Juda soll genennt werden, der da sagen sollte: So wahr GOtt der HErr lebet in ganz Aegyptenland.

27. Siehe, ich will über sie wachen zum Bösen, und nicht zum Guten: und alle Männer Juda, die in Aegyptenland sind, sollen durch das Schwert, und durch Hunger hinweggeraft werden, bis sie zumal vertilget sind.

28. Und welche dem Schwerte entrinnen, die werden in geringer Anzahl aus Aegyptenland in das Land Juda wieder kommen: und alle Ueberbliebenen von Juda, welche in Aegyptenland gezogen sind, daselbst zu wohnen, werden erfahren, wessen Wort erfüllet werde, das meine, oder das ihre.

29. Und dieß sollt ihr zum Zeichen haben, spricht der HErr, daß ich euch an diesem Orte heimsuchen werde: damit ihr wisset, daß meine Worte, so wider euch zum Bösen geredt sind, wahrhaftig sollen erfüllet werden.

30. So spricht dieß der HErr: Siehe, ich will Pharao Ephree, den König in Aegypten, in die Hand seiner Feinde, und in die Hand derjenigen übergeben, die nach seiner Seele trachten: wie ich Sedeciam, den König Juda, in die Hand Nabuchodonosor, des Königs von Babylon, seines Feindes, übergeben habe, der auch nach seiner Seele trachtete.

Das fünf und vierzigste Capitel.

I. Jeremias tröstet Baruch, seinen Schreiber, und stärket ihn wider die Bedrohung des Königs Joakim: verheißt ihm auch, daß ihm nichts übels wiederfahren soll.

1. Das Wort, so Jeremias der Prophet zu Baruch, dem Sohne Neriä, geredt hat, nachdem er diese Worte, im vierten Jahre Joakim, des Sohns Josiä des Königs Juda, aus dem Munde Jeremiä, in ein Buch geschrieben hatte, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr, der GOtt Israel, zu dir Baruch:

3. Du hast gesagt: Wehe mir Armen, denn der HErr hat mir über meinen Schmerzen noch mehr Schmerzen zugefügt: ich habe mich bemühet in meinem Seufzen, und habe keine Ruhe gefunden.

4. Dieß spricht der HErr: Du sollst also zu ihm sagen: Siehe, die ich gebauet habe, die zerstöre ich: und die ich gepflanzet habe, die rause ich aus, sammt diesem ganzen Lande.

5. Und du suchest für dich große Dinge? suche es nicht. Denn siehe, ich will Unglück bringen über alles Fleisch, spricht der HErr: deiner Seele aber will ich Heil verleihen an allen Orten, dahin du ziehen wirst.

Das sechs und vierzigste Capitel.

I. Jeremias weißaget die Niederlage des Königs Nechao: 1. II. Daß Nabuchodonosor ganz Aegypten werde überziehen, und einnehmen: 13. III. Daß GOtt wiederum werde das Volk Israel aus der Gefängniß erlösen. 27.

1. Das Wort des HErrn, so zu Jeremia dem Propheten geschah, wider die Heyden,

reginæ cœli, & libemus ei libamina. Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea.

26. Ideo audite verbum Domini omnis Juda, qui habitatis in terra Ægypti: Ecce, ego juravi in nomine meo magno, ait Dominus, quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Judæi, dicentis: Vivit Dominus Deus in omni terra Ægypti.

27. Ecce, ego vigilabo super eos in malum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Juda, qui sunt in terra Ægypti, gladio, & fame, donec penitus consumantur.

28. Et qui fugerint gladium, revertentur de terra Ægypti in terram Juda viri pauci: & scient omnes reliquiæ Juda ingredientium terram Ægypti, ut habitent ibi, cujus sermo compleatur, meus, an illorum.

29. Et hoc vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto: ut sciatis, quia vere complebuntur sermones mei contra vos in malum.

30. Hæc dicit Dominus: Ecce, ego tradam Pharaonem Ephree, regem Ægypti, in manu inimicorum ejus, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Juda in manu Nabuchodonosor, regis Babylonis, inimici sui, & quærentis animam ejus.

CAPUT XLV.

I. Deus per Jeremiam arguit Baruch querentem, quod habeat dolorem, & non requiem: cui tamen in ceterorum vastatione pollicetur securitatem.

1. Verbum, quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch, filium Neriæ, cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Jeremiæ, anno quarto Joakim, filii Josiæ regis Juda, dicens:

2. Hæc dicit Dominus, Deus Israel, ad te Baruch:

3. Dixisti: Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni.

4. Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce, quos ædificavi, ego destruo: & quos plantavi, ego evello, & universam terram hanc.

5. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. Quia ecce, ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis, ad quæcumque perrexeris.

CAPUT XLVI.

I. Jeremias Pharaoni prænuntiat eadem exercitus: 1. II. Ægypto desolationem, quam inducet Nabuchodonosor: 13. III. Filiis Israel consolationem liberationis; hostibus vero seu gentibus vastationem. 27.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes,

2. Ad

℣. 26. *Ecce, ego juravi in nomine meo magno.* Per nomen meum ineffabile.

℣. 28. *Et qui fugerint gladium*, sc. antequam venerit, *revertentur de terra Ægypti.*

℣. 30. *Ecce, ego tradam Pharaonem Ephree.* Ultimus fuit Pharaonum. 70. Pharaonem Vafrem. Hoc impletum esse dicunt multi circa Ann. M. 3433. cum Pharao ad urbem Memphim cum Amasi congressus, victus, captus, ac denique strangulatus est. Herod. Lib. 2. & Diod. Sic. Lib. 1.

CAPUT XLV.

℣. 1. *Verbum, quod locutus est Jeremias propheta ad Baruch.* Quæ continentur hoc capite, sunt dictata anno decimo octavo ante excidium Jerusalem, de quo cap. 36. Incertum est, an is sit sensus, verbum, quod locutus est Jeremias propheta anno quarto Joachim, an verbum, quod locutus est, postquam anno quarto Baruch scripsisset verba hæc ex ore Jeremiæ.

℣. 2. *Ad te Baruch.* Plus æquo de te ipso sollicitum, ob ea, quæ populo eventura audieras a Jeremia.

℣. 5. *Et tu quæris tibi grandia.* Quietem & prosperitatem; quantumcunque tibi innocens videaris, malum commune est, & patienter ferri debet; an tu solus quietem quæris? *Et dabo tibi animam tuam in salutem.* 70. in lucrum; vita erit incolumis.

CAPUT XLVI.

℣. 1. *Quod factum est verbum Domini - contra gentes.* Usque ad finem libri vaticinatur, & primum quidem vaticinium de Nabuchodonosor statim effectu comprobatum.

2. Ad Ægyptum, adversum exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphraten in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno † Joakim, filii Josiæ regis Juda.

† *Anno M.* 3397. *Ante Christ.* 607. *Joachimi 4. inchoante.*

3. Præparate scutum, & clypeum, & procedite ad bellum.

4. Jungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

5. Quid igitur? vidi ipsos pavidos, & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror undique, ait Dominus.

6. Non fugiat velox, nec salvari se putet fortis: ad Aquilonem juxta flumen Euphraten victi sunt, & ruerunt.

7. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit, & veluti fluviorum intumescunt gurgites ejus?

8. Ægyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina movebuntur fluctus ejus. Et dicet: Ascendens operiam terram: perdam civitatem, & habitatores ejus.

9. Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Libies tenentes scutum, & Lydii arripientes & jacientes sagittas:

10. Dies autem ille Domini, Dei exercituum, dies ultionis, ut sumat vindictam de inimicis suis: devorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini, Dei exercituum, in terra Aquilonis juxta flumen Euphraten.

11. Ascende in Galaad, & tolle resinam, virgo, filia Ægypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.

12. Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus replevit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter ceciderunt.

II. 13. Verbum, quod locutus est Dominus ad Jeremiam prophetam, super eo, quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Ægypti.

14. Annuntiate Ægypto: & auditum facite in Magdalo *a*, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te, quia devorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt. *a Supr. 44. 1.*

15. Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subvertit eum.

16. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent: Surge, & revertamur ad populum nostrum, & ad terram nativitatis nostræ, a facie gladii columbæ.

2. Wider Aegypten, und wider das Kriegsheer Pharao Nechao, des Königs in Aegypten, so am Flusse Euphrate, zu Charcamis lag, das auch Nabuchodonosor, der König zu Babylon schlug, im vierten Jahre Joakim, des Sohns Josiä, des Königs Juda.

3. Rüstet Schild und Tartschen*, und ziehet zum Streit. * Waffen

4. Spannet die Rosse an, und sitzet auf ihr Reister: setzet die Helme auf, schärfet die Spiese, leget Panzer an.

5. Was ist dieß? ich sehe, daß sie verzagt sind, und die Flucht geben, und daß ihre Helden ° erschlagen sind: sie fliehen geschwind, und sehen sich nicht um: es ist Schrecken um und um, spricht der HErr. ° Starken

6. Wer schnell ist, der fliehe nicht, und der Starke soll nicht vermeynen, daß er entrinnen möge: gegen Mitternacht, am Flusse Euphrate, sind sie überwunden, und erlegt.

7. Wer ist dieser, der heraufkömmt, wie ein Strom, und seine Wellen erheben sich, wie auf dem Wasser?

8. Aegypten kömmt herauf, wie ein Strom, und seine Wellen erheben sich, wie auf dem Wasser. Und er spricht: Ich will hinaufziehen, und den Erdboden bedecken: ich will die Stadt verderben, sammt ihren Inwohnern.

9. Setzet euch zu Pferde, und frohlocket auf den Wagen, und lasset die Helden hervortretten, die Mohren, und Libier, die den Schild führen, und die Lydier, welche die Pfeile ergreifen, und schießen:

10. Denn dieß ist der Tag des HErrn, des GOttes der Heerschaaren, ein Tag der Rache, daß er Rache übe an seinen Feinden: da wird das Schwert fressen, und sich ersättigen, und es wird trunken werden von ihrem Blute: denn im Lande gegen Mitternacht, am Flusse Euphrat, wird dem HErrn, dem GOtt der Heerschaaren, ein Schlachtopfer gehalten.

11. Ziehe hinauf gen Galaad, und hole Salbe, du Jungfrau, Tochter aus Aegypten: es ist vergeblich, viel Arzney bereiten, dir mag doch nicht geholfen werden.

12. Die Heyden haben von deiner Schmach gehöret, und dein Heulen hat das Land erfüllet: denn ein Held hat mit dem andern getroffen, und sie sind beyde zugleich zu Boden gefallen.

II. 13. Das Wort, so der HErr zu Jeremia dem Propheten davon geredet, daß Nabuchodonosor, der König zu Babylon, kommen, und Aegyptenland schlagen würde.

14. Thut es in Aegypten zu wissen: verkündiget es zu Magdalo, lasset es zu Memphis, und zu Taphnis erschallen, und saget: Stehe, und richte dich, denn das Schwert wird fressen, was rings um dich her ist.

15. Warum sind deine Starken verfaulet? sie sind nicht bestanden: denn der HErr hat sie herunter geworfen.

16. Er hat viele niedergelegt, und ist ein Mann neben dem andern zu Boden gefallen: und sie werden sagen: Wohlauf, lasset uns wieder umkehren zu unserm Volke, und zu unserm Vaterlande vor dem Schwert der Taube.

17. Nennet

℣. 2. *Qui erat - in Charcamis.* Urbe juxta Euphraten, quam obsedit Pharao Nechao, & victus est a Nabuchodonosore.

℣. 6. *Non fugiat velox.* q. d. quantumcunque velox non effugiet. Moraliter sic in die judicii non erit fuga damnatis. Unde Greg. *In angustia erunt undique reprobi: superius erit judex iratus; subtus horrendus chaos: a dextris peccata accusantia: a sinistris infinita dæmonia ad supplicium trahentia: intus conscientia urens: foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus, quo fugies? latere erit impossibile, apparere intolerabile.*

℣. 7. *Quis est iste.* Interrogat, ut doceat, non ut discat. *Qui quasi flumen.* Pharaonis ferociam cum intumescente fluvio comparat.

℣. 9. *Ascendite equos*, est ironia, *& procedant fortes - & Lydii.* Videntur fuisse Asiatici, & Ægyptiis fœderati.

℣. 10. *Dies autem ille Domini Dei exercituum.* Sic dicitur, in quo Deus potentiam suam ostendit, aut in quo judicium aliquod insigne exercet.

℣. 11. *Ascende in Galaad, & tolle resinam.* Sarcasmus est, aut irrisio. *Surge, & revertamur.* Ita loquuntur Ægyptii longius remoti, vel copiæ auxiliares. *Virgo filia Ægypti.* Hebræi civitatem nimis exultantem per metaphoram vocant virginem.

℣. 13. *Verbum - quod venturus esset rex Babylonis & percussurus terram Ægypti.* Hoc est alterum vaticinium postea implendum. sc. post captum Tyrum, anno captivitatis Jechoniæ 27. vid. Ezech. 29. v. 19.

℣. 16. *Et revertamur - a facie gladii columbæ.* Nabuchodonosor, qui instar columbæ advolabit. *Surge.* Regis auxiliares copias inducit loquentes.

17. Nennet den Namen Pharao des Königs in Aegypten, die Zeit hat Kriegsgeschrey herbey gebracht.

18. So wahr ich lebe (spricht der König, der HErr der Heerschaaren ist sein Name) wie Thabor unter den Bergen, und Carmel am Meere liegt, also wird er kommen.

19. Mache dir Reißzeug, du Inwohnerinn, du Tochter Aegypten: denn Memphis soll zur Wüste, und ganz verlassen werden, und niemand wird darinn wohnen können.

20. Aegypten ist ein hübsch und schönes Kalb: aber von Mitternacht wird sein Treiber kommen.

21. Ihre Taglöhner, die sich unter ihnen aufhielten, und waren, wie gemästete Kälber, haben sich gewendet, und sind zugleich davon geflohen, und haben nicht bestehen können: denn der Tag ist über sie gekommen, daß man sie tödten soll, die Zeit ihrer Heimsuchung.

22. Ihre Stimme wird wie Aerz erschallen: denn sie werden mit dem Heere eilen, und mit Aexten, wie Holzhauer, über sie kommen.

23. Sie werden ihren Wald abhauen, spricht der HErr, der nicht zu zählen ist: ihrer sind mehr worden, dann der Heuschrecken, und sind nicht zu zählen.

24. Die Tochter Aegypti ist zu Schanden worden, und dem Volke gegen Mitternacht in die Hände übergeben.

25. Der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel, spricht: Siehe, ich will heimsuchen das große Getümmel zu Alexandria, und den Pharao, und Aegypten, und ihre Götter, und ihre Könige, und den Pharao, sammt denen, die sich auf ihn verlassen.

11. Darum, daß ihr frohlocket, und hochſprechet, indem ihr mein Erbtheil ausplündert: denn ihr habt euch ausgelaſſen, wie die Kälber über das Gras, und gebrüllet, wie die Ochſen.

12. Eure Mutter, die euch gebohren hat, iſt gar zu Schanden, und dem Staube gleich geworden: ſiehe, ſie wird unter den Völkern die geringſte ſeyn, wüſte, ungebahnt, und dürre.

13. Man wird ſie nicht bewohnen vor dem Zorne des HErrn, ſondern ſie wird ganz zur Einöde werden: alle, die vor Babylon vorübergehen, werden ſich entſetzen, und pfeifen über alle ihre Plagen.

14. Rü-

CAPUT L.

℣. 2. *Confuſus eſt Bel.* Chald. Cultores Bel. *Victus eſt Merodach.* Evilmerodach, aut Balthaſſar. Nam a primo Chaldæorum rege ſic alii dici poſſunt: alii idolum Chaldæorum deſignari putant.

℣. 3. *Aſcendit contra eam gens ab Aquilone.* Unde copiæ auxiliares Darii & Cyri prodierunt ex Armenia, Hircania &c.

℣. 4. *Venient filii Iſrael* &c. Decem tribus, ac duæ Juda & Benjamin. *Ambulantes & flentes properabunt.* Alii gaudebant de reditu, alii plorabant, quod viderent urbem deſtructam, templum exuſtum. *Et Dominum ſuum quærent.* Quod ad tempus Chriſti magis pertinet.

℣. 5. *In Sion interrogabunt viam.* Ad Eccleſiam. *Apponentur ad Dominum.* Adjungentur Chriſto. *Fœdere ſempiterno.* Evangelico.

℣. 6. *Grex perditus factus eſt populus meus.* Gregi erranti ſimilis hactenus fuit. *Comederunt eos.* His prædæ fuerunt.

℣. 12. *Confuſa eſt mater veſtra* Babylon -- *ecce noviſſima* i. contemptiſſima erit *in gentibus.*

14. Rüstet euch rings herum wider Babylon, alle, die ihr den Bogen spannet, und streitet wider sie: sparet die Pfeile nicht, denn sie hat dem HErrn gesündiget.

15. Schrevet wider sie, sie hat schon allenthalben die Hand dargegeben, ihre Grundvesten sind gefallen, ihre Mauren sind zerstöret, denn die Rache des HErrn ist da: nehmet die Rache von ihr: thut ihr, wie sie gethan hat.

16. Vertilget von Babylon den Säemann, sammt dem Schnitter, der in der Ernte die Sichel brauchet: es wird ein jeglicher vor dem Schwerte der Taube zu seinem Volke wiederkehren, und jedermann wird zu seinem Lande fliehen.

17. Israel ist eine zerstreuete Heerde, die Löwen haben sie verjagt: erstlich fraß sie der König von Assyrien: letztlich hat sie dieser Nabuchodonosor, der König von Babylon, bis auf das Bein verschlungen.

18. Darum sagt dieß der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Siehe, ich will den König von Babylon, und sein Land heimsuchen, wie ich den König von Assyrien heimgesucht:

19. Und ich will Israel wieder zu seiner Wohnung bringen: er soll auf Carmel, und zu Basan weyden, seine Seele soll auf dem Berge Ephraim, und zu Galaad ersättiget werden.

20. In denselbigen Tagen, und zu derselbigen Zeit, spricht der HErr, wird man die Missethat Israel suchen, aber sie wird nicht da seyn: und die Sünde Juda, aber man wird sie nicht finden: denn ich will denjenigen gnädig seyn, die ich übrig bleiben lasse.

II. 21. Ziehe hinauf über das Land derjenigen, die das Regiment führen, und suche seine Inwohner heim, zerstreue, und tödte, was hinter ihnen ist, spricht der HErr, und thue alles, was ich dir befohlen habe.

22. Es ist ein Geschrey vom Kriege im Lande, und ein großer Jammer.

23. Wie ist der Hammer des ganzen Erdbodens also zerbrochen, und zerschlagen? wie ist Babylon zu einer Wüste worden unter den Völkern?

24. Ich habe dich bestrickt, und du bist gefangen, o Babylon! und hast es nicht gemerket: du bist gefunden, und angegriffen, denn du hast den HErrn gereizet.

25. Der HErr hat seinen Schatz eröffnet, und die Geräthe* seines Zorns hervorgebracht: denn dieß ist ein Werk des HErrn der Heerschaaren, im Lande der Chaldäer.

*Rüstung.

26. Kommet heran wider sie von den äußersten Gränzen: thut auf, damit herauszichen, die sie zertretten: räumet die Steine aus dem Wege, und machet Haufen daraus, und tödtet sie, daß von ihr nichts übrig bleibe.

27. Zerstreuet alle ihre Starken, lasset sie zum Tode hinabgehen: wehe ihnen, denn ihr Tag ist gekommen, die Zeit ihrer Heimsuchung.

28. Man höret die Stimme der Flüchtigen, und derjenigen, die aus dem Lande Babylon entronnen sind, daß sie zu Sion die Rache des HErrn unsers GOttes verkündigen, die Rache seines Tempels.

29. Rufet vielen wider Babylon, allen, die den Bogen spannen; stellet euch wider sie rings herum, daß keiner entrinnen möge: vergeltet ihr nach ihrem Werke, und thut ihr nach allem, was sie gethan hat: denn sie hat sich wider den HErrn aufgerichtet, wider den Heiligen Israel.

14. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes, qui tenditis arcum, debellate eam: non parcatis jaculis, quia Domino peccavit.

15. Clamate adversus eam, ubique dedit manum, ceciderunt fundamenta ejus, destructi sunt muri ejus, quoniam ultio Domini est: ultionem accipite de ea: sicut fecit, facite ei.

16. Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis: a facie gladii columbæ unusquisque ad populum suum convertetur, & singuli ad terram suam fugient.

17. Grex dispersus Israel, leones ejecerunt eum: primus comedit eum, rex Assur: iste novissimus exossavit eum, Nabuchodonosor rex Babylonis.

18. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Ecce, ego visitabo regem Babylonis, & terram ejus, sicut visitavi regem Assur:

19. Et reducam Israel ad habitaculum suum: & pascetur Carmelum & Basan, & in monte Ephraim & Galaad saturabitur anima ejus.

20. In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, & non erit: & peccatum Juda, & non invenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero.

II. 21. Super terram dominantium ascende, & super habitatores ejus visita, dissipa, & interfice, quæ post eos sunt, ait Dominus, & fac juxta omnia, quæ præcepi tibi.

22. Vox belli in terra, & contritio magna.

23. Quomodo confractus est, & contritus malleus universæ terræ? quomodo versa est in desertum Babylon in gentibus?

24. Illaqueavi te, & capta es Babylon, & nesciebas: inventa es, & apprehensa, quoniam Dominum provocasti.

25. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.

26. Venite ad eam ab extremis finibus: aperite, ut exeant, qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in acervos, & interficite eam, nec sit quidquam reliquum.

27. Dissipate universos fortes ejus, descendant in occisionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.

28. Vox fugientium, & eorum, qui evaserunt de terra Babylonis, ut annuntient in Sion ultionem Domini Dei nostri, ultionem templi ejus.

29. Annuntiate in Babylonem plurimis, omnibus, qui tendunt arcum; consistite adversus eam per gyrum, & nullus evadat: reddite ei secundum opus suum, juxta omnia, quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est, adversum Sanctum Israel.

30. Idcirco

℣. 14. *Præparamini contra Babylonem.* Oppugnate; instruite aciem contra Babylonem. *Quia Domino peccavit.* Aut sæviendo nimis, aut vasa sacra profanando.

℣. 15. *Ceciderunt fundamenta.* Victa est, vel solutæ sunt manus ejus & perterritæ.

℣. 16. *A facie gladii columbæ.* Chald. Inimici, velocis exercitus, aut Darii, aut Cyri, justitiæ Dei ministri.

℣. 17. *Primus comedit eum rex Assur.* Cum decem tribus abduxit, sed Chaldæus ossa ejus, duas tribus comminuit. *Iste novissimus exossavit eum.* Fortitudinem ejus & robur contrivit, & templum evertit.

℣. 19. *Et pascetur Carmelum & Basan.* Chald. & 70. in Carmelo & Basan. q. d. in locis fertilibus.

℣. 20. *In diebus illis.* In tempore Evangelii. *Quæretur iniquitas Israel, & non erit.* Quia per Christum delebitur. Mira translatio in prophetis a figuris ad figurata: quia hæc ad Christum pertinent, eo spectat hæc prophetia.

℣. 25. *Aperuit Dominus thesaurum suum.* Ubi sunt arma iræ suæ, armamentarium suum.

℣. 28. *Vox fugientium* Judæorum, cum obsideretur Babylon.

30. Idcirco cadent juvenes ejus in plateis ejus, & omnes viri bellatores ejus conticescent in die illa, ait Dominus.

31. Ecce, ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ.

32. Et cadet superbus, & corruet, & non erit, qui suscitet eum: & succendam ignem in urbibus ejus, & devorabit omnia in circuitu ejus.

III. 33. Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam sustinent filii Israel, & filii Juda simul: omnes, qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

34. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen ejus, judicio defendet causam eorum, ut exterreat terram, & commoveat habitatores Babylonis.

35. Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad sapientes ejus.

36. Gladius ad divinos ejus, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

37. Gladius ad equos ejus, & ad currus ejus, & ad omne vulgus, quod est in medio ejus: & erunt quasi mulieres: gladius ad thesauros ejus, qui diripientur.

38. Siccitas super aquas ejus erit, & arescent: quia terra sculptilium est, & in portentis gloriantur.

39. Propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea struthiones: & non inhabitabitur ultra usque in sempiternum, nec extruetur usque ad generationem, & generationem.

a Gen. 19. 24. 40. Sicut *a* subvertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas ejus, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

IV. 41. Ecce, populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi consurgent a finibus terræ.

42. Arcum & scutum apprehendent: crudeles sunt & immisericordes: vox eorum quasi mare sonabit: & super equos ascendent, sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.

43. Audivit rex Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt manus ejus: angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem.

b Sup. 49. 19. 44. Ecce, *b* quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam: quia subito currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? *c* & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo?

c Job. 41. 1.

45. Propterea audite consilium Domini, quod mente concepit adversum Babylonem: & cogitationes ejus, quas cogitavit super terram Chaldæorum: Nisi detraxerint eos parvuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.

46. A voce captivitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

30. Darum sollen ihre Jünglinge auf den Gassen umkommen, und alle ihre Kriegsleute sollen still schweigen an demselbigen Tage, spricht der HErr.

31. Siehe, ich will an dich, du Hochmüthiger, spricht der HErr der Heerschaaren: denn dein Tag ist gekommen, die Zeit deiner Heimsuchung.

32. Und der Hochmüthige wird fallen, und zu Boden sinken, und wird niemand seyn, der ihn aufrichte: und ich will ein Feuer anzünden in seinen Städten, das soll alles um ihn her verzehren.

III. 33. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Die Kinder Israel, und die Kinder Juda zugleich, leiden Gewalt und Unrecht: alle, die sie gefangen haben, halten sie, und wollen sie nicht los lassen.

34. Ihr Erlöser ist stark, der HErr der Heerschaaren ist sein Name, der wird ihre Sache mit Recht vertheidigen, damit er dem Lande einen Schrecken mache, und die Inwohner zu Babylon bewege.

35. Das Schwert, spricht der HErr, soll an die Chaldäer kommen, und an die Inwohner zu Babylon, und an ihre Fürsten, und an ihre Weisen.

36. Das Schwert soll an ihre Wahrsager kommen, und sie sollen zu Narren werden: das Schwert soll an ihre Starken kommen, und sie werden sich fürchten.

37. Das Schwert soll an ihre Rosse kommen, und an ihre Wagen, und an all ihr gemeines Volk, das unter ihnen ist: und sie werden seyn, wie Weiber: das Schwert wird an ihre Schätze kommen, die sollen geraubet werden.

38. Trückne soll über ihre Wasser kommen, und sie werden ausdorren: denn es ist ein Land der geschnitzten Abgötter, und sie berühmen sich ihrer ungeheuren Götzen.

39. Darum werden sich Drachen, und ungeheure Thiere darinnen aufhalten: die Straußen werden da wohnen: und sie soll hinfüro in Ewigkeit nicht bewohnet, noch wieder aufgebauet werden, von einem Geschlechte zu dem andern.

40. Wie der HErr Sodoma, und Gomorrha, sammt ihren Nachbaren, umgekehrt hat, spricht der HErr: niemand wird allda wohnen, keines Menschen Kind wird sich daselbst aufhalten.

IV. 41. Siehe, es kömmt ein Volk von Mitternacht, ein groß Volk, und viele Könige werden sich aufmachen vom Ende der Erde.

42. Bogen und Schild werden sie ergreifen: sie sind grausam, und unbarmherzig: ihre Stimme wird brausen, wie das Meer: und sie werden auf Rossen reiten, wie ein Kriegsmann, der wider dich zum Streit bereit ist, du Tochter Babylon.

43. Der König von Babylon hat ihr Gerücht vernommen, und die Hände sind ihm entsunken: Angst hat ihn umfangen, und Schmerzen, wie ein Weib in Kindesnöthen.

44. Siehe, er wird wie ein Löwe heraufkommen von dem stolzen Jordan, zu der schönen starken Wohnung: denn ich will machen, daß er geschwind auf sie anlaufen soll: und wer ist der Auserwählte, den ich über sie setzen werde? denn wer ist meines gleichen? und wer wird mich ertragen können? und wer ist der Hirt, der meinem Angesichte widerstehen soll?

45. Darum höret den Anschlag des HErrn, den er wider Babylon im Sinne hat: und seine Gedanken, die er über das Land der Chaldäer gedacht hat: Die kleinen Knaben bey der Heerde werden sie zu Boden werfen, und werden ihre Wohnung zugleich mit ihnen verwüsten.

46. Das Erdreich wird sich vom Gerüchte der Gefängniß Babylon bewegen, und man wird das Geschrey unter den Heyden hören.

Das

¥. 38. *Siccitas super aquas ejus erit.* Derivatione Euphratis per fossas aditus patuit militibus, Xenophon. l. 1. Nam Cyrus Euphratem derivavit in alia loca per apertas fossas, eumque exsiccavit. Vid. c. 51. v. 32. & 36.

¥. 39. *Habitabunt dracones cum faunis ficariis.* Dæmonibus, qui se ostendunt hominibus forma partim caprina, partim humana, & singunt se caprificis, seu ficis silvestribus ali. Hebr. Cum noctuis & felibus silvestribus. Babylonii in idolis monstruosis spem omnem suam reponebant. *Non habitabitur ultra;* hæc prophetia non simul, sed successive impleta est; capta primum a Cyro Babylone, tum mœnibus nudata a Dario Hystaspis filio, deinde a Seleuco civibus & opibus suis spoliata.

Das ein und fünfzigste Capitel.

1. Jeremias beschreibet die Zerstörung Babylon, welche durch die große Macht GOttes geschehen wird. 1. II. Und durch unterschiedliche Völker, aus Ursach, weil sie die gefangenen Juden so übel gehalten. 27. III. Die Juden werden ermahnet, von Babylon zu fliehen. Diese Weißagung soll Saraias den Juden in Babylon vorlesen, und in den Fluß Euphrat werfen. 45.

1. Dieß sagt der HErr: Siehe, ich will gleichsam einen giftigen Wind erwecken über Babylon, und über ihre Inwohner, die ihr Herz wider mich aufgelehnet haben.

2. Und ich will Schwinger gen Babylon schicken, die sollen sie schwingen, und ihr Land verderben: denn sie werden am Tage ihrer Trübsal von allen Seiten her über sie kommen.

3. Lasset den Schützen seinen Bogen nicht spannen, und der gepanzert ist, den lasset nicht aufsitzen, schonet ihrer jungen Mannschaft nicht, erwürget ihr ganzes Heer.

4. Da werden die Erschlagenen im Lande der Chaldäer zu Boden fallen, und die Verwundeten auf ihren Gassen.

5. Denn Israel und Juda ist von seinem GOtt, dem HErrn der Heerschaaren, nicht zum Wittwer gemacht: aber ihr Land ist voller Sünde wider den Heiligen Israel.

6. Fliehet aus Babylon, und ein jeglicher errette seine Seele: schweiget nicht zu ihrer Bosheit: denn die Zeit der Rache vom HErrn ist da, der wird es ihr wieder vergelten.

7. Babylon ist ein goldener Kelch in der Hand des HErrn, der die ganze Welt hat trunken gemacht: die Heyden haben von ihrem Weine getrunken, darum haben sie sich beweget.

8. Babylon ist plötzlich gefallen, und zerknirschet: heulet über sie, und nehmet Salbe zu ihrem Schmerzen, ob sie vielleicht möchte heil werden.

9. Wir haben Babylon wollen gesund machen, und sie ist nicht gesund worden: wir wollen sie verlassen, und hinziehen, ein jeglicher in sein Land: denn ihr Gericht ist bis in Himmel gekommen, und hat sich erhoben bis an die Wolken.

10. Der HErr hat unsere Gerechtigkeit hervorgebracht: kommet, und laßt uns das Werk des HErrn unsers GOttes in Sion erzählen.

11. Schärfet die Pfeile, und füllet die Köcher: der HErr hat den Geist der Könige in Meden erweckt: sein Herz ist wider Babylon, daß er sie zerstöre, denn es ist die Rache des HErrn, die Rache seines Tempels.

12. Richtet ein Panier auf, auf den Mauren zu Babylon, stärket die Wacht, bestellet die Wächter, machet einen Hinterhalt: denn der HErr hat etwas gedacht, und er wird alles ins Werk richten, was er wider die Inwohner zu Babylon geredt hat.

13. Die du an vielen Wassern wohnest, und bist reich an Schätzen, dein Ende ist gekommen, und das Fußmaaß deiner Abschneidung.

CAPUT LI.

1. Jeremias pergit describere mala a regibus Medorum Babyloni imminentia, & ejusdem excidium. 1. II. Concurrentibus multis populis, ad plectendam crudelitatem erga captivos Judæos. 27. III. Propheta Judæos exhortatur ad fugam ex Babylone, jubetque hoc vaticinium illis prælegi ac mitti in Euphratem. 45.

1. Hæc dicit Dominus †: Ecce, ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores ejus, qui cor suum levaverunt contra me, quasi ventum pestilentem. † *Eodem An. 3409.*

2. Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram ejus: quoniam venerunt super eam undique in die afflictionis ejus.

3. Non tendat, qui tendit arcum suum, & non ascendat loricatus, nolite parcere juvenibus ejus, interficite omnem militiam ejus.

4. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus ejus.

5. Quoniam non fuit viduatus Israel & Juda a Deo suo, Domino exercituum: terra autem eorum repleta est delicto a Sancto Israel.

6. Fugite de medio Babylonis, & salvet unusquisque animam suam: nolite tacere super iniquitatem ejus: quoniam tempus ultionis est a Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei.

7. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino ejus biberunt gentes, & ideo commotæ sunt.

8. Subito *a* cecidit Babylon, & contrita est: ululate super eam, tollite resinam ad dolorem ejus, si forte sanetur. *a Isa. 21. 9. Apoc. 14. 8.*

9. Curavimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus unusquisque in terram suam: quoniam pervenit usque ad cœlos judicium ejus, & elevatum est usque ad nubes.

10. Protulit Dominus justitias nostras: venite, & narremus in Sion opus Domini Dei nostri.

11. Acuite sagittas, implete pharetras: suscitavit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens ejus est, ut perdat eam, quoniam ultio Domini est, ultio templi sui.

12. Super muros Babylonis levate signum, augete custodiam, levate custodes, præparate insidias: quia cogitavit Dominus, & fecit quæcumque locutus est contra habitatores Babylonis.

13. Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.

14. Ju-

CAPUT LI.

℣. 1. *Ecce, ego suscitabo super Babylonem quasi ventum pestilentem.* Adurentem segetes & homines, bellicum turbinem per Medos & Persas: Babylonem cum area comparat, quæ flante aquilone ventilatur.

℣. 2. *Et mittam in Babylonem ventilatores.* Darium & Cyrum. *Qui demolientur terram ejus.* Hebr. *Qui evacuabunt eam.* Pergit in allegoria ventilatorum & areæ.

℣. 3. *Non tendat, qui tendit arcum suum.* Nihil opus est, ut sagittarius intendat arcum; dabo enim Chaldæos in manus vestras vino & epulis onustos. Sic ligabo manus & pedes Chaldæorum, ut nec sagittarii arcum tendere, nec loricati se movere possint. Mystice, arcum tendit, qui, quod docet, facit. Arcus enim manibus & renibus tenditur. Greg. super Ezech. *Qui verbum Dei loquitur, prius studeat, qualiter vivat, & post ex vita sua colligat, quæ & qualia dicat: Ad hoc enim ut servetur veritas prædicandi, necessaria est altitudo vivendi.* q. d. prius debet arcus tendi, quam sagitta emitti.

℣. 5. *Non fuit viduatus Israel & Juda a Deo suo Domino exercituum.* Chald. derelictus, non fuit Juda instar viduæ destitutæ marito suo; sed Deus vindicabit injurias a Chaldæis illatas. *Eorum terra repleta est delicto.* Omni genere scelerum. *A sancto Israel.* In sanctum Israel. 70. *a sancto Israel.* Contra filios Israel Deo sanctificatos.

℣. 6. *Fugite de medio Babylonis.* Mox exscindendæ. *Nolite tacere.* Hebr. Nolite diutius quiescere in iniquitate ejus, aut manere in urbe tam perversa. Origenes: *Qui tacendo consentit iniquitati Babylonis, & non magis eam reprehendit, particeps est ejus delicti & consors vindictæ.* Applica superioribus. *Nolite tacere super iniquitatem ejus.* Hostes Chaldæorum alloquitur; iniquitas pro pœna iniquitati debita sumitur, ut sæpe in scripturis.

℣. 7. *Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians* calamitate *omnem terram.* Quam per Babylonios punivit. Fuit regnum ejus dives, quo usus est Dominus quasi flagello aliarum gentium: absynthio amarior est calix iste propter calamitates, quas propinavit gentibus.

℣. 8. *Subito cecidit Babylon.* Projecit Deus calicem in terram, & confractus est.

℣. 10. *Protulit Dominus justitias nostras.* Protulit in lucem causæ nostræ justitiam; justi eatenus fuerunt Judæi; quod cum nullam Chaldæis intulissent injuriam, crudeliter ab iis tractati sunt: Deus juste eos puniebat, Chaldæi injuste.

℣. 13. *Venit finis tuus pedalis.* Brevem imperii tui mensuram implevisti: præcisio est interitus, mensura opum pedalis est & perexigua. Ut pes aut truncus arboris excideris.

b Amos 6. 8. 14. Juravit *b* Dominus exercituum per animam suam: Quoniam replebo te hominibus quasi brucho; & super te celeuma cantabitur.

c Gen. 1. 1. 15. Qui *c* fecit terram in fortitudine sua, præparavit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos.

16. Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cœlo: qui levat nubes ab extremo terræ fulgura in pluviam fecit, & produxit ventum de thesauris suis.

17. Stultus factus est omnis homo a scientia: confusus est omnis conflator in sculptili: quia mendax est conflatio eorum, nec est spiritus in eis.

18. Vana sunt opera, & risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt.

19. Non sicut hæc pars Jacob: quia qui fecit omnia, ipse est, & Israel sceptrum hæreditatis ejus: Dominus exercituum nomen ejus.

20. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gentes, & disperdam in te regna.

21. Et collidam in te equum, & equitem ejus: & collidam in te currum, & ascensorem ejus.

22. Et collidam in te virum & mulierem: & collidam in te senem, & puerum: & collidam in te juvenem, & virginem.

23. Et collidam in te pastorem, & gregem ejus: & collidam in te agricolam, & jugales ejus: & collidam in te duces, & magistratus.

24. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum, quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.

25. Ecce, ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis universam terram: & extendam manum meam super te, & evolvam te de petris, & dabo te in montem combustionis.

26. Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait Dominus.

II. 27. Levate signum in terra: clangite buccina in gentibus, sanctificate super eam gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum.

28. Sanctificate contra eam gentes, reges Mediæ, duces ejus, & universos magistratus ejus, cunctamque terram potestatis ejus.

29. Et commovebitur terra, & conturbabitur: quia evigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, ut ponat terram Babylonis desertam & inhabitabilem.

14. Der HErr der Heerschaaren hat bey seiner Seele geschworen: Ich will dich mit Menschen füllen, als wenn es Käfer wären; und man wird ein Herbstliedlein über dich singen.

15. Der die Erde gemacht hat in seiner Stärke, und hat den Umkreiß durch seine Weisheit zubereitet, und die Himmel durch seine Vorsichtigkeit ausgespannet.

16. Wann er seine Stimme hören läßt, so mehren sich die Wasser im Himmel: der die Wolken vom Ende der Erde erhebt, und machet die Blitze im Regen, und bringet den Wind aus seinen Schätzen hervor.

17. Alle Menschen sind zu Narren worden mit ihrer Kunst: alle Schmelzer stehen in Schanden mit ihren Bildern: denn was sie gießen, ist Betrug, und ist kein Athem darinn.

18. Es sind eitle Werke, die wohl werth sind, daß man sie auslache, sie werden zur Zeit ihrer Heimsuchung umkommen.

19. Aber Jacobs Theil ist nicht wie sie: denn das ist der, so alles erschaffen hat, und Israel ist die Ruthe seiner Erbschaft: Der HErr der Heerschaaren ist sein Name.

20. Zerschlägest du mir die Kriegswaffen, so will ich durch dich die Heyden zerschlagen, und will Königreiche durch dich zerstören.

21. Durch dich will ich Roß und Reiter zerschlagen: die Wagen, und die darauf sitzen, will ich durch dich zerschmettern.

22. Ich will durch dich Mann und Weib zerschlagen: ich will durch dich Alte und Junge zerschlagen: ich will durch dich die Jünglinge und Jungfrauen zerschlagen.

23. Ich will durch dich den Hirten mit seiner Heerde zerschlagen: ich will durch dich den Ackermann mit seinen Ochsen zerschlagen: ich will durch dich die Fürsten und Obersten zerschlagen.

24. Und ich will Babylon, sammt allen, welche im Lande der Chaldäer wohnen, alle ihre Bosheit vergelten, die sie an Sion in euren Augen begangen haben, spricht der HErr.

25. Siehe, ich will an dich, du giftiger Berg, spricht der HErr, der du das ganze Land verderbest: und will meine Hand über dich ausstrecken, ich will dich von den Felsen herabwälzen, und will dich zu einem verbrannten Berge machen.

26. Man wird weder Eckstein, noch einigen Grundstein von dir nehmen, sondern du wirst ewiglich verderbt seyn, spricht der HErr.

II. 27. Richtet ein Panier auf im Lande: blaset die Posaune unter den Heyden, heiliget die Völker über sie: rufet zusammen wider sie die Könige Ararat, Menni, und Ascenez: zählet wider sie die Taphsar, führet Rosse herzu, wie die stachlichten Käfer.

28. Heiliget die Heyden wider sie, die Könige in Medenland, seine Fürsten, und alle seine Obersten, sammt dem ganzen Lande, das unter seiner Herrschaft ist.

29. Und das Land wird sich bewegen, und Leid tragen: denn der Gedanke des HErrn wird erwachen wider Babylon, daß er das Land Babylon wüste mache, damit niemand darinn wohne.

30. Die

℣. 14. *Replebo te hominibus quasi brucho* &c. Babylonem vineæ, Medos locustis comparat, imo & vindemiatoribus, qui se ad laborem mutuo excitant. *Qui levat nubes* &c. Rabanus in altiori sensu exponens ait: *Per nubes accipi prophetas & prædicatores Scriptura testatur*, dicens: *Mandavi nubibus meis, ne pluant super eam.* Sequitur: *Fulgura in pluviam fecit.* Prædicationes prophetarum fulgura sunt, cum percutiunt inimicos: pluviæ, cum devotos a peccatis diluunt, & imbrem eis salutis infundunt, unde spirituales germinent fructus.

℣. 20. *Collidis tu mihi vasa belli.* Tu mihi instar mallei fuisti hactenus ad collidendas gentes destinati: futurum pro præterito.

℣. 24. *Et reddam Babyloni.* Postquam usus ea fuero ut malleo ad contundendas gentes.

℣. 25. *Ecce, ego ad te mons pestifer.* Mons dicitur ob superbiam, pestifer ob perditionem, quam attulit gentibus. Hebr. *Vastans*, mons ob factum imperii, & murorum altitudinem. *Et evolvam te de petris.* Ejiciam te e tuis mœnibus, & propugnaculis. *Et dabo te in montem combustionis.* Quæ spiritali Babyloni potius quam materiali videntur convenire, nisi forte post multas ætates: aut certe de excidio monarchiæ Babylonicæ intelligi debent: nam de hominibus, non de lapidibus, quæ sequuntur, licet interpretari.

℣. 27. *Levate signum in tota terra: Sanctificate*, indicite bellum. *Non tollent*, nam imperium Babylonicum omnino deletum fuit. Ararat est major Armenia. *Et Menni, & Ascenez.* Vicini populi Armeniæ montosæ. *Numerate.* Contra eos conscribite milites. *Adducite equum*, crispatis pilis, quales fuisse Persarum equos testantur nonnulli.

30. Die Starken von Babylon hören auf zu streiten: sie halten sich in der Vestung: ihre Stärke ist aufgefressen, sie sind wie Weiber worden: ihre Hütten sind angezündet, und ihre Riegel sind zerbrochen.

31. Ein Läufer wird dem andern entgegen laufen, und ein Bothe wird dem andern begegnen, dem Könige von Babylon anzuzeigen, daß seine Stadt erobert sey, von einem Ende bis zum andern:

32. Und die Furthen sind eingenommen, und die See mit Feuer ausgebrannt, und die Kriegsleute sind erschrocken.

33. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel: Die Tochter Babylon ist wie eine Tenne: die Zeit ist da, daß man darauf dreschen soll: es ist noch um ein geringes, so wird die Zeit ihrer Ernte kommen.

34. Nabuchodonosor, der König von Babylon, hat mich gefressen, und verschlungen: er hat mich einem leeren Faß gleich gemacht, er hat mich verschlungen, wie ein Drache, und seinen Bauch mit meiner Zärte erfüllet, und hat mich verstoßen *. * ausgeworfen

35. Die Bosheit, so wider mich begangen ist, spricht die Inwohnerinn zu Sion: und mein Fleisch kömmt jetzt über Babylon, und mein Blut kömmt über die Inwohner in der Chaldäer Land, spricht Jerusalem.

36. Darum spricht dieß der HErr: Siehe, ich will deine Sache mit Recht ausführen, und dich an ihnen rächen: ihr Meer will ich zur Wüste machen, und ihre Wasserquellen austrocknen lassen.

37. Und Babylon soll zum Hausen werden, und zu einer Wohnung der Drachen, zum Schrecken, und zur Anpfeifung, darum, daß niemand darinn wohnet.

38. Sie werden miteinander brüllen, wie die Löwen, und werden ihre Mähnen schütteln, wie die jungen Löwen.

39. Ich will ihnen ihr Trinken in der Hitze zurichten, und sie trunken machen, daß sie in Schlaf fallen, und den ewigen Schlaf schlafen, und nicht wieder aufstehen, spricht der HErr.

40. Ich will sie wie die Lämmer zur Schlachtbank führen, und wie die Widder mit den Böcken.

41. Wie ist Sesach also erobert, und die Berühmte in aller Welt eingenommen? wie ist Babylon also zum Schrecken worden unter den Heyden?

42. Das Meer ist über Babel gegangen, und hat sie mit der Menge ihrer Wellen bedeckt.

43. Ihre Städte sind zum Schrecken worden, zu einem dürren und wüsten Lande, zum Lande, darinn niemand wohnet, und da keines Menschen Kind hindurch ziehet.

44. Ich will auch den Bel zu Babylon heimsuchen, und ihm aus dem Maule reissen, was er verschlungen hat, und es sollen die Heyden hinfüro nicht zu ihm laufen, denn die Mauren zu Babylon werden umfallen.

III. 45. Gehet heraus von ihr, mein Volk, damit ein jeglicher seine Seele erhalte vor dem grimmigen Zorne des HErrn:

46. Und damit euer Herz vielleicht nicht weich werde, und ihr verzaget für dem Geschrey, das man im Lande hören wird: denn es wird im Jahre ein Geschrey kommen, und nach diesem Jahre wird auch ein Geschrey kommen:

30. Cessaverunt fortes Babylonis a prælio: habitaverunt in præsidiis: devoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula ejus, contriti sunt vectes ejus.

31. Currens obviam currenti veniet, & nuntius obvius nuntianti, ut annuntiet regi Babylonis, quia capta est civitas ejus a summo usque ad summum:

32. Et vada præoccupata sunt, *d* & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. *d v. Supr. 50. 38.*

33. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel: Filia Babylonis quasi area: tempus trituræ ejus: adhuc modicum, & veniet tempus messionis ejus.

34. Comedit me, devoravit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, replevit ventrem suum teneritudine mea, & ejecit me.

35. Iniquitas adversum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Jerusalem.

36. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce, ego judicabo causam tuam, & ulciscar ultionem tuam: & desertum faciam mare *e* ejus, & siccabo venam ejus. *e v. Supr. 50. 38.*

37. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, & sibilus, eo quod non sit habitator.

38. Simul ut leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum.

39. In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, *f* ut sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus. *f Infr. 57.*

40. Deducam eos quasi agnos ad victimam, & quasi arietes, cum hœdis.

41. Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta universæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes?

42. Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum ejus operta est.

43. Factæ sunt civitates ejus in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra, in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis.

44. Et visitabo super Bel in Babylone, & ejiciam, quod absorbuerat de ore ejus, & non confluent ad eum ultra gentes, siquidem & murus Babylonis corruet.

III. 45. Egredimini de medio ejus populus meus, ut salvet unusquisque animam suam ab ira furoris Domini:

46. Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hunc annum

℣. 31. *Currens obviam currenti veniet.* Qui regi nuntient captam esse urbem. *A summo usque ad summum.* Hebr. Ab extremo; urbis partem extremam captam esse nuntiabunt. Tantæ enim magnitudinis urbs erat, ut captis extremitatibus, ii, qui mediam habitabant, id non adverterent, dum die festo agitarent convivia. Infr. 39. Herodot. l. 1.

℣. 32. *Et vada* Euphratis; *Præoccupata sunt.* A Persis. *Et paludes.* Hebr. arundines, quæ in locis paludibus nascuntur. *Incensæ sunt igni.* Exsiccatæ sunt paludes, quæ urbem inaccessiam hostibus faciebant.

℣. 33. *Tempus trituræ ejus.* Afflictionis. *Et veniet tempus messionis ejus.* Spoliationis rerum omnium.

℣. 34. *Replevit ventrem suum teneritudine mea.* Ærarium suum opibus meis. *Et ejecit me.* Expulit e regione mea.

℣. 35. *Iniquitas adversum me.* Qua usa est in me Babylon. *Et caro mea super Babylonem.* Cives mei a Babyloniis interfecti contra Babylonios clamant.

℣. 36. *Desertum faciam mare ejus.* Exsiccabo Euphratem, rerum omnium copia abundantem: vectigalia, negotiationem.

℣. 39. *Inebriabo eos.* Efficiam, ut vino incalescant. *Ut sopiantur.* Sopore sempiterno, postquam inebriati fuerint. *Vel inebriabo eos.* Vino iræ meæ. Mystice per potum intelligitur abundantia temporalis. Sicut medicus in calore febris non dat potum infirmo, nisi desperato: sic nec Deus in calore desiderii potum abundantiæ temporalis, nisi reprobatis. Unde Greg. *Maximum signum Divinæ reprobationis est continuus successus temporalium.*

℣. 41. *Quomodo capta est Sesach.* i. Babylon, quæ ut nonnullis videtur, deam Sesach colebat, vel Sesach est Babylon ipsa, per transmutationem litterarum Alphabeti Hebraici ordine retrogrado.

℣. 42. *Ascendit super Babylonem mare.* Hostium & malorum inundatio.

℣. 44. *Ejiciam, quod absorbuerat.* Faciam, ut evomat, quidquid comedit.

℣. 46. *Veniet in anno auditio.* Primo anno apparatus belli contra Babylonem, altero anno major accessio, tertio

auditio: & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem.

47. Propterea ecce, dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra ejus confundetur, & universi interfecti ejus cadent in medio ejus.

48. Et laudabunt super Babylonem cœli & terra, & omnia, quæ in eis sunt: quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

49. Et quomodo fecit Babylon, ut caderent occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in universa terra.

50. Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Jerusalem ascendat super cor vestrum.

51. Confusi sumus, quoniam audivimus opprobrium: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

52. Propterea ecce, dies veniunt, ait Dominus, & visitabo super sculptilia ejus, & in omni terra ejus mugiet vulneratus.

53. Si ascenderit Babylon in cœlum, & firmaverit in excelso robur suum: a me venient vastatores ejus, ait Dominus.

54. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum:

55. Quoniam vastavit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam. Et sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ, dedit sonitum vox eorum:

56. Quia venit super eam, id est, super Babylonem, prædo, & apprehensi sunt fortes ejus, & emarcuit arcus eorum: quia fortis ultor Dominus reddens retribuet.

57. Et inebriabo principes ejus, & sapientes ejus, & duces ejus, & magistratus ejus, & fortes ejus: & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen ejus.

58. Hæc dicit Dominus exercituum: Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ ejus excelsæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & disperibunt.

59. Verbum, quod præcepit Jeremias propheta, Saraiæ, filio Neriæ, filii Maasiæ, cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni ejus: Saraias autem erat princeps prophetiæ.

60. Et scripsit Jeremias omne malum, quod venturum erat super Babylonem, in libro uno, omnia verba hæc, quæ scripta sunt contra Babylonem.

61. Et dixit Jeremias ad Saraiam: Cum veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc,

62. Dices: Domine, tu locutus es contra lo-

es wird Ungerechtigkeit im Lande seyn, und ein Herrscher nach dem andern kommen.

47. Darum siehe, es kommen die Tage, daß ich die geschnitzten Abgötter zu Babylon heimsuchen werde: und ihr ganz Land soll in Schanden stehen, und alle ihre Erschlagenen sollen mitten im Lande fallen.

48. Und es werden die Himmel, sammt der Erde, mit allem, was darinnen ist, über Babylon frohlocken: denn von Mitternacht werden Räuber über sie kommen, spricht der HErr.

49. Und gleichwie Babylon die Erschlagenen in Israel gefället hat: also sollen im ganzen Lande die Erschlagenen von Babylon gefället werden.

50. So kommet nun, die ihr dem Schwerte entronnen seyd, und bleibet nicht stehen: gedenket an den HErrn in fernen Landen, und lasset euch Jerusalem zu Herzen gehen.

51. Wir sind zu Schanden worden, denn wir haben Schmach hören müssen: Scham hat unser Angesicht bedecket: denn die Fremden sind über das Heiligthum des Hauses des HErrn gekommen.

52. Darum siehe, es kommen die Tage, spricht der HErr, daß ich ihre geschnitzten Bilder heimsuchen will, und in ihrem ganzen Lande werden die Verwundeten heulen.

53. Wenn Babylon auch schon bis in Himmel hinaufstieg, und ihre Macht in der Höhe bevestigte: so sollen doch von mir ihre Verwüster kommen, spricht der HErr.

54. Man höret ein Geschrey von Babylon, und großen Jammer aus dem Lande der Chaldäer:

55. Denn der HErr hat Babylon verwüstet, und ihr großprächtig Geschrey aufhören lassen. Ihre Wellen werden brausen, wie große Wasser, und ihre Stimme wird sich überlaut hören lassen:

56. Denn der Räuber ist über sie, nämlich über Babylon, gekommen, und ihre Starken sind gefangen, und ihre Bogen sind loder worden: denn der HErr, der mächtig ist Rache zu üben, wird ihnen gewißlich ihren Lohn geben.

57. Und ich will ihre Fürsten, und ihre Weisen, und ihre Obersten, und ihre Vorsteher, und ihre Starken trunken machen: sie sollen den ewigen Tod schlafen, und nimmer aufwachen, spricht der König, der HErr der Heerschaaren ist sein Name.

58. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Die überaus dicke Mauer zu Babylon soll gewißlich untergraben werden, und ihre hohe Thore sollen mit Feuer verbrannt werden, die Arbeit der Völker soll zu nichte werden, und die Mühe der Heyden soll im Feuer zu Grund gehen.

59. Das Wort, so Jeremias der Prophet, Saraiä, dem Sohn Neriä, des Sohns Maasiä, befahl, da er mit dem Könige Sedecia gen Babylon zog, im vierten Jahre seines Königreichs: Saraias aber war der Oberste über diese Prophezeihung.

60. Und Jeremias schrieb alles Unglück, das über Babylon kommen würde, in ein Buch, nämlich alle diese Worte, die wider Babylon geschrieben sind.

61. Und Jeremias sprach zu Saraia: Wann du nun gen Babylon wirst gekommen seyn, und alle diese Worte übersehen, und gelesen haben,

62. Alsdann sollst du sagen: HErr, du hast wider diesen Ort

---

tertio demum excidium designatur. *Et dominator super dominatorem.* Cyrus contra Balthassar. Nota: Cyrum jam Anno M. 2464. voluisse oppugnare Babylonem, sed cum ad Hyndem amnem unum equorum, qui ipsis sacri erant, perdidisset, expeditionem intermisit, fluvioque in 360. alveos diducto, sequente vere 3465. conjunctis Medorum & Persarum copiis Babylonem perrexit. Herodot. Lib. 1. vid. Dan. 5.

℣. 50. *Qui fugistis gladium.* Vos ô Judæi, qui Babylonem captivi estis deportati. *Recordamini procul Domini.* Septuaginta annos. *Et Jerusalem.* Oculis vestris obversetur.

℣. 51. *Confusi sumus.* Respondent Judæi se erubescere, cum Chaldæi iis exprobrant urbis suæ & Templi excidium.

℣. 55. *Vastavit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam.* Multitudinem civium, quia occidentur omnes & magna erit solitudo, cessabit strepitus tantæ multitudinis.

℣. 59. *Verbum, quod præcepit Jeremias Propheta Saraiæ - - cum pergeret cum Sedecia rege in Babylonem.* Sept. Interpret. A Sedecia missus. *Erat Princeps prophetiæ.* Dux legationis, vel primus inter Levitas, qui Psalmos canere solebant, aut præfectus cantus; eum fuisse fratrem Baruch liquet ex iisdem utriusque parentibus. *Cum pergeret cum Sedecia.* Chald. Cum in legationem pro Sedecia 70. missus esset. Cum proficisceretur a Sedecia. *In anno quarto regni ejus.* Hoc additur, ut appareat Babylonis ruinam prædictam, ac scripto & simul conspicua actione consignatam, totis sex annis citius, quam Babylonii Jerusalem exscinderent.

℣. 60. *Omnia verba hæc.* sc. hujus ac præced. capitis, ut explicat mox verbis sequentibus 4. Reg. 24. 18. 2. Paral. 36. 11.

Ort geredt, denselbigen zu vertilgen, daß niemand seyn soll, der allda wohne, vom Menschen bis zum Vieh, und daß es eine ewige Einöde seyn soll.

63. Und wann du das Buch bis zum Ende ausgelesen hast, so sollst du einen Stein daran binden, und mitten in den Euphrat werfen:

64. Und sprechen: Also soll Babylon versenket werden, und wird sich nicht wieder aufrichten vor dem Unglück, das ich über sie bringe, sondern sie soll untergehen. Bishieher die Worte Jeremiä.

Das zwey und fünfzigste Capitel.

I. Der Prophet erzählet, wie die Stadt Jerusalem eingenommen, und der König Sedecias gefangen worden: 1. II. Der Tempel und die Stadt verheeret, und aller Zierrath des Tempels nach Babylon geführt: 12. III. Der König Joachin aus der Gefängniß sey erlöset worden. 31.

1. Sedecias war ein und zwanzig Jahre alt, da er anfieng zu regieren: und er regierte eilf Jahre zu Jerusalem: seiner Mutter Name war Amital, eine Tochter Jeremiä von Lobna.

2. Und er that Böses vor den Augen des HErrn, nach allem, was Joakim gethan hatte.

3. Denn der Grimm des HErrn war über Jerusalem und über Juda angegangen, bis er sie verwarf von seinem Angesichte: und Sedecias fiel ab vom Könige zu Babylon.

4. Es begab sich aber im neunten Jahre seines Königreichs, daß Nabuchodonosor, der König von Babylon, im zehenten Monathe am zehenten Tage des Monaths, er, und sein ganzes Heer, wider Jerusalem ankam, und die Stadt belagerte, und sie warfen rings herum Schanzen wider sie auf.

5. Und die Stadt ward belagert bis ins eilfte Jahr des Königs Sedeciä.

6. Aber im vierten Monathe, am neunten Tage des Monaths, nahm der Hunger in der Stadt überhand: und das Landvolk hatte keine Speise mehr.

7. Und die Stadt ward aufgebrochen, und alle Kriegsleute darinnen gaben die Flucht, und zogen zur Stadt hinaus bey der Nacht, durch den Weg des Thores, das zwischen zwo Mauren liegt, der zum Garten des Königs führete (die Chaldäer aber lagen ring- um die Stadt her) und sie zogen den Weg, der zur Wüste gehet.

8. Aber das Heer der Chaldäer jagte dem Könige nach: und sie ergriffen Sedeciam in der Wüste, die bey Jericho ist: und alle, die bey ihm waren, flohen davon.

9. Und als sie den König gefangen hatten, führeten sie ihn zum Könige von Babylon gen Reblatha, die im Lande Emath liegt: und er sprach das Urtheil über ihn.

10. Und der König von Babylon erwürgete die Kinder Sedeciä vor seinen Augen: auch tödtete er alle Fürsten Juda zu Reblatha.

11. Und der König von Babylon stach Sedecia die Augen aus, und band ihn mit Ketten, und führete ihn gen Babylon, und legte ihn in das Haus des Kerkers, bis auf den Tag seines Absterbens.

II. 12. Aber im fünften Monathe, am zehenten Tage des Monaths, und dieß war das neunzehente Jahr Nabuchodonosor des Königs von Babylon, kam Nabuzardan, der Feldoberste, der vor dem Könige von Babylon aufwartete, gen Jerusalem.

13. Und er zündete das Haus des HErrn an, und des Königs Haus, sammt allen Häusern zu Jerusalem, und alle große Häuser verbrannte er mit Feuer.

14. Und das ganze Kriegsheer der Chaldäer, so bey dem Feldobersten war, brach die ganze Mauer ab, die um Jerusalem war.

cum istum, ut disperderes eum, ne sit, qui in eo habitet ab homine usque ad pecus, & ut sit perpetua solitudo.

63. Cumque compleveris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & projicies illum in medium Euphraten:

64. Et dices: Sic submergetur Babylon, & non consurget a facie afflictionis, quam ego adduco super eam, & dissolvetur. Hucusque verba Jeremiæ.

CAPUT LII.

I. Prædicta comprobavit eventus, quando Jerusalem capta, & Sedecias vinctus in Babylonem ductus est. 1. II. Incenso templo, palatio, caterisque domibus, omnes in Babylonem præter paucos vinitores & agricolas translati sunt. 12. III. Rex Joachin post 37. annos de carcere eductus exaltatur. 31.

1. Filius viginti & unius anni erat Sedecias, cum regnare cœpisset †: & undecim annis regnavit in Jerusalem: & nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ de Lobna. † *Anno M. 3414. Ante Chr. 590.*

2. Et fecit malum in oculis Domini, juxta omnia, quæ fecerat Joakim.

3. Quoniam furor Domini erat in Jerusalem & in Juda, usquequo projiceret eos a facie sua: & recessit Sedecias a rege Babylonis.

4. Factum *a* est autem in anno nono regni ejus, in mense decimo, decima mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus ejus adversus Jerusalem, & obsederunt eam, & ædificaverunt contra eam munitiones in circuitu. *a* 4. *Reg.* 25. 1. *Supra* 39. 1.

5. Et fuit civitas obsessa usque ad undecimum annum regis Sedeciæ.

6. Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames civitatem: & non erant alimenta populo terræ.

7. Et dirupta est civitas, & omnes viri bellatores ejus fugerunt, exieruntque de civitate nocte, per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus urbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum.

8. Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciam in deserto, quod est juxta Jericho: & omnis comitatus ejus diffugit ab eo.

9. Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum judicia.

10. Et jugulavit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis ejus: sed & omnes principes Juda occidit in Reblatha.

11. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in domo carceris usque ad diem mortis ejus.

II. 12. In mense autem quinto, decima mensis † ipse est annus nonus decimus Nabuchodonosor regis Babylonis, venit Nabuzardan princeps militiæ, qui stabat coram rege Babylonis in Jerusalem. † *Initio Ann. M. 3416. Ante Chr. 588.*

13. Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Jerusalem, & omnem domum magnam igni combussit.

14. Et totum murum Jerusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magistro militiæ.

15. Do

CAPUT LII.

℣. 1. *Filius viginti & unius anni erat Sedecias.* Hebraismus: natus erat 21. annos.

℣. 9. *Adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath.* In tribu Nephthali, aut forte in Syria. Nam Reblatha postea dicta est Antiochia.

℣. 12. *In mense autem quinto, decima mensis -- venit Nabuzardan princeps militiæ.* 4. Reg. 25. dicitur Nabuzardan venisse die septimo: nam die 7. e Reblatha discessit, & tertio post die venit Jerusalem.

℣. 13. *Et incendit.* Ipso die Sabbati, postquam a Salomone condi cœpta est anno 424. mensibus 3. & diebus 8.

15. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanserat in civitate, & de perfugis, qui transfugerant ad regem Babylonis, & cæteros de multitudine transtulit Nabuzardan princeps militiæ.

16. De pauperibus vero terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas.

17. Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

18. Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea, quæ in ministerio fuerant, tulerunt: &

19. Hydrias, & thymiamateria, & urceos, & pelves, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea, & quotquot argentea, argentea, tulit magister militiæ:

20. Et columnas duas, & mare unum, & vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus, quos fecerat rex Salomon in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorum.

21. De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna una, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porro grossitudo ejus quatuor digitorum, & intrinsecus cava erat.

22. Et capitella super utramque ærea altitudo capitelli unius quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ secundæ, & malogranata.

23. Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: & omnia malogranata centum, retiaculis circumdabantur.

24. Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres custodes vestibuli.

25. Et de civitate tulit eunuchum unum, qui erat præpositus super viros bellatores: & septem viros de his, qui videbant faciem regis, qui inventi sunt in civitate: & scribam principem militum, qui probabat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ, qui inventi sunt in medio civitatis.

26. Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ, & duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha.

27. Et percussit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & translatus est Juda de terra sua.

28. Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo † Judæos tria millia & viginti tres:

† *Regni sui Ann. M.* 3404.

29. In anno octavo decimo Nabuchodonosor de Jerusalem animas octingentas triginta duas:

30. In anno vigesimo tertio † Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan, magister militiæ, animas Judæorum septingentas quadraginta quinque: omnes ergo animæ, quatuor millia sexcentæ.

† *Ann. M.* 3420. *Ante Chr.* 584.

15. Aber von den armen Leuten, und von dem übrigen Volke, so in der Stadt geblieben war, und von den Uebergelaufenen, welche zum Könige von Babylon gefallen waren, und die anderen vom gemeinen Haufen, führete Nabuzardan der Feldoberste, gefänglich hinweg.

16. Jedoch von dem armen Landvolke ließ Nabuzardan, der Feldoberste, Weingärtner, und Ackerleute bleiben.

17. Auch zerbrachen die Chaldäer die ährine Saulen, die im Hause des HErrn waren, sammt den Füßen, und dem ährinen Meere im Hause des HErrn, und führeten alles Aerz davon gen Babylon.

18. Sie nahmen auch hinweg die Häfen, und Fleischkreuel *, Singgezeug, und die Schalen, und die Mörser, und alle ährine Geschirre, die im Dienste gebraucht waren: * Fleischgabel.

19. Dazu die Wasserkrüge, und Weihrauchsfässer, und Kannen, und Becken, und Leuchter, und Mörser, und Becher: alles, was golden und silbern war, nahm der Feldoberste hinweg:

20. Auch die zwo Säulen, das Meer, die zwölf ährine Rinder, so unter den Füßen waren, die der König Salomon im Hause des HErrn gemacht hatte: das Aerz von allen diesen Dingen war nicht zu wägen.

21. Von den Säulen aber war eine Säule achtzehen Elen hoch, und eine Schnur von zwölf Elen mochte sie umgeben: vier Finger war sie dick, und war inwendig hohl.

22. Und das Capital auf beyden Säulen war von Aerz: ein Capital war fünf Elen hoch: und die Reife mit den Granatäpfeln waren oben an der Krone rings herum alles von Aerz gemacht. Also war auch die andere Säule, mit den Granatäpfeln.

23. Und der Granatäpfel, die daran hiengen, waren sechs und neunzig: aber aller Granatäpfel an den Reifen rings herum waren hundert.

24. Und der Feldoberste nahm Saraia, den fürnehmsten Priester, und Sophonia, den nächsten Priester nach ihm, und drey Thorhüter.

25. Auch nahm er einen Kämmerling aus der Stadt, der über die Kriegsleute gesetzt war: und sieben Männer, von denen, die des Königs Angesicht sahen, welche in der Stadt gefunden wurden: und den fürnehmsten Schreiber über die Kriegsleute, der die Ungeübten zum Kriege anführete: und sechszig Männer vom Landvolke, die man in der Stadt fand.

26. Und Nabuzardan, der Feldoberste, nahm dieselbigen, und führete sie zum Könige von Babylon gen Reblatha.

27. Und der König von Babylon erschlug und tödtete sie zu Reblatha im Lande Emath: und Juda ward aus seinem Lande hinweggeführet.

28. Dieß ist das Volk, so Nabuchodonosor hinweggeführet hat: Im siebenten Jahre, dreytausend, drey und zwanzig Juden:

29. Im achtzehenten Jahre des Nabuchodonosor, von Jerusalem achthundert, zwey und dreyßig Seelen:

30. Im drey und dreyßigsten Jahre des Nabuchodonosor, führete Nabuzardan, der Feldoberste, von Juden hinweg siebenhundert, fünf und vierzig Seelen: ist demnach die Zahl aller Seelen viertausend, und sechshundert.

III. 31. Und

℣. 18. *Et lebetes & creagras* sc. tulerunt: creagræ sunt fuscinulæ, quibus carnes e lebete extrahebantur, vel fartagines.

℣. 23. *Malogranata nonaginta sex.* Erant centum; sed aliqua aspicientes latebant.

℣. 28. *Quem* i. populum *transtulit Nabuchodonosor: in anno septimo.* Sub finem anni septimi, & initium octavi, ut dicitur 4. Reg. 24. ubi decem millia numerantur: hoc loco recensentur ii tantummodo, qui erant de tribu Juda; in libro 4. Reg. captivi recensentur ex universa regione, ubi multi erant ex aliis tribubns.

℣. 29. *In anno octavo decimo -- animas octingentas triginta duas.* Hic illustriores tantum recensentur, ut liquet ex citato loco Regum. *Transtulit Nabuchodonosor omnem Jerusalem, & universos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captivitatem.* Ubi decem millia ad fortes & illustres referuntur.

℣. 30. *In anno vigesimo tertio -- transtulit Nabuzardan animas Judæorum septingentas quadraginta quinque.* Annus ille designatur, quo Nabuchodonosor vicina quæque regna occupavit, & Judæos, qui partim eo confugerant, partim in vicinis Judææ locis hæserant, Babylonem abduxit, idque post necem Godoliæ, & Ægyptum debellatam. In hac extrema desolatione, quæ terram penitus incultam reliquit, iniquitatis Israel, a Juda sejuncti, 390. & Judæ 40. anni terminantur Ezech. c. 4. præmonstrati. Nonnulli existimant hoc caput additum esse a Baruch, & idem est cum capite ultimo l. 4. Regum. Addit Baruch exaltationem Jechoniæ, quæ contigit post mortem Jeremiæ & Nabuchodonosor.

III. 31. Und es trug sich zu im sieben und dreyßigsten Jahre der Gefängniß Joachin, des Königs Juda, im zwölften Monathe, am fünf und zwanzigsten Tage des Monaths, daß Evilmerodach, der König von Babylon, im ersten Jahre seines Königreichs, das Haupt Joachin, des Königs Juda, erhob, und ihn aus dem Hause des Kerkers heraus führete.

32. Und er redete freundlich mit ihm, und setzte seinen Stuhl über den Stuhl der Könige, welche bey ihm zu Babylon waren.

33. Und er veränderte ihm die Kleider seiner Gefängniß, und er aß das Brod stäts vor ihm alle die Tage seines Lebens.

34. Und seine Speise ward ihm zum stätigen Unterhalte vom Könige zu Babylon gegeben, und verordnet für alle Tage, bis auf den Tag, daß er starb, all sein Lebenlang.

III. 31. Et factum est in trigesimo septimo † anno transmigrationis Joachin, regis Juda, duodecimo mense, vigesima quinta mensis, elevavit Evilmerodach, rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Joachin, regis Juda, & eduxit eum de domo carceris. † *Ann. M.* 3442. *Ante Chr.* 562.

32. Et locutus est cum eo bona, & posuit thronum ejus super thronos regum, qui erant post se in Babylone.

33. Et mutavit vestimenta carceris ejus, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ.

34. Et cibaria ejus cibaria perpetua dabantur ei a rege Babylonis, statuta per singulos dies, usque ad diem mortis suæ, cunctis diebus vitæ ejus.

THRENI,

Das ist:

Die Klage Jeremiä, des Propheten.

Und es begab sich, nachdem Israel in die Gefängniß gebracht, und Jerusalem wüste gelassen worden, daß Jeremias der Prophet saß, und weinete, und führte diese Klage zu Jerusalem, und er seufzete mit leidigem Herzen, wehklagend, und sprach:

Das erste Capitel.

I. Klage über Jerusalem, und gegenwärtiges Verderben der Stadt, und des Tempels. 1. II. Klage über die Dienstbarkeit, in welche sie durch die Sünde gerathen. 8. III. Gebeth zu GOtt, um Beystand und Errettung. Diese Thränen sind ein Fürbild der Zähren, so Christus über Jerusalem vergossen. Luc. 19. v. 41.

Aleph.

Wie sitzt die Stadt so einsam, die voll Volkes war: sie ist gleich wie eine Wittwe worden, die Herrscherinn der Heyden: die Fürstinn über die Lande ist zinßbar worden.

Beth.

2. Des Nachts weinet sie ohne Aufhören, und ihre Thränen laufen ihr über die Wangen: es ist niemand von allen ihren Lieben, der sie tröste: alle ihre Freunde haben sie verachtet, und sind ihre Feinde worden.

Ghimel.

3. Juda ist hinweggezogen von wegen des Elends, und schweren Dienstbarkeit: er wohnet unter den Heyden, und findet keine Ruhe: alle ihre Verfolger haben sie in Aengsten ergriffen.

Daleth.

4. Die Straßen Sion trauren, dieweil keine Leute sind, die auf das Fest kommen: alle ihre Thore sind zerstöret: ihre Priester seufzen: ihre Jungfrauen sind übel gestaltet, und sie ist mit Bitterkeit überfallen.

He.

5. Ihre Feinde sind ihr zum Haupte worden, und ihre

THRENI,

ID EST:

LAMENTATIONES JEREMIÆ PROPHETÆ.

Et factum est, postquam in captivitatem redactus est Israël, & Jerusalem deserta est, sedit Jeremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Jerusalem, & amaro animo suspirans, & ejulans dixit:

CAPUT I.

I. Plangit prophetа desolationem Jerosolymæ ac templi. v. II. Defert civium peccata & servitutem. 8. III. Deum obsecrat pro eorum liberatione. Sic allegorice Christus peccata & calamitates Solymæ & nostras deplorat. Luc. 19. 41.

ALEPH.

Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo.

BETH.

2. Plorans *a* ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus: non est, qui consoletur eam ex omnibus charis ejus: omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici. *a Jerem.* 13. 17.

GHIMEL.

3. Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitutis: habitavit inter gentes, nec invenit requiem: omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

DALETH.

4. Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem: omnes portæ ejus destructæ: sacerdotes ejus gementes: virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

HE.

5. Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus

---

†. 31. *Vigesima quinta mensis.* Juxta 4. Reg. c 25. v. 27. vigesima septima mensis. *Ipso anno regni sui* primo.
†. 33. *Comedebat panem coram eo.* I. in aula ejus.

Et factum est -- sedit Jeremias propheta &c. Hæc verba leguntur in Græca versione LXX. Interpretum, sed non in Hebræis fontibus.

CAPUT I.

†. 1. *Quomodo sedet sola civitas.* Deserta a civibus; jacet prostrata. *Domina gentium.* Hoc ipsum est, quod plena populo, orbata est civibus; quæque Moabitis & Ammonitis imperabat, *facta est sub tributo.*

†. 2. *Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis ejus.* Hoc fuit gravius, quod etiam ab amicis fuit destituta: quia ut dicit Boetius: *Maxime desiderabile est omnium bonorum hujus vitæ, habere aliquem amicum, cum quo omnia ut tecum ipso loqui possis.* In sensu morali, totum caput Hugo Card. exponit de anima nostra.

†. 3. *Migravit Judas propter afflictionem.* De iis loquitur, qui fugerunt in Ægyptum, & ad alias gentes. *Et multitudinem servitutis.* Ob nimiam ejus servitutem. *Habitavit inter gentes.* Apud Ægyptios. *Inter angustias.* Nam fugere non poterant.

†. 4. *Viæ Sion lugent*, i. videntur lugere *eoquod* non frequententur. *Eoquod non sint, qui veniant ad solemnitatem.* Ad festa celebranda in templo.

†. 5. *Facti sunt hostes ejus in capite.* Facti sunt superiores, phrasi Hebraica, facti sunt in caput. Hostibus suis serviunt; quod est acerbissimum.

ejus locupletati sunt: quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus: parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.

VAU.

6. Et egressus est a filia Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

ZAIN.

7. Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ, & prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat a diebus antiquis, cum caderet populus ejus in manu hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata ejus.

HETH.

II. 8. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est: omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus: ipsa autem gemens conversa est retrorsum.

TETH.

9. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, non habens consolatorem: vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

JOD.

10. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus: quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in ecclesiam tuam.

CAPH.

11. Omnis populus ejus gemens, & quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis.

LAMED.

12. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiavit me, ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

MEM.

13. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me: expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.

NUN.

14. Vigilavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus convolutæ sunt, & impositæ collo meo: infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

SAMECH.

15. Abstulit omnes magnificos meos Do-

Widersacher sind reich worden: denn der HErr hat über sie geredt, von wegen ihrer vielfältigen Uebertretung: ihre kleinen Kinder sind vor dem Angesichte des Plagenden gefänglich hingeführet.

Vau.

6. Der Tochter Sion ist alle ihre Zierde vergangen: ihre Fürsten sind worden wie die Widder, die keine Weyde funden: und sie sind kraftlos hingezogen vor dem Angesichte des Treibers.

Zain.

7. Jerusalem gedenket an die Tage ihrer Trübsal, und an ihre Uebertrettung, an alle ihre Lust, die sie von Alters her gehabt, dieweil ihr Volk dem Feinde in die Hände gefallen ist, und ist kein Helfer da: ihre Feinde sehen sie, und treiben den Spott mit ihren Sabbathen.

Heth.

II. 8. Jerusalem hat eine große Sünde begangen, darum ist sie unstät worden: alle, die sie ehreten, verachteten sie jetzt, denn sie sahen ihre Schaam: sie aber hat geseufzet, und hat sich umgewendet.

Teth.

9. Ihre Unreinigkeit klebet an ihren Füßen, und sie hat an ihr Ende nicht gedacht: sie ist tief gestürzt, und hat keinen Tröster: HErr, siehe meine Trübsal an, denn der Feind hat sich erhoben.

Jod.

10. Ueber alle ihre erwünschte Schätze hat der Feind seine Hand gelegt *: denn sie hat gesehen, daß die Heyden in ihr Heiligthum gegangen sind, von welchen du befohlen hattest, daß sie in deine Gemeinde nicht kommen sollten. * ausgestreckt.

Caph.

11. All ihr Volk seufzet, und suchet das Brod: sie gaben alle köstliche Kleinodien um Speise, ihre Seele zu erquicken. O HErr! siehe doch, und merke, ich bin in Verachtung gekommen.

Lamed.

12. O ihr alle, die ihr auf dem Wege vorübergehet, merket, und sehet, ob irgend ein Schmerz sey, gleichwie mein Schmerz: denn er hat mich abgelesen, wie die Trauben, wie der HErr am Tage seines grimmigen Zornes geredt hat.

Mem.

13. Er hat aus der Höhe ein Feuer in meine Gebeine gesandt, und hat mich gezüchtiget: meinen Füßen hat er ein Netz ausgespannet, und hat mich zurück gestoßen: er hat mich trostlos gemacht, und den ganzen Tag mit Trauren abgemattet.

Nun.

14. Das Joch meiner Sünden ist erwachet *: sie sind in seiner Hand zusammen gewickelt, und auf meinen Hals gelegt; meine Kraft hat abgenommen: der HErr hat mich einer Hand übergeben, aus welcher ich nicht werde aufkommen können. * ist angekommen.

Samech.

15. Alle meine herrliche Leute hat der HErr von mir hinweg-

℣. 6. *Egressus est a filia Sion omnis decor ejus.* Ablatus est, dominati sunt Chaldæi. Rex & principes in captivitatem abierunt, velut arietes huc illuc errantes, & debiles. Principes seu superiores debent esse velut arietes fortes, habentes duo cornua sc. scientiæ & bonæ vitæ: vel utriusque testamenti doctrina debent adversarios posse ventilare. Unde Greg. in pastorali c. 6. *Sit prælatus bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum justitiæ sit erectus.*

℣. 7. *Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ.* Seu cladis, quam jam acceperat a Chaldæis. *Omnium desiderabilium.* Ornamentorum templi, urbis, quibus jam nudata est. In diebus afflictionis suæ recordata est prosperitatis antiquæ. *Et prævaricationis.* Peccatorum suorum; sed conversionem suam ad Deum nimis distulit.

℣. 8. *Peccatum peccavit Jerusalem.* Graviter, assidue & perseveranter peccavit, ut expectans expectavi. *Propterea instabilis facta est.* Nullam certam sedem habens, instar honestæ matronæ. *Conversa est retrorsum.* Præ pudore.

℣. 9. *Sordes ejus in pedibus ejus.* Loquitur de Jerusalem, ut de muliere menstruata, vel impudica, quæ ignominiam suam non absconderat. *Finis sui.* Adeo luctuosi, & tristis. *Deposita est vehementer.* Hebr. & 70. Descendit mirabiliter, cecidit gravissima ruina. *Vide Domine.* Apostrophe ad Deum. *Quoniam erectus est.* Effert se insolenter hostis.

℣. 10. *Vidit gentes ingressas in Sanctuarium suum.* Ut profanarent illud, quod Ezechiel exprobrat cap. 44.

℣. 13. *De excelso misit ignem.* Quo urbem & templum incenderunt hostes. *Erudivit me; expandit rete.* Ut nullum mihi paterer effugium. *Convertit me retrosum.* E fuga reduxit me.

℣. 14. *Vigilavit jugum.* Acceleratum est jugum iniquitatum mearum, pondus supplicii mei. *In manus ejus.* Dei. *Convolutæ sunt.* Pœnæ iniquitatum, catena contexta est, & imposita collo meo.

℣. 15. *Abstulit omnes magnificos meos Dominus.* Quasi racemos principes meos. *Vocavit adversus me tempus.* A se præstitutum punitioni meæ. *Torcular.* In torculari divinæ vindictæ pœnas peccatis nostris debitas expressit, ut vinum amarissimum.

hinweggenommen: er hat eine Zeit wider mich ausgerufen, meine Auserwählten zu vertilgen: der HErr hat der Jungfrau, der Tochter Juda, die Kälter getretten.

Ain.

16. Darum weine ich, und meine Augen fließen mit Wasser: denn der Tröster ist weit von mir, der meine Seele erquicke: meine Kinder sind verderbet worden, denn der Feind hat überhand genommen.

Phe.

17. Sion hat ihre Hände ausgestreckt, und ist doch niemand, der sie tröste: denn der HErr hat wider Jacob rings umher die Feinde aufgebothen: Jerusalem ist unter ihnen worden, wie ein unrein mondsüchtiges Weib.

Sade.

18. Der HErr ist gerecht, denn ich habe seinen Mund zum Zorn gereizet: höret doch alle Völker, und sehet meinen Schmerzen: meine Jungfrauen, und meine Jünglinge sind ins Gefängniß gegangen.

Coph.

19. Ich habe meine Freunde angerufen, und sie haben mich betrogen: meine Priester, und meine Alten sind in der Stadt verschmachtet: denn sie haben für sich Speise gesucht, ihre Seele zu laben.

Resch.

III. 20. Siehe doch, o HErr! denn ich bin bedrängstiget, das Innerste meines Leibes ist erschüttert: mein Herz hat sich in mir umgewendet, denn ich bin mit Bitterkeit erfüllt. Draußen würget das Schwert, und daheim ist der Tod eben wohl.

Sin.

21. Sie haben mich hören seufzen, und ist doch niemand, der mich tröste: alle meine Feinde haben mein Unglück gehöret, sie haben sich erfreuet, dieweil du es gethan hast: du wirst den Tag des Trostes herzuführen, und sie sollen mir gleich werden.

Thau.

22. Laß alle ihre Bosheit vor dich kommen: und löse sie dergestalt ab, wie du mich von wegen aller meiner Missethaten abgelöset hast: denn meines Seufzens ist viel, und mein Herz ist bekümmert.

Das zweyte Capitel.

Der Prophet beweinet die Zerstörung der Stadt, und des Tempels, durch die Chaldäer, in Erinnerung der vorigen Herrlichkeit, beyder, der Stadt, und des Tempels.

Aleph.

1. Wie hat der HErr die Tochter Sion in seinem Grimm mit Finsterniß bedecket? er hat die edle Tochter Israel vom Himmel auf die Erde geworfen, und hat am Tage seines Grimms an seinen Fußschemel nicht gedacht.

Beth.

2. Der HErr hat alle schöne Wohnungen Jacobs niedergerissen, und hat ihrer nicht verschont: er hat die Vestungen der Jungfrau Juda in seinem Grimme zerstöret, und zu Boden geworfen: das Königreich, sammt ihren Fürsten, hat er entweihet *. * unrein gemacht

Ghimel.

3. Er hat das ganze Horn * Israel in seinem grimmigen Zorne zerbrochen: seine rechte Hand hat er abgewendet, und zurück gezogen vor dem Angesichte des Feindes: er hat in Jacob ein Feuer angezündet, dessen Flamme rings um sich frißt. * alle Stärke

minus de medio mei: vocavit adversum me tempus, ut contereret electos meos: torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda.

AIN.

16. Idcirco *b* ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longe factus est a me consolator, convertens animam meam: facti sunt filii mei perditi, quoniam invaluit inimicus. *b* Jerem. 14. 17.

PHE.

17. Expandit Sion manus suas, non est, qui consoletur eam: mandavit Dominus adversum Jacob in circuitu ejus hostes ejus: facta est Jerusalem quasi polluta menstruis inter eos.

SADE.

18. Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavi: audite, obsecro, universi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & juvenes mei abierunt in captivitatem.

COPH.

19. Vocavi amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, & senes mei in urbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi, ut refocillarent animam suam.

RESCH.

III. 20. Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Foris interficit gladius, & domi mors similis est.

SIN.

21. Audierunt, quia ingemisco ego, & non est, qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

THAU.

22. Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAPUT II.

Altero alphabeto plangit urbis & templi excidium, revocans memoriam pristini splendoris & gloriæ, quam habuerunt.

ALEPH.

1. Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion? projecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

BETH.

2. Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Juda, & dejecit in terram: polluit regnum, & principes ejus.

GHIMEL.

3. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel: avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici: & succendit in Jacob quasi ignem flammæ devorantis in gyro.

DALETH.

℣. 16. *Longe factus est a me consolator convertens animam meam.* Reducens ad statum lætitiæ. Chald. sustentans vel quasi abeuntem revocans.

℣. 17. *Facta est Jerusalem, quasi polluta menstruis.* Ut omnibus foret horrori.

℣. 20. *Foris interficit gladius, & domi mors similis est.* Similiter grassatur, quia fames obsessos magna ex parte absumet.

℣. 21. *Adduxisti diem consolationis.* Cum tempus consolationis venerit, tum mei similes futuri sunt.

℣. 22. *Vindemia.* Spolia & adduc *eos*, e patrio solo in captivitatem: prophetice loquitur, & quid futurum sit, ut justam ultionem exerceat Deus. *Percute*, percuties.

CAPUT II.

℣. 1. *Quomodo obtexit caligine Dominus filiam Sion?* Quomodo Deus splendorem Sion obduxit? *Scabelli pedum suorum.* Arcæ fœderis: nam propter arcam sæpius pepercerat populo, nec amplius ex ea dedit responsa: tametsi ex 2. Mach. 2. jussit Deus transferri in montem sanctum: sed Deus ejus non est recordatus, nisi ut eam occultaret in monte Nebo.

℣. 2. *Polluit regnum & principes* i. abjecit, ut rem pollutam & profanam: tradidit gentibus profanis polluendum, quod erat sanctum. Mystice regnum est rationis imperium, principes sunt sensus sub eo militantes. regnum ergo polluitur, quando ratio, cujus est regere sensus, peccato consentit. Principes polluuntur, dum sensus exequuntur operando turpitudinem, cui ratio consentit.

℣. 3. *Avertit retrorsum dexteram suam.* Subduxit auxilium suum.

DALETH.

4. Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne, quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

5. Factus est Dominus velut inimicus: præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia ejus: dissipavit munitiones ejus, & replevit in filia Juda humiliatum & humiliatam.

VAU.

6. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem, & sabbatum: & in opprobrium, & in indignationem furoris sui, regem, & sacerdotem.

ZAIN.

7. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium ejus: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

HETH.

8. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam a perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

TETH.

9. Defixæ sunt in terra portæ ejus: perdidit, & contrivit vectes ejus: regem ejus & principes ejus in gentibus: non est lex, & prophetæ ejus non invenerunt visionem a Domino.

JOD.

10. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: conspersérunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abjecerunt in terram capita sua virgines Jerusalem.

CAPH.

11. Defecerunt præ lacrymis oculi mei: conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra jecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus, & lactens in plateis oppidi.

LAMED.

12. Matribus suis dixerunt: Ubi est triticum & vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis: cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

MEM.

13. Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Jerusalem? cui exæquabo te, & consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

NUN.

14. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas, & ejectiones.

SAMECH.

15. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilaverunt, & moverunt caput suum super filiam Jerusalem:

Daleth.

4. Er hat seinen Bogen gespannt, wie ein Feind, und seine rechte Hand stark gemacht, wie ein Widerwärtiger: alles hat er getödtet, was in der Hütte der Tochter Sion schön anzusehen war, und hat seinen Zorn wie Feuer ausgeschüttet.

He.

5. Der HErr ist wie ein Feind worden: er hat Israel gestürzt, und alle seine Mauren zu Boden geworfen: seine Vestungen hat er zerrissen, und hat in der Tochter Juda Mann und Weib mit Elend erfüllet.

Vau.

6. Er hat sein Gezelt wie einen Garten zerrissen, und seine Hütte abgebrochen: der HErr hat in Sion die Festtage, und den Sabbath in Vergessenheit gebracht: und hat den König, und den Priester in Schmach, und in seinen grimmigen Zorn fallen lassen.

Zain.

7. Der HErr hat seinen Altar verworfen, und sein Heiligthum verflucht: seine Mauren und Thürne hat er in des Feindes Hand übergeben: sie haben im Hause des HErrn ein Geschrey gemacht, wie am hohen Festtage.

Heth.

8. Der HErr hat gedacht, die Mauren der Tochter Sion niederzureissen: er hat seine Schnur gespannt, und hat seine Hand vom Verderben nicht zurück gezogen: die Vormauer ist kläglich anzusehen, und die Mauer ist zugleich eingerissen.

Teth.

9. Ihre Thore liegen tief in der Erde: ihre Riegel hat er verderbt, und zerbrochen: ihren König, und ihre Fürsten unter den Heyden: es ist kein Gesetz mehr, und ihre Propheten finden kein Gesicht vom HErrn.

Jod.

10. Die Aeltesten von der Tochter Sion sitzen auf dem Erdboden, und schweigen still: sie haben ihre Häupter mit Asche bestreuet, und sind mit härinen Kleidern umgürtet, die Jungfrauen von Jerusalem haben ihre Häupter zur Erde gelenket.

Caph.

11. Meine Augen haben von Weinen abgenommen: mein Ingeweid ist erschrocken: meine Leber ist über das Elend der Tochter meines Volks auf die Erde ausgeschüttet, da die kleinen Kinder und Säuglinge auf den Gassen der Stadt verschmachteten.

Lamed.

12. Sie sprachen zu ihren Müttern: Wo ist Korn und Wein? da sie auf den Gassen der Stadt vergiengen, gleichwie die Verwundeten: da sie auf der Schoos ihrer Mütter den Geist aufgaben.

Mem.

13. Mit wem soll ich dich vergleichen? oder wem soll ich dich ähnlich achten, du Tochter Jerusalem? gegen wem soll ich dich rechnen, damit ich dich trösten möge, o Jungfrau, du Tochter Sion? denn dein Elend ist groß, wie das Meer: wer wird dir helfen können?

Nun.

14. Deine Propheten haben dir betrügliche, und närrische Gesichte gesehen, und haben dir deine Missethat nicht offenbaret, damit sie dich zur Buße bewegten: sondern sie haben dir falsche Gesichte vorgebracht, dadurch du aus dem Lande bist verstoßen worden.

Samech.

15. Alle, die auf dem Wege vorübergehen, schlagen über dich die Hände zusammen: sie pfeifen, und schütteln ihren Kopf über die Tochter Jerusalem, und sprechen:

Ist

℣. 5. *Et replevit* calamitatibus *in filia Juda humiliatum & humiliatam*, q. d. viros & fœminas, omnes sine diserimine.

℣. 6. *Dissipavit quasi hortum.* Chald. eradicavit *tentorium*, Jerusalem vel templum. *Suum - oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem.* Fecit, ut homines oblivisserentur festivitatum.

℣. 7. *Vocem dederunt in domo Domini.* Vocem lætitiæ dederunt in templo inimici.

℣. 8. *Tetendit funiculum suum.* Designavit demolitionem ejus. *Luxit antemurale.* Solo æquatum est.

℣. 11. *Effusum est in terram jecur meum.* sc. viscera, est hyperbole q. d. spem omnem despond.

℣. 14. *Prophetæ tui - viderunt tibi assumptiones*, prophetias *falsas, & ejectiones* sc. falsas hostium expulsiones. *Nec aperiebant iniquitatem tuam.* Lactaverunt te potius promittentes bona. Greg. *Qui præmium justi peccatori promittit, iniquitatem illius, ne ab ipso videatur, abscondit: sed qui justificat impium, & condemnat justum, iniquior est: uterque tamen abominabilis est apud Deum.*

Ist das die Stadt von vollkommener Schönheit, eine Freude des ganzen Landes?

Phe.

16. Alle deine Feinde sperren ihr Maul über dich auf: sie pfeifen, und beissen die Zähne aufeinander, und sprechen: Wir wollen sie auffressen: siehe, dieß ist der Tag, darauf wir gewartet haben: wir haben ihn gefunden, wir haben ihn gesehen.

Ain.

17. Der HErr hat gethan, was er gedacht hat, er hat sein Wort erfüllet, so er von alten Tagen her befohlen hat: er hat zerstöret, und nicht verschonet: deinen Feind hat er über dich erfreuet, und das Horn deiner Widerwärtigen erhöhet.

Sade.

18. Ihr Herz rief zum HErrn über die Mauren der Tochter Sion: Laß Tag und Nacht Thränen, gleich einem Bache, herausfließen: ruhe nicht, und laß deinen Augapfel nicht aufhören.

Coph.

19. Stehe auf, rufe des Nachts, wenn die Wacht angehet: schütte dein Herz wie Wasser aus vor dem Angesichte des HErrn: hebe deine Hände zu ihm hinauf für die Seele deiner kleinen Kinder, welche auf allen Ecken der Gassen von Hunger vergehen.

Resch.

20. Siehe doch, o HErr, und bedenke, wen du also wie Trauben abgelesen hast: sollen dann die Weiber ihre eigene Frucht essen; junge Kinder, die einer Spanne lang? soll man also im Heiligthum des HErrn die Priester und Propheten tödten?

Sin.

21. Die jungen Kinder sammt den Alten lagen draußen auf der Erde: meine Jungfrauen, und meine Jünglinge sind durch das Schwert gefallen: du hast sie am Tage deines Grimms getödtet: hast sie erschlagen, und dich nicht über sie erbarmet.

Thau.

22. Die Völker, so mich schrecken sollten, hast du rings herum zusammen berufen, wie zu einem Festtage, und war keiner am Tage des Zorns des HErrn, der entrinnen, und überbleiben möchte: die ich erzogen, und ernähret habe, die hat mein Feind aufgerieben.

Das dritte Capitel.

Jeremias beklaat mit einem dreyfachen Alphabet ein dreyfaches Uebel: sein Uebel, so ihm seine Mitbürger in währender Belagerung; das Uebel, so die Chaldäer der Stadt Jerusalem haben angethan. Alle Drangsal Christi: denn Jeremiä Drangsal ist ein Fürbild des Leidens Christi, und seiner heiligen Martyrer.

Aleph.

1. Ich bin der Mann, der sein Elend siehet, unter der Ruthe seines Grimms.

Aleph.

2. Er hat mich getrieben, und in die Finsterniß geführet, und nicht in das Licht.

Aleph.

3. Er hat wider mich allein den ganzen Tag seine Hände gewendet, und umgewendet.

Beth.

4. Meine Haut und mein Fleisch hat er alt gemacht, meine Gebeine hat er zermalmet*. *zerknirschet

Beth.

5. Er hat rings um mich her gebauet, und mich mit Galle, und Mühe umgeben.

Hæccine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terræ?

PHE.

16. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilaverunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Devorabimus: en, ista est dies, quam expectabamus: invenimus, vidimus.

AIN.

17. Fecit *a* Dominus, quæ cogitavit, complevit sermonem suum, quem præceperat a diebus antiquis: destruxit, & non pepercit: & lætificavit super te inimicum, & exaltavit cornu hostium tuorum. *a Lev. 26. 14. Deut. 28. 15.*

SADE.

18. Clamavit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion: *b* Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. *b Jerem. 14. 17. Sup. 1. 16.*

COPH.

19. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini: leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

RESCH.

20. Vide Domine, & considera, quem vindemiaveris ita: ergone comedent mulieres fructum suum; parvulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta?

SIN.

21. Jacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ, & juvenes mei ceciderunt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es.

THAU.

22. Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini, qui effugeret, & relinqueretur: quos educavi, & enutrivi, inimicus meus consumpsit eos.

CAPUT III.

1. Triplicato Alphabeto plangit Jeremias multiplices suas calamitates, carceres, vincula famem, verbera, quibus durante obsidione afflictus est. Simul in seipso repræsentat populi Judaici, allegorice Christi & Martyrum passiones.

ALEPH.

1. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.

ALEPH.

2. Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3. Tantum in me vertit, & convertit manum suam tota die.

BETH.

4. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contrivit ossa mea.

BETH.

5. Ædificavit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.

℣. 16. *Aperuerunt super te os suum.* i. irriserunt, exprobrarunt.

℣. 17. *Complevit* Dominus *sermonem suum, quem præceperat.* Prophetis, ut annuntiarent, aut quem comminatus fuerat, cum obsiderentur.

℣. 18. *Clamavit cor eorum ad Dominum.* Cor Judæorum. *Deduc.* Propheta Jerusalem alloquitur.

℣. 19. *Consurge, lauda in nocte.* Clama, preces funde.

℣. 20. *Ergone comedent mulieres - parvulos ad mensuram palmæ.* Palmaris magnitudinis & recens natos.

CAPUT III.

℣. 1. *Ego vir videns* vaticinans *paupertatem meam.* Hebr. afflictionem: cui tristia tantummodo & sæva prædicandi onus datur. Videtur loqui in hoc capite de seipso, coram aspicio urbis calamitatem, non ut futuram prospicio.

℣. 2. *Me minavit.* Hebr. Deduxit in tenebras, in carcerem: vel tenebras dicit res adversas

℣. 3. *Tantum in me vertit, & convertit manum suam.* Ut faber vertit ferrum in omnem partem, sic ex una calamitate in aliam revolvit.

℣. 4. *Vetustam* rugosam & lividam *fecit pellem meam.*

℣. 5. *Ædificavit in gyro meo.* sc. murum carceris circum me: vel conclusit me laboribus.

BETH.

6. In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.

GHIMEL.

7. Circumædificavit adversum me, ut non egrediar: aggravavit compedem meum.

GHIMEL.

8. Sed & cum clamavero, & rogavero, exclusit orationem meam.

GHIMEL.

9. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit.

DALETH.

10. Ursus insidians factus est mihi, leo in absconditis.

DALETH.

11. Semitas meas subvertit, & confregit me, posuit me desolatam.

DALETH.

12. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.

HE.

13. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

HE.

14. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

HE.

15. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio.

VAU.

16. Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.

VAU.

17. Et repulsa est a pace anima mea, oblitus sum bonorum,

VAU.

18. Et dixi: Periit finis meus, & spes mea a Domino.

ZAIN.

19. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthii, & fellis.

ZAIN.

20. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.

ZAIN.

21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.

HETH.

22. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes ejus.

HETH.

23. Novi diluculo, multa est fides tua.

HETH.

24. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

THET.

25. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

Beth.

6. Er hat mich in die Finsterniß gesetzt, wie diejenigen, so ewig todt sind.

Ghimel.

7. Er hat mich rings herum verbauet, daß ich nicht hinaus kann: und hat mir schwere Fesseln angelegt.

Ghimel.

8. Wann ich auch schon rufe, und bitte, so schließt er doch mein Gebeth aus.

Ghimel.

9. Er hat meine Wege verlegt mit Quatersteinen, und hat meine Fußsteige umgekehret.

Daleth.

10. Er hat mir wie ein Bär nachgestellet, und wie ein Löwe im verborgenen.

Daleth.

11. Meine Wege hat er umgekehrt, er hat mich zerbrochen, und wüste gemacht.

Daleth.

12. Er hat seinen Bogen gespannt, und mich gleichsam zum Ziel für den Pfeil gesetzt.

He.

13. Er hat die Pfeile aus seinem Köcher in meine Nieren geschossen.

He.

14. Ich bin allem meinem Volke zum Gelächter worden, und zum Spottlied den ganzen Tag.

He.

15. Er hat mich mit Bitterkeit erfüllet, und mit Wermuth getränket.

Vau.

16. Meine Zähne hat er mir nach der Zahl * ausgeschlagen, und mich mit Asche gespeiset. * alle

Vau.

17. Meine Seele ist von dem Frieden ausgeschlossen *, ich habe des Guten vergessen, * verstoßen

Vau.

18. Und ich sprach: Mein Ende, und meine Hoffnung vor dem HErrn ist verlohren.

Zain.

19. Gedenke an mein Elend, und an meine Uebertretung, an meinen Wermuth, und Galle.

Zain.

20. Ich will wohl * daran gedenken, und meine Seele wird in mir verschmachten. * denkend

Zain.

21. Das nehme ich mir zu Herzen, darum hoffe ich noch.

Heth.

22. Es ist des HErrn Güte, daß wir nicht gar vertilget sind: denn seine Erbarmniß hat noch kein Ende.

Heth.

23. Am Morgen früh habe ich sie erkannt, deine Treu ist groß.

Heth.

24. Der HErr ist mein Theil, spricht meine Seele: darum will ich auf ihn harren.

Ther.

25. Der HErr ist gut denen, die auf ihn hoffen, und der Seele, die ihn suchet.

Ther.

℣. 8. *Cum clamavero.* Cum clamarem & rogarem. *Exclusit* repulit *orationem meam.*

℣. 9. *Semitas meas subvertit.* Omnem spem evadendi præripuit.

℣. 10. *Ursus insidians factus est mihi.* Deus ex Patre & adjutore factus est iratus & vindex.

℣. 11. *Posuit me.* Animam meam vel Jerusalem *desolatam.* Imo etiam vox est civitatis.

℣. 13. *Misit in renibus meis* in interiora mea. *Filias pharetræ suæ* l. sagittas.

℣. 14. *Factus sum in derisum omni populo meo.* Vox est Jeremiæ, mystice Christi. *Canticum* & ludus *eorum tota die*, q. d. canendo me irridebant.

℣. 16. *Et fregit ad numerum dentes meos.* Ordine & singillatim dentes meos confregit, dum tempore obsidionis & captivitatis panem lapidosum & subcinericium edere coactus sum: vel metaphorice pro magno dolore hæc verba usurpat.

℣. 17. *Repulsa est a pace.* Ab animi tranquillitate *anima mea.*

℣. 18. *Periit finis meus.* Nullus erit mihi finis miseriarum, nulla mihi superest spes.

℣. 21. *Hæc & sequentia recolens in corde meo, ideo sperabo.* 70. sustinebo. Chald. expectabo, forte ut flectam Deum ad misericordiam, & me e carcere eripiat.

℣. 23. *Novi diluculo.* Solicite nos prævenies, immensa est veritas tua in promissis complendis. *Novi diluculo*; plura novi, vel novæ miserationes tuæ, crescunt in dies misericordiæ tuæ: novi pro novæ.

Teth.

26. Es ist gut, in der Stille auf das Heil GOttes warten.

Teth.

27. Es ist gut einem Manne, wann er das Joch trägt von seiner Jugend auf.

Jod.

28. Der wird allein sitzen und schweigen: denn er hat das Joch auf sich genommen.

Jod.

29. Er wird seinen Mund in den Staub legen, ob vielleicht einige Hoffnung vorhanden wäre.

Jod.

30. Er wird seine Backen dem Schlagenden dargeben, und mit Schmach erfüllet werden.

Caph.

31. Denn der HErr wird nicht ewiglich verstossen.

Caph.

32. Denn wenn er schon verstoßen hat, so wird er sich doch erbarmen nach der Menge seiner Erbärmnissen.

Caph.

33. Denn er hat die Menschenkinder nicht von Herzen geplaget, und verworfen,

Lamed.

34. Als wollte er alle Gefangene im Lande gar unter seinen Füßen zertretten,

Lamed.

35. Und das Recht eines Menschen vor den Augen des Allerhöchsten biegen *; * umkehren.

Lamed.

36. Und einem Menschen sein Recht verkehren: der HErr weiß nichts dergleichen *. * hat daran kein Wohlgefallen.

Mem.

37. Welcher darf sagen, daß etwas geschehen soll, ohne des HErrn Befehl?

Mem.

38. Und daß weder Böses noch Gutes komme aus dem Munde des Allerhöchsten?

Mem.

39. Warum murret dann der Mensch im Leben also, und der Mann für seine Sünde?

Nun.

40. Lasset uns unsere Wege durchforschen, und untersuchen, und wieder zum HErrn kehren.

Nun.

41. Lasset uns unsere Herzen und Hände zum HErrn hinauf gen Himmel heben.

Nun.

42. Wir haben unrecht gehandelt, und dich zum Zorne gereizet: darum lässest du dich nicht erbitten.

Samech.

43. Du hast uns im Grimme bedecket, und geschlagen: hast getödtet, und nicht verschonet.

TETH.

26. Bonum est, præstolari cum silentio salutare Dei.

TETH.

27. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.

JOD.

28. Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit super se.

JOD.

29. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.

JOD.

30. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

CAPH.

31. Quia non repellet in sempiternum Dominus.

CAPH.

32. Quia si abjecit, & miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.

CAPH.

33. Non enim humiliavit ex corde suo, & abjecit filios hominum,

LAMED.

34. Ut contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ,

LAMED.

35. Ut declinaret judicium viri in conspectu vultus Altissimi:

LAMED.

36. Ut perverteret hominem in judicio suo, Dominus ignoravit.

MEM.

37. Quis *a* est iste, qui dixit, ut fieret, Domino non jubente? *a Amos* 3. 6.

MEM.

38. Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?

MEM.

39. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis?

NUN.

40. Scrutemur vias nostras, & quæramus, & revertamur ad Dominum.

NUN.

41. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos.

NUN.

42. Nos inique egimus, & ad iracundiam provocavimus: idcirco tu inexorabilis es.

SAMECH.

43. Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.

SAMECH.

℣. 26. *Bonum est, præstolari cum silentio salutare Dei.* Ambr. in Psalm. 118. Oct. 9. *Quis enim sustinet Dominum nisi studio charitatis? Quis est, qui sperat, nisi qui optat, diligat? Cum silentio.* In patientia.

℣. 28. *Sedebit solitarius & tacebit.* Reputans secum misericordiam & justitiam Dei. *Quia levavit super se.* Jugum Domini, & paratum se præbet ad illud perferendum. *Tacebit.* Quia pariter expectabit.

℣. 29. *Ponet in pulvere os suum.* Usque ad pulverem dejiciet se, ad terram usque prostratus.

℣. 30. *Dabit percutienti se maxillam.* Q. d. feret etiam verbera & contumelias, quod specialiter de Christo intelligendum est.

℣. 32. *Si abjecit, & miserebitur.* Etsamsi Deus hominem videatur abjecisse, tandem illius miserebitur.

℣. 33. *Non enim humiliavit ex corde suo.* Quasi delectetur calamitatibus nostris: non libens & lubens Deus affligit homines. Ambr. in Psalm. 118. & Oct. 12. *Dominus non frangit nos humilitate usque ad desperationem, sed usque ad correptionem. Ut converteret* Supplendum est verbum, ignoravit Dominus, quod est in 36. versiculo; non visum est bonum ei nos conterere. Non humiliavit vinctos terræ, seu homines, ut eos perderet.

℣. 35. *Ut declinaret judicium viri.* Et perverteret causam justam, inique judicando.

℣. 36. *Ut perverteret hominem in judicio.* Occasionem accusandi illum quæreret. *Dominus ignoravit.* Id Deus facere non novit.

℣. 37. *Quis est iste, qui dixit, ut fieret.* Quicquam fieri Domino non jubente, aut ex nutu divinæ voluntatis non evenire hominibus bona & mala? Quæ cum interrogatione, non assertive legenda sunt, ut liquet ex iis, quæ sequuntur.

℣. 40. *Scrutemur vias nostras.* Agnoscamus peccata nostra, & agamus pœnitentiam: Deus has plagas a nobis auferet: cuncta aguntur divina providentia. Non est, cur homo obmurmuret, cum pro suis peccatis castigatur a Deo.

℣. 43. *Operuisti in furore.* Iram quasi velum obtendisti tibi, ne quemquam agnoscere; vultum tuum abscondisti; armasti te furore, & percussisti nos.

SAMECH.

44. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.

SAMECH.

45. Eradicationem, & abjectionem poſuiſti me in medio populorum.

PHE.

46. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.

PHE.

47. Formido, & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio.

PHE.

48. Diviſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.

AIN.

49. Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eo quod non eſſet requies.

AIN.

50. Donec reſpiceret & videret Dominus de cœlis.

AIN.

51. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.

SADE.

52. Venatione ceperunt me quaſi avem inimici mei gratis.

SADE.

b Jerem. 37. 53. Lapſa eſt in lacum *b* vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.

SADE.

54. Inundaverunt aquæ ſuper caput meum: dixi: Perii.

COPH.

55. Invocavi nomen tuum Domine de lacu noviſſimo.

COPH.

56. Vocem meam audiſti: ne avertas aurem tuam a ſingultu meo, & clamoribus.

COPH.

57. Appropinquaſti in die, quando invocavi te: dixiſti: Ne timeas.

RESCH.

58. Judicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

RESCH.

59. Vidiſti Domine iniquitatem illorum adverſum me: judica judicium meum.

RESCH.

60. Vidiſti omnem furorem, univerſas cogitationes eorum adverſum me.

SIN.

61. Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum adverſum me.

SIN.

62. Labia inſurgentium mihi; & meditationes eorum adverſum me tota die.

SIN.

63. Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide: ego ſum pſalmus eorum.

Samech.

44. Eine Wolke haſt du vor dich geſetzt, damit das Gebeth nicht hindurchkomme.

Samech.

45. Du haſt mich unter den Völkern gemacht, daß man mich ausrotten, und verwerfen ſoll.

Phe.

46. Alle Feinde haben ihr Maul über uns aufgeſperret.

Phe.

47. Die Weißagung iſt uns zum Schrecken, und zum Stricke, und zur Unterdrückung worden.

Phe.

48. Meine Augen haben Waſſerbäche herausfließen laſſen, über das Elend der Tochter meines Volkes.

Ain.

49. Mein Auge iſt betrübt, und höret nicht auf zu weinen, weil keine Ruhe da iſt.

Ain.

50. Bis der HErr es anſiehet, und vom Himmel herab ſchauet.

Ain.

51. Mein Auge hat mir meine Seele erſchöpfet *, um aller Töchter willen in meiner Stadt. * geraubet.

Sade.

52. Meine Feinde haben mich gejaget, und wie einen Vogel ohne Urſache gefangen.

Sade.

53. Mein Leben iſt in die Grube gefallen, und ſie haben einen Stein auf mich gelegt.

Sade.

54. Waſſer hat mein Haupt überſchwemmet: und ich ſprach: Es iſt aus mit mir.

Coph.

55. HErr, ich habe deinen Namen angerufen aus der unterſten Grube.

Coph.

56. Du haſt meine Stimme gehöret: wende doch dein Ohr nicht ab von meinem Seufzen und Rufen. * Schreyen.

Coph.

57. Du haſt dich zu mir genahet an dem Tage, da ich dich angerufen habe: und haſt geſagt: Fürchte dich nicht.

Reſch.

58. HErr! du haſt die Sache meiner Seele ausgeführet, du Erlöſer meines Lebens.

Reſch.

59. Du haſt ihre Ungerechtigkeit geſehen, o HErr! die ſie wider mich geübet haben: ſchaffe mir Recht in meiner Sache.

Reſch.

60. All ihren Grimm, und alle ihre Gedanken wider mich, haſt du geſehen.

Sin.

61. HErr! du haſt ihre Schmachrede gehöret, und alles, was ſie wider mich erdacht haben.

Sin.

62. Die Lippen * derjenigen, die ſich wider mich aufrichten; und ihr Dichten wider mich, damit ſie den ganzen Tag umgehen. * Lefzen.

Sin.

63. Siehe an ihr Niederſitzen, und ihr Aufſtehen: ich bin es, davon ſie Lieder ſingen.

Thau.

¥. 44. *Oppoſuiſti nubem tibi*, peccata populi, *ne tranſeat oratio.*

¥. 45. *Eradicationem & abjectionem poſuiſti me.* Tradidiſti populum tuum, ut e ſolo patrio eradicaretur. In perſona populi loquitur Propheta.

¥. 47. *Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio.* Quemadmodum prophetæ prædixerunt: forte pro vaſtatione poſita eſt vaticinatio; vel terrorem notat, quo percuſſi ſunt, cum hoſtis inſtaret.

¥. 51. *Oculus meus deprædatus eſt animam meam.* Jugi fletu, abſtulit animam ſeu vitam meam. *In cunctis filiabus urbis meæ.* Propter cives meos, tantus fuit fletus, ut vitæ periculum adirem. *Filiabus.* Jeruſalem, aut oppidis, quæ Jeroſolymæ ut matri ſubjacebant.

¥. 55. *Invocavi nomen tuum Domine de lacu noviſſimo.* Ab imo lacu: alludit fortaſſis ad lacum, in quem projectus fuit, cap. 38. Hieron. Aſſurgens ad allegoricum & altiorem ſenſum de Chriſto ait: Quid per lacum noviſſimum, niſi infernum inferiorem, ſcilicet limbum patrum intelligere debemus? De quo in Pſalm. ſcriptum eſt: Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Invocavit ergo Redemptor noſter nomen Domini de lacu noviſſimo, cum in virtute divinitatis deſcendit ad inferos, & ſuos reduxit ad ſuperos.

¥. 63. *Seſſionem eorum & reſurrectionem eorum vide.* Omnes inimicorum actiones & motus perpende.

Thau.

64. HErr! du wirst ihnen den Lohn geben, nach den Werken ihrer Hände.

Thau.

65. Du wirst ihnen deine Mühe zum Schilde des Herzens geben.

Thau.

66. Du wirst ihnen nachjagen in deinem Grimme, und wirst sie, o HErr! unter dem Himmel vertilgen.

Das vierte Capitel.

Klagen über den Untergang der Stadt Jerusalem, des Tempels, und des ganzen Volkes, erstlich durch Nabuchodonosor; hernach unter Tito und Vespasiano, neben einer ernstlichen Bedrohung, daß GOtt die Edomiter, im geistlichen Verstande, alle Feinde Christi, strafen werde.

Aleph.

1. Wie ist das Gold verdunkelt, und die allerschönste Farbe verändert, wie sind die Steine des Heiligthums zerstreuet, und liegen auf den Ecken aller Gassen?

Beth.

2. Die edlen Kinder Sion, welche mit dem allerfeinsten Golde bekleidet waren: wie sind sie nun geachtet, wie irdene Geschirre, so die Hand des Hafners gemacht hat?

Ghimel.

3. Die ungeheuren Thiere entblößen ihre Brust, und säugen ihre Jungen: aber die Tochter meines Volkes ist unbarmherzig, wie der Strauß in der Wüste.

Daleth.

4. Dem Säugling klebet seine Zunge für Durst an seinem Gaumen*: die kleinen Kinder begehrten Brod, und es war niemand, der es ihnen brach. * Rachen.

He.

5. Welche zuvor wollüstig aßen, die sind umgekommen auf den Gassen: und welche in seidenen Kleidern auferzogen waren, die liegen jetzt auf dem Miste*. * umfahen Koth und Wust.

Vau.

6. Die Missethat der Tochter meines Volkes ist größer worden, dann die Sünde Sodoma, welche urplötzlich umgekehrt ward, und keine Hände sind daran gelegt worden.

Zain.

7. Ihre Nazaräer waren weisser dann Schnee, klärer dann Milch, röthlicher dann alt Helfenbein, schöner dann ein Sapphir.

Heth.

8. Nun aber ist ihr Angesicht schwärzer worden, dann Kohlen, daß man sie auf den Gassen nicht kennet: ihre Haut hänget an den Beinen, und ist verdorret, und wie Holz worden.

Teth.

9. Besser ist geschehen denen, so durch das Schwert umgekommen, dann denen, so von Hunger gestorben sind: denn diese sind verschmachtet, und Hungers gestorben, aus Mangel der Früchten im Lande.

Jod.

10. Es haben die Hände der barmherzigen Weiber ihre eigenen Kinder gekocht: die sind ihnen zur Speise geworden, in der Zerstörung der Tochter meines Volkes.

Caph.

11. Der HErr hat seinen Grimm vollbracht, und den

THAU.

64. Reddes eis vicem Domine, juxta opera manuum suarum.

THAU.

65. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.

THAU.

66. Persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis Domine.

CAPUT IV.

Plangit urbis, templi, & populi ruinam, primo ac proprie sub Nabuchodonosore; dein sub Vespasiano & Tito; mystice deplorat anima per peccatum lapsæ ruinam, & quamlibet Ecclesiæ calamitatem: hinc avolat ad Christum, & nostris hostibus minatur.

ALEPH.

1. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?

BETH.

2. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?

GHIMEL.

3. Sed & lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

DALETH.

4. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti: parvuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.

HE.

5. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

VAU.

6. Et major effecta est iniquitas filiæ populi meo peccato Sodomorum, *a* quæ subversa est in momento, & non ceperunt in ea manus. *a* Gen. 19. 24.

ZAIN.

7. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores.

HETH.

8. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus, aruit, & facta est quasi lignum.

TETH.

9. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ.

JOD.

10. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos: facti sunt cibus earum, in contritione filiæ populi mei.

CAPH.

11. Complevit Dominus furorem suum, effudit

℣. 65. *Dabis eis scutum cordis laborem tuum.* Quo soles punire malos. Hæc allegorice Christo in passione & cruce conveniunt.

CAPUT IV.

℣. 1. *Quomodo obscuratum est aurum.* Quo templi parietes ante obducti nitebant, tunc incensi & obscurati apparent; vel auri nomine principes, ut per lapides sacerdotes intelliguntur.

℣. 2. *Filii Sion inclyti.* Cives Jerusalem antea speciosi ut aurum, reputati sunt viles ut vasa testacea.

℣. 3. *Sed & lamiæ nudaverunt mammam.* Feris truculentis non desunt materna viscera, quæ defuerunt matribus Jerosolymitanis. Solet Latinus Interpres ad fabulas gentilium alludere, ut sensum textus sacri magis exprimat. 70. pro lamiis vertunt dracones. Feræ lactant catulos suos, sed matres Jerusalem iis crudeliores vagantur in deserto, & quasi struthiones curam ovorum & pullorum abjiciunt.

℣. 5. *Qui nutriebantur in croceis.* Induti vestibus croceis. *Amplexati sunt stercora.* Pro deliciis habent stercilinium nanciscì, in quo fessi recumbant; aut sordidis utuntur vestibus.

℣. 6. *Major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum.* Major afflictio & productior: nam Sodomitæ in momento consumpti sunt. *Et non ceperunt in ea manus.* Hebr. *Et non adhibitæ ei manus.* Non sunt afflicti longa obsidione, & in servitutem abducti.

℣. 7. *Candidiores Nazaræi ejus nive.* Præ fame non sunt cogniti in plateis. *Rubicundiores ebore.* Quod veteres minio inficiebant, idque cum vetustate nitorem perdiderat.

℣. 10. *Manus mulierum misericordium.* i. matrum, quæ natura sua ad misericordiam pronæ sunt. *Coxerunt filios suos. In contritione.* Chald. in excidio seu tempore excidii *filiæ populi mei.*

fudit iram indignationis suæ, & succendit ignem in Sion, & devoravit fundamenta ejus.

LAMED.

12. Non crediderunt reges terræ, & universi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis, & inimicus per portas Jerusalem:

MEM.

13. Propter peccata prophetarum ejus, & iniquitates sacerdotum ejus, qui effuderunt in medio ejus sanguinem justorum.

NUN.

14. Erraverunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine: cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.

SAMECH.

15. Recedite polluti, clamaverunt eis: Recedite, abite, nolite tangere: jurgati quippe sunt, & commoti: dixerunt inter gentes: Non addet ultra, ut habitet in eis.

PHE.

16. Facies Domini divisit eos, non addet, ut respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

AIN.

17. Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum: cum respiceremus attenti ad gentem, quæ salvare non poterat.

SADE.

18. Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquavit finis noster: completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

COPH.

19. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

RESCH.

20. Spiritus oris nostri, Christus Dominus, captus est in peccatis nostris, cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus.

SIN.

21. Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perveniet calix: inebriaberis, atque nudaberis.

THAU.

22. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra, ut transmigret te: visitavit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

Zorn seiner Ungnade ausgeschüttet: er hat in Sion ein Feuer angezündet, so auch ihre Grundveste verzehret hat.

Lamed.

12. Die Könige der Welt, und alle Inwohner der Erde haben es nicht geglaubet, daß der Feind und Widersacher durch die Thore hineinziehen sollte:

Nem.

13. Um der Sünde willen ihrer Propheten, und der Missethat willen ihrer Priester, welche das Blut der Gerechten mitten in ihr vergossen haben.

Nun.

14. Sie giengen blind auf den Gassen herum, und besudelten sich mit Blut: und da sie nicht mehr konnten, huben sie den Saum * ihrer Kleider auf. * die Falten.

Samech.

15. Die schryen ihnen zu: Weichet ab ihr Unreinen, weichet ab, machet euch hinweg, daß ihr nichts anrühret: denn sie haben gezanket, und sind bewegt worden: unter den Heyden sprachen sie: Er wird hinfüro nicht unter ihnen wohnen.

Phe.

16. Das Angesicht des HErrn hat sie von einander zerstreuet, er wird sie hinfüro nicht ansehen: denn sie sind vor den Priestern nicht schamroth worden, und haben sich über die Alten nicht erbarmet.

Ain.

17. Da wir noch in unserm Stande waren, sahen unsere Augen nach unserer eiteln Hülfe, bis sie abnahmen *: indem wir uns fleißig umsahen nach dem Volke, das uns doch nicht helfen konnte. * müde wurden.

Sade.

18. Die Wege waren schlüpfrig * auf unsern Gassen, da wir hergiengen, unser Ende kam fast heran: unsere Tage waren erfüllet, denn unser Ende war gekommen. * gefährlich.

Coph.

19. Unsere Verfolger waren schneller, dann die Adler des Himmels: sie verfolgten uns auf den Bergen, und stelleten uns nach in der Wüste.

Resch.

20. Der Geist unsers Mundes, Christus der HErr, ist in unsern Sünden gefangen, zu dem wir sagten: Wir werden in deinem Schatten unter den Heyden leben.

Sin.

21. Erfreue dich, und sey froh, du Tochter Edom, die du im Lande Hus wohnest: der Kelch wird auch an dich kommen: du wirst trunken gemacht, und entblösset werden.

Thau.

22. Deine Missethat ist erfüllet, du Tochter Sion, er wird dich nicht mehr hinwegführen lassen: er hat deine Missethat heimgesucht, du Tochter Edom, und hat deine Sünde aufgedeckt.

ORATIO JEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPUT V.

I. Iterum summatim recenset pœnas populo Judaico illatas, Deoque supplicat, ut populum pristinæ restituat felicitati.

Das Gebeth Jeremiä des Propheten.

Das fünfte Capitel.

I. Kurze Wiederholung der Strafen, und Gebeth des Propheten, daß GOtt sich über das Volk erbarmen, und wieder in vorigen Wohlstand setzen wolle.

1. Gedenke,

℣. 12. *Non crediderunt reges terræ.* Credere non potuissent ob protectionem Dei.

℣. 14. *Erraverunt cæci in plateis.* Obscurata oculorum acie. *Tenuerunt lacinias suas.* Vestium extrema colligentes, ne sanguine fœdarentur.

℣. 15. *Non addet ultra.* Hebr. *Non addent ultra ad habitandum.* Non revertentur ultra in terram suam. *Dixerunt inter gentes.* Qui eos dispersos videbant, *recedite polluti.*

℣. 16. *Facies Domini divisit eos.* i. ira Domini. *Facies Sacerdotum.* Qui Judæis impietatem exprobrabant.

℣. 18. *Lubricaverunt vestigia nostra.* Hebr. *Insidiati sunt.* Non poteramus in plateis tuto ambulare; a Deo deserti, stabiles & firmi esse non potuimus. *Appropinquavit finis.* i. tempus ultimum exitio nostro constitutum.

℣. 20. *Spiritus oris nostri, Christus Dominus, captus est in peccatis nostris. Spiritus.* i. Vivificator noster, seu per quem respiramus, Chald. rex Messias, qui nobis dilectus est sicut Spiritus vitæ. *Oris.* 70. *facici* seu vultus. Hic captus est in peccatis nostris: juxta versionem nostram, non potest hic versiculus alteri applicari, quam Christo Domino, cum vox, *Dominus*, in Hebræo per nomen Dei tetragrammaton scribatur: Hebraice tamen legi potest Christus Domini, & Sedecias in captivitatem abductus intelligi utcumque potest; vel ut aliis placet, Josias, qui occisus fuit ab Ægyptiis. Cyprian. in Symb. Apostol. ait: Audis, quomodo propheta dicit Christum Dominum comprehensum esse, & pro nobis, id est, peccatis nostris corruptioni traditum. *Cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus.* Ambros. in Psal. 36. Umbra alarum umbra crucis, umbra est Passionis. Ipsius mors vita est, ipsius vulnus vita est, ipsius Sanguis, ipsius sepultura, ipsius resurrectio vita est universorum.

℣. 21. *Gaude & lætare filia Edom.* Ironia est.

℣. 22. *Non addet ultra, ut transmigret.* i. transmigrare faciat: nam sub Tito non fuit transmigratio; sed excidium,

1. Gedenke, o HErr! was uns wiederfahren ist: schaue, und siehe unsere Schmach an.
2. Unser Erbtheil ist den Fremden zu Theil worden, und unsere Häuser den Ausländischen.
3. Wir sind vaterlose Wayfen worden, unsere Mütter sind wie Wittwen.
4. Wir trinken unser Wasser um Geld, und müssen unser Holz mit Geld bezahlen.
5. Man treibet uns über den Hals, und wenn wir müde sind, so gibt man uns keine Ruhe.
6. Wir haben uns Aegypten, und den Assyriern übergeben, damit wir uns mit Brod ersättigen möchten.
7. Unsere Väter haben gesündiget, und sind nicht mehr vorhanden: und wir haben ihre Missethat getragen.
8. Leibeigene Knechte herrschen über uns: und ist niemand, der uns aus ihren Händen errette *. * erlöse
9. Wir holen das Brod für uns mit Gefahr unsers Lebens, vor dem Schwerte in der Wüste.
10. Unsere Haut ist, als wenn sie verbrannt wäre im Ofen, vor grausamen Hunger.
11. Sie haben die Weiber zu Sion geschändet, und die Jungfrauen in den Städten Juda.
12. Sie haben die Fürsten mit ihren Händen aufgehenkt: und haben der Alten nicht geschonet.
13. Die Jünglinge haben sie schändlich mißbraucht: und die Knaben sind unter dem Holze niedergefallen.
14. Man findet die Alten nicht mehr in den Thoren, noch die Jünglinge am Reihen der Sänger.
15. Die Freude unsers Herzens hat ein Ende: unser Reihen * hat sich in Traurigkeit verwandelt. * Chor
16. Die Krone unsers Haupts ist abgefallen: wehe uns, daß wir gesündiget haben.
17. Darum ist unser Herze traurig worden, derowegen sind unsere Augen verfinstert:
18. Um des Bergs Sions willen, daß er verwüstet ist, und die Füchse traben darüber her.
19. Aber du, o HErr! wirst in Ewigkeit bleiben, und dein Thron von einem Geschlechte zum andern.
20. Warum willst du unser ewiglich vergessen? und uns so lange Zeit verlassen?
21. Bekehre uns zu dir, o HErr! so werden wir uns bekehren: erneuere unsere Tage, wie sie von Alters her waren.
22. Aber du hast uns verworfen, und verstoßen, und bist hefug über uns erzürnet.

1. Recordare Domine, quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.
2. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.
3. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.
4. Aquam nostram pecunia bibimus, ligna nostra pretio comparavimus.
5. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.
6. Ægypto dedimus manum, & Assyriis, ut saturaremur pane.
7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portavimus.
8. Servi dominati sunt nostri: non fuit, qui redimeret de manu eorum.
9. In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladii in deserto.
10. Pellis nostra, quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis.
11. Mulieres in Sion humiliaverunt, & virgines in civitatibus Juda.
12. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.
13. Adolescentibus impudice abusi sunt. & pueri in ligno corruerunt.
14. Senes defecerunt de portis, juvenes de choro psallentium.
15. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.
16. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccavimus.
17. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri:
18. Propter montem Sion, quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.
19. Tu autem Domine, in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem.
20. Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?
21. Converte nos, Domine ad te, & convertemur: innova dies nostros, sicut a principio.
22. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Die Prophezeihung Baruch.

Das erste Capitel.

1. Die gefangenen Juden zu Babel schreiben an ihre Mitbürger zu Jerusalem, mit Uebersendung des Buchs Baruchs, und des gesammelten Gelds, Opfer dafür zu kaufen; und für sie, Nabuchodonosor und seinen Sohn Balthassar zu bethen. 1. 11. Bekennen GOttes Gerechtigkeit, und ihre Sünden. 15.

PROPHETIA BARUCH.

CAPUT I.

1. Judæi a Babylone mittunt ad eos, qui remanserant in Jerusalem librum Baruch, unà cum collectis pecuniis, ut oblatis holocaustis orent pro ipsis, & pro Nabuchodonosor, filioque ejus Balthassar. 1. 11. Confitentur peccata sua. 15.

Es

CAPUT V.

℣. 1. *Respice* Domine *opprobrium nostrum.* Quo afficimur a gentibus. Suos Dominus exponit tribulationibus. Primo, quia sic manent cum Domino. Quod confirmat Greg. dicens: *Qui exire foras per laudes potuit, repulsus contumeliis ad se redit.* Secundo: quia sic cognoscunt sui, quantum inanem gloriam diligant. Nam ut denuo Greg. *Qui laudem non quærit, nec contumeliam sentit.*

℣. 4. *Aquam nostram pecunia bibimus.* Scilicet ad nos pertinebat; ligna quoque nostra e sylvis nostris cæsa, pretio ab hostibus comparavimus. Propheta inducit captivos, qui dure tractabantur, aut eos, qui in Judæa remanserant.

℣. 5. *Cervicibus nostris minabamur.* Captivi vinculis collo injectis agebamur: vel hostes extremum periculum cervicibus nostris minabantur.

℣. 6. *Ægypto dedimus manum, & Assyriis.* Complures in Assyriam sunt abducti.

℣. 7. *Patres nostri peccaverunt &c.* Parentum iniquitas est occasio punitionis posterorum, qui tamen propter propria peccata affliguntur: deplorat Jeremias præsentem afflictionem, quæ incidit in sua tempora, propter iniquitatem parentum continuatam in posteris. Propheta Dei misericordiam implorat.

℣. 9. *In animabus nostris afferebamus panem.* Cum magno vitæ periculo. *Afferebamus panem nobis, a facie gladii.* Metu gladii, tempore obsidionis, aut post urbem expugnatam, quippe in Judæa restiterant.

℣. 10. *Pellis nostra, quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis.* Ob famem vehementem.

℣. 13. *Et pueri in ligno corruerunt.* Virgis percussi, corruerunt fœde lacerati.

℣. 16. *Cecidit corona capitis nostri.* Diadema sc. regnum, vel defecerunt dies illi, cum in convivils coronas capitibus imponebamus.

℣. 22. *Sed projiciens repulisti nos.* Sept. *Quia satis nos repulisti.* Hic versiculus videtur v. 20. jungendus, q. d. sufficiat tibi tanta punitio.

Et hæc verba libri, quæ scripsit Baruch, filius Neriæ, filii Maasiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ, in Babylonia,

2. In anno quinto, in septimo die mensis, in tempore, quo ceperunt Chaldæi Jerusalem, & succenderunt eam igni.

3. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ, filii Joakim, regis Juda, & ad aures universi populi venientis ad librum,

4. Et ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, a minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.

5. Qui audientes, plorabant, & jejunabant, & orabant in conspectu Domini.

6. Et collegerunt pecuniam, secundum quod potuit uniuscujusque manus,

7. Et miserunt in Jerusalem ad Joakim, filium Helciæ, filii Salom, sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum, qui inventi sunt cum eo in Jerusalem:

8. Cum acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, revocare in terram Juda decima die mensis Sivan, vasa argentea, quæ fecit Sedecias, filius Josiæ, rex Juda.

9. Postcaquam cepisset Nabuchodonosor, rex Babylonis, Jechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Jerusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem.

10. Et dixerunt: Ecce, misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri:

11. Et orate pro vita Nabuchodonosor, regis Babylonis, & pro vita Balthassar, filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram:

12. Et ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor, regis Babylonis, & sub umbra Balthassar, filii ejus, & serviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conspectu eorum.

13. Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccavimus Domino Deo nostro, & non est aversus furor ejus a nobis usque in hunc diem.

14. Et legite librum istum, quem misimus ad vos, recitari in templo Domini, in die solemni, & in die opportuno:

Dieß sind die Worte des Buchs, welche Baruch, der Sohn Neriä, des Sohns Maasiä, des Sohns Sedeciä, des Sohns Sedei, des Sohns Helciä, in Babylonien geschrieben hat,

2. Im fünften Jahre, am siebenten Tage des Monaths, von der Zeit, da die Chaldäer Jerusalem einnahmen, und sie mit Feuer verbrannten.

3. Und Baruch las die Worte dieses Buchs vor den Ohren Jechoniä, des Sohns Joakim, des Königs Juda, und vor den Ohren des ganzen Volks, das herzu kam, dieß Buch zu hören,

4. Und vor den Ohren der gewaltigen Söhne der Könige, und vor den Ohren der Aeltesten, und vor den Ohren des Volks, vom Geringsten bis zum Größten, aller derjenigen, so in Babylonien wohnten, am Flusse Sodi.

5. Da sie es höreten, weineten sie, und fasteten, und betheten vor dem Angesichte des HErrn.

6. Und sie sammelten Geld, was eines jeglichen Hand vermochte,

7. Und sandten dasselbige gen Jerusalem, zu Joakim, dem Sohne Helciä, des Sohns Salom, dem Priester, und zu den andern Priestern, und zu allem Volke, das bey ihm gefunden ward zu Jerusalem:

8. Als er die Gefäße des Tempels des HErrn, welche aus dem Tempel hinweggenommen waren, empfangen hatte, dieselbe in das Land Juda wieder zu bringen, das geschehen ist am zehenten Tage des Monaths Sivan, nämlich die silberne Gefäße, welche Sedecias, der Sohn Josiä, der König Juda, gemacht hatte.

9. Nachdem Nabuchodonosor, der König von Babylon, Jechoniam, und die Fürsten, und alle Gewaltigen, sammt dem Volke im Lande, von Jerusalem gefangen genommen, und nach Babylon geführet hatte.

10. Und sie sprachen: Siehe, wir haben euch Geld hinüber gesandt, dafür kaufet Brandopfer, und Weihrauch, und richtet Manna zu, und opfert es für die Sünde, auf dem Altar des HErrn unsers GOttes:

11. Und bittet für das Leben Nabuchodonosor, des Königs von Babylon, und für das Leben Balthassar, seines Sohns, daß ihre Tage auf Erden seyen, wie die Tage des Himmels:

12. Und daß der HErr uns Kraft verleihe, und unsere Augen erleuchte, damit wir unter dem Schatten Nabuchodonosor, des Königs von Babylon, und unter dem Schatten Balthassar, seines Sohns, leben, und ihnen lange Zeit dienen mögen, und Gnade finden vor ihrem Angesichte.

13. Bittet auch für uns den HErrn unsern GOtt: denn wir haben dem HErrn unserm GOtt gesündiget, und sein Grimm ist noch nicht von uns abgewendet, bis auf den heutigen Tag.

14. Und leset dieß Buch, das wir euch zuschicken, damit ihr es in dem Tempel des HErrn an den Festtagen, und sonst zu gelegener Zeit vorlesen lasset:

CAPUT I.

℣. 1. *Et hæc verba libri, quæ scripsit Baruch - in Babylonia.* Quo se contulerat post Jeremiæ mortem.

℣. 2. *In anno quinto.* Post quinquennium ab incendio Jerosolymæ, ut multis videtur. Alii tamen annos numerant ex eo tempore, quo Jechonias ductus est captivus. *In septimo die mensis* primi Nisan. Ita Theodoretus. Vel potius *mensis quinti.* Nempe præcise eodem mense & die, post evolutum quinquennium, quo Chaldæi Jerosolymam igni succenderant. 4. Reg. ult. v. 8.

℣. 3. *Et legit Baruch verba.* Particula, *Et*, in Scripturis sæpe apud Hebræos non est copulativa, sed inchoativa, ut initio Libri Ezechielis, & alibi passim: adeo ut vel hinc colligi possit, Hebraice fuisse conscriptum hunc librum.

℣. 4. *Ad aures potentium filiorum regis.* i. Principes regii sanguinis. *Ad flumen Sodi.* Euphratem, vox hebræa superbum significat. Baruch legit librum omnibus, non simul, sed diversis temporibus.

℣. 8. *Cum acciperet vasa templi.* Nabuchodonosor vasa templi diripuerat, cum Jechoniam abduxit; sed Sedecias quædam argentea & minoris pretii facienda curaverat.

℣. 9. *Postcaquam cepisset.* Gr. Emigrare fecisset. *Et cunctos potentes.* Gr. Et vinctos.

℣. 10. *Et facite manna.* Hic per manna intelligitur, quod dicitur in Hebr. *Minha*, aut *Mincha*, seu libamen, cujus frequens est mentio in lege. Templum juxta aliquos erat dirutum: sed in eo loco extructa erat ara ad offerenda sacrificia; juxta aliorum sententiam templum nondum erat eversum.

℣. 11. *Et orate pro vita Nabuchodonosor regis.* Ex hoc loco & aliis discimus orandum esse pro principibus infidelibus, sub quorum imperio fideles vivunt, idque maxime, cum per eos licet veram religionem colere. Sed multi sunt, qui hoc solum orant & ad hoc laborant, ut gratiam inveniant in conspectu principum terrenorum, non timentes illud Jerem. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine. Sicut dies cœli*, est hyperbole. *Et pro vita Balthassar;* Evilmerodach qui 4. Reg. 25. Nabuchodonosori successit; sed forte idem Balthassar nominatur; vel Nabuchodonosor alium filium habuit Balthassaris nomine, qui mortuus est ante patrem.

℣. 12. *Et illuminet* Dominus *oculos nostros.* Majorem nobis tribuat libertatem & proprietatem.

II. 15. Und saget: Dem HErrn unserm GOtt gebühret Gerechtigkeit, uns aber Beschämung unsers Angesichts: wie es dann heutiges Tages beschaffen ist mit ganz Juda, und mit den Inwohnern zu Jerusalem,

16. Mit unsern Königen, und unsern Fürsten, und mit unsern Priestern, und mit unsern Propheten, und mit unsern Vätern.

17. Wir haben gesündiget vor dem HErrn unserm GOtt, und haben ihm nicht geglaubet, sondern ein Mißtrauen an ihm gehabt:

18. Wir sind ihm nicht unterthänig gewesen, und haben die Stimme des HErrn unsers GOttes nicht gehöret, daß wir wandelten in seinen Gebothen, die er uns gegeben hat.

19. Von dem Tage an, daß er unsere Väter aus Aegyptenland geführet hat, bis auf den heutigen Tag, haben wir dem HErrn unserm GOtt nicht geglaubet, und sind zerstreuet abgewichen, daß wir seine Stimme nicht höreten.

20. Darum ist uns viel Unglücks auf den Hals gekommen, und der Fluch, den der HErr Moyse seinem Knechte bestimmet hat: der unsere Väter aus Aegyptenland geführet hat, uns das Land zu geben, darinn Milch und Honig fließt, wie es heutiges Tages ist.

21. Und wir haben der Stimme des HErrn unsers GOttes nicht gehorchet, nach allen Worten der Propheten, die er zu uns gesandt hat:

22. Sondern wir sind hingegangen, ein jeglicher nach dem Sinne seines boshaftigen Herzen, fremden Göttern zu dienen, haben also Böses gethan vor den Augen des HErrn unsers GOttes.

Das zweyte Capitel.

I. Fernere Bekenntniß der begangenen Sünden, und der wohlverdienten Strafe GOttes. 1. II. Gebeth um Barmherzigkeit, und Verzeihung der Sünden; damit der Name GOttes, seine große Güte, und Allmacht gepriesen werde 11.

1. Darum hat der HErr unser GOtt sein Wort erfüllt, so er zu uns geredt hat, und zu unsern Richtern, die Israel gerichtet haben, und zu unsern Königen, und zu unsern Fürsten, und zum ganzen Israel und Juda:

2. Daß der HErr große Unglücke über uns führete, desgleichen unter dem Himmel nicht geschehen sind, wie sich zu Jerusalem zugetragen hat, wie im Gesetze Moysi geschrieben stehet:

3. Daß ein Mensch das Fleisch seines Sohnes, und das Fleisch seiner Tochter essen sollte.

4. Und er hat sie unter die Hände * aller Könige übergeben, die rings her um uns sind, zur Schmach, und zur Verwüstung unter allen Völkern, dahin uns der HErr zerstreuet hat. * Gewalt

5. Und wir sind hinunter, und nicht hinaufgekommen: weil wir dem HErrn unserm GOtt gesündiget, und seiner Stimme nicht gehorchet haben.

6. Bey dem HErrn unserm GOtt ist Gerechtigkeit: bey uns aber, und bey unsern Vätern Beschämung des Angesichts, wie es dann heutiges Tages beschaffen ist.

7. Denn der HErr hat alle diese Unglücke über uns geredt, so über uns gekommen sind:

8. Und wir haben das Angesicht des HErrn unsers GOttes nicht gebethen, daß wir wiederkehrten, ein jeglicher von seinen sehr bösen Wegen.

9. Und der HErr hat gewacht zum Unglücke *, und hat dasselbige über uns geführet: denn der HErr ist gerecht in allen seinen Werken, die er uns befohlen hat: * Unheil, Elend

II. 15. Et *a* dicetis: Domino Deo nostro justitia, nobis autem confusio faciei nostræ: sicut est dies hæc omni Juda, & habitantibus in Jerusalem, *a Infr. 2. 6.*

16. Regibus nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris.

17. Peccavimus *b* ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus, diffidentes in eum: *b Dan. 9. 5.*

18. Et non fuimus subjectibiles illi, & non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis ejus, quæ dedit nobis.

19. A die, qua eduxit patres nostros de terra Ægypti usque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum, & dilapati recessimus, ne audiremus vocem ipsius.

20. Et *c* adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi servo suo: qui eduxit patres nostros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. *c Deut. 28. 15.*

21. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri, secundum omnia verba prophetarum, quos misit ad nos:

22. Et abivimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAPUT II.

I. Judæi in captivitate confitentur propter peccata sua contigisse sibi mala, quæ Deus per Prophetas fuerat comminatus. 1. II. Fusis ergo precibus petunt misericordiam, quam per Moysen resipiscentibus promiserat. 11.

1. Propter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum, quod locutus est ad nos, & ad judices nostros, qui judicaverunt Israel, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnem Israel, & Juda:

2. Ut adduceret Dominus super nos mala magna, quæ non sunt facta sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Jerusalem, *a* secundum quæ scripta sunt in lege Moysi: *a Deut. 28. 53.*

3. Ut manducaret homo carnes filii sui, & carnes filiæ suæ.

4. Et dedit eos sub manu regum omnium, qui sunt in circuitu nostro, in improperium, & in desolationem in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus.

5. Et facti sumus subtus, & non supra: quia peccavimus Domino Deo nostro, non obaudiendo voci ipsius.

6. Domino *b* Deo nostro justitia: nobis autem, & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. *b Supr. 1. 15.*

7. Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc, quæ venerunt super nos:

8. Et non fumus deprecati faciem Domini Dei nostri, ut reverteremur unusquisque nostrum a viis nostris pessimis.

9. Et vigilavit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia justus est Dominus in omnibus operibus suis, quæ mandavit nobis:

℣. 14. *Legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini.* In loco, qui vice templi erat.
℣. 15. *Et dicetis.* Hic incipit oratio Baruch. *Domino Deo nostro justitia.* Tribuenda est, q. d. ut justus celebrandus est. *Nobis autem confusio faciei*, sc. convenit.
℣. 17. *Peccavimus - & non credidimus.* Hæc non quadrant in prophetas & justos reliquos, sed in malos & improbos. *Diffitentes in eum.* i. ei.
℣. 19. *Eramus incredibiles ad Dominum.* Increduli & rebelles. *Et dissipati.* i. separati seu divisi, sc. a Deo, *recessimus.*
℣. 20. *Adhæserunt nobis multa mala - quæ constituit Dominus*, i. proposuit *Moysi servo suo.* Deut. 28.
℣. 22. *Et abivimus - operari*, i. sacrificare *diis alienis.*

CAPUT II.

℣. 1. *Propter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum.* Ipso eventu confirmavit.
℣. 4. *Et dedit eos sub manu.* Sub potestate tamquam subditos. *Regum omnium.* i. Ammonitarum, Ægyptiorum, Assyriorum &c.
℣. 6. *Sicut est dies hæc.* Supple, testis,

10. Et non audivimus vocem ipsius, ut iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem nostram.

e Dan. 9. 15. II. 11. Et *c* nunc Domine, Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste:

12. Peccavimus, impie egimus, inique gessimus, Domine Deus noster, in omnibus justitiis tuis.

13. Avertatur ira tua a nobis: quia derelicti sumus pauci inter gentes, ubi dispersisti nos.

14. Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis invenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:

15. Ut sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster, & quia nomen tuum invocatum est super Israel, & super genus ipsius.

d Deut. 26. 15. Isa. 63. 15. 16. Respice *d* Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos:

e Isa. 37. 17. & 64. 9. *f* Ps. 113. 17. 17. Aperi *e* oculos tuos, & vide: *f* quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem, & justificationem Domino:

18. Sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & justitiam Domino.

19. Quia non secundum justitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster:

20. Sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens:

21. Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & cervicem vestram, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris.

22. Quod si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionem vestram faciam de civitatibus Juda, & a foris Jerusalem,

g Jer. 7. 34. 23. Et auferam *g* a vobis vocem jucunditatis, & vocem gaudii, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.

24. Et non audierunt vocem tuam, ut operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo:

25. Et ecce, projecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis in fame, & in gladio, & in emissione,

26. Et posuisti templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies,

10. Und wir haben seiner Stimme nicht gehorchet, daß wir wandelten in den Gebothen des HErrn, die er uns vor Augen gestellet hat.

II. 11. Und nun, o HErr, du GOtt Israel, der du dein Volk mit gewaltiger Hand, und mit Zeichen, und mit Wunderthaten, und durch deine große Kraft mit ausgestrecktem Arme aus Aegyptenland geführet hast, und hast dir einen Namen gemacht, wie es heutiges Tages ist:

12. Wir haben gesündiget, und sind gottlos gewesen, und haben unrecht gehandelt, HErr unser GOtt, in allen deinen Gerechtigkeiten.

13. Laß sich doch dein Zorn von uns abwenden: denn unser sind wenig übrig geblieben unter den Heyden, dahin du uns zerstreuet hast.

14. Erhöre unser Flehen, und unser Gebeth, o HErr, und hilf uns aus um dein selbst willen: und verleihe uns, daß wir Gnade finden vor dem Angesichte derjenigen, die uns hinweggeführet haben:

15. Damit die ganze Welt erkenne, daß du der HErr unser GOtt bist, und daß dein Name über Israel, und über sein Geschlechte angerufen ist.

16. Siehe uns an, o HErr, von deinem heiligen Hause, und neige dein Ohr, und erhöre uns:

17. Thue deine Augen auf, und schaue: denn die Todten, die in der Hölle sind, deren Geist aus ihren Leibern hinweggenommen ist, werden dem HErrn die Ehre nicht geben, noch seine Gerechtigkeit preisen:

18. Sondern eine Seele, die sich über das große Unheil betrübet, die gebückt und schwach dahergehet, deren Augen abnehmen, und eine Seele, die Hunger leidet, dieselbe wird dir, dem HErrn, die Ehre geben, und deine Gerechtigkeit preisen.

19. Denn wir schütten unser Gebeth aus, und begehren Gnade vor deinem Angesichte, HErr unser GOtt, nicht zwar auf die Gerechtigkeit unserer Väter:

20. Sondern, dieweil du deinen Zorn, und deinen Grimm über uns ausgesandt hast, wie du durch die Hand deiner Knechte, der Propheten, geredt hast, und gesagt:

21. Also spricht der HErr: Bieget eure Schultern, und euren Nacken, und verrichtet dem Könige von Babylon sein Dienstwerk: so sollt ihr bleiben in dem Lande, das ich euren Vätern gegeben habe.

22. Werdet ihr aber der Stimme des HErrn eures GOttes nicht gehorchen, daß ihr dem Könige von Babylon sein Dienstwerk verrichtet: so will ich machen, daß ihr aus den Städten Juda, und aus Jerusalem sollt verstoßen werden,

23. Und ich will von euch hinwegnehmen das Geschrey der Freude, und das Geschrey des Frohlockens, das Geschrey des Bräutigams, und das Geschrey der Braut, und das ganze Land soll von keinem Inwohner betretten werden.

24. Und sie haben deine Stimme nicht gehöret, daß sie dem Könige von Babylon dienten: darum hast du deine Worte bestättiget *, die du geredt hast durch die Hand deiner Knechte, der Propheten, daß die Gebeine unserer Könige, und die Gebeine unserer Väter von ihrem Orte sollten hinweggenommen werden: * vollbracht

25. Und siehe, nun sind sie herausgeworfen, daß sie in der Hitze der Sonne, und des Nachts in der Kälte liegen: und sie sind in sehr großen Schmerzen umgekommen, durch Hunger, und durch Schwert, und durch Vertreibung.

26. Auch mit dem Tempel, darinn man deinen Namen angerufen hat, hast du es um der Sünden willen des Hau-

ses

℣. 12. *Peccavimus* &c. Hebræi hæc tria solent conjungere, cum peccata sua confitentur, peccare, injuste agere, iniquitatem facere, ut Judith 7. 19. & alibi. *In omnibus.* Contra omnia mandata tua.

℣. 14. *Educ nos propter te.* Propter tuam bonitatem. Item ad amplificationem gloriæ tuæ.

℣. 15. *Quia nomen tuum invocatum est super Israel.* Et ab Israel, ideoque de nomine tuo vocatus est populus Dei.

℣. 16. *Respice Domine de domo sancta tua.* De cœlo, vel de loco templi.

℣. 17. *Non mortui - dabunt honorem & justificationem Domino.* Non prædicabunt gloriam & justitiam divinam ore suo & lingua. Inferni nomine loca subterranea sepulchri, inferni, purgatorii designantur.

℣. 22. *Defectionem vestram faciam.* Deficiet vobis civitas. *Et a foris.* i. omne suburbanum.

℣. 24. *Statuisti verba tua.* Eventu ipso comprobasti, quæ prophetæ sunt comminati. *Ut transferrentur.* Ut non sepelirentur in sepulchris patrum tuorum. Jeremiæ 8. 1. & 2.

℣. 25. *Et mortui sunt in doloribus* &c. *& in emissione.* In exilio, in dispersione. Jerem. 34. 17.

ses Israel, und des Hauses Juda gemacht, wie es auf den heutigen Tag stehet.

27. Und du, HErr unser GOtt, hast mit uns gehandelt nach aller deiner Güte, und nach aller deiner sehr großen Erbärmniß:

28. Wie du geredt hast durch die Hand Moysis, deines Knechts, an dem Tage, da du ihm befohlen, dein Gesetz vor den Kindern Israel zu schreiben,

29. Und sprachest: Werdet ihr meine Stimme nicht hören, so soll diese große Menge zu einem geringen Häuflein werden unter den Heyden, dahin ich sie zerstreuen will:

30. Denn ich weis wohl, daß dieß Volk mir nicht gehorchen wird: denn es ist ein hartnäckiges Volk: aber im Lande ihrer Gefängniß wird es wieder in ihr Herz gehen *;

* sich bekehren

31. Alsdann werden sie erkennen, daß ich der HErr ihr GOtt bin: und ich will ihnen ein Herz geben, und sie werden es verstehen; Ohren, und sie werden es hören.

32. Sie werden mich loben im Lande ihrer Gefängniß, und an meinen Namen gedenken.

33. Und sie werden sich von ihrem harten Rücken *, und von ihren Bosheiten bekehren: denn sie werden sich erinnern, wie es ihren Vätern ergangen ist, da sie sich an mir versündiget haben.

* Nacken.

34. Und ich will sie wieder in das Land führen, das ich ihren Vätern, Abraham, Isaac, und Jacob geschworen habe, und sie sollen darüber herrschen: ich will sie vermehren, und ihrer soll nicht weniger werden.

35. Und ich will mit ihnen einen andern ewigwährenden Bund aufrichten, daß ich ihr GOtt seyn will, und daß sie mein Volk seyn sollen: und ich will mein Volk, die Kinder Israel, nicht mehr aus dem Lande hinwegtreiben, das ich ihnen gegeben habe.

Das dritte Capitel.

I. Sie fahren fort, GOtt um Barmherzigkeit anzurufen. 1. II. Baruch lehret, daß sowohl die Juden, als die Heyden darum von GOtt seyen gestraft worden, dieweil sie die rechte Weisheit, das ist, die Erkenntniß, die Liebe, und die Verehrung des wahren GOttes, verachtet haben. 9.

1. Und nun, o allmächtiger HErr, du GOtt Israel, es rufet zu dir eine bedrängte Seele, und ein Geist, der in Aengsten ist:

2. Höre, o HErr! und sey gnädig, dieweil du ein barmherziger GOtt bist, so erbarme dich über uns: denn wir haben vor dir gesündiget.

3. Denn du bleibest in Ewigkeit, sollen dann wir immer verlohren seyn?

4. Allmächtiger HErr, du GOtt Israel, erhöre nun das Gebeth der Verstorbenen Israel, und ihrer Kinder, welche vor dir * gesündiget, und die Stimme des HErrn ihres GOttes nicht gehöret haben, darum uns auch das Unglück anhängt.

* deinem Angesichte.

5. Sey nicht eingedenk der Missethaten unserer Väter, sondern gedenke zu dieser Zeit an deine Hand, und an deinen Namen:

6. Denn du bist der HErr unser GOtt, und wir wollen dich loben, o HErr:

7. Denn darum hast du deine Furcht in unsere Herzen gegeben, daß wir deinen Namen anrufen, und dich in unserer Gefängniß loben sollen, dieweil wir uns bekehren von der Missethat unserer Väter, welche vor dir gesündiget haben.

8. Siehe, wir sind heutiges Tages in unserer Gefängniß, dahin du uns zerstreuet hast, zur Schmach, und zum Fluche, und zur Sünde, nach allen Sünden unserer Väter, welche abgewichen sind von dir, o HErr, unser GOtt.

propter iniquitatem domus Israel, & domus Juda.

27. Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem tuam, & secundum omnem miserationem tuam illam magnam:

28. Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die, qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,

29. Dicens: *b* Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna convertetur in minimam inter gentes, quo ego eos dispergam: *h Lev.26.14. Deut.28.15.*

30. Quia scio, quod me non audiet populus: populus est enim dura cervice: & convertetur *i* ad cor suum in terra captivitatis suæ: *i Lev.26.39.*

31. Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum: & dabo eis cor *k*, & intelligent; aures, & audient. *k Deut.30.6.*

32. Et laudabunt me in terra captivitatis suæ, & memores erunt nominis mei.

33. Et avertent se a dorso suo duro, & a malignitatibus suis: quia reminiscentur viam patrum suorum, qui peccaverunt in me.

34. Et revocabo illos in terram, quam juravi patribus eorum, Abraham, Isaac, & Jacob, & dominabuntur eis: & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non movebo amplius populum meum, filios Israël, a terra, quam dedi illis.

CAPUT III.

I. Pergunt confitentes peccata sua obsecrare Deum. 1. *II. Israel in captivitatem ductus est, quia dereliquit viam sapientiæ, quæ non invenitur a potentibus, divitibus &c. sed populo Israel tradita fuerat, & per Christum tradetur.* 9.

1. Et nunc Domine omnipotens, Deus Israël, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te:

2. Audi Domine! & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: quia peccavimus ante te.

3. Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in ævum?

4. Domine omnipotens, Deus Israël, audi nunc orationem mortuorum Israël, & filiorum ipsorum, qui peccaverunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala.

5. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore isto:

6. Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine:

7. Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, & ut invocemus nomen tuum, & laudemus te in captivitate nostra, quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum, qui peccaverunt ante te.

8. Et ecce, nos in captivitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum, qui recesserunt a te, Domine Deus noster.

℣. 27. *Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundum omnem bonitatem.* Græce ἐπιεικείαν, benigne, ac remisse; si summo jure egisses, nos penitus abolevisses; atque hæc captivitas occasio futura est conversionis ad te.

℣. 30. *Quia scio &c.* Non hæc quidem, sed verba similia leguntur apud Moysem & alios prophetas.

℣. 35. *Et statuam illis testamentum alterum sempiternum.* Cum Ecclesia per legem novam. Jerem. 31. v. 32.

CAPUT III.

℣. 2. *Miserere nostri, quia peccavimus.* Quia peccatum nostrum confitemur; vel contra te, vel coram te.

℣. 3. *Qui sedes*, permanes *in sempiternum, & nos peribimus in ævum?* Ad hujus vitæ officia non reversuri; vel potius cum interrogatione; an permittes nos in æternum perire?

℣. 4. *Audi nunc orationem mortuorum Israel.* Captivorum, qui ad mortis statum rediguntur.

℣. 5. *Memento manus tuæ.* i. potentiæ tuæ immensæ. *Et nominis tui.* i. misericordiæ.

℣. 7. *Dedisti timorem tuum in cordibus nostris.* Perterruisti nos, ut convertamur.

℣. 8. *Nos dispersisti .. in maledictum & in peccatum.* i. pœnam peccati.

* *SABB. SANCTO PROPHETIA.* 6.

II. 9. ° Audi Israël, mandata vitæ: auribus percipe, ut scias prudentiam.

10. Quid est Israël, quod in terra inimicorum es?

11. Inveterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum descendentibus in infernum.

12. Dereliquisti fontem sapientiæ:

13. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna.

14. Disce, ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul, ubi sit longiturnitas vitæ & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax.

15. Quis invenit locum ejus? & quis intravit in thesauros ejus?

16. Ubi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram?

17. Qui in avibus cœli ludunt:

18. Qui argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inventio operum illorum?

19. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alii loco eorum surrexerunt.

20. Juvenes viderunt lumen, & habitaverunt super terram: viam autem disciplinæ ignoraverunt.

21. Neque intellexerunt semitas ejus, neque filii eorum susceperunt eam, a facie ipsorum longe facta est:

22. Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman.

23. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus.

24. O Israël, quam magna est domus Dei! & ingens locus possessiones ejus!

25. Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus.

26. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum.

27. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ invenerunt: propterea perierunt.

28. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.

29. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus?

II. 9. Höre Israel, die Gebothe des Lebens: merke darauf mit deinen Ohren, daß du Weisheit lernest.

10. Was ist das, o Israel, daß du im Lande deiner Feinde bist?

11. Du bist alt worden im fremden Lande, und hast dich mit den Todten verunreiniget: du bist zu denen gerechnet, welche zur Hölle hinunterfahren.

12. Du hast den Brunnen der Weisheit verlassen:

13. Denn so du gewandelt hättest auf dem Wege GOttes, so hättest du freylich im ewigen Frieden gewohnet.

14. Lerne, wo Weisheit sey, wo Tugend sey, wo Verstand sey: damit du zugleich erkennest, wo langes Leben, und Nahrung, und Licht der Augen, und Friede zu finden sey.

15. Wer hat ihren Ort gefunden? und wer ist zu ihren Schätzen hineingegangen?

16. Wo sind die Fürsten der Heyden, und so über die Thiere auf Erden herrschen?

17. Die mit den Vögeln des Himmels spielen:

18. Die Silber und Gold zusammenbringen, darauf die Menschen ihr Vertrauen setzen, und ist ihres Sammelns kein Ende? die Silber schmieden, und gar sorgfältig sind, und deren Werk nicht auszusinnen?

19. Sie sind ausgetilget, und zur Hölle hinabgefahren, und andere sind an deren Statt hervorgekommen.

20. Die Jungen haben das Licht gesehen, und auf Erden gewohnet: aber den Weg der Weisheit haben sie nicht gewußt.

21. Auch haben sie ihre Fußsteige nicht erkannt, noch ihre Kinder haben sie angenommen, sie ist weit entfernet von ihrem Angesichte:

22. Sie ist im Lande Chanaan nicht gehöret, noch zu Theman gesehen worden.

23. Die Kinder Agar forschen zwar der Weisheit nach, die irdisch ist, wie auch die Kaufleute von Merrha, und Theman, sammt den Schwätzern, und denen, die der Klugheit, und Weisheit nachforschen: aber der Weg zur wahren Weisheit ist ihnen unbekannt, und sie gedenken an ihre Steige nicht.

24. O Israel, wie groß ist das Haus GOttes! und wie weit ist der Ort seines Erbtheils!

25. Er ist groß, und hat kein Ende: er ist hoch, und unermeßlich.

26. Da sind die namhaften Riesen gewesen, welche von Anbeginn waren, groß von Statur, und des Krieges wohl erfahren.

27. Aber diese hat der HErr nicht erwählet, und sie haben den Weg zur Weisheit nicht gefunden: darum sind sie auch umgekommen.

28. Und weil sie die Weisheit nicht hatten, sind sie um ihrer Thorheit willen zu Grund gegangen.

29. Wer ist gen Himmel gefahren, und hat sie da bekommen, und aus den Wolken herunter geführet?

30. Wer

℣. 12. *Dereliquisti fontem sapientiæ.* S. Aug. bene dicit: *Dereliquisti: quia peccatum non est adeptio malarum naturarum, sed desertio meliorum.*

℣. 13. *Si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna.* Græc. In pace, in æternum

℣. 14. *Disce, ubi sit prudentia* Ex his saltem flagellis disce o Juda, quam imprudenter egeris, ubi sit, & unde haurienda sit prudentia in rebus agendis, ubi sit *virtus*, Græc. *robur*, ad resistendum hostibus. *Pax*, seu felicitas. *Intellectus.* Æstimatio rerum, ut in se sunt. *Lumen oculorum.* Mentis illuminatio, vel prosperitas. *Longiturnitas vitæ, & victus.* Seu rerum necessariarum copia. S. Bern. Tria in præsenti valent ad consecutionem quatuor sequentium, sc. pacis, victus &c. *Prudentia est auriga virtutum, hæc docet & discernit, quid sit faciendum, quid non: Virtus fortiter facit, quod prudentia recte faciendum decrevit: intellectus tandem informat acta & opera, ad modum Ecclesiæ triumphantis.*

℣. 15. *Quis invenit locum ejus?* Sapientia utique in Deo ut in proprio fonte quærenda est.

℣. 17. *Qui in avibus cæli ludunt, & delectantur.* Gr. Illudunt, faciunt ut aucupes. Ludere, est aliquid sine difficultate efficere.

℣. 18. *Qui argentum fabricant.* Qui inveniendæ pecuniæ subtiles rationes excogitant. *Nec est inventio operum illorum.* Vix animo consequi possumus, quanta sint eorum opera, quam artificiose fiant, nec tamen per illa veram sapientiam acquirunt; aut pereunt illorum opera, nec amplius inveniuntur; aut demum nihil lucri percipiunt ex iis operibus.

℣. 20. *Juvenes viderunt lumen.* Sc. prosperitatem vel hanc solis lucem, sed non divinam.

℣. 22. *Neque audita est in terra Chanaan.* Neque nota est inter Chananæos viros solertes, neque inter Incolas Theman, qui inter Idumæos habentur sapientissimi. Non enim e terra, sed & cœlo venit, & descendit a Patre luminum.

℣. 23. *Filii quoque Agar.* Ismaelitæ, magni negotiatores hanc ignoraverunt. *Negotiatores Merrhæ.* Græc. Merrhan, quæ forte est Maarha Sidoniorum, de qua Josue 13. unde Tyrii prodierunt. *Fabulatores.* In fabulis & parabolis exponendis periti, qui morales fabulas ad informandam hominum vitam componebant; politicas artes didicerunt, non veram sapientiam.

℣. 24. *O Israel, quam magna est domus Dei!* Hoc totum universum, præsertim cœlum.

℣. 29. *Quis ascendit in cœlum.* Difficultatem sapientiæ consequendæ proponit, quæ sine Dei gratia haberi nequit.

30. Wer ist über Meer gefahren, und hat sie gefunden, und hat sie herübergebracht vor auserlesenem Golde?

31. Es ist niemand, der ihre Wege möge wissen, und ihre Fußstapfen ausdenken:

32. Sondern der alles weiß, der kennet sie, und hat sie durch seine Weisheit erfunden: der die Erde hat zubereitet, daß sie ewig bleibe, und dieselbe mit Vieh, und vierfüßigen Thieren besetzt:

33. Der das Licht ausschickt, und es gehet hin: er rufet ihm wieder, und es ist ihm mit Zittern gehorsam.

34. Die Sterne stehen auch in ihrer Wache, und leuchten, und erfreuen sich:

35. Wenn sie gerufen werden, so sprechen sie: Hier sind wir: und leuchten dem mit Lust, der sie erschaffen hat.

36. Dieser ist unser GOtt, kein anderer ist mit ihm zu vergleichen.

37. Dieser hat alle Wege der Weisheit erfunden, und hat sie Jacob seinem Knechte, und Israel seinem Geliebten zu erkennen gegeben.

38. Darnach ist er auf Erden gesehen worden, und hat unter den Menschen gewandelt.

30. Quis transfretavit mare, & invenit illam, & attulit illam super aurum electum?

31. Non est, qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus:

32. Sed qui scit universa, novit eam, & adinvenit eam prudentia sua: qui præparavit terram in æterno tempore, & replevit eam pecudibus, & quadrupedibus:

33. Qui emittit lumen, & vadit: & vocavit illud, & obedit illi in tremore.

34. Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, & lætatæ sunt:

35. Vocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus: & luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas.

36. Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius adversus eum.

37. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israël dilecto suo.

38. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est. *

Das vierte Capitel.

I. Der Prophet ermahnet die Sinnizen, das göttliche Gesetz anzunehmen, und GOtt zu dienen. 1. II. Führet Jerusalem ein, als eine Mutter, welche die Gefängniß ihrer Kinder herzlich beweinet. 8. III. Tröstet sie aber, und weissaget den Untergang der Babylonier, und die Erlösung der Juden. 17.

1. Dieß ist das Buch der Gebothe GOttes, und das Gesetz, das ewiglich bleibet: alle, die es halten, werden zum Leben kommen; aber die es verlassen, zum Tode.

2. Bekehre dich, Jacob, und begreif es; wandle auf dem Wege bey seinem Glanze, nach seinem Lichte:

3. Gieb deine Ehre keinem andern, noch deine Würde einem fremden Volke.

4. Selig sind wir, o Israel! denn was GOtt gefällt, das ist uns offenbar.

5. Sey wohlgemuth, du Volk GOttes, du denkwürdiges Israel:

6. Ihr seyd den Heyden verkauft, aber nicht zum Verderben: sondern darum, daß ihr GOtt im Zorne zum Grimme gereizet habt, seyd ihr euren Feinden übergeben.

7. Denn ihr habt den erbittert, der euch erschaffen hat, den ewigen GOtt, daß ihr nicht GOtt, sondern den Teufeln geopfert habt.

II. 8. Ihr habt GOttes vergessen, der euch auferzogen hat, und habt Jerusalem, eure Säugamme *, betrübet.

* Nährmutter.

9. Denn sie sah den Zorn, der von GOtt über euch kam, und sprach: Höret ihr Benachbarten um Sion, denn GOtt hat ein groß Herzeleid über mich geführet:

10. Denn ich habe die Gefängniß meines Volkes gesehen, meiner Söhne und Töchter, die der Ewige über sie gebracht hat.

11. Denn ich habe sie mit Lust erzogen: aber mit Trauren und Weinen habe ich sie von mir gelassen.

12. Niemand erfreue sich über mich, daß ich eine Witt-

CAPUT IV.

I. Hortatur Propheta ad observantiam legis, & cultum veri Dei. 1. II. Inducit Jerusalem ut matrem, quæ filiorum luget desolationem. 8. III. Consolatur eos, prædicens excidium Babylonis & Judæorum liberationem. 17.

1. Hic liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum: omnes, qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem.

2. Convertere Jacob, & apprehende eam; ambula per viam ad splendorem ejus contra lumen ejus:

3. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.

4. Beati sumus Israël: quia, quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.

5. Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israël:

6. Venumdati estis gentibus non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam provocastis Deum, traditi estis adversariis.

7. Exacerbastis enim eum, qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, & non Deo.

II. 8. Obliti enim estis Deum, qui nutrivit vos, & contristastis nutricem vestram Jerusalem. a *Deut.* 32. 18.

9. Vidit enim iracundiam a Deo venientem vobis, & dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum:

10. Vidi enim captivitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam superduxit illis æternus.

11. Nutrivi enim illos cum jucunditate: dimisi autem cum fletu & luctu.

12. Nemo gaudeat super me viduam, & desola-

℣. 34. *Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis.* In stationibus & locis designatis. *Et lætatæ sunt.* Promptæ ad obediendum.

℣. 35. *Hic est Deus noster.* Quæ sequuntur, ad Deum referuntur; sed vaticinium de Christo continent, verbum Dei post umbraticam populi veteris sapientiam, hominem factum, & cum hominibus conversatum, & veram sapientiam docuisse, cum sit ipse Dei sapientia.

℣. 37. *Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo.* Chrysost. de Trinit. Si ipse legem dedit Jacob puero suo & Israel dilecto suo, ipse est, qui dedit legem Moysi, & idem postea in terris visus est.

CAPUT IV.

℣. 1. *Hic liber mandatorum Dei.* Sapientia, quam adeo commendavi, continetur libro mandatorum Dei. *Quæ est in æternum.* In se ipsa, quoad præcepta moralia, & in antitypo suo, quoad cæremonialia. *Et omnes, qui tenent eam.* Et observant, pervenient ad vitam æternam.

℣. 2. *Ambula -- contra lumen ejus.* Eam sequere, ut facem prælucentem.

℣. 3. *Ne tradas alteri gloriam tuam.* Gloriam, quam soli Deo debes, & gloriosam ejus gratiam, quam solum ab ipso habes. Si deos alienos colas, servus eris.

℣. 5. *Animæquior esto.* i. bono esto animo. Græc. Confide. *Populus Dei, memorabilis Israel.* Gr. Memoriale, seu monimentum Israel.

℣. 8. *Contristastis nutricem vestram Jerusalem.* Synagogam, seu Ecclesiam Dei, quæ illos in cultu Dei, & in lege divina educaverat. Hujus caput & nobiliora membra erant in Jerusalem.

℣. 9. *Vidit enim iracundiam a Deo venientem.* Divinam ultionem.

℣. 12. *Nemo gaudeat super me viduam.* Nemo mihi insultet.

desolatam: a multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinaverunt a lege Dei.

13. Justitias autem ipsius nescierunt, nec ambulaverunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis ejus cum justitia ingressi sunt.

14. Veniant confines Sion, & memorentur captivitatem filiorum, & filiarum mearum, quam superduxit illis æternus.

15. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ:

b Deut. 28. 50. *Thren.* 4. 16. 16. Qui non sunt reveriti senem *b*, neque puerorum miserti sunt, & abduxerunt dilectos viduæ, & a filiis unicam desolaverunt.

III. 17. Ego autem quid possum adjuvare vos?

18. Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum.

19. Ambulate filii, ambulate: ego enim derelicta sum sola.

20. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimum in diebus meis.

21. Animæquiores estote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum.

22. Ego enim speravi in æternum salutem vestram: & venit mihi gaudium a Sancto super misericordia, quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro.

23. Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & jucunditate in sempiternum.

24. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captivitatem vestram a Deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram a Deo, quæ superveniet vobis cum honore magno, & splendore æterno.

25. Filii, patienter sustinete iram, quæ supervenit vobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed cito videbis perditionem ipsius, & super cervices ipsius ascendes.

26. Delicati mei ambulaverunt vias asperas: ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis.

27. Animæquiores estote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo, qui duxit vos.

28. Sicut enim fuit sensus vester, ut erraretis a Deo: decies tantum iterum convertentes requiretis eum.

29. Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam jucunditatem cum salute vestra.

30. Animæquior esto Jerusalem, exhortatur enim te, qui te nominavit.

31. Nocentes peribunt, qui te vexaverunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, punientur.

32. Civitates, quibus servierunt filii tui, punientur: & quæ accepit filios tuos.

33. Sicut enim gavisa est in tua ruina, &

we, und trostlos bin: ich bin von vielen verlassen, von wegen der Sünden meiner Kinder, denn sie sind vom Gesetze GOttes abgewichen.

13. Sie haben seine Rechte nicht gewußt, sie sind auch nicht gewandelt auf den Wegen der Gebothe GOttes, und sind nicht in Gerechtigkeit auf den Fußsteigen seiner Wahrheit hergegangen.

14. Laß die Benachbarten zu Sion kommen, und Gedächtniß halten der Gefängniß meiner Söhne, und meiner Töchter, die der Ewige über sie gebracht hat.

15. Denn er hat ein Volk von ferne über sie gebracht, ein boshaftiges Volk von fremder Sprache:

16. Die weder das Alter angesehen, noch über die jungen Kinder sich erbarmet haben, und haben der Wittwen ihre Geliebten entführet, und die Einsame ihrer Kinder beraubet.

III. 17. Aber womit kann ich euch helfen?

18. Denn der das Unglück über euch hat kommen lassen, der wird euch auch aus den Händen eurer Feinde erretten.

19. Ziehet hin, meine Kinder, ziehet hin: denn ich bin verlassen, und einsam.

20. Ich habe das Kleid des Friedens ausgezogen, aber einen Sack des Flehens angelegt, und will zu dem Allerhöchsten schreyen in meinen Tagen.

21. Seyd wohlgemuth, meine Kinder, und rufet zum HErrn, der wird euch erretten aus der Hand der Fürsten, die eure Feinde sind.

22. Denn ich habe zu dem Ewigen die Hoffnung gesetzt, daß er euch helfen wird: und es ist mir eine Freude gekommen von dem Heiligen über die Erbarmung, die euch von dem Ewigen, unserem Heiland, wiederfahren wird.

23. Denn ich habe euch ausgesandt mit Trauren und Weinen: aber der HErr wird euch mit Freuden wieder zu mir bringen, und mit Lust in Ewigkeit.

24. Denn gleichwie die Nachbarn Sion eure Gefängniß von GOtt gesehen haben, also werden sie auch bald euer Heil von GOtt sehen, so mit großen Ehren, und ewigem Glanze über euch kommen wird.

25. Meine Kinder, traget den Zorn mit Geduld, der über euch gekommen ist: denn es hat dich dein Feind verfolget, aber bald wirst du seinen Untergang sehen, und wirst ihm auf seinen Hals tretten.

26. Meine Zarten sind auf rauhen *Wegen gegangen: denn sie sind hingeführet, wie eine Heerde, die von den Feinden geraubet ist. * harten.

27. Seyd getröst, meine Kinder, und rufet zum HErrn: denn der euch hingeführet hat, der wird an euch gedenken.

28. Denn wie ihr zuvor gesinnet gewesen seyd, von GOtt abzuwenden: also werdet ihr ihn zehenmal fleißiger suchen, wenn ihr nun wieder umkehret.

29. Denn der das Unglück über euch verhänget hat, der wird euch hingegen eine immerwährende Freude mit eurem Heil beschehren.

30. Sey wohlgemuth, Jerusalem, denn der ermahnet dich, der dich mit Namen genennet hat.

31. Die schädlichen Leute werden umkommen, welche dich geplaget haben: und die sich erfreuet haben über deinen Fall, sollen gestraft werden.

32. Die Städte, welchen deine Kinder gedienet haben, sollen gestraft werden: und die Stadt, welche deine Kinder hat hingenommen.

33. Denn gleichwie dieselbige bey deinem Untergange froh

℣. 16. *Et abduxerunt dilectos viduæ.* Filios meos, quæ vidua tum. *A filiis.* Filiis orbatam & desertam.

℣. 19. *Ambulate filii.* Convertimini, vel sic *ambulate.* Redite ad me ex captivitate.

℣. 20. *Exui me stola pacis.* Veste, qua induebar in prosperitate mea. *Indui me sacco obsecrationis.* Quod est indumentum pœnitentiæ. Hieron. *Cinis & cilicium sunt arma pœnitentiæ.*

℣. 22. *Ego enim speravi in æternum.* Gr. in æterno, scilicet in Deo. *A Sancto.* A Deo.

℣. 25. *Super cervices ipsius ascendes.* i. conculcabis inimicum tuum. Is. 60. v. 14. Plenius id factum per Christum, qui Ecclesiam suam & Vicarium dominari fecit cunctis gentibus antea inimicis.

℣. 26. *Delicati mei.* Quos præ cæteris amaveram.

℣. 28. *Sicut enim fuit sensus vester.* Gr. Cogitatio vestra, ad erraudum a Deo, decuplate conversi quærite eum; quod referri debet ad Israel secundum spiritum, non secundum carnem. *Decies tantum.* Decuplo majori studio quærite eum.

℣. 30. *Exhortatur enim te.* Gr. *Consolabitur te. Qui te nominavit.* Qui te de suo nomine vocavit, & urbem sanctam appellavit.

froh gewesen, und über deinen Fall sich erfreuet hat, also wird sie sich in ihrer Verwüstung betrüben.

34. Das Frohlocken ihres großen Volks soll abgeschnitten, und ihre Freude in Traurigkeit verwandelt werden.

35. Denn es wird ein Feuer von dem Ewigen viele Tage lang über sie kommen, und sie wird lange Zeit von den Teufeln bewohnet werden.

36. Jerusalem, siehe dich um gegen Aufgang der Sonne, und schaue die Freude, die dir von GOtt kömmt.

37. Denn siehe, deine Kinder kommen, die du zerstreuet von dir gelassen hast, sie kommen versammelt vom Aufgang bis zum Niedergang, und erfreuen sich im Worte des Heiligen, GOtt zu Ehren.

Das fünfte Capitel.

Jerusalem soll die Trauer ab- und das Ehrenkleid anlegen, weil GOtt ihre Kinder in großer Freude und Herrlichkeit aus der Gefängniß führen wird.

1. Jerusalem, ziehe aus das Kleid deines Traurens, und deiner Trübsal, und bekleide dich mit der Zierde und Ehre der ewigen Herrlichkeit, die dir von GOtt kömmt.

2. GOtt wird dich mit dem Kleide der Gerechtigkeit umgeben, und wird die Krone der ewigen Herrlichkeit auf dein Haupt setzen.

3. Denn GOtt wird in dir seinen Glanz zeigen allen denen, so unter dem Himmel sind.

4. Denn dein Name wird dir von GOtt genennet werden ewiglich: Friede der Gerechtigkeit, und Ehre der Gottseligkeit.

5. Stehe auf Jerusalem, und tritt auf die Höhe: und schaue umher gegen Aufgang, und siehe deine Kinder, die versammelt sind vom Aufgang der Sonne bis zum Niedergang, und sich erfreuen im Worte des Heiligen, weil sie an GOtt gedenken.

6. Denn sie sind zu Fuß von dir ausgegangen, und von den Feinden hinweggeführet worden: aber der HErr wird sie wieder zu dir bringen, mit Ehren getragen, wie Kinder des Reichs.

7. Denn GOtt hat beschlossen, alle hohe Berge, und die lang gestandenen Felsen niederzulegen, und die Thäler der Erde gleich zu machen: damit Israel GOtt zu Ehren sicher wandeln möge.

8. Aber die Wälder, und alle wohlriechenden Bäume, werden Israel aus GOttes Befehl überschatten.

9. Denn GOtt wird Israel mit Freuden im Lichte seiner Majestät herzuführen, mit Barmherzigkeit und Gerechtigkeit, die aus ihm ist.

lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione.

34. Et amputabitur exultatio multitudinis ejus, & gaudimonium ejus erit in luctum.

35. Ignis enim superveniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur a dæmoniis *c* in multitudine temporis. *c Jer.50.39.*

36. Circumspice *d* Jerusalem ad Orientem, & vide jucunditatem a Deo tibi venientem. *d Infr.5.5.*

37. Ecce enim, veniunt filii tui, quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab Oriente usque ad Occidentem, in verbo Sancti gaudentes in honorem Dei.

CAPUT V.

Jubetur Jerusalem luctum exuere, eo quod filii ejus, cum ignominia ducti in captivitatem, cum gloria sint ad eam reducendi.

1. Exue te Jerusalem stola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decore, & honore ejus, quæ a Deo tibi est, sempiternæ gloriæ.

2. Circumdabit te Deus diploide justitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni.

3. Deus enim ostendet splendorem suum in te omni, qui sub cœlo est.

4. Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in sempiternum: Pax justitiæ, & honor pietatis.

5. Exurge Jerusalem, & sta in excelso: & *a* circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole usque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. *a Sup.4.36.*

6. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore, sicut filios regni.

7. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & convalles replere in æqualitatem terræ: ut ambulet Israel diligenter in honorem Dei.

8. Obumbraverunt autem & silvæ, & omne lignum suavitatis Israel ex mandato Dei.

9. Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis suæ, cum misericordia, & justitia, quæ est ex ipso.

CAPUT

---

†. 34. *Et gaudimonium ejus.* Gr. Superbia, qua se insolenter effert.

†. 35. *Ignis enim superveniet ei.* sc. punitio *ab æterno*, a Deo *in longiturnis diebus. Et habitabitur a dæmoniis.* A satyris in multitudine temporis. Ista hyperbole, respectu pœnæ temporalis, est verissima descriptio pœnæ æternalis.

†. 37. *Veniunt filii tui - - in verbo Sancti.* Juxta promissum Dei: quæ verius impleta sunt sub Messia, cum fideles ex omni parte Orbis ad ipsum & ejus Ecclesiam confluxerunt.

CAPUT V.

†. 1. *Exue te Jerusalem stola luctus*, veste lugubri, *& vexationis tuæ.* Cilicina & aspera. *Et indue te decore & honore*, i. talari duplici. Mystice depone peccatum, propter quod luges & vexaris. Et indue te virtutibus & gratia.

†. 2. *Circumdabit te Deus diploide justitiæ.* Diplois est tunica talaris muliebris. *Honoris æterni.* Id est, Dei, ex Græco; hæc prophetia ad Ecclesiam proprie pertinet, & ad urbem Jerusalem vix applicari potest. *Et impone mitram capiti tuo.* Mitra est ornamentum capitis mulieris, ut stola vestis muliebris: loquitur de Ecclesia tamquam de muliere.

†. 3. *Deus enim ostendet splendorem suum in te omni, qui sub cœlo est.* Sc. populo, Gr. omni, quæ sub cœlo est, sc. terræ: efficiet, ut toto orbe terrarum sis clarissima.

†. 4. *Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in æternum.* Civitas, in qua pax abundat & justitia: vocari idem est, ac esse: quæ prophetia manifeste pertinet ad Ecclesiam; per nomen significatur species nota: nam pax justitiæ est Ecclesiæ propria, & non auferetur ab ea: Isai. 9. *Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis.*

†. 5. *Exurge Jerusalem, & sta in excelso, & circumspice.* Hortatur Jerusalem, ut diu depressa jam se erigat, & circumspiciat remeantes ex captivitate gaudens. Mystice exurgat a vitiis, & stet in bono adepto, & circumspiciat Christum. Nempe circumspiciat præterita, ut doleat: futura, ut caveat: præsentia, ut ingemiscat. S. Bern. *Vide homo, unde venis, & erubesce: ubi sis, & ingemisce: quo vadis, & contremisce.* Item: *Circumspice ad dexteram, ut vites mala & bona desideres: ad sinistram, ut fugias, & timeas pœnam.*

†. 6. *Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis.* Cum captivi sunt abducti. *Portatos in honore.* Equis & curribus honorifice vectos. Ut miseri abierunt, sed honorifice redierunt.

†. 7. *Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum.* Seu tollere omnia impedimenta viæ, sc. spiritualis & facilem omnibus reditum præbere.

†. 8. *Obumbraverunt autem & silvæ.* i. obumbrabunt: præteritum pro futuro. *Lignum suavitatis.* Gr. Suave olens: silvæ iis erunt umbraculo.

†. 9. *Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis*, divinæ virtutis *suæ.* Alludit ad columnam ignis in deserto. Exod. 13. v. 21.

CAPUT VI.

I. Jeremias hac epistola vaticinatur, Judæos apud Babylonios captivos post septem generationes liberandos. 1. II. Hortatur, ut sibi caveant ab illorum idololatria. 5. III. Ostendit a plurimis effectibus imbecilia esse idola, sensu carentia, ac vanissima. 13.

† *Anno M. 3405. Ante Chr. 599.*

EXemplar epistolæ, quam misit † Jeremias, ad abducendos captivos in Babyloniam a rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis, secundum quod præceptum est illi a Deo.

a Jer. 25. 9. 1. Propter *a* peccata, quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor, rege Babyloniorum.

2. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace.

b Isa. 44. 10. 3. Nunc *b* autem videbitis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus.

4. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis.

II. 5. Visa itaque turba de retro, & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.

6. Angelus enim meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas vestras.

7. Nam lingua ipsorum polita a fabro: ipsa etiam inaurata & inargentata, falsa sunt, & non possunt loqui.

8. Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt.

9. Coronas certe aureas habent super capita sua dii illorum: unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsos.

10. Dant autem & ex ipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum, cum receperint illud a meretricibus, ornant deos suos.

11. Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea.

12. Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos.

III. 13. Sceptrum autem habet ut homo, sicut judex regionis; qui in se peccantem non interficit.

14. Habet etiam in manu gladium, & securim; se autem de bello, & a latronibus non liberat. Unde vobis notum sit, quia non sunt dii.

15. Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt & dii illorum.

16. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium.

Das sechste Capitel.

Sendschreiben Jeremiä, in welchem I. er vorsaget der Jüden Gefängniß, und Erlösung aus Babylon. 1. II. Ermahnet alle, daß sie sich durch die Chaldäer nicht verleiten lassen zum Dienste der Götzen; 5. III. Als welche nichts anders, als unvermögliche Stöcke, oder Steine sind. 13.

Abschrift des Sendbriefs, den Jeremias zu denjenigen sandte, welche vom Könige zu Babylon gefänglich in Babylonien sollten geführet werden, damit er ihnen zu wissen thät, was ihm von GOtt befohlen war.

1. Um der Sünden willen, die ihr vor GOtt begangen habt, werdet ihr von Nabuchodonosor, dem Könige zu Babylon, gefänglich in Babylonien geführet werden.

2. Wann ihr nun gen Babylon kommet, so werdet ihr daselbst viele Jahre, und lange Zeit, bis in das siebente Geschlecht bleiben: darnach aber will ich euch von dannen mit Friede wieder herausführen.

3. Nun werdet ihr aber in Babylonien sehen, daß man die goldenen und silbernen, und steinernen, und hölzernen Götter auf den Achseln tragen wird, die den Heyden einen Schrecken machen.

4. Darum sehet euch vor, daß auch ihr den Fremden in solchem Werke nicht gleich werdet, daß ihr euch fürchtet, und durch sie schrecken lasset.

II. 5. Derowegen, wenn ihr sehet, wie das Volk sie anbethet, das hinten und vornen gehet, so saget in euren Herzen: HErr, dich soll man anbethen.

6. Denn mein Engel ist bey euch: so will ich auch selbst auf eure Seelen Acht haben.

7. Denn ihre Zunge ist vom Werkmeister artig gemacht*: und auch sie sind mit Gold und Silber überzogen, aber sie sind falsch, und können nicht reden. *gehobelt

8. Und gleichwie eine Jungfrau, so sich gerne schmücket: also hat man Gold genommen, und sie zierlich gemacht.

9. Ihre Götter zwar haben goldene Kronen auf ihren Häuptern: davon nehmen die Priester Gold und Silber, und wenden es auf sich selbst.

10. Sie geben davon auch wohl den gemeinen Dirnen, und zieren damit die Huren: und wann sie es von den Huren wieder bekommen, so zieren sie ihre Götter.

11. Aber die Götter sind nicht frey von Rost und Motten.

12. Wenn sie schon mit einem Purpurkleid bedeckt sind, so wischet man doch ihr Angesicht, wegen des Staubes im Hause, deß an ihnen sehr viel ist.

III. 13. Es hat wohl einer einen Zepter in der Hand, wie ein Mensch, der ein Richter im Lande ist; aber der, der ihn sündiget, den kann er nicht tödten.

14. Der andere hat ein Schwert und Axt in der Hand; aber für Krieg, und für Mörder kann er sich nicht beschirmen. Daraus ihr erkennen sollet, daß sie nicht Götter sind.

15. Derowegen fürchtet sie nicht. Denn gleichwie eines Menschen Geschirr, das zerbrochen wird, nichts nütz ist, also sind auch ihre Götter.

16. Wenn man sie in das Haus setzt, so werden ihre Augen voll Staubes von den Füßen derjenigen, die hineingehen.

17. Und

CAPUT VI.

¥. 2. *Eritis ibi - usque ad generationes septem.* Vox Græca spatium significat decem annorum, vel septem juxta alios: sic medici veteres vetant incidi venam pueris ante duas generationes, seu ante 14. annos; si priori modo generatio accipiatur, videntur numerandæ ab anno 13. regis Josiæ, ut putat Tirinus; si posteriori modo, ab anno 4. Joachim: alii aliter 70. annos computant. Insignem & notabilem annorum numerum Hebræi vocant generationem.

¥. 3. *Videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos.* Frustra hæc verba Catholicis objiciunt Calvinlani; non enim aliud docet Propheta, quam simulacra gentium non esse deos; quod sæpe concludit his verbis: *Unde vobis notum sit, quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos.* Idque libenter concedimus de nostris imaginibus: sed hinc non sequitur, nullam iis deberi venerationem, cum ad sua prototypa referuntur. Nam ut pronuntiantes sanctissimum nomen JEsus, non sonum vocis honoramus caput aperiendo, sed ipsum Filium Dei; sic ubi procumbimus ante Crucifixi imaginem, non ipsam imaginem proprie adoramus, sed eum, cujus est imago. Atque ex hac epistola refellitur Calvinus, cum negat, statuas a gentibus fuisse adoratas, sed in iis, ut in imaginibus verum Deum; nam singulis pene versibus Propheta Babylonios perstringit, quod ligna & lapides pro dis colerent, & ob eam rationem SS. Patres irrident Ethnicos.

¥. 5. *Visa itaque turba de retro & ab ante adorantes, dicite in cordibus vestris: Te oportet adorari Domine.* Non præcipit ore & opere contraria exhiberi; sed quamdiu nulla urget profitendæ fidei necessitas, tum in corde solo veritatem fidei retineri.

¥. 6. *Ipse autem exquiram animas vestras.* Vestri curam habebo, & vester ero vindex.

¥. 8. *Et sicut virgini amanti ornamenta.* i. ornatus studiosæ, sic ea vestituut, quasi ornarent virginem.

17. Und gleichwie man einen, der den König erzürnet hat, mit verschloßnen Thüren verwahret: oder wie man mit einem Todten handelt, der zum Grabe getragen wird: also verwahren die Priester die Thüren mit Riegel und Schlössern, damit sie von den Räubern nicht geplündert werden.

18. Sie zünden ihnen Lichter an, und zwar in großer Menge, davon sie doch keines sehen können: denn sie sind wie Balken im Hause.

19. Man erzählet, daß die Schlangen, so aus der Erde wachsen, ihre Herzen zernagen: und sie fühlen es doch nicht, wenn sie sammt ihren Kleidern gefressen werden.

20. Ihre Angesichte werden schwarz vom Rauche, der im Hause aufgehet.

21. Die Nachteulen und Schwalben, wie andere Vögel, fliegen auf ihren Leib, und auf ihr Haupt, ingleichen auch wohl die Katzen.

22. Daher ihr wissen könnet, daß sie nicht Götter sind. Darum fürchtet sie nicht.

23. So ist auch das Gold, so sie haben, zum Schmuck. Wenn man davon den Rost nicht abfeget, so werden sie nicht glänzen: denn wie sie gegossen wurden, fühlten sie es nicht.

24. Sie sind gekauft mit großem Werth, darinn doch kein Athem ist.

25. Sie werden ohne Füße auf den Achseln getragen, und geben den Menschen ihre eigne Schmach * damit zu erkennen. Also müssen auch zu Schanden werden, die sie ehren:

* Unvermögenheit

26. Weil sie von ihnen selbst nicht aufstehen können, wenn sie auf die Erde fallen: und wenn man sie schon aufrecht stellet, so können sie doch von sich selbst nicht stehen bleiben: sondern man legt ihnen ihre Gaben vor, wie den Todten.

27. Ihre Priester verkaufen, und misbrauchen die Opfer, so man ihnen opfert: ingleichen brechen auch ihre Weiber davon ab, da sie doch weder den Kranken, noch den Armen etwas davon mittheilen.

28. Es rühren auch schwangere und mondsüchtige Weiber ihre Opfer an. Hieraus könnet ihr ja erkennen, daß sie nicht Götter sind, darum fürchtet sie nicht.

29. Denn woher sollen sie Götter genennet werden? darum, daß die Weiber den goldenen, und silbernen, und hölzernen Göttern die Gaben vorlegen:

30. Und die Priester sitzen in ihren Häusern mit zerschnittenen Röcken, mit geschornen Köpfen und Bärten, und bloßen Häuptern.

31. Sie brüllen aber, und schreyen vor ihren Göttern, als die über Tisch einen Todten beklagen.

32. Die Priester nehmen ihre Kleider hinweg, und bekleiden damit ihre Weiber, und Kinder.

33. Man thue ihnen etwas Böses, oder Gutes, so können sie es doch nicht vergelten: sie können auch einen König weder an- noch absetzen.

34. Ingleichen können sie weder Reichthum geben, noch Böses wiedergelten. Wenn jemand ihnen etwas gelobet hat, und giebt es nicht, so werden sie es nicht fördern.

35. Sie erlösen den Menschen nicht vom Tode, erretten auch einen Schwachen nicht von dem, der ihm zu mächtig ist.

36. Einem blinden Menschen geben sie das Gesicht nicht wieder, und erlösen niemand aus der Noth.

37. Sie erbarmen sich nicht über die Wittwen, und thun den Wayfen nichts Gutes.

38. Ihre hölzerne, und steinerne, und goldene, und silberne Götter sind gleich den Steinen, welche von dem Berge ausgebrochen werden. Die sie aber ehren, sollen zu Schanden werden.

39. Wie soll man dann dafür halten, und sagen, daß sie Götter seyen?

40. Weil die Chaldäer selbst sie nicht fast ehren: denn wann sie von einem Stummen hören, der nicht reden kann, bringen sie es zum Bel, und begehren von ihm, daß er reden möge:

17. Et sicut alicui, qui regem offendit, circumseptæ sunt januæ: aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne a latronibus expolientur.

18. Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo.

19. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes, qui de terra sunt: dum comedunt eos, & vestimentum ipsorum, & non sentiunt.

20. Nigræ fiunt facies eorum a fumo, qui in domo fit.

21. Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aves etiam, similiter & cattæ.

22. Unde sciatis, quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos.

23. Aurum etiam, quod habent, ad speciem est. Nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt: neque enim, dum conflarentur, sentiebant.

24. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non ineit ipsis.

25. Sine *c* pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam, qui colunt ea: *c Isa. 46. 7.*

26. Propterea si ceciderint in terram, a semetipsis non consurgunt: neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit: sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur.

27. Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt.

28. De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Scientes itaque ex his, quia non sunt dii, ne timeatis eos.

29. Unde enim vocantur dii? quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis:

30. Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt.

31. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui.

32. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt uxores suas, & filios suos.

33. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre.

34. Similiter neque dare divitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit, & non reddiderit, neque hoc requirunt.

35. Hominem a morte non liberant, neque infirmum a potentiori eripiunt.

36. Hominem cæcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt.

37. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient.

38. Lapidibus de monte similes sunt dii illorum lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.

39. Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum, illos esse deos?

40. Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea: qui cum audierint, mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui:

℣. 19. *Corda vero eorum.* sc. interiora idolorum *dicunt elingere serpentes.* Seu medullam ligni corrodunt serpentes, aut vermes.

℣. 40. *Offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui.* Petunt ab idolo, ut mutus loqui possit, cum idolum ipsum non loquatur.

41. Quasi possint sentire, qui non habent motum: & ipsi cum intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dii illorum.

42. Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, succendentes ossa olivarum.

43. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat, quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis ejus diruptus sit.

44. Omnia autem, quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum, aut dicendum est, illos esse deos?

45. A fabris autem, & ab aurificibus facta sunt: nihil aliud erunt, nisi id, quod volunt esse sacerdotes.

46. Artifices etiam ipsi, qui ea faciunt, non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea, quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dii?

47. Reliquerunt autem falsa, & opprobrium posteà futuris.

48. Nam cum supervenerit illis prælium, & mala, cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis.

49. Quomodo ergo sentiri debeant, quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt?

50. Nam cum sint lignea, inaurata, & inargentata, scietur postea, quia falsa sunt ab universis gentibus & regibus; quæ manifesta sunt, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis.

51. Unde ergo notum est, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est?

52. Regem regioni non suscitant, neque pluviam hominibus dabunt.

53. Judicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab injuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cœli, & terræ.

54. Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.

55. Regi autem, & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendum, quia dii sunt?

56. Non a furibus, neque a latronibus se liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus hi, qui fortiores sunt,

57. Aurum, & argentum, & vestimentum, quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent.

58. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo utile, in quo gloriabitur, qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit, quæ in ipsa sunt; quam falsi dii.

59. Sol quidem, & luna, ac sidera cum sint splendida, & emissa ad utilitates, obaudiunt.

60. Similiter & fulgur cum apparuerit, perspicuum est, idipsum autem & spiritus in omni regione spirat.

41. Gerad, als wenn die fühlen könnten, die sich nicht bewegen: wann sie dieß verstehen, so werden sie selbst von ihnen abweichen: denn ihre Götter haben kein Fühlen.

42. Aber die Weiber, mit Stricken umgürtet, sitzen an den Wegen, und zünden Olivenkern an.

43. Wann alsdann eine aus denselben von jemand, der vorübergehet, angezogen, und beschlafen wird, so verweiset dieselbe ihrer Nachbarinn, daß sie nicht auch, gleich ihr, sey würdig geachtet, und ihr Strick aufgelöset worden.

44. Also alles, was man ihnen thut, ist falsch und eitel. Wie soll man dann dafür halten, und sagen, daß sie Götter seyen?

45. Sie sind ja von Werkmeistern und Goldschmieden gemacht: und sind nichts anders, dann was den Priestern gefällt, das sie seyn sollen.

46. So leben auch die Werkmeister selbst nicht lang, die sie machen. Wie können dann die Dinge Götter seyn, welche von ihnen sind gemacht worden?

47. Also haben sie Betrug, und Schande hinterlassen den Nachkömmlingen.

48. Denn wann Krieg und Unglück über sie kömmt, so gedenken die Priester bey ihnen selbst, wo sie sich mit ihnen verbergen möchten.

49. Wie soll man dann dafür halten, daß sie Götter seyen, weil sie sich selbst für Krieg nicht beschirmen, noch vom Uebel erretten können?

50. Denn dieweil sie von Holz gemacht, und übergoldet und übersilbert sind, so werden hinfüro alle Völker und Könige erkennen, daß es Betrug mit ihnen ist; und ist offenbar, daß sie nicht Götter sind, sondern ein Werk von Menschenhänden gemacht, und vermögen kein Werk GOttes zu wirken.

51. Woher ist aber kündig, daß sie nicht Götter, sondern Werke der Menschen Hände sind, so kein Werk GOttes vermögen?

52. Sie erwecken keinen König im Lande, und geben den Menschen keinen Regen.

53. Sie unterscheiden auch nicht, was recht und unrecht ist, und können die Länder von Gewalt nicht erretten: denn dazu vermögen sie so wenig, als die Krähen, welche zwischen Himmel und Erde herumfliegen.

54. Denn wann ein Feuer kömmt in das Haus der hölzernen, und silbernen, und goldenen Götter, so fliehen zwar ihre Priester davon, und werden erhalten: sie aber müssen, gleichwie andere Balken, verbrennen.

55. Sie können dem Könige, und dem Feinde im Kriege nicht widerstehen. Wie soll man dann sie für Götter halten, oder annehmen?

56. So können auch die hölzernen, und steinernen, und übergoldeten, und übersilberten Götter sich der Diebe und Räuber nicht erwehren, die ihnen zu stark sind,

57. Und nehmen ihnen Gold und Silber, und Kleider ab, damit sie bedeckt sind, und ziehen davon, und sie werden ihnen selbst nicht helfen.

58. Derowegen ist viel besser ein König, der seine Stärke beweiset, oder ein nützlich Gefäß im Hause, daß sich einer rühmen kann, der es hat: oder eine Thür, welche in dem Hause bewahret, was darinnen ist; dann falsche Götter.

59. Die Sonne zwar, der Mond und die Sterne sind gehorsam, wann sie scheinen, und zum Nutzen ausgesandt werden.

60. Deßgleichen ist der Blitz hell, wann er sich sehen läßt, auf dieselbige Weise wehet auch der Wind in allen Landen.

61. Und

℣. 42. *Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent.* In viis templi exponunt pudicitiam suam, zona circumdatæ, quasi virginali, & Veneri sacræ, & primo cuique obvio copiam sui faciant. Interim ossa, seu nucleos olivarum succendebant, quos ritus a Babyloniis Græcos accepisse ex Herodoto, Strabone, & aliis probant Cornelius a Lapide, Pererius & alii. Utebantur autem potius *olivæ*, quam aliarum arborum nucleis, ut certius ac clarius testarentur suæ concupiscentiæ flammas, cum nuclei olivarum, utpote magis oleati & pingues, vehementius ardeant.

℣. 53. *Sicut corniculæ.* Quarum volatum & crocitationem superstitiose ad divinationem gentiles observant.

℣. 56. *Non a furibus &c. se liberabunt dii lignei - quibus hi, qui* (Biblia Lovanientia legunt iniqui) *fortiores sunt.*

℣. 59. *Sol quidem, & luna, ac sidera &c.* Sunt idolis meliora, utilitatem hominibus afferunt, & Dei præcepto obediunt, uti fulgura & venti.

℣. 60. *Idipsum autem & spiritus in omni regione spirat. Nulla enim propemodum regio est*, ait Seneca, *quæ non habeat aliquem flatum ex se nascentem, & circa se cadentem. l. 5. nat. quæst. c. 16.*

61. Und wann den Wolken von GOtt befohlen wird, über die ganze Welt zu fahren, so verrichten sie, was ihnen geboten ist.

62. Wenn auch das Feuer von oben herabgesandt wird, die Berge und Wälder zu verzehren, so thut es, was ihm befohlen ist. Die Götter aber sind keinem von diesen weder an Gestalt, noch an Kräften gleich.

63. Derowegen soll man dafür nicht halten, noch sagen, daß sie Götter seyen, dieweil sie weder recht richten, noch einige Wohlthat den Menschen erzeigen können.

64. Nachdem ihr dann wisset, daß sie nicht Götter sind, so sollet ihr euch vor ihnen nicht fürchten.

65. Denn sie mögen die Könige weder verfluchen, noch segnen.

66. Sie mögen auch den Heyden am Himmel keine Zeichen geben, noch leuchten, wie die Sonne, noch scheinen, wie der Mond.

67. Die unvernünftigen Thiere sind besser, dann sie, weil sie unter das Dach fliehen, und ihnen selbst nützlich seyn können.

68. Derowegen ist uns offenbar, daß sie keinerley Weise Götter sind: darum sollt ihr sie nicht fürchten.

69. Denn gleichwie auf dem Kürbisacker ein Zeichen, das zum Schrecken gesetzt ist, nichts hütet: also sind beschaffen ihre hölzernen, silbernen, und übergoldeten Götter.

70. Gleichwie eine weisse Dornstaude im Garten ist, darauf sich allerhand Vögel setzen: und wie ein Leichnam ist, der hingeworfen liegt im Finstern: also sind ihre hölzernen, und übergoldeten, und übersilberten Götter:

71. Ihr könnet auch an ihrem Purpur und Scharlachkleide erkennen, daß sie nicht Götter sind, weil es die Motten an ihrem Leibe fressen: ja sie werden endlich selbst gefressen, das ihnen im Lande zur Schmach gereichet.

72. Darum ist ein gerechter Mensch besser daran, der keine abgöttische Bilder hat: denn er wird ferne von Schmach und Schanden seyn.

61. Et nubes, quibus, cum imperatum fuerit a Deo perambulare universum orbem, perficiunt, quod imperatum est eis.

62. Ignis etiam missus desuper, ut consumat montes, & silvas, facit, quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus uni eorum similia sunt.

63. Unde neque existimandum est, neque dicendum, illos esse deos, quando non possunt neque judicium judicare, neque quidquam facere hominibus.

64. Scientes itaque, quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos.

65. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.

66. Signa enim in cœlo gentibus non ostendunt, neque ut sol lucebunt, neque illuminabunt ut luna.

67. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi.

68. Nullo itaque modo nobis est manifestum, quia sunt dii: propter quod ne timeatis eos.

69. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati.

70. Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis avis sedet: similiter & mortuo projecto in tenebris: similes sunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati:

71. A purpura quoque & murice, quæ supra illos tineant, scietis itaque, quia non sunt dii: ipsi etiam postremo comeduntur, & erunt opprobrium in regione.

72. Melior est homo justus, qui non habet simulacra: nam erit longe ab opprobriis.

Der Prophet Ezechiel.

Das erste Capitel.

I. Ezechiel siehet die Herrlichkeit GOttes auf einem Wagen: 5. II. Welcher von vier Cherubim, so erschienen in Gestalt vier Thieren, nämlich, eines Menschen, eines Löwens, eines Ochsen, und eines Adlers, gezogen wurden. 10.

Es begab sich im dreyßigsten Jahre, im vierten Monathe, am fünften Tage des Monaths, als ich mitten unter den Gefangenen am Flusse Chobar* war, daß der Himmel sich aufthat, und ich sah die Gesichte GOttes. * Euphrates

2. Am fünften Tage desselben Monaths, und war gleich das fünfte Jahr, nachdem der König Joachin gefänglich hinweggeführet war,

3. Geschah des HErrn Wort zu Ezechiel, dem Sohne Buzi, dem Priester, im Lande der Chaldäer, am

PROPHETIA EZECHIELIS.

CAPUT I.

I. Videt Domini majestatem super Cherubim seu quatuor animalia, quæ describuntur: 5. II. Supergque firmamentum, & thronum, in specie hominis residentis. 10.

Et factum est in trigesimo anno, in quarto, in quinta mensis †, cum essem in medio captivorum *a* juxta fluvium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei. † *Anno M. 3409. Ante Chr. 595.* *a Infr. 3. 23. & 10. 20. & 43. 3.*

2. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Joachin,

3. Factum est verbum Domini ad Ezechielem, filium Buzi, sacerdotem, in terra Chaldæorum,

---

℣. 69. *Sicut in cucumerario formido nihil custodit.* Terriculamenta, quæ in cucumerariis poni solent ad terrendas aves: natura sua non custodiunt, cum non sint nisi hominum simulacra: sic idola opinione tantum superstitiosorum aliquid efficiunt, non natura sua

℣. 71. *A purpura quoque & murice.* Existimat Maldonatus, interpretem vertisse a purpura, a murice, quæ supra illos tineant, seu tineis exeduntur: scietis utique, quia non sunt dii. *Et erunt in opprobrium.* Erit ouribus irrisionis materia.

℣. 72. *Melior est homo justus, qui non habet simulacra.* Propheta plus significat, quam verbis exprimit. Justus enim gloriam invenit æternam.

CAPUT I.

℣. 1. *Et factum est in trigesimo anno.* Sive hic annus computetur ab inventione libri legis, regnante Josia, sive ab anno Jubilæi, sive a captivitate Babylonica, & a capto Joachin, seu denique ab initio regni Nabopolassar patris Nabuchodonosoris, unde Babylonii numerabant annos. *In quarto.* Id est mense. *Aperti sunt cœli.* Vel fulgura emicuerunt, vel ut ait Hieron. *Apertos cælos, non de visione firmamenti, sed fide credentis intelligo, eo quod cælestia sint illi revelata mysteria.* Credibilius est hos 30. annos a captivitate numerari; non enim de Jubilæo, aut de inventione libri legis, sed de captivitate agebat Propheta. Theodoretus ab anno 18. Josiæ, quo sententia captivitatis fuit pronuntiata, eos annos enumerat; ut 400 anni Gen. 15. ab eo anno, quo Deus Abrahamo peregrinationem Ægyptiorum & captivitatem prædixit, sint computandi. *Juxta fluvium Chobar.* Qui rivus est, vel ramentum Euphratis, dictusque *Chobar*, id est, abundans & copiosus ob vini & aquarum copiam.

℣. 3. *Factum est verbum Domini ad Ezechielem.* sc. divina virtus, ventus, turbo, ignis calamitatem Judæis imminentem designant. Currus Dei, divinæ majestatis & providentiæ est symbolum. Adstant illi Cherubim, & exercitus

rum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini.

4. Et vidi, & ecce, ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu ejus: & de medio ejus quasi species electri, id est, de medio ignis:

5. Et in medio ejus similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum: similitudo hominis in eis.

6. Quatuor facies uni, & quatuor pennæ uni.

7. Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis.

8. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor patribus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant.

9. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum. Non revertebantur, cum incederent, sed unumquodque ante faciem suam gradiebatur.

** IN FESTO SS. EVANGELISTARUM MATTH. ET MARCI.*

10. * Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis a sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor.

11. Facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper, duæ pennæ singulorum jungebantur, & duæ tegebant corpora eorum:

12. Et unumquodque eorum coram facie sua ambulabat: ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur, cum ambularent.

13. Et similitudo animalium, aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discur-

Flusse Chobar: und die Hand des HErrn kam daselbst über ihn.

4. Und ich sah, und siehe, es kam ein Sturmwind von Mitternacht: und eine große Wolke, darinn ein brennendes Feuer, und war ein Glanz rings herum: und mitten heraus, nämlich aus dem Feuer, ließ sich etwas sehen gleich einem sehr hellen Aerz:

I. 5. Und mitten darinn war ein Gleichniß von vier Thieren: und derselben Gestalt war diese: sie waren gleich gestaltet, wie ein Mensch.

6. Ein jegliches Thier hatte vier Angesichter, und ein jegliches hatte auch vier Flügel.

7. Ihre Füße waren aufrechte Füße, aber die Fußsohlen an ihren Füßen waren gestaltet, wie die Fußsohlen eines Kalbes Fuß, und sie funkelten, als wenn man gländ* Aerz ansiehet. * polirt, glänzendes.

8. Unter ihren Flügeln, an vier Seiten waren Menschenhände: sie hatten auch Angesichter und Flügel an den vier Seiten.

9. Und ihre Flügel waren aneinander gefüget, eines jeglichen an des andern Flügel. Wann sie fortgiengen, so kehreten sie nicht wieder um, sondern ein jegliches gieng vor sich hin.

II. 10. Aber die Gestalt ihres Angesichtes war eines Menschen Angesicht *, und zur rechten Seite ** der vier Thiere war eines Löwen Angesicht: aber zur linken Seite der vier Thiere war eines Ochsen Angesicht, und eines Adlers Angesicht war oben auf den vieren. * nämlich vorne. ** eines jeden.

11. Also waren ihre Angesichter, und ihre Flügel waren oben über sie ausgestrecket, daß sich eines jeglichen zween Flügel zusammen fügeten, und zween Flügel bedeckten ihre Leiber:

12. Und ein jegliches Thier gieng stracks vor sich hin: wohin die Bewegung des Geistes gieng, da giengen sie hin, und kehreten nicht wieder, wann sie fortgiengen.

13. Und die Gestalt der Thiere war anzusehen, wie glüende Kohlen im Feuer, und wie brennende Fackeln erscheinen. Dieß sah man also zwischen den Thieren hin und

---

ercitus Angelorum ad jussa Dei facienda expediti; currus Dei, seu providentiæ ministri sunt Cherubim. Quatuor habet facies divina providentia: fortis est ut leo, velox ut aquila, amabilis ut homo, patiens ut bos. *In medio rotæ.* Causarum seriem, & connexionem insinuat.

℣. 4. *Et ecce, ventus turbinis.* Turbines excitans. *Ab Aquilone.* Respectu Judææ; a Babylone nempe. *Et ignis involvens.* 70. Ignis fulgurans. Hæc visio obscura gloriam Domini adumbrabat, ut Ezechiel ipse initio cap. 2. testatur: quæ in cœlo primum, quod instar sapphiri lumine circumfuso describit; tum in ministris divini imperii, & in ordine providentiæ, qui & alis instructi celeritatem in exequendis Dei mandatis exprimunt. Turbo ille ab Aquilone Nabuchodonosorem satis apte exhibet: sic enim ab aliis Prophetis designatur, ut Jerem. 23. *Ecce, turbo dominicæ indignationis. Et splendor in circuitu ejus.* Nubis, adeo ut circa nubem totum illud spatium colluceret, & de medio ejus, ignis nimirum. *Species electri.* An succini, an potius æris præstantissimi, & coloris aurei. Metallum illud populum Israel exprimit, quem tot calamitates absumere non potuerunt.

℣. 5. *Et in medio ejus similitudo quatuor animalium.* Non erant animalia, sed eorum similitudinem præ se ferebant spiritus cœlestes. *Similitudo.* Forma eorum erat similis formæ humanæ.

℣. 6. *Quatuor facies uni.* Unicuique eorum erant quatuor facies, humana anterior, leonina dextra &c. unicuique facies quatuor erant, alæ duæ ad tegendam illam corporis partem, quæ illis respondebat, duæ ad volandum versus eam partem, in quam facies spectabat.

℣. 7. *Pedes eorum recti.* Sept. *Crura recta.* Ut in homine. *Quasi planta pedis vituli.* Aquila vertit, quasi planta pedis rotundi; ut facile in omnes partes moverentur. *Et scintillæ.* Hebr. *Scintillantes.* Nempe eorum pedes, aut crura.

℣. 8. *Et manus hominis.* Brachia humanis similia. *Sub pennis eorum in quatuor partibus.* Animalium, quæ quatuor faciebus respondebant. Greg. Moral. l. 7. c. 28. *Manus operatio & pennæ contemplatio. Manus igitur sub pennis sunt, quando actiones contemplationi innituntur, & actionis suæ opera virtute contemplationis vincunt. Habebant.* Ut in omnem partem aspicere & ambulare possent. In singulis quaternæ erant facies, quaterna brachia: sub qualibet penna, vel ala erat una manus.

℣. 9. *Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum.* Ut æquali celeritate in eam partem volare possent: vel ex Hebr. conjunctæ erant alæ unius faciei alis alterius faciei in eodem animali. *Non revertebantur.* Non vertebant se ut cætera animalia, cum in contrariam partem volebant ire, quia faciem habebant & alas in omnem partem. Hieron. *Juncta sibi sunt Evangelia, hærentque mutuo, & in toto orbe volitantia huc illuc discurrunt, nec habent suum volatus, nec aliquando superantur & recedunt, sed semper ad ulteriora procedunt.*

℣. 10. *Similitudo autem vultus eorum, facies hominis.* Hoc loco videtur punctum interponendum: omnia faciem hominis habebant. *A dextris.* Ex Hebr. Facies leonis erat ad dexteram faciei humanæ. *Et desuper.* Voxilla, *desuper*, neque in Hebræo, neque apud 70. occurrit: nec poterat, nisi a tergo fuisset, ait Maldonatus: aut certe hoc loco vox *desuper*, significat præterea: unicuique animali quatuor inerant facies, non una tantum.

℣. 11. *Facies eorum & pennæ eorum extentæ desuper.* Singulis animalibus 16. erant alæ, ex iis octo erant extensæ ad volandum in omnes partes universi, aliæ octo corpus animalis tegebant: ala unius faciei alæ alterius faciei ejusdem animalis juncta erat: quod omnium consensum exprimebat. Greg. *Quia omnis intentio, omnisque contemplatio sanctorum super se tendit, ut illud possit adipisci, quod in cœlestibus appetit: sive enim bono operi, sive contemplationi invigilet; tunc veraciter hoc, quod agit bonum est, quando ei complacere concupiscit, a quo est.* Nota: Quod, qui non Deo sed hominibus placere cupit, intentionis suæ faciem deorsum premit.

℣. 12. *Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat.* Recta ibat: nam versus partes omnes faciem habebat obversam. Greg. *Ante faciem suam ambulare est cœlestia appetere: in præsenti vero sive coram facie sua ambulare, est sibimet absentem non esse.* Omnis etenim justus, *qui vitam suam sollicite aspicit & considerat, quantum quotidie in bonis crescat aut decrescat; [quia sic se ante se ponit, coram se ambulat.*

℣. 13. *Hæc erat visio discurrens in medio animalium.* Videbatur in medio animalium ignis discurrere, & de igne fulgur egredi.

und wieder laufen: der Glanz war, wie Feuer, und aus dem Feuer gieng ein Blitz heraus.

14. Und die Thiere giengen daher, und wandten sich, wie ein blinkender Blitz.

15. Und als ich die Thiere anschauete, ließ sich ein Rad neben den Thieren sehen auf Erden, das war gestaltet, als wenn es vier Räder wären:

16. Und die Räder sammt ihrem Werke waren anzusehen, wie das Meer: und alle viere waren eines dem andern gleich: es hatte auch mit ihnen, und ihrem Werke das Ansehen, als wenn ein Rad im andern wäre.

17. Wann sie giengen, so giengen sie auf ihren vier Oertern, und kehreten im Gehen nicht wieder hintersich.

18. Aber die Größe der Räder, und ihre Höhe, war schrecklich anzusehen: und sie waren alle viere in die Runde um und um voller Augen.

19. Und wann die Thiere fortgiengen, so giengen auch neben ihnen die Räder zugleich fort: und wann sich die Thiere von der Erde aufhuben, so huben sich auch die Räder übersich.

20. Wo der Geist hingieng, dahin erhuben sich auch zugleich, durch Bewegung des Geistes, die Räder, und folgeten ihm: denn es war ein lebendiger Geist in den Rädern.

21. Wann die Thiere giengen, so giengen sie mit, und wann sie stunden, so stunden sie auch: wann sie sich aufhuben von der Erde, so huben sich die Räder zugleich auf, und folgeten ihnen: denn es war ein lebendiger Geist in den Rädern.

22. Und über den Häuptern der Thiere war eine Gestalt, gleichwie das Firmament, wie ein Crystall, erschrecklich anzusehen, und war über ihre Häupter ausgebreitet.

23. Aber unter dem Firmamente waren ihre Flügel, je eines gegen des andern Flügel richtig ausgestrecket: und ein jegliches Thier bedeckte seinen Leib mit zween Flügeln, also waren sie zugleich bedecket.

24. Und ich hörte das Rauschen der Flügel, wie ein Rauschen vieler Wasser, und wie ein Getön des hohen GOttes: wann sie fortgiengen, so war ein Geläut, wie einer großen Menge, wie eines Heerlagers: wann sie aber still stunden, so ließen sie ihre Flügel sinken.

25. Denn wann sich eine Stimme hören ließ oben über

rens in medio animalium: splendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

14. Et animalia ibant, & revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis.

15. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram juxta animalia, habens quatuor facies:

16. Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris: & una similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ.

17. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non revertebantur, cum ambularent.

18. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & *b* totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. *b Infr.* 10. 12.

19. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea: & cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul & rotæ.

20. Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter elevabantur, sequentes eum: spiritus enim vitæ erat in rotis.

21. Cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant: & cum elevatis a terra, pariter elevabantur & rotæ, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis.

22. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper.

23. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum: unumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur.

24. Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei: cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum: cumque starent, demittebantur pennæ eorum.

25. Nam cum fieret vox super firmamentum, quod

℣. 14. *Et animalia ibant & revertebantur.* In contrariam partem ambulabant. Contrarium videtur dixisse Propheta v. 9. & 12. animalia scilicet non reverti. Sed ut bene advertit Martianæus in nupero opere *de triplici Syntaxi*, habet da ratio circumstantiarum, ubi videtur in sententiis aliqua subesse contradictio. Addit Propheta ea reverti instar fulgurum, Hebr. *Bezec*, בזק. Nam ut fulgura in ictu oculi micant, & progrediuntur in momento temporis, neque ab aere, aut a se ipsis separantur; ita hæc animalia prorsum volabant. At si quem offenderent obicem, priora non relegebant vestigia, atque ut ait Hieronymus, non tam revertuntur, quam contrahunt se, extincta rursum, & præbituta lumen, quod parumper absconderant.

℣. 15. *Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una.* Una juxta unum animal; singulæ rotæ juxta singula animalia; quæ quatuor rotæ aliæ aliis comprehensæ unam velut rotam, aut sphæram efficiebant: a 4 animalibus sic pendebant, ut horum motu agerentur; eæque mundum aspectabilem in perpetuo motu positum designabant, res inferiores Dei ministris subjici, ut juxta divinæ providentiæ nutum moveantur. *Rota una super terram.* Quæ in cœlo infra quadrigam apparebat, non super veram terram. *Rota una juxta animalia.* Singulæ rotæ juxta singula animalia, quæ non erant in curru; sed tamquam stipatores singulas rotas comitabantur. *Habens quatuor facies.* Erat quadripartita: adeo ut unaquæque rota aliam transversim secaret, & quatuor semicirculi velut coluri in sphæra apparerent. Cuilibet rotæ insculpta erat facies hominis, leonis, bovis & aquilæ.

℣. 16. *Et aspectus rotarum.* Forma, species. *Quasi visio maris.* Cærulei coloris. *Et una.* Singularum consimilis figura. *Aspectus earum & opera.* Figura & compositio. *Quasi rota in medio rotæ.* Integra rota sphæræ cujusdam instar formata. *Et similitudo.* An forte octo erant rotæ? sed quatuor tantum erant locis separatæ; nam binæ erant mutuo implicatæ.

℣. 17. *Per quatuor partes earum euntes ibant.* Versus quatuor sua latera citra ullam conversionem, aut flexionem rotari poterant.

℣. 18. *Statura quoque erat rotis.* Hebr. Dorsum: extimus circulus erat prodigiosæ magnitudinis. *Horribilis. Totum corpus.* Hebr. Dorsum. *Oculis plenum.* Ocellis, quales in cauda pavonis, quod motus omnes sint ordinati. Beda Dom. 11. post Trinit. *Corpora animalium idcirco plena oculis describuntur, quia Sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bona rite providens, & mala solerter cavens.*

℣. 20. *Quocumque ibat spiritus,* sc. animalium *illuc -- & rotæ pariter elevabantur.* Quocumque spiritus animalium hæc impellebat, eo quoque spiritus rotarum eas promovebat, cum idem spiritus utraque regeret.

℣. 22. *Et similitudo super capita animalium firmamenti.* Similitudo firmamenti. *Quasi aspectus crystalli horribilis.* Propter divinitatem, quam præ se ferebat. Similem visionem vidit Joannes Apoc. 4. in qua throni, animalia, seniores, & Agnus, qui occisus est, Ecclesia est cum capite suo, quæ pro Christo moritur, ut cum Christo vivat, Aug. in 4. c. Apoc.

℣. 23. *Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ,* i. extentæ, *alterius ad alterum.* Unaquæque alteri sibi vicinæ, dextra sinistræ unius faciei in eodem animali conjuncta erat. *Unumquodque.* Unaquæque facies ejusdem animalis. *Velabat.* Præ reverentia.

℣. 24. *Et audiebam sonum alarum, quasi* tonitruum -- *Cumque starent, demittebantur pennæ eorum.* Non concutiebant alas; ad volandum tamen erant paratæ.

℣. 25. *Nam, cum fieret vox super firmamentum -- stabant & submittebant alas.* Hieron. „Vocem enim Dei „ omnipotentis resonantem in cœlestibus ferre non poterant, sed stabant & mirabantur, & silentio suo Dei potestatem „demonstrabant.„

quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.

26. Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſapphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.

27. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis, intrinſecus ejus per circuitum: a lumbis ejus & deſuper, & a lumbis ejus usque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.

28. Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluviæ: hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

dem Firmamente, das über ihrem Haupte war, ſo ſtunden ſie ſtill, und ließen ihre Flügel ſinken.

26. Und über dem Firmamente, das über ihrem Haupte gieng, war anzuſehen die Geſtalt gleich einem Throne von Sapphir: und auf der Geſtalt des Thrones ſaß einer, der wie ein Menſch anzuſehen war.

27. Und ich ſah die Geſtalt, wie eines ſehr hellen Erzes, und es war inwendig rings herum wie Feuer anzuſehen: von ſeinen Lenden über ſich, und von ſeinen Lenden unter ſich, ſah ich gleichſam die Geſtalt des Feuers, ſo ringsherum ſeinen Glanz gab.

28. Gleichwie der Regenbogen, wann er ſich zur Zeit des Regens in den Wolken ſehen läßt: alſo war der Glanz ringsherum anzuſehen.

CAPUT II.

I. Roboratur Propheta exterritus: 1. II. Ut intrepide arguat rebelles filios Iſrael. 3. III. Jubetur comedere librum, in quo erant lamentationes, & carmen, & væ. 9.

1. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini. Et vidi †, & cecidi in faciem meam, & audivi vocem loquentis. Et dixit ad me: Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum.

† *Eodem an.* 3409.

2. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos: & audivi loquentem ad me,

II. 3. Et dicentem: Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt a me: ipſi & patres eorum prævaricati ſunt pactum meum usque ad diem hanc.

4. Et filii dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus:

5. Si forte vel ipſi audiant, & ſi forte quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt: & ſcient, quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas: quoniam incredduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas. Verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt.

7. Loqueris ergo verba mea ad eos, ſi forte audiant, & quieſcant: quoniam irritatores ſunt.

8. Tu autem fili hominis, audi, quæcumque loquor ad te: & noli eſſe exaſperans, ſicut do-

Das zweyte Capitel.

I. Ezechiel, durch das vorige Geſicht erleuchtet und geſtärket: 1. II. Wird von GOtt geſandt, dem halsſtarrigen Volke zu prophezeihen. 3. III. Empfängt auch ein Buch voller Klage und Wehe, ſo er eſſen ſoll. 9.

1. Dieß war das Geſicht der Geſtalt der Herrlichkeit des HErrn. Und ich ſah es, und fiel auf mein Angeſicht, und hörete eine Stimme eines Redenden. Und er ſprach zu mir: Du Menſchenkind, ſtehe auf deinen Füßen, ſo will ich mit dir reden.

2. Und der Geiſt fuhr in mich *, nachdem er mir zugeredet hatte, und ſtellte mich auf meine Füße: und ich hörete ihn mit mir reden,

* ich wurde geſtärket.

II. 3. Und ſagen: Du Menſchenkind, ich ſende dich zu den Kindern Iſrael, zu dem abtrünnigen Volke, die von mir abgewichen ſind: ſie und ihre Väter haben meinen Bund übertreten, bis auf den heutigen Tag.

4. Die Kinder aber, zu welchen ich dich ſende, ſind hart von Angeſicht, und unbändig von Herzen: du ſollſt zu ihnen ſagen: Dieß ſagt GOtt der HErr:

5. Ob ſie vielleicht möchten hören, und vielleicht aufhören *, denn es iſt ein widerſpenſtig Haus: dennoch ſollen ſie wiſſen, daß ein Prophet mitten unter ihnen geweſen iſt.

* nämlich zu ſündigen.

6. Nun, du Menſchenkind, fürchte dich nicht vor ihnen, und laß dich durch ihre Reden nicht ſchrecken: denn ungläubige und verkehrte Leute ſind bey dir, und du wohneſt unter Scorpionen. Fürchte dich nicht vor ihren Worten, und entſetze dich nicht vor ihrem Angeſichte, denn es iſt ein widerſpenſtig Haus.

7. Du ſollſt meine Worte zu ihnen reden, ſie möchten vielleicht hören, und einmal aufhören: denn es ſind Leute, die mich zum Zorne reizen.

8. Aber, du Menſchenkind, höre alles, was ich zu dir rede: und ſey nicht widerſpenſtig, wie dieß ein widerſpenſtig

---

℣. 26. *Et ſuper firmamentum* &c. *ſimilitudo throni.* Verba ſic ordinanda: Et ſuper firmamentum, quod eorum capitibus imminebat, erat ſimilitudo throni, & quaſi ex ſapphiro fabricati. *Et ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis*, ſc. Chriſti.

℣. 27. *Et vidi quaſi ſpeciem electri.* Velut aſpectum ignis, hoc colore erat, qui ſedebat, ſcilicet Chriſtus duplici natura. *Intrinſecus ejus per circuitum* in medio undique. Q. d. totum illum locum occupabat ignis ſplendens.

℣. 28. *Velut aſpectum*, i. colorem & apparentiam *arcus*, i. iridis. Emmanuel Sa ait: Per quatuor animalia ſignificari quatuor Evangeliſtas, qui per omnia ſimiles & concordes: quorum quisque habet faciem hominis & Aquilæ, Vituli & Leonis: quia deſcribit Chriſti Humanitatem & Divinitatem, Paſſionem & Reſurrectionem, idque Dei Spiritu movente. Rotæ autem quatuor ſunt quatuor mundi partes, quæ Evangelicæ prædicationi obſequentes eam ſequuntur. Colores deinde cœleſtis & igneus, cœleſtia omnia, inacceſſa & charitatis plena demonſtrant; item per charitatem in cœlum iri. Pennæ contemplationem, manus actionem; quod hic apparet *ante*, ſignificat Chriſtum hominem, quod *retro*, in futurum expectatur, ſc. Divinitatis viſio. Siniſtra, quod paſſus ſit & immolatus ut vitulus; dextra, quod ut Leo fortiter reſurrexit: nam & animalia Chriſtum ſignificant. Vide & Apoc. 4.

CAPUT II.

℣. 1. *Et vidi* gloriam Domini. *Et cecidi in faciem meam.* Non potens ſuſtinere magnitudinem viſionis. Greg. *Cum aliquid de Deo conſpicimus, in faciem noſtram cadimus: quia ex malis erubeſcimus, quæ nos meminimus perpetraſſe. Ibi enim cadit homo, ubi confunditur. Audivi vocem loquentis.* ſc. cujusdam. Angelus erat Deum repræſentans. *Et dixit ad me: Fili hominis.* i. homo, ut conditionis ſuæ memor non extollatur ob viſiones.

℣. 2. *Et ingreſſus eſt in me ſpiritus.* Meus ſc. ſpiritus, qui præ timore defecerat, vel Dei ſc. gratia & virtus.

℣. 4. *Filii dura facie.* ſc. obſtinati, & indomabili corde. Hebr. & Chald. duro. Moraliter *dura facie.* Quia mala, quæ faciunt, non amplius erubeſcunt.

℣. 5. *Si forte vel ipſi audiant.* Obtemperent. *Et quieſcant.* Ceſſent a peccatis. More humano loquitur: ſic enim loqui ſolemus, cum alios admonemus. Hieron. „Loquitur autem hæc Deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monſtret arbitrium.„

℣. 6. *Incredduli & ſubverſores ſunt, & cum ſcorpionibus habitas. Incredduli.* Quia, quæ Dei ſunt, non credunt. *Subverſores.* Quia quibus prævalent, ſuis moribus ſubvertunt. *Scorpiones.* Quia, quos inflectere non valent, occultis machinationibus feriunt. S. Greg. *Cum ſcorpionibus habitas: nobis conſolationis medicamentum proponitur, quos ſæpe tædet vivere, dum nolumus cum malis habitare, & mala proximorum ferre nolumus. Sed hac in re lucc clarius patet: dum malos portare venimus, quod multum adhuc ipſi de bonis minus habeamus. Neque enim perfecte bonus eſt, niſi qui fuerit & cum malis bonus.*

℣. 8. *Et noli eſſe exaſperans.* Ne mihi reſiſtas, vel non omittas corrigenda corrigere. Greg. *Sicut mali ideo exaſperant Deum, quia loquuntur, vel faciunt mala: ita nonnunquam boni exaſperant Deum, quia reticent bona. Comede.* Verba mea meditare intus; ſerva & commenda memoriæ.

spenstig Haus ist: thue deinen Mund auf, und iß alles, was ich dir gebe.

III. 9. Und ich sah, und siehe, es war eine Hand zu mir ausgestreckt, darinn ein eingewickeltes Buch war: und er breitete dasselbige vor mir aus, und es war inwendig und auswendig beschrieben: und es stund darinn geschrieben Klagen, und Gesang, und Wehe.

Das dritte Capitel.

I. Der Prophet, nachdem er das Buch gegessen, wird zu den Kindern Israel gesandt: 1. II. Allwo er die Herrlichkeit des HErrn wieder siehet, und wird dadurch zu seinem Prophetenamt aufgemuntert, und gestärket. 23.

1. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, iß alles, was du findest: iß dieß Buch, und gehe hin, und rede zu den Kindern Israel.

2. Da that ich meinen Mund auf, und er gab mir dasselbige Buch zu essen:

3. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, dein Leib soll essen, und dein Bauch soll mit diesem Buche erfüllet werden, das ich dir gebe. Und ich aß es: und es war mir so süß in meinem Munde, wie Hönig.

4. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, gehe hin zum Hause Israel, und rede meine Worte zu ihnen.

5. Denn du wirst nicht gesandt zu einem Volke von tiefsinniger Rede, und unbekannter Sprache, sondern zum Hause Israel:

6. Auch nicht zu vielen Völkern von tiefsinniger Rede, und unbekannter Sprache, deren Rede du nicht verstehen mögest: und wenn du schon zu denselben gesandt würdest, so würden sie dich doch hören.

7. Aber die vom Hause Israel wollen dich nicht hören: denn sie wollen mich nicht hören: denn das ganze Haus Israel hat eine harte Stirn, und ein verstocktes Herz.

8. Siehe, ich habe dein Angesicht stärker gemacht, dann ihre Angesichter, und deine Stirn härter, dann ihre Stirn.

9. Ich habe dein Angesicht so hart gemacht, wie einen Diamant, und wie einen Kieselstein: erschrecke dich nicht vor ihrem Angesichte, denn es ist ein widerspenstig Haus.

10. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, du sollst alle meine Worte, die ich zu dir rede, in dein Herz fassen, und sie mit deinen Ohren hören.

11. Und gehe hin, und tritt hinein zu den Gefangenen, zu den Kindern deines Volkes, und rede ihnen zu, und sprich zu ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Sie möchten vielleicht hören, und aufhören.

12. Da hub mich der Geist auf, und ich hörete eine Stimme hinter mir einer großen Bewegung: Gebenedeyet sey die Herrlichkeit des HErrn von ihrem Orte:

13. Und das Rauschen, da die Thiere ihre Flügel auf einander schlugen, und das Rauschen der Räder, welche den Thieren folgeten, und die Stimme der großen Bewegung.

mus exasperatrix est: aperi os tuum, & comede, quæcumque ego do tibi.

III. 9. Et vidi, & ecce, manus missa ad me, in qua erat involutus liber: & expandit illum coram me, *a* qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. *a Apoc. 5. 1.*

CAPUT III.

I. Roboratur Propheta, ut intrepide arguat filios Israel in transmigratione constitutos, & speculator constituitur: 1. II. Visa gloria Domini jubetur in domo sua includi, tanquam vinctus ac mutus. 23.

1. Et dixit † ad me: Fili hominis, quodcumque inveneris, comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël. † *Eodem anno 3409.*

2. Et aperui os meum, & cibavit me volumine illo:

3. Et dixit ad me: Fili hominis, venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. *a* Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. *a Apoc. 10. 9. & 10.*

4. Et dixit ad me: Fili hominis, vade ad domum Israël, & loqueris verba mea ad eos.

5. Non enim ad populum profundi sermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israël:

6. Neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te.

7. Domus autem Israël nolunt audire te: quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde.

8. Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

9. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est.

10. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi.

11. Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: Si forte audiant, & quiescant.

12. Et assumpsit me spiritus, & audivi post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo:

13. Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.

14. Spi-

† 9. *Et ecce, manus missa ad me.* Sept. extensa ad me. *In qua erat involutus liber.* Hebr. *Volumen libri.* Membrana convoluta. *Intus & foris.* In facie, & a tergo. *Lamentationes.* Calamitates. Hebr. *Ante & retro.* Præterita & futura, utriusque Testamenti scriptura: vel in facie & in tergo, ex utraque parte, ut totum volumen scripta implerent. Hieron. *Vel certe foris in historiæ littera, intus intelligentia spiritualis.*

CAPUT III.

† 1. *Comede volumen istud.* Greg. „Comede, & pasce; satiare, & eructa; accipe, & sparge; confortare, „ & labora; Ipse, qui jussit, os ejus aperuit.„ Ex versione 70. Idem Greg. „Sed tamen hoc ipsum sumere, nostrarum „virium non est, nisi ipse cibaverit, qui, ut comedatur, jussit. Quodcumque inveneris in manu mea: quæcumque tibi „revelavero, dic omnia, nihil dissimula.„

† 2. *Cibavit me volumine illo.* Ingessit mihi in os, & fecit, ut devorarem, non reipsa, sed spiritu prophetico docuit me omnia. Hieron. ad Rusticum: *Comedit librum scriptum intus & foris, lamentationibus, carmine, & væ: lamentationibus super pœnitentibus: carmine super laude justorum: & væ super his, de quibus scriptum est: Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit.*

† 3. *Venter tuus comedet.* Metaphora exponitur v. 10. Multi legendo vel audiendo comedunt, sed non satiantur. Greg. „Comedit, & non satiatur, bibit, & non inebriatur, qui verba Dei audiens, lucra & gloriam con„ cupiscit.„

† 5. *Non enim ad populum profundi* obscuri & difficilis vel barbari *sermonis -- tu mitteris.*

† 6. *Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te.* Hoc loco vocatio gentium & reprobatio Judæorum aperte designantur: id ipsum est, quod ait Christus Matth. 11. *Si in Tyro & Sidone &c.*

† 8. *Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum.* Hieron. *Ex quo discimus interdum gratiæ Dei esse impudentiæ resistere, frontem fronte concurrere.* Ea quippe constantia opus est, ut obdurata corda emolliantur.

† 10. & 11. *Auribus tuis audi, & vade, ingredere* &c. Nota: Prius est audire per obedientiam & operis expletionem, quam ire ad prædicationem. Unde Greg. *Audimus, cum verba Dei facimus: & tunc proximis recte loquimur, cum prius ipsi fecerimus.*

† 12. *Audivi post me vocem commotionis magnæ.* Venti procellosi, & Angelorum clamantium. *Benedicta.* Glorioſum prædicabant Deum in excelsis, & ejus justitiam adversus Jerusalem. Hieron. *Locus autem Domini est omnis, in quo hospitium invenit. Et assumpsit me spiritus.* Visus sum rapi a Spiritu sancto, vel ab Angelo.

14. Spiritus quoque levavit me, & assumpsit me: & abii amarus in indignatione spiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15. Et veni ad transmigrationem, ad acervum novarum frugum, ad eos, qui habitabant juxta flumen Chobar, & sedi, ubi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.

16. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens:

b Infr. 33. 7. 17. Fili *b* hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.

18. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via sua impia, & vivat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.

19. Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit conversus ab impietate sua, & a via sua impia: ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

20. Sed & si conversus justus a justitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annuntiasti ei: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria justitiæ ejus, quas fecit: sanguinem vero ejus de manu tua requiram.

21. Si autem tu annuntiaveris justo, ut non peccet justus, & ille non peccaverit: vivens vivet: quia annuntiasti ei, & tu animam tuam liberasti.

22. Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.

II. 23. Et surgens egressus sum in campum: & ecce, ibi gloria Domini stabat quasi gloria, *c Sup. 1. 3.* quam vidi *c* juxta fluvium Chobar: & cecidi in faciem meam.

24. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est mihi, & dixit ad me: Ingredere, & includere in medio domus tuæ.

25. Et tu fili hominis, ecce, data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum.

26. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir objurgans: quia domus exasperans est.

27. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui audit, audiat: &

14. Und der Geist hub mich auf, und führte mich hin: da gieng ich hin in Bitterkeit und Bekümmerniß meines Gemüths: aber die Hand des HErrn war bey mir, und stärkte mich.

15. Und ich kam zu den Gefangenen am Hausen der neuen Früchten, zu denen, die am Flusse Chobar wohneten, und setzte mich nieder, da sie saßen: und ich blieb alle sieben Tage lang mitten unter ihnen, und war traurig.

16. Nachdem aber die sieben Tage vorüber waren, geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

17. Du Menschenkind, ich habe dich zum Wächter verordnet über das Haus Israel: so sollst du aus meinem Munde das Wort hören, und ihnen in meinem Namen verkündigen.

18. Wenn ich zu dem Gottlosen sage: Du sollst des Todes sterben: und du verkündigest ihm solches nicht, redest auch nicht mit ihm, daß er sich von seinem gottlosen Wege abwende, und lebe: so wird der Gottlose selbst in seiner Missethat sterben, aber sein Blut will ich von deiner Hand fordern.

19. Wenn du es aber dem Gottlosen verkündigest, und er sich von seiner Bosheit, und von seinem gottlosen Wege nicht bekehret: so soll er in seiner Missethat sterben, aber du hast deine Seele errettet.

20. Wenn sich auch der Gerechte von seiner Gerechtigkeit abwendet, und Böses thut: so will ich einen Anstoß vor ihn legen, und er soll sterben, dieweil du es ihm nicht angezeiget hast: so soll er in seiner Sünde sterben, und es soll an seine Gerechtigkeit, die er gethan hat, nicht gedacht werden: aber sein Blut will ich von deiner Hand fordern.

21. Wenn du es aber dem Gerechten verkündigest, daß er nicht sündigen soll, und er auch nicht sündiget: so wird er gewiß leben: und dieweil du es ihm verkündiget hast, so hast du auch deine Seele errettet.

22. Und die Hand des HErrn kam über mich, und er sprach zu mir: Stehe auf, und gehe hinaus auf das Feld, so will ich daselbst mit dir reden.

II. 23. Und ich stund auf, und gieng hinaus auf das Feld: und siehe, die Herrlichkeit des HErrn stund allda, wie die Herrlichkeit, die ich am Flusse Chobar gesehen hatte: da fiel ich nieder auf mein Angesicht.

24. Und der Geist fuhr in mich, und stellete mich auf meine Füße: und er redete mich an, und sprach zu mir: Gehe hin, und schließ dich ein in deinem Hause.

25. Und du Menschenkind, siehe, dir sind Stricke bereitet, und sie werden dich damit binden, und du wirst von ihnen nicht entgehen können.

26. Und ich will machen, daß deine Zunge an deinem Gaumen kleben soll, und du sollst stumm seyn, und nicht wie ein Mann, der strafet: denn es ist ein widerspenstig Haus.

27. Wann ich aber mit dir reden werde, so will ich deinen Mund eröffnen, und du sollst zu ihnen sagen: Dieß sagt GOtt der HErr: Wer höret, der höre: und

---

℣. 14. *Et abii amarus in indignatione spiritus mei.* Præ zelo, qui præcordia incendebat. *Erat mecum.* Dei virtus me roborabat, ut parerem ei: sed & tristis erat ob imminentem populo calamitatem.

℣. 15. *Et mansi ibi septem diebus.* Hieron. „Septemque diebus prius versatur inter eos videns, quæ cuncta „gerebant, ut postea sciret, quæ corriperet.„

℣. 17. *Speculatorem dedi te domui Israel.* Doctorem & Prophetam quasi in specula te constitui, ut quæ sunt futura prospiceres. *Et audies.* Verbum Dei in Evangelio audimus, in epistolis Apostolorum tamquam in prima Evangelii expositione, in Conciliis, in SS. Patribus, quorum scripta traditionem Ecclesiæ continent.

℣. 18. *Sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* In te ulciscar sanguinem i. mortem & perditionem ejus.

℣. 19. *Tu autem animam tuam liberasti.* Eo ipso opere salvasti animam tuam. Hinc Apost. 1. Cor. 3. *Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Non dicit secundum fructum laboris.

℣. 20. *Ponam offendiculum coram eo.* Variis pœnis eum afficiam, quibus pungatur; vel permittam huic poni offendiculum ob culpam præcedentem. *Notandum*, inquit Hieron. *quod possit justus cadere, & si habuerit magistrum, ad meliora converti.* Hebr. *Ponam offendiculum*, sic interpretantur, patefaciam occulta ejus peccata.

℣. 22. *Egredere in campum.* In latitudinem gentium, quia Judæi sunt indigni. Vel mystice *in campum*, ut solent contemplativi, te exercendo egredere. *Et ibi loquar tecum.* Quia ut ait Greg. *Prædicator tanto largius gratiam doctrinæ percipit, quanto magis se in labore prædicationis ex amore proximorum tendit.*

℣. 24. *Ingredere & includere.* Quia nihil proficies admonens eos: vel abde te in domum, ut prius audias ex Deo, quæ dicturus es. Hierosolymæ obsidionem hoc signo indicat.

℣. 25. *Ecce, data sunt super te vincula.* Injecta sunt per visionem Prophetæ.

℣. 26. *Linguam adhærere faciam palato tuo.* Auferam a te ad tempus usum linguæ.

℣. 27. *Qui audit, audiat.* Dices illis, quæ audisti ac vidisti. Qui voluerit audire, audiat; qui noluerit, non audiat: quia scio plerosque non audituros, cum sit gens pervicax. 70. Qui audit, audiat; & qui incredulus est, incredulus sit.

und

und wer es lässet, der lasse es: denn es ist ein widerspenstig Haus.

Das vierte Capitel.

I. Ezechiel entwirft auf Befehl GOttes die Belagerung der Stadt Jerusalem auf einer Ziegel. 1. II. Wird geheißen, übel zubereitete Speise zu genießen, die bevorstehende Noth in währender Belagerung vorzubilden. 9.

1. Und du Menschenkind, nimm dir eine Ziegel, und lege dieselbe vor dich: und entwirf darauf die Stadt Jerusalem.

2. Und du sollst eine Belagerung wider sie machen, und Vestungen bauen, und einen Wall aufwerfen, und ein Heerlager wider sie legen, und die Geräthschaft zum Sturm ringsherum setzen.

3. Du sollst dir auch eine eiserne Pfanne nehmen, und dieselbige stellen zwischen dir, und zwischen der Stadt zu einer eisernen Mauer: und du sollst dein Angesicht stark wider sie richten, und sie soll belagert werden, und du sollst sie umgeben: dieß ist ein Zeichen dem Hause Israel.

4. Auch sollst du auf deiner linken Seite schlafen, und die Sünde des Hauses Israel darauf legen, nach der Zahl der Tage, in welchen du auf der Seite schlafen wirst, und sollst also ihre Missethat auf dich nehmen.

5. Ich habe dir aber die Jahre ihrer Missethat zu einer Anzahl der Tage gemacht, nämlich dreyhundert und neunzig Tage: und sollst die Sünde des Hauses Israel tragen.

6. Und wann du dieß vollzogen hast, sollst du darnach auf deiner rechten Seite schlafen: und die Sünde des Hauses Juda vierzig Tage lang auf dich nehmen: denn ich habe dir einen Tag, einen jeglichen Tag, sprich ich, für ein Jahr gegeben.

7. Du sollst auch dein Angesicht zu der Belagerung Jerusalem richten, und dein Arm soll ausgestreckt seyn: und du sollst wider sie weißagen.

8. Siehe, ich habe dich mit Stricken gebunden: du sollst dich nicht umwenden von einer Seite zur andern, bis du die Tage deiner Belagerung vollendet hast.

II. 9. Derowegen nimm Waizen zu dir, und Gerste, und Bohnen, und Linsen, und Hirse, und Spelz *: und thue es alles in ein Faß, und mache dir Brod davon, nach Anzahl der Tage, in welchen du auf deiner Seite schlafen wirst: dreyhundert und neunzig Tage sollst du davon essen.

* Spält, Wicken

10. Aber deine Speise, die du essen wirst, soll seyn am Gewichte des Tages zwanzig Sickel: das sollst du von einer Zeit zur andern essen.

11. Auch sollst du das Wasser mit Maaß trinken, den sechsten Theil vom Hin: das sollst du von einer Zeit bis zur andern trinken.

qui quiescit, quiescat: quia domus exasperans est.

CAPUT IV.

I. Jubetur propheta, figurare obsidionem Jerusalem, ac dormire super latus sinistrum 390. diebus. 1. II. Vilem cibum & fœde confectum sibi præparare; ut designet afflictionem habitantium Jerusalem. 9.

1. Et tu fili hominis, sume † tibi laterem, & pones eum coram te: & describes in eo civitatem Jerusalem. † Eodem anno 3409.

2. Et ordinabis adversus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.

3. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter civitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circumdabis eam: signum est domui Israel.

4. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo, numero dierum, quibus dormies super illud, & assumes iniquitatem eorum.

5. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel.

6. Et cum compleveris hæc dormies super latus tuum dexterum secundo: & assumes iniquitatem domus Juda quadraginta diebus: diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi.

7. Et ad obsidionem Jerusalem converte faciem tuam, & brachium tuum erit extentum: & prophetabis adversus eam.

8. Ecce, circumdedi te vinculis: & non te convertes a latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ.

II. 9. Et tu sume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam: & mittes ea in vas unum, & facies tibi panes numero dierum, quibus dormies super latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

10. Cibus autem tuus, quo vescris, erit in pondere viginti stateres in die: a tempore usque ad tempus comedes illud.

11. Et aquam in mensura bibes, sextam partem Hin: a tempore usque ad tempus bibes illud.

CAPUT IV.

†. 1. *Sume tibi laterem.* Nondum igne coctum: in eo jubetur describere obsessam civitatem Jerusalem: sic factis vaticinari jubetur Propheta. Hieron. *Urbs, quam putabant esse firmam, & inexpugnabilem, fragilissimo lateri comparatur.* Ex Hieron. Simmachus vertit πλινθίον, *laterculum, seu abacum, in cujus pulvere solent Geometræ lineas radiosque describere.*

†. 3. *Sume tibi sartaginem ferream.* Hieron. „Sartago ferrea, quæ instar muri inter Prophetam & urbem „ponitur, grandem iram demonstrat Dei, quæ nullis precibus fatigatur, nec flectitur ad misericordiam: ea quoque sartago igne comburendam civitatem, & obsessos graviter cruciandos significat. *Ad eam.* Contra eam: vultu implacabili aspicies obsessos. *Signum est domui Israel.* Hæc significant urbem brevi obsidendam.

†. 4. *Et tu dormies super latus tuum sinistrum.* Hebr. *Decumbes.* Quod est animi anxii, & admodum molesti: totidem dies obsidionis Jerusalem. 40. dies in latere dextro designant 40. dies, quibus Chaldæi captam urbem diripuerunt. *Super eo latere*, pones debitam peccatis eorum pœnam: ita, ut tot diebus te afflingas, quot urbs ipsa arctiori obsidione cingetur, per tres menses, his omissis, quibus Chaldæi obsidionem intermiserunt, ut obviam irent Ægyptiis.

†. 5. *Dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis.* In figura & imagine. Cumque per 390. annos ab anno 37. Salomonis in scelus idololatriæ prolapsa fuerit, ab eo anno 13. Josiæ ad ultimum Sedeciæ annum sceleratiores facti fuerint, ut ex Prophetia Jeremiæ liquet, 40. diebus gravissime punientur. Propheta gerit personam civitatis & civium, qui mox obsidendi & vinciendi erant. Alii 40. annos, numerant a tempore hujus prophetiæ ad primum Cyri annum: alii demum ut Giordonus ab anno 13. Josiæ, cum mala invaluerunt, ad undecimum usque annum Sedeciæ.

†. 8. *Ecce, circumdedi te vinculis.* Hoc loco Propheta gerit personam civitatis, ut versiculo præcedenti gerebat personam hostis: vincula sunt captivitatis signa.

†. 9. *Sume tibi frumentum &c.* Hæc quoque famem venturam obsessis designant: mensuram panis & aquæ tam arctam præscribit: *Qua trahitur magis anima, quam sustentatur, nec vires trovuit, sed mortem prohivet.* Hieron. vel captivitatem cum fame conjunctam decem tribuum per 390. annos describit.

†. 10. *Cibus autem tuus erit in pondere.* Non quantum voles, sed decem tantum uncias panis singulis diebus. *A tempore.* Quo cubare cœperis in sinistrum latus, usque ad tempus quo cubare desines: vel ex Hieronymo, a vespere usque ad vesperam.

12. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud: & stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.

13. Et dixit Dominus: Sic comedent filii Israel *a* panem suum pollutum inter gentes, ad quas ejiciam eos.

a Osee 9. 4.

14. Et dixi: A, a, a Domine Deus! ecce, anima mea non est polluta, & morticinum, & laceratum a bestiis non comedi ab infantia mea usque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

15. Et dixit ad me: Ecce, dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.

b Infr. 5. 16. & 14. 13.

16. Et dixit ad me: Fili hominis, *b* ecce, ego conteram baculum panis in Jerusalem: & comedent panem in pondere, & in solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent:

17. Ut deficientibus pane & aqua, corruat unusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis.

CAPUT V.

I. Propheta per detonsos capitis & barbæ pilos jussu Domini, varieque consumptos: 1. II. Designat Judæos propter sua peccata fame & gladio consumendos: 5. III. Reliquos vero in captivitatem ducendos, ubi sint opprobrium ac stupor gentibus, quarum superarunt scelera. 12.

Eodem Anno 3409.

1. Et tu † fili hominis, sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & divides eos.

2. Tertiam partem igni combures in medio civitatis, juxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu ejus: tertiam vero aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos.

3. Et sumes inde parvum numerum, & ligabis eos in summitate pallii tui.

4. Et ex eis rursum tolles, & projicies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel.

II. 5. Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras.

6. Et contempsit judicia mea, ut plus esset impia, quam gentes: & præcepta mea, ultra quam terræ, quæ in circuitu ejus sunt: judicia enim mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt.

12. Du sollst es essen, wie Gerstenbrod, das in der Asche gebacken ist: und sollst dasselbige mit Menschenmist vor ihren Augen bedecken.

13. Und der HErr sprach: Also sollen die Kinder Israel ihr unreines Brod essen unter den Heyden, dahin ich sie verstoßen werde.

14. Und ich sprach: Ach, ach, ach HErr GOtt! siehe, meine Seele ist niemal verunreiniget worden, von meiner Jugend an, bis auf diesen Tag, habe ich niemal vom Aas gegessen, oder das von den wilden Thieren zerrissen gewesen, und ist kein unreines Fleisch in meinen Mund gekommen.

15. Und er sprach zu mir: Siehe, ich gebe dir Ochsenmist für Menschenmist: damit sollst du dein Brod bereiten.

16. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, siehe, ich will den Stab des Brods zu Jerusalem zerbrechen: sie sollen das Brod mit dem Gewichte, und mit Sorgen essen: und das Wasser mit Maaß, und in Aengsten trinken:

17. Damit ein jeglicher, wenn ihnen Brod und Wasser abgehet, über seinen Bruder falle, und sie in ihren Sünden verschmachten.

Das fünfte Capitel.

I. Dem Propheten wird befohlen, Haupt und Bart abzuscheeren, und ein Theil der Haare zu verbrennen, den andern zu zerhauen, den dritten in Wind zu zerstreuen: 1. II. Damit die Strafe anzudeuten: 5. III. Daß nämlich ein Theil der Bürger zu Jerusalem an der Pestilenz und Hunger, der andere durch das Schwert umkommen, und der dritte in die Fremde soll zerstreuet werden. 12.

1. Und du Menschenkind, nimm dir ein scharfes Schwert, wie ein Scheermesser: dasselbige nimm, und fahre damit über dein Haupt, und über deinen Bart: nimm dir auch eine Gewichtwaage, und theile die Haare voneinander.

2. Ein Drittheil davon sollst du mitten in der Stadt mit Feuer verbrennen, nachdem die Tage der Belagerung vollendet sind: das zweyte Drittheil sollst du nehmen, und rings um die Stadt herum mit dem Schwerte zerhauen: aber das übrige Drittheil sollst du in den Wind zerstreuen, denn ich will das Schwert hinter ihnen ausziehen.

3. Nimm auch etliche wenige Haare davon, und binde sie an den Saum deines Mantels.

4. Abermal nimm etwas davon, und wirf es ins Feuer, und verbrenne es mit Feuer: davon soll ein Feuer ausgehen über das ganze Haus Israel.

II. 5. Dieß sagt GOtt der HErr: Das ist Jerusalem, ich habe dieselbige mitten unter die Heyden gesetzt, und Landschaften rings um sie her gegeben.

6. Aber sie hat meine Rechte verachtet, daß sie gottloser worden ist, dann die Heyden: und meine Gebothe hat sie vielmehr verachtet, dann die Landschaften, so rings um sie her liegen: denn sie haben meine Rechte verworfen, und in meinen Gebothen nicht gewandelt.

7. Darum

---

†. 12. *Quasi subcinericium hordeaceum comedes.* Illum non coques in clibano, sed sub cinere, ut solent rustici. Jubetur panem suum operire. Hebr. *Coques sub cinere stercoris humani.* Quo indicat in obsidione non defutura modo ligna, sed & stercora boum, & equorum, quibus siccatis uterentur igni alendo. Coram filiis Israel comedes, ut hinc discant, quis futurus sit eorum status in obsidione. *Operies illud stercore.* Moraliter *panis* significat opus pœnitentiæ. *Stercus hominis* majorem immunditiam significat. Debemus ergo operire panem nostrum stercore, ut cum opera pœnitentiæ facimus, semper simus memores immunditiæ nostræ, ut bona nostra non videamus ad inanem gloriam: sed mala nostra jugiter revocemus ad memoriam. Hugo Card.

†. 14. *Ecce, anima mea non est polluta.* Numquam immundo cibo me contaminavi. Ad votum Prophetæ Deus mitigat sententiam suam. In hoc Propheta Christi personam adumbrat, qui iniquitates nostras portavit. Hieron. „Nos autem terrena contemnimus, sed comedimus panem, qui de cœlo descendit, & fruimur illo cibo, de „quo Psalmista decantat, Panem angelorum comedit homo, nequaquam Ægyptiis carnibus, sed mannæ tenuitate „viventes.

†. 16. *Ego conteram baculum panis.* Eripiam panem, qui corpus humanum sustentat. De utraque captivitate Israelis & Jerusalem ænigma proposuit, sed brevitatis causa in propositione Jerusalem, in conclusione Israelem prætermisit.

CAPUT V.

†. 1. *Sume tibi gladium acutum.* Hoc emblemate Deus urbis Jerusalem imminentem calamitatem exprimit, & v. 5. ipse exponit: gladius enim acutus, seu novacula iram Dei, statera judicium & providentiam divinam, ignis pestem, & famem, pili capitis & barbæ cives Jerusalem designant.

†. 2. *Tertiam partem* civium, *igni combures, in medio civitatis.* Quam in latere delineasti. *Dierum obsidionis.* Aliquos pilos quotidie combures, donec dies obsidionis compleantur. *Disperges in ventum.* Quo dispersio Judæorum exprimitur. *Et gladium.* Nam Chaldæi Judæos in Ægyptum fugientes sunt insecuti.

†. 3. *Et sumes inde* ex tertia parte *parvum numerum*, capillorum. *Et ligabis eos.* Qui se sponte Regi Babylonis dediderunt; servabis, ut res, quæ ne amittantur, ligari solent in ora vestimenti.

†. 4. *Et projicies eos in medio ignis.* Quidam intelligunt falsos prophetas, qui igni traditi sunt, Jerem. 29. 22.

†. 5. *In medio gentium posui eam.* Jerusalem in confinio Asiæ, Africæ, & Europæ, ut gentes in circuitu positæ fidem illius & exempla vitæ imitarentur.

7. Darum ſagt dieß GOtt der HErr: Dieweil ihr es den Heyden vorgethan habt, die um euch her ſind, und ſeyd nicht gewandelt in meinen Gebothen, habt auch meine Rechte nicht gehalten, noch nach den Rechten der Heyden gethan, die um euch her ſind;

8. Darum ſpricht dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will an dich, ich ſelbſt will mitten in dir Gericht halten, in den Augen der Heyden.

9. Und will an dir thun um aller deiner Greuel willen, was ich ſonſt niemal gethan habe, und werde hinfüro auch desgleichen nicht thun.

10. Darum ſollen in dir die Väter ihre Kinder, und die Kinder ihre Väter freſſen, und ich will Gericht in dir halten, und will alles, was von dir übrig iſt, in alle Winde zerſtreuen.

11. Derowegen, ſo wahr ich lebe, ſpricht GOtt der HErr: darum, daß du mit allen deinen Uebertretungen, und mit allen deinen Greueln mein Heiligthum verunreiniget haſt, ſo will ich auch dich erſchlagen, mein Auge ſoll deiner nicht ſchonen, und ich will mich nicht erbarmen.

III. 12. Das Drittheil von dir ſoll an der Peſtilenz ſterben, und durch den Hunger in dir vertilget werden: und das andere Drittheil ſoll rings herum durch das Schwert fallen: aber das übrige Drittheil von dir will ich in alle Winde zerſtreuen, und das Schwert will ich hinter ihnen ausziehen.

13. Alſo will ich meinen Grimm vollführen, und meine Ungnade auf ihm haſten * laſſen, und will mich tröſten **: und ſie ſollen wiſſen, daß ich, der HErr, in meinem Eifer geredt habe, wann ich meinen Zorn an ihnen erfüllen werde.

* ruhen ** mich erkühlen

14. Und ich will dich zur Wüſte machen, und den Heyden zur Schmach, die um dich her ſind, vor den Augen aller Menſchen, die vorübergehen:

15. Und du wirſt zur Schmach, und zum Fluch, und zum Exempel, und zum Schrecken werden unter den Völkern, die rings um dich her ſind, wann ich dir in meinem Grimm, und in meiner Ungnade, mit zornigem Scheiten wiederfahren laſſe, was recht iſt.

16. Ich, der HErr, habe es geredt: Wann ich die böſe Pfeile des Hungers unter ſie gehen laſſe, die tödtlich ſeyn werden, und die ich ſchießen will, euch zu vertilgen: ſo will ich auch den Hunger über euch ſammeln, und den Stab des Brods unter euch zerbrechen.

17. Und ich will Hunger über euch ſchicken, und böſe Thiere, euch zu vertilgen: Peſtilenz und Blut ſollen durch dich gehen, und ich will das Schwert über dich führen: ich, der HErr, habe es geredet.

Das ſechete Capitel.

I. GOtt drohet dem ganzen jüdiſchen Lande Verheerung und Verderbung: 3. Verſpricht jedoch die übrigen zu erhalten, ſo ſich zu ihm bekehren werden. 8.

1. Und des HErrn Wort geſchah zu mir, und ſprach:

2. Du Menſchenkind, richte dein Angeſicht zu den Bergen Iſrael, und weißage wider ſie,

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Quia ſuperaſtis gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis, & judicia mea non feciſtis, & juxta judicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, non eſtis operati;

8. Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui judicia in oculis gentium.

9. Et faciam in te, quod non feci, & quibus ſimilia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas.

10. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres ſuos, & faciam in te judicia, & ventilabo univerſas reliquias tuas in omnem ventum.

11. Idcirco vivo ego, dicit Dominus Deus: niſi pro eo, quod ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis, ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miſerebor.

III. 12. Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem tuam in omnem ventum diſpergam, & gladium evaginabo poſt eos.

13. Et complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor: & ſcient, quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo, cum implevero indignationem meam in eis.

14. Et dabo te in deſertum & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis prætereuntis:

15. Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & ſtupor in gentibus, quæ in circuitu tuo ſunt, cum fecero in te judicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ.

16. Ego Dominus locutus ſum: Quando miſero ſagittas famis peſſimas in eos, quæ erunt mortiferæ, & quas mittam, ut diſperdam vos: & famem congregabo ſuper vos, & *a* conteram in vobis baculum panis.

17. Et immittam in vos famem, & beſtias peſſimas usque ad internecionem: & peſtilentia, & ſanguis tranſibunt per te, & gladium inducam ſuper te: ego Dominus locutus ſum.

a Sup. 4. 16. Infr. 14. 13.

CAPUT VI.

I. Propter idololatriam filii Iſrael inter gentes diſpergentur: 3. II. Vbi reſidui ma is preſſi convertentur ad Dominum. 8.

1. Et factus eſt † ſermo Domini ad me, dicens:

† *Anno M. 3410.*

2. Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Iſrael, & prophetabis ad eos,

I. 3. Et

℣. 7. *Quia ſuperaſtis gentes.* Peccando. *Et juxta judicia gentium.* Nam gentes deos ſuos non mutaverunt, vos autem Deum veſtrum dereliquiſtis, Jerem. 2. 10. 11.

℣. 8. *Et ipſe ego faciam in medio tui judicia.* Hieron. „Idcirco non per Angelos, neque per alios miniſtros, „ſed ipſe ego faciam judicia mea videntibus cunctis; de te pœnas ſumam in conſpectu gentium.

℣. 9. *Faciam in te – quibus ſimilia ultra non faciam.* Vox *ultra*, non ſtricte ſumenda, ſed non niſi poſt longum tempus: ut Iſaiæ 2. *Et non exercebuntur ultra ad prælium.* Item 1. Reg. 7. de Philiſthæis: *Nec appoſuerunt ultra, ut venirent in terminos Iſrael.*

℣. 10. *Et ventilabo in omnem ventum.* Diſpergam in diverſas regiones.

℣. 11. *Niſi confringam.* Eſt formula jurandi. q. d. non habear verax, niſi demoliar templum, urbem ſanctam olim, nunc autem abominationibus tuis fœdatam.

℣. 13. *Complebo furorem meum.* Hieron. „Humanis Deus loquitur affectibus, non quod ipſe iraſcatur, ſed „quod nos per pœnas atque cruciatus Deum ſentiamus iratum.

℣. 15. *Eris opprobrium & blasphemia.* Hebr. convicium.

℣. 16. *Quando miſero ſagittas famis peſſimas,* ſc. locuſtas, æruginem, grandinem &c.

℣. 17. *Et peſtilentia & ſanguis,* i. clades & cædes *tranſibunt per te.*

CAPUT VI

℣. 2. *Pone faciem ad montes Iſrael.* Eſt perſonæ fictio, qua ſermo convertitur ad res inanimatas, quia in montibus erecta fuerant altaria. Hieron. „Non auribus, ſed imperio ac potentia conditoris ſuum audiunt & „intelligunt creatorem„. *Pone faciem tuam.* Obfirma vultum tuum, libere loquere.

a *Infr.* 36. 2. l. 3. Et dices: a Montes Israel, audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce, ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra,

4. Et demoliar aras vestras, & confringentur simulacra vestra: & dejiciam interfectos vestros ante idola vestra.

5. Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum: & dispergam ossa vestra circum aras vestras,

6. In omnibus habitationibus vestris. Urbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur: & interibunt aræ vestræ, & confringentur: & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra.

7. Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis, quia ego sum Dominus.

II. 8. Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in gentibus, cum dispersero vos in terris.

9. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captivi ducti sunt: quia contrivi cor eorum fornicans, & recedens a me, & oculos eorum fornicantes post idola sua: & displicebunt sibimet super malis, quæ fecerunt in universis abominationibus suis.

10. Et scient, quia ego Dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malum hoc.

11. Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israël: quia gladio, fame, & peste ruituri sunt.

12. Qui longe est, peste morietur: qui autem prope, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis.

13. Et scietis, quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus universam quercum frondosam, locum, ubi accenderunt thura redolentia universis idolis suis.

14. Et extendam manum meam super eos, & faciam terram desolatam & destitutam, a deserto Deblatha, in omnibus habitationibus eorum: & scient, quia ego Dominus.

CAPUT VII.

I. Denuntiat Propheta totius terræ Judæ vastationem proxime imminere. 2. II. Facit brevem omnium pœnarum synopsin & conclusionem. 23.

† *Eodem anno 3410.* I. Et factus est sermo Domini ad me, † dicens:

I. 2. Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus

I. 3. Und sprich: Ihr Berge Israel, höret GOttes des HErrn Wort: Dieß saget GOtt der HErr zu den Bergen und Bühein, zu den Felsen und Thälern: Siehe, ich will das Schwert über euch führen, und will eure Höhe verwüsten,

4. Und ich will eure Altäre abwerfen, und eure Bilder sollen zerbrochen werden: ich will eure Erschlagenen von euren Abgöttern zu Boden werfen.

5. Die Leichname der Kinder Israel will ich vor euren Bildern niederlegen: und will eure Gebeine um eure Altäre her zerstreuen,

6. Allenthalben, wo ihr wohnet. Die Städte sollen wüste liegen, und die Höhen sollen abgebrochen, und eingerissen werden: eure Altäre wird man zerstören, und zerbrechen: und eure Abgötter sollen nicht mehr seyn, eure Tempel sollen zerschlagen, und eure Werke vertilget werden.

7. Der Erschlagene wird mitten unter euch dahinfallen: und ihr sollet wissen, daß ich der HErr bin.

II. 8. Und ich will etliche von euch übrig bleiben lassen, die dem Schwerte entrinnen unter den Heyden, wann ich euch in die Länder werde zerstreuet haben.

9. Welche aus den eurigen werden erhalten seyn, die werden an mich gedenken unter den Völkern, dahin sie gefänglich sind geführet worden: dieweil ich ihr hurisch Herz, das von mir abgewichen ist, und ihre Augen, so nach ihren Götzen gehuret, zerbrochen habe: und sie werden an ihnen selbst ein Mißfallen tragen, um der Bosheit willen, die sie mit allen ihren Greueln begangen haben.

10. Und sie sollen wissen, daß ich der HErr nicht vergeblich geredt habe, ihnen dieß Uebel zu thun.

11. Dieß sagt GOtt der HErr: Schlag die Hände zusammen, und stampf mit dem Fuße, und sprich: Wehe über alle Greuel, und Bosheit des Hauses Israel: denn sie werden durch das Schwert, Hunger und Pestilenz dahin fallen.

12. Wer fern ist, der wird an der Pestilenz sterben: wer aber nahe ist, der wird durch das Schwert fallen: und wer übrig bleibet, und belagert wird, der soll Hungers sterben: und ich will meinen Grimm an ihnen vollenden.

13. Und ihr sollet wissen, daß ich der HErr bin, wann eure Erschlagenen unter euren Abgöttern, rings um eure Altäre her liegen werden, auf allen hohen Bühen, und auf allen Spitzen der Berge, und unter allen laubreichen Bäumen, und unter allen grünen Eichen, an dem Orte, da sie allen ihren Abgöttern wohlriechenden Weihrauch angezündet haben.

14. Und ich will meine Hände über sie ausstrecken, und das Land wüste und verlassen machen, von der Wüste Deblatha an, allenthalben, wo sie wohnen: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

Das siebente Capitel.

I. Ezechiel weissaget die nunmehr bevorstehende Verwüstung des ganzen israelitischen Landes. 2. II. Kurzer Schluß und Begriff aller annahenden und unvermeidlichen Strafen. 23.

1. Und das Wort des HErrn geschah zu mir, und sprach:

I. 2. Du Menschenkind, dieß sagt GOtt der HErr zum

---

†. 3. *Et dices: Montes Israel audite verbum Domini.* Videntur mihi tropologice, ait Hieron. montes esse, qui ad perfectam Dei scientiam pervenerunt: colles, qui paulo inferiores sunt: rupes, qui nullam scientiam habentes & tantum in conversatione fidentes, aliquid sibi de scripturarum interpretatione præsumunt: habentes secundum Apostolum zelum Dei, sed non secundum scientiam: valles autem appellari novissimos in Ecclesia, qui & scientia & vita inferiores, tamen de conventu familiæ Dominicæ non recedunt. Hi omnes verbum Dei jubentur audire, ut unusquisque pro modulo suo & sensu intelligat, quid Dominus præcipiat.

†. 8. *Et relinquam in vobis eos.* Non omnes gladio interibunt, sed aliquot relinquam. *Liberati.* Qui ex vobis erunt superstites.

†. 11. *Percute manum tuam, & allide pedem tuum.* In signum nimii doloris & indignationis. Hier. *Percutimus manum spiritualiter, quando a malis nos operibus separamus. Allidimus pedem, quando non gradimus itinere peccatorum.* Vel aliter: *Percutimus manum: dum punimus in nobis peccata malæ operationis manu satisfactionis. Allidimus pedem, dum ex affectuoso & intimo dolore plangimus peccata malæ affectionis vel vanæ cogitationis.*

†. 12. *Qui longe est, peste morietur: qui autem prope, gladio corruet.* Juxta spiritalem sensum, ex Hieron. „Hæresis est velut quædam pestis, qua moriuntur, qui ab Ecclesia recedunt. Qui sciolus sibi videtur, nisi caverit, „gladio inimici ferietur, quo propius accedit ad scrutanda mysteria. Qui simplici contentus fide, versatur in Ecclesia, „& in nullo bono opere se exercet, ille fame morietur, torpet per ignaviam, & non pascitur verbo Dei.„

†. 14. *Extendam manum meam super eos.* Percutiam eos. *A deserto Deblatha.* Hebr. A deserto usque Deblatha: alii legunt *Rehlatha.* In terra Emath, quæ postea dicta est Sephama Syriæ, ubi residebat Nabuchodonosor, cum Sedecias excæcatus est. Itaque prædicit fore, ut Judæa ab hoc loco usque Jerosolymam tota vastetur.

CAPUT VII.

†. 1. *Et tu fili hominis,* sc. audi. *Venit finis super quatuor plagas terræ.* Sc. Judææ undequaque vastandæ.

zum Lande Israel: Das Ende kömmt, es kömmt das Ende über die vier Gegenden des Landes.

3. Jetzt kömmt das Ende über dich, und ich will meinen Grimm über dich senden: und will dich richten nach deinen Wegen, und dir alle deine Greuel vor Augen stellen.

4. Mein Auge soll deiner nicht schonen, und ich will mich nicht erbarmen: sondern ich will deine Wege auf dich laden, und deine Greuel sollen mitten unter dir seyn: und ihr sollet wissen, daß ich der HErr bin.

5. Dieß sagt GOtt der HErr: Eine Trübsal ist da, siehe, es kömmt ein Unglück.

6. Das Ende kömmt, es kömmt das Ende, es ist wider dich erwacht: siehe, es kömmt.

7. Das Verderben kömmt über dich, der du im Lande wohnest: die Zeit kömmt, und der Tag des Würgens ist nahe, und nicht des Jauchzens * auf den Bergen. * Frohlockens.

8. Jetzt gleich will ich von nahem meinen Zorn über dich ausschütten, und meinen Grimm an dir vollenden: ich will dich richten nach deinen Wegen, und dir alle deine Laster aufladen.

9. Mein Auge soll nicht verschonen, und ich will mich nicht erbarmen, sondern will dir deine Wege aufladen, und deine Greuel sollen mitten unter dir seyn: und ihr sollet wissen, daß ich der HErr bin, der schlägt.

10. Siehe, der Tag ist vorhanden, siehe, er kömmt: das Elend nahet an, die Ruthe blühet, die Hoffart grünet:

11. Die Bosheit ist entsprossen aus der gottlosen Ruthe: niemand von ihnen wird überbleiben, noch von ihrem Volke, noch von ihrem Rauschen: und sie werden keine Ruhe haben.

12. Die Zeit kömmt heran, der Tag ist nahe: wer kauft, der freue sich nicht: und wer verkauft, der sey nicht traurig: denn der Zorn kömmt über all sein Volk.

13. Denn wer kauft, der wird zu dem nicht wieder kommen, das er verkauft hat, wenn sie auch schon unter den Lebendigen noch im Leben wären: denn die Prophezeihung, welche zu ihrem ganzen Haufen geschehen ist, wird nicht hinter sich gehen: und niemand wird in der Ungerechtigkeit seines Lebens gestärket werden.

14. Blaset die Posaunen, alle rüsten sich, es ist doch niemand, der zum Streite hinaus ziehe: denn mein Zorn gehet über all ihr Volk.

15. Draußen ist das Schwert, inwendig Pestilenz und Hunger: wer auf dem Felde ist, der soll durch das Schwert umkommen: und die in der Stadt sind, sollen durch Pestilenz und Hunger gefressen werden.

16. Welche aber aus ihnen davon fliehen, die sollen erhalten werden: und sie werden sich auf den Bergen halten, wie die Tauben in den Thälern, und werden alle in Schrecken seyn, ein jeglicher um seiner Missethat willen.

17. Alle Hände werden kraftlos seyn, und über alle Knie wird das Wasser laufen.

18. Und sie werden härine Kleider um sich gürten, Furcht

Deus terræ Israël: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.

3. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas.

4. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis, quia ego Dominus.

5. Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio una, afflictio ecce venit.

6. Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te: ecce, venit.

7. Venit contritio super te, qui habitas in terra: venit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.

8. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua.

9. Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis, quia ego sum Dominus percutiens.

10. Ecce, dies, ecce, venit: egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia:

11. Iniquitas surrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis.

12. Venit tempus, appropinquavit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum ejus.

13. Quia qui vendit, ad id, quod vendidit, non revertetur, & adhuc in viventibus vita eorum: visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur: & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur.

14. Canite tuba, præparentur omnes, & non est, qui vadat ad prælium: ira enim mea super universum populum ejus.

15. Gladius foris, & pestis, & fames intrinsecus: qui in agro est, gladio morietur: & qui in civitate, pestilentia, & fame devorabuntur.

16. Et salvabuntur, qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate sua.

17. Omnes manus dissolventur, & omnia genua fluent aquis.

18. Et *a* accingent se ciliciis, & operiet eos formido: *a Isa.* 15. 3. *Jerem.* 48. 37.

℣. 4. *Sed vias tuas ponam super te.* Pœnas peccatorum tuorum. *In medio.* In conspectu omnium. *Abominationes tuæ.* Abominationum supplicia. *Et scietis, quia ego Dominus.* *Tunc enim mali habebunt oculos apertos in pœna*, ait Greg. *quos clausos habuerunt in culpa.*

℣. 5. *Afflictio una* singularis *afflictio* extrema *ecce, venit.*

℣. 6. *Finis venit.* Desolatio venit, & mature, quasi summo mane. *Venit finis.* Excidium. Repetit *afflictionem & finem.* Quia affligentur exterius in corpore, & interius in anima.

℣. 7. *Prope est dies occisionis, & non gloriæ montium.* Non sicut clamores læti colligentium uvas in montibus, vel in cultu idolorum jubilantium. *Venit contritio.* Jerosolymæ obsidio. Theodotio vertit πλεκτὸν, ordinem contextumque malorum.

℣. 10. *Floruit virga, germinavit superbia.* Cito aderunt amari fructus. Hieron. *Floruit virga, quæ multo vobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturiit; superbia vestra germinavit, quod metebamini.* Per virgam potest intelligi Nabuchodonosor. Isaiæ 10. *Væ Assur virga furoris mei.*

℣. 11. *Iniquitas surrexit in virga impietatis.* Hebr. *In virgam excrevit.* In virgam, qua punietur & castigabitur iniquitas; ea fuit causa flagelli, quo percutientur impii: e radice iniquitatis eorum nata est virga, qua verberentur; comparat iniquitatem radici, pœnam virgæ. *Et non ex populo.* Quisquam residuus erit. *Non ex eis.* Vatabl. Non remanebit residuum ex eis. *Neque ex sonitu eorum.* Peribit superbia & fastus eorum sonorus. *Non erit requies.* A malis; non ex Chaldæis, aut ex populo innumerabili, aut ex strepitu armorum, sed ex vestra iniquitate. Vel *non erit requies in eis.* Non cessabunt, donec pro meritis vos flagellaverint.

℣. 12. *Venit tempus* sc. ultionis -- *quia ira super omnem populum ejus.* Regionis, omnia diripientur.

℣. 13. *Quia qui vendit ad id, quod vendidit non revertetur.* Uti lex jubet anno Jubilæi. *Vita eorum.* Vivent quidem, sed ad bona vendita non redibunt. *Non regredietur.* Prophetia non erit inanis & falsa, ita Isai. 5.

℣. 14. *Canite tuba -- non est, qui vadat ad prælium.* Hieron. *Nihil profuit imperasse, cum non sit in populo, qui audeat ad bella procedere.* Idcirco autem enervatus est populus, quia omnis ira Dei super omnem multitudinem ejus.

℣. 17. *Et omnia genua fluent aquis.* Infirma erunt; vel urina defluet præ pavore; vel genua dissolventur, & quasi liquescent præ timore.

formido: & in omni facie confusio, & in universis capitibus eorum calvitium.

19. Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. *b* Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est.

b Prov. 11. 4. *Soph.* 1. 18. *Ezech.* 5. 10. & 13.

20. Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulacrorum fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam:

21. Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud.

22. Et avertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emissarii, & contaminabunt illud.

II. 23. Fac conclusionem: quoniam terra plena est judicio sanguinum, & civitas plena iniquitate.

24. Et adducam pessimos de gentibus & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

25. Angustia superveniente, requirent pacem, & non erit.

26. Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: & quærent visionem de propheta, & lex peribit a sacerdote, & consilium a senioribus.

27. Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum judicia eorum judicabo eos: & scient, quia ego Dominus.

CAPUT VIII.

I. Ezechiel post visam Dei similitudinem spiritu rapitur in Jerusalem: 3. II. Videt pessimas Judæorum idololatrias: quare dicit Dominus, se eis non parciturum. 10.

† Eodem anno 3410.

1. Et factum est in anno † sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Juda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2. Et vidi, & ecce, similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum ejus, & deorsum, ignis: & a lumbis ejus, & sursum, quasi aspectus splendoris, ut visio electri.

a Dan. 14. 35.

I. 3. Et *a* emissa similitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & elevavit me

wird sie bedecken: alle Angesichter werden schamroth seyn, und alle ihre Häupter kahl.

19. Ihr Silber wird hinausgeworfen, und ihr Gold wie Koth geachtet werden. Ihr Silber, und ihr Gold wird sie nicht erretten können am Tage des Zorns des HErrn. Ihre Seele werden sie damit nicht ersättigen, noch ihren Bauch damit anfüllen: denn es ist ihnen zum Anstoße ihrer Missethat geworden.

20. Sie haben den Schmuck ihrer Kleinodien zur Hoffart gebraucht, und hernach die Bilder ihrer Greuel, und ihrer Abgötter davon gemacht: darum habe ich es ihnen zur Unsauberkeit gereichen lassen:

21. Und ich will es Fremden zum Raube in die Hände geben, und den Gottlosen im Lande zur Beute, und sie werden es entheiligen.

22. Und ich will mein Angesicht von ihnen abwenden, und sie werden mein verborgen Heiligthum entweihen: die Räuber werden da hineingehen, und werden es verunreinigen.

II. 23. Mache den Schluß: dieweil das Land voll ist der Laster, so des Todes werth sind, und die Stadt ist voller Ungerechtigkeit.

24. So will ich die Allerärgsten unter den Heyden herzu führen, die sollen ihre Häuser einnehmen: ich will den Hochmuth der Gewaltigen niederlegen, und sie sollen ihre heiligen Oerter einnehmen.

25. Wenn die Bedrängniß über sie kömmt, so werden sie den Frieden suchen, und er wird nicht da seyn.

26. Da wird ein Schrecken über den andern kommen, und eine Zeitung über die andere: alsdann werden sie ein Gesicht bey dem Propheten suchen, und das Gesetz wird bey den Priestern abgehen, und der Rath bey den Alten.

27. Der König wird sich betrüben, und der Fürst wird sich mit Trauren bekleiden, und die Hände des Volkes im Lande werden erschrecken. Ich will ihnen thun nach ihren Wegen, und nach ihren Rechten ein Urtheil über sie gehen lassen: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

Das achte Capitel.

I. Der Prophet wird vom Geiste GOttes aus Babylon in die Stadt Jerusalem geführt: 3. II. Allda siehet er allen Greuel und Abgötterey, so im Tempel des HErrn von den Götzendienern getrieben wird. 10.

1. Und es begab sich im sechsten Jahre, im sechsten Monathe, am fünften Tage des Monaths: saß ich in meinem Hause, und die Aeltesten Juda saßen vor mir, und die Hand GOttes des HErrn fiel daselbst auf mich.

2. Und ich sah, und siehe, es war eine Gestalt wie Feuer * anzusehen: von seinen Lenden hinab war es wie Feuer: und von seinen Lenden hinauf war es ganz klar, wie hell Erz anzusehen. * feurige Mannsgestalt.

I. 3. Und er streckete sich, wie eine Hand aus, und ergriff mich bey dem Haare meines Hauptes: und der Geist

---

ỳ. 18. *Et in omni facie confusio.* Hieron. *Rubor vultus pudoris indicium est, & conscientia peccatorum lucet in facie.*

ỳ. 19. *Et aurum eorum in sterquilinium.* Diripientur eorum opes a pollutis gentibus. *Quia scandalum iniquitatis eorum factum est.* Cum idola coluerunt; vel avaritia eis erit in scandalum: aliena rapuerunt, perdent sua.

ỳ. 20. *Ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt.* Hieron. „ Quæ ego dederam illis, verterunt „ in superbiam: ut de quibus poterant per eleemosynas & bona opera animam suam liberare, ex illis habuerunt arro„ gantiæ materiam, & mea munera in deorum simulacra verterunt.„ *In immunditiam.* In contemptum.

ỳ. 22. *Et violabunt arcanum meum.* Adyta templi & sanctuarium. Dionys. Sanctum Sanctorum, & illud polluent, vitiosa ibi agendo, & tandem evertent. *Introibunt in illud emissarii.* Latrones, prædatores. S. Bernard. in alio sensu explicans per *emissarios* sacerdotes luxuriosos intelligit, qui corpus Domini præsumunt consecrare, & ait: *Quomodo audent agni immaculati sacras contingere carnes, & intingere in sanguinem Salvatoris manus nefarias, quibus paulo ante, pro dolor! carnes meretricias contrectaverunt.*

ỳ. 23. *Fac conclusionem.* Finem impone eorum judicio & condemnationi. Hebr. Fac catenam insignem captivitatis.

ỳ. 27. *Et scient, quia ego Dominus* sum. Hieron. *Ut quem non intelligebant per beneficia, per tormenta cognoscant.*

CAPUT VIII.

ỳ. 1. *Et factum est in anno sexto.* A prima visione ad hanc usque 144. menses sunt interjecti, quæ quidem acta sunt, ut ipse ait v. 3. *in visione Dei.* Spiritu, non corpore, ex Hieron. in anno sexto captivitatis Joachim. *Manus Domini.* Manus autem ἐνεργείαν significat, i. e. opera, ut visionis possent sacramenta cognoscere.

ỳ. 3. *Et emissa similitudo manus apprehendit me.* Hieron. *Similitudo, non ipsa manus extenditur.* Videturque manus, ut membrum humani corporis, atque consueti, nequaquam terreat eum, qui assumitur, ubi erat idolum, olim positum a Manasse. Vid. 2. Paralip. c. 33. v. 7. & cap. 34. Hieron. *Pulchreque appellatur idolum zeli, quia ad æmulationem & zelum Dominum provocat.* Idolum erat Baal ex eodem Hieronymo. Mystice, Prælatus malus dicitur idolum zeli, quia provocat iram Dei, quam debet mitigare. Unde Gregorius: *Cum is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus profecto ad deteriora provocatur.* Hæc visio ad universum tempus, ex quo populus Juda ad idololatriam cœperat deflectere, videtur pertinere. *Et emissa similitudo.* Homo ille, quem initio videram, misit similitudinem manus, visus est mihi per crines me apprehendere. *Juxta ostium interius.* Atrii anterioris, seu sacerdotum.

Geist hub mich auf zwischen Himmel und Erde: und führete mich im Gesichte GOttes gen Jerusalem, zu der innersten Thür, die gegen Mitternacht war, da der Abgott des Eifers stund, Eifer und Zorn zu erwecken.

4. Und siehe, es war allda die Herrlichkeit des GOttes Israel, auf die Weise des Gesichtes, so ich auf dem Felde gesehen hatte.

5. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, hebe deine Augen auf, und siehe auf den Weg gegen Mitternacht. Und ich hub meine Augen auf zu dem Wege gegen Mitternacht: und siehe, da stund gegen Mitternacht an der Thür des Altars, gleich da man hineingehet, der Abgott des Eifers.

6. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, meynest du auch, daß du siehest, was diese thun, was für große Greuel das Haus Israel allhier begehet, damit ich weit hinweg sehide von meinem Heiligthume? aber wenn du dich umkehrest, so wirst du noch größere Greuel sehen.

7. Und er führete mich hinein zu der Thür am Vorhofe: da sah ich, und siehe, es war ein Loch in der Wand.

8. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, grabe durch die Wand. Und als ich die Wand durchgraben hatte, da ließ sich eine Thür sehen.

9. Und er sprach zu mir: Gehe hinein, und siehe die überaus böse Greuel, so diese allhie begehen.

II. 10. Und ich gieng hinein, und sah es: und siehe, da waren allerhand Bildnisse der kriechenden, und andern Thiere, die Greuel, sammt allen Abgöttern des Hauses Israel, allenthalben, und rings herum auf der Wand gemalet.

11. Und siebenzig Männer von den Aeltesten des Hauses Israel, und Jezonias, der Sohn Saphan, mitten unter ihnen, stunden vor den Bildnissen: und ein jeglicher hatte ein Rauchfaß in seiner Hand: und der Rauch vom Weihrauch gieng auf, wie der Nebel.

12. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, da siehest du wahrlich, was die Aeltesten des Hauses Israel im Finstern thun, ein jeglicher in geheim in seiner Schlafkammer: denn sie sagen: Der HErr siehet uns nicht, der HErr hat das Land verlassen.

13. Und er sprach zu mir: Wenn du dich umwendest, so wirst du noch größere Greuel sehen, so diese thun.

14. Und er führete mich hinein durch die Thür der Pforte, am Hause des HErrn, welche gegen Mitternacht gieng: und siehe, da saßen Weiber, und weineten über den Adonis.

15. Und er sprach zu mir: Du Menschensohn, da hast du es wahrlich gesehen: wenn du dich aber umkehrest, so wirst du noch größere Greuel sehen, als diese.

16. Da führete er mich in den innern Vorhof am Hause des HErrn: und siehe, in der Thür am Tempel des HErrn, zwischen dem Vorhofe, und dem Altare, waren ungefehr fünf und zwanzig Männer, die ihren Rücken gegen dem Tempel des HErrn, und ihre Angesichter gegen Morgen gewendet hatten: und sie betheten an gegen Aufgang der Sonne.

17. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, das hast du wahrlich gesehen: ist dann dieß dem Hause Juda ein geringes, daß sie diese Greuel thäten, die sie allhier began-

spiritus inter terram, & cœlum: & adduxit me in Jerusalem in visione Dei, juxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.

4. Et ecce, ibi gloria Dei Israël, secundùm visionem, quam videram in campo.

5. Et dixit ad me: Fili hominis, leva oculos tuos ad viam Aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce, ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu.

6. Et dixit ad me: Fili hominis, putasne vides tu, quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israël facit hic, ut procul recedam a sanctuario meo? & adhuc conversus videbis abominationes majores.

7. Et introduxit me ad ostium atrii: & vidi, & ecce, foramen unum in pariete.

8. Et dixit ad me: Fili hominis, fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum.

9. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic.

II. 10. Et ingressus vidi: & ecce, omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & universa idola domus Israël depicta erant in pariete in circuitu per totum.

11. Et septuaginta viri de senioribus domus Israël, & Jezonias, filius Saphan, stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & unusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat.

12. Et dixit ad me: Certe vides fili hominis, quæ seniores domus Israël faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui: dicunt enim: Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

13. Et dixit ad me: Adhuc conversus videbis abominationes majores, quas isti faciunt.

14. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce, ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.

15. Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: adhuc conversus videbis abominationes majores his.

16. Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce, in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum solis.

17. Et dixit ad me: Certe vidisti fili hominis: numquid leve est hoc domui Juda, ut facerent abominationes istas, quas fecerunt hic: quia

---

℣. 5. *Ecce, ab Aquilone portæ altaris.* Quæ vicina erat altari æneo Salomonis, quod Achaz e medio atrii sacerdotum transtulerat ad angulum altaris aquilonaris. Hebr. *Ab aquilone ad portam.* Juxta portam atrii interioris, ubi erat altare.

℣. 7. *Introduxit me ad ostium atrii.* Exterioris: circum erant exhedræ sacerdotum, & gazophylacia: prius eum adduxerat juxta ostium atrii interioris, sed adhuc erat in atrio exteriori; nunc adducit eum in ipsum ostium atrii interioris: aut ostium illud est gazophylacii, non templi.

℣. 8. *Fode parietem.* Greg. Moral. l. 26. c. 4. *Fode parietem, hoc est, cordis duritiam crebris perscrutationum ictibus rumpe. Parietem enim fodere, est asperis correptionibus duritiam cordis aperire, ut omnia in eo, qui corripitur, cogitationum interiora videantur.*

℣. 9. *Depicta erant in pariete.* Reipsa erant depicta, ut colligimus Jerem. 7. v 30.

℣. 12. *Non videt Dominus nos.* Hieron. *Certè quando peccavimus, si cogitaremus, Deum videre & esse præsentem, nunquam. Quod Deo displicet, faceremus.* Boetius: *Magna nobis indicitur necessitas bene agendi, cum cuncta agamus ante oculos judicis cuncta cernentis.*

℣. 14. *Introduxit me per ostium portæ.* Ad portam atrii exterioris, ibi erant laici & mulieres.

℣. 16. *Et ecce, -- viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem.* Apud Ethnicos altaria versus orientem sita erant, apud Judæos versus occasum: quia lex Judæorum erat umbra futurorum, per Christum umbra transiit in lucem.

quia replentes terram iniquitate conversi sunt ad irritandum me? & ecce, applicant ramum ad nares suas.

18. Ergo, & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAPUT IX.

I. Sex viri jubentur omnes in Jerusalem trucidare, ut significent futuram stragem per Chaldæos: 1. II. Excipiuntur & a cæde liberantur signo Thau notati. 6.

† *Eodem An. 3410.*

1. Et clamavit † in auribus meis voce magna, dicens: Appropinquaverunt visitationes urbis, & unusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

2. Et ecce, sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem, & uniuscujusque vas interitus in manu ejus: vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes ejus: & ingressi sunt, & steterunt juxta altare æreum.

3. Et gloria Domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus, & vocavit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

4. Et dixit Dominus ad eum: Transi per
a Exod. 12. 7. Apoc. 7. 3. mediam civitatem in medio Jerusalem, *a* & signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus.

5. Et illis dixit, audiente me: Transite per civitatem sequentes eum, & percutite: non parcat oculus vester, neque misereamini.

II. 6. Senem, adolescentulum, & virginem, parvulum, & mulieres interficite usque ad internecionem: omnem autem, super quem videritis Thau, ne occidatis, & a Sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo a viris senioribus, qui erant ante faciem domus.

7. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis, egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos, qui erant in civitate.

8. Et cæde completa, remansi ego: ruique super faciem meam, & clamans, ajo: Heu, heu, heu Domine Deus! ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Jerusalem?

9. Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel & Juda, magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus: & civitas repleta est aversione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.

10. Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddam.

gen haben: dieweil sie sonst auch das Land mit Ungerechtigkeit erfüllet, und sich umgekehret haben, mich zu reizen? und siehe, sie halten den Zweig an ihre Nasen.

18. Darum, so will ich auch im Grimme handeln: mein Auge soll nicht verschonen, und ich will mich nicht erbarmen: und wann sie vor meinen Ohren ein starkes Geschrey machen, so will ich sie doch nicht erhören.

Das neunte Capitel.

I. Die Niederlage, so die Babylonier in der Stadt verübet, wird dem Propheten durch ein Gesicht gezeiget: 1. II. Von welcher alle Frommen, so mit dem Buchstaben Thau gezeichnet, erhalten werden.

1. Und er rief mit lauter Stimme in meine Ohren, und sprach: Die Heimsuchung der Stadt ist nahe herzukommen, und ein jeglicher hat Mordwaffen in seiner Hand.

2. Und siehe, sechs Männer kamen vom Wege des obern Thors, das gegen Mitternacht gelegen ist, und ein jeglicher hatte Waffen zu morden in seiner Hand: es war auch ein Mann unter ihnen, mit Leinwand bekleidet, der hatte ein Schreibezeug an seiner Seite: und sie giengen hinein, und stunden neben dem ehrnen Altare.

3. Und die Herrlichkeit des HErrn Israel, welche über dem Cherub war, erhub sich von dannen, bis in die Schwelle des Hauses, und rief dem Mann, der mit leinenen Kleidern bekleidet war, und den Schreibezeug an seiner Seite hatte.

4. Und der HErr sprach zu ihm: Gehe mitten durch die Stadt, mitten durch Jerusalem, und zeichne mit dem Zeichen Thau die Stirne aller Männer, welche seufzen und Leid tragen über alle Greuel, die in ihr begangen werden.

5. Und er sprach zu jenen in meinem Anhören: Gehet durch die Stadt, und folget ihm nach, und erschlaget: euer Auge soll nicht schonen, und ihr sollt euch nicht erbarmen.

II. 6. Tödtet die alten Männer, und jungen Gesellen, und Jungfrauen, und kleinen Kinder, und Weiber, daß niemand übrig bleibe: ihr sollet aber keinen tödten, an welchem ihr das Zeichen Thau sehet, und sollet an meinem Heiligthum anfahen. Also fiengen sie an von den alten Männern, welche vor dem Hause waren.

7. Und er sprach zu ihnen: Entheiliget das Haus, und erfüllet die Vorhöfe mit Erschlagenen, und gehet heraus. Und sie giengen heraus, und erschlugen die in der Stadt waren.

8. Und da das Würgen vollendet war, blieb ich allda: und ich fiel auf mein Angesicht, rief, und sprach: Ach, ach, ach HErr GOtt! willst du dann alles vertilgen, was von Israel übrig geblieben ist, und Deinen Grimm über Jerusalem ausschütten?

9. Und er sprach zu mir: Die Missethat des Hauses Israel und Juda ist überschwenglich groß, das Land ist voll Blutschulden, und die Stadt ist voll Abfalls: denn sie haben gesagt: Der HErr hat das Land verlassen, und der HErr sieht es nicht.

10. Darum soll mein Auge nicht verschonen, und ich will mich nicht erbarmen: ich will ihnen ihren Weg auf ihr Haupt wiedergelten.

11. Und

---

†. 17. *Ecce, applicant ramum ad nares suas.* Ramum olivæ, quæ Minervæ, ut myrti Veneri, lauri Apollini consecratæ; quasi eos adorantes, sicut manus ori admoveri solet, in signum honoris, aut forte derisionis causa id faciebant, juxta Græc. versionem: *Et ecce, ipsi quasi subsannantes.*

†. 18. *Ergo & ego faciam in furore -- non exaudiam.* Hieron. *Qui enim non intelligunt, quid sibi prosit, & orant frequenter contraria, expedit eis, ut non exaudiantur a Domino.*

CAPUT IX.

†. 1. *Clamavit in auribus meis* i. me audiente - *unusquisque* sc. hostium *vas interfectionis*, i. instrumentum militare *habet in manu sua.*

†. 2. *Et ecce, sex viri.* Angeli in specie humana. *Vestitus lineis.* 70. podere.

†. 3. *Et gloria Domini Israel assumpta est de Cherub.* Discessit a propitiatorio, & stetit in limine sanctuarii. Hieron. *Fuit ad limen atrii domus, atque vestibuli, quod nequaquam tecto premitur.* Vel Ezechiel hæret in visione capitis primi: ab illo solio gloriæ Domini vocat septimum illum virum.

†. 4. *Et signa Thau super frontes virorum gementium.* Thau signum est Dominicæ crucis, quia littera T apud Hebræos ante captivitatem exprimebat figuram crucis, uti apud Græcos & Latinos; unde & titulus crucis non sine Dei consilio tribus his linguis fuit conscriptus. Atque hoc signum vitale fuit apud Hebræos, & apud gentiles. Angelus vestitus lineis, qui figura est Christi, signo T salvandos signabat in fronte.

†. 5. *Et illis* sex viris *dixit.*

†. 6. *Interficite* &c. *a sanctuario meo incipite.* Ab impiis sacerdotibus, & populo præfectis. Hieron. *Et qui fuerant in populis causa peccati, primi meruere supplicia.*

†. 8. *Et cæde completa, remansi ego.* Et signati pariter, ut dicit B. Hieron. *Quia illi soli de tempore legis, qui prophetis obedierunt: & de tempore gratiæ, qui crucem imitati sunt, immunes erunt ab illa pœna.* Dicit autem in singulari & *ego:* quia respectu damnatorum paucissimi erunt salvati.

11. Und siehe, der Mann, der mit Leinwand bekleidet war, und den Schreibezeug auf seinem Rücken hatte, antwortete mit einem Worte, und sprach: Ich habe gethan, wie du mir befohlen hast.

Das zehente Capitel.

I. Dem Manne mit Leinwand bekleidet, wird befohlen, feurige Kohlen über Jerusalem zu streuen; vorzubedeuten der Stadt Feuersbrunst durch die Chaldäer. 6. Wiederholte Beschreibung des cherubinischen Wagens, und der Herrlichkeit GOttes. 9.

1. Und ich sah, und siehe, auf dem Firmamente über dem Haupte der Cherubim war es wie ein Sapphir, und ließ sich oben darüber eine Gestalt sehen, wie ein Thron.

2. Und er redete den Mann an, der mit Leinwand bekleidet war, und sprach: Tritt hinein zwischen die Räder, welche unter den Cherubim sind, und fülle deine Hand mit glüenden Kohlen, die zwischen den Cherubim sind, und wirf sie über die Stadt. Und er trat hinein in meinem Ansehen.

3. Aber die Cherubim stunden auf der rechten Seite des Hauses, da der Mann hineingieng, und die Wolke erfüllete den inwendigen Vorhof.

4. Da erhub sich die Herrlichkeit des HErrn oben vom Cherub zu der Schwelle des Hauses: und das Haus ward mit der Wolke erfüllet, und der Vorhof ward mit dem Glanze der Herrlichkeit des HErrn erfüllet.

5. Man hörte auch das Rauschen der Flügel der Cherubim bis zum äußersten Vorhofe, wie die Stimme des allmächtigen GOttes, wenn er redet.

I. 6. Als er nun dem Manne, der mit Leinwand bekleidet war, befohlen hatte, und gesagt: Nimm Feuer zwischen den Rädern heraus, welche unter den Cherubim sind: gieng er hinein, und stund neben dem Rade.

7. Und der Cherub streckte seine Hand mitten aus dem Cherubim hervor zum Feuer, das zwischen den Cherubim war, und nahm davon, und gab es dem in die Hände, der die leinenen Kleider anhatte, der nahm es, und gieng hinaus,

8. Und ließ sich an den Cherubim sehen, gleichwie eines Menschen Hand unter ihren Flügeln.

II. 9. Und ich sah, und siehe, vier Räder waren bey dem Cherubim: ein Rad bey dem einen Cherub, und das andere Rad bey dem andern Cherub: aber die Gestalt der Räder war gleich einem Chrysolith anzusehen.

10. Und sie waren im Ansehen alle viere gleich von einer Gestalt: als wenn ein Rad im andern wäre.

11. Und wann sie fortgiengen, so giengen sie auf allen vier Orten: und sie kehreten im Gehen nicht wieder um, sondern zu dem Orte, dahin sich das erste lenkte, folgeten die anderen auch hernach, und kehreten sich nicht wieder um.

12. Und ihr ganzer Leib, ihr Hals, ihre Hände, und Flügel, und die Räder waren voller Augen, rings um alle vier Räder.

13. Und er nannte dieselbigen Räder schnell umläufige, in meinem Anhören.

11. Et ecce, vir, qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens: Feci, sicut præcepisti mihi.

CAPUT X.

I. Jubetur vir lineis vestitus accipere prunas ignis de medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim, & super civitatem effundere. 6. 11. Describitur visio Dei Cherubim, & quatuor rotarum. 9.

1. Et vidi †, & ecce, in firmamento, quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solii, apparuit super ea. ✠ *Eodem Anno* 3410.

2. Et dixit ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubim, & effunde super civitatem. Ingressusque est in conspectu meo.

3. Cherubim autem stabant a dextris domus, cum ingrederetur vir, & nubes implevit atrium interius.

4. Et elevata est gloria Domini desuper Cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum splendore gloriæ Domini.

5. Et sonitus alarum Cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

I. 6. Cumque præcepisset viro, qui indutus erat lineis, dicens: Sume ignem de medio rotarum, quæ sunt inter Cherubim: ingressus ille stetit juxta rotam.

7. Et extendit Cherub manum de medio Cherubim ad ignem, qui erat inter Cherubim, & sumpsit, & dedit in manus ejus, qui indutus erat lineis, qui accipiens egressus est,

8. Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.

II. 9. Et vidi, & ecce, quatuor rotæ juxta Cherubim: rota una juxta Cherub unum, & rota alia juxta Cherub unum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi.

10. Et aspectus earum similitudo una quatuor: quasi sit rota in medio rotæ.

11. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non revertebantur ambulantes, sed ad locum, ad quem ire declinabat, quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec convertebantur.

12. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum.

13. Et rotas istas vocavit volubiles, audiente me.

CAPUT X.

†. 1. *Et ecce, in firmamento.* Cujus figura c. 1. v. 26. descripta est. *Quasi species similitudinis solii.* Unde paulo ante descenderat Deus.

†. 2. *Et dixit.* Qui sedebat super thronum sapphirinum. Duplex adventus Domini designatur, prior, cum signo Thau signati sunt gementes; posterior hoc in loco, ubi venit cum igne. *Imple manum tuam prunis.* Quæ erant per urbem dispersæ in signum incendii. Moraliter, qui prius in *medio rotarum*, id est, studio sacræ scripturæ *inter Cherubim*, id est, sanctorum exemplis prunas ignis sumpsit, seu ardorem charitatis concepit, vel opera charitatis complevit, talis potest ignem postea effundere supra civitatem, & ardenter prædicare aliis. Unde S. Bern. *Qui non ardet, non accendit.*

†. 3. *Cherubim autem stabant a dextris domus.* Sanctuarii, aut templi: nam a sinistris, seu ab Aquilone erant idola. Interea nubes implevit atrium interius: atrium vero exterius repletum est splendore gloriæ Domini, qui a nube splendida manabat.

†. 4. *Et elevata est gloria Domini* &c. Cum exiret e sanctuario, implevit splendore totum templum.

†. 5. *Et sonitus alarum Cherubim audiebatur - quasi vox Dei.* Quasi tonitrua.

†. 7. *Extendit Cherub.* Hebraismus; unus e quatuor Cherubim.

†. 9. *Quasi visio lapidis Chrysolithi.* 70. carbunculi. Alii Hyacinthi.

†. 10. *Et aspectus earum similitudo una quatuor* Ex illis quatuor videbatur una quadripartita rota constare.

†. 11. *In quatuor partes gradiebantur.* In omnem partem eadem facilitate volvebantur. *Sed ad locum.* Sic rotæ erant connexæ, ut quocumque prima rota moveretur, eam omnes sequerentur.

†. 12. *Et omne corpus earum & colla* &c *plena erant oculis.* Theodoretus id refert ad Cherubim: Hier. ad rotas, quibus c. 1. v. 18. oculi tribuuntur. Reliqua, ut caro, colla, manus iis per metaphoram tribuuntur. *Et circuli.* Hier. „Circulos autem rotarum contos ferreos appellavit, quibus lignorum rotunditas arctatur, & fingitur„.

14. Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies Cherub: & facies secunda facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ.

15. Et elevata sunt Cherubim: ipsum est animal, quod videram juxta fluvium Chobar.

16. Cumque ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ juxta ea: & cum elevarent Cherubim alas suas, ut exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ juxta erant.

17. Stantibus illis, stabant: & cum elevatis, elevabantur: spiritus enim vitæ erat in eis.

18. Et egressa est gloria Domini a limine templi, & stetit super Cherubim.

19. Et elevantia Cherubim alas suas, exaltata sunt a terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini orientalis: & gloria Dei Israel erat super ea.

20. Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel *a*, juxta fluvium Chobar: & intellexi, quia Cherubim essent. *a Sup. 1. & 3.*

21. Quatuor vultus uni, & quatuor alæ uni: & similitudo manus hominis sub alis eorum.

22. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus, quos videram juxta fluvium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

CAPUT XI.

I. Judæis, qui remanserant in Jerusalem, prædicit excidium: 5. II. Reliquiis seu captivis apud Chaldæos reditum in patriam, cor unum & carneum, ut colant Dominum. 17.

† *Eodem An 3410.*

1. Et elevavit † me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum: & ecce, in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Jezoniam, filium Azur, & Pheltiam, filium Banaiæ, principes populi.

2. Dixitque ad me: Fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in urbe ista,

3. Dicentes: Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.

14. Aber ein jegliches hatte vier Angesichter: das erste Angesicht war eines Cherubs Angesicht: und das andere Angesicht war eines Menschen Angesicht: und am dritten war eines Löwen Angesicht: und am vierten war eines Adlers Angesicht.

15. Und die Cherubim huben sich auf: das ist eben das Thier, welches ich am Flusse Chobar gesehen hatte.

16. Und wann die Cherubim fortgiengen, so giengen auch die Räder neben ihnen zugleich fort: und wann die Cherubim ihre Flügel schwungen, daß sie sich aufhuben von der Erde, so blieben die Räder nicht dahinten, sondern hielten sich auch bey ihnen.

17. Wann jene stunden, so stunden diese auch: und wann jene sich aufhuben, so huben sich auch diese auf: denn der Geist des Lebens war in ihnen.

18. Und die Herrlichkeit des HErrn begab sich wieder von der Schwelle des Tempels, und stellte sich über die Cherubim.

19. Und die Cherubim schwungen ihre Flügel, und huben sich auf von der Erde vor meinen Augen: und da sie hinausfuhren, folgeten ihnen auch die Räder nach: und das Wesen stellete sich in den Eingang des Thors, am Hause des HErrn, gegen Aufgang: und die Herrlichkeit des GOttes Israel war über ihnen.

20. Das ist eben das Thier, welches ich am Flusse Chobar unter dem GOtt Israel gesehen hatte: und ich habe verstanden, daß es Cherubim wären.

21. Ein jeglicher hatte vier Angesichter, und hatte ein jeglicher vier Flügel: und es waren gleichwie Menschenhände unter ihren Flügeln.

22. Und die Gestalt ihrer Angesichter war gleich anzusehen, wie die Angesichter, die ich am Flusse Chobar gesehen hatte, und wann sie sich bewegten, gieng ein jeglicher stracks vor sich.

Das eilfte Capitel.

1. Ezechiel weißaget denen zu Jerusalem verbliebenen Juden ihren Untergang: 5. Denen aber, so zu Babylon aufgehalten worden, verspricht er, daß sie wieder in ihr Vaterland kehren werden. 17.

1. Und der Geist hub mich auf, und führte mich hinein zum Thore am Hause des HErrn, das gegen Morgen * steht, zum Aufgang der Sonne: und siehe, im Eingange des Thors waren fünf und zwanzig Männer: und ich sah mitten unter ihnen Jezoniam, den Sohn Azur, und Pheltiam, den Sohn Banaia, welche Fürsten des Volks waren. * Aufgang

2. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, dieß sind die Männer, welche ungerechte Gedanken im Sinne haben, und gehen mit sehr bösen Rathschlägen um in dieser Stadt,

3. Und sagen: Sind nicht vorlängst Häuser gebauet? dieß ist der Hafen, wir aber sind das Fleisch.

4. Darum

¥. 14. *Quatuor autem facies habebat unum: facies una, facies Cherub.* Ex Hebr. *Facies vituli.* Hier. „Hæc, inquit, „quatuor Evangelia multo ante prædicta, Ezechielis quoque volumen probat, in quo prima visio contexitur. „*Item:* Evangelium autem si quis rotam, cursumque consideret, in brevi tempore videbit mundum esse comple„tum sermone Apostolico„. Alii existimant per quatuor ista animalia designari quatuor Monarchias; per faciem leonis regnum Babylonis propter ferocitatem; per faciem hominis regnum Persarum, quod mitius fuit respectu Judæorum; per faciem vituli regnum Græcorum propter lasciviam; per faciem aquilæ regnum Romanorum cetetis excelsius. Hinc videtur colligi omnia animalia habuisse formam humanam; sed aliud bovinam quodammodo, aliud leoninam referebat.

¥. 15. *Ipsum est animal.* Singulare pro plurali.

¥. 16. *Non residebant rotæ.* Hebr. *Non recedebant.* Non ab iis discedebant.

¥. 20. *Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel.* Sub imagine electrina, quæ capitibus Cherubim imminebat, ex c. 1. v. 26.

¥. 22. *Intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.* Ipso suo impetu satis declarabant, se ad anteriora procedere, nec umquam regredi: constans decretum Dei deserendi Synagogam, & verum cultum transferendi ad gentes indicabant.

CAPUT XI.

¥. 1. *Elevavit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem.* Jam Ezechiel erat in templo: nam ex cap. 10. v. 6. in atrio sacerdotum vidit eædem illorum: itaque videtur ex illo atrio translatus ad portam orientalem atrii exterioris.

¥. 3. *Nonne dudum ædificatæ sunt domus?* Æque manent, postquam Jeremias urbem evertendam prædixit. Ex Hebr. *Non est prope ædificanda domus.* Quod prophetæ prædicunt brevi futurum, non implebitur; sic metum populo eximebant. *Hæc est lebes, nos autem carnes.* Non abducentur alio captivi, quamdiu vixerimus, sicut carnes non eximuntur ex olla prius quam plane coctæ sint. Aliter Hieron. *Desperantes salutem, & sceleum conscientia parati ad interitum, nec volentes per pœnitentiam peccata corrigere. Hæc lebes est: volumus obsidione cingi, & mori, ut carnes in olla subjecto igne absumuntur.* Jeremias visam a se Jerosolymam ut ollam igne succensam dixerat: ita reponunt per ironiam: sit ita sane, ut dicis, urbs hæc lebes, seu olla, & nos quasi carnes in ea coquamur, malumus igne cremari, quam nos Chaldæis dedere: nonne dudum ædificabant domos, & urbs est munitissima? quid metuimus?

4. Darum weißage von ihnen, du Menſchenkind, weißage.

I. 5. Da fiel der Geiſt des HErrn auf mich, und ſprach zu mir: Sprich alſo: Dieß ſagt der HErr: Ihr habt alſo geredt, ihr vom Hauſe Iſrael, die Gedanken eures Herzens ſind mir wohl bekannt.

6. Viele Leute habt ihr um das Leben gebracht in dieſer Stadt, und habt ihre Straßen mit Erſchlagenen erfüllet.

7. Darum ſpricht GOtt der HErr alſo: Eure Erſchlagenen, die ihr mitten in ihr erleget habt, ſind das Fleiſch, und dieß iſt der Hafen: und ich will euch aus ihr hinausführen.

8. Ihr habt euch vor dem Schwerte gefürchtet, ſo will ich auch das Schwert über euch führen, ſpricht GOtt der HErr.

9. Ich will euch zur Stadt hinausſtoßen, und will euch in die Hand der Feinde übergeben, und euch euer Recht thun.

10. Ihr ſollet durch das Schwert fallen: ich will euch richten in den Gränzen Iſrael, und ihr ſollt wiſſen, daß ich der HErr bin.

11. Und ſoll euch dieſe Stadt nicht zum Hafen ſeyn, noch ihr das Fleiſch darinnen: in den Gränzen Iſrael will ich euch richten.

12. Und ihr ſollet wiſſen, daß ich der HErr bin: dieweil ihr in meinen Gebothen nicht gewandelt ſeyd, noch meine Rechte gehalten, ſondern gethan habt nach den Rechten der Heyden, die um euch her ſind.

13. Und es begab ſich, als ich weißagete, daß Phel-tias, der Sohn Banaia, ſtarb: da fiel ich auf mein Angeſicht, rief mit lauter Stimme, und ſprach: Ach, ach, ach HErr GOtt! willſt du es dann gar ausmachen* mit den Ueberbliebenen von Iſrael? * gar vertilgen

14. Und des HErrn Wort geſchah zu mir, und ſprach:

15. Du Menſchenkind, es ſind deine Brüder, deine Brüder ſind es, und Männer, welche dir nah verwandt ſind, ja das ganze Haus Iſrael, zu welchen allen ſämmtlich die Inwohner zu Jeruſalem geſagt haben: Macht euch weit hinweg vom HErrn, das Land iſt uns zum Erbtheil gegeben.

16. Darum ſagt dieß GOtt der HErr: Dieweil ich ſie weit hinweggeſchafft habe unter die Heyden, und in die Länder zerſtreuet: ſo will ich ihnen zu einer geringen Heiligung ſeyn in den Landen, dahin ſie gekommen ſind.

II. 17. Darum ſprich: Dieß ſagt GOtt der HErr: Ich will euch aus den Völkern verſammeln, und zuſammen bringen aus den Ländern, darinn ihr zerſtreuet ſeyd, und will euch das Land Iſrael geben.

18. Und ſie ſollen hineinziehen, und daraus alle Aergerniſſe, und alle ſeine Greuel hinwegſchaffen.

19. Und ich will ihnen ein einträchtiges Gemüth, und einen neuen Geiſt in ihr Herz geben: das ſteinerne Herz will ich aus ihrem Leibe nehmen, und ihnen hingegen ein fleiſchernes Herz geben:

20. Damit ſie in meinen Gebothen wandeln, und meine Rechte bewahren, und halten: und ſie ſollen mein Volk ſeyn, und ich will ihr GOtt ſeyn.

21. Aber deren Herz ihren Uebertrettungen und Greueln nachgehet, denſelbigen will ich ihren Weg auf ihren Kopf bringen, ſpricht GOtt der HErr.

22. Da huben die Cherubim ihre Flügel auf, und die Räder giengen mit ihnen: und die Herrlichkeit des GOttes Iſrael war über ihnen.

4. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis.

I. 5. Et irruit in me Spiritus Domini, & dixit ad me: Loquere: Hæc dicit Dominus: Sic locuti eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri ego novi.

6. Plurimos occidiſtis in urbe hac, & impleſtis vias ejus interfectis.

7. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio ejus, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes: & educam vos de medio ejus.

8. Gladium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos, ait Dominus Deus.

9. Et ejiciam vos de medio ejus, daboque vos in manu hoſtium, & faciam in vobis judicia.

10. Gladio cadetis: in finibus Iſrael judicabo vos, & ſcietis, quia ego Dominus.

11. Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio ejus in carnes: in finibus Iſrael judicabo vos.

12. Et ſcietis, quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulaſtis, & judicia mea non feciſtis, ſed juxta judicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati.

13. Et factum eſt, cum prophetarem, Pheltias, filius Banaiæ, mortuus eſt: & cecidi in faciem meam, clamans voce magna, & dixi: Heu, heu; heu Domine Deus! conſummationem tu facis reliquiarum Iſrael?

14. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

15. Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael, univerſi, quibus dixerunt habitatores Jeruſalem: Longe recedite a Domino, nobis data eſt terra in poſſeſſionem.

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia longe feci eos in gentibus, & quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt.

II. 17. Propterea loquere: Hæc dicit Dominus Deus: Congregabo vos de populis, & adunabo de terris, in quibus diſperſi eſtis, daboque vobis humum Iſrael.

18. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offenſiones, cunctasque abominationes ejus de illa.

19. Et *a* dabo eis cor unum, & ſpiritum novum tribuam in viſceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum: *a Jer. 31. 33. Infr. 36. 26.*

20. Ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea cuſtodiant, faciantque ea: & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

21. Quorum cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea.

23. Et

℣. 7. *Hi ſunt carnes* q. d. de iis potius dici poteſt, quod ſint carnes, quas vos mactaſtis ut victimas.

℣. 10. *In finibus Iſrael judicabo vos.* In Reblatha. 4. Reg. 25. 4.

℣. 16. *Ero eis in ſanctificationem modicam.* Hebr. *In ſanctuarium:* ero ipſis, qui ſe dederunt ultro Chaldæis, quique erunt quaſi reliquiæ & ſeminarium gentis, in templum ſpiritale; protegam eos.

℣. 17. *Congregabo vos de populis.* Hæc hiſtorice de Jeruſalem, quæ allegorice ad Eccleſiam ſpectant.

℣. 19. *Et dabo eis cor unum, & ſpiritum novum tribuam.* Hæc inchoata ſunt in Judæis reductis in patriam, conſummata vero in Eccleſia Chriſti. Hieron. „Idcirco autem datur cor molle, & auferetur cor durum, ut in „præceptis meis ambulent, judiciaque cuſtodiant, & ſint in populum Dei: Dominusque, qui prius fuerat adverſa„rius, ſit eis in Deum„. 70. vertunt cor alterum, ſeu novum.

℣. 21. *Horum viam in capite ſuo ponam.* Eos pro meritis puniam; Hebraiſmus, ut cap. 9. 10.

23. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem, qui est ad Orientem urbis.

24. Et spiritus levavit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem, in visione, in spiritu Dei: & sublata est a me visio, quam videram.

25. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

CAPUT XII.

I. Ezechiel suis factis portendit futuram transmigrationem Jerusalem: 3. II. Regis ipsius captivitatem, & reliquorum stragem: nec cassam fore, vel diu differendam visionem Prophetarum. 12.

Anno M. 3411. Ante Chr. 593.

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est.

I. 3. Tu ergo fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum, in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est.

4. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.

5. Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum.

6. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel.

7. Feci ergo, sicut præceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum, in humeris portatus in conspectu eorum.

8. Et factus est sermo Domini mane ad me, dicens:

9. Fili hominis, numquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans: Quid tu facis?

10. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Super ducem onus istud, qui est in Jerusalem, & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum.

11. Dic: Ego portentum vestrum: quomodo feci, sic fiet illis. In transmigrationem, & in captivitatem ibunt.

23. Und die Herrlichkeit des HErrn fuhr hinauf aus der Stadt, und stund auf dem Berge, der bey der Stadt ist gegen Aufgang der Sonne.

24. Da hub mich der Geist auf, und führte mich im Gesichte, im Geiste GOttes, wieder zu den Gefangenen in das Land der Chaldäer: und das Gesicht, so ich gesehen hatte, war von mir genommen.

25. Und ich redete zu den Gefangenen alle Worte des HErrn, die er mir offenbaret hatte.

Das zwölfte Capitel.

I. Ezechiel, aus Geheiß GOttes, nimmt die Gestalt eines Wegfertigen und Flüchtigen an: 3. II. Saget vor, wie der König, sammt seinen Hofleuten, sich werde aus der Stadt heimlich davon machen, aber gefangen werden. 12.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, du wohnest mitten unter einem widerspenstigen Hause: die Augen haben zu sehen, und sehen doch nicht: die Ohren zu hören, und hören doch nicht: denn es ist ein widerspenstig Haus.

I. 3. Darum, du Menschenkind, mache dir Geräthschaft auf die Reise, und ziehe bey hellem Tage vor ihren Augen davon: du sollst aber von deinem Orte hinwegreisen zu einem andern Orte, vor ihrem Angesichte, ob sie vielleicht aufsehen: denn es ist ein widerspenstig Haus.

4. Und du sollst dein Gezeug bey hellem Tage vor ihren Augen heraustragen, wie ein Wanderzeug: aber auf den Abend sollst du vor ihnen ausgehen, wie einer ausgehet, der sich auf die Reise begiebt.

5. Du sollst dir auch vor ihren Augen durch die Wand ein Loch brechen, und dadurch hinausziehen.

6. Und du sollst dich vor ihrem Angesichte auf den Achseln tragen lassen, und das Tragen soll im Dunkeln geschehen: dein Angesicht sollst du bedecken, und das Land nicht anschauen: denn ich habe dich dem Hause Israel zu einem Wunderzeichen gegeben.

7. Also that ich, wie mir der HErr befohlen hatte: ich trug mein Geräth heraus, wie ein Wandergeräth, bey hellem Tage: und auf den Abend durchbrach ich die Wand mit der Hand: ich zog im Dunkeln aus, und ließ mich auf den Achseln tragen vor ihrem Angesichte.

8. Und am Morgen geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

9. Du Menschenkind, hat nicht das Haus Israel, das widerspenstige Haus, zu dir gesagt: Was thust du?

10. Sprich zu ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Diese Last gehöret auf den Fürsten, der zu Jerusalem ist, und auf das ganze Haus Israel, das unter ihnen ist.

11. Sprich: Ich bin euer Wunderzeichen: wie ich gethan habe, also soll es ihnen wiederfahren. Sie werden sich auf die Reise begeben, und gefänglich hinziehen müssen.

II. 12. Und

---

†. 23. *Ascendit gloria Domini - stetitque super montem.* Chald. montem Oliveti. Hebr. montem olivarum. Hieron. „Mirumque in modum usque in præsentem diem gloria Domini, quæ deseruit domum, stat super montem „Oliveti, & in crucis signo rutilans spectat templum Judaicum in favillas & cineres dissolutum„. Dicitur ascendisse; seu templo & ab urbe discessisse.

†. 24. *Et spiritus - adduxit me ad transmigrationem.* Videbatur mihi, quod sicut translatus fueram, ita reductus sim ad captivos, cum quibus degebam.

†. 25. *Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini.* Hieron. *Verba autem in Scripturis sanctis pro rebus dici sæpe admonuimus.*

CAPUT XII.

†. 2. *Oculos habent ad videndum, & non vident.* Vident, quæ agenda sint, sed non agunt.

†. 3. *Fac tibi vasa transmigrationis.* Collige sarcinas, ut fieri solet ab iis, qui ab uno loco in alium migrant; idque in signum eorum, quæ ventura erant.

†. 4. *Et efferes foras vasa.* Vasa vocat ipsas sarcinulas. Mystice per vasa intelligitur caro, vel membra. Ille ergo effert vasa sua, qui carnem suam projicit a se, nec curam ejus gerit in desideriis. Ille enim vasa sua habet intra se, qui curam carnis jugiter in mente habet. Ille projicit, qui carnem negligit. Hugo Card. hic.

†. 5. *Perfode tibi parietem, & egredieris per eum.* Per rupturas, ut ostendas principibus Chaldæos muro perfosso irrupturos in urbem, & Sedeciam per hortum regium exiturum. Jerem. 39.

†. 6. *In caligine effereris.* Sedeciam excæcandum prædicit. *Et non videbis terram.* Quæ singula v. 10. 11. 12. & 13. exponuntur. *Quia portentum.* Non solum dictis, sed factis, quæ ventura sint, portentes. Posui te urbi quasi imaginem migrationis & captivitatis, uti & Jeremiam: ambo hi prophetabant, hic Jerosolymæ, Ezechiel Babylone. Hieron. „Ut unius in diversis regionibus Dei providentia probaretur, & intelligerent audien„tes, quæcumque accidebant populo, nequaquam idolorum potestate, sed Domini jussione consistere.

†. 10. *Super ducem* regem *onus istud.* Sedeciæ hæc calamitas annuntiatur.

†. 11. *In transmigrationem & in captivitatem ibunt.* Transmigratio ad eos spectat, qui sponte dediti sunt, captivitas ad eos, qui vi capti sunt: Jechoniæ fuit transmigratio, Sedeciæ captivitas.

11. 12. Und der Fürst, der unter ihnen ist, soll auf den Achseln getragen werden, und im Dunkeln ausziehen: sie werden die Mauren durchbrechen, daß sie ihn hinausführen: so wird man sein Angesicht verhüllen, damit er mit seinem Auge das Land nicht beschaue.

13. Ich will mein Netz über ihn ausspannen, und er soll in meinem Garne gefangen werden: und ich will ihn gen Babylon in der Chaldäer Land führen: er soll aber dasselbe Land nicht sehen, und allda soll er sterben.

14. Und alle, die um ihn her sind, sein Beystand und seine Schaaren, will ich voneinander zerstreuen in alle Winde, und will hinter ihnen das Schwert ausziehen.

15. Und sie werden wissen, daß ich der HErr bin, wann ich sie unter die Heyden zerstreuet, und in den Landen von einander werde geworfen haben.

16. Und ich will aus ihnen etliche wenige Männer von dem Schwerte, und vom Hunger, und von der Pestilenz übrig bleiben lassen, auf daß sie alle ihre Laster erzählen unter den Heyden, dahin sie ziehen: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

17. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

18. Du Menschenkind, du sollst dein Brod in Schrecken essen, und dein Wasser eilends, und mit Trauren trinken.

19. Und zu dem Volke im Lande sollst du sagen: Dieß sagt GOtt der HErr von denen, die zu Jerusalem im Lande Israel wohnen: Sie sollen ihr Brod in Bekümmerniß essen, und ihr Wasser in Traurigkeit trinken: damit das Land wüste werde von seiner Menge, von wegen der Bosheit aller deren, die darinnen wohnen.

20. Und die Städte, welche jetziger Zeit bewohnet werden, sollen wüste liegen, und das Land soll öde seyn: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

21. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

22. Du Menschenkind, was ist das für ein Sprichwort, das unter euch umgehet im Lande Israel, da sie sagen: Die Tage werden lange ausbleiben, und alle Weißagung wird verschwinden *?

* wird nichts daraus.

23. Darum sage ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Ich will das Sprichwort aufheben, daß man es hinfüro in Israel unter dem Volke nicht also rede: und sage ihnen, daß die Tage, und die Worte aller Weißagung herangekommen seyen.

24. Denn es soll hinfüro kein Gesicht vergeblich seyn, und keine Weißagung soll fehlen unter den Kindern Israel.

25. Denn ich der HErr will reden: und alle Worte, die ich reden werde, die sollen geschehen, und sollen sich länger nicht verweilen; sondern ich will in euren Tagen, du widerspenstig Haus, ein Wort reden, und will es auch in das Werk richten, spricht GOtt der HErr.

26. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

27. Du Menschenkind, siehe, die vom Hause Israel sagen: Das Gesicht, so dieser siehet, gehet auf Tage, die noch weit sind: und dieser weißaget auf die Zeit, welche fern ist.

28. Darum sprich zu ihnen: Dieß saget GOtt der HErr: Es soll sich mit allen meinen Reden hinfüro nicht lang verziehen: das Wort, so ich reden will, soll vollzogen werden, spricht GOtt der HErr.

Das dreyzehente Capitel.

1. Ernstliche Strafdrohung wider die falschen Propheten, und Prophetinnen: 2. 11. Welche dem jüdischen Volke Friede und Wohlstand fälschlich verkündigen, und sie also in den Sünden gestärkt werden. 10.

II. 12. Et dux, qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem persodient, ut educant eum: facies ejus operietur, ut non videat oculo terram.

13. Et *a* extendam rete meum super eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. *a Infr. 17. 20.*

14. Et omnes, qui circa eum sunt, præsidium ejus, & agmina ejus, dispergam in omnem ventum, & gladium evaginabo post eos.

15. Et scient, quia ego Dominus, quando dispersero illos in gentibus, & disseminavero eos in terris.

16. Et relinquam ex eis viros paucos a gladio, & fame, & pestilentia, ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur: & scient, quia ego Dominus.

17. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede, sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe.

19. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Jerusalem in terra Israel: Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: ut desoletur terra a multitudine sua, propter iniquitatem omnium, qui habitant in ea.

20. Et civitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta: & scietis, quia ego Dominus.

21. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

22. Fili hominis, quod est proverbium istud vobis in terra Israel, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis visio?

23. Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quiescere faciam proverbium istud, neque vulgo dicetur ultra in Israel: & loquere ad eos, quod appropinquaverint dies, & sermo omnis visionis.

24. Non enim erit ultra omnis visio cassa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Israel.

25. Quia ego Dominus loquar: & quodcumque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur amplius; sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.

26. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

27. Fili hominis, ecce, domus Israel dicentium: Visio, quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iste prophetat.

28. Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur omnis sermo meus: verbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

CAPUT XIII.

I. Minatur Dominus pseudoprophetis populum seducentibus: 2. II. Falsam promittendo pacem; similiter & filiabus Israel de corde suo prophetantibus. 10.

1. Et

℣. 12. *Dux, qui est in medio eorum.* Sedecias, qui securus vivit. *Facies ejus operietur, ut non videat oculo terram.* Quia oculi effodientur.

℣. 13. *Extendam rete meum super eum.* Nam Sedecias captus est fugiens instar feræ. Mystice per rete intelligitur exercitus dæmonum, qui nos circumdat ad capiendam animam. Unde Bern. *Ecce, æstum nostrum maligni spiritus obsident, & adventum nostrum larvales iliæ effigies præsolantur.*

℣. 18. *Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede.* Hebr. in tremore. 70. in dolore, vel ad mensuram.

℣. 22. *In longum differentur dies.* Et prophetia de excidio brevi futuro.

℣. 24. *Non enim erit ultra omnis visio cassa, neque divinatio ambigua.* Nemo poterit dubitare, quin prophetia fuerit impleta.

† *Rodem Anno 3411.*

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens:

I. 2. Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo: Audite verbum Domini:

a *Jer. 23. 1. Isa. 14. 9. & 34. 2.*

3. Hæc dicit Dominus Deus: Væ *a* prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.

4. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant.

5. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.

6. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes: Ait Dominus: cum Dominus non miserit eos: & perseveraverunt confirmare sermonem.

7. Numquid non visionem cassam vidistis, & divinationem mendacem locuti estis? & dicitis: Ait Dominus, cum ego non sim locutus.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, ideo ecce, ego ad vos, dicit Dominus Deus:

9. Et erit manus mea super Prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium: in consilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis, quia ego Dominus Deus.

II. 10. Eo quod deceperint populum meum, dicentes: Pax, & non est pax: & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis.

11. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem.

12. Siquidem ecce, cecidit paries, numquid non dicetur vobis: Ubi est litura, quam linistis?

13. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira in consumptionem.

14. Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & revelabitur fundamentum ejus: & cadet, & consumetur in medio ejus: & scietis, quia ego sum Dominus.

15. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his, qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, & non sunt, qui liniunt eum.

16. Prophetæ Israel, qui prophetant ad Jerusalem, & vident ei visionem pacis: & non est pax, ait Dominus Deus.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

I. 2. Du Menschenkind, weißage wider die Propheten Israel, die da weißagen: und sprich zu denen, die aus ihrem Herzen weißagen: Höret des HErrn Wort:

3. Dieß sagt GOtt der HErr: Wehe den thörichten Propheten, die ihrem eigenen Geiste folgen, und nichts sehen.

4. Deine Propheten, o Israel! sind gleichwie die Füchse in der Wüste.

5. Ihr seyd nicht entgegen gekommen, Widerstand zu thun, und habt euch nicht wie eine Mauer widersetzt, für das Haus Israel, daß ihr bestanden wäret im Streite am Tage des HErrn.

6. Sie sehen eitle Dinge, und weißagen Lügen, und sprechen: Der HErr hat es geredt: da sie doch der HErr nicht gesandt hat: und sie fahren gleichwohl fort, ihre Rede zu bestättigen.

7. Habt ihr nicht ein eitel Gesicht gesehen, und eine lügenhafte Weißagung ausgeredt? und ihr sprechet: Der HErr hat es gesagt, da ich es doch nicht geredt habe.

8. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Dieweil ihr eitle Dinge geredt, und Lügen gesehen habt, darum sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will an euch:

9. Und meine Hand soll sich über die Propheten ausstrecken, die eitle Dinge sehen, und Lügen weißagen: sie werden im Rathe meines Volkes nicht seyn, sie sollen in die Schrift des Hauses Israel nicht eingeschrieben werden, noch in das Land Israel hineinkommen: und ihr sollt wissen, daß ich GOtt der HErr bin.

II. 10. Darum, daß sie mein Volk betrogen haben, und gesagt: Friede, und es ist doch kein Friede: und einer bauet die Wand, sie aber bewerfen dieselbe mit Leim* ohne Stroh. * Möretel

11. Sprich zu denen, welche mit unbereitem Leim tünchen*, daß die Wand umfallen werde: denn es wird ein starker Platzregen kommen, und ich will sehr große Hagelsteine schicken, welche von oben her darauf fallen sollen, und einen Sturmwind, der sie zerschlage. * bewerfen

12. Und siehe, wenn die Wand nun umgefallen ist, wird man alsdann nicht zu euch sagen: Wo ist das beworfene Werk, so ihr getünchet habt?

13. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Ich will einen Sturmwind mit Gewalt lassen ausbrechen in meinem Zorn, und es wird ein starker Platzregen in meinem Grimm kommen, und in meiner Ungnade werden große Steine fallen in Grund zu verderben.

14. Und ich will die Wand niederreissen, die ihr mit unbereitem Leim getünchet habt, und will sie zu Boden werfen, und ihr Grund soll entblöset werden: und sie soll fallen, und mitten darinnen vertilget werden: und ihr sollet wissen, daß ich der HErr bin.

15. Und ich will meinen Zorn an der Wand vollenden, und an denen, die sie mit Leim ohne Bereitung tünchen, und will zu euch sagen: Die Wand ist nicht mehr, auch sind die nicht mehr vorhanden, welche sie getünchet haben.

16. Es sind die Propheten Israel, welche zu Jerusalem weißagen, und für sie Gesichte des Friedens sehen: da doch kein Friede ist, spricht GOtt der HErr.

17. Und

CAPUT XIII.

℣. 3. *Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum.* Suas phantasias. Chald. cogitationes cordis sui.

℣. 4. *Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant.* Pseudoprophetæ timidi sunt, & in speluncis delitescunt; non sese opponunt hostibus. Vel ut S. Hieron. *Prophetæ Israel vulpium similes sunt, quotidie domesticarum avium furta facientes.* Nota: Vulpes, quando esurit, involvit se in fabulo, & fingit se mortuum, & emittit linguam, quasi sit mortua, ut sic aves decipiat. Applica malis sacerdotibus seu hypocritis; fingunt se mortuos mundo, abscondunt se sub cinere pœnitentiæ, & emittunt linguam, bona verba proferendo; & hoc propter lucrum temporale.

℣. 5. *Non ascendistis ex adverso.* Describit officia veri pastoris; primum ascendere ex adverso, hoc est, intrepide populi peccata increpare; alterum, objicere se ut murum pro populo, precibus & sacrificiis. *Ut staretis in prælio.* Hostibus cum visibilibus, ut hæreticis, tum invisibilibus pugnando resistere: vel prælium vocat per metaphoram res omnes adversas. *In die Domini.* In die iræ.

℣. 9. *In concilio populi mei non erunt.* In cœtu populi redeuntis e captivitate. *Et non scribentur.* In catalogo Israelitarum redeuntium.

℣. 10. *Ipse ædificabat parietem.* Unus ex ipsis confingebat falsam prophetiam vel doctrinam. *Illi autem liniebant eum luto absque paleis.* Juvabant, comprobabant sine solida ratione: sibi & populo falsam promittebant securitatem, idque infirmis confirmabant rationibus.

℣. 11. *Erit enim imber inundans.* Exercitus Chaldæorum. *& dabo - ventum procellæ dissipantem.* Regem Babylonis, quem cap. 1. vidit ab Aquilone venientem.

17. Und du Menschenkind, richte dein Angesicht wider die Töchter deines Volks, die aus ihrem eigenen Herzen weißagen, und weißage wider sie,

18. Und sprich: Dieß sagt GOtt der HErr: Wehe denen, die Küsselein machen unter alle Ellbogen, und Hauptküssen * unter das Haupt aller Menschen, was Alters sie auch sind, die Seelen zu fahen: und wann sie die Seelen meines Volks gefangen haben, so versprachen sie ihren Seelen das Leben. * Hauptpfulsen

19. Und sie haben mich entheiliget gegen meinem Volke, um eine handvoll Gerste, und ein Stück Brods, auf daß sie die Seelen zum Tode vorsagten, die nicht sterben sollten, und den Seelen das Leben zusagten, die nicht leben sollten, durch ihre Lügen vor meinem Volke, welches den Lügen gern glaubte.

20. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will an eure Küsselein, damit ihr die fliegenden Seelen fahet, und will sie von euren Armen reissen, und will die Seelen befreyen, die ihr fahet, die Seelen, daß sie davon fliegen.

21. Ich will auch eure Hauptküssen zerreissen, und mein Volk aus eurer Hand erlösen, und sie sollen hinfüro in euren Händen zum Raube nicht seyn: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

22. Darum, daß ihr mit Lügen betrübet habt das Herz des Gerechten, den ich doch nicht betrübet habe: und habt die Hände des Gottlosen gestärket, damit er von seinem bösen Wege nicht wieder umkehrte, und das Leben hätte:

23. Darum sollt ihr nicht mehr eitle Dinge sehen, noch hinfüro weißagen, und ich will mein Volk aus eurer Hand erretten: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

Das vierzehente Capitel.

1. Die Heuchler, so gleißnerischer Weise nach dem Worte GOttes fragen, sollen durch die scharfe Strafe beantwortet werden, sie, und die falschen Propheten. 4. II. Das sündhafte Land soll der Strafe nicht entgehen, wenn schon Noe, Job und Daniel für dasselbige bitten würden: 12. III. Jedoch sollen etliche von Jerusalem übrig bleiben, und erhalten werden. 21.

1. Und es kamen etliche Männer zu mir von den Aeltesten in Israel, und setzten sich vor mir nieder.

2. Da geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

3. Du Menschenkind, diese Männer haben ihre Unsauberkeit in ihre Herzen gefasset, und die Aergerniß ihrer Bosheit vor ihrem Angesichte bestättiget: wann ich nun gefragt werde, soll ich ihnen antworten?

4. Darum rede ihnen zu, und sprich zu ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Welcher Mensch vom Hause Israel seine Unsauberkeit in sein Herz fasset, und die Aergerniß seiner Bosheit vor seinem Angesichte bestättiget, und zum Propheten kömmt, und mich durch denselben fraget: so will ich, der HErr, demselben nach seiner vielfältigen Unsauberkeit Antwort geben:

5. Auf daß die vom Hause Israel gefangen werden in ihrem Herzen, mit welchem sie durch alle ihre Abgötter von mir abgewichen sind.

6. Darum sprich zum Hause Israel: Dieß sagt GOtt der HErr: Bekehret euch, und weichet von euren Abgöttern, und wendet euer Angesicht von allen euren Unreinigkeiten.

7. Denn einem jeglichen aus dem Hause Israel, oder aus den Fremdlingen, so unter Israel wohnen, der sich von mir abwendet, und seine Abgötter in seinem Herzen

17. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo, & vaticinare super eas,

18. Et dic: Hæc dicit Dominus Deus: Væ, quæ consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.

19. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

20. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ad pulvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, & dirumpam eos de brachiis vestris, & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum.

21. Et dirumpam cervicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt ultra in manibus vestris ad prædandum: & scietis, quia ego Dominus.

22. Pro eo, quod mœrere fecistis cor justi mendaciter, quem ego non contristavi: & confortastis manus impii, ut non revertere-tur a via sua mala, & viveret:

23. Propterea vana non videbitis, & divinationes non divinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis, quia ego Dominus.

CAPUT XIV.

1. Hypocritis, de verbo Dei ficte scisitantibus, comminatur Dominus plagas, & responsum juxta illorum iniquitates. 4. II. Noe, Daniel & Job sua justitia liberabunt se, non vero impios de malis commeritis: 12. III. Additur consolatio reliquiarum Israel. 21.

1. Et venerunt † ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. † Eodem anno 3411.

2. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

3. Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: numquid interrogatus, respondebo eis?

4. Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum:

5. Ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis.

6. Propterea dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab universis contaminationibus vestris avertite facies vestras.

7. Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis, quicumque advena fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in

---

†. 17. *Pone faciem tuam contra filias populi mei.* Audacter loquere contra mulieres, quæ se prophetissas & & vatidicas venditant.

†. 18. *Væ, quæ consuunt pulvillos*, falsas consolationes - *& faciunt cervicalia*, falsas promissiones.

†. 19. *Et violabant me.* Oracula mea, quibus fidem detrahebant - *ut interficerent animas, quæ non moriuntur* &c. justos condemnantes & impios absolventes.

CAPUT XIV.

†. 1. *Et venerunt ad me viri seniorum Israel.* Hebraismus, primores, vel nonnulli e senioribus.

†. 3. *Viri isti posuerunt immunditias in cordibus suis.* Ex animo facti sunt idololatræ.

†. 4. *Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum.* Hieron. „Ut, juxta quod vult & credit, ita & audiat: non enim meretur correctionem, qui non discendi, sed tentandi animo interrogat.„

†. 5. *Ut capiatur domus Israel in corde suo.* Ipsi sibi laqueos in corde posuerunt, quibus capientur ipsi.

†. 7. *Ego Dominus respondebo ei per me.* Decipiam illum secus respondens, quam sperabat: vel per me ipsum sententiam adversus eum pronuntiabo. *Homo homo.* Bis ponit; quia loquitur ad indigenas & proselytos.

in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam, ut interroget per eum me, ego Dominus respondebo ei per me.

8. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in proverbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis, quia ego Dominus.

a *Sup.* 13. 3. 9. Et *a* propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel.

10. Et portabunt iniquitatem suam: juxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit:

11. Ut non erret ultra domus Israel a me, neque polluatur in universis prævaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

II. 12. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

13. Fili hominis, terra cum peccaverit mihi, ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam super eam, & *b* conteram virgam panis ejus: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & jumentum.

b *Sup.* 4. 16. & 5. 16.

14. Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, ipsi justitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

15. Quod si & bestias pessimas induxero super terram, ut vastem eam: & fuerit invia, eo quod non sit pertransiens propter bestias:

16. Tres viri isti si fuerint in ea: Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.

17. Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio: Transi per terram: & interfecero de ea hominem, & jumentum:

18. Et tres viri isti fuerint in medio ejus: Vivo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli liberabuntur.

19. Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem, & jumentum:

20. Et Noe, & Daniel, & Job fuerint in medio ejus: Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi justitia sua liberabunt animas suas.

III. 21. Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quod & si quatuor judicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Jerusalem, ut interficiam de ea hominem, & pecus:

22. Tamen relinquetur in ea salvatio edu-

hat, und die Aergerniß seiner Bosheit vor seinem Angesichte bestättiget, und zum Propheten kömmt, durch denselben mich zu fragen, dem will ich, der HErr, selbst antworten.

8. Und ich will mein Angesicht wider denselben Menschen richten, und will ihn zum Beyspiel, und zum Sprichwort machen, und will ihn aus meinem Volke vertilgen: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

9. Und wann ein Prophet betrogen wird, und ein Wort redet, so habe ich, der HErr, denselben Propheten betrogen: und ich will meine Hand über ihn ausstrecken, und ihn aus dem Mittel meines Volks Israel vertilgen.

10. Und sie sollen ihre Missethat tragen: wie die Missethat des Fragenden, also soll auch die Missethat des Propheten seyn:

11. Damit das Haus Israel nicht mehr von mir abgeführet werde, und mit allen seinen Uebertrettungen sich verunreinige: sondern daß sie mein Volk seyen, und daß ich ihr GOtt sey, spricht der HErr der Heerschaaren.

II. 12. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

13. Du Menschenkind, wann ein Land wider mich sündiget, und eine Uebertrettung begehet, so will ich meine Hand über dasselbige ausstrecken, und die Ruthe seines Brods zerbrechen: und ich will Hunger darein schicken, und Menschen und Vieh daraus vertilgen.

14. Und wenn schon die drey Männer, Noe, Daniel, und Job darinnen wären, so sollen sie durch ihre Gerechtigkeit ihre eigene Seelen erretten, spricht der HErr der Heerschaaren.

15. Und wenn ich sehr böse Thiere über das Land schicken würde, dasselbige zu verderben: und es würde wüste, also, daß wegen der wilden Thiere niemand dadurch wandeln könnte:

16. Wenn alsdann diese drey Männer darinnen wären: So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, sie sollen weder Söhne noch Töchter erretten: sondern sie allein sollen errettet, das Land aber soll verwüstet werden.

17. Oder wenn ich Krieg über dasselbige Land führen würde, und zum Schwerte sagen: Fahre durch das Land: und würde Menschen und Vieh darinn erwürgen:

18. Und wenn diese drey Männer darinn wären: So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, sie sollen weder Söhne noch Töchter erretten: sondern sie selbst allein sollen errettet werden.

19. Wenn ich aber auch Pestilenz über dasselbe Land schicken würde, und meinen Zorn darüber ausschütten mit Blutvergießen, Menschen und Vieh daraus hinwegzuräumen:

20. Und Noe, Daniel und Job darinnen wären: So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, sie würden weder Söhne, noch Töchter erretten: sondern sie allein würden durch ihre Gerechtigkeit ihre Seelen erretten.

III. 21. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Wenn ich schon meine vier bösen Urtheile, nämlich Schwert, Hunger, böse Thiere, und Pestilenz über Jerusalem schicken werde, Menschen und Vieh daraus zu vertilgen:

22. So sollen doch etliche in ihr übrig gelassen, und erhal-

℣. 9. *Ego Dominus decepi prophetam illam*, i. falsum, non verum: illum Dominus decipit exigente malitia populi veros prophetas audire recusantis: objicit illis falsum prophetam, qui loquitur ea, quæ placent; atque sibi mutuo sunt in laqueum, falsus propheta & populus. Hinc Paulus 2. Thessal. 2. 10. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent; ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.* Vide l. 3. Reg. c. 22. *Ego Dominus decepi.* Permisi, ut deciperetur in pœnam peccatorum populi incredduli; vel decepi: nam contra evenit, quam falsus propheta prædixerat.

℣. 14. *Et si fuerint tres viri isti in medio ejus* &c. Non, quod precibus & meritis justorum non aliquando parcat Deus impiis, sed ita completam esse malitiam civitatis declarat, ut omnino decreverit sui contemptum vindicare. Tres hos viros forte nominat Propheta, quod initio felices, tum adversa usi fortuna, postremo pristinam felicitatem recuperarint; ita & de Judæis, si pœnitentiam agerent. Hieron. „Notandum, quod non his parcat, „qui in sceleribus perseverant; sed qui agunt pœnitudinem, ut merita patrum filiorum adjuvet conversio.„ Tres etiam illos nominat viros sanctitate insignes, qui sua ætate alios liberare non potuerunt: non enim Noe homines a diluvio, nec Job filios suos a morte, nec Daniel populum a captivitate liberavit: licet Noe a diluvio, Job a morte, Daniel a leonibus fuerint liberati.

℣. 19. *Si autem - & effudero indignationem meam super eam in sanguine*, i. cæde. Hebr. in sanguinem, ad fundendum sanguinem.

℣. 21. *Si quatuor judicia mea pessima*, sc. quatuor pœnarum genera & acerba supplicia *immisero.*

℣. 22. *Tamen relinquetur in ea salvatio.* Quidam erunt superstites. *Consolabimini super malo.* Acquiescentes meis judiciis.

erhalten werden, die Söhne und Töchter herausführen: siehe, sie werden hieher zu euch kommen, und ihr werdet ihren Wandel und Handel sehen, und werdet euch trösten über dem Unglücke, das ich über Jerusalem habe kommen lassen, in allem, was ich über sie gebracht habe.

23. Und sie werden euch trösten, wann ihr ihren Weg, und ihre Fünde sehen werdet: und ihr werdet erfahren, daß ich nicht ohne Ursach gethan habe, was ich in ihr gethan habe, spricht GOtt der HErr.

centium filios, & filias: ecce, ipsi ingredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinventiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Jerusalem, in omnibus, quæ importavi super eam.

23. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum, & adinventiones eorum: & cognoscetis, quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

Das fünfzehente Capitel.

Wie ein Rebholz, so vom Weinstocke abgeschnitten, allein zum Feuer dienlich ist, also wird Jerusalem dem Feuer gegeben werden.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, was wird besonders aus dem Rebholz gemacht, für allem andern Holz, das unter den Bäumen des Waldes ist?

3. Wird man auch Holz davon nehmen, ein Werk daraus zu machen? oder kann man einen Nagel davon zurichten, daran man ein Geschirr henken möge?

4. Siehe, es wird dem Feuer zur Speise gegeben: beyde seine Ende* verzehret das Feuer, und das Mittel davon wird zu Asche: sollte es dann wohl zu einem Werke dienlich seyn? *Theile

5. Da es noch ganz war, so war es doch zu keinem Werke dienlich: wie vielweniger wird man einiges Werk daraus machen können, wann es vom Feuer verzehret, und verbrannt ist?

6. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Gleichwie ich unter den Bäumen im Walde das Rebholz dem Feuer zu verzehren übergeben habe: also will ich auch die Inwohner zu Jerusalem übergeben.

7. Und ich will mein Angesicht wider sie richten: wann sie dem Feuer entgehen, so soll sie doch das Feuer verzehren: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin, wann ich mein Angesicht wider sie richte,

8. Und das Land wüste mache, daß niemand dadurch reiset, dieweil sie Uebertretter gewesen, spricht GOtt der HErr.

CAPUT XV.

Sicut lignum de vite præcisum soli servit igni, ita Judæos & Jerusalem ob inveterata peccata prædicit exurendos.

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens: † *Eodem Anno* 3411.

2. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna silvarum?

3. Numquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus? aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas?

4. Ecce, igni datum est in escam: utramque partem ejus consumpsit ignis, & medietas ejus redacta est in favillam: numquid utile erit ad opus?

5. Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis devoraverit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum, quod dedi igni ad devorandum: sic tradam habitatores Jerusalem.

7. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis, quia ego Dominus, cum posuero faciem meam in eos,

8. Et dedero terram inviam, & desolatam, eo quod prævaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

Das sechezehente Capitel.

1. Die Synagoge wird mit GOtt vermählet, ist undankbar, da sie Hurenhäuser, das ist, Altäre und Götzen aufrichtet. 1. II. GOtt drohet ihr, als einer Ehebrecherinn, mit Versteinigung: einer Todtschlägerinn mit dem Schwerte; einer Brennerinn, so dem Moloch zu Ehren ihre Kinder verbrannt, mit dem Feuer, weil sie in der Bosheit Sodomam und Samariam übertroffen. 35. III. Verspricht doch den Wiederkehrenden die Erlösung aus der babylonischen, oder vielmehr aus der teuflischen Dienstbarkeit. 53.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, gieb der Stadt Jerusalem ihre Greuel zu erkennen,

3. Und sprich: Dieß sagt GOtt der HErr zu Jerusalem: Deine Wurzel, und dein Herkommen ist aus dem Lande Chanaan: dein Vater ist ein Amorrhiter gewesen, und deine Mutter eine Cethiterinn.

4. Und da du von Mutterleibe gekommen bist, am Tage

CAPUT XVI.

1. Jerusalem mirum in modum a Deo exaltatur, sed ingrata est & adultera per variam idololatriam. 1. II. Dominus minatur adulteræ pœnas, eo quod abominabili sua malitia superaverit Samariam & Sodomam: idcirco tradet eam Dominus in vastationem & in ignominiam gentibus. 35. III. Promittit tamen illi & sororibus ejus liberationem e Babylonica, mystice ex diabolica servitute omnibus vere pœnitentibus. 53.

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens: † *Eodem an.* 3411.

2. Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas,

3. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus Jerusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

4. Et quando nata es in die ortus tui, non

℣. 23. *Et consolabuntur vos.* Afferent materiam consolationis, dum sc. cogitabitis meam clementiam, & ipsorum salutem.

CAPUT XV.

℣. 2. *Quid fiet de ligno vitis.* Hieron. *Cum silvatico præponatur sarmentum manens in vite, quia sarmentum dat fructum: præciso tamen sarmento de vite si comparetur, lignum silvaticum intelligitur esse melius.* Atque aptissima hac comparatione ostenditur, quam gravis damnatio eis maneat, qui plus acceperunt a Deo, & iis, quæ acceperunt, non bene utuntur.

℣. 4. *Utramque partem ejus consumpsit ignis.* Chald. extremitatem utramque.

℣. 7. *Et ponam faciem meam in eos.* Ut inimicus tractabo eos. Ignem vocat afflictiones; si e flamma egressi fuerint, iterum eos conjiciam in ignem, ut consumantur; ex una calamitate in aliam incurrent.

℣. 8. *Eo quod prævaricatores extiterint.* *Non enim sunt peccatores sicut cæteræ gentes,* ait Hieron. *sed prævaricatores. Aliud enim est negligere, quod ignores, aliud contemnere, quod colueris.* De ligno infructifero exponit Hugo Card. de Clericis & Religiosis pigris. Vide hic.

CAPUT XVI.

℣. 2. *Notas fac Jerusalem*, juxta Theodoretum & Menochium per epistolam, *abominationes suas.*

℣. 3. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaan.* Non generatione, sed morum similitudine: unde infra v. 44. subdit: *Sicut mater, ita & filiæ ejus.* Ubi de morum imitatione loquitur: Sic, *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Seu Hethæa, eodem modo intelligitur. Hierosolymam exhibet sub persona adulteræ. Hieron. „Sed „quia impii erant Amorrhæi, & Hethæi, Judæi autem imitati sunt impietatem illam, invenerunt ibi parentes, non „de quibus nascerentur, sed quorum mores sectando pariter damnarentur.„

℣. 4. *In die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus.* Neglecta es omnino, & abjecta instar abortivi; non sordes nativitatis ablutæ.

est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec involuta pannis.

5. Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unum de his, misertus tui: sed projecta es super faciem terræ in abjectione animæ tuæ, in die, qua nata es.

6. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo: Vive: dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo vive.

7. Multiplicatam quasi germen agri dedi te & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem: ubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinavit: & eras nuda, & confusione plena.

8. Et transivi per te, & vidi te: & ecce, tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum *a* super te, & operui ignominiam tuam. Et juravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus, & facta es mihi.

a Ruth 3. 9.

9. Et lavi te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo.

10. Et vestivi te discoloribus, & calceavi te janthino: & cinxi te byssо, & indui te subtilibus.

11. Et ornavi te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

12. Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

13. Et ornata es auro, & argento, & vestita es byssо, & polymito, & multicoloribus: similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & prosperisti in regnum.

14. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus.

15. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, ut ejus fieres.

16. Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurum est.

17. Et tulisti vasa decoris tui de auro

deiner Geburt, ist dir dein Nabel nicht beschnitten worden, und man hat dich mit Wasser nicht gewaschen, daß du heil würdest, noch mit Salz gerieben, noch in Windeln gewickelt.

5. Es hat sich kein Auge über dich bewegen lassen, daß es sich deiner erbarmet, und dir eins von diesen Stücken gethan hätte: sondern du bist auf den Erdboden dahin geworfen worden, so verachtet war deine Seele am Tage deiner Geburt.

6. Als ich aber vor dir vorübergieng, und sah, daß du zertretten wurdest in deinem Blute, sprach ich zu dir, da du also in deinem Blute lagest: Du sollst leben: ja, sprich ich, da du noch in deinem Blute warest, sagte ich zu dir: Du sollst leben.

7. Und ich habe dich vermehret und aufgebracht, wie ein Gewächs auf dem Felde, und du bist vermehret, und groß worden, und bist daher gegangen, und so weit gewachsen, daß man dir Weiberschmuck anlegen sollte: deine Brüste waren aufgegangen, und deine Haare gewachsen: und du warest nackend, und ganz beschämet.

8. Da bin ich bey dir vorübergegangen, und habe dich angesehen: und siehe, deine Zeit war da, die Zeit um dich zu freyen *: und ich habe mein Kleid über dich ausgebreitet, und deine Schaam bedecket. Ich habe dir auch einen Eyd geschworen, und bin mit dir in einen Bund getretten, spricht GOtt der HErr, und du bist mein eigen worden. *zu werben.

9. Da habe ich dich mit Wasser gewaschen, und von deinem Blute gereiniget, und dich mit Oel gesalbet.

10. Ich habe dich mit vielfärbigen Kleidern bekleidet, und dir hübsche violete * Schuh angezogen: ich habe dir Kleider gegeben von köstlicher Leinwand, und dich mit Seide vom zarten Faden bedecket. *violetfarbne.

11. Ich habe dich mit herrlichem Schmuck gezieret, und habe dir Armgeschmeide * an deine Hände gegeben, und eine Kette um deinen Hals. *Armzierde.

12. Ich habe dir ein Kleinod * an deine Stirn gegeben, und Ringlein an deine Ohren, und habe eine herrliche Krone auf dein Haupt gesetzt. *Stirnzangen.

13. Also bist du mit Gold und Silber gezieret, mit köstlicher Leinwand, und mit gestickten und bunten Kleidern bekleidet worden: du hast Semmel, und Hönig, und Oel gegessen, und bist über die maßen schön geworden, und bist zum Königreiche erwachsen.

14. Und dein Name ist unter den Heyden erschollen, deiner Schöne halben: denn du warest vollkommen in meinem Schmucke, den ich dir angelegt hatte, spricht GOtt der HErr.

15. Und du hast dich auf deine Schönheit verlassen, und in deinem Namen hast du dich zur Hure gemacht: und hast deine Unzucht insgemein getrieben mit einem jeglichen, der vorübergieng, daß du ihm zum Willen wurdest.

16. Du hast von deinen Kleidern genommen, und hast dir zusammengeheftete Hütten aufgerichtet: und darauf dergestalt deine Unzucht getrieben, als niemal geschehen ist, noch geschehen wird in künftigen Zeiten.

17. Und du hast deine herrlichen Kleinodien genommen, die

℣. 5. *Non pepercit super te oculus.* Vatabl. Non est misertus tui oculus hominis. *Sed projecta es.* Quasi exposita, ut morereris.

℣. 6. *Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo.* Ubi in *Ægypto* in populum formari cœpisti, vidi te incultam & barbaram. *In sanguine tuo vive.* 70. De sanguine tuo vita: licet voluteris in sanguine tuo, vives tamen: ego tibi obstetricans curam tui egi ab ipsa infantia; vidi te contaminatam sanguine tuo.

℣. 7. *Multiplicatam quasi germen agri dedi te.* In immensum multiplicata, adolevisti, & nubilis facta es. *Et eras nuda.* Cum ea ætate esses, quæ ornari amat.

℣. 8. *Expandi amictum meum super te.* Hebr. *Alam meam.* Id est, oram vestimenti mei; desponsavi te mihi more Judæorum, Ruth 3. Erat is matrimonii ritus, ut vir fœminam pallio suo tegeret.

℣. 9. *Lavi te aqua & emundavi sanguinem tuum.* Immunditiam tuam, videtur alludere ad mandatum Del Exod. 15. v. 10.

℣. 10. *Vestivi te discoloribus.* Pulchris vestibus & varii coloris. *Et calceavi te janthino.* Calceis violacei coloris. *Et indui te subtilibus vestibus.* Ut panno serico.

℣. 12. *Dedi inaurem*, i. circulum aureum inauri similem *super os tuum.* Hebr. *Super nares tuas.* Monile in fronte super nares pendulum; vel *inaures* vocat, quas mox *circulos* appellat. *Coronam decoris.* Pulcherrimam: solebant sponsæ coronari.

℣. 13. *Similam & mel, & oleum comedisti.* Non cæpas Ægypti, sed delicatum cibum. *Et in regnum.* Regina facta es.

℣. 14. *Et egressum est nomen tuum in gentes.* Fama tua ad omnes gentes perlata est.

℣. 15. *Fornicata es in nomine tuo.* Quasi tui juris esses. *Fiducia.* Nimia levitas ad idololatriam te incitavit, & nomen tuum contaminasti. Peccata ejus describuntur sub specie meretricis.

℣. 16. *Fecisti tibi excelsa hinc inde consuta.* Idola ornasti ex vestibus tuis, aut opibus. *Sicut non est factum.* Ut fœminæ cultum corporis sui ad ornanda idola conferrent.

℣. 17. *Tulisti vasa decoris tui de auro meo.* Armillas & inaures, vasa seu instrumenta decoris & gloriæ tuæ tr anitulisti ad ornanda idola.

die von meinem Golde, und von meinem Silber gemacht waren, die ich dir gegeben habe: und hast dir Mannsbilder davon gemacht, und hast mit denselben deine Unzucht getrieben.

18. Du hast auch deine gestickten bunten Kleider genommen, und sie damit bedecket: dazu hast du ihnen mein Oel, und mein Rauchwerk vorgelegt.

19. Mein Brod, das ich dir gegeben habe, Semmel und Oel, und Hönig, damit ich dich erzogen habe, hast du vor ihr Angesicht gelegt zum süßen Geruche: Dieß ist geschehen, spricht GOtt der HErr.

20. Du hast deine Söhne, und deine Töchter genommen, die du mir gezeuget hattest, und sie ihnen zu fressen aufgeopfert. Ist dann deine Hurerey gering?

21. Daß du meine Kinder geschlachtet, und dieselbigen ihnen übergeben, und aufgeopfert.

22. Und nachdem du alle deine Greuel, und Hurerey begangen, hast du nicht gedacht an die Tage deiner Jugend, da du nackend, und voller Schande, und in deinem Blute zertretten wareſt.

23. Und bey aller deiner Bosheit (wehe, wehe dir, spricht GOtt der HErr)

24. Hast du dir Hurenhäuser gebauet, und Oerter gemacht zu gemeiner Unzucht, auf allen Gassen:

25. Und an allen Ecken der Straßen hast du ein Zeichen deiner gemeinen Unzucht gebauet: und hast deine schöne Gestalt abscheulich gemacht, hast auch deine Beine gegen alle Vorübergehende voneinander gethan, und vielfältige Unzucht getrieben.

26. Du hast mit den Kindern Aegypti, deinen Nachbaren, Unzucht getrieben, welche groß von Leibe waren: und hast deine Hurerey * vermehret, mich zu reizen. * Abgötterey.

27. Siehe, so will ich nun meine Hand über dich ausstrecken, und deine Gerechtigkeit hinwegnehmen: ich will dich deinen Feinden, den Töchtern der Philisthäer, in ihren Willen übergeben, die sich schämen deines schändlichen Wandels halben.

28. Du hast auch mit den Kindern der Assyrier gehuret, dieweil du noch nicht ersättiget wareſt: und nachdem du mit ihnen Unzucht getrieben hast, so ist es dir noch nicht genug geweſen.

29. Hast also im Lande Chanaan mit den Chaldäern deine Unzucht vielfältig getrieben: und bist damit auch noch nicht ersättiget worden.

30. Womit soll ich doch dein Herz reinigen, spricht GOtt der HErr, dieweil du alle diese freche Hurenstücke begangen hast?

31. Denn du hast im Eingange aller Straßen deine Hurenhäuser gebauet, und deine Höhen gemacht auf allen Gassen: und bist nicht geweſen, wie sonst eine Hure, welche mit Verdruß ihren Lohn steigert:

32. Sondern wie eine Ehebrecherinn, die neben ihrem Manne fremde Männer zu sich einzieht.* * einführt.

33. Allen andern Huren giebt man Lohn: aber du hast allen deinen Buhlern Geld gegeben, und Gaben geschenket, daß sie von allen Seiten her zu dir hineingiengen, Unzucht mit dir zu treiben.

34. Und es ist mit dir in deiner Hurerey dem gemeinen Gebrauche der Weiber zuwider gegangen, und nach dir wird keine solche Hurerey seyn: denn in dem, daß du Lohn ausgegeben, und keinen Lohn genommen hast, hat sich das Widerspiel mit dir zugetragen.

II. 35. Darum du Hure, höre des HErrn Wort:

36. Dieß sagt GOtt der HErr: Dieweil dein Geld so verschwendet, und deine Schaam in deiner Hurerey gegen deinen Buhlern, und gegen deinen greulichen Ab-

meo, atque argento meo, quæ dedi tibi; & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.

18. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas: & oleum meum, & thymiama meum poſuiſti coram eis.

19. Et panem meum, quem dedi tibi, ſimilam, & oleum, & mel, quibus enutrivi te, poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuavitatis: Et factum eſt, ait Dominus Deus.

20. Et tuliſti filios tuos, & filias tuas, quas generaſti mihi, & immolaſti eis ad devorandum. Numquid parva eſt fornicatio tua?

21. Immolaſti filios meos, & dediſti illos, conſecrans eis.

22. Et poſt omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda, & confuſione plena, conculcata in ſanguine tuo.

23. Et accidit poſt omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus)

24. Et ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulum in cunctis plateis:

25. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ: & abominabilem feciſti decorem tuum, & diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas.

26. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandum me.

27. Ecce, ego extendam manum meam ſuper te, & auferam juſtificationem tuam: & dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata.

28. Et fornicata es in filiis Aſſyriorum, eo quod necdum fueris expleta: & poſtquam fornicata es, nec ſic es ſatiata.

29. Et multiplicaſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis: & nec ſic ſatiata es.

30. In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis?

31. Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni platea: nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium:

32. Sed quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum inducit alienos.

33. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum.

34. Factumque eſt in te contra conſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio: in eo enim, quod dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium.

II. 35. Propterea meretrix audi verbum Domini:

36. Hæc dicit Dominus Deus: Quia effuſum eſt æs tuum, & revelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos,

℣. 19. *Et factum eſt.* Id negare non potes, *ait Dominus Deus.*
℣. 25. *Et diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti.* Honeſto verbo rem turpem ſignificat.
℣. 26. *Et fornicata es cum filiis Ægupti.* Qui pinguia habent corpora & ad libidinem prona.
℣. 27. *Ecce, ego -- & auferam juſtificationem tuam.* Templum & cultum. 70. Legitima tua, ritus & leges, ſanctificationem tuam, jus tuum, & dona quibus te dotavi, & ornavi ut ſponſam. Vel auferam favorem meum, & puniam te. *Et dabo.* In deſideria prava. *Filiarum Palæſtinarum.* Urbium. *Quæ erubeſcunt.* Quod ſint te juſtiores, vel potius te oderunt.
℣. 28. *Et fornicata es in filiis Aſſyriorum.* Cum filiis, quorum idola coluiſtis.
℣. 34. *Et poſt te non erit fornicatio.* Similis tuæ.

& super idola abominationum tuarum in sanguine filiorum tuorum, quos dedisti eis:

37. Ecce, ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es; & omnes, quos dilexisti cum universis, quos oderas: & congregabo eos super te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.

b Infr. 23. 10. 38. Et *b* judicabo te judiciis adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in sanguinem furoris & zeli.

39. Et dabo te in manus eorum: & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamque ignominia:

40. Et adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis.

c 4. Reg. 25. 9. 41. Et *c* comburent domos tuas igni, & facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes ultra non dabis.

42. Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius:

43. Eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & provocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci juxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis.

44. Ecce, omnis, qui dicit vulgo proverbium, in te assumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia ejus.

45. Filia matris tuæ es tu, quæ projecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ projecerunt viros suos, & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus.

46. Et soror tua major, Samaria, ipsa & filiæ ejus, quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat a dextris tuis, Sodoma, & filiæ ejus.

47. Sed nec in viis earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus, pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis.

48. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ ejus, sicut fecisti tu, & filiæ tuæ.

d Genes. 19. 24. 49. Ecce, *d* hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: Superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant.

50. Et elevatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas, sicut vidisti.

göttern entblößet ist, im Blute deiner Kinder, die du ihnen gegeben hast:

37. Siehe, darum will ich alle deine Buhler versammeln, mit welchen du Unzucht getrieben hast; und alle, so du lieb gehabt, sammt allen, so du hassest: die will ich von allen Seiten her wider dich zusammen bringen, und deine Schaam vor ihnen entblößen, daß sie deine ganze Schaam sehen sollen.

38. Und ich will das Recht der Ehebrecherinnen, und der Blutvergießenden über dich ergehen, und dein Blut mit Grimm und Eifer vergießen lassen.

39. Ich will dich auch in ihre Hände übergeben lassen: und sie werden dein Hurenhaus abbrechen, und dein gemein unzüchtig Haus niederreissen: und sie werden dich deiner Kleider berauben, und werden deine herrlichen Kleinodien hinwegnehmen, und dich blos, und mit Schanden erfüllet dahinten lassen:

40. Und sie werden einen Haufen Volks über dich bringen, und dich mit Steinen steinigen, und mit ihren Schwertern erwürgen.

41. Sie werden deine Häuser mit Feuer verbrennen, und dir in den Augen vieler Weiber dein Recht anthun: alsdann wirst du aufhören, Unzucht zu treiben, und wirst hinfüro nicht mehr Lohn ausgeben.

42. Und mein Zorn soll auf dir ruhen: und mein Eifer soll von dir genommen werden, und ich will einhalten, und nicht mehr zürnen:

43. Darum, daß du an die Tage deiner Jugend nicht gedacht hast, und hast mich in allen diesen Dingen zum Zorne gereizet: eben darum habe ich dir deine Wege auf dein Haupt gelegt, spricht GOtt der HErr, und habe dir gleichwohl nicht gethan nach deinen Lastern, die du mit allen deinen Greueln begangen hast.

44. Siehe, alle die, welche Sprichworte pflegen zu reden, werden dieses Sprichwort über dich führen, und sagen: Wie die Mutter ist, so ist auch ihre Tochter.

45. Du bist eine Tochter deiner Mutter, welche ihren Mann, und ihre Kinder verworfen hat: und du bist eine Schwester deiner Schwestern, die ihre Männer, und ihre Kinder verworfen haben: eure Mutter war eine Cethiterinn, und euer Vater ein Amorrhiter.

46. Samaria ist deine grösste Schwester, welche sammt ihren Töchtern auf deiner linken Seite wohnet: aber deine andere Schwester Sodoma, die kleiner ist, dann du, wohnet mit ihren Töchtern auf deiner rechten Seite.

47. Jedoch hast du auf ihren Wegen nicht gewandelt, noch gethan nach ihren Lastern, es fehlte aber nicht weit, so hättest du grössere Laster, dann sie, auf allen deinen Wegen begangen.

48. So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, deine Schwester Sodoma selbst, und ihre Töchter, haben nicht gethan, wie du sammt deinen Töchtern gethan hast.

49. Siehe, dieß war die Missethat deiner Schwester Sodoma: Hoffart, Völle des Brods, und Ueberfluß, ihr, und ihrer Töchter Müßiggang: und sie reichten den Armen und Dürftigen die Hand nicht.

50. Sie waren übermüthig, und begiengen Greuel vor mir: darum habe ich sie hinweggeräumet, wie du gesehen hast.

51. Aber

℣. 39. *Et destruent lupanar tuum.* Templum, quod in prostibulum convertisti.
℣. 40. *Et lapidabunt te lapidibus.* Sc. ut adulteram, alludit ad pœnam adulterarum.
℣. 41. *Et facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum*, i. nationum, quæ per mulieres hoc loco describuntur.
℣. 42. *Et requiescet indignatio mea in te.* Satiabo indignationem meam. *Nec irascar amplius.* Cum te dimisero, non enim te amplius ut sponsam diligam.
℣. 43. *Et ego vias tuas in capite tuo dedi.* i. dabo, & puniam te: in caput tuum redundabunt, & non feci juxta libidinem. *Scelera tua.* Majora supplicia merebaris.
℣. 44. *Sicut mater, ita & filia ejus.* Non est emendata suppliciis.
℣. 46. *Et soror tua major, Samaria.* Samaria, quæ erat metropolis regni Israël, ut Jerusalem regni Juda. Major dicitur soror, quia decem tribus erant. Sodomam a dextris esse dicit propter locorum situm. Orientem spectantibus in Jerusalem, Samaria est ad sinistram. *Soror tua major.* 70. Tibi sanguine conjuncta.
℣. 47. *Sed nec in viis earum ambulasti.* Non es contenta earum sceleribus. *Pauxillum minus.* Non satis habuisti paulo minora scelera admittere, sed multo majora perpetrasti.
℣. 48. *Non fecit Sodoma soror tua -- sicut fecisti.* Cum Baal in templo coluisti.
℣. 49. *Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ.* Non commemorat hic gravissimum peccatum, propter quod eversæ sunt Sodomitæ; sed causas & occasiones tantæ iniquitatis. *Superbia.* Fastus nimirum. *Saturitas panis.* Omnium rerum affluentia. *Et otium ipsius, & filiarum ejus.* Urbium ei subjectarum. *Non porrigebant.* Prætermissum ab iis præcipuum peccatorum remedium.

51. Aber Samaria hat den halben Theil deiner Sünden nicht begangen: sondern du hast es ihnen vorgethan mit deinen Lastern, ja, du hast deine Schwestern gerecht gemacht mit allen deinen Greueln, die du geübet hast.

52. Derowegen, so trage nun auch deine Schande, die du deine Schwestern mit deinen Sünden weit übertroffen hast, und größere Laster begangen, dann sie, daß sie von dir gerecht gemacht sind: darum so stehe nun auch in Schanden, und trage deine Schmach, die du deine Schwestern gerecht gemacht hast.

III. 53. Und ich will sie wiederbringen, und wieder einsetzen mit Sodoma, und ihren Töchtern, und mit Samaria, und ihren Töchtern: und mitten unter ihnen will ich dich wiederbringen:

54. Damit du deine Schmach trageſt, und schamroth werdest in allem, was du gethan hast, und sie von dir Trost haben.

55. Und deine Schwester Sodoma, und ihre Töchter, sollen wieder auf ihren alten Stand kommen: auch Samaria, und ihre Töchter, sollen wieder auf ihren alten Stand kommen: ingleichen du und deine Töchter, sollet auch wieder auf euren alten Stand kommen.

56. Aber von deiner Schwester Sodoma hat man am Tage deines Uebermuths aus deinem Munde nichts gehöret,

57. Ehe dann deine Bosheit ist entdecket worden: wie dann jetziger Zeit geschiehet, dir zur Schmach, bey den Töchtern Syriä, und allen Töchtern der Philisthäer, welche rings um dich her sind, und von allen Seiten in die Runde dich umgeben.

58. Deine Laster, und deine Schmach hast du getragen, spricht GOtt der HErr.

59. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Ich will dir thun, wie du den Eyd verachtet hast, auf daß du den Bund zernichten möchteſt:

60. Und ich will an meinen Bund gedenken, den ich in den Tagen deiner Jugend mit dir gemacht habe: und will einen ewigen Bund mit dir aufrichten.

61. Alsdann wirst du an deine Wege gedenken, und wirst dich schämen, wann du deine älteren und deine jüngeren Schwestern wirst aufgenommen haben: denn ich will sie dir zu Töchtern geben, aber nicht aus deinem Bunde.

62. Und ich will meinen Bund mit dir erwecken: und du sollt wissen, daß ich der HErr bin,

63. Damit du daran gedenkeſt, und schamroth werdest, und hinfüro für Schaam auch deinen Mund nicht dürfest aufthun, wann ich dir werde versöhnet seyn über alles, was du gethan hast, spricht GOtt der HErr.

Das siebenzehente Capitel.

I. Figur oder Gleichniß zweyer widereinander streitenden Adler, nämlich des Chaldäischen und Aegyptischen, und eines Weinstocks, der sich zum ägyptischen Adler lenket. 1. II. Bedeutet, daß Sedecias, so dem ägyptischen Adler, dem Pharao, anhänget, soll vom chaldäischen Adler, vom Nabuchodonosor, seines Reichs, und seiner Augen beraubet werden: 11. III. Hingegen Jechonias, der sich dem chaldäischen Adler übergeben hat, soll erhöhet werden. 22.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

51. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

52. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis, justificatæ sunt enim a te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ justificasti sorores tuas.

III. 53. Et convertam restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis, & conversione Samariæ, & filiarum ejus: & convertam reversionem tuam in medio earum:

54. Ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti, consolans eas.

55. Et soror tua Sodoma, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ, revertemini ad antiquitatem vestram.

56. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ,

57. Antequam revelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum.

58. Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus.

59. Quia hæc dicit Dominus Deus: Et faciam tibi, sicut despexisti juramentum, ut irritum faceres pactum:

60. Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum.

61. Et recordaberis viarum tuarum, & confunderis, cum receperis sorores tuas te majores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo.

62. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies, quia ego Dominus,

63. Ut recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cum placatus tibi fuero in omnibus, quæ fecisti, ait Dominus Deus.

CAPUT XVII.

I. Parabola de aquila Chaldaica debellante Ægyptum, & plantata vinea, quæ non prosperabitur. 1. II. Declaratur, quod rex Babylonis translato rege Joakim, constituet pro eo regem Sedeciam; qui relicto fœdere, ad regem Ægypti transfugiet: hinc Dominus tradet eum in manus Nabuchodonosor: 11. III. Et sublimi humiliato, exaltabit humilem. 22.

1. Et factum est † verbum Domini ad me, dicens: † *Eodem An. 3411.*

2. Fili

---

†. 53. *Convertam restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis.* Deducam te e captivitate. Sodoma quidem jam absumpta erat, sed forte populi ex ea prognati, ut Moabitæ & Ammonitæ adhuc remanserant: pejus erat peccatum Judæorum, qui Baal in templo colebant, quique Dei notitia erant imbuti. Moabitæ vero, & Ammonitæ, Samaritani e captivitate diaboli liberati ad Christum convertentur. Hic locus de vocatione gentium optime intelligitur, qua gentiles ad Ecclesiam Christi tamquam in patriam suam revertentur: ponit unam civitatem gentilium loco omnium. *In medio earum.* Una cum illis.

†. 55. *Filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam.* Chald. Ad principium suum, sc. Deum, & pristinum immo meliorem statum.

†. 57. *Antequam revelaretur malitia tua.* Per tot supplicia de te sumpta.

†. 60. *Et suscitabo tibi pactum sempiternum.* Legis novæ; nam a figura subito ad veritatem transit. Hieron. *Sic nobis videtur lectionis ordo reddendus: In diebus superbiæ tuæ, quando peccabas, non es recordata everſionis Sodomæ sororis tuæ; antequam patuit malitia tua, quæ hoc tempore revelata est, in tantum, ut cunctis urbibus Syriæ & Palæstinæ, quæ in circuitu tuo sunt, fieres opprobrium: nunc autem quia revelata est ignominia tua, Dei ausculta sententiam: vel porta, juxta 70. scelus & ignominiam tuam, ut postquam pœnas pro sacrilegio sustinueris, veniam non ex pacto tuo, sed ex mea clementia consequaris.*

†. 61. *Cum receperis sorores tuas.* Ita, ut ex gentibus & Judæis conversis una coalescat Ecclesia. *Sed non ex pacto tuo.* Quod ex te prodeat; non ex merito tuo, sed ex misericordia mea magna. Vel *non ex pacto tuo.* Non propter illud vetus pactum, sed propter novum.

†. 63. *Ut -- non sit tibi ultra aperire os præ confusione.* Ut nullam habeas occasionem de me querendi.

2. Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel,

3. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.

4. Summitatem frondium ejus avulsit: & transportavit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum posuit illam.

5. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, ut firmaret radicem super aquas multas: in superficie posuit illud.

6. Cumque germinasset, crevit in vineam latiorem humili statura, respicientibus ramis ejus ad eam: & radices ejus sub illa erant. Facta est ergo vinea, & fructificavit in palmites, & emisit propagines.

7. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis: & ecce, vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis sui.

8. In terra bona super aquas multas plantata est: ut faciat frondes, & portet fructum, ut sit in vineam grandem.

9. Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergone prosperabitur? nonne radices ejus evellet, & fructus ejus distringet, & siccabit omnes palmites germinis ejus, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, ut evelleret eam radicitus?

10. Ecce, plantata est: ergone prosperabitur? nonne, cum tetigerit eam ventus urens, siccabitur, & in areis germinis sui arescet?

II. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

12. Dic ad domum exasperantem: Nescitis, quid ista significent? Dic: Ecce, venit rex Babylonis in Jerusalem: & assumet regem, & principes ejus, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem.

13. Et tollet de semine regni, ferietque cum eo fœdus: & ab eo accipiet jusjurandum. Sed & fortes terræ tollet,

14. Ut sit regnum humile, & non elevetur, sed custodiat pactum ejus, & servet illud.

15. Qui recedens ab eo misit nuntios ad Ægyptum, ut daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? & qui dissolvit pactum, numquid effugiet?

2. Du Menschenkind, lege dem Hause Israel ein Räthsel * vor, und sage ein Gleichniß, * rätherische, verborgene Rede

3. Und sprich: Dieß sagt GOtt der HErr: Ein großer Adler mit großen Flügeln, wohl gestreckt von Gliedern, voll Federn, die unterschiedlicher Farbe waren, kam zu dem Libano, und nahm das Mark von dem Cederbaume hinweg.

4. Das Obertheil seiner Zweige brach er ab: und führete es hinüber in das Land Chanaan, und setzte es in die Stadt der Handelsleute.

5. Er nahm auch vom Saamen des Landes, und warf denselben für Saamen in die Erde, daß er wurzeln sollte an dem Orte, da viel Wasser war: und setzte ihn nicht tief ein.

6. Und da er aufgieng, wuchs er zu einem ausgebreiten Weingarten niedrigen Stamms, dessen Aeste sich zu ihm bogen: und seine Wurzeln waren unter ihm. Also ward ein Weingarten daraus, der Reben gab, und mit Zweigen ausschlug.

7. Und es war ein anderer großer Adler, mit großen Flügeln, und vielen Federn: und siehe, dieser Weingarten fügte gleichsam seine Wurzeln zu ihm, und streckte seine Reben zu ihm hinaus, damit er ihn aus dem Beeten seines Gewächses befeuchtete.

8. Er ist in ein gut Land an vielen Wassern gesetzet: daß er Laub fortbringen, und Frucht tragen soll, und zum großen Weingarten werden.

9. Nun sprich also: Dieß sagt GOtt der HErr: Sollte er dann gerathen? wird er nicht seine Wurzeln ausraufen, und seine Früchte abreissen, und alle Reben seines Gewächses saftlos machen *, daß sie verdorren: und das ohne großen Arm **, und ohne viel Volk, daß er ihn von der Wurzel ausreisse? * austrocknen, ** Hülfe

10. Siehe, er ist gepflanzet: wird er darum auch gerathen? wird er nicht saftlos werden, und an dem Orte * seines Gewächses verdorren, wann ihn ein scharfer Wind berühren wird? * Gartenbeeten

II. 11. Und das Wort des HErrn geschah zu mir, und sprach:

12. Sprich zu dem widerspenstigen Hause: Wisset ihr nicht, was dieß bedeute? Sprich weiter: Siehe, der König von Babylon kömmt gen Jerusalem: und er wird den König mit seinen Fürsten hinwegnehmen, und zu sich gen Babylon führen.

13. Er wird auch einen nehmen vom königlichen Saamen, und mit demselben einen Bund aufrichten: und einen Eyd wird er von ihm nehmen. Aber die Gewaltigen im Lande wird er auch hinwegführen,

14. Damit das Königreich sich nicht erhebe, sondern seinen Bund bewahre, und denselben halte.

15. Er ist aber von ihm abgefallen, und hat Botten ausgesandt in Aegypten, daß man ihm Rosse, und ein groß Volk schicken sollte. Sollte es dann wohl glücklich gehen, oder sollte ihm Heil wiederfahren, der solches gethan hat? und der den Bund gebrochen hat, sollte der wohl entrinnen?

16. So

CAPUT XVII.

℣. 2. *Fili hominis, propone ænigma.* In obscuro sermone. Hoc ipsum postea Deus exponit, v. 12. *Aquila grandis.* Est Nabuchodonosor. *Magnarum alarum.* Qui magno exercitui & variis nationibus imperabat. *Venit ad Libanum.* Judæam, vel Jerusalem, vel ad templum e cedris Libani constructum. *Et tulit medullam cedri.* Joachin & principes.

℣. 4. *Et transportavit eam in terram Chanaan.* Hic vox illa vim habet nominis appellativi, non proprii, & significat negotiationem, quod mox explicat. *In urbe negotiatorum.* Babylone. Itaque Babylonem transtulit Joachin, & principes.

℣. 5. *Et tulit de semine terræ.* Sedeciam, postquam Jechoniam & principes ejus abduxit. *Et posuit illud in terra.* Hebr. *In terra seminis.* i. e. fertili. *Pro semine.* Ut in Judæa maneret stirps regia. *Et super aquas.* Super populos. *In superficie.* Sic tamen, ut altas in terram non ageret radices, sed facile eveili posset, nec potestatem ejus alta imperii radice firmavit.

℣. 6. *Crevit in vineam latiorem.* Jam eum vinea eum comparat, quæ in latum crescit, non in altum, ut arboribus opacata. *Humili statura.* Regnum enim, quod ante altum erat instar cedri, factum est humile instar vineæ; *Ad eam.* Nempe ad aquilam. Hieron. *Ut præesset quidem populis Judæorum, sed respiceret ad Babylonis jubentis imperium.* Vel ad eam, scilicet vitem; nam rami cum in altum tendere non possunt, incurvantur, & arborem respiciunt.

℣. 7. *Et facta est aquila altera grandis.* Rex Ægypti. *Et ecce, vinea ista.* Sedecias, mittens legatos, ut auxilium peteret. *Ut irrigaret eam.* Ægyptus aquis abundat, eoque alludit.

℣. 8. *In terra bona super aquas multas.* Nempe sub alis potentissimi Regis Babylonis, *plantata erat* vinea Judaica, sed ex superbia & ambitione deflexit ad Ægyptium. Jam quid proderit?

℣. 9. *Ergone prosperabitur?* Aquila illa prior regni Judæorum robur omne, & filios Sedeciæ ut fructus, & principes ut palmites evellet. *Non in brachio grandi.* Non opus erit multo milite, ut evellat hos radicitus. *Distringet.* Opes ejus diripiet.

℣. 10. *Nonne in areis germinis sui arescet?* In ipsa Judæa, in loco, ubi adolevit, in Jerichuntino agro captus est Sedecias.

℣. 12. *Dic ad domum exasperantem.* Edissere nobis parabolam: hanc sigillatim Deus exponit. *Tollet.* Sedeciam, eumque pro Joachim constituet regem.

16. So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, an dem Orte des Königs, der ihn zum Könige gesetzt hat, dem er den Eyd nicht gehalten, und den Bund gebrochen hat, darinn er mit ihm stund, soll er zu Babylon sterben.

17. So wird auch Pharao nicht mit einem großen Heere, und nicht mit vielem Volke wider ihn zum Streit kommen: wenn er den Wall wird aufgeworfen, und die Bestungen gebauet haben, viele Seelen zu tödten.

18. Denn er hat den Eyd verachtet, damit er den Bund brechen möchte, und siehe, er hat seine Hand darauf gegeben: und weil er dieß alles gethan hat, so wird er nicht entrinnen.

19. Darum sagt dieß GOtt der HErr: So wahr ich lebe, will ich ihm den Eyd, den er verachtet, und den Bund, den er gebrochen hat, auf sein Haupt legen.

20. Ich will mein Netz über ihn ausspannen, und er soll mit meinem Zuggarn gefangen werden: und ich will ihn gen Baylon führen, und ihn daselbst richten nach seiner Uebertretung, damit er mich verachtet hat.

21. Und alle seine Flüchtigen mit ihrem ganzen Haufen, sollen durch das Schwert fallen: aber die übrigen sollen in alle Winde zerstreuet werden: und ihr sollet wissen, daß ich, der HErr, solches geredt habe.

III. 22. Dieß saget GOtt der HErr: Ich will nehmen vom Mark des hohen Cederbaums, und es setzen, auch will ich oben von seinen Zweigen ein Zartes abbrechen, und dasselbe auf dem hohen ansehnlichen Berge pflanzen.

23. Auf dem hohen Berge Israel will ich ihn pflanzen, und er wird in Zweige ausbrechen, und Frucht bringen, und wird zum großen Cederbaum werden: und alle Vögel werden unter ihm wohnen, und alles Geflügel wird unter dem Schatten seiner grünen Zweige sein Nest machen.

24. Und alle Bäume im Lande werden wissen, daß ich, der HErr, den hohen Baum gedemüthiget habe, und den niedrigen Baum erhöhet: und daß ich den grünen Baum fastlos, und den dürren Baum grünend gemacht habe. Ich der HErr habe es geredt, und in das Werk gerichtet.

Das achtzehente Capitel.

I. GOtt bezenget, daß die Kinder nicht sollen gestraft werden von wegen der Missethat ihrer Aeltern: 3. II. Sondern, daß einem jeden, nach seinen eigenen Verdiensten, entweder das Leben, oder der Tod soll zu Theil werden: 2. III. Darum werden alle zur Buße ermahnet. 30.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Was ist es, daß ihr unter euch im Lande Israel zur Gleichniß dieß Sprichwort führet, und saget: Die Väter haben saure Trauben gegessen, und den Kindern sind die Zähne stumpf geworden?

I. 3. So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, dieses Gleichniß soll euch hinfüro nicht zum Sprichworte seyn in Israel.

4. Siehe, alle Seelen sind mein: wie des Vaters Seele mein ist, also ist auch die Seele des Sohnes mein, welche Seele sündigen wird, die soll sterben.

5. Und wenn ein Mann gerecht ist, der Recht und Gerechtigkeit thut,

16. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in loco regis, qui constituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, & solvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

17. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in jactu aggeris, & in extructione vallorum, ut interficiat animas multas.

18. Spreverat enim juramentum, ut solveret fœdus, & ecce, dedit manum suam: & cum omnia hæc fecerit, non effugiet.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Vivo ego, quoniam juramentum, quod sprevit, & fœdus, quod prævaricatus est, ponam in caput ejus.

20. Et *a* expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione, qua despexit me. *a Supr. 12. 13. Infr. 32. 3.*

21. Et omnes profugi ejus cum universo agmine suo, gladio cadent: reliqui autem in omnem ventum dispergentur: & scietis, quia ego Dominus locutus sum.

III. 22. Hæc dicit Dominus Deus: Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam, de vertice ramorum ejus tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem.

23. In monte sublimi Israel plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & universum volatile sub umbra frondium ejus nidificabit.

24. Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltavi lignum humile: & siccavi lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

CAPUT XVIII.

I. Rejecta Judæorum parabola dicit, quod filius non portavit iniquitatem patris, nec contra: 3. II. Sed unusquisque suam ipsius portabit: quod si impius pœnitentiam agat, salvabitur: justus vero, si dejerat justitiam, damnabitur: 20. III. Hortatur ergo Dominus ad pœnitentiam & cordis innovationem. 30.

1. Et * factus est † sermo Domini ad me, dicens: * *FER. POST DOM. I. QUAD.* † *Eodem an. 3411. a Jer. 31. 29.*

2. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes: Patres *a* comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt?

I. 3. Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola hæc in proverbium in Israel.

4. Ecce, omnes animæ meæ sunt: ut anima patris, ita & anima filii mea est, anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.

5. Et vir si fuerit justus, & fecerit judicium & justitiam,

6. In

℣. 18. *Spreverat enim juramentum, ut solveret fœdus, & ecce, dedit manum suam* Sedecias, aliudque fœdus iniit cum Pharaone.

℣. 19. *Vivo ego, quoniam juramentum, quod sprevit - ponam in caput ejus.* i. ulciscar, cum illius periculo. Ex hoc loco discimus, fidem datam infidelibus & hæreticis servari oportere, dummodo pacta non sint cum impietate conjuncta. Hieron. *Ex quo discimus, etiam inter hostes servandam fidem, & non considerandum, cui, sed per quem juraveris.*

℣. 22. *Et sumam ego de medulla cedri sublimis,* i. de semine regio. *De vertice ramorum ejus tenerum,* sc. Zorobabelem. Chald. infantem, sc. Christum, *distringam.* Hæc & sequentia ad Messiam Hebræis non reclamantibus pertinent: tametsi in hoc falluntur, quod de temporali regno Christi interpretantur: per volucres cœli potentes, & sublimes hujus sæculi designat, qui sub Christi protectione conquiescunt. Hieron. *Iste erupit in germen, & fecit fructum, & cedros omnes sua sublimitate superavit.*

CAPUT XVIII.

℣. 2. *Dicentes: Patres comederunt uvam acerbam* &c. q. d. nos patimur propter peccata parentum, Chald. patres peccaverunt, & filii percutiuntur.

℣. 5. *Et vir si - fecerit judicium & justitiam.* Judicium, cum neminem afficit injuria. *Justitiam.* Cum benignus est in proximum. Judicium fit a judice, cum reos punit; justitia cum absolvit; vel justitiæ nomine benignitas, aut liberalitas intelligitur.

6. In montibus non comederit, & oculos suos non levaverit ad idola domus Israel: & uxorem proximi sui non violaverit, & ad mulierem menstruatam non accesserit:

7. Et hominem non contristaverit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit: *b* panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

b Is. 58. 7. Matth. 25. 35.

8. Ad usuram non commodaverit, & amplius non acceperit: ab iniquitate averterit manum suam, & judicium verum fecerit inter virum & virum:

9. In præceptis meis ambulaverit, & judicia mea custodierit, ut faciat veritatem: hic justus est, vita vivet, ait Dominus Deus.*

10. Quod si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & fecerit unum de istis:

11. Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, & uxorem proximi sui polluentem:

12. Egenum, & pauperem contristantem, rapientem rapinas: pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos suos, abominationem facientem:

13. Ad usuram dantem & amplius accipientem: numquid vivet? non vivet. Cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis ejus in ipso erit.

14. Quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, timuerit, & non fecerit simile eis:

15. Super montes non comederit, & oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, & uxorem proximi sui non violaverit:

16. Et virum non contristaverit, pignus non retinuerit: & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento:

17. A pauperis injuria averterit manum suam, usuram & superabundantiam non acceperit, judicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet.

18. Pater ejus, quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui, ecce, mortuus est in iniquitate sua.

19. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? videlicet, quia filius judicium, & justitiam operatus est, omnia præcepta mea custodivit, & fecit illa, vivet vita.

* *FER. 6. QUATUOR TEMP. QUADR.*

II. 20. ° *c* Anima, quæ peccaverit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.

c Deut. 24. 16. 4. Reg. 14. 6. 2. Par. 25. 4.

21. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium, & justitiam, vita vivet, & non morietur.

6. Der auf den Bergen nicht isset, und zu den Abgöttern des Hauses Israel seine Augen nicht aufhebet: der seines Nächsten Weib nicht schändet, noch zu einem Weibe in der monathlichen Schwachheit hineingehet:

7. Der niemand betrübet: der dem Schuldner sein Pfand wieder giebt, und nichts mit Gewalt hinwegnimmt: der sein Brod dem Hungerigen mittheilet, und den Nackenden mit einem Kleide bedecket:

8. Der nicht auf Wucher leihet, und einen andern nicht übernimmt: der seine Hand von Ungerechtigkeit zurück hält, und zwischen einem Manne und seinem Nächsten recht urtheilet:

9. Der in meinen Gebothen wandelt, und meine Gerichte bewahret, damit er die Wahrheit thue: dieser ist gerecht, er soll das Leben haben, spricht GOtt der HErr.

10. Und wenn er einen Sohn zeuget, der ein Mörder wird, und Blut vergießt, oder eines thut von diesen Stücken:

11. Ob er schon dieselbigen nicht alle begehet, sondern isset auf den Bergen, der verunreiniget seines Nächsten Weib:

12. Der den Armen und Dürftigen betrübet, und raubet mit Gewalt, was nicht sein ist: giebt auch das Pfand nicht wieder, und hebet seine Augen auf zu den Abgöttern, und begehet Greuel:

13. Der auf Wucher giebt, und nimmt über Gebühr: sollte dieser leben? er soll nicht leben. Dieweil er alle diese abscheuliche Dinge begangen hat, soll er des Todes sterben, sein Blut soll auf ihm seyn.

14. Wenn er aber einen Sohn zeuget, der alle Sünden seines Vaters siehet, die er gethan hat, fürchtet sich aber, und thut nicht desgleichen:

15. Der nicht auf den Bergen isset, und hebet seine Augen nicht auf zu den Abgöttern des Hauses Israel, schändet auch seines Nächsten Weib nicht:

16. Der niemand betrübet, und behält das Pfand nicht: nimmt nichts mit Gewalt, theilt sein Brod dem Dürftigen mit, und bedecket den Nackenden mit einem Kleide:

17. Der seine Hand enthält, daß er dem Armen kein Unrecht thue, nimmt keinen Wucher, und übernimmt niemand, hält meine Gerichte, und wandelt in meinen Gebothen: dieser soll nicht sterben um der Sünde willen seines Vaters, sondern er soll leben.

18. Sein Vater, der gefrevelt, und seinen Bruder vergwältiget hat, und Böses gethan mitten unter seinem Volke, siehe, der ist um seiner Sünde willen gestorben.

19. Und ihr saget: Warum hat der Sohn des Vaters Missethat nicht getragen? nämlich darum, daß der Sohn Recht und Gerechtigkeit gethan, und alle meine Gebothe bewahret, und gehalten hat, soll er leben.

II. 20. Denn welche Seele sündiget, die soll sterben: der Sohn soll die Missethat des Vaters nicht tragen, und der Vater soll die Missethat des Sohnes nicht tragen: die Gerechtigkeit des Gerechten soll über ihm seyn, und die Ungerechtigkeit des Gottlosen soll auch über ihm seyn.

21. Wenn aber der Gottlose Buße thut, und sich bekehret von allen seinen Sünden, die er begangen hat, und hält alle meine Gebothe, und thut Recht und Gerechtigkeit, so soll er leben, und nicht sterben.

22. Ich

---

†. 6. *In montibus non comederit* idolothyta. *Et oculos suos non levaverit.* Adorandi causa, aut invocandi deos alienos. Moraliter in montibus comedunt, qui in prælationibus & dignitatibus jam adeptis pompose & luxurioſe vivunt. Illi ad idola oculos levant, qui nondum habitas dignitates ambiunt, & in hac exspectatione oculos figunt.

†. 7. *Panem suum esurienti dederit.* Suum, non alienum. *Esurienti*: nam ut Hieron. ait: *Eleemosyna non saturis facienda sed esurientibus: nec dandus panis his, qui ructant plenitudinem: sed his, qui inanitate cruciantur.*

†. 8. *Ad usuram non commodaverit.* Ex Hieron. Catalogum virtutum texit, quæ illi videntur in decem & septem partes dividi. „Sed vide profectum, ait Hieron. in principio legis a fratribus tantum fœnus tollitur, „in propheta ab omnibus usura prohiberur, dicente Ezechiele: Pecuniam suam non dedit ad usuram. Porro in E„vangelio, virtutis augmentum est, præcipiente Domino: Fœneramini his, a quibus non speratis recipere„. *Et amplius non acceperit.* Hieron. „Putant quidam usuram tantum esse in pecunia; quod prævidens scriptura divina „omni rei aufert superabundantiam; ut plus non recipias, quam dedisti: v. gr. ut hiemis tempore demus decem „modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est amplius partem mediam„.

†. 20. *Filius non portabit iniquitatem Patris.* Neque id pugnat cum verbis Exod. 20. *Ego Deus Zelotes, visitans iniquitatem patrum in filiis.* Cum ii sunt patrum æmulatores: mox enim additur ex Hebr. juxta Hieron. *His, qui oderunt me.*

22. Ich will aller ſeiner Miſſethaten, die er begangen hat, nicht gedenken: er ſoll leben in ſeiner Gerechtigkeit, die er gethan hat.

23. Sollte ich ein Wohlgefallen haben an dem Tode des Gottloſen, ſpricht GOtt der HErr, und nicht vielmehr daran, daß er ſich von ſeinen Wegen bekehre, und lebe?

24. Wenn ſich aber der Gerechte von ſeiner Gerechtigkeit abwendet, und Böſes thut, nach allen Greueln, welche der Gottloſe pfleget zu begehen, ſollte er dann leben? es wird an alle ſeine Gerechtigkeit, die er gethan hat, nicht gedacht werden: in ſeiner Uebertrettung, damit er ſich verſündiget hat, und in ſeiner Miſſethat, die er begangen hat, ſoll er ſterben.

25. Und ihr habt geſagt: Der Weg des HErrn iſt nicht billig. Darum, ſo höret ihr vom Hauſe Iſrael: Iſt mein Weg nicht billig, ſind nicht vielmehr eure Wege unrichtig?

26. Denn wann der Gerechte von ſeiner Gerechtigkeit ſich abwendet, und Sünde begehet, ſo wird er in denſelben ſterben: um ſeiner Miſſethat willen, die er begangen hat, wird er ſterben.

27. Und wann ſich der Gottloſe von ſeiner Ungerechtigkeit abwendet, die er gethan hat, und thut Recht und Gerechtigkeit, ſo wird er ſeine Seele lebendig machen.

28. Denn, dieweil er in ſich gehet, und ſich abwendet von allen ſeinen Miſſethaten, die er begangen hat, ſo ſoll er leben, und nicht ſterben.

29. Und die Kinder Iſrael ſagen: Der Weg des HErrn iſt nicht billig. Sind dann meine Wege nicht billig, ihr vom Hauſe Iſrael, und ſind nicht vielmehr eure Wege unrichtig?

III. 30. Darum will ich einen jeglichen nach ſeinen Wegen richten, ihr vom Hauſe Iſrael, ſpricht GOtt der HErr: Bekehret euch, und thut Buße von allen euren Miſſethaten: ſo wird euch die Ungerechtigkeit nicht zum Fall ſeyn.

31. Werfet von euch alle eure Uebertrettungen, damit ihr überſchritten habt, und machet euch ein neues Herz, und einen neuen Geiſt: warum wollt ihr doch ſterben, ihr vom Hauſe Iſrael?

32. Denn ich will nicht den Tod des Sterbenden, ſpricht GOtt der HErr, kehret wieder um, und lebet.

Das neunzehente Capitel.

I. Unter der Figur der Löwinn beweinet der Prophet den erbärmlichen Zuſtand der Söhne Joſiä, Joachaz, Joakim, und Sedecia, der Könige Juda: 1. II. Und in der Figur eines Weinbergs beſchreibet er den Untergang der Stadt Jeruſalem. 10.

1. Du aber führe eine Klage über die Fürſten Iſrael,

2. Und ſprich: Warum hat ſich deine Mutter, die Löwinn unter den Löwen gelagert, und hat ihre Jungen mitten unter den jungen Löwen erzogen?

3. Und ſie hat einen von ihren jungen Löwen aufgebracht, daß er zum Löwen ward: und er lernete rauben, und Menſchen freſſen.

4. Und die Heyden höreten von ihm, und fiengen ihn, jedoch nicht ohne ihre Wunden: und führeten ihn mit Ketten gebunden in Aegyptenland.

5. Da nun die Löwinn ſah, daß ſie ſchwach ward, und daß ihr Warten vergeblich war: nahm ſie einen von ihren jungen Löwen, und machte ihn zum Löwen.

22. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor: in juſtitia ſua, quam operatus eſt, vivet.

23. Numquid *d* voluntatis meæ eſt mors impii, dicit Dominus Deus, & non, ut convertatur a viis ſuis, & vivat? *d Infr.* 21. 32. & 33. 11. 1. *Petr.* 3. 9.

24. Si autem averterit ſe juſtus a juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem ſecundum omnes abominationes, quas operari ſolet impius, numquid vivet? omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur: in prævaricatione, qua prævaricatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit, in ipſis morietur.

25. Et dixiſtis: Non *e* eſt æqua via Domini. Audite ergo domus Iſrael: Numquid via mea non eſt æqua, & non magis viæ veſtræ pravæ ſunt? *e Infr.* 33. 20.

26. Cum enim averterit ſe juſtus a juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in injuſtitia, quam operatus eſt, morietur.

27. Et cum averterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit judicium, & juſtitiam, ipſe animam ſuam vivificabit.

28. Conſiderans enim, & avertens ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis, quas operatus eſt, vita vivet, & non morietur.

29. Et dicunt filii Iſrael: Non eſt æqua via Domini. Numquid viæ meæ non ſunt æquæ, domus Iſrael, & non magis viæ veſtræ pravæ?

III. 30. Idcirco unumquemque juxta vias ſuas judicabo domus Iſrael, ait Dominus Deus: *f Matth.* 3. 2. *Luc.* 3. 3. Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.

31. Projicite a vobis omnes prævaricationes veſtras, in quibus prævaricati eſtis, & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum: & quare moriemini domus Iſrael?

32. Quia *g* nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, revertimini, & vivite. *g Supr.* 18. 23. *infr.* 33. 11. 2. *Petr.* 3. 9.

CAPUT XIX.

I. Parabola leænæ & leunculorum deſignat captivitatem regum Joachaz, Joakim & Sedeciæ. 1. II. Deſcribit poſt præteritam civitatis Jeruſalem felicitatem, ejus præſentem calamitatem, ſub parabola vineæ. 10.

1. Et tu aſſume † planctum ſuper principes Iſrael, † *Eodem. 26. 34.*

2. Et dices: Quare mater tua leæna inter leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos ſuos?

3. Et eduxit unum de leunculis ſuis, & leo factus eſt: & didicit capere prædam, hominemque comedere.

4. Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus ſuis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti *a*. *a 4. Reg.* 23. 32.

5. Quæ, cum vidiſſet, quoniam infirmata eſt, & periit expectatio ejus: tulit unum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum.

℣. 22. *Omnium iniquitatum ejus, quas operatus eſt, non recordabor.* Aug. ſerm. 58. de Verb. Dom. *Hac voce audita, a deſperatione impii recreantur, & ab illa altiſſima & profunda voragine, qua ſubmerſi fuerant, emerguntur.* Et in Pſal. 101. *Hoc portu propoſito depone vela iniquitatis, convertis proram, velificas ad juſtitiam, & ſperans vitam non negligis medicinam. Non recordabor.* Niſi ut parens & medicus.

℣. 27. *Ipſe animam ſuam vivificabit.* Diram mortem evitabit.

℣. 30. *Et non erit vobis in ruinam iniquitas.* Qui egerunt pœnitentiam, impoſterum cauti debent eſſe, quia unum peccatum ad aliud trahit, ut dicit Greg. *Peccatum, quod non ſtatim per pœnitentiam diluitur, mox ſua pondere ad aliud trahit.*

CAPUT XIX.

℣. 1. *Aſſume planctum ſuper principes Iſrael.* Luge calamitatem principum Iſrael. Hieron. *Planctus igitur ſuper principes eſt, omnes videlicet, qui de Joſiæ ſtirpe generati ſunt.*

℣. 2. *Quare mater tua leæna inter leones cubavit.* Duorum leonum fit mentio, quorum prior eſt Joachaz, filius Joſiæ; de quo dicitur: *Et adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti;* alter eſt Sedecias. Hieron. Jechoniam deſignari putat filium Joachin: ſed alii Sedeciam interpretantur. *Enutrivit.* Hebr. *Ribbeta* רִבְּתָה *multiplicavit.* Jeruſalem eſt leæna, quæ inter breve tempus multos genuit reges, & amiſit. Aliis videtur per leones finitimos principes deſignari, quorum mores, & ſuperſtitiones Judæi induerunt.

℣. 5. *Cum vidiſſet, quoniam infirmata eſt.* Mater ejus, cum vidiſſet ſe filio & rege orbari.

6. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines devorare:

7. Didicit viduas facere, & civitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra, & plenitudo ejus a voce rugitus illius.

8. Et convenerunt adversus eum gentes undique de provinciis, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.

9. Et miserunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miserunt*que* eum in carcerem *b*, ne audiretur vox ejus ultra super montes Israël.

b 2. *Par.* 36. 10. 4. *Reg.* 24. 15.

II. 10. Mater tua quasi vinea sanguine tuo super aquam plantata est: fructus ejus, & frondes ejus creverunt ex aquis multis.

11. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura ejus inter frondes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

12. Et evulsa est in ira, in terramque pro- *c* *Osee* 13. 15. jecta, *c* & ventus urens siccavit fructum ejus: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris ejus: ignis comedit eam.

27. Principes [d] ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & avare ad sectanda lucra. [d] Mich. 3. 11. Soph. 3. 3.

28. Prophetæ autem ejus liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & divinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus.

29. Populi terræ calumniabantur calumniam,

℣. 13. *Ecce, complosi manus meas.* Obstupui. Hieron, *Habitum irascentis assumpsi.* Admiratus sum & doluI propter avaritiam tuam, & propter homicidia.

℣. 14. *Numquid sustinebit cor tuum* iram meam?

℣. 16. *Possidebo te in conspectu gentium.* Deum vestrum & Dominum me esse ostendam; vel te mundatum a captivitate reducam.

℣. 20. *Requiescam, & conflabo vos.* Ordo verborum inversus: Conflabo vos, tum requiescam. Cum ante purum argentum essetis, versi estis in scoriam; conjiciam vos in fornacem, ut purgemini. *Scoria* significat fæces & recrementa metalli.

℣. 22. *Scietis, quia ego Dominus.* Hier. *Et hoc totum faciam, ut postquam effudero indignationem meam super vos, finis vestri cruciatus, mei notitia sit.* Hæc summa religionis vis, ut supremum Dei dominium in nos & creaturas agnoscentes, eum præ omnibus amemus & veneremur: cum cætera amari non debeant nisi in ordine ad Deum.

℣. 24. *Tu es terra immunda.* Nondum suppliciis purgata. *Non compluta.* In quam Deus iratus pluviam non mittet.

℣. 26. *Sacerdotes ejus - inter pollutum & mundum non intellexerunt.* Inter sanctum & profanum. Quanto magis cavendum nobis est, re similem sententiam audiamus nos, quibus non umbratica, sed vera sancta commissa sunt, corpus & sanguis Domini, discretio & judicium inter animam pollutam & non pollutam?

℣. 28. *Prophetæ - liniebant eos.* Populares opiniones confirmabant, seu ut alii: adulabantur principibus, & laudabant, cum deberent arguere.

mniam, & rapiebant violenter, egenum & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumnia absque judicio.

30. Et quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inveni.

31. Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

raubten mit Macht, und beleidigten den Dürftigen und Armen, und unterdrückten den Fremdling mit Gewalt, ohne Recht und Fug.

30. Und ich suchte unter ihnen einen Mann, der einen Zaun darzwischen machte, und sich mir entgegen stellte für das Land, damit ich es nicht verwüstete: und ich habe niemand gefunden.

31. Darum habe ich meinen Grimm über sie ausgeschüttet, und sie im Feuer meines Zorns verzehret: ihren Weg habe ich ihnen auf ihr Haupt vergolten, spricht GOtt der HErr.

CAPUT XXIII.

I. Sub figura multiplicium stuprorum duarum meretricum Oollæ & Ooliboæ ac punitionis earum, ostenditur idololatria & turpissima libido peccandi Samariæ & Jerusalem. 1. II. Propter quam tradendæ sunt in opprobrium gentibus, quarum sunt idololatriam imitatæ. 22.

Das drey und zwanzigste Capitel.

I. Unter dem Gleichniß zweyer Huren Oolâ, und Oolibâ beschreibet der Prophet die Abgötterey Jerusalems, und Samariâ: daß Jerusalem in der Bosheit Samariam weit übertroffen. 1. II. Verkündiget beyden die Strafe der Ehebrecherinnen und Todtschlägerinnen: als nämlich, Versteinigung, Feuer, Schwert, und Vertilgung. 22.

† *Eodem ann. 3411.*

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens:

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt,

2. Du Menschenkind, es waren zwey Weiber, einer Mutter Töchter,

3. Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum.

3. Diese trieben Hurerey in Aegypten, und begiengen Unzucht in ihrer Jugend: daselbst wurden ihre Brüste gedrückt, und die Zitzen* ihrer Jugend gebrochen. * Dutten

4. Nomina autem earum, Oolla major, & Ooliba soror ejus minor: & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porro earum nomina, Samaria Oolla, & Jerusalem Ooliba.

4. Ihre Namen aber waren, Oolla, die älteste, und Ooliba, ihre Schwester, die jüngste: und ich nahm sie, und sie gebahren Söhne und Töchter. Der Name Oolla hieß Samaria, und Ooliba Jerusalem.

5. Fornicata est igitur super me Oolla, & insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes,

5. Und Oolla trieb Hurerey bey mir, und wüthete nach ihren Buhlern, nämlich den Assyriern, die sich zu ihr machten,

6. Vestitos hyacintho, principes, & magistratus, juvenes cupidinis, universos equites, ascensores equorum.

6. Und waren mit Seide bekleidet, waren Fürsten und Herren, und freundliche junge Gesellen, und waren alle Reiter, die auf Pferden ritten.

7. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum universos, & in omnibus, in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.

7. Und sie begab sich auf Hurerey mit ihnen mit allen auserwählten Kindern Assur, und mit allen, in welche sie verliebt war, und ist also mit ihrer Unsauberkeit befleckt worden.

8. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia ejus, & illi confregerunt ubera pubertatis ejus, & effuderunt fornicationem suam super eam.

8. Ueberdas unterließ sie ihre Hurerey nicht, die sie in Aegypten getrieben hatte: denn die Aegypter sind auch bey ihr gelegen in ihren jungen Tagen, und hatten die Brüste ihrer Jugend gedrückt, und ihre Unzucht über sie ausgegossen.

9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.

9. Darum habe ich sie in die Hände ihrer Buhler übergeben, in die Hände der Kinder Assur, nach welchen sie also in der Brunst gewüthet hat.

a *Sup.* 16. 38.

10. Ipsi *a* discooperuerunt ignominiam ejus, filios, & filias ejus tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & judicia perpetraverunt in ea.

10. Die haben ihre Schaam aufgedecket, und ihre Söhne und Töchter hinweggenommen, und haben sie selbst mit dem Schwerte erwürget: und es sind berühmte Weiber worden, und sie haben ihr das Recht wiederfahren lassen.

11. Quod cum vidisset soror ejus Ooliba, plus quam illa insanivit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ.

11. Da solches ihre Schwester Ooliba sah, war sie von unziemlicher Brunst viel unsinniger, dann jene: und trieb noch vielmehr Unzucht, dann ihre Schwester getrieben hätte.

12. Ad filios Assyriorum præbuit impudenter se, ducibus, & magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus, qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia.

12. Sie hängte sich ohne einige Schaam an die Kinder Assur, an die Fürsten und Herren, die zu ihr kamen, und waren mit bunten Kleidern bekleidet, an die Reiter, die auf Rossen daher ritten, und an alle schöne junge Gesellen.

13. Und

---

†. 30. *Quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem.* De sacerdotibus, prophetis & principibus, contra quos loquitur propheta. *Et non inveni.* Qui exemplo suo aliis præiret, & in viam reduceret.

CAPUT XXIII.

†. 2. *Duæ mulieris filiæ matris unius fuerunt.* Duo populi Juda, & Israel: quasi ex una matre duæ natæ sunt filiæ, duo populi ex uno.

†. 3. *Ibi subacta sunt ubera earum.* Virginitatem perdiderunt, fornicando cum Idolis.

†. 4. *Earum nomina, Samaria Oolla.* Seu tabernaculum idolorum. *Et Jerusalem Ooliba.* Seu tabernaculum in ea: Samaria dicitur soror major ob multitudinem populi: nam regnum Samariæ decem tribus complectebatur, & quia prior fuit in fornicatione, seu in idololatria; in Samaria erat tabernaculum, non Dei, sed idolorum; in Jerusalem erat tabernaculum veri Dei.

†. 5. *Fornicata est super me*, i. contra me, *Oolla, & insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes.* Confœderatos; horum idola coluit.

†. 6. *Juvenes cupidinis.* Venustos, aut electos.

†. 7. *In omnibus, in quos insanivit.* In idolis omnium populorum, quos adamavit, polluta est.

†. 8. *Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto.* Idololatriam, quam attulerat ex Ægypto. *Non reliquit. Illi confregerunt ubera pubertatis ejus.* Abstulerunt virginitatem: nam laxa & fracta signum sunt corruptionis. 70. Subacta ubera, seu collapsa. *Effuderunt fornicationem suam.* i. omne genus idololatriæ docuerunt.

†. 10. *Ipsi* Assyrii *discooperuerunt ignominiam ejus.* Chald. *Nuditatem.* Per revelationem turpitudinis juxta Hieron. designatur turpis captivitas & dejectio urbis Samariæ. *Judicia.* 70. *Ultiones perpetrarunt.*

†. 12. *Ad filios Assyriorum præbuit impudenter se.* Hebr. Filios Assur adamavit.

13. Und ich sah, daß sie beyde auf einem unreinen Wege giengen.

14. Aber diese mehrete ihre Unzucht: denn wann sie Männer auf der Wand gemalet sah, nämlich die Bilder der Chaldäer, mit Farben ausgestrichen,

15. Welche mit Gürteln an ihren Lenden umgürtet waren, und bunte * Hüte auf ihren Häuptern hatten, auch alle wie Fürsten anzusehen waren, und die Bilder der Kinder Babylon, und der Chaldäer, nach des Landes Weise, darinn sie gebohren waren, * gefärbte

16. Gewann sie brünstige Liebe gegen ihnen durch unzüchtige Lust ihrer Augen, und sandte Bothen zu ihnen in das Land der Chaldäer.

17. Und wann die Kinder Babylon zu ihr kamen in die Schlafkammer, da man der Liebe pflegen sollte, trieben sie ihre unfläthige Hurerey mit ihr, und sie ward von ihnen verunreiniget, daß ihre Seele von ihnen ersättiget ward.

18. Sie entdeckte auch selbst ihre Hurerey, und entblößte ihre Schaam: und meine Seele wandte sich von ihr ab, wie sich zuvor meine Seele von ihrer Schwester abgewendet hatte.

19. Denn sie vermehrete ihre Hurerey, und gedachte an die Tage ihrer Jugend, da sie in Aegyptenland Unzucht getrieben hatte.

20. Und sie wüthete vor Unzucht, bey denen zu schlafen, deren Fleisch ist, wie das Fleisch der Esel, und ihr Fluß, wie der Hengstfluß.

21. Und du begabest dich in das Laster deiner Jugend, da deine Brüste in Aegypten gedrückt, und die Zitzen deiner Jugend gebrochen wurden.

II. 22. Darum, Ooliba, so sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will alle deine Buhler wider dich erwecken, von welchen sich deine Seele ersättiget hat: und will sie rings herum wider dich zusammenbringen:

23. Nämlich die Kinder Babylon, und alle Chaldäer, die Edlen, und Gewaltigen, und Obersten, alle Kinder der Assurer, junge, und wohlgestaltete Männer, alle Fürsten und Herren, die Fürsten der Fürsten, und die namhaften Reiter, so zu Pferd sitzen.

24. Und sie werden über dich kommen, mit Wagen und Rädern versehen, eine große Menge der Völker: und sie werden sich mit Panzer, und Schild, und Helm, von allen Seiten her wider dich rüsten: und ich will ihnen das Gericht übergeben, und sie werden dich richten nach ihren Rechten.

25. Und ich will meinen Eifer über dich führen, den sie in ihrem Grimme an dir üben sollen: sie werden dir deine Nase und Ohren abschneiden, und was übrig bleibet, das werden sie mit dem Schwerte zerhauen: deine Söhne, und deine Töchter werden sie gefangen nehmen, und was von dir übrig bleibet, das wird durch das Feuer verzehret werden.

26. Sie werden dir deine Kleider ausziehen, und deinen herrlichen Zierath hinwegnehmen.

27. Und ich will machen, daß dein Laster von dir soll lassen, und aufhören, sammt deiner Hurerey, die du aus Aegyptenland gebracht hast: du sollst auch deine Augen nicht mehr zu ihnen aufheben, noch hinfüro an Aegypten gedenken.

28. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will dich in die Hände derjenigen übergeben, die du hassest, in die Hände derjenigen, von welchen sich deine Seele ersättiget hat.

29. Und sie werden aus Haß mit dir umgehen, und alle deine Arbeit hinwegnehmen, und dich nackend, und

13. Et vidi, quod polluta esset via una ambarum.

14. Et auxit fornicationes suas: cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus,

15. Et accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt,

16. Insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam.

17. Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis; & polluta est ab eis, & saturata est anima ejus ab illis.

18. Denudavit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore ejus.

19. Multiplicavit enim fornicationes suas recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in Ægypti.

20. Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum, & sicut fluxus equorum, fluxus eorum.

21. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto ubera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

II. 22. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos adversum te in circuitu:

23. Filios Babylonis, & universos Chaldæos, nobiles, tyrannosque & principes, omnes filios Assyriorum, juvenes forma egregia, duces, & magistratus universos, principes principum, & nominatos ascensores equorum.

24. Et venient super te instructi curru, & rota, multitudo populorum: lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te undique: & dabo coram eis judicium, & judicabunt te judiciis suis.

25. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum, & aures tuas præcident, & quæ remanserint, gladio concident: ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & novissimum tuum devorabitur igni.

26. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ.

27. Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti: nec levabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis amplius.

28. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego tradam te in manus eorum, quos odisti, in manus, de quibus satiata est anima tua.

29. Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam,

&

℣. 13. *Vidi, quod polluta esset via una ambarum.* Similiter corrupta ob similes utriusque mores.

℣. 14. *Cumque vidisset viros depictos -- insanivit.* Nam lascivæ imagines animum provocant ad lasciviam: contra piæ imagines & pudicæ ad pietatem & pudicitiam invitant. Unde in Ecclesiis arcendæ sunt imagines, in quibus Sancti, aut Sanctæ depinguntur amatorio habitu, & a cubiculis ipsis sunt amovendæ.

℣. 17. *Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum.* Amatorium. Hebr. Amorum: templa insinuat, quæ idolis construxerant: vel ad cubiculum amatorum: sic vocat delubra, ubi Judæi Idolis immolabant.

℣. 21. *Visitasti scelus adolescentiæ tuæ.* Renovasti veterem in Ægypto idololatriam tuam: vel fecisti, ut visitarem, ut punirem.

℣. 25. *Ponam zelum meum.* Pœnam ex Zelotypia ortam.

℣. 27. *Nec levabis oculos tuos ad eos* deos. Non amplius coles idola: quæ prophetia in Ecclesia impleta est.

& ignominia plenam, & revelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum, & fornicationes tuæ.

30. Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

31. In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem ejus in manu tua.

32. Hæc dicit Dominus Deus: Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum: eris in derisum, & in subsannationem, quæ est capacissima.

33. Ebrietate, & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ,

34. Et bibes illum, & epotabis usque ad fæces, & fragmenta ejus devorabis, & ubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

35. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia oblita es mei, & projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas.

36. Et ait Dominus ad me, dicens: Fili hominis, numquid judicas Oollam, & Oolibam, & annuntias eis scelera earum?

37. Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earum, & cum idolis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad devorandum.

38. Sed & hoc fecerunt mihi: polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbata mea profanaverunt.

39. Cumque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederentur sanctuarium meum in die illa, ut polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

40. Miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuntium miserant: itaque ecce, venerunt: quibus te lavisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.

41. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te, thymiama meum, & unguentum meum posuisti super eam.

42. Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum,

43. Et dixi ei, quæ attrita est in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc.

44. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oollam, & Oolibam mulieres nefarias.

45. Viri ergo justi sunt, hi judicabunt eas judicio adulterarum, & judicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum.

46. Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam.

47. Et lapidentur lapidibus populorum,

voller Schmach lassen, und die Schande deiner Unzucht, dein Laster, und deine Hurerey wird entdecket werden.

30. Solches werden sie dir darum thun, daß du den Heyden nachgehuret, und dich unter ihnen verunreiniget hast mit ihren Abgöttern.

31. Du bist auf dem Wege deiner Schwester gewandelt, darum will ich dir ihren Kelch in deine Hand geben.

32. Dieß sagt GOtt der HErr: Du sollst den tiefen, und weiten Kelch deiner Schwester trinken: und wirst zum größten Schimpf und Spott werden.

33. Du wirst trunken, und mit Schmerzen erfüllet werden: aus dem Kelche der Trübsal und Traurigkeit, aus dem Kelche deiner Schwester Samaria,

34. Denselben wirst du trinken, und aussaufen bis auf die Hefen, auch wirst du seine Brocken fressen, und deine Brüste zerreissen: denn ich habe es geredt, spricht GOtt der HErr.

35. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Dieweil du meiner vergessen hast, und mich hinter deinen Rücken geworfen, so trage nun auch dein Laster, und deine Hurerey.

36. Und der HErr redete mit mir, und sprach: Du Menschenkind, willst du nicht über Olla und Oliba das Recht sprechen, und ihnen ihre Laster anzeigen?

37. Denn sie haben Ehebruch begangen, es ist Blut in ihren Händen, und sie haben mit ihren Abgöttern Hurerey getrieben: überdas haben sie denselben ihre Kinder, die sie mir gezeuget hatten, zu fressen aufgeopfert.

38. Sie haben mir auch noch dieß gethan: mein Heiligthum haben sie an demselben Tage entweihet, und meinen Sabbath entheiliget.

39. Denn wann sie ihre Kinder ihren Abgöttern opferten, so giengen sie am selbigen Tage in mein Heiligthum, damit sie dasselbige verunreinigten: dieß haben sie auch in meinem Hause begangen.

40. Sie haben ausgeschickt zu Männern, die aus ferren Landen kamen, zu denen haben sie Bothen gesandt: und siehe, sie kamen: da hast du dich um ihrentwillen gewaschen, und deine Stirn mit Schminke * bestrichen, und dich mit Weibergeschmuck gezieret. * Aufsatz.

41. Da saßest du auf einem sehr schönen Bette, und ward ein Tisch vor dir zubereitet, darauf legtest du mein Rauchwerk, und meine köstliche Salben.

42. Da ward die Stimme des frohlockenden gemeinen Volkes in ihr gehöret: und den Männern, welche vom großen Volke herzugeführet waren, und aus der Wüste kamen, gaben sie Armgeschmeide an ihre Hände, und herrliche Kronen auf ihre Häupter,

43. Und ich sprach zu der, welche von Alters ihre Ehebrecherey getrieben hatte: Nun wird auch diese in ihrer Hurerey fortfahren.

44. Und sie giengen zu ihr hinein, wie zu einem gemeinen Weibe: also giengen sie hinein zu der Olla, und Oliba, den unfläthigen Weibern.

45. Darum werden gerechte Männer das Urtheil über sie fällen, das man über die Ehebrecherinnen fället, und über die, so Blut vergießen: denn sie sind Ehebrecherinnen, und es ist Blut in ihren Händen.

46. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Führe eine große Anzahl Volks über sie, und laß sie in ein Mordgeschrey kommen, und zum Raube werden.

47. Sie sollen vom Volke mit Steinen gesteiniget, und mit

℣. 31. *Dabo calicem ejus* mensuram supplicii *in manu tua.*

℣. 32. *Calicem sororis tuæ bibes profundum.* Pœnarum magnitudine. *Latum.* Duratione captivitatis. *Quæ es capacissima.* Quæ nunc frequentissime habitaris, jam *eris in derisum:* vel calix iste erit in derisum, quia multum vini capiet, & te inebriabit; vel ad calicem refertur, qui in Hebræo est fœminini generis; idque retinuit interpres, ut sæpe alias.

℣. 34. *Epotabis usque ad fæces, & fragmenta ejus devorabis.* Ut ebrii; vel lambes & guttulas exhausto calice: vel extrema supplicia sustinebis.

℣. 36. *Fili hominis, numquid judicas Oollam.* Q. d. nonne æquum est, ut arguas eam.

℣. 37. *Insuper & filios suos -- obtulerunt eis ad devorandum.* Filios, qui mei esse debuerunt; vel cruentas adhuc manus habent ex nece prophetarum & justorum.

℣. 38. *Polluerunt Sanctuarium meum.* Cum idolum Baal in templo posuerunt.

℣. 40. *Itaque ecce, venerunt.* Jam non Amasii, sed ut jurati hostes. *Quibus*, seu in quorum gratiam *te lavisti.*

℣. 42. *Posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas &c.* Hebr. Earum, nempe Oollæ & Oolibæ.

℣. 45. *Viri ergo justi sunt.* Ministri justitiæ meæ; vel justi videbuntur, si cum Judæis conferantur.

mit ihren Schwertern erstochen werden: ihre Söhne, und ihre Töchter werden sie erwürgen, und ihre Häuser mit Feuer verbrennen.

48. Also will ich das Laster aus dem Lande vertilgen, und alle Weiber* sollen daraus lernen, damit sie es nicht nachthun. * Städte und Länder.

49. Und sie werden eure Unthat auf euch legen, und ihr sollet die Sünde tragen, die ihr mit euren Abgöttern begangen habt: und ihr sollet wissen, daß ich GOtt der HErr bin.

Das vier und zwanzigste Capitel.

I. Ein Hafen voll Fleisch, der zum Feuer gesetzt ist, bedeutet die Belagerung und Verbrennung der Stadt Jerusalem: 3. II. GOtt verkündiget Ezechiel den Tod seines Weibes, und verbiethet ihm, dasselbige nach gemeinem Gebrauche zu bewenen; anzudeuten, daß in der gemeinen Zerstörung keiner den Tod seines Weibes, Vaters, oder Bruders, sonderlich beklagen werde. 15.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, im neunten Jahre, im zehenten Monathe, am zehenten Tage des Monaths, und sprach:

2. Du Menschenkind, schreibe dir den Namen des heutigen Tages an, denn an diesem hat sich der König von Babylon wider Jerusalem bevestiget.

3. Rede auch in Gestalt einer Gleichniß mit dem widerspenstigen Hause, und sprich zu ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Setze einen Hafen zu, ja setze ihn zu, und gieß Wasser darein.

4. Bringe die Stücke zusammen, welche darein sollen, alle gute Stücke, die Lenden und Schultern, auserwählte Stücke, die voll Beine sind.

5. Nimm das allerfeisteste unter dem Vieh dazu, lege auch einen Haufen Beine darunter: laß es sieden, bis es gahr worden ist, und seine Beine darinnen wohl gekocht sind.

6. Darum spricht dieß GOtt der HErr: Wehe der Blutstadt, dem Hafen, daran der Rost hängt, und will nicht abgehen: thue ein Stück nach dem andern heraus, es ist nicht vonnöthen, daß man das Loos darüber werfe.

7. Denn ihr Blut ist in ihr, sie hat es auf einem glatten* Felsen vergossen: und hat es nicht auf die Erde ausgegossen, daß man es im Staube verscharren möchte. * hellen.

8. Darum habe ich ihr Blut auf einen glatten Felsen fließen lassen, daß es nicht sollte bedecket werden: damit ich meinen Grimm über sie führete, Rache zu üben.

9. Derowegen sagt dieß GOtt der HErr: Wehe der Blutstadt, die ich zu einem großen Feuer machen will.

10. Trage Beine zusammen, so will ich sie mit Feuer anzünden: das Fleisch soll schwinden, und alles, was hineingelegt ist, soll versieden, und die Beine sollen verbrannt werden.

11. Setze den Hafen auch leer auf glüende Kohlen, daß er heiß, und sein Aerz glüend werde: damit seine Unreinigkeit darinn verschmelze, und sein Rost verzehret werde.

12. Man hat sich mit großer Arbeit bemühet: aber sein starker Rost ist von ihm nicht abgegangen, auch nicht durch das Feuer.

13. Deine Unsauberkeit ist abscheulich: denn ich habe dich

& confodiantur gladiis eorum: filios, & filias earum interficient, & domos earum igne succendent.

48. Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres, ne faciant secundum scelus earum.

49. Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis, quia ego Dominus Deus.

CAPUT XXIV.

I. Olla plena carnibus & igni adjecta significat Jerosolymam cum civibus obsidendam & igni absumendam: 3. II. Sub figura mortuæ uxoris Ezechielis, pro qua jussus est nullum facere luctum, significat Dominus domum Israel in exitium tradendam, filiosque ejus trucidandos, nullo sequente luctu præ animi stupore. 15.

1. Et factum est verbum Domini ad me, in anno nono†, in mense decimo, decima die mensis, dicens:

2. Fili hominis, scribe tibi nomen diei hujus, in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Jerusalem hodie.

3. Et dices per proverbium ad domum irritatricem parabolam, & loqueris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Pone ollam, pone, inquam, & mitte in eam aquam.

4. Congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena.

5. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea: efferbuit coctio ejus, & discocta sunt ossa illius in medio ejus.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Væ civitati sanguinum, ollæ, cujus rubigo in ea est, & rubigo ejus non exivit de ea: per partes & per partes suas ejice eam, non cecidit super eam sors.

7. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, ut possit operiri pulvere.

8. Ut superinducerem indignationem meam, & vindicta ulciscerer: dedi sanguinem ejus super petram limpidissimam, ne operiretur.

9. Propterea hæc dicit Dominus Deus *a*: Væ civitati sanguinum, cujus ego grandem faciem pyram. *a Nah. 3. 1. Hab. 2. 12.*

10. Congere ossa, quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur universa compositio, & ossa tabescent.

11. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat, & liquefiat æs ejus: & confletur in medio ejus inquinamentum ejus, & consumatur rubigo ejus.

12. Multo labore sudatum est: & non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem.

13. Immunditia tua execrabilis: quia munda-

re

℣. 48. *Et auferam scelus* idololatriæ, *& discent omnes mulieres*, i. urbes & provinciæ.
℣. 49. *Dabunt scelus vestrum super vos.* Pœnas idololatriæ vestræ debitas de vobis sument.

CAPUT XXIV.

℣. 1. *Factum est verbum Domini ad me in anno nono* captivitatis Jechoniæ; aliis videtur esse annum 9. Sedeciæ, biennio ante captam Jerusalem.

℣. 2. *Scribe tibi nomen diei hujus.* Nota hunc diem, quo Nabuchodonosor obsidebit Jerusalem. Tum erat Ezechiel Babylone; jubet Deus notari ipsummet diem.

℣. 3. *Pone ollam.* Parabolam hanc Propheta jubetur proponere, verbis & factis vaticinari, qua Jerusalem incendendam, cives frustatim concidendos, & concremandos declarat: quæ v. 6. & 10. exprimuntur.

℣. 4. *Congere frusta ejus.* Quæ in eam conjici debent, lectissimum quemque civem in urbe trucidandum.

℣. 5. *Compone quoque strues ossium sub ea.* In fundo ollæ pone principes. *Efferbuit.* Hebr. Ebullire fac. *Discocta sunt ossa.* Vim obsidionis insinuat, qua fortissimi quique erunt consumendi.

℣. 6. *Væ civitati sanguinum, ollæ.* Olla seu lebes Jerusalem repræsentat, quæ non potest nisi igne purgari. *Per partes & partes.* Cives omnes ejecti. *Non cecidit super eam sors.* Ut fieri solet, cum aliqui salvandi sunt: non sortito occidendi, aut ejiciendi, sed sine discrimine. *Et cunctis.* Communis venit interitus.

℣. 7. *Super limpidissimam petram effudit illum*, sc. sanguinem, q. d. non occulte sed palam peccavit; & commisit homicidia non occulta sed publica.

℣. 10. *Congere ossa*, i. principes. Hebr. multiplica ligna, succende ignem.

℣. 11. *Pone quoque eam super prunas vacuam*, sc. civitatem, quæ incendio consumetur, postquam lebetis rubigo, quæ sordes & iniquitatem civium significat, conflata fuerit.

℣. 13. *Immunditia tua execrabilis.* Adhuc hæret in te macula sceleris. *Volui.* Voluntate signi & conditionata, non absoluta. *Indignationem.* Donec exsatiavero iram pœna sumpta meam.

re te volui, & non es mundata a sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.

14. Ego Dominus locutus sum: Veniet, & faciam: non transeam, nec parcam, nec placabor: juxta vias tuas, & juxta adinventiones tuas judicabo te, dicit Dominus.

II. 15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

16. Fili hominis, ecce, ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga: & non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.

17. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est uxor mea vespere: fecique mane, sicut præceperat mihi.

19. Et dixit ad me populus: Quare non indicas nobis, quid ista significent, quæ tu facis?

20. Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens:

21. Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, & desiderabile oculorum vestrorum, & super quo pavet anima vestra, filii vestri, & filiæ vestræ, quas reliquistis, gladio cadent.

22. Et facietis, sicut feci: Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.

23. Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus: non plangetis, neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & unusquisque gemet ad fratrem suum.

24. Eritque Ezechiel vobis in portentum: juxta omnia, quæ fecit, facietis, cum venerit istud: & scietis, quia ego Dominus Deus.

25. Et tu fili hominis, ecce, in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum:

26. In die illa, cum venerit fugiens ad te, ut annuntiet tibi:

27. In die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo, qui fugit: & loqueris, & non silebis ultra: erisque eis in portentum, & scietis, quia ego Dominus.

reinigen wollen, aber du bist von deinem Unflathe nicht gereiniget worden: du wirst auch zuvor nicht rein werden, bis ich meinen Grimm ganz über dich ausgeschüttet habe.

14. Ich, der HErr, habe es geredt: Es wird kommen, und ich will es thun: ich will nicht vorübergehen, will auch nicht verschonen, noch mich versöhnen lassen: nach deinen Wegen, und nach deinen Anschlägen will ich dich richten, spricht der HErr.

II. 15. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

16. Du Menschenkind, siehe, ich will deine Augenlust durch eine Plage entziehen: du sollst aber nicht weinen, noch heulen, noch deine Thränen fließen lassen.

17. Seufze bey dir, und schweige, du sollst keine Klage führen, wie man über die Todten macht: deine Haube sollst du dir umbinden, deine Schuhe sollen an deinen Füßen seyn, deinen Mund sollst du mit einem Gewand nicht verhüllen, noch der Trauernden Speise essen.

18. Also redete ich des Morgens zu dem Volke, und auf den Abend starb mein Weib: und ich that am folgenden Morgen, wie mir der HErr befohlen hatte.

19. Da sprach das Volk zu mir: Warum zeigest du uns nicht an, was das bedeute, das du thust?

20. Und ich sprach zu ihnen: Es ist des HErrn Wort zu mir geschehen, und er hat gesagt:

21. Sprich zum Hause Israel: Dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will mein Heiligthum entheiligen, den Pracht eurer Herrschaft, und die Lust eurer Augen, das über eure Seele in der Furcht stehet, eure Söhne, und eure Töchter, die ihr verlassen habt, sollen durch das Schwert fallen.

22. Und ihr werdet thun, wie ich gethan habe: Euren Mund werdet ihr mit eurem Gewand nicht verhüllen, noch Speise der Trauernden essen.

23. Ihr werdet Kronen auf euren Häuptern haben, und Schuhe an euren Füßen: ihr werdet weder heulen, noch weinen, sondern in euren Sünden verschmachten, und ein jeglicher wird gegen seinen Bruder seufzen.

24. Und Ezechiel wird euch zum Wunder seyn: nach allem, was er gethan hat, werdet ihr auch thun, wann es nun kommen wird: und ihr sollt wissen, daß ich GOtt der HErr bin.

25. Und du Menschenkind, siehe, an dem Tage, wann ich ihre Macht, und die Freude ihrer Herrlichkeit, und die Lust ihrer Augen, darauf ihr Herz ruhet, sammt ihren Söhnen und Töchtern, von ihnen hinnehmen werde:

26. An dem Tage, wann einer, der entflohen ist, zu dir kommen wird, daß er dir die Zeitung bringe:

27. An demselbigen Tage, sage ich, wird sich dein Mund aufthun mit dem, der entronnen ist: und du wirst alsdann reden, und nicht länger schweigen: wirst ihnen also zum Wunder seyn, und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

CAPUT XXV.

I. Regionibus Ammon, & Moab: 1. *II. Idumææ & Palæstinæ minatur Dominus exitium: eo quod filios Israel afflixerint, & de ipsorum afflictione exultaverint.* 12.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis.

3. Et dices filiis Ammon *a*: Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod dixisti: Euge, euge super sanctuarium

a Jer. 27. & 48. & 49.

Das fünf und zwanzigste Capitel.

I. Den Ammonitern, Moabitern: 1. II. Idumäern und Philisthäern wird ihr Verderben vorgesagt: weil sie sich über die Zerstörung Jerusalem erfreuet haben. 12.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, richte dein Angesicht wider die Kinder Ammon, und weißage von ihnen.

3. Und sprich zu den Kindern Ammon: Höret GOttes des HErrn Wort: Dieß sagt GOtt der HErr: Darum, daß du über mein Heiligthum gesagt hast*: Wohlauf,

* frohlockend

¥. 16. *Ecce, ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum.* Rem charissimam sc. uxorem. *In plaga.* Subito interitu. *Non planges.* Ne plangas.

¥. 17. *Ingemisce tacens.* Ut nemo te audiat. *Corona tua.* Fasciam intelligit, qua Sacerdotes tiaram sacerdotalem ligabant; vel cæsaream ne tondeat, prohibetur. *Nec amictu ora velabis.* Nec veste teges, ut pullari homines faciunt: hæc est alia parabola, qua significat tantam omnium fore perturbationem, ut nec suæ uxoris quisquam interitum lugeat.

¥. 21. *Polluam.* i. profanabo per Chaldæos templum meum. *Superbiam imperii vestri.* Superbum ac gloriosum imperium.

¥. 24. *Eritque Ezechiel vobis in portentum.* Chald. Signum, sc. futurorum. Adeo ingens futura est clades, urbis incendium & templi, ut ad ea, quæ sibi sunt propria, homines animum non attendant.

¥. 25. *Fortitudo* Judæorum vocatur templum, quod munitissimum esset, tum situ loci, tum protectione Dei. Item *gaudium dignitatis.* Eoquod pulchritudine & ornatu omnes recrearet.

CAPUT XXV.

¥. 3. *Pro eo, quod dixisti: Euge, euge.* Hinc liquet, quam grave sit peccatum lætari de malis alienis, vel ex vindictæ cupiditate, vel ex malevolentia: cum vero in Scriptura dicitur justus lætari, cum viderit vindictam, commendatur ordo divinæ justitiæ, quæ non petitur, ut impietas maneat impunita.

auf, wohlauf, es ist entheiliget; und über das Land Israel: es ist verwüstet; und über das Haus Juda: sie sind gefänglich hinweggeführet:

4. Darum will ich dich den Kindern gegen Aufgang zum Erbtheile übergeben, und sie sollen ihre Viehställe in dir bauen, und ihre Hütten in dir aufrichten; sie sollen deine Frucht essen, und deine Milch trinken.

5. Und ich will Rabbath zu einer Wohnung der Cameelthiere machen, und die Kinder Ammon zum Viehstall: und ihr sollt wissen, daß ich der HErr bin.

6. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Darum, daß du die Hände zusammengeschlagen, und mit den Füßen gestampft, und über das Land Israel von ganzem Herzen dich erfreuet hast:

7. Darum siehe, so will ich meine Hand über dich ausstrecken, und dich den Heyden zum Raube übergeben, ich will dich unter den Völkern hinwegräumen, und aus den Landen vertilgen, und aufreiben: und du sollst wissen, daß ich der HErr bin.

8. Dieß sagt GOtt der HErr: Dieweil Moab und Seir gesagt haben: Siehe, das Haus Juda ist wie alle Heyden:

9. Darum siehe, ich will den Städten Moab die Schultern eröffnen, von seinen Städten, sprich ich, und von seinen Gränzen will ich die herrlichen Städte des Landes, Bethiesimoth, und Beelmeon, und Cariathaim,

10. Den Kindern gegen Aufgang, sammt den Kindern Ammon, und will sie zum Erbtheile übergeben: daß man der Kinder Ammon unter den Heyden nicht mehr gedenken soll.

11. Ich will auch über Moab Gericht halten; und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

II. 12. Dieß sagt GOtt der HErr: Darum, daß Edom Rache geübet, und sich an den Kindern Juda gerochen hat, und sich so hoch versündiget, und rachgierig über sie gewesen;

13. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Ich will meine Hand ausstrecken über das Land Edom, und beydes, Menschen und Vieh, daraus hinwegnehmen, und will es wüste machen von Mittag an: und die zu Dedan wohnen, sollen durch das Schwert fallen.

14. Und ich will meine Rache über das Land Edom gehen lassen, durch die Hand meines Volkes Israel: die sollen nach meinem Zorne, und nach meinem Grimm in Edom verfahren: und sie werden meine Rache erkennen, spricht GOtt der HErr.

15. Dieß sagt GOtt der HErr: Darum, daß die Philisthäer Rache geübet, und sich von ganzem Herzen mit Würgen gerochen, und also ihren alten Haß gebüßet haben:

16. So sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will meine Hand über die Philisthäer ausstrecken, und die Erwürger tödten, und die übrigen in dem Lande an dem Meere vertilgen:

17. Will also große Rache an ihnen üben, und sie in meinem Grimme strafen: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin, wann ich meine Rache über sie habe gehen lassen.

Das sechs und zwanzigste Capitel.

Weißagung von der weitberühmten Stadt Tyro, weil sie über die Verwüstung Jerusalem gleichsam frohlocket.

1. Und es begab sich im eilften Jahre, an dem ersten Tage des Monaths, daß des HErrn Wort zu mir geschah, und sprach:

meum, quia pollutum est; & super terram Israel: quoniam desolata est; & super domum Juda: quoniam ducti sunt in captivitatem:

4. Idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum.

5. Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum: & scietis, quia ego Dominus.

6. Quia hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod plausisti manu, & percussisti pede, & gavisa es ex toto affectu super terram Israel:

7. Idcirco ecce, ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram: & scies, quia ego Dominus.

8. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod dixerunt Moab, & Seir: Ecce, sicut omnes gentes, domus Juda:

9. Idcirco ecce, ego aperiam humerum Moab de civitatibus, de civitatibus, inquam, ejus, & de finibus ejus inclytas terræ Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim,

10. Filiis orientis cum filiis Ammon, & dabo eam in hæreditatem: ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus.

11. Et in Moab faciam judicia: & scient, quia ego Dominus.

II. 12. Hæc dicit † Dominus Deus: Pro eo, quod fecit Idumæa ultionem, ut se vindicaret de filiis Juda, peccavitque delinquens, & vindictam expetivit de eis; † *Anno M.* 3417. *Ante Christi* 587. *v. Jer.* 49. 7.

13. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem, & jumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent.

14. Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: & facient in Edom juxta iram meam, & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod fecerunt Palæstini vindictam, & ulti se sunt toto animo, interficientes, & implentes inimicitias veteres:

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis:

17. Faciamque in eis ultiones magnas arguens in furore: & scient, quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

CAPUT XXVI.

Tyri inclytæ urbis prædicit Dominus eversionem, eo quod super vastatione Jerusalem exultaverit.

1. Et factum est in undecimo anno †, prima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens: † *Mundi* 3416.

2. Fili

℣. 4. *Tradam te filiis orientalibus.* Vel Chaldæis, vel Arabibus, qui greges suos & camelos secum agebant.

℣. 5. *Daboque Rabbath in habitaculum camelorum.* Rabbath postea Philadelphia est nuncupata a rege Ægypti Ptolemæo Philadelpho, erat urbs præcipua Ammonitarum. *Et scietis, quia ego Dominus: quia ad ultimum cognoscetur Dominus judicia faciens, qui nunc ignoratur injuriam patiens:* ait S. Bern.

℣. 9. *Ego aperiam humerum Moab.* Aditum faciam ad munitiora loca, ut hostibus pateant.

℣. 12. *Pro eo, quod fecit Idumæa ultionem.* Nam Idumæi fugientes Judæos occidebant, ex Abdia propheta. c. 1. v. 14.

℣. 13. *Et faciam eam desertam ab Austro.* Hebr. *Theman*, eadem vox *Austrum* significat, *a Theman*, quæ est in Idumæa ad Austrum, usque ad Dedan; sic tota Idumæa vastanda. Theman erat urbs principalis Ammonitarum.

℣. 14. *Et dabo ultionem - per manum populi mei Israel.* Forsan per Machabæos.

CAPUT XXVI.

℣. 1. *Et factum est in undecimo anno.* Capti Jechoniæ. *Prima mensis.* I. prima die primi mensis. Aut ut Rabbi David legit: prima die mensis quinti.

2. Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Jerusalem: Euge, confractæ sunt portæ populorum, conversa est ad me: implebor, deserta est.

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

4. Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres ejus: & radam pulverem ejus de ea, & dabo eam in limpidissimam petram.

5. Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem gentibus.

6. Filiæ quoque ejus, quæ sunt in agro, gladio interficientur: & scient, quia ego Dominus.

7. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno.

8. Filias tuas, quæ sunt in agro, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & elevabit contra te clypeum.

9. Et vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua.

10. Inundatione equorum ejus operiet te pulvis eorum: a sonitu equitum, & rotarum, & curruum movebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas, quasi per introitum urbis dissipatæ.

11. Ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent.

12. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subvertent: & lapides tuos, & ligna tua, & pulverem tuum in medio aquarum ponent.

a Jer. 7. 34. 13. Et *a* quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, & sonitus citharārum tuarum non audietur amplius.

14. Et dabo te in limpidissimam petram: siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis ultra: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Numquid non a sonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint, in medio tui commovebuntur insulæ?

16. Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuvias suas, & vestimenta sua varia abjicient, & induentur stupore: in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.

2. Du Menschenkind, dieweil Tyrus von Jerusalem gesagt hat: Wohlauf, die Thore der Völker sind zerbrochen, sie hat sich zu mir gewendet: ich werde erfüllet werden, denn sie ist verwüstet.

3. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will über dich her, Tyrus, und will machen, daß viele Völker zu dir heraufkommen sollen, gleichwie sich das Meer mit Wellen erhebt.

4. Und sie werden die Mauren Tyri niederreissen, und ihre Thürne zerstören: ich will ihren Staub von ihr hinweg fegen, und will sie zum glatten Felsen machen.

5. Sie soll mitten im Meere seyn, wie ein Ort, darauf man die Fischgarne trocknet: denn ich habe es geredt, spricht GOtt der HErr: und sie soll den Heyden zum Raube werden.

6. Es sollen auch ihre Töchter, welche auf dem Felde liegen, mit dem Schwerte erwürget werden: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

7. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will Nabuchodonosor, den König von Babylon, den König der Könige, von Mitternacht über Tyrum bringen, mit Rossen und Wagen, und Reitern, und mit einem großen Haufen Volks.

8. Deine Töchter, die auf dem Felde liegen, wird er mit dem Schwerte erwürgen: und er wird dich mit Bestungen umgeben, und rings herum einen Wall aufwerfen: und den Schild wider dich aufheben.

9. Und er wird die Geräthschaft zum Sturme, und Böcke auf deine Mauren richten, und deine Thürne mit seiner Kriegsrüstung zerstören.

10. Wann seine Rosse wie eine Wasserfluth heraufkommen, so wird dich ihr Staub bedecken: von dem Getümmel seiner Reiter, Räder, und Wagen, werden sich deine Mauren bewegen, wann er durch deine Thore, gleichwie durch einen Eingang einer zerbrochenen Stadt, hineinziehen wird.

11. Alle deine Straßen wird er mit den Hufen seiner Rosse zertretten: dein Volk wird er mit dem Schwerte erschlagen, und deine köstlichen Säulen werden zu Boden fallen.

12. Sie werden deine Reichthümer zur Beute hinwegnehmen, und deine Kaufmannsgüter zum Raube machen: deine Mauren werden sie zerstören, und deine ansehnlichen Häuser niederreissen: deine Steine, und dein Holz, und deinen Staub werden sie mitten in das Wasser hineinwerfen.

13. Und ich will deine vielfältigen Gesänge schweigen machen, und man soll den Klang deiner Harpfen nicht mehr hören.

14. Ich will dich zum bloßen Felsen machen: du sollst ein Ort seyn, da man die Fischgarne zum Trocknen aufhängt, sollst auch nicht wieder gebauet werden: denn ich habe es geredt, spricht GOtt der HErr.

15. Dieß sagt der HErr der Stadt Tyro: Werden sich die Inseln nicht bewegen vom Geläute * deines Falles, und vom Seufzen deiner Erschlagenen, wann man sie in dir erwürgen wird? * Knall

16. Es werden sich alle Fürsten am Meere von ihren Stühlen herunter begeben: sie werden ihre köstlichen Mäntel hinwegschaffen, und ihre bunten Kleider ablegen, und Schrecken anlegen: auf der Erde werden sie sitzen, und sich über deinen plötzlichen Fall mit Verwunderung entsetzen.

17. Sie

℣. 2. *Euge, confractæ sunt portæ populorum.* Portæ Jerusalem, ad quas populi multi confluebant. *Conversa est ad me.* Illa populi frequentia & negotiatio. *Implebor.* Ejus opibus.

℣. 3. *Propterea hæc dicit Dominus.* Præter literalem, allegoricum etiam sensum de civitate diaboli destruenda intelligere debemus, cum in perpetuum destruendam Tyrum dicat, quæ postea tamen est reædificata, cum Isaiæ, cap. 23. 15. de ea dictum sit: *In oblivione eris, o Tyre, septuaginta annis.* Iisdem verbis utitur Joannes in Apocalypsi adversus Babylonem spiritalem; ac postremo, quæ in sequentibus adversus principem Tyri subjiciuntur, proprie ad principem tenebrarum pertinent. Sed juxta Hieron. licet civitas ipsa iterum ædificata fuerit, summo tamen imperio omnino excidit: nam Chaldæis, Græcis, & Romanis subjecta fuit.

℣. 4. *Radam pulverem ejus.* Est Hyperbole: Omnia ei auferam.

℣. 5. *Siccatio sagenarum erit* ipsa *in medio maris.* q. d. expandentur in ea retia ad solem, ut solet fieri in deserto loco.

℣. 6. *Filiæ quoque ejus,* oppida ei subjecta, *gladio interficientur.*

℣. 9. *Et vineas & arietes.* Vineæ erant magni corbes ex viminibus contexti, quibus obsidentes se tegebant, ut tuti ad muros accederent. Arietes erant trabes ferro munitæ, quæ muris impactæ eos quatiebant.

℣. 14. *Nec ædificaberis ultra.* Potest intelligi, nisi post longum temporis spatium, nec forte eodem in loco. Vox Hebræa *Hod*, הוד, uti & Græca, ex Hieronymo unum significat sæculum, αἰὼν, id est, humanæ temporis ætatis.

17. Sie werden auch eine Wehklage über dich führen, und zu dir sagen: Wie bist du zu Grund gegangen, du hochberühmte Stadt, die du am Meere deine Wohnung hattest, und mächtig warest auf dem Meere, mit deinen Inwohnern, für welchen sich jedermann hat fürchten müssen?

18. Die Schiffe werden sich jetzt entsetzen am Tage deines Schreckens: und die Inseln im Meere werden in Furcht stehen, darum, daß niemand von dir herauskömmt.

19. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Wann ich dich zu einer wüsten Stadt machen werde, den Städten gleich, darinn niemand wohnet: und den Abgrund über dich führen, daß viel Wasser dich überdecken:

20. Und wann ich dich werde herunterreissen, mit denen, welche in die Grube fahren, zu dem Volke, das ewiglich da bleibet, und dich zum tiefsten in die Erde hineinsetzen, und dich machen wie die ewigen Wüsten, mit denen, die zur Grube gebracht werden, damit niemand in dir wohne: endlich, wann ich die Herrlichkeit in das Land der Lebendigen bringen werde,

21. Alsdann will ich dich zu nichts machen, und du sollst nicht mehr vorhanden seyn, und wann man hinfüro nach dir fragen wird, so soll man dich in Ewigkeit nicht finden, spricht GOtt der HErr.

Das sieben und zwanzigste Capitel.

1. Andere Weißagung wider Tyrum, daß diese fürtreffliche reiche Handelsstadt, von wegen ihres Hochmuths: 1. II. Soll jämmerlich zerstöret werden. 26.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Derowegen führe eine Wehklage über Tyrum, du Menschenkind,

3. Und sprich zu Tyro, welche an der Einfahrt des Meeres ihre Wohnung hat, und ist zur Handlung der Völker auf vielen Inseln wohl gelegen: Dieß sagt GOtt der HErr: O Tyre, du hast gesagt; Ich bin an Schönheit vollkommen,

4. Ich bin im Herzen des Meeres gelegen. Deine Benachbarten, von welchen du erbauet bist, haben dich zum allerherrlichsten gezieret:

5. Sie haben dich aus Tannenbäumen von Sanir gebauet, mit allem Tafelwerk, das über Meer kömmt: die Cedern haben sie vom Libano genommen, Mastbäume für dich daraus zu machen.

6. Sie haben deine Ruder von Eichen aus Basan zugerichtet: deine Schiffbänke haben sie dir von Helfenbein aus India gemacht, und die Gemächlein aus den Inseln Italiä.

7. Die köstliche Leinwand aus Aegypten hat man gestickt, und dir zum Seegel gemacht, dasselbige an Mastbaum zu hängen: deine Decke ist von himmelblauer Seide und Purpur, aus den Inseln Elisa, gemacht.

8. Die Inwohner zu Sidon, und Arad waren deine Ruderknechte: deine Weisen, o Tyre, wurden deine Schiffherren.

9. Die Aeltesten von Gibli, und ihre Verständigen gaben Schiffleute zum Dienste deiner mannigfaltigen Geräthschaft: alle Schiffe auf dem Meere, und ihre Schiffleute waren da, deine Kaufmannschaft zu befördern.

17. Et assumentes super te lamentum, dicent tibi: Quomodo periisti, quæ habitas in mari, urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari, cum habitatoribus tuis, quos formidabant universi?

18. Nunc stupebunt naves in die pavoris tui: & turbabuntur insulæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te.

19. Quia hæc dicit Dominus Deus: Cum dedero te urbem desolatam, sicut civitates, quæ non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ:

20. Et detraxero te, cum his, quis descendunt in lacum, ad populum sempiternum, & collocavero te in terra novissima, sicut solitudines veteres, cum his, qui deducuntur in lacum, ut non habiteris: porro cum dedero gloriam in terra viventium,

21. In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non invenieris ultra in sempiternum, dicit Dominus Deus.

CAPUT XXVII.

1. Tyri urbis opulentissimæ superbia & merces, quæ a quaque regione ad eam deferri solebant: 1. II. Ruina ejus prædicitur. 26.

1. Et factum est † verbum Domini ad me, dicens: † *Eodem Anno M. 3416. Ante Chr. 588.*

2. Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum lamentum,

3. Et dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas: Hæc dicit Dominus Deus: O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum,

4. Et in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificaverunt, impleverunt decorem tuum:

5. Abietibus de Sanir extruxerunt te, cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, ut facerent tibi malum.

6. Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos: & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ.

7. Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, ut poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum.

8. Habitatores Sidonis, & Aradii fuerunt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui.

9. Senes Gibli, & prudentes ejus habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ: omnes naves maris, & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ.

¥. 19 *Cum adduxero super te abyssum.* Hebr. voraginem. Chald. exercitum. *Et operuerint te aquæ multæ.* i. calamitates & milites. Chald. populi.

¥. 20. *Qui descendunt ad populum sempiternum.* Planissime ad damnatos, vel ad eos, qui mortui sunt a multis sæculis in perpetuum, seu ad extremum mundi finem. *In terra novissima.* In sepulchro. *In terra viventium.* Cum gloriam meam restituero in Judæa, ubi Deus verus colitur.

CAPUT XXVII.

¥. 3. *Et dices Tyro.* Notat superbiam Tyri. *Ad insulas multas.* Quæ cum populis negotiatur usque ad insulas remotissimas. Hieron. Habitat igitur Tyrus in introitu maris; vel quod prius insula fuit, vel quod portu tutissimo de alto venientes recipit naves.

¥. 5. *Abietibus de Sanir,* seu *Hermon.* Sub figura navis Tyrum describit. *Cum omnibus tabulatis maris.* Hebr. *Omnes tuas tabulas.* Utrumque ordinem tabularum, ut fit in navibus: omnes domorum tuarum tabulæ erant ex abiete. *Ut facerent tibi malum.* Hieron. Loquitur quasi ad navem πρεπτικῶς, urbis significans pulchritudinem, & rerum omnium abundantiam.

¥. 6. *Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos.* Basan regio erat in tribu Manasse. *Prætoriola.* Cellulæ navis. 70. *domos sylvestres* vertunt. *De Insulis Italiæ.* De transmarinis regionibus agere videtur.

¥. 7. *Hyacinthus & purpura de insulis Elisa.* Græcia, alii Italiam vertunt. Hieron. Jonii maris sic appellant insulas. *Texta est tibi in velum.* Aulæa.

¥. 8. *Habitatores Sidonis & Aradii fuerunt remiges tui.* Aradus Insula Tyri vicina. Sidonii & Aradii olim tibi pares, jam tui remiges sunt & servi. Sic dicta est a nono filio Chanaan.

¥. 9. *Senes Giblii - habuerunt nautas.* Hebr. *Gebal.* Gebal urbs erat Phœniciæ: hujus incolæ erant periti fabri lignarii.

10. Perſæ, & Lydii, & Libyes erant in exercitu tuo: viri bellatores tui, clypeum, & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo.

11. Filii Aradii cum exercitu tuo erant ſuper muros tuos in circuitu: ſed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum: ipſi compleverunt pulchritudinem tuam.

12. Carthaginenſes negotiatores tui, a multitudine cunctarum divitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumboque repleverunt nundinas tuas.

13. Græcia, Thubal, & Moſoch, ipſi inſtitores tui: mancipia, & vaſa ærea advexerunt populo tuo.

14. De domo Thogorma equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.

15. Filii Dedan negotiatores tui: inſulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos, & hebeninos commutaverunt in pretio tuo.

16. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & ſcutulata, & byſſum, & ſericum, & chodchod propoſuerunt in mercatu tuo.

17. Juda & terra Iſrael ipſi inſtitores tui in frumento primo, balſamum, & mel, & oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis.

18. Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diverſarum opum, in vino pingui in lanis coloris optimi.

19. Dan, & Græcia, & Moſel in nundinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactum: ſtacte, & calamus in negotiatione tua.

20. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum.

21. Arabia, & univerſi principes Cedar, ipſi negotiatores manus tuæ: cum agnis & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui.

22. Venditores Saba, & Reema, ipſi negotiatores tui: cum univerſis primis aromatibus, & lapide pretioſo, & auro, quod propoſuerunt in mercatu tuo.

23. Haran, & Chene, & Eden, negotiatores tui: Saba, Aſſur, & Chelmad, venditores tui.

24. Ipſi negotiatores tui multifariam involucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumque pretioſarum, quæ obvolutæ, & aſtrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis.

25. Naves maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris.

II. 26. In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auſter contrivit te in corde maris.

27. Divitiæ tuæ, & theſauri tui, & multiplex inſtrumentum tuum, nautæ tui & guber-

10. Die aus Perſia, Lydia und Lybia, waren in deinem Heere: ſie waren deine Kriegsleute, und hiengen ihre Schilde und Helm in dir auf, dich zu zieren.

11. Die Kinder von Arad waren mit deinem Heere auf deinen Mauren rings herum: die Wächter, welche auf deinen Thürnen waren, hiengen ihre Pfeilköcher an deine Mauren rings umher: dieſe machten deine Schönheit vollkommen.

12. Deine Kaufleute von Carthago brachten allerhand große Reichthümer an Silber, Eiſen, Zinn, und Bley, damit ſie deine Märkte erfüllten.

13. Griechenland, Thubal, und Moſoch waren deine Krämer: leibeigene Leute, und ährine Geſchirre führeten ſie zu deinem Volke.

14. Vom Hauſe Thogorma haben ſie Roſſe, und Reiter, und Maulthiere zu dir auf den Markt gebracht.

15. Die Kinder Dedan waren deine Handelsleute: und du haſt mit vielen Inſeln deine Handthierung getrieben: die dir Helfenbein und Ebenholz für dein Geld überlaſſen haben.

16. Die Kaufleute aus Syrien haben dir deine vielfältige Arbeit abgehandelt, und haben Perlen und Purpur, und geſtickte Werke, und köſtliche Leinwand, und Seide, und Edelgeſteine auf deinen Markt gebracht.

17. Juda, und das Land Iſrael ſind deine Kaufleute geweſen, haben gut Getraid, Balſam, und Hönig, und Oel, und Maſtix auf deinem Markte aufgeſetzt.

18. Die von Damaſco haben mit dir Gewerbe getrieben gegen deine vielfältige Handarbeit, und gegen die Menge deiner Reichthümer, mit gutem Wein und Wolle von der beſten Farbe.

19. Dan, und Griechenland, und Moſel haben geſchmiedet Eiſen auf deinen Märkten feil gehabt: deine Handthierung war auch mit Myrrhentropfen und Calmus.

20. Dedan hat bey dir mit Teppichen gehandelt, darauf man ſitzt.

21. Arabia, und alle Fürſten von Cedar handelten auch mit dir: ſie kamen zu dir, und handelten mit Schafen, und Widdern, und Böcken.

22. Die Kaufleute von Saba und Reema waren deine Gewerbsleute: mit allerhand köſtlichem Gewürze und Edelgeſteine, und Gold, das ſie auf deinen Mark brachten.

23. Haran, und Chene, und Eden waren deine Kaufleute: auch verkauften dir ihre Waaren, Saba, Aſſur, und Chelmad.

24. Dieſe waren deine Kaufleute, welche mit vielerley Waaren handelten, mit eingewickelter himmelblauer Seide, und geſticktem Gewande, mit köſtlichen Gütern, die eingepackt, und mit Seilen gebunden waren: und hatten auch Cederbäume in deiner Handthierung.

25. Aber die Schiffe auf dem Meere hatten den Vorzug in deiner Handlung: und du biſt mitten im Meere erfüllet, und überaus herrlich worden.

II. 26. Deine Ruderknechte haben dich auf große Waſſer gebracht: ein Südwind hat dich mitten auf dem Meere zerſtoßen.

27. Deine Reichthümer, und deine Schätze, und deine vielfältige Geräthſchaft, deine Schiffleute, und Schiffherren,

---

℣. 11. *Pygmæi.* 70. cuſtodes.

℣. 12. *Carthaginenſes.* Hebr. *Tharſis negotiatrix tua. A multitudine.* Præ multitudine divitiarum.

℣. 13. *Græcia.* Hebr. *Javan*, יון, ſeu Jonia. *Thubal.* Hiſpani. *Moſoch.* Cappadocum metropolis ab Auguſto *Cæſarea* dicta. Hieron. *Quæ usque hodie Mazaa dicitur*, a filio Japheth, uti & Thubal.

℣. 14. *De domo Thogorma.* Vatabl. Germanos, alii ut Hieron. Phrygiam interpretantur.

℣. 15. *Filii Dedan negotiatores tui.* ſc. Idumæi, ex cap. ſuperiori. *Dentes hebeninos.* Fruſta ligni pretioſi, quale eſt hebenum.

℣. 16. *Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum.* Ut emerent, quæ apud te fiebant. *Scutulata.* Veſtes acu pictas. *Chodchod*, Hebr. כדכוד, veſtes ſunt quælibet pretioſæ. Hieronym. alibi Jaſpidem vertit.

℣. 17. *Juda & terra Iſrael ipſi inſtitores tui in frumento primo.* Frumenta expoſuerunt in nundinis tuis, Hebraiſmus.

℣. 19. *Dan, & Græcia, & Moſel.* Urbs in finibus Iſrael ad Aquilonem, uti & Dan. *Propoſuerunt ferrum fabrefactum.* In laminas ductum vel chalybem. *Stacte.* Genus Myrrhæ. *Et calamus.* Aromaticus.

℣. 20. *Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum.* Chald. ad ornandos equos.

℣. 22. *Venditores Saba.* Saba eſt in Arabia felici.

23. *Haran - Aſſur & Chelmad venditores tui.* Chene Parthorum. *Chelmad.* Medorum provincia. *Eden.* In Babylonia, ad confluentem Tygris & Euphratis, ubi paradiſus terreſtris juxta Huetium.

℣. 25. *Naves maris.* Hebr. Tharſis. *Principes tui,* ſeu præcipuæ ſunt *in negotiatione tua.* Hieron. „Primum „eſt crimen Tyri, ſi quid videtur habere boni, non Dei putare, ſed ſuum, & omnem pulchritudinem, quæ illi „de diverſis venit regionibus, propriæ æſtimare diligentiæ & virtutis. Et infra: Nihil tibi defuit, quod ad divi„tias pertinet inſularum. Quæ tamen glorificatio fuit aggravatio poſſidentis, dum non potes moderate ferre divitias.

℣. 26. *Ventus auſter contrivit te.* i. conteret te. Hebr. Ventus orientalis, qui omnia exurit. Subintelligitur Nabuchodonoſor, qui ab excidio Jeroſolymæ ad Auſtrum ſitæ, Tyrum venit.

herren, und die deine Geräthschaft in Bewahrsam hielten, und deinem Volke vorstunden: ingleichen deine Kriegsleute, die in dir waren, mit deinem ganzen gemeinen Haufen, der in dir war, sollen am Tage deines Untergangs mitten auf dem Meere umkommen.

28. Die Schiffe werden sich entsetzen vor dem lauten Geschrey deiner Schiffherren:

29. Und alle, die das Ruder hielten, werden aus ihren Schiffen treten: die Schiffleute, sammt allen Schiffherren auf dem Meere, werden auf dem Lande stehen:

30. Und mit großer Stimme über dich heulen, und bitterlich schreyen: sie werden Staub auf ihr Haupt werfen, und sich mit Asche bestreuen.

31. Sie werden sich über dich kahl scheeren lassen, und sich mit härinen Kleidern umgürten: sie werden dich in Bitterkeit ihres Herzens sehr kläglich beweinen.

32. Und sie werden ein Trauerlied über dich machen, und dich beklagen: Welche Stadt ist, wie Tyrus, die mitten im Meere verstummet ist?

33. Die du mit Ausschickung deiner Waaren über Meer viele Völker erfüllet: und durch deine, und deiner Völker große Güter, die Könige auf Erden bereichert hast.

34. Nun aber bist du vom Meere zerstoßen, dein Reichthum, und all dein Volk, so in dir war, ist in den tiefen Grund des Wassers versunken.

35. Alle, die in den Inseln wohnen, haben sich über dich entsetzt: und alle ihre Könige sind durch das Ungewitter bestürzt worden, und haben ihr Angesicht verändert.

36. Die Kaufleute unter den Völkern pfeifen über dich: du bist zu nichts worden, und wirst in Ewigkeit nicht aufkommen.

Das acht und zwanzigste Capitel.

1. Weißagung abermal wider Tyrum, und ihrem Könige, dessen Hochmuth, Pracht, Fall und Untergang beschrieben wird: 1. 11. Daß Sidon mit Schwert und Pestilenz soll heimgesucht; aber die Juden aus der Gefangniß in ihr Land, in Wohlstand, und Sicherheit gesetzt werden. 20.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, sage dem Fürsten zu Tyro: Dieß sagt GOtt der HErr: Darum, daß dein Herz sich erhoben, und du gesagt hast: Ich bin GOtt, und sitze auf dem Throne GOttes, im Herzen des Meeres: da du doch ein Mensch, und nicht GOtt bist, und hast dein Herz gestellt als GOttes Herz.

3. Siehe, du bist weiser, als Daniel: und ist kein Geheimniß vor dir verborgen.

4. Durch deine Weisheit und Vorsichtigkeit hast du dir Stärke zuwege gebracht: Gold und Silber in deine Schätze gesammelt.

5. Durch die Menge deiner Weisheit, und durch deine Gewerbschaft bist du sehr mächtig worden: und dein Herz hat sich erhoben in deiner Stärke.

6. Derowegen sagt dieß GOtt der HErr: Dieweil sich dein Herz erhoben hat, wie das Herz GOttes:

7. Siehe, darum will ich fremde Leute über dich bringen, die allerstärksten unter den Heyden: und sie werden ihre Schwerter ausziehen über deine schöne Weisheit, und deine Zierde verunreinigen.

8. Sie werden dich erwürgen, und herunterreissen: und du wirst mitten im Meere sterben, wie die Erschlagenen zu Grund gehen.

9. Wirst du alsdann diese Rede führen, und sagen vor denen, die dich erwürgen: Ich bin GOtt, da du doch nicht GOtt bist, sondern ein Mensch, in den Händen derjenigen, die dich tödten?

natores tui, qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui, qui erant in te cum universa multitudine tua, quæ est in medio tui, cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.

28. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes:

29. Et descendent de navibus suis omnes, qui tenebant remum: nautæ, & universi gubernatores maris in terra stabunt:

30. Et ejulabunt super te voce magna, & clamabunt amare: & superjacient pulverem capitibus suis, & cinere conspergentur.

31. Et radent super te calvitium, & accingentur ciliciis: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.

32. Et assument super te carmen lugubre, & plangent te: Quæ est, ut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?

33. Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine divitiarum tuarum, & populorum tuorum ditasti reges terræ.

34. Nunc contrita es a mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt.

35. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te: & reges earum omnes tempestate perculsi mutaverunt vultus.

36. Negotiatores populorum sibilaverunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris usque in perpetuum.

CAPUT XXVIII.

1. Regis Tyri (allegorice Luciferi) gloria, exultatio, nimia superbia & iniquitates, ac ruina: 1. II. Similiter & vastatio Sidonis, ac reductio filiorum Israel in terram suam, vastatis ipsorum inimicis. 20.

1. Et factus est † sermo Domini ad me, dicens: † *Eodem An. 3416.*

2. Fili hominis, dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus: Eo quod elevatum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cum sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.

3. Ecce, sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum a te.

4. In sapientia, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis.

5. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & elevatum est cor tuum in robore tuo.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quod elevatum est cor tuum, quasi cor Dei:

7. Idcirco ecce, ego adducam super te alienos, robustissimos gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum.

8. Interficient, & detrahent te: & morieris in interitu occisorum in corde maris.

9. Numquid dicens loqueris: Deus ego sum, coram interficientibus te, cum sis homo, & non Deus, in manu occidentium te?

10. Morte

† 33. *In exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos.* Vectigalibus.
† 35. *Reges omnes tempestate.* i. calamitate *perculsi.*
† 36. *Et non eris usque in perpetuum.* In pristinum splendorem non restitueris. Nam ex Isaia post 70. annos erat instauranda.

CAPUT XXVIII.

† 2. *Dixisti.* Tu princeps Tyri. *Deus ego sum.* Velut Deus. Allegorice sub principe Tyri intelligitur Lucifer, cujus superbiam rex Tyri imitatus est.
† 3. *Ecce sapientior es tu Daniele.* Sept. Numquid tu es sapientior Daniele? ex quo liquet sapientiam Danielis jam tum fuisse celebratam in Chaldæa; vel etiam si esses sapientior Daniele. *Omne secretum.* An nosti omne secretum?

10. Morte incircumciſorum morieris in manu alienorum: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

11. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, leva planctum ſuper regem Tyri,

12. Et dices ei: Hæc dicit Dominus Deus: Tu ſignaculum ſimi'itudinis, plenus ſapientia, & perfectus decore:

13. In deliciis paradiſi Dei fuiſti: omnis lapis pretioſus operimentum tuum: Sardius, Topazius, & Jaſpis, Chryſolithus, & Onyx, & Berillus, Sapphirus, & Carbunculus, & Smaragdus: aurum opus decoris tui: & foramina tua in die, qua conditus es, præparata ſunt.

14. Tu Cherub extentus, & protegens: & poſui te in monte ſancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulaſti.

15. Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa eſt iniquitas in te.

16. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti: & ejeci te de monte Dei, & perdidi te o Cherub protegens, de medio lapidum ignitorum.

17. Et elevatum eſt cor tuum in decore tuo: perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te: ante faciem regum dedi te, ut cernerent te.

18. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te.

19. Omnes, qui viderint te in gentibus, obſtupeſcent ſuper te: nihili factus es, & non eris in perpetuum.

II. 20. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

21. Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidonem, & prophetabis de ea,

22. Et dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui: & ſcient, quia ego Dominus, cum fecero in ea judicia, & ſanctificatus fuero in ea.

23. Et immittam ei peſtilentiam, & ſanguinem in plateis ejus: & corruent interfecti in medio ejus gladio per circuitum: & ſcient, quia ego Dominus.

24. Et non erit ultra domui Iſrael offendiculum amaritudinis, & ſpina dolorem inferens undique per circuitum eorum, qui adverſantur eis: & ſcient, quia ego Dominus Deus.

10. Du wirſt, gleich den Unbeſchnittenen, durch die Hand der Fremden ſterben: denn ich habe es geredt, ſpricht GOtt der HErr.

11. Und des HErrn Wort geſchah zu mir, und ſprach: Du Menſchenkind, hebe ein Klaglied an über den König zu Tyro,

12. Und ſprich zu ihm: Dieß ſagt GOtt der HErr: Du biſt ein Siegel nach dem Bilde, mit Weisheit erfüllet, und an Zierde vollkommen:

13. Du biſt in Wolluſt des Paradieſes GOttes geweſen: mit allerhand Edelgeſteinen umher gezieret: mit dem Sarder, Topaſen, Jaſpis, Hyacinth, Onychel, Beryll, Saphir, Carbunkel, und Smaragden: das Gold war eingewirkt zu deinem Schmucke: und am Tage, da du geſchaffen biſt, ſind deine Löcher bereit geweſen.

14. Du wareſt wie ein Cherub, der ſich ausſtrecket, und bedecket: ich habe dich auf den heiligen Berg GOttes geſetzt, und du biſt mitten zwiſchen den feurigen Steinen gewandelt.

15. Du wareſt vollkommen auf deinen Wegen, von dem Tage deiner Erſchaffung an, bis Ungerechtigkeit in dir iſt gefunden worden.

16. Durch deine vielfältige Gewerbſchaft biſt du inwendig mit Boshеit erfüllet worden, und haſt geſündiget: darum habe ich dich vom Berge GOttes herabgeworfen, und dich, o du ausgeſtreckter Cherub! zwiſchen den feurigen Steinen hinweggerümet.

17. Und dein Herz hat ſich in deinem Schmucke erhoben: du haſt deine Weisheit in deiner Schönheit verlohren, und ich habe dich zu Boden geſtürzt: habe dich auch den Königen vor Augen geſtellt, daß ſie dich anſchauen ſollten.

18. Durch deine vielfältigen Sünden, und durch die Ungerechtigkeit deiner Gewerbſchaft haſt du dein Heiligthum verunreiniget: darum will ich mitten aus dir ein Feuer hervorbringen, das dich freſſen ſoll, und will dich zu Aſche machen auf dem Erdboden, vor dem Angeſichte aller Menſchen, die dich ſehen.

19. Alle, die dich ſehen werden unter den Heyden, werden ſich über dich entſetzen: du biſt zu nichts worden, und wirſt in Ewigkeit nicht mehr aufkommen.

II. 20. Und des HErrn Wort geſchah zu mir, und ſprach:

21. Du Menſchenkind, richte dein Angeſicht wider Sidon, und weißage von ihr,

22. Und ſprich: Dieß ſagt GOtt der HErr: Siehe, ich will an dich Sidon, und will mitten in dir geprieſen werden: und man ſoll wiſſen, daß ich der HErr bin, wann ich Gericht über ſie halten, und an ihr geheiliget werde.

23. Denn ich will Peſtilenz über ſie ſchicken, und Blut vergießen auf ihren Gaſſen: und die Erſchlagenen werden in ihr rings herum durch das Schwert fallen: und ſie werden wiſſen, daß ich der HErr bin.

24. Und es ſollen dem Hauſe Iſrael ihre Widerwärtigen, welche rings um ſie her liegen, von allen Seiten, hinfüro nicht zum bittern Anſtoß ſeyn, noch zum Dorne, der Schmerzen anthut: und ſie werden wiſſen, daß ich GOtt der HErr bin.

25. Dieß

℣. 10. *Morte incircumciſorum morieris.* Morte crudeli a barbaris illata.

℣. 12. *Tu ſignaculum.* In te divinæ potentiæ & gloriæ quaſi ſigillo expreſſa eſt imago.

℣. 13. *In deliciis paradiſi Dei fuiſti.* Hebr. *In horto Eden.* Seu in loco amœniſſimo. *Et foramina tua.* Hebr. *Opus tympanorum tuorum, & tibiarum præparatum eſt.* In die, quo natus es. Hieron. Auri tympanum vocat, in quo infixi ſunt lapides, ſeu gemmæ.

℣. 14. *Tu Cherub extentus.* In fine terræ Chanaan, ut populos tibi ſubditos quaſi Cherub protegeres Quæ quidem ad principem tenebrarum allegorico ſenſu, & præcipue intento referuntur, qui conditus eſt donis naturæ & gratiæ ornatus. *In medio lapidum ignitorum.* Inter gemmas, quæ inſtar ignis collucent.

℣. 15. *Perfectus in viis tuis a die conditionis.* i. creationis tuæ. Tertul. l. 2. contra Marcionem cap. 10. *Quæ ad ſugillationem Angeli, non illius principis, proprie pertinere manifeſtum eſt.* Cui concinit Hieron. „Quo „ſermone demonſtrant nequaquam hominem, de quo ſcribitur, ſed contrariam fortitudinem, quæ quondam in paradiſo Dei commorata ſit: quid habuerit, oſtendit, quidve perdiderit„. De calamitate ventura loquitur, poſt tantam gloriam. Ex iis colligi videtur prævaricatores Angelos aliquamdiu in juſtitia ſtetiſſe. *In deliciis paradiſi.* Quæ deliciæ ſine juſtitia eſſe non poſſunt. *Perfectus in viis tuis.* Ergo ab initio injuſtitia in eo non fuit: nam juſtitia & iniquitas ordinem temporis exigunt.

℣. 16. *Ejeci te de monte Dei.* Dejeci te de ſolio. Allegorice Lucifer de Paradiſo ejectus: *De medio ignitorum lapidum.* i. Angelorum congregatione. *Hoc nos legentes timere compellimus: ſi enim Cherub extentus & protegens, poſitus in monte ſancto Dei, & in medio ignitorum lapidum perfectus atque immaculatus: propter multitudinem negotiationis replevit interiora iniquitate, & peccavit, & ejectus eſt: quid de nobis æſtimandum eſt?* S. Hieron.

℣. 18. *Polluiſti ſanctificationem tuam.* Hieron. „Quam habuerat, quando habitabat in monte, & converſabatur in medio ignitorum lapidum„.

℣. 22. *Scient, quia ego Dominus, cum ſanctificatus fuero in ea.* In Sidon. Hebr. *Cum ſanctificabor in me,* i. e. cum me ſanctum & juſtum judicem oſtendero. Hieron. *Sanctificatio autem Dei eſt pœna peccantium.*

℣. 24. *Et non erit ultra domui Iſrael offendiculum.* Rex Sidonis regi Juda plerumque adverſabatur.

25. Dieß sagt GOtt der HErr: Wann ich das Haus Israel versammeln werde aus den Völkern, darunter sie zerstreuet sind, so will ich mich an ihnen heiligen im Ansehen der Heyden: und sie sollen in ihrem Lande wohnen, das ich meinem Knechte Jacob gegeben habe.

26. Und sie werden sicher darinn wohnen, und Häuser bauen, und Weinberge pflanzen, und sicher wohnen, wann ich das Urtheil werde gehen lassen über alle, die ihnen rings herum zuwider sind: und sie werden wissen, daß ich, der HErr, ihr GOtt bin.

Das neun und zwanzigste Capitel.

L Weissagung wider Aegypten, so wegen geübter Untreu an Israel soll verheeret: 1. II. Aber nach vierzig Jahren wieder aufgerichtet, doch ein geringes Königreich werden. 13. III. Aegyptenland wird dem Nabuchodonosor darum übergeben, weil er Tyrum verwüstet hat. 17.

1. Im zehenten Jahre, im zehenten Monathe, am eilften Tage des Monaths, geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, richte dein Angesicht wider Pharao, den König in Aegypten, und weissage von ihm, und vom ganzen Aegyptenlande:

3. Rede ihnen zu, und sprich: Dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will an dich Pharao, du König in Aegypten, du großer Drache, der du zwischen deinen Wasserströmen liegest, und sprichst: Der Strom ist mein, und ich habe mich selbst gemacht.

4. Aber ich will dir einen Zaum in deine * Backen legen: und will die Fische deiner Ströme an deine Schuppen heften **, und dich zwischen deinen Strömen herausziehen, und alle deine Fische sollen an deinen Schuppen hängen.

* Gebiß in das Maul. ** hängen

5. Und ich will dich, sammt allen Fischen deines Stroms hinwegwerfen in die Wüste: so wirst du auf dem Erdboden dahinfallen: man wird dich nicht aufliesen, noch versammeln: ich habe dich den Thieren im Lande, und den Vögeln des Himmels zu fressen gegeben:

6. Und alle Inwohner Aegypti sollen wissen, daß ich der HErr bin: darum, daß du dem Hause Israel ein Rohrstab gewesen bist.

7. Da sie dich mit der Hand angegriffen haben, bist du zerbrochen, und hast ihre Schultern ganz und gar zerrissen: und als sie sich auf dich gelehnet haben, bist du zu Stücken gebrochen, und hast alle ihre Lenden zertrennet.

8. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will das Schwert über dich bringen, und will aus dir Menschen und Vieh erwürgen.

9. Und Aegyptenland soll zur Wüste, und zur Einöde werden: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin, darum, daß du gesagt hast: Der Strom ist mein, und ich habe ihn gemacht.

10. Siehe, darum will ich an dich, und an deine Ströme: Aegyptenland will ich zur Einöde machen, und mit dem Schwerte verwüsten, vom Thurne Syenes an, bis an die Gränzen des Mohrenlandes.

11. Es soll keines Menschen Fuß dadurch wandeln, auch soll kein Vieh seinen Fuß darinnen fortsetzen: und es soll in vierzig Jahren nicht bewohnet werden.

25. Hæc dicit Dominus Deus: Quando congregavero domum Israel, de populis, in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi servo meo Jacob.

26. Et habitabunt in ea securi, & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cum fecero judicia in omnibus, qui adversantur eis per circuitum: & scient, quia ego Dominus Deus eorum.

CAPUT XXIX.

I. Prædicit regem Ægypti ac regnum ejus in solitudinem redigendum: 1. II. Post 40. annos revocandum, sed non ad pristinam gloriam. 13. III. Terra Ægypti dabitur Nabuchodonosor, eo quod laboraverit devastando Tyrum. 17.

1. In anno decimo, decimo mense, undecima die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, pone faciem tuam contra Pharaonem, regem Ægypti, & prophetabis de eo, & de Ægypto universa:

3. Loquere, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluvius, & ego feci memetipsum.

4. Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum, & universi pisces tui squamis tuis adhærebunt.

5. Et projiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades: non colligeris, neque congregaberis: bestiis terræ, & volatilibus cœli dedi te ad devorandum:

6. Et scient omnes habitatores Ægypti, quia ego Dominus: *a* pro eo, quod fuisti baculus arundineus domui Israel. *a Isa. 6. 9.*

7. Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & lacerasti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissolvisti omnes renes eorum.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego adducam super te gladium, & interficiam de te hominem, & jumentum.

9. Et erit terra Ægypti in desertum, & in solitudinem: & scient, quia ego Dominus, pro eo, quod dixeris: Fluvius meus est, & ego feci eum.

10. Idcirco ecce, ego ad te, & ad flumina tua: daboque terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, a turre Syenes, usque ad terminos Æthiopiæ.

11. Non pertransibit eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis.

12. Da-

---

†. 25. *Quando congregavero domum Israel.* Post solutam captivitatem. *Sanctificabor in eis coram gentibus.* q. d. liberatione Judæorum per Cyrum, principalius per Christum celebrabitur per totum orbem sancta mea justitia, misericordia &c. erga populum meum.

CAPUT XXIX.

†. 1. *In anno decimo.* A deportatione Jechoniæ, ut sit annus M. 3415. ante Chr. 589.

†. 3. *Ecce, ego ad te Pharao.* Dico, quod faciam tibi, quæ sequuntur. *Draco magne.* Cete. *Qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis: Meus est fluvius.* Per synecdochen, mea est Ægyptus, & mea prudentia hanc acquisivi. *Et ego feci memetipsum.* Regem. Hebr. *Et ego feci mihi.* Nempe numen illud; sic Ægyptum totam draconem vocat, seu crocodilum in Nilo frequentem, & draconi similem; vel quia antiqui serpentis, seu dæmonis figuram exhibet. *Qui cubas.* Unde inaccessum regnum suum putabat. Hic Pharao cognomento *Aoris* persuasum habebat, *quod nullus hominum, vel deorum posset sibi regnum adimere, quod ita stabilivisset:* ait Herodotus l. 2. Draconem etiam vocat Pharaonem, quia vicinas gentes devorabat. *Memetipsum.* Mihi feci rivulos ad irrigandam Ægyptum.

†. 4. *Ponam frænum in maxillis tuis.* Hebr. *Chachim*, חחים, hamos. *In maxillis tuis.* Regem Chaldæorum. *Et agglutinabo.* Una cum subditis sibi adstrictis extrahet ex aquis: principes tuos, & cives capiam.

†. 6. *Pro eo, quod fuisti baculus arundineus domui Israel.* Vana spe lactans populum Israel.

†. 8. *Adducam super te gladium.* Primum Cyrenæorum, qui instructa acie Lybios & Ægyptios ita profligarunt, ut pauci in Ægyptum redirent. Herod. & Diod. hic. Deinde Chaldæorum, totam Ægyptum post receptam Tyrum devastantium. Jer. 42. 16.

†. 10. *Dabo terram Ægypti in solitudinem - a turre Syenes.* Inter mare rubrum & Nilum, usque ad Æthiopiam, ab initio ad finem usque. Hieron. „Turris autem Syene usque hodie permanet, castrum ditione Romanæ subditum, ubi sunt Nili cataractæ, & usque ad quem locum de nostro mari Nilus navigabilis est.

12. Daboque terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, & civitates ejus in medio urbium subversarum, & erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

II. 13. Quia hæc dicit Dominus Deus: Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis, in quibus dispersi fuerant.

14. Et reducam captivitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra nativitatis suæ: & erunt ibi in regnum humile:

15. Inter cetera regna erit humillima, & non elevabitur ultra super nationes: & imminuam eos, ne imperent gentibus.

16. Neque erunt ultra domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, ut fugiant, & sequantur eos: & scient, quia ego Dominus Deus.

III. 17. Et factum est in vigesimo & septimo anno †, in primo, in una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

† *Anno M. 3432. Ante Chr. 572.*

18. Fili hominis, Nabuchodonosor, rex Babylonis, servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum; omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro pro servitute, qua servivit mihi adversus eam.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego dabo Nabuchodonosor, regem Babylonis, in terra Ægypti: *b* & accipiet multitudinem ejus, & deprædabitur manubias ejus, & diripiet spolia ejus: & erit merces exercitui illius,

b Jer. 46. 2.

20. Et operi, quo servivit adversus eam: dedi ei terram Ægypti, pro eo, quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.

21. In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient, quia ego Dominus.

CAPUT XXX.

Urbs Ægypti cum finitimis populis per regem Babylonis vastabuntur.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

a Jer. 43. & 44. & 46.

2. Fili hominis, propheta, & dic: Hæc dicit *a* Dominus Deus: Ululate, væ, væ, diei:

3. Quia juxta est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus gentium erit.

4. Et veniet gladius in Ægyptum: & erit pavor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta ejus.

12. Und ich will Aegyptenland wüste machen mitten unter den wüsten Landschaften, und seine Städte mitten unter den verheerten Städten, und sie sollen vierzig Jahre lang wüste liegen: ich will die Aegyptier unter die Heyden zerstreuen, und sie in die Landschaften hinauswerfen.

II. 13. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Wann vierzig Jahre verlaufen sind, alsdann will ich Aegypten wieder zusammen bringen aus den Völkern, darunter sie zerstreuet waren.

14. Und ich will das Gefängniß Aegypti wenden, und sie setzen in das Land Phathures, in das Land, darinn sie gebohren sind: daselbst sollen sie ein geringes Königreich seyn:

15. Es soll das geringste seyn unter andern Königreichen, und soll sich nicht mehr über die Völker erheben: ich will ihrer wenig machen, daß sie über die Heyden nicht mehr herrschen sollen.

16. Und das Haus Israel soll ihnen nicht mehr trauen, und sich zur Bosheit von ihnen anführen lassen, daß sie fliehen, und ihnen folgen: und sie sollen wissen, daß ich GOtt der HErr bin.

III. 17. Und es begab sich im sieben und zwanzigsten Jahre, im ersten Monathe, am ersten Tage des Monaths, da geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

18. Du Menschenkind, Nabuchodonosor, der König von Babylon, hat mit seinem Heere einen großen Dienst gethan wider Tyrum; alle Häupter sind kahl gemacht, und alle Schultern sind berupft worden: es ist aber weder ihm, noch seinem Heere einige Belohnung gegeben für den Dienst, den er an Tyro geleistet, und mit damit wider die Stadt gedienet hat.

19. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will Nabuchodonosor, dem Könige von Babylon, Aegyptenland geben: und er soll das Volk daraus hinwegnehmen, ihr Gut soll er rauben, und ihre Haab zur Beute machen: und das soll die Besoldung seiner Kriegsleute seyn,

20. Für das Werk, daß sie wider die Stadt gedienet haben: dafür, daß er mir gearbeitet hat, habe ich ihm das Land Aegypten gegeben, spricht GOtt der HErr.

21. An demselbigen Tage wird dem Hause Israel das Horn wachsen, und ich will dir mitten unter ihnen einen offenen Mund geben; und sie werden wissen, daß ich der HErr bin.

Das dreyßigste Capitel.

Fernere Weißagung wider Aegyptenland, und seine Städte, und wider das benachbarte Mohrenland.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, weißage, und sprich: Dieß sagt GOtt der HErr: Heulet, weh, weh dem Tage:

3. Denn der Tag ist nahe, der Tag des HErrn kömmt heran: ein dunkler Tag, es wird die Zeit der Heyden seyn.

4. Und das Schwert wird in Aegypten kommen: und in dem Mohrenlande wird ein Schrecken seyn, wann die Erschlagenen in Aegypten fallen, und wann ihre Schaaren hinweggeführt, und ihre Grundveste zerstöret werden.

5. Moh-

---

†. 12. *Dabo terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum.* Similem aliis terris desertis. *Et erunt urbes desolatæ quadraginta annis.* Quæ ut multa alia per auxesim, seu exagerationem videntur intelligenda. Post 50. annos certum est, Ægyptum resloruisse.

†. 14. *Et collocabo eos in terra Phathures.* In parte meridionali Ægypti, seu in Thebaide longissime a Chaldæa.

†. 17. *Factum est in vigesimo & septimo anno.* Transit Propheta a decimo anno ad 27. Nabuchodonosoris, quod hæc ad idem regnum pertineant: vel ut aliis placet, ad vigesimum septimum annum a captivitate Jechoniæ, aut Joachin, qui annus est tricesimus quintus Nabuchodonosoris, tum Ægyptus vastata, & monarchia Nabuchodonosoris incipit, & post biennium Danielis prophetia.

†. 18. *Merces non est reddita ei - pro servitute, qua servivit mihi adversus eam.* i. Tyrum. *Depilatus est.* Exercitus Nabuchodonosoris valde defatigatus est in expugnatione Tyri.

†. 20. *Dedi ei terram Ægypti, pro eo, quod laboraverit mihi.* Nabuchodonosor, cum diu oppugnasset Tyrum, & continua onerum gestatione, quidquid erat inter urbem & continentem, oppleset lapidibus, adeo, ut militibus tot onerum gestatione, *omnis humerus depilatus esset*, et attritus; Tyrii desperata salute conscensis navibus pretiosiora quæque Carthaginem & ad insulas Jonii maris comportarunt, domos regi Chaldæorum, & limpidam petram pro spoliis relinquentes: sed hoc damnum Deus spoliis Ægypti resarcivit: Hieron. ex antiquis historiis Assyriorum. Collige: Fideliter servientes regi in bello justo, serviunt Deo, etsi id non cogitent: quia placent Deo honesta & justa opera.

†. 21. *In die illo*, liberationis Israel, *pullulabit cornu*, robur & regnum, *domui Israel, & tibi dabo apertum os*, i. loquendi libertatem: vel si referatur ad Christum (nam Ezechiel non vidit reditum e Babylonia) significat tunc credendas & intelligendas prophetias.

CAPUT XXX.

†. 2. *Væ, væ diei.* q. d. O infelicem diem.

†. 3. *Dies nubis*, i. turbulentus, *tempus gentium*, sc. perdendarum erit.

†. 4. *Et erit pavor in Æthiopia.* Quæ vicina est Ægypto & confœderata.

5. Mohrenland, und Lybia, und Lydia, sammt allem übrigen gemeinen Volke, auch Chub, und die Kinder im Lande des Bundes werden mit ihnen durch das Schwert fallen.

6. Dieß sagt GOtt der HErr: Es sollen auch zu Boden fallen, die Aegypten schützen, und die Hoffart ihrer Herrschaft soll niedergelegt werden: sie werden in ihr vom Thurne Syenes an durch das Schwert fallen, spricht GOtt der HErr der Heerschaaren:

7. Und sie sollen wüste werden mitten unter den wüsten Landschaften: und ihre Städte sollen wüste liegen mitten unter den wüsten Städten.

8. Und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin: wann ich das Feuer in Aegyptenland anzünden werde, und wann alle ihre Helfer aufgerieben sind.

9. An demselbigen Tage werden Bothen in Schiffen von mir ausziehen, die Vermessenheit des Mohrenlandes zu brechen; und es wird Schrecken unter ihnen seyn am Tage Aegypti, denn ohne Zweifel wird ihre Zeit kommen.

10. Dieß sagt GOtt der HErr: Ich will machen durch die Hand Nabuchodonosor, des Königs von Babylon, daß die Menge des Volkes von Aegypten nicht mehr seyn soll.

11. Denn er, und sein Volk mit ihm, die Allerstärksten unter den Heyden, sollen herzugeführt werden, das Land zu verderben: und sie werden ihre Schwerter über Aegypten ausziehen, und das Land mit Erschlagenen erfüllen.

12. Und ich will den Grund seiner Wasserströme trocken machen, und das Land sehr bösen Leuten in die Hände übergeben: ich will das Land, und was darinnen ist, durch die Hände der Fremden verwüsten: ich, der HErr, habe es geredt.

13. Dieß sagt GOtt der HErr: Ich will die Götzenbilder vertilgen, und die Abgötter von Memphis ausrotten: und es soll hinfüro in Aegyptenland kein Fürst mehr seyn: und ich will in Aegyptenland einen Schrecken geben.

14. Ich will auch das Land Phathures verderben, und zu Taphnis ein Feuer machen, und zu Alexandria Gericht halten.

15. Und ich will über Pelusium, so die Stärke Aegyptens ist, meinen Zorn ausschütten, und das gemeine Volk zu Alexandria erwürgen.

16. Ich will in Aegypten ein Feuer erwecken: Pelusium soll in Schmerzen seyn, wie ein gebährendes Weib, und Alexandria soll verheeret werden, und Memphis soll täglich in Aengsten seyn.

17. Die jungen Männer zu Heliopoli, und Bubasto sollen durch das Schwert fallen, und die Weiber sollen gefänglich hinweggeführet werden.

18. Der Tag wird zu Taphnis finster werden, wann ich daselbst den Zepter Aegypti zerbreche, und wann die Hoffart wegen ihrer Macht ein Ende in ihr nehmen wird: eine Wolke wird sie bedecken, aber ihre Töchter sollen zum Gefängniß geführet werden.

19. Und ich will in Aegypten Gericht halten: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin.

20. Und es begab sich im eilften Jahre, im ersten Mo-

5. Æthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filii terræ fœderis, cum eis gladio cadent.

6. Hæc dicit Dominus Deus: Et corruent fulcientes Ægyptum, & destruetur superbia imperii ejus: a turre Syenes gládio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum:

7. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum: & urbes ejus in medio civitatum desertarum erunt.

8. Et scient, quia ego Dominus: cum dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

9. In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus, ad conterendam Æthiopiæ confidentiam; & erit pavor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet.

10. Hæc dicit Dominus Deus: Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.

11. Ipse & populus ejus cum eo fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram: & evaginabunt gladios suos super Ægyptum, & implebunt terram interfectis.

12. Et faciam alveos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram, & plenitudinem ejus manu alienorum: ego Dominus locutus sum.

13. Hæc *b* dicit Dominus Deus: Et disperdam simulacra, & cessare faciam idola de Memphis: & dux de terra Ægypti non erit amplius: & dabo terrorem in terra Ægypti. *b Zach. 13. 2.*

14. Et disperdam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam judicia in Alexandria.

15. Et effundam indignationem meam super Pelusium, robur Ægypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ.

16. Et dabo ignem in Ægypto: quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ.

17. Juvenes Heliopoleos, & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captivæ ducentur.

18. Et in Taphnis nigrescet dies, cum contrivero ibi sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ ejus: ipsam nubes operiet, filiæ autem ejus in captivitatem ducentur.

19. Et judicia faciam in Ægypto: & scient, quia ego Dominus.

20. Et factum est in undecimo ✝ anno, in ✝ *Ann. M.* primo *3416.*

---

†. 5. *Lybia & Lydi.* Urbs Lyda in Palæstina, vicina Ægypto, ubi Petrus Æneam paralyticum sanavit. *Et Chub.* Chubit in Maræotide apud Ptolomæum. *Et filii terræ fœderis.* Judæi, qui in Ægyptum se receperant, vel omnes, qui cum Ægypto erant confœderati.

†. 7. *Urbes ejus in medio civitatum desertarum erunt.* sc. similiter desertæ.

†. 9. *Egredientur nuntii a facie mea in trieribus.* Triremibus navibus. *Ad conterendam Æthiopiæ confidentiam.* Quia per Nilum in navibus vecti nuntient Æthiopiæ Ægypto subjectæ cladem, eique terrorem injiciant.

†. 12. *Faciam alveos fluminum aridos.* Tum expeditæ erunt hostibus viæ, acsi nullis rivis essent intercisæ: vel exsiccabo fluvios, adeo ut sterilis fiat Ægyptus. *Alveos fluminum.* Canales, per quos Nilus derivari solebat in agros vicinos.

†. 13. *Disperdam simulacra.* Hoc diversimode diversis temporibus impletur. Primum Nabuchodonosor omnia evertit templa Ægypti: deinde cum Christus infans in Ægyptum fugit, valde probabilis est opinio tum corruisse simulacra Ægypti juxta vaticinium Isaiæ, cap. 19. *Ecce, Dominus ascendit super nubem levem*, in carne immaculata, *& ingredietur Ægyptum, & commovebuntur simulacra Ægypti a facie ejus corusante.* 3. Evangelio suscepto per Ægyptum, non modo e templis, sed & cordibus Ægyptiorum sublata sunt idola. *Memphis.* Ad Nili ostia, nunc Cairus. *Non erit amplius.* Ad longum tempus.

†. 14. *Et faciam judicia in Alexandria.* Hebr. Hæc civitas dicitur *No*, quæ ab Alexandro instaurata & aucta, dicta est Alexandria. 70. Diospolim vocant. *Et disperdam terram Phathures.* i. urbem & regionem Ægypti.

†. 17. *Juvenes Heliopoleos & Bubasti.* Prope Pelusium ad ostium orientale primum Nili, nunc Suez.

†. 20. *Factum est in undecimo anno* Jechoniæ captivi, quæ est solita Ezechielis epocha: hæc prior prophetia a posteriore confirmata.

primo menſe, in ſeptima menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

21. Fili hominis, brachium Pharaonis, regis Ægypti, confregi: & ecce, non eſt obvolutum, ut reſtitueretur ei ſanitas, ut ligaretur pannis, & faſciaretur linteolis, ut recepto robore poſſet tenere gladium.

22. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ad Pharaonem, regem Ægypti, & comminuam brachium ejus forte, ſed confractum, & dejiciam gladium de manu ejus:

23. Et diſpergam Ægyptum in gentibus, & ventilabo eos in terris.

24. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu ejus: & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie ejus.

25. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident: & ſcient, quia ego Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum ſuper terram Ægypti.

26. Et diſpergam Ægyptum in nationes, & ventilabo eos in terras: & ſcient, quia ego Dominus.

CAPUT XXXI.

I. Sub Parabola cedri ſublimitatem regis Pharaonis cum Aſſur comparat: 1. II. Et ſimilem ei prædicit interitum. 10.

† *Eodem anno* 3416.

1. Et factum eſt in anno † undecimo, tertio menſe, una menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, dic Pharaoni regi Ægypti, & populo ejus: Cui ſimilis factus es in magnitudine tua?

3. Ecce, Aſſur quaſi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſusque altitudine, & inter condenſas frondes elevatum eſt cacumen ejus.

4. Aquæ nutrierunt illum, abyſſus exaltavit illum: flumina ejus manabant in circuitu radicum ejus, & rivos ſuos emiſit ad univerſa ligna regionis.

5. Propterea elevata eſt altitudo ejus ſuper omnia ligna regionis: & multiplicata ſunt arbuſta ejus, & elevati ſunt rami ejus præ aquis multis.

6. Cumque extendiſſet umbram ſuam, in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & ſub frondibus ejus genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum, & ſub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.

7. Eratque pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorum ſuorum: erat enim radix illius juxta aquas multas.

8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei: abietes non adæquaverunt ſummitatem ejus, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini ejus.

9. Quoniam ſpecioſum feci eum, & multis, condenſisque frondibus, & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei.

nathe, am ſiebenten Tage des Monaths, daß des HErrn Wort zu mir geſchah, und ſprach:

21. Du Menſchenkind, ich habe den Arm Pharao, des Königs in Aegypten, zerbrochen: und ſiehe, er iſt nicht verbunden, daß er ſollte mögen heil werden, noch mit Tüchern gebunden, und mit leinenen Binden umwickelt, daß er ſollte wieder zu Kräften kommen, und das Schwert halten können.

22. Darum ſagt dieß GOtt der HErr: Siehe, ich will an Pharao, den König in Aegypten, und will ſeinen ſtarken Arm, der ſchon zerbrochen iſt, gar zerſchmettern, und ihm das Schwert aus ſeiner Hand bringen:

23. Und ich will Aegypten unter die Heyden zerſtreuen, und ſie in die Landſchaften hinauswerfen.

24. Auch will ich die Arme des Königs von Babylon ſtärken, und will ihm mein Schwert in ſeine Hand geben: und des Pharao Arm will ich zerbrechen, und die Erſchlagenen werden vor ſeinem Angeſichte ſchmerzlich ſeufzen.

25. Alſo will ich die Arme des Königs von Babylon ſtärken, aber des Pharao Arme ſollen dahin fallen: und ſie ſollen wiſſen, daß ich der HErr bin, wann ich mein Schwert dem Könige von Babylon in die Hand geben werde, und er daſſelbige über Aegyptenland ausſtrecken wird.

26. Alsdann will ich Aegypten unter die Völker zerſtreuen, und in die Landſchaften hinauswerfen: und ſie ſollen wiſſen, daß ich der HErr bin.

Das ein und dreyßigſte Capitel.

I. Mit einem Cederbaume, und mit Aſſur wird Pharaonis Herrlichkeit und Hochmuth beſchrieben: 1, II. Und ihm ſein Fall und Verderben vorgeſagt. 10.

1. Und es begab ſich im eilften Jahre, im dritten Monathe, am erſten Tage des Monaths, da geſchah des HErrn Wort zu mir, und ſprach:

2. Du Menſchenkind, ſage dem Pharao, dem Könige in Aegypten, und ſeinem Volke: Wem biſt du dann gleich worden in deiner Größe?

3. Siehe, Aſſur war wie ein Cederbaum am Libano, ſchön von Zweigen, und dick von grünem Laube, und ſehr hoch aufgewachſen, daß ſein Spitz * unter den laubreichen Zweigen faſt hoch hervorſtund. * Gipfel.

4. Die Waſſer brachten ihn auf, und die Tiefe erhöhete ihn: ſeine Ströme floſſen um ſeine Wurzel herum, und er ließ ſeine Bäche zu allen Bäumen des Landes hinausfließen.

5. Darum iſt er höher aufgewachſen, dann alle Bäume im Lande: und ſeiner Aeſte wurden viel, und ſeine Zweige wuchſen in die Höhe, dieweil er viel Waſſer hatte.

6. Und nachdem er ſeinen Schatten weit ausgebreitet hatte, machten alle Vögel des Himmels Neſter auf ſeinen Aeſten: und alle Thiere im Walde warfen ihre Jungen unter ſeine grüne Zweige, und eine Menge vieler Völker wohneten unter ſeinem Schatten.

7. Und er war gar ſchön in ſeiner Größe, und mit ſeinen weit ausgeſtreckten Aeſten: denn es war viel Waſſer, da ſeine Wurzel ſtund.

8. Im Paradieße GOttes ſind keine Cederbäume höher geweſen, dann er war: die Tannenbäume reichten nicht an ſeine Höhe, und die Maßholderbäume waren mit ſeinen Zweigen nicht zu vergleichen: ja alle Bäume im Paradieße GOttes waren mit ihm, und mit ſeiner Schönheit nicht zu vergleichen.

9. Denn ich habe ihn ſehr ſchön gemacht mit vielen und laubreichen Zweigen, daß ihn alle luſtigen Bäume, ſo im Paradieße GOttes waren, beneideten.

II. 10. Dar-

---

†. 21. *Brachium Pharaonis.* Chald. fortitudinem *confregi.*
†. 22. *Comminuam brachium ejus forte.* Chald. Principes ejus fortiſſimos.
†. 24. *Et confortabo brachia.* i. vires ſuppeditabo *regi Babylonis.*

CAPUT XXXI.

†. 3. *Ecce, Aſſur quaſi cedrus in Libano.* Comparat Pharaonem cum rege Aſſyriorum, qui ut cedrus alias arbores, ſic alios reges magnitudine imperii vincebat. Hic tamen a Babyloniis regibus dejectus eſt. Ac forte Pharaonem ipſum Aſſur appellat Scriptura, magnos reges præcelſis arboribus, principes ramis, populum foliis conferre ſolet.

†. 4. *Aquæ nutrierunt illum, abyſſus exaltavit illum*, i. copia divitiarum. Vatabl. Divitias vocat aquas, alludens ad aquas Nili.

†. 6. *Fecerunt nidos omnia volatilia cœli.* i. Magnates. *Et genuerunt omnes beſtiæ.* i. Plebes & gentes.

†. 7. *Eratque pulcherrimus ... in dilatatione arbuſtorum.* i. filiorum & nepotum.

†. 9. *Æmulatæ ſunt eum omnia ligna voluptatis.* Ei invidebant principes, qui tum florebant.

11. 10. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Dieweil er so hoch hinauf gewachsen ist, und hat seinen Gipfel zwischen den grünen und dicken Zweigen in die Höhe gestreckt, und sein Herz in seiner Hoheit sich erhoben:

11. Darum habe ich ihn in die Hand des Stärksten unter den Heyden übergeben, der soll es ihm recht machen: ich habe ihn um seines gottlosen Wesen willen hinausgestoßen.

12. Die Fremden und Greulichsten unter den Heyden sollen ihn abhauen, und auf den Bergen dahin werfen, seine Zweige sollen in allen Thälern zu Boden fallen, und auf allen Felsen im Lande sollen seine Aeste zerbrochen werden: und alle Völker auf Erden sollen sich aus seinem Schatten hinweg begeben, und ihn verlassen.

13. Nach seinem Falle setzten sich alle Vögel des Himmels auf ihn, und alle Thiere im Lande legten sich auf seine Zweige.

14. Darum soll sich hinfüro kein Baum, der am Wasser stehet, um seiner Hoheit willen erheben, und soll kein Baum mit seiner Spitze* zwischen dicken grünen Zweigen hervordringen, so soll auch kein Baum, der mit Wasser beseuchtet wird, für andern hoch stehen: denn sie sind alle dem Tode übergeben, zu der untersten Erde hinein, unter den Menschenkindern, zu denen, welche zur Grube hinabfahren. * Gipfel.

15. Dieß sagt GOtt der HErr: An dem Tage, da er hinunter fuhr in die Hölle, führete ich ein Trauren ein, ich bedeckte ihn mit der Tiefe: und befahl seinen Strömen, daß sie stehen mußten, und hielt große Wasser auf: und der Libanus trug Leid über ihn, und alle Bäume auf dem Felde entsetzten sich.

16. Ich machte, daß sich die Heyden für dem Knall seines Falls bewegten, da ich ihn zur Hölle führete mit denen, die zur Grube hinunterfuhren: und alle lustigen, und herrlichen Bäume, sammt den ausbündigen Bäumen am Libano, alle, die mit Wasser befeuchtet wurden, trösteten sich über ihn unter der Erde.

17. Denn sie werden auch mit ihm hinunterfahren in die Hölle, zu denen, welche durch das Schwert erschlagen sind: und eines jeglichen Arm wird unter seinem Schatten sitzen, mitten unter den Heyden.

18. Wem bist du dann gleich geachtet, du herrlicher, und hochgewachsener unter den lustigen Bäumen? Siehe, du bist mit den lustigen Bäumen zur tiefesten Erde gebracht: du wirst mitten unter den Unbeschnittenen* schlafen, mit denen, welche durch das Schwert sind erwürget: das ist Pharao, und all sein Volk, spricht GOtt der HErr. * Gottlosen.

Das zwey und dreyßigste Capitel.

I. Fernere Weissagung und Klage über die Niederlage Pharaonis, und der Aegyptier: 1. 11. Die Aegyptier werden mit andern heydnischen Völkern, wegen Hochmuth, in den Abgrund der Hölle gestürzet werden. 17.

1. Und es begab sich im zwölften Jahre, im zwölften Monathe, am ersten Tage des Monaths, daß des HErrn Wort zu mir geschah, und sprach:

2. Du Menschenkind, hebe eine Klage an zu führen über Pharao, den König in Aegypten, und sprich zu ihm: Du bist worden, wie ein Löwe unter den Heyden, und wie

11. 10. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam vireutem atque condensam, & elevatum est cor ejus in altitudine sua:

11. Tradidi eum in manu fortissimi gentium, faciens faciet ei: juxta impietatem ejus ejeci eum.

12. Et succident eum alieni, & crudelissimi nationum, & projicient eum super montes, & in cunctis convallibus corruent rami ejus; & confringentur arbusta ejus in universis rupibus terræ: & recedent de umbraculo ejus omnes populi terræ, & relinquent eum.

13. In ruina ejus habitaverunt omnia volatilia cœli, & in ramis ejus fuerunt universæ bestiæ regionis.

14. Quamobrem non elevabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter memorosa atque frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia, quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominum, ad eos, qui descendunt in lacum.

15. Hæc dicit Dominus Deus: In die, quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina ejus, & coërcui aquas multas: contristatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt.

16. A sonitu ruinæ ejus commovi gentes, cum deducerem eum ad infernum, cum his, qui descendebant in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia, atque præclara in Libano, universa, quæ irrigabantur aquis.

17. Nam & ipsi cum eo descendent in infernum ad interfectos gladio: & brachium uniuscujusque sedebit sub umbraculo ejus in medio nationum.

18. Cui assimilatus es o inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam: in medio incircumcisorum dormies, cum eis, qui interfecti sunt gladio: ipse est Pharao, & omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

CAPUT XXXII.

I. Pharao quantumvis sublimis, conteretur a rege Babylonis: & plurimi reges obstupescent: 1. 11. Pluresque nationes, cum eo similiter præcipitabuntur in abyssum inferni. 17.

1. Et factum est duodecimo anno†, in mense duodecimo, in una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

† Anno M. 3417. Ante Chr. 587.

2. Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentium assimilatus es, & draconi, qui

qui

℣. 10. *Dedit summitatem suam virentem.* Varubl. Potuit ex superbia fastigium suum. *Inter condensa.* Stipatus rerum multitudine. *Et elevatum est cor ejus.* Præ superbia.

℣. 11. *Tradidi eum in manu fortissimi gentium.* Chaldæorum. Hieron. *Non mireris, si a Babyloniis ſis vincendus, atque periturus.* Pharaonem alloquitur. *Cum Assur multo te fortior eodem Chaldæo juvante delectus sit.*

℣. 14. *Omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam.* Infimam, ad sepulchrum. *In medio filiorum hominum.* Instar aliorum hominum.

℣. 15. *Quando descendit ad inferos, induxi.* Luctum ejus regioni. Forsan commemorat cladem Sennacherib, qui occisus est a liberis suis, a figura ad rem figuratam transit. *Et prohibui.* Omni præsidio nationum eum exui. Hieron. *Et omnia flumina, & omnes nationes ultra cum rigare cessaverunt.* Libanus regnum, in quo erat cedrus illa altissima.

℣. 16. *A sonitu*, i. rumore *ruinæ ejus commovi gentes.* Propter fragorem illius ruinæ. *Ligna voluptatis.* Paradisi, seu horti voluptatis.

℣. 17. *Nam & ipsi cum eo descendent.* Sept. Descenderunt. *In medio eorum.* Qui singuli se subdiderunt ejus potentiæ, & in ejus clientalem se tradiderunt.

℣. 18. *Cui assimilatus es o inclyte.* Regi Assyriorum similis factus es o Pharao, cujus potentiam consequi voluisti: sed idem te manet exitus.

CAPUT XXXII.

℣. 1. *Et factum est in anno duodecimo.* Capti Jechoniæ, paulo post eversam Jerusalem. *In mense duodecimo, in una*, i. prima mensis.

℣. 2. *Leoni gentium assimilatus es.* O Pharao! quod est leo inter bestias, & cete inter pisces, tu es inter gentes. *Conturbabas aquas.* Bellis omnia miscebas. Hieronym. *Leoni comparatur Pharao, non unius gentis, sed multarum gentium; sive draconi in mari, ut terras aquasque possideat.*

qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis: & conculcabas flumina earum.

a Supra 12. 13. & 17. 20. 3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: *a* Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea.

4. Et projiciam te in terram, super faciem agri abjiciam te, & habitare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias universæ terræ,

5. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua.

6. Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te.

b Isa. 13. 10. Joel. 2. 10. & 3. 15. Matth. 24. 29. 7. Et *b* operiam, cum extinctus fueris, cœlum, & nigrescere faciam stellas ejus: solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.

8. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9. Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus super terras, quas nescis.

10. Et stupescere faciam super te populos multos: & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi,

12. In gladiis fortium dejiciam multitudinem tuam: inexpugnabiles omnes gentes hæ: & vastabunt superbiam Ægypti, & dissipabitur multitudo ejus.

13. Et perdam omnia jumenta ejus, quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula jumentorum turbabit eas.

14. Tunc purissimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus.

15. Cum dedero terram Ægypti desolatam, deseretur autem terra a plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores ejus: & scient, quia ego Dominus.

16. Planctus est, & plangent eum: filiæ gentium plangent eum: super Ægyptum, & super multitudinem ejus plangent eum, ait Dominus Deus.

c Eodem An. 3417. II. 17. Et factum est in duodecimo anno †, in quinta decima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, cane lugubre super multitudinem Ægypti: & detrahe eam ipsam, & filias gentium robustarum, ad terram ultimam cum his, qui descendunt in lacum.

ein Drache, der im Meere ist: du schwungest dein Horn in deinen Wasserströmen, und machtest die Wasser trüb mit deinen Füßen: und zertratest ihre Ströme.

3. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Ich will durch eine große Schaar vieler Völker mein Netz über dich ausbreiten, und will dich mit meinem Garne herausziehen.

4. Und ich will dich auf die Erde werfen, ich will dich werfen auf das Land, und machen, daß alle Vögel des Himmels auf dir nisten, und alle Thiere des ganzen Landes von dir ersättigen sollen,

5. Und ich will dein Fleisch auf die Berge werfen, und mit deinem faulen Geblüte deine Bühel erfüllen.

6. Ich will auch das Erdreich mit deinem stinkenden Blute tränken, bis zu den Bergen, und die Gründe sollen von dir erfüllet werden.

7. Und wann du wirst vertilget seyn, so will ich den Himmel bedecken, und seine Sterne verfinstern: ich will die Sonne mit einer Wolke verbergen, und der Mond soll sein Licht nicht geben.

8. Alle Lichter des Himmels will ich über dich trauren lassen: und will Finsterniß über dein Land bringen, spricht GOtt der HErr, wann deine Erschlagenen in dem Lande fallen werden, spricht GOtt der HErr.

9. Und ich will vieler Völker Herz bewegen, wann ich dein Unglück unter die Heyden bringen werde, und über die Landschaften, welche dir unbekannt sind.

10. Und ich will machen, daß sich viele Völker über dir entsetzen sollen: und über ihre Könige wird um deinetwillen ein sehr großer Schrecken kommen, wann mein Schwert wird anfangen sich über ihr Angesicht zu schwingen: und jedermann wird sich am Tage deines Untergangs um seines Lebens willen plötzlich entsetzen.

11. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Das Schwert des Königs von Babylon wird dir kommen,

12. Und ich will dein Volk durch das Schwert der Starken niederlegen: alle diese Heyden sind unüberwindlich: und sie werden die Hoffart Aegypti verwüsten, und das Volk darinn soll zerstreuet werden.

13. Ich will auch all ihr Vieh vertilgen, das an den großen Wassern war: daß hinfüro weder einiges Menschen Fuß sie bewegen, noch die Klauen des Viehes sie trüb machen sollen.

14. Alsdann will ich ihre Wasser sehr lauter machen, daß ihre Ströme wie Oel daherfließen, spricht GOtt der HErr.

15. Wann ich Aegyptenland wüste gemacht, und alle seine Inwohner erschlagen habe, so soll das Land seiner Völle *beraubet werden: und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin. *Reichthümer.

16. Es ist ein Klaglied, und sie werden ihn beweinen: die Kinder der Heyden werden ihn beklagen: sie werden Aegyptenland, und sein Volk beweinen, spricht GOtt der HErr.

II. 17. Und es geschah im zwölften Jahre, am fünfzehenten Tage des Monaths, geschah des HErrn Wort zu mir, und sprach:

18. Du Menschenkind, singe ein Trauerlied über das Volk in Aegypten: und zieh dasselbige sammt den Töchtern der starken Heyden zur tiefesten Erde hinunter, mit denen, die zur Grube hinabfahren.

19. Worinn

---

†. 4. *Saturabo de te bestias universæ terræ.* Invadent homines rapaces Ægyptum, & deprædabuntur: alludit ad pisces, qui capti in terram projiciuntur.

†. 5. *Dabo carnes tuas.* Populi tui. *Super montes.* Quo fugerunt. *Sanie tua.* Sanguine tuo.

†. 7. *Operiam, cum extinctus fueris, cœlum.* Hæc sensu mystico de prima diaboli dejectione, vel de postrema illius ruina in fine sæculorum ab Hieronymo intelliguntur; vel per hyperbolen more prophetico de magnitudine luctus Ægypti dicuntur, adeo ut cœlum ipsum tantam ruinam lugere videretur. Figurato sermone cladem Ægypti exprimit.

†. 9. *Irritabo cor populorum &c.* Indignatione contra te vel metu concutiam; cum fama exitii tui sparsa fuerit.

†. 13. *Perdam omnia jumenta, quæ erant super aquas plurimas.* Quæ in pratis juxta aquas pascebantur. Tum abducentur, aut occidentur cuncta pecora, nec amplius conturbabunt aquas.

†. 14. *Flumina eorum quasi oleum adducam*, i. quietas & puras, Nilo per ea transeunte, nec fluenta eorum turbante.

†. 18. *Detrahe eam ipsam .. ad terram ultimam.* Prædic Ægypto ruinam. *Ad terram ultimam.* Infernum. *In lacum.* In sepulchrum.

19. Worinn bist du schöner? fahre hinunter, und schlafe mit den Unbeschnittenen.

20. Sie werden dahinfallen mitten unter denen, welche durch das Schwert umkommen: das Schwert ist übergeben, man hat sie herzugezogen, sammt allen ihren Völkern.

21. Die Allermächtigsten unter den Gewaltigen werden ihm mitten aus der Hölle zureden, welche mit seinen Helfern hinuntergefahren sind, und schlafen unbeschnitten, nachdem sie durch das Schwert sind erwürget worden.

22. Da ist Assur, und sein ganzer Haufe: ihre Gräber sind rings um ihn her: da liegen alle Erschlagene, die durch das Schwert gefallen sind.

23. Ihre Gräber sind am tiefsten in der Grube, und seine Menge liegt rings um sein Grab her: sie sind alle erschlagen, und durch das Schwert gefallen, welche vormals einen Schrecken machten im Lande der Lebendigen.

24. Da ist Aelam, und seine ganze Schaar rings um sein Grab her: diese sind alle miteinander erschlagen, und durch das Schwert gefallen: sie sind unbeschnitten zur untersten Erde hinabgefahren: welche sonst einen Schrecken machten im Lande der Lebendigen, und tragen ihre Schmach mit denen, die zur Grube hinunterfahren.

25. Sie haben sein Lager mitten unter den Erschlagenen gemacht, unter allen seinen Völkern, deren Gräber rings um ihn her sind: diese waren alle unbeschnitten, und sind durch das Schwert umgekommen: und weil sie ein Schrecken machten, so haben sie ihre Schmach getragen mit denen, die zur Grube hinabfahren, und sind mitten unter die Erschlagenen gelegt worden.

26. Daselbst ist Mosoch, und Thubal, sammt seinem ganzen Haufen: ihre Gräber sind rings um ihn her: diese Unbeschnittene * alle sind erwürget, und durch das Schwert gefallen, darum, daß sie im Lande der Lebendigen einen Schrecken gemacht haben. * Gottlose

27. Sie werden aber nicht schlafen bey den Starken, und mit denen, welche von den Unbeschnittenen gefallen sind, so auch mit ihrer Kriegsrüstung zur Hölle sind hinuntergefahren, und haben ihre Schwerter unter ihre Häupter gelegt: und ihre Missethat ist auf ihr Gebein gekommen, darum, daß sie dem Starken zum Schrecken gewesen sind im Lande der Lebendigen.

28. So wirst du nun auch unter den Unbeschnittenen aufgerieben werden, und wirst schlafen mit denen, die mit dem Schwerte erwürget sind.

29. Da ist Edom, und seine Könige, und alle seine Fürsten, welche sammt ihrem Heere übergeben sind mit denen, die durch das Schwert umgekommen sind, die bey den Unbeschnittenen liegen, und bey denen, die zur Grube hinabfahren.

30. Da sind alle die Fürsten von Mitternacht, und alle Jäger, welche mit den Erschlagenen hinunter gebracht sind, haben sich erschrecket, und sind mit ihrer Stärke zu Schanden worden: sie liegen unbeschnitten bey denen, welche mit dem Schwerte erwürget sind, und haben ihre Schmach getragen mit denen, die zur Grube hinunter fahren.

31. Diese hat Pharao gesehen, und hat sich getröstet über seine ganze Menge, welche mit dem Schwerte erwürget ist; Pharao, sammt seinem ganzen Heere, spricht GOtt der HErr:

19. Quo pulchrior es? descende, & dormi cum incircumcisis.

20. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus est, attraxerunt eam, & omnes populos ejus.

21. Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus ejus descenderunt, & dormierunt incircumcisi, interfecti gladio.

22. Ibi Assur, & omnis multitudo ejus: in circuitu illius sepulchra ejus: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio.

23. Quorum data sunt sepulchra in novissimis laci, & facta est multitudo ejus per gyrum sepulchri ejus: universi interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viventium.

24. Ibi Ælam, & omnis multitudo ejus per gyrum sepulchri sui: omnes hi interfecti, ruentesque gladio: qui descenderunt incircumcisi ad terram ultimam: qui posuerunt terrorem suum in terra viventium, & portaverunt ignominiam suam cum his, qui descendunt in lacum.

25. In medio interfectorum posuerunt cubile ejus in universis populis ejus, in circuitu ejus sepulchrum illius: omnes hi incircumcisi, interfectique gladio: dederunt enim terrorem suum in terra viventium, & portaverunt ignominiam suam, cum his, qui descendunt in lacum in medio interfectorum positi sunt.

26. Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo ejus: in circuitu ejus sepulchra illius: omnes hi incircumcisi, interfectique & cadentes gladio, quia dederunt formidinem suam in terra viventium.

27. Et non dormient cum fortibus, cadentibusque & incircumcisis, qui descenderunt ad infernum, cum armis suis, & posuerunt gladios suos sub capitibus suis: & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum, quia terror fortium facti sunt in terra viventium.

28. Et tu ergo in medio incircumcisorum contereris, & dormies cum interfectis gladio.

29. Ibi Idumæa, & reges ejus, & omnes duces ejus, qui dati sunt, cum exercitu suo cum interfectis gladio, & qui cum incircumcisis dormierunt, & cum his, qui descendunt in lacum.

30. Ibi principes Aquilonis omnes, & universi venatores, qui deducti sunt, cum interfectis, paventes, & in sua fortitudine confusi: qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & portaverunt confusionem suam, cum his, qui descendunt in lacum.

31. Vidit eos Pharao, & consolatus est super universa multitudine sua, quæ interfecta est gladio; Pharao, & omnis exercitus ejus, ait Dominus Deus:

32. Quia

---

†. 19. *Quo pulchrior es.* In quo præstas aliis, ut merearis in montem evadere. *Cum incircumcisis.* Descendes & morieris cum peccatoribus.

†. 20. *Attraxerunt eam.* In os gladii & in mortem.

†. 21. *Loquentur ei potentissimi.* His, aut similibus verbis Isaias c. 14. v. 10. utitur, & tu vulneratus o Pharao, sicut & nos, descendisti ad nos: sic gratulantes sibi, quod mors potentiorum sortem æquet cum infimis.

†. 22. *Ibi Assur.* Rex Assyriorum victus a Nabuchodonosore.

†. 23. *Quorum data sunt sepulchra in novissimis laci.* Queis posita sunt sepulchra in parte inferni infima.

†. 24. *Ibi Ælam.* Persæ, aut Medi, ad quos Assyriorum transiit imperium. *Portaverunt ignominiam suam.* i. Dederunt pœnas ignominiosæ vitæ.

†. 25. *In medio interfectorum posuerunt cubile ejus.* Populi sepulchra.

†. 26. *Ibi Mosoch.* Cappadoces. *Et Thubal.* i. Iberi seu Hispani, vel Itali, ut nonnullis placet.

†. 27. *Non dormient cum fortibus.* q. d. qui gloriose ceciderunt: non melioris erunt conditionis. *Cum armis suis.* Qui in honorem virtutis cum armis sepeliebantur. *Et fuerunt iniquitates eorum.* Gladio confixi pœnas sceterum dederunt.

†. 30. *Ibi - universi venatores.* Prædones & tyranni.

†. 31. *Vidit eos Pharao, & consolatus est.* Quod tam multos haberet socios pœnarum.

32. Quia dedi terrorem meum in terra viventium, & dormivit in medio incircumciſorum cum interfectis gladio: Pharao, & omnis multitudo ejus, ait Dominus Deus.

32. Denn ich habe meinen Schrecken gegeben im Lande der Lebendigen, und er iſt gelegen unter den Unbeſchnittenen mit denen, welche von dem Schwerte erſchlagen ſind: Pharao, und ſein ganzer Hauſe, ſpricht GOtt der HErr.

CAPUT XXXIII.

I. Si ſpeculator imminens malum non annuntiet, reus erit pereuntium. 1. *II. Juſtus quoque, ſi ſuam deſerat juſtitiam, damnabitur; & impius, ſi convertatur, ſalvabitur.* 10. *III. Fugitivus nuntiat, captam eſſe a Chaldæis Jeruſalem: Propheta reliquos hortatur, ne confidant ſibi, quoniam terra propter iniquitates eorum in ſolitudinem redigetur.* 21.

Das drey und dreyßigſte Capitel.

I. Gleich einem Wächter ſoll der Prophet die Gottloſen treulich warnen. 1. II. Der Gerechte, wenn er ſündigen wird, ſoll ſterben; und der Ungerechte, wenn er ſich bekehren wird, ſoll leben. 10. III. Ein Entronnener von Jeruſalem bringet Zeitung, daß Jeruſalem von den Chaldäern eingenommen ſey: den übrigen im Lande werden, wegen ihren großen Sünden, große Strafen verkündiget. 21.

1. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

1. Und des HErrn Wort geſchah zu mir, und ſprach:

2. Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum unum de noviſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem:

2. Du Menſchenkind, rede mit den Kindern deines Volks, und ſprich zu ihnen: Wann ich das Schwert über ein Land führen würde, und das Volk nähme einen Mann von den geringſten im Lande, und ſetzte ihn über ſich zum Wächter:

3. Et ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo:

3. Und derſelbige ſähe das Schwert über das Land kommen, und bließ die Poſaune, und verkündigte es dem Volke:

4. Audiens autem, quisquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſervaverit, veneritque gladius, & tulerit eum, ſanguis ipſius ſuper caput ejus erit.

4. Wenn aber einer oder der andere wäre, der den Klang der Poſaune hörte, und hütete ſich nicht, und das Schwert käm, und nähme ihn hinweg, ſo ſoll ſein Blut auf ſeinem Haupte ſeyn.

5. Sonum buccinæ audivit, & non ſe obſervavit, ſanguis ejus in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſalvabit.

5. Er hat den Schall der Poſaune gehört, und hat ſich nicht fürgeſehen, ſein Blut ſoll über ihm ſeyn: wenn er ſich aber fürſehen wird, ſo wird er ſeine Seele erhalten.

6. Quod ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt: ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram.

6. Im Fall aber der Wächter das Schwert kommen ſähe, und die Poſaune nicht bließ, und das Volk hütete ſich auch nicht, und das Schwert käm, und nähme jemand von ihnen hinweg, der würde zwar um ſeiner Sünden willen hinweggenommen: aber ſein Blut will ich von des Wächters Hand fordern.

7. Et *a* tu fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me.

a Sup. 3. 17.

7. Und nun, du Menſchenkind, ich habe dich dem Hauſe Iſrael zum Wächter geſetzet: derowegen, wenn du ein Wort höreſt aus meinem Munde, das ſollſt du ihnen von meinetwegen verkündigen.

8. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris: non fueris locutus, ut ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.

8. Und wenn ich zu dem Gottloſen ſpreche: Du Gottloſer ſollſt des Todes ſterben: und du ſageſt ihm das nicht, damit ſich der Gottloſe vor ſeinem böſen Wege hüte: ſo wird der Gottloſe zwar in ſeiner Miſſethat ſterben, aber ſein Blut will ich von deiner Hand fordern.

9. Si autem annuntiante te ad impium, ut a viis ſuis convertatur, non fuerit converſus a via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur, porro tu animam tuam liberaſti.

9. Wenn du es aber dem Gottloſen verkündigeſt, daß er ſich von ſeinen gottloſen Wegen bekehren ſoll, und er bekehret ſich gleichwohl nicht von ſeinem Wege: ſo wird er in ſeinen Sünden ſterben, aber du haſt deine Seele errettet.

10. Tu ergo fili hominis, dic ad domum Iſrael: Sic locuti eſtis, dicentes: Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo vivere poterimus?

10. Darum ſprich zum Hauſe Iſrael, du Menſchenkind: Ihr habt alſo geredt, und geſagt: Unſere Ungerechtigkeit, und unſere Sünden liegen auf uns, und wir verſchmachten darinnen: wie können wir dann leben?

11. Dic *b* ad eos: Vivo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortem impii, ſed ut convertatur impius a via ſua, & vivat. Convertimini, convertimini a viis veſtris peſſimis: & quare moriemini domus Iſrael?

b Sup. 18. 32.

11. Sprich zu ihnen: So wahr ich lebe, ſpricht GOtt der HErr: ich will nicht den Tod des Gottloſen, ſondern daß ſich der Gottloſe von ſeinem Wege bekehre, und lebe. Bekehret euch, bekehret euch von euren böſen Wegen: und warum wollet ihr ſterben, ihr vom Hauſe Iſrael?

12. Tu itaque fili hominis, dic ad filios populi tui: Juſtitia juſti non liberabit eum, in

12. Derowegen du Menſchenkind, ſprich zu den Kindern deines Volkes: Die Gerechtigkeit des Gerechten wird ihn nicht

---

℣. 32. *Dedi terrorem in terra viventium.* Terreo omnes viventes, ut exemplo eorum moniti ceſſent ſe iisdem inquinare ſceleribus. Vel ut S. Hieron. Tom. 2. hom. 43. *Malos caſtigat, ut corrigat bonos: quia bonus, niſi admonitus fuerit, per negligentiam evaneſcit.*

CAPUT XXXIII.

℣. 2. *Cum induxero ſuper eam* terram *gladium.* Quia nullum bellum fit ſine Dei providentia. *Et tulerit populus terræ virum unum de noviſſimis ſuis* &c. Si ſpeculatori etiam viliſſimo credere debet, quanto magis prophetæ, quem Deus ipſe conſtituit?

℣. 5. *Sanguis ejus in ipſo erit.* I. Ipſe erit cauſa mortis ſuæ, & ex propria culpa peribit.

℣. 6. *Quod ſi ſpeculator viderit gladium & non inſonuerit buccina &c.* Hieron. „Cavendum nobis eſt, ne „munere noſtro negligenter fungentes, non ut miniſterium, ſed ut honorem æſtimemus: & quod pejus eſt, deliciis ventrique & otio ſervientes honorem nos accepiſſe putemus, non miniſterium; nec ſtatim reſpondeamus, „quid prodeſt docere, ſi nolit auditor facere, quod docueris? Unusquisque enim ex ſuo animo atque officio judica„tur; tu, ſi locutus non fueris, ille, ſi audire contempſerit„.

℣. 10. *Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt.* His opprimimur: quæ videntur dicta eſſe deſperatione quadam, quos ſtatim erigit.

℣. 11. *Vivo ego - nolo mortem impii.* Cap. 18. ſimilibus verbis allocutus eſt eos, qui pœnitentiam agere nolebant: in hoc capite eos erigit, qui de ſalute ſua deſperabant. Hieron. „Quibus omnibus demonſtratur, nec peccatorem ſalutem deſperare debere, ſi agat pœnitentiam; nec juſtum in ſua confidere juſtitia, ſi perdiderit negli„genter, quod magno labore acquiſierat„.

nicht erretten an dem Tage, wann er sündigen wird: und die Ungerechtigkeit des Gottlosen wird ihm nicht schaden an dem Tage, wann er sich bekehren wird von seinem gottlosen Wesen: und der Gerechte wird durch seine Gerechtigkeit nicht leben können, an welchem Tage er sündiget.

13. Wenn ich schon dem Gerechten sagen würde, er soll des Lebens leben, und er verließ sich auf seine Gerechtigkeit, und thät Böses: so soll an alle seine Gerechtigkeit nicht mehr gedacht werden, und er soll sterben in seiner Missethat, die er begangen hat.

14. Wenn ich aber zum Gottlosen sage: Du sollst des Todes sterben: und er bekehret sich von seiner Sünde, und thut Recht und Gerechtigkeit:

15. Und derselbige Gottlose giebt das Pfand wieder zurück, und giebt wieder, was geraubt ist, und wandelt in den Gebothen des Lebens, und thut nichts unrechtes: der soll des Lebens leben, und nicht sterben.

16. Alle seine Sünden, die er begangen hat, sollen ihm nicht zugerechnet werden: er hat Recht und Gerechtigkeit gethan, darum soll er des Lebens leben.

17. Da sprachen die Kinder deines Volks: Des HErrn Weg ist nicht recht: da doch ihr Weg unrecht ist.

18. Denn wann der Gerechte von seiner Gerechtigkeit abweichet, und Sünden begehet, so soll er in denselben sterben.

19. Wann der Gottlose von seinem gottlosen Wesen abweichet, und thut Recht und Gerechtigkeit, so soll er auch dadurch leben.

20. Und ihr sprechet: Des HErrn Weg ist nicht recht. Einen jeglichen unter euch will ich nach seinen Wegen richten, ihr vom Hause Israel.

III. 21. Und es begab sich im zwölften Jahre unserer Ausfahrt, im zehenten Monathe, am fünften Tage des Monaths, daß einer zu mir kam, der von Jerusalem entronnen war, und sprach: Die Stadt ist verheeret.

22. Aber die Hand des HErrn war des vorigen Abends über mir gewesen, ehe derselbige ankam, der entflohen war: und er that mir meinen Mund auf, bis dieser am Morgen zu mir kam, und nachdem mir der Mund aufgethan worden, schwieg ich nicht länger stille.

23. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

24. Du Menschenkind, die da wohnen an den verwüsteten Orten im Lande Israel, die sagen also: Abraham war ein Mann, und er hat dies Land zum Erbtheil gehabt: aber unser sind viel, so ist uns auch das Land zum Besitz gegeben.

25. Darum sprich zu ihnen: Dieß sagt GOtt der HErr: Ihr fresset Blut, und hebet eure Augen auf zu euren Unreinigkeiten, und vergießet auch Blut: sollt ihr dann das Land zum Erbtheil besitzen?

26. Ihr stehet mit euren Schwertern, und begehet Greuel, und ein jeglicher schändet seines Nächsten Weib: und ihr sollt das Land zum Erbtheil besitzen?

27. Darum sollst du zu ihnen sagen: Dieß sagt GOtt der HErr: So wahr ich lebe, sollen alle, die an den verwüsteten Orten wohnen, durch das Schwert fallen: und wer auf dem Felde ist, der soll den wilden Thieren zu fressen übergeben werden: welche aber in den Vestungen, und in den Hölen sind, die sollen an der Pestilenz sterben.

quacumque die peccaverit: & impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua: & justus non poterit vivere in justitia sua, in quacumque die peccaverit.

13. Etiam si dixero justo, quod vita vivat, & confisus in justitia sua fecerit iniquitatem: omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, & in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur.

14. Si autem dixero impio: Morte morieris: & egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque judicium & justitiam:

15. Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injustum: vita vivet, & non morietur.

16. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei: judicium, & justitiam fecit, vita vivet.

17. Et dixerunt filii populi tui: Non est æqui ponderis via Domini: & ipsorum via injusta est.

18. Cum enim recesserit justus a justitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis.

19. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque judicium, & justitiam, vivet in eis.

20. Eta dicitis: Non est recta via Domini. Unumquemque juxta vias suas judicabo de vobis, domus Israel. *a Sup. 18. 25.*

III. 21. Et factum † est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me, qui fugerat de Jerusalem, dicens: Vastata est civitas. † *Anno M. 3417. Ante Chr. 587.*

22. Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret, qui fugerat: aperuitque os meum, donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non silui amplius.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

24. Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel, loquentes ajunt: Unus erat Abraham, & hæreditate possedit terram: nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem.

25. Idcirco dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros levatis ad immunditias vestras, & sanguinem funditis: numquid terram hæreditate possidebitis?

26. Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, & unusquisque uxorem proximi sui polluit: & terram hæreditate possidebitis?

27. Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus: Vivo ego, quia, qui in ruinosis habitant, gladio cadent: & qui in agro est, bestiis tradetur ad devorandum: qui autem in præsidiis & speluncis sunt, peste morientur.

28. Et

℣. 12. *Impietas impii non nocebit ei.* Non negat Propheta, Deum a peccatore converso pœnas exigere temporales; sed loquitur de imputatione ad mortem æternam. *Vivere.* Salvari ob priorem justitiam.

℣. 15. *Et pignus restituerit ille impius.* Ponit duo justitiæ opera, ex quibus cætera intelliguntur.

℣. 17. *Non est æqui ponderis*, i. æqua. 70. recta. *Via Domini: & ipsorum.* q. d. imo potius ipsorum *via injusta est.* Deus nobiscum juste agit, nostra autem agendi ratio injusta est.

℣. 20. *Unumquemque juxta vias suas judicabo.* Jungendum cum iis vocibus *de vobis:* non judicabo vos ex viis vestris pristinis, sed ex præsentibus.

℣. 21. *Factum est in duodecimo anno - transmigrationis nostræ.* Hinc liquet annos a Jechoniæ captivitate numerari. *Venit, qui fugerat de Jerusalem.* Expugnata jam urbe, ut prædixerat Deus supra c. 24. v. 26

℣. 22. *Et aperto ore meo non silui amplius.* Non in parabolis, sed aperte locutus sum.

℣. 24. *Qui habitant in ruinosis.* Judæi, qui remanserant in ruinis Jerusalem & Judææ, quique lætabantur, quia futurum putabant, ut possiderent Judæam, quod filii essent Abrahæ, qui solus eam possederat. Hieron. *Non quod ipse possederit, sed quod semen ejus terram repromissionis acceperit.*

℣. 25. *Qui in sanguine.* i. carnes cum sanguine comeditis contra legem Levitic. 19. *Immunditias*, adulteria, idololatriam.

℣. 26. *Stetistis in* i. cum *gladiis.* Vi & armis omnia geritis; statis more eorum, qui parati sunt fundere sanguinem: vel confiditis in armis vestris.

28. Et dabo terram in solitudinem, & in desertum, & deficiet superba fortitudo ejus: & desolabuntur montes Israel, eo quod nullus sit, qui per eos transeat.

29. Et scient, quia ego Dominus, cum dedero terram eorum desolatam, & desertam propter universas abominationes suas, quas operati sunt.

30. Et tu fili hominis, filii populi tui, qui loquuntur de te juxta muros, & in ostiis domorum, & dicunt unus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: Venite, & audiamus, quis sit sermo egrediens a Domino.

31. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & avaritiam suam sequitur cor eorum.

32. Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi, dulcique sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

33. Et cum venerit, quod prædictum est (ecce enim, venit) tunc scient, quod prophetes fuerit inter eos.

28. Denn ich will das Land zur Wüste, und zur Einöde machen, und das Prangen seiner Stärke soll ein Ende haben: und die Berge Israel sollen verheeret werden, darum, daß niemand seyn wird, der darüber gehe.

29. Und sie sollen wissen, daß ich der HErr bin, wann ich ihr Land zur Wüste und Einöde gemacht habe, von wegen aller ihrer Greuel, die sie begangen haben.

30. Und du Menschenkind, die Kinder deines Volkes reden an den Mauern, und in den Thüren der Häuser von dir, und sagen einer zum andern, ein jeder spricht zu seinem Nächsten: Kommet doch, und lasset uns hören, was es für ein Wort sey, das vom HErrn ausgehet.

31. Und sie kommen zu dir, als wie das Volk zusammen gehet, da setzt sich mein Volk vor dir nieder: und sie hören deine Rede, und thun nicht darnach: ja sie machen ein Liedlein davon, das sie in ihrem Munde führen, und ihr Herz gehet ihrem Geize nach.

32. Also bist du ihnen wie ein Gesang, das mit einem süßen lieblichen Tone gesungen wird: sie hören deine Worte, und thun nicht darnach.

33. Wann aber nun kommen wird, was zuvor gesagt ist (denn siehe, es kömmt) alsdann werden sie wissen, daß ein Prophet unter ihnen gewesen ist.

CAPUT XXXIV.

I. Minatur Dominus malis pastoribus, qui neglecto grege, tantum sua quærunt: 1. II. Promittit se oves liberaturum: ut eas ipse pascat, per servum suum David nempe Christum, in felici pace. 11.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, propheta de pastoribus Israel, propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dominus Deus: Væ *a* pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos: nonne greges a pastoribus pascuntur?

a Jer. 23. 1. Sup. 13. 3.

3. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.

4. Quod infirmum fuit, non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod confractum est, non alligastis, & quod abjectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor: & factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, & dispersæ sunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in universo colle excelso: & super omnem faciem terræ dispersi sunt greges: & non erat, qui requireret; non erat, inquam, qui requireret.

7. Propterea pastores audite verbum Domini:

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor: neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant:

9. Propterea pastores audite verbum Domini:

Das vier und dreyßigste Capitel.

I. GOtt drohet den ungetreuen Hirten und Seelsorgern, welche allein ihren eigenen Nutzen suchen: 1. II. Verspricht, daß er seiner Heerde selbst pflegen, und derselben seinen Knecht David, das ist, den Erzhirten Christum, senden wolle. 11.

1. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

2. Du Menschenkind, weissage von den Hirten Israel, weissage, und sprich zu den Hirten: Dieß sagt GOtt der HErr: Wehe den Hirten Israel, die sich selbst geweydet haben: werden die Heerden nicht von den Hirten geweydet?

3. Ihr habt die Milch gegessen, und habt euch mit der Wolle bekleidet, und habt geschlachtet, was feist war: aber meine Heerde habt ihr nicht geweydet.

4. Was schwach war, habt ihr nicht gestärket, was krank war, das habt ihr nicht geheilet, was zerbrochen war, das habt ihr nicht verbunden, was verworfen war, das habt ihr nicht herbeygeführet, und was verlohren war, das habt ihr nicht gesucht: sondern ihr habt streng, und mit Gewalt über sie geherrschet.

5. Also sind meine Schafe zerstreuet worden, darum, daß kein Hirt vorhanden war: und sie sind allen Thieren auf dem Felde zur Speise worden, und ganz zerstreuet.

6. Auf allen Bergen, und auf allen hohen Bühelen sind meine Schafe irr gegangen: ja meine Heerde ist über den Erdboden zerstreuet: und es war niemand, der darnach gefraget hätte; ja niemand war, sage ich, der darnach gefraget hätte.

7. Darum, ihr Hirten, höret des HErrn Wort:

8. So wahr ich lebe, spricht GOtt der HErr, darum, daß meine Heerde zum Raube, und meine Schafe allen Thieren auf dem Felde zur Speise geworden sind, dieweil sie keinen Hirten hatten: denn meine Hirten haben nach meiner Heerde nicht gefraget, sondern haben sich selbst, und nicht meine Heerde geweydet:

9. Darum, ihr Hirten, so höret des HErrn Wort:

10. Dieß

℣. 31. *In canticum oris sui vertunt illos.* Sermones tuos, ut irrideant.

℣. 32. *Et es eis quasi carmen musicum - audiunt verba tua.* Sola curiositate ducti. *Et non faciunt ea.* Sed illis es ludibrio.

℣. 33. *Cum venerit - tunc scient.* Hieron. „Quæ operibus neglexerant, postquam adveniſſe cognoverint (ne„cesse enim est evenire, quod Propheta Dei sermone pronuntiat) tunc incipient approbare & nosse, quod cuncta, „quæ audierant, non fuerint hominis verba, sed Domini.

CAPUT XXXIV.

℣. 2. *Væ pastoribus Israel.* Distinguit Dominus inter verum pastorem & falsum, & Christi veri pastoris adventum prædicit. *Qui pascebant semetipsos.* Quæ sua sunt, non quæ Dei sectantes. S. Bern. Væ tibi Clerice: *Mors in olla carnis, mors in hujusmodi deliciis est. Sumptus Ecclesiasticos gratis te habere reputas: cantando, ut ajunt, tibi bona videntur: sed bonum erat fodere magis aut mendicare.*

℣. 3. *Lac comedebatis.* Augustinus de pastor. c. 1. „Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a Domino; non expectent illi mercedem, nisi, & unde isti salutem. Subdit Propheta: *Quod „crassum erat, occidebatis.* (Augst.) Fortes & pingues necant male vivendo, malum exemplum præbendo. Qui „aberraverint a via reducendi; qui gravi vulnere sauciantur, spiritualibus fomentis curandi sunt, & alligandæ sunt „vulnera; populi considerantes vulnera infirmi, & terrena sapientes, ad cœlestia erigendi: pingues & fortes in „mandatis ambulantes sine offensione diligenti custodia conservandi„.

℣. 4. *Quod abjectum est, non reduxistis.* Sept. Interpret. Quod errabat, non reduxistis. Hieron. Permittentes eos ab hæreticis decipi. *Cum austeritate.* 70. Quod forte erat, afflixistis labore.

10. Dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will selbst über die Hirten, und will meine Heerde aus ihrer Hand fordern, ich will sie abschaffen, daß sie meine Heerde nicht länger weyden, noch die Hirten sollen sich selbst hinfüro weyden: und ich will meine Heerde aus ihrem Maule erretten, und sie soll ihnen nicht länger zur Speise seyn.

11. 11. Denn dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich will selbst nach meinen Schafen fragen, und will sie heimsuchen.

12. Gleichwie ein Hirt seine Heerde heimsuchet, an dem Tage, wann er mitten unter seinen zerstreueten Schafen ist: also will ich meine Schafe heimsuchen, und sie erretten von allen Oertern, dahin sie sind zerstreuet worden, am Tage des Gewölkes, und der Finsterniß.

13. Und ich will sie aus den Völkern herausführen, und aus den Landen versammeln, und sie in ihr Land führen: und ich will sie weyden auf den Bergen Israel, und an den Wasserbächen, und auf allen guten Pflegen * im Lande.

* Wohnungen.

14. Ich will sie weyden auf den allerbesten Auen, und auf den hohen Bergen Israel soll ihre Weyde seyn: daselbst sollen sie ruhen auf dem grünen Graße, und in fetter Weyde gehen auf den Bergen Israel.

15. Ich will meine Schafe weyden: ich will machen, daß sie sich lagern, spricht GOtt der HErr.

16. Was verlohren ist, das will ich suchen, und was verworfen ist, das will ich wieder herzuführen, und was zerbrochen ist, das will ich verbinden, und was schwach ist, das will ich stärken, und was fett und stark ist, das will ich bewahren: und will sie weyden, wie sichs gebühret. *

* in Gerechtigkeit.

17. Aber ihr meine Heerden, dieß sagt GOtt der HErr: Siehe, ich richte zwischen Schafen und Schafen, und zwischen Widdern und Böcken.

18. War es euch nicht genug, daß ihr die gute Weyde abweydet? ihr habt darzu noch mit euren Füßen zertretten, was auf eurer Weyde übrig war: und wann ihr klares Wasser getrunken habt, so habt ihr das übrige mit euren Füßen trüb gemacht.

19. Also hatten meine Schafe zur Weyde, was mit euren Füßen zertretten war: und trunken, was eure Füße trüb gemacht hatten.

20. Darum sagt dieß GOtt der HErr zu euch: Siehe, ich selbst will zwischen dem fetten und magern Vieh richten:

21. Darum, daß ihr mit euren Seiten und Schultern von euch gestoßen, und alles Vieh, das schwach war, mit euren Hörnern zerworfen habt, bis sie hinausgestoßen, und zerstreuet worden sind:

22. So will ich meine Heerde erhalten, und sie soll hinfüro nicht mehr zum Raube seyn: und ich will richten zwischen Schafen und Schafen.

23. Und ich will einen einigen Hirten über sie erwecken, der sie weyden soll, meinen Knecht David; der soll sie weyden, und soll ihnen zum Hirten seyn.

24. Aber ich, der HErr, will ihr GOtt seyn: und mein

10. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.

11. 11. Quia [a] hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas.

[a] * FER. 2. POST DOM. 1. QUAD.

12. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis, & caliginis.

13. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in rivis, & in cunctis sedibus terræ.

14. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israël erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israël.

15. Ego pascam oves meas: & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16. Quod perierat, requiram, & quod abjectum erat, reducam, & quod confractum fuerat, alligabo, & quod infirmum fuerat, consolidabo, & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in judicio *.

17. Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus: Ecce, ego judico inter pecus & pecus, arietum, & hircorum.

18. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.

19. Et oves meæ his, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbaverant, hæc bibebant.

20. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos: Ecce, ego ipse judico inter pecus pingue, & macilentum:

21. Pro eo, quod lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras:

22. Salvabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam: & judicabo inter pecus & pecus.

23. ET [b] SUSCITABO SUPER EAS PASTOREM UNUM, qui pascat eas, servum meum David; ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.

[b] *Is.* 40. 11. *Ose* 3. 5. *Jer.* 1. 45. & 10. 11. & 14.

24. Ego autem Dominus ero eis in Deum: &

℣. 10. *Et liberabo gregem meum de ore.* Violentia & rapina. *Eorum.* Qua gregem devorant, cum pascere teneantur.

℣. 11. *Ecce, ego ipse requiram oves meas.* Christus ipse loquitur, & se venturum promittit. August. c. 13. l. de past. „Invenio omnes pastores bonos in uno pastore: utique si sunt bonæ oves, sunt & boni pastores; in uno „sunt; unum sunt; illi pascunt, Christus pascit. *Ecce, ego* ipse venio: Christus loquitur, se venturum promittit.

℣. 12. *Dispersæ fuerant in die nubis & caliginis.* In tempore calamitatis.

℣. 13. *Inducam eas in terram suam.* In Ecclesiam: ad vocationem omnium gentium respicit. *Inducam.* Reducam a captivitate, idque maxime sub Christo, ut ex sequentibus liquet.

℣. 14. *In pascuis uberrimis pascam eas.* In verbis Scripturæ, in Sacramentis, in donis Spiritus sancti.

℣. 17. *Ecce, ego judico inter pecus & pecus arietum & hircorum.* Inter agnos & hœdos: a pastoribus ad populum transit.

℣. 18. *Nonne satis vobis erat pascua bona depasci?* Divites alloquitur, qui pauperes vexabant. *Conculcastis pedibus.* Quod aliis poterat alimento esse, conculcastis, & perdere maluistis, quam pauperibus elargiri.

℣. 20. *Ecce, ego ipse judico inter pecus pingue & macilentum.* Inter beneficos & avaros, ut hos puniam, illos ulciscar.

℣. 21. *Pro eo, quod lateribus & humeris impingebatis.* Pulsantes alias oves, donec extra pascua ejiceretis.

℣. 23. *ET SUSCITABO SUPER EAS PASTOREM UNUM, servum meum David.* Qui locus de solo Christo intelligi potest. Quod si ad Abraham, aut ad Moysem dixisset Deus ipse, de filio Jesse id accipiendum foret: sed post mortem Davidis Christo, cujus David erat figura, id omnino convenit. Ipsi Hebræi, ut R. David Kimchi, hunc locum intelligunt de Messia.

& servus meus David princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum.

25. Et faciam cum eis pactum pacis: & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus.

26. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo: pluviæ benedictionis erunt.

27. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore: & scient, quia ego Dominus, cum contrivero catenas jugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi,

28. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus, neque bestiæ terræ devorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque ullo terrore.

29. Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium.

30. Et scient, quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israël, ait Dominus Deus.

8. Die ihre Schwelle an meine Schwelle gelegt, und ihre Pfosten neben meine Pfosten gesetzt haben: und die Mauer war zwischen mir und ihnen: und sie verunreinigten meinen heiligen Namen mit den Greueln, die sie begiengen: darum ich sie in meinem Zorne verzehret habe.

9. Nun dann sollen sie ihre Hurerey, und die Fälle ihrer Könige weit von mir hinwegthun: alsdann will ich für und für mitten unter ihnen wohnen.

10. Aber du Menschenkind, zeige dem Hause Israel den Tempel, daß sie sich schämen um ihrer Missethat willen, und das Gebäude abmessen:

11. Und damit sie schamroth werden über alles, was sie gethan haben: so zeige ihnen die Gestalt des Hauses, und seines Gebäudes Ausgänge und Eingänge, und seine ganze Beschreibung, und alle Gebothe, sammt allen Ordnungen, die dazu gehören, und alle seine Gesetze, und schreibe es ihnen vor Augen: damit sie alles, was

18. Et ad ventum Australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

19. Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ.

20. Per quatuor ventos mensus est murum ejus undique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum dividentem inter sanctuarium & vulgi locum.

CAPUT XLIII.

I. Gloria Domini, vidente propheta, in novum templum ingreditur. 2. II. Jubetur Ezechiel templi ideam ejusque ritus ac divina præcepta Judæis proponere. 6. III. Describit altare holocausti & ritus in eo sacrificandi. 13.

1. Et duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam Orientalem.

I. 2. Et ecce, gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat a majestate ejus.

3. Et *a* vidi visionem secundum speciem, *a Sup.* 9. 1. quam videram, quando venit, ut disperderet civitatem: & species secundum aspectum, *b* quem videram juxta fluvium Chobar: & ce- *b Sup.* 1. 1. cidi super faciem meam.

4. Et majestas Domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat ad Orientem.

5. Et elevavit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce, repleta erat gloria Domini domus.

II. 6. Et audivi loquentem ad me de domo, & vir, qui stabat juxta me,

7. Dixit ad me: Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in æternum: & non polluent ultra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis.

8. Qui fabricati sunt limen suum juxta limen meum, & postes suos juxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus, quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea.

9. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum a me: & habitabo in medio eorum semper.

10. Tu autem fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam:

11. Et erubescant ex omnibus, quæ fecerunt: figuram domus, & fabricæ ejus exitus, & introitus, & omnem descriptionem ejus, & universa præcepta ejus, cunctumque ordinem ejus, & omnes leges ejus ostende eis, & scribes in oculis eorum: ut custodiant omnes

---

℣. 20. *Per quatuor ventos.* Seu ad singulas mundi plagas *mensus est murum - longitudinem quingentorum calamorum, & latitudinem quingentorum calamorum dividentem inter sanctuarium & vulgi locum.* Noli legere *cubitorum*, ut vitiose hic ponunt typographi: nam in Hebræo & in Latino textu Glossæ ordinariæ & in pluribus aliis codicibus habetur *calamorum*, ut ex præcedentibus quatuor versibus subintelligi & repeti debet. Ita S. Hieronym. Lyranus, Maldonatus, Cornel. a Lapide, aliique.

CAPUT XLIII.

℣. 2. *Et ecce, gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem.* Gloria Dei, i. figura gloriam Dei referens, quam viderat cap. 1. *Aquarum multarum.* Vox Dei. Hieron. *Omnium scilicet in toto orbe populorum. Et terra splendebat: Quod in adventu Christi factum est. Portæ.* Qua exierat: quod erat populi Israelitici cum Deo reconciliati argumentum.

℣. 7. *Dixit* i. Deus *ad me* prophetam. *Fili hominis, locus solii mei* &c. quod ad Ecclesiam proprie pertinet. Hieron. „Vir autem, inquit, qui stabat juxta Prophetam, dixit ad eum, quem perspicue Dominum intelligimus.

℣. 8. *Polluerunt nomen sanctum meum.* Non omnis, qui peccat, dicitur polluere nomen Dei: non enim id dicitur de gentibus, sed de iis, qui fidem veram profitentur, nec vivunt tamen, ut fides ac religio præscribit. Præcipue autem ii polluunt, quorum professio sanctior est, ut sacerdotes. *Et in ruinis regum suorum.* In cadaveribus regum, ut Amon, & Manasses, qui sepulti sunt prope templum, idque profanarunt. *Et non polluent.* Quæ non ad templum Jerusalem, sed ad cœlestis Jerusalem templum pertinent.

℣. 11. *Exitus & introitus.* Hebr. rationem & ordinem fabricæ *ostende eis.*

omnes descriptiones ejus, & præcepta illius, & faciant ea.

12. Ista est lex domus in summitate montis: omnis finis ejus in circuitu, sanctum sanctorum est: hæc est ergo lex domus.

III. 13. Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum, & almum: in sinu ejus erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio ejus usque ad labium ejus, & in circuitu, palmus unus: hæc quoque erat fossa altaris.

14. Et de sinu terræ usque ad crepidinem novissimam duo cubiti, & latitudo cubiti unius: & a crepidine minore usque ad crepidinem majorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti unius.

15. Ipse autem Ariel quatuor cubitorum: & ab Ariel usque ad sursum, cornua quatuor.

16. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulatum æquis lateribus.

17. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ejus: & corona in circuitu ejus dimidii cubiti, & sinus ejus unius cubiti per circuitum: gradus autem ejus versi ad Orientem.

18. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Hi sunt ritus altaris, in quacumque die fuerit fabricatum: ut offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis.

19. Et dabis sacerdotibus, & Levitis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato.

20. Et assumens de sanguine ejus, pones super quatuor cornua ejus, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mundabis illud, & expiabis.

21. Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato, & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium.

22. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiaverunt in vitulo.

23. Cumque compleveris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum.

24. Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos holocaustum Domino.

25. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent.

26. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum ejus.

davon unterzeichnet wird, sammt seinen Gebothen bewahren, und darnach thun.

12. Dieß ist das Gesetz des Hauses, das oben auf der Spitze* des Berges ist: sein ganzer Begriff ringsumher ist das Allerheiligste: dieß ist das Gesetz des Hauses. *Gipfel

III. 13. Aber die Maaß des Altars nach der rechten Ele, welche eine gemeine Ele hält, und eine Handbreit war diese: sein Grund hielt eine Ele in di Höhe, und eine Ele in die Breite, und sein Schluß bis an den Rand, und ringsherum war eine Handbreit: so war auch die Grube des Altars.

14. Und vom Boden der Erde, bis an den untersten Absatz waren zwo Elen in die Höhe, und eine Ele in die Breite: und vom untersten Absatz waren vier Elen, und eine Ele in die Breite.

15. Aber der Altar selbst hielt vier Elen: und vom Altare hinaufwärts waren vier Hörner.

16. Und der Altar war zwölf Elen lang, und zwölf Elen breit: ein viereckig Stück gleicher Seiten.

17. Und der Raum umher war vierzehen Elen lang, und vierzehen Elen breit, in seinen vier Ecken: und es war ringsumher ein Rand, einer halben Ele breit, und sein Grund einer Ele hoch, der auch ringsherum gieng: aber seine Staffeln waren gegen Aufgang gerichtet.

18. Und er sprach zu mir: Du Menschenkind, dieß sagt GOtt der HErr: Dieß sind die Gebräuche des Altars, an welchem Tage er gebauet wird: daß man das Brandopfer darauf opfern soll, und das Blut darauf ausgießen.

19. Und den Priestern und Leviten vom Saamen Sadoc, die vor mich tretten, spricht GOtt der HErr, sollst du ein Kalb aus der Heerde geben, daß sie mir für die Sünde opfern.

20. Und sollst von seinem Blute nehmen, und es an die vier Hörner streichen, und an die vier Ecken, und an den Rand ringsherum: und sollst ihn also reinigen, und aussöhnen.

21. Und das Kalb, so für die Sünde geopfert wird, sollst du nehmen, und dasselbige ausserhalb dem Heiligthume, an einem abgesönderten Orte im Hause verbrennen.

22. Und am andern Tage sollst du einen Geißbock für die Sünde opfern, der ohne Mangel sey: und sie sollen den Altar auf die Weise aussöhnen, wie sie ihn mit dem Kalbe ausgesöhnet haben.

23. Und wann du seine Aussöhnung vollendet hast, sollst du ein Kalb aus dem Vieh opfern, das ohne Mangel sey, und einen Widder aus der Heerde, der auch ohne Mangel sey.

24. Und du sollst sie vor dem Angesichte des HErrn opfern: und die Priester sollen Salz darauf werfen, und sie dem HErrn zum Brandopfer opfern.

25. Sieben Tage lang sollst du täglich einen Bock für die Sünde opfern: auch sollen sie ein Kalb aus dem Viehe, und einen Widder aus der Heerde opfern, die beyde ohne Mangel sind.

26. Sieben Tage lang sollen sie den Altar aussöhnen, und ihn reinigen: und sollen seine Hand füllen.

27. Wenn

℣. 12. *Ista est lex domus.* Hæc est templi descriptio, totus ille peribolus: idque vel ad præterita pertinet, vel ad ea, quæ dicenda sunt postea. *Omnis finis.* Qui summitatem montis Sion, immo & spatia monti adjacentia ambiebat.

℣. 13. *Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo* sacro. Qui habebat cubitum sc. vulgarem *& palmum. In sinu ejus erat cubitus.* In cavitate, quæ pavimento marmoreo incisa erat, quæque altare cingebat, in quam fundebatur sanguis victimarum, qui per subterraneos meatus decurrebat in torrentem. *Et definitio ejus.* Margo extremorum. *Hæc quoque erat fossa altaris.* Altare vocat, quidquid super fundamentum erat superstructum.

℣. 14. *De sinu terræ usque ad crepidinem novissimam* inferiorem. Hanc minorem appellat, quod haberet tantum duos cubitos altitudinis: duæ erant crepidines, seu margines, in quibus sacerdotes poterant altare circumire.

℣. 15. *Ipse autem Ariel.* Suprema pars altaris. Hebr. *Harel*, aut *Ariel*, אריאל, quibusdam *mons Dei*, si per *He* scribatur loco *Aleph*: alii *Leonem Dei* interpretantur, quod devoraret victimas. Ex mensura liquet *Ariel* esse crepidinem superioris altaris.

℣. 16. *Et Ariel duodecim cubitorum.* Ariel quadratum, latus unum quoque erat 12. cubitorum.

℣. 17. *Et crepido quatuordecim cubitorum.* Crepido inferior: totius altaris altitudo erat septem cubitorum: nam basis altitudo erat cubiti unius, crepido inferior duorum, Ariel quatuor: & corona in circuitu dimidii cubiti. *Et sinus ejus cubiti unius.* Basis, seu fundamentum, adeo, ut sit repetitio versiculi 13.

℣. 18. *Hi sunt ritus altaris.* Quos e Levitico repetit: vel hæc est forma aut mensura altaris.

℣. 21. *Et combures eum -- extra sanctuarium.* Est enim publica altaris profanati expiatio.

℣. 22. *Hircum caprarum.* Tenellum, & matris ubera sugentem.

℣. 26. *Expiabunt altare -- & implebunt manum ejus*, i. consecrabunt, seu superficiem altaris oblationibus implebunt.

27. Wenn aber die Tage vollendet sind, sollen die Priester am achten Tage, und hinfüro eure Brandopfer, und eure Friedopfer auf dem Altare opfern: so will ich euch gnädig seyn, spricht GOtt der HErr.

Das vier und vierzigste Capitel.

I. Die Pforte zum Heiligthum soll allen Layen, allein den Fürsten ausgenommen, verschlossen seyn, weil der HErr durch dieselbe ist eingegangen: 1. II. Den Unbeschnittenen wird der Tempel, den Leviten aber, welche den Abgöttern gedienet, der Dienst des Tempels verbothen: 5. III. An deren Statt sollen die Kinder Sadocs, des Priesters, hineingehen, und dienen. 15.

1. Und er führete mich wieder auf den Weg, der zur Pforte des äußern Heiligthums gehet, die gegen Aufgang sah: und sie war verschlossen.

2. Und der HErr sprach zu mir: Diese Pforte soll verschlossen bleiben: sie soll nicht eröffnet werden, und kein Mensch soll dadurch gehen: denn der HErr, der GOtt Israel, ist dadurch gegangen, darum soll es verschlossen seyn

3. Für den Fürsten. Der Fürst selbst soll darunter sitzen, das Brod vor dem HErrn zu essen: er soll auf dem Wege der Pforte des Vorschopfs hinein, und durch denselben Weg wieder hinausgehen.

4. Und er führete mich durch den Weg der Pforte gegen Mitternacht, bis vor das Haus: und ich sah, und siehe, die Herrlichkeit des HErrn erfüllete das Haus des HErrn: und ich fiel nieder auf mein Angesicht.

II. 5. Und der HErr sprach zu mir: Du Menschenkind, faß es zu Herzen, und siehe mit deinen Augen, und höre mit deinen Ohren alles, was ich dir sage von allen Gebräuchen des Hauses des HErrn, und von allen seinen Satzungen: und du sollst auf die Eingänge des Tempels, und auf alle Ausgänge des Heiligthums Acht haben.

6. Und sprich zum Hause Israel, das mich so hoch erbittert: Dieß sagt GOtt der HErr: Höret einmal auf von allen euren Lastern, ihr vom Hause Israel:

7. Denn ihr führet fremde Kinder hinein, die unbeschnitten am Herzen sind, und unbeschnitten am Fleische, daß sie in meinem Heiligthume seyn, und mein Haus verunreinigen: und also opfert ihr mein Brod, und mein Fett, und mein Blut: und brechet meinen Bund mit allen euren Lastern.

8. Und ihr habt die Gebothe von meinem Heiligthume nicht gehalten: sondern habt Leute in meinem Heiligthume für euch selbst verordnet, meine Satzungen zu halten.

9. Dieß spricht GOtt der HErr: Kein Einkömmling, der unbeschnitten ist am Herzen, und unbeschnitten am Fleische, soll zu meinem Heiligthume hineingehen, keiner von den fremden Kindern, die sich unter den Kindern Israel aufhalten.

10. Ja auch die Leviten nicht, welche im Irrthume der Kinder Israel weit von mir abgewichen, und auf irrigen Wegen ihren Abgöttern nachgegangen sind, und derowegen ihre Missethat getragen haben:

11. Sie sollen Hüter seyn in meinem Heiligthume, und Thürwärter an den Pforten des Hauses, und Diener im Hause: die Brandopfer und Schlachtopfer des Volks

27. Expletis autem diebus, in die octava, & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

CAPUT XLIV.

I. Jubet Deus portam orientalem ad Sanctuarium claudi laicis omnibus, solo principe excepto, quia Deus illa ingreditur: 1. II. Incircumcisi carne, & corde arcentur a sanctuario, & Levitæ, qui idola secuti sunt, a templi servitio: 5. III. Filii Sadoc sacerdotis ingredientur, queis leges ponuntur, ut olim in Levitico. 15.

1. Et convertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad orientem: & erat clausa.

2. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est *a* per eam, eritque clausa *a Supra c. 43. v. 2.*

3. Principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam ejus egredietur.

4. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce, implevit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam.

II. 5. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de universis ceremoniis domus Domini, & de cunctis legibus ejus: & pones cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarii.

6. Et dices ad exasperantem me domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel:

7. Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem, & sanguinem: & dissolvitis pactum meum in omnibus scelebribus vestris.

8. Et non servastis præcepta sanctuarii mei: & posuistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis.

9. Hæc dicit Dominus Deus: Omnis alienigena incircumcisus corde, & incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel.

10. Sed & Levitæ, qui longe recesserunt a me in errore filiorum Israel, & erraverunt a me post idola sua, & portaverunt iniquitatem suam:

11. Erunt in sanctuario meo æditui, & janitores portarum domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas

†. 27. *Facient*, l. offerent, *sacerdotes super altare holocausta vestra.*

CAPUT XLIV.

†. 1. *Et erat clausa.* Sanctuarium illud exterius erat vestibulum; dicitur *sanctuarium*, quod pars esset domus Domini: cum gloria Domini per eam portam intrasset, clausa est porta, populo scilicet: nam sacerdotes per illam transire poterant.

†. 2. *Porta hæc clausa erit* &c. In usum principis futura est, non ut ingrediatur per eam, sed ut in limine ejus sedeat, & spectet sacrificia, cum sacris interierit: nam soli sacerdotes per eam intrabant. Allegorice uterum virginalem supremo Principi apertam designat. Hieron. „Pulchre quidam portam clausam, per quam solus Dominus „Israel ingreditur, Mariam virginem intelligunt. Incarnatio per gloriam Domini figuratur.„ Anagogice, porta cœli clausa fuit usque ad Christum, qui clave crucis suæ nobis illam reseravit.

†. 3. *Eritque clausa Principi.* Id est, erit ad usum solius principis, ut cum præcedentibus jungatur. Alioqui Hebr. & Chald. Principi est initium tertii versus. Chald. principi erit, sc. aperta, q. d. soli regi aperietur. *Princeps ipse sedebit in ea.* Ibique edet, partes victimarum duas offeret &c. *Per viam portæ vestibuli.* Atrii orientalis *ingredietur &c.*

†. 7. *Et offertis panes meos.* Panes & victimas, quæ ab alienigenis accepistis, quod vetitum erat Levit. 22. *Vobismetipsis.* Nutu vestro, non ex mea voluntate.

†. 10. *Sed & Levitæ -- erraverunt a me.* Non ad solos Levitas, sed & ad Sacerdotes quoque hæc spectant, uti ex sequentibus liquet.

†. 11. *Erunt in sanctuario meo æditui & janitores.* Hieron. *Pro sacerdotali enim officio redigentur in ultimum gradum, & erunt janitores in ignominiam sempiternam.* Et infra: *Symmachus ordinem lectionis sensumque considerans, rectius interpretatus est, dicens: Posueram enim eos custodes januarum domus, ut non ad eos pertineat, qui futuri sunt in templo, sed ad eos, qui fuerunt.*

populi, & ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis.

12. Pro eo, quod ministraverunt illis in conspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis, idcirco levavi manum meam super eos, ait Dominus Deus, & portabunt iniquitatem suam:

13. Et non appropinquabunt ad me, ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum juxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua, quæ fecerunt.

14. Et dabo eos janitores domus in omni ministerio ejus, & in universis, quæ fient in ea.

III. 15. Sacerdotes autem, & Levitæ filii Sadoc, qui custodierunt ceremonias sanctuarii mei, cum errarent filii Israel a me, ipsi accedent ad me, ut ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, ut offerant mihi adipem, & sanguinem, ait Dominus Deus.

16. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas.

17. Cumque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris, & intrinsecus.

18. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore.

19. Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministraverant, & reponent ea in gazophylacio sanctuarii, & vestient se vestimentis aliis: & non sanctificabunt populum in vestibus suis.

20. Caput autem suum non radent, neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua.

21. Et vinum non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius.

b Lev. 21. 14. 22. Et *b* viduam, & repudiatam non accipient uxores, sed virgines de semine domus Israel: sed & viduam, quæ fuerit vidua a sacerdote, accipient.

23. Et populum meum docebunt, quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis.

24. Et cum fuerit controversia, stabunt in judiciis meis, & judicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt.

25. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororem, quæ alterum virum non habuerit, in quibus contaminabuntur.

26. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei.

27. Et in die introitus sui in sanctuarium

des sollen sie schlachten, und vor ihren Augen stehen, ihnen zu dienen.

12. Darum, daß sie ihnen vor ihren Abgöttern gedienet haben, und dem Hause Israel zur Aergerniß der Ungerechtigkeit geworden sind, darum habe ich meine Hand über sie aufgehoben, spricht GOtt der HErr, und sie sollen ihre Missethat tragen:

13. Und sie sollen sich zu mir nicht nahen, daß sie mir das Priesterthum verwalten, noch zu einigem meinem Heiligthume herzutretten neben dem Allerheiligsten: sondern sie sollen ihre Schmach tragen, und ihre Laster, die sie begangen haben.

14. Und ich will sie zu Hütern meines Hauses machen, in allen seinen Diensten, und in allem, was darinn zu schaffen ist.

III. 15. Aber die Priester und Leviten, die Kinder Sadoc, welche die Gebräuche meines Heiligthums gehalten haben, da die Kinder Israel von mir abfielen, die sollen zu mir tretten, daß sie mir dienen: und sollen vor meinem Angesichte stehen, daß sie mir das Fett und Blut opfern, spricht GOtt der HErr.

16. Sie sollen zu meinem Heiligthume hineingehen, und zu meinem Tische tretten, daß sie mir dienen, und meine Gebräuche halten.

17. Und wann sie durch die Pforte des inwendigen Vorhofes hineingehen werden, alsdann sollen sie leinene Kleider anthun: und soll nichts wollenes an ihren Leib kommen, wann sie in den Pforten des innern Vorhofes, und innen darinn den Dienst verwalten.

18. Sie sollen leinene Hauben auf ihren Häuptern haben, und leinene Niederkleider um ihre Lenden, und sollen sich nicht umgürten, daß sie schwitzen.

19. Wann sie aber in den äußern Hof zum Volke hinausgehen, so sollen sie ihre Kleider austhun, darinn sie den Dienst verrichtet haben, und dieselbigen von sich legen in die Schatzkammer des Heiligthums, und sollen andere Kleider wieder anziehen: und sie sollen das Volk nicht heiligen in ihren Kleidern.

20. Sie sollen ihr Haupt nicht kahl scheeren, und doch das Haar nicht wachsen lassen: sondern sollen es an ihren Häuptern beschneiden, und kürzen.

21. Auch soll kein Priester Wein trinken, wann er zum innern Vorhofe hineingehen will.

22. Zudem sollen sie keine Wittwe, oder eine, die von ihrem Manne verstoßen ist, zum Weibe nehmen, sondern Jungfrauen vom Saamen des Hauses Israel: sie mögen aber wohl eine Wittwe nehmen, die von einem Priester hinterlassen ist.

23. Und sie sollen mein Volk lehren, und ihnen anzeigen, was für ein Unterschied sey, zwischen dem Heiligen und Unheiligen, und zwischen dem Reinen, und Unreinen.

24. Und wann sich etwan ein Streit erhebet, alsdann sollen sie in meinen Rechten stehen, und richten: meine Satzungen, und meine Gebothe sollen sie auf allen meinen hohen Festen halten, auch meine Sabbathe heiligen.

25. Auch sollen sie zu einem todten Menschen nicht hineingehen, damit sie nicht verunreiniget werden, ausgenommen zu Vater und Mutter, zu Sohn und Tochter, zu Bruder und Schwester, welche nicht anderwärts verheyrathet gewesen ist, darüber mögen sie sich verunreinigen.

26. Und nachdem einer wieder gereiniget ist, soll man ihm sieben Tage rechnen.

27. Und an dem Tage, wann er in das Heiligthum zum

℣. 12. *Pro eo, quod ministraverunt illis in conspectu idolorum suorum.* Quod populo servierunt in idololatria. *Levavi manum meam.* Juravi, quod pergent portare iniquitatem suam.

℣. 17. *Non ascendet super eos quidquam laneum.* Apulejus in Apolog. *Lana segnissimi corporis excrementum, pulveris ac sordium receptaculum, desidiam ac spurios* mores significat, qui procul debent esse a ministris Dei. *Econtra linum ob subtilitatem, & quia summo labore ex nobilis plantæ medulla colligitur, sordesque repellit: symbolum est diligentiæ, ac nitoris, qui maxime decet servos Dei.*

℣. 18. *Et non accingentur in sudore.* Stricte nimis, sc. ut ad ministeria sint expediti.

℣. 19. *Et non sanctificabunt populum in vestibus suis.* Ne populus vestes sanctas tangat & noxam contrahat.

℣. 20. *Caput autem suum non radent* &c. Concilium Carthaginense V. *Clerici neque comam nutriant, neque barbam.* Conc. Tol. IV. formam tonsuræ Clericalis præscribit. Quæ in comment. ait Hieron. vel quisquis alius: *Nec rasis capitibus, sicut cultores, & Sacerdotes Isidis, atque Serapis; nec comam demittere nos debere,* quod barbarorum est, consuetudini Ecclesiasticæ non adversatur; sed contra eos differit, qui vana superstitione instar gentilium se radebant, aut muliebri mollitie barbam omnem penitus vellentes comam instar mulierum nutriebant: in Ecclesiastica radendi consuetudine honestati consulitur, & spineæ coronæ significatio manet.

zum innern Vorhofe hineingehet, damit er mir im Heiligthume diene, soll er ein Opfer thun für seine Sünde, spricht GOtt der HErr.

28. Sie sollen aber kein Erbtheil haben, denn ich bin ihr Erbtheil: ihr sollet ihnen auch kein Eigenthum geben in Israel, denn ich bin ihr Eigenthum.

29. Die Schlachtopfer, und was für die Sünde, und für die Missethat geopfert wird, sollen sie essen: und alle Gelübde in Israel sollen ihnen seyn.

30. Und alle Erstlinge aller ersten Geburt, und alle Trankopfer von allem, was geopfert wird, soll der Priester seyn: und sollet ihr dem Priester die Erstlinge aller Früchten geben, davon ihr esset, damit er deinem Hause den Segen wieder gebe.

31. Es sollen auch die Priester kein Aas essen, noch was zerrissen ist vom Vieh, es sey von Vögeln, oder von wilden Thieren.

Das fünf und vierzigste Capitel.

I. Abtheilung des Landes, und der Stadt Jerusalem in vier Theile. Der erste wird zugeeignet den Priestern, und dem Tempel. Der zweyte den Leviten. Der dritte den Bürgern. Der vierte dem Fürsten. 1. II. Vorschreibung gewisser Gesetze, insonderheit von den Gewichten, Maaßen, Erstlingen und Opfer in den Festtagen. 9.

1. Und wann ihr nun das Land durch das Loos austheilen werdet, alsdann sollet ihr dem HErrn die Erstlinge absöndern, nämlich einen geheiligten Theil vom Lande, fünf und zwanzigtausend Ruthen in die Länge, und zehentausend in die Breite: dieser Theil soll in seinem ganzen Begriff ringsherum geheiliget seyn.

2. Von diesem ganzen Theile soll ein Ort zum Heiligthume genommen werden, das ringsherum geviertet sey, und eine jegliche Seite soll fünfhundert Elen halten: und es soll ein leerer Platz von fünfzig Elen ringsherum gehen.

3. Dieß sollst du also messen von dem abgemessenen Theile, das fünf und zwanzigtausend Ruthen in die Länge hält, und zehentausend in die Breite: und auf demselbigen Orte soll der Tempel mit dem Allerheiligsten seyn.

4. Das geheiligte Theil vom Lande soll den Priestern zugehören, den Dienern des Heiligthums, welche zum Dienste des HErrn hineintretten: und soll ihnen der Ort zu Häusern dienen, und zum Heiligthume der Heiligung.

5. Aber die Leviten, welche dem Hause dienen, sollen auch fünf und zwanzigtausend Ruthen in die Länge, und zehentausend in die Breite haben: und sie sollen allda zwanzig Kammern besitzen.

6. Ihr sollet auch zur Stadt dem ganzen Hause Israel zum Eigenthume geben, fünf tausend Ruthen in die Breite, und fünf und zwanzigtausend in die Länge, neben der Absönderung des Heiligthums.

7. Dem Fürsten sollt ihr auch einen Ort geben zu beyden Seiten neben dem abgesönderten Theile des Heiligthums, und dem Eigenthume der Stadt, und gegen dem abgesönderten Orte des Heiligthums, und gegen dem Eigenthume der Stadt über: von der Seite, die sich zum Meere hinausstrecket, bis an das Meer, und von der Morgenseite bis zum Aufgange hinan: aber die Länge neben einem jeglichen Theile soll seyn vom Ende gegen Niedergang, bis zum Ende gegen Morgen.

8. Das soll vom Lande sein Erbtheil seyn in Israel: so sollen auch die Fürsten mein Volk hinfüro nicht berauben, sondern sollen dem Hause Israel das Land nach ihren Geschlechten einräumen.

ad atrium interius, ut ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus.

28. Non *c* erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. *c Num. 18. 20. Deut. 18. 1.*

29. Victimam & pro peccato, & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel ipsorum erit.

30. Et *d* primitiva omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus, quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiva ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui tuæ. *d Exod. 22. 29.*

31. Omne *e* morticinum, & captum a bestia de avibus, & de pecoribus non comedent sacerdotes. *e Lev. 22. 8.*

CAPUT XLV.

I. In terræ ac urbis divisione, separatis Domino primitiis, assignatur certa portio Sacerdotibus, Levitis, civitati ac principi. 1. II. Leges de ponderibus, mensuris, primitiis & sacrificiis offerendis in Neomeniis, in Paschæ ac Scenopegiæ festo. 9.

1. Cumque cœperitis terram dividere sortito, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino ejus per circuitum.

2. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana ejus per gyrum.

3. Et a mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium: & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.

4. Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis.

5. Viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Levitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia.

6. Et possessionem civitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis viginti quinque millia secundum separationem sanctuarii, omni domui Israel.

7. Principi quoque hinc, & inde in separationem sanctuarii, & in possessionem civitatis, contra faciem separationis sanctuarii, & contra faciem possessionis urbis: a latere maris usque ad mare, & a latere Orientis usque ad Orientem: longitudinis autem juxta unamquamque partem a termino Occidentali usque ad terminum Orientalem.

8. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur ultra principes populum meum, sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum.

II. 9. Hæc

℣. 28. *Ego enim possessio eorum.* Hieron. *Grandis dignitas sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant; lætemur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum; non est tanti gaudii excelsa tenuisse, quanti mœroris de subl.mioribus corruisse.*

℣. 30. *Et primitiva omnium primogenitorum -- sacerdotum erunt.* Corrupti solent primitiæ & primogenita: q. d. quidquid aut terra aut animal primo gignit. *Et omnia libamenta*, i. decimas, quas Levitæ ex oblatis debant sacerdotibus.

CAPUT XLV.

℣. 1. *Cum cœperitis terram dividere sortito.* Per sortes ex Dei arbitrio. Chald. & Hieron. in possessionem. 70. In hæreditatem, sc. quia vocaverat hæreditatem, quæ sortito dividi solet, hac utitur voce; quæ divisio facta non est, seu Judæi ab hostibus circumjectis prohibiti fuerint, seu ista figurate tantum præscripta sint a Deo, & impleta in Ecclesia. Quod quidem verisimilius est: nam templi, & urbis fabrica mystice est intelligenda, uti ex cap. 21. & 22. Apoc. colligit Illustriss. Meldensis Episcopus. Nam Apoc. 21. v. 15. verba ipsa Ezech. cap. 40. Joannes Apostolus usurpat, & cap. 22. de fluvio aquæ vitæ loquitur; in Ezechiele, c. 4. v. 1. uterque æternam felicitatem his aquis exprimit, adeo, ut non aliud videatur esse templum Prophetæ præter illud ipsum, quod in Apocalypsi designatur, qua de re supra egimus.

℣. 5. *Ipsi Levitæ possidebunt viginti gazophylacia*, i. cellas seu cubicula.

II. 9. Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem, & rapinas intermittite, & judicium, & justitiam facite, separate confinia vestra a populo meo, ait Dominus Deus.

10. Statera justa, & ephi justum, & batus justus erit vobis.

11. Ephi, & batus æqualia, & unius mensuræ erunt: ut capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: juxta mensuram cori erit æqua libratio eorum.

12. Siclus *a* autem viginti obolos habet: porro viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt.

a Ex. 30.13. *Lev.* 27. 25. *Num.* 3.47.

13. Et hæ sunt primitiæ, quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei.

14. Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est: & decem bati corum faciunt: quia decem bati implent corum.

15. Et arietem unum de grege ducentorum de his, quæ nutriunt Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

16. Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel.

17. Et super principem erunt holocausta, & sacrificium, & libamina in solemnitatibus, & in calendis, & in sabbatis, & in universis solemnitatibus domus Israel: ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica ad expiandum pro domo Israel.

18. Hæc dicit Dominus Deus: In primo mense, una mensis sumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium.

19. Et tollet sacerdos de sanguine, quod erit pro peccato, & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrii interioris.

20. Et sic facies in septima mensis pro unoquoque, qui ignoravit, & errore deceptus est, & expiabis pro domo.

21. In primo mense, quarta decima die mensis erit vobis Paschæ solemnitas: septem diebus azyma comedentur.

22. Et faciet princeps in die illa pro se, & pro universo populo terræ, vitulum pro peccato.

23. Et in septem dierum solemnitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus: & pro peccato hircum caprarum quotidie.

24. Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi.

25. Septimo mense, quinta decima die mensis in solemnitate faciet, sicut supra dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quam pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAPUT XLVI.

I. Porta solis Sabbatis ac Calendis aperienda, & quæ holocausta his diebus offeret princeps. 2. II. Qua

II. 9. Dieß sagt GOtt der HErr: Lasset euch damit begnügen ihr Fürsten Israel: lasset die Bosheit und das Rauben unterweges, und thut Recht und Gerechtigkeit, und sondert eure Gränzen ab von meinem Volke, spricht GOtt der HErr.

10. Ihr sollet recht Gewicht, und rechtes Kornmaaß, und rechtes Wein- und Oelmaaß haben.

11. Ephi und Bat sollen gleich, und von einer Maaß seyn: also, daß ein Bat das zehente Theil eines Cori halte, und Ephi ingleichen das zehente Theil eines Cori: denn nach des Cori Maaß soll man sie gleich machen.

12. Aber ein Sickel hat zwanzig Häller: und zwanzig Sickel, und fünf und zwanzig Sickel, und fünfzehen Sickel, machen eine Mna.

13. Und dieß sind die Erstlinge, die ihr aufheben sollt: das sechste Theil eines Ephi von dem Cor Waizen, und das sechste Theil eines Ephi von dem Cor Gerste.

14. Und die Maaß von dem Oele, ein Bat Oels, ist das zehente Theil von dem Cor: denn zehen Bat machen einen Cor: und zehen Bat füllen den Cor.

15. Und einen Widder aus der Heerde von zweyhundert, von denen, welche zu dem Speißopfer, und zu dem Brandopfer, und zu dem Friedopfer, und zur Aussöhnung für sie in Israel gehalten werden, spricht GOtt der HErr.

16. Alles Volk im Lande soll dem Fürsten in Israel verpflichtet seyn, diese Erstlinge zu bringen.

17. Und dem Fürsten soll obliegen, die Brandopfer und Speißopfer, und Trankopfer auf die hohen Feste, und Neumonden, und Sabbathe, und auf alle hohe Feyertage des Hauses Israel zu verschaffen: er soll das Opfer für die Sünde geben, und die Brandopfer, sammt den Friedopfern, zur Aussöhnung für das Haus Israel.

18. Dieß sagt GOtt der HErr: In dem ersten Monathe, an dem ersten Tage des Monaths, sollst du ein Kalb von der Heerde nehmen, das ohne Mangel sey, und sollst das Heiligthum aussöhnen.

19. Und der Priester soll von dem Blute des Opfers für die Sünde nehmen, und es an die Pfosten des Hauses streichen, und an die vier Ecken des herumgehenden Raums an dem Altare, und an die Pfosten der Pforte in dem innern Vorhofe.

20. Also sollst du auch thun an dem siebenten Tage des Monaths, für einen jeglichen, der unwissend gewesen, oder durch Irrthum verführet ist, und sollst das Haus aussöhnen.

21. In dem ersten Monathe, an dem vierzehenten Tage des Monaths, sollt ihr das Osterfest halten: und man soll sieben Tage lang ungesäuert Brod essen.

22. Und der Fürst soll an demselben Tage für sich, und für das ganze Volk in dem Lande ein Kalb für die Sünden opfern.

23. Und in den sieben Tagen des Festes soll er täglich, die sieben Tage lang, sieben Kälber, und sieben Widder, die ohne Mangel sind, dem HErrn zu dem Brandopfer geben: und alle Tage einen Geißbock für die Sünde.

24. Und er soll zum Speißopfer ein Ephi zu einem jeglichen Kalbe thun, und ein Ephi zu einem jeglichen Widder: und zu einem jeglichen Ephi ein Hin Oels.

25. Im siebenten Monathe, an dem fünfzehenten Tage des Monaths, soll er auf das hohe Fest eben also thun, wie zuvor gesagt ist, sieben Tage lang: sowohl mit dem Opfer für die Sünde, als auch mit dem Brandopfer, und mit dem Speißopfer, und mit dem Oele.

Das sechs und vierzigste Capitel.

1. Anordnung von der innern orientalischen Pforte, und was der Fürst zu seiner Zeit opfern soll. 2. II. Gesetz von dem Ein- und

---

¥. 11. *Ephi, & Batus æqualia.* *Ephi* est aridorum, *Batus* liquidorum mensura.

¥. 17. *Et super principem erunt.* Chald. ad principem pertinebit dare *holocausta &c. Ipse faciet.* i. curabit offerri sacrificium.

¥. 18. *In primo mense, una,* i. prima die, *mensis sumes vitulus de armento immaculatum & expiabis,* o Pontifex *sanctuarium.*

¥. 21. *Septem diebus azyma comedentur.* Juxta legem Exod. 12.

¥. 22. *Et faciet,* i. offeret, *princeps vitulum pro peccato.*

¥. 24. *Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet.* Id est, sacrificium cibarium. Hebr. Mincha. Chald. in munus *per vitulum,* i. ad unumquemque vitulum offeret.

¥. 25. *Septimo mense,* i. Septembri seu Tisri, *In solemnitate.* Scenopegiæ seu tabernaculorum. Levit. 23. v. 39.

und Ausgang in dem Tempel, und von Geschenken und Uebermachungen des Fürsten: 8. III. Von dem Orte und Küchen der Schlachtopfer. 19.

1. Dieß sagt GOtt der HErr: Die Pforte des innern Vorhofs, die gegen Aufgang siehet, soll verschlossen seyn die sechs Tage lang, an welchen man arbeitet: aber am Sabbathe soll man sie aufthun, auch soll man sie an dem Tage des Neumondes eröffnen.

I. 2. Aber der Fürst soll durch den Weg des Vorschopfs der Pforte von außen hineingehen, und an der Schwelle der Pforte stehen bleiben: und die Priester sollen sein Brandopfer, und seine Friedopfer opfern: und er soll auf der Schwelle der Pforte anbethen, und darnach hinausgehen: die Pforte aber soll man nicht schließen, bis auf den Abend.

3. Auch soll das Volk in dem Lande an den Sabbathen, und Neumonden, bey der Thür desselbigen Thors, vor dem HErrn anbethen.

4. Aber das Brandopfer, das der Fürst dem HErrn opfern soll, soll seyn: an dem Sabbath, sechs Lämmer, so ohne Mangel sind, und ein Widder, so auch ohne Mangel ist.

5. Und ein Ephi zum Speißopfer bey dem Widder: aber bey den Lämmern zum Speißopfer, was seine Hand giebt: und ein Hin Oels bey einem jeglichen Ephi.

6. Aber an dem Tage des Neumondes ein Kalb aus der Heerde, so ohne Mangel ist: auch sechs Lämmer, und so viel Widder, die ohne Mangel seyn sollen.

7. Auch soll er ein Ephi bey dem Kalbe, und bey einem jeglichen Widder ein Ephi zum Speißopfer geben: aber bey den Lämmern, wie es ihm zur Hand kömmt: und ein Hin Oels bey einem jeglichen Ephi.

II. 8. Und wann der Fürst hineingehen will, soll er durch den Weg des Vorschopfs an der Pforte hineingehen, und durch denselben Weg wieder hinausgehen.

9. Wann aber das Volk im Lande auf die hohen Festtage vor das Angesicht des HErrn hineingehen wird: wer alsdann durch die Pforte gegen Mitternacht hineingehet anzubethen, der soll durch den Weg der Pforte, die gegen Mittag ist, wieder hinausgehen: wer aber durch den Weg der Pforte gegen Mittag hineingehet, der soll durch den Weg der Pforte gegen Mitternacht wieder hinausgehen: und soll also niemand durch den Weg der Pforte wieder ausgehen, dadurch er hineingegangen ist, sondern soll gegen über hinausgehen.

10. Der Fürst aber soll unter ihnen mit den Eingehenden eingehen, und mit den Ausgehenden ausgehen.

11. Und auf die Fevertage und hohen Feste soll ein Ephi bey dem Kalbe zum Speißopfer seyn, und ein Ephi bey einem jeglichen Widder: aber bey den Lämmern soll zu dem Speißopfer seyn, was seine Hand findet, und ein Hin Oels bey einem jeglichen Ephi.

12. Wann aber der Fürst ein freywilliges Brandopfer, oder freywilliges Friedopfer dem HErrn thun will: so soll man ihm die Pforte aufthun, die gegen Morgen siehet, und er soll sein Brandopfer, und seine Friedopfer verrichten, wie man an dem Sabbathe zu thun pflegt: darnach soll er herausgehen, und wann er herausgegangen ist, soll man die Pforte zuschließen.

porta ipse templum ingrediatur; leges de sacrificiis, donariis, & legatis principis: 8. III. De loco & culinis victimarum. 19.

1. Hæc dicit Dominus Deus: Porta atrii interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit: die autem Sabbati aperietur, sed & in die Calendarum aperietur.

I. 2. Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum ejus, & pacifica ejus: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur usque ad vesperam.

3. Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in Sabbatis, & in Calendis coram Domino.

4. Holocaustum autem hoc offeret princeps Domino: in die Sabbati sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum.

5. Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autem sacrificium, quod dederit manus ejus: & olei hin per singula ephi.

6. In die autem Calendarum vitulum de armento immaculatum: & sex agni, & arietes immaculati erunt.

7. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium: de agnis autem, sicut invenerit manus ejus: & olei hin per singula ephi.

II. 8. Cumque ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.

9. Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis, ut adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ: porro qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non revertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur.

10. Princeps autem in medio eorum, cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur.

11. Et in nundinis, & in solemnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: agnis autem erit sacrificium, sicut invenerit manus ejus, & olei hin per singula ephi.

12. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta, quæ respicit ad Orientem, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati: & egredietur, claudeturque porta, postquam exierit.

13. Et

CAPUT XLVI.

℣. 1. *Porta atrii interioris.* Seu atrii Sacerdotum. *Clausa erit sex diebus.* Sabbato aperta, quo major esset in locum sacrum reverentia.

℣. 2. *Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis.* Per portam orientalem atrii exterioris. *Et facient.* Immolabunt pro eo. Privilegium autem erat principis, ut per portam Orientis atrii exterioris ingrederetur, populus per portam meridionalem & septemtrionalem. Verum nomine principis *Messias.* seu Christus recte intelligitur. Post hæc enim fuerunt tantum duces, non reges Judæ. Princeps itaque Christus, qui nec proficit, nec deficit, sive ad nos descendat, sive in cœlum conscendat, eadem majestatis suæ uritur libertate.

℣. 5. *Et sacrificium ephi per arietem.* Hebr. *Minha epha,* מנחה איפה, *Oblatio epha.* In singulos arietes similæ mensura præscribitur.

℣. 6. *Vitulum de armento.* i. lactentem.

℣. 8. *Princeps per viam vestibuli portæ.* Per portam vestibuli supra nominatam ingrediatur.

℣. 9. *Qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis.* Ut in tanta populi turba expeditior sit transitus.

℣. 10. *Cum ingredientibus ingredietur.* Princeps, seu quicunque regeneraverit, ingredietur per portam orientalem, quæ media est inter meridionalem & septemtrionalem: eodem tempore cum aliis ingredietur & egradietur, sed non per eandem portam orientalem.

℣. 11. *Et in nundinis,* i. festis - *erit sacrificium ephi.*

13. Et agnum ejusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud.

14. Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi, & de oleo tertiam partem hin, ut misceatur similæ: sacrificium Domino legitimum, juge atque perpetuum.

15. Faciet agnum, & sacrificium, & oleum cata mane mane: holocaustum sempiternum.

16. Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit princeps donum alicui de filiis suis, hæreditas ejus filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditarie.

17. Si autem dederit legatum de hæreditate sua uni servorum suorum, erit illius usque ad annum remissionis, & revertetur ad principem: hæreditas autem ejus filiis ejus erit.

18. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hæreditatem dabit filiis suis: ut non dispergatur populus meus unusquisque a possessione sua.

III. 19. Et introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portæ, gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes, quæ respiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem.

20. Et dixit ad me: Iste est locus, ubi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: ubi coquent sacrificium, ut non efferant in atrium exterius, & sanctificetur populus.

21. Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrii: & ecce, atriolum erat in angulo atrii: atriola singula per angulos atrii.

22. In quatuor angulis atrii atriola disposita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: mensuræ unius quatuor erant.

23. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum.

24. Et dixit ad me: Hæc est domus culinarum, in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

CAPUT XLVII.

I. Aquæ super limen domus egredientes efficiuntur torrens, qui sanat omnia, ad quæ pertigerit, habens pisces & arbores fructiferas. 1. II. Termini terræ sanctæ, quæ duodecim tribubus Israel & advenis dividenda est. 13.

1. Et convertit me ad portam domus, & ecce, aquæ egrediebantur subter li-

13. Und er soll dem HErrn täglich ein Brandopfer opfern, nämlich ein Lamm, das ohne Mangel, und von demselbigen Jahre ist: das soll er für und für des Morgens opfern.

14. Auch soll er alle Morgen zum Speißopfer das sechste Theil von einem Ephi darzu thun, und ein Drittheil Oel von einem Hin, daß es mit dem Semmelmehl vermischet werde: dieß soll dem HErrn ein Opfer seyn, das täglich und ewiglich zu halten befohlen ist.

15. Also soll er das Lamm opfern, sammt dem Speißopfer und Oel, alle Morgen: das soll ein ewig Brandopfer seyn.

16. Dieß spricht GOtt der HErr: Wenn der Fürst einem von seinen Söhnen ein Geschenk giebt, dasselbige soll seinen Söhnen in der Erbschaft bleiben, und sie sollen es erblich besitzen.

17. Wenn er aber einem aus seinen Knechten von seinem Erbtheile etwas vermacht, dasselbige soll ihm zugehören bis an das Freyjahr, alsdann soll es dem Fürsten wieder heimfallen: aber seine Erbschaft soll seinen Kindern zugehören.

18. Auch soll der Fürst von dem Erbtheile des Volks, und was sie im Besitz haben, nichts mit Gewalt hinwegnehmen: sondern er soll seinen Söhnen ihr Erbtheil von seinem eigenen Gute geben: damit mein Volk nicht zerstreuet werde, ein jeglicher von seinem eigenen Gute.

III. 19. Und er führete mich durch den Eingang, der an der Seite der Pforte war, in die Kammern des Heiligthums, welche den Priestern zugehörten, und gegen Mitternacht gelegen waren: und daselbst war ein Ort, der sich zu dem Niedergange strecket.

20. Und er sprach zu mir: Dieß ist der Ort, da die Priester das Opfer für die Sünde, und für die Missethat kochen sollen: und da sie das Speißopfer kochen sollen, damit sie es nicht in den äußern Vorhof hinaustragen dürfen, und das Volk geheiliget werde.

21. Und er führte mich hinaus in den äußern Vorhof, und leitete mich herum durch alle vier Ecken desselbigen Vorhofs: und siehe, es war ein klein Höflein in dem Winkel des Vorhofs: ja in einem jeglichen Winkel des Vorhofs war noch ein kleines Höflein.

22. Dieselbigen Höflein waren in die vier Winkel ausgetheilet, und hielten vierzig Elen in die Länge, und dreyßig Elen in die Breite: und waren alle vier von einer Maaß.

23. Und die vier Höflein hatten ein jegliches eine Mauer vor sich, so darum hergieng: und es waren ringsherum unter den Gewölbern Küchen gemacht.

24. Und er sprach zu mir: Dieß ist das Kochhaus, darinn die Diener in dem Hause des HErrn die Schlachtopfer des Volks kochen sollen.

Das sieben und vierzigste Capitel.

20. Et locutus, ait: Sit nomen Domini benedictum a sæculo & usque in sæculum: quia sapientia & fortitudo ejus sunt.

21. Et ipse mutat tempora, & ætates: transfert regna, atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam:

22. Ipse revelat profunda, & abscondita, & novit in tenebris constituta, & lux cum eo est *a*.

a 1. Cor. 4. 5. 1. Joan. 1. 6. Joan. 1. 9. & 8. 12.

23. Tibi Deus patrum nostrorum confiteor, teque laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi, quæ rogavimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis.

24. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, ut perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: Sapientes Babylonis ne perdas, introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.

25. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inveni hominem de filiis transmigrationis Juda, qui solutionem regi annuntiet.

26. Respondit rex, & dixit Danieli, cujus nomen erat Balthassar: Putasne vere, potes mihi indicare somnium, quod vidi, & interpretationem ejus?

27. Et respondens Daniel coram rege, ait: Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, magi, arioli, & aruspices nequeunt indicare regi:

28. Sed est Deus in cœlo revelans mysteria, qui indicavit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in novissimis *b* temporibus. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo hujuscemodi sunt:

b Gen. 49. 1. Deut. 4. 30 Prov. 31. 25. Is. 2. 2. & 41. 22. & 46. 10. Jerem. 23. 20. Ezech. 38. 8. & 16.

29. Tu rex cogitare cœpisti in strato tuo, quid esset futurum post hæc: & qui revelat mysteria, ostendit tibi, quæ ventura sunt.

30. Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires.

31. Tu rex videbas, & ecce, quasi statua una grandis: statua illa magna, & statura sublimis stabat contra te, & intuitus ejus erat terribilis.

32. Hujus statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter, & femora ex ære:

33. Tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.

34. Videbas ita, donec abscissus est lapis

17. Und er gieng in sein Haus, und gab seinen Gesellen, dem Anania, und Misael, und Azaria den Handel zu erkennen:

18. Daß sie vor dem Angesichte GOttes des Himmels, über dieses Geheimniß Barmherzigkeit suchten, damit Daniel, und seine Gesellen, sammt anderen Weisen zu Babylon nicht umgebracht würden.

II. 19. Da ward dem Daniel das Geheimniß in einem Gesichte bey der Nacht geoffenbaret: derowegen lobete Daniel den GOtt des Himmels.

20. Und er redete, und sprach: Der Name des HErrn sey gebenedeyet von Ewigkeit, zu Ewigkeit: denn sein ist die Weisheit und Stärke.

21. Und er verändert Zeit und Alter: er versetzet die Königreiche von einem auf den andern, und bevestiget sie*: er giebt Weisheit den Weisen, und Verstand denjenigen, die Erkenntniß und Verstand haben: * setzt die Könige ab und ein.

22. Er offenbaret tiefe Geheimnisse, und verborgene Dinge, er weiß, was im Finstern ist, und das Licht ist bey ihm.

23. Ich sage dir Lob und Dank, du GOtt unserer Väter, daß du mir Weisheit und Stärke gegeben hast: und hast mir jetzt dasselbige kund gethan, darum wir dich gebethen haben, denn du hast uns das Werk geoffenbaret, davon der König geredt hat.

24. Darnach gieng Daniel zu Arioch hinein, den der König verordnet hatte, die Weisen zu Babylon umzubringen, und sprach also zu ihm: Bringe die Weisen zu Babylon nicht um, sondern führe mich hinein vor den König, so will ich dem Könige die Auslegung vermelden.

25. Da führete Arioch den Daniel eilends zum Könige hinein, und sprach zu ihm: Ich habe einen Menschen gefunden von den Kindern der Gefangenen aus Juda, der dem Könige die Auslegung anzeigen wird.

26. Der König antwortete, und sprach zu Daniel, der Balthassar genannt ward: Meynest du wohl, daß du mir den Traum wahrhaftig anzeigen könnest, den ich gesehen habe, und seine Auslegung?

27. Und Daniel antwortete vor dem Könige, und sprach: Das Geheimniß, darnach der König fraget, können die Weisen, und Gelehrten, und Wahrsager, und Zauberer dem Könige nicht entdecken:

28. Aber es ist ein GOtt im Himmel, der die Geheimnisse offenbaret, der dir, o König Nabuchodonosor! angezeiget hat, was in den letzten Zeiten geschehen soll. Dein Traum, und das Gesicht deines Hauptes, das du auf deinem Lager gesehen hast, war also gestaltet:

29. Du König fiengest an auf deinem Lager zu bedenken, was sich hernach zutragen würde: und derselbige, der verborgene Dinge offenbaret, hat dir kund gethan, was künftig geschehen soll.

30. So ist mir auch dieß Geheimniß offenbaret, nicht durch meine Weisheit, als wenn die in mir größer wäre, dann in allen, die das Leben haben: sondern damit dem Könige die Auslegung kund gethan würde, und du deines Herzens Gedanken zu wissen bekämest.

31. Du König sahest, und siehe, es war gleichwie ein großes Bild da: das Bild war groß, und sehr hoch, und stund gegen dir über, und seine Gestalt war schrecklich anzusehen.

32. Dieses Bildes Haupt war vom allerbesten Golde, aber seine Brust und Arme waren von Silber, sein Bauch und Lenden waren von Aerz:

33. Die Schenkel aber waren von Eisen: aber seine Füße waren eines Theils von Eisen, und eines Theils von Hafnererde.

34. Das sahest du also, bis daß ein Stein ohne Handanlegung

℣. 29. *Tu rex cogitare cœpisti.* Gregor. Homil. 1. in Ezech. *Qui ergo ipsam, ut ita dicam, radicem somnii protulit, profecto ex præteritis probavit, quod vera essent, quæ de futuris diceret.*

℣. 30. *Mihi quoque non in sapientia, quæ est in me -- sacramentum hoc revelatum est.* Negat, quod studio, labore, aut magna ingenii vi hanc acquisisset sapientiam, ut videbatur regi. Negat sibi hoc mysterium humana sapientia, sed afflatu tantum divino patefactum; vult animum regis ad unius Dei cognitionem adducere; simul & interpretationi suæ ut divinæ, non ut humanæ auctoritatem conciliare.

℣. 33. *Pedum quædam pars erat ferrea &c.* Pedes erant conflati ex ferro una cum terra mixto, uti v. 43. exponitur.

℣. 34. *Donec abscissus est lapis de monte sine manibus.* Christus scilicet, qui confregit regna idolorum: itaque regnum illud est Ecclesia catholica, quæ universam replevit terram.

anlegung vom Berge herabgerissen ward: und schlug das Bild an seine Füße, welche zum Theil von Eisen, zum Theil von Hafnererde waren, und zerschlug sie.

35. Da ward das Eisen, und die Erde, das Aerz, das Silber und Gold miteinander zermalmet, und ward gleichwie Staub im Sommer auf der Tenne, den der Wind hinwegführet: und war für sie keine Statt mehr gefunden: aber der Stein, der das Bild zerschlagen hatte, ward zu einem großen Berge, und erfüllete die ganze Welt.

36. Dieß ist der Traum. Nun wollen wir auch vor dir, o König, seine Bedeutung anzeigen:

37. Du bist ein König aller Könige: und der GOtt des Himmels hat dir das Königreich, und Stärke, und Gewalt, und Ehre gegeben:

38. Und er hat dir alles in deine Hände gegeben, darinn die Menschenkinder, und die Thiere auf dem Felde, und die Vögel des Himmels wohnen, und hat alles deiner Herrschaft unterworfen: also bist du das goldene Haupt.

39. Und nach dir wird ein anderes Königreich aufstehen, das wird geringer seyn, dann das deine, und wird silbern seyn: und darnach wird ein anderes, nämlich das dritte ährne Reich kommen, so über den ganzen Erdboden herrschen wird.

40. Und das vierte Reich wird wie Eisen seyn: denn gleichwie Eisen alles zermalmet, und zwinget, also wird dieß alles zermalmen, und zerschmettern.

41. Daß du aber gesehen hast, daß die Füße und Zehen zum Theil von Hafnererde, zum Theil von Eisen waren, bedeutet, daß das Königreich zertheilt werden wird, und wird gleichwohl von der Pflanze des Eisens herkommen: wie du dann gesehen hast, daß das Eisen mit der Hafnererde vermischet war.

42. Daß auch die Zehen an den Füßen zum Theil von Eisen, und zum Theil von Erde waren: das Königreich wird zum Theil stark, zum Theil zerbrochen seyn.

43. Daß du aber Eisen gesehen hast mit Hafnererde vermischet, sie werden sich wohl mit menschlichem Saamen miteinander vermischen, aber gleichwohl einander nicht anhangen; wie dann Eisen mit Hafnererde nicht mag vermischet werden.

44. Aber in den Tagen dieser Königreiche wird GOtt des Himmels ein Reich erwecken, das in Ewigkeit nicht wird zerstöret werden, und sein Königreich wird keinem andern Volke übergeben werden: alle diese Königreiche wird es zermalmen, und verzehren: aber es wird ewiglich bestehen.

45. Wie du dann gesehen hast, daß ein Stein vom Berge ohne Handanlegung abgerissen ist, und die Hafnererde, und Eisen, und Aerz, und Silber, und Gold miteinander zerschmettert hat: also hat der große GOtt

de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus ejus ferreis, & fictilibus, & comminuit eos.

35. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in favillam æstivæ areæ, quæ raptæ sunt vento: nullusque locus inventus est eis: lapis autem, qui percusserat statuam, factus es mons magnus, & implevit universam terram.

36. Hoc est somnium. Interpretationem quoque ejus dicemus coram te, rex:

37. Tu rex regum es: & Deus cœli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi:

38. Et omnia, in quibus habitant filii hominum, & bestiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua universa constituit: tu es ergo caput aureum.

39. Et post te consurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit universæ terræ.

40. Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit, & domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia hæc.

41. Porro quia vidisti pedum, & digitorum partem testæ figuli, & partem ferream, regnum divisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur: secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto.

42. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum.

43. Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi; sicuti ferrum misceri non potest testæ.

44. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet universa regna hæc: & ipsum stabit in æternum.

45. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum,

&

℣. 38. *Tu es ergo caput aureum.* Non tam regi, quam imperii magnificentiæ & splendori id nominis tribuit; deinde regnum Nabuchodonosoris caput vocat, quia primum erat, & illius successores designat.

℣. 39. *Post te consurget aliud regnum minus te.* Regnum Medorum & Persarum, quod coaluerat in unum, ut brachia cum pectore. Hoc Persarum regnum argenteum dicitur, quod tandiu non duraverit quam primum Assyriorum & Chaldæorum, atque a primo multum degenerarit, ut tertium a secundo; unde & cum ventre hoc comparatur: æreum est, quod alia regna vi armorum contriverit. *Æreum.* Macedonum imperium. *Quod imperabit universæ terræ.* Idque fuit amplissimum. *Est*, inquit Hieron. *æs clarissimum & sonantissimum, edit sonum magnum & clarum.*

℣. 40. *Regnum quartum erit velut ferrum.* Romanorum, quod omnia ætas regna perdomuit; aut forte de Alexandri successoribus hoc regnum in partes divisum intelligi potest. In textu Chald. *Et regnum quartum erit forte sicut ferrum.* Quod Imperio Romano apte convenit.

℣. 41. *Regnum divisum erit.* Cum ob factiones, tum etiam ob subditorum rebelliones, qui proprios sibi reges constituent. Quæ divisio orietur a *plantario ferri.* E radice pedis ferrei, ex ipso robore pedum, ex nimiis opibus.

℣. 42. *Ex parte regnum erit solidum.* Quando aristocratice regebatur. *Ex parte contritum.* Fragile & discors ob bella civilia.

℣. 43. *Commiscebuntur quidem humano semine.* Junctis inter dissidentes connubiis. *Sed non adhærebunt sibi.* Fortior erit ambitio, quam cognatio & affinitas. Quæ etiam de regno Seleucidarum & Ptolemæorum ab aliis intelliguntur ob inutiles affinitates & tyrannidem principum.

℣. 44. *In diebus autem regnorum illorum.* Post evolutas regnorum ætates, stante adhuc Romanorum imperio. *Suscitabit Deus cæli regnum.* Christi & Ecclesiæ; per fidem in terra constitutum ad cœlum usque perveniet. *In diebus regnorum.* De regnis, non de regibus hactenus locutus fuerat. *Quod in æternum non dissipabitur.* Neque in aliam gentem transferetur, ut alia regna. *Comminuet.* Per humilitatem primi adventus, & terrorem secundi; ille ad hominum salutem, hic ad gloriam & majestatem Christi; ille ad misericordiam & gratiam, hic ad justitiam & ultionem pertinet. Divina providentia ita disponente, illa regna mutata sunt, ut venturo Christo via muniretur.

℣. 45. *Quod de monte abscissus est lapis sine manibus &c.* Conceptus e virgine Christus idololatriam contrivit; sola Dei non hominum potentia regnum illud est constiturum, in ipsis initiis parvum. Hieron. ait: Hic lapis est Christus, virgo de virgine, sine humano opere natus, & contritis omnibus regnis factus est mons magnus, & implevit universam terram. Fatentur Hebræi, Christum esse hunc lapidem nondum abscissum, sed abscindendum putant.

& aurum: Deus magnus ostendit regi, quæ ventura sunt postea. Et verum est somnium, & fidelis interpretatio ejus.

4. Reg. 1. 13. Act. 14. 12.

III. 46. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adoravit, & hostias, & incensum præcepit, ut sacrificarent ei.

47. Loquens ergo rex, ait Danieli: Vere, Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum, & revelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.

48. Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa, & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes provincias Babylonis, & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis.

49. Daniel autem postulavit a rege: & constituit super opera provinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

dem Könige kund gethan, was hernach geschehen wird. Das ist wahrhaftig der Traum, und seine Auslegung ist getreu.

III. 46. Da fiel der König Nabuchodonosor auf sein Angesicht, und bethete den Daniel an, und befahl, daß man ihm Schlachtopfer und Rauchopfer opfern sollte.

47. Und der König redete dem Daniel zu, und sprach zu ihm: Euer GOtt ist in der Wahrheit ein GOtt aller Götter, und ein HErr aller Könige, der verborgene Dinge offenbaret; dieweil du dieß Geheimniß hast offenbaren können.

48. Da erhub der König den Daniel sehr hoch, und schenkte ihm viel und große Gaben: und er machte ihn zum Fürsten über alle Landschaften in Babylon, und verordnete ihn über die Amtleute, und über alle Weisen zu Babylon.

49. Daniel aber begehrte vom Könige: und er setzte über die Geschäffte der Landschaften in Babylon, Sidrach, Misach, und Abdenago: er aber, Daniel selbst, war an der Thür * des Königes. * Pallast

CAPUT III.

I. Nabuchodonosor jubet adorari statuam a se erectam. 1. II. Ananias, Misael, & Azarias nolentes adorare ligati mittuntur in fornacem ignis ardentis: 19. III. In qua illæsi confitentur Domino, & exhortantur omnem creaturam ad benedicendum Dominum. 49. IV. Pariter Nabuchodonosor illis de fornace egressis benedicit Deum ipsorum. 91.

Das dritte Capitel.

I. Nabuchodonosor befiehlt, daß man sein goldenes Bildniß anbethe: 1. II. Welches die drey Knaben, Sidrach, Misach, und Abdenago zu thun sich weigern, werden darum in feurigen Ofen geworfen: 19. II. Darinn sie unverletzt bleiben, und alle Geschöpfe zum Lobe GOttes einladen. 49. Durch solches Wunder erkennet und preiset auch Nabuchodonosor GOttes Allmacht. 91.

*SABB. SANCTO PROPH. 12.

1. °Nabuchodonosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura, provinciæ Babylonis.

1. Der König Nabuchodonosor machte ein goldenes Bild, das sechszig Elen hoch, und sechs Elen breit war, und richtete dasselbige auf im Felde Dura, der Landschaft in Babylon.

2. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & judices, duces, & tyrannos, & præfectos, omnesque principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex.

2. Und der König Nabuchodonosor schickte aus, die Amtleute, und Obrigkeiten, und Richter, und Fürsten, und Herren, und die Vornehmsten, und alle Obersten in den Landen zu versammeln, damit sie zusammen kämen, das Bild einzuweihen, so der König Nabuchodonosor aufgerichtet hatte.

3. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus & judices, duces, & tyranni, & optimates, qui erant in potestatibus constituti, & universi principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex: stabant autem in conspectu statuæ, quam posuerat Nabuchodonosor rex.

3. Da versammelten sich die Amtleute, und Obrigkeiten, und Richter, und Fürsten, und Herren, und die Vornehmsten, welche in der Regierung waren, und alle Obersten der Lande, und kamen zusammen zur Einweihung des Bildes, so der König Nabuchodonosor aufgerichtet hatte: sie stunden aber vor dem Bilde, das der König Nabuchodonosor aufgesetzt hatte.

4. Et præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis:

4. Und ein Ausrufer schrye mit lauter Stimme: Euch Völkern, Geschlechter, und Zungen wird gesagt:

5. In hora, qua audieritis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterii, & symphoniæ, & universi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream, quam constituit Nabuchodonosor rex:

5. In welcher Stunde ihr hören werdet den Schall der Trompeten, und Pfeifen, und Citharen, und Schallmeyen, und Harpfen, und Lauten, und allerhand Saytenspiel, sollet ihr niederfallen, und das goldene Bild anbethen, so der König Nabuchodonosor aufgesetzt hat:

6. Si quis autem non prostratus adoraverit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

6. Ist aber jemand, der nicht niederfällt, und anbethet, der soll zur selbigen Stunde in einen brennenden Feuerofen geworfen werden.

7. Post hæc igitur statim, ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sam-

7. So bald nun alle Völker höreten den Schall der Trompeten, und Pfeifen, und Citharen, und Schallmeyen,

---

℣. 46. *Tunc rex Nabuchodonosor - Danielem adoravit.* Veneratus corporis inclinatione. *Ut sacrificarent ei.* Ut munera & odores afferrent; aut si præcepit verum sacrificium, scriptum non est ita factum fuisse. Imo Danielem id prohibuisse hinc colligitur, quod inducat regem sic loquentem: *Vere, Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum.* Nec Danielem, sed Danielis Deum adoravit.

℣. 49. *Ipse autem Daniel erat in foribus regis.* Gr. in atrio, q. d. in palatio, sc. regi familiaris.

CAPUT III.

℣. 1. *Nabuchodonosor rex fecit statuam auream.* Multis post annis Græci codices addunt anno decimo octavo, puta regni sui a morte patris. Erit ergo Anno M. 3417. ante Chr. 587. Altero post desolatam Jerusalem, & concrematum templum anno: & forte eo ipso die, nempe Sabbati, cum interim filii Israel jejunarent, ut patet Zach. c. 7. & 8. Utrum ea fuerit statua regis, an dei Chaldæorum dubium est. Accusatores trium puerorum videntur innuere statuam dei Chaldæorum fuisse, cum ajunt: *Deos tuos non colunt, & statuam, quam erexisti, non adorant:* neque enim dicunt: *Te non colunt.* Sic Nabuchodonosor ad pueros: *Verene deos meos non colitis & statuam.* Hæc tamen distinguit Hieron. Cum respondent pueri: *Deos tuos non colimus:* nec deos tuos colimus, nec statuam tuam, in qua adorari voluisti, adoramus. Forte erecta est statua suadentibus Chaldæorum sacerdotibus, ut objecto crimine Danielem & socios perderent. *Aurea* dicitur, non, quod omni ex parte aurum esset, sed inducta auro fuit, & lignea. Statuam ingentem in somnis viderat ex variis metallis conflatam, aliam jussit erigi auream, forte ut prædictiones de monarchiis eluderet, & omnibus persuaderet, fore, ut Chaldæorum regnum sic perstaret, ut numquam everteretur; vel ut stuporem videntibus crearet. Hieron. *Velox oblivio veritatis, ut qui dudum fertum dei quasi Deum adoraverat, nunc statuam sibi fieri jubeat, ut ipse adoretur in statua.*

℣. 5. *In hora, qua audieritis sonitum - sambucæ.* Chald. *Sabbeca.* סַבְּכָא, Græc. σαμβύκη, Lat. *Sambyx*; genus erat instrumenti musici, leviori carminum generi adhiberi solitum: unde illud adagium: *Sambucam aptare cothurno*, i. e. levia gravibus admiscere: tetrachordum erat auctum & arguti soni.

meyen, und Harpfen, und Lauten, und allerhand Instrumenten: fielen alle Völker, und Geschlechte, und Zungen nieder, und betheten das goldene Bild an, so der König Nabuchodonosor aufgesetzt hatte.

8. Und gleich zur selbigen Zeit traten etliche chaldäische Männer hinzu, und verklagten die Juden,

9. Und sprachen zum Könige Nabuchodonosor: Herr König, lebe ewiglich:

10. Du hast, o König, ein Geboth gesetzt, daß ein jeglicher Mensch, der den Schall der Trompeten, und Pfeifen, und Citharen, und Schallmeyen, und Harpfen, und Lauten, und allerhand Instrumenten hören wird, niederfallen, und das goldene Bild anbethen soll:

11. Wenn aber jemand wäre, der nicht niederfiel, und anbethete, der soll in einen brennenden Feuerofen geworfen werden.

12. Nun sind die jüdischen Männer, welche du über die Geschäffte der Landschaft Babylon bestellet hast, Sidrach, Misach, und Abdenago: diese Männer, o König, verachten dein Geboth: sie ehren deine Götter nicht, und bethen das goldene Bild nicht an, so du aufgerichtet hast.

13. Da befahl Nabuchodonosor in seinem Grimm und Zorne, daß man Sidrach, Misach, und Abdenago herzuführen sollte: welche zur Stunde vor des Königs Angesicht gebracht wurden.

14. Da redete der König Nabuchodonosor, und sprach zu ihnen: Ist dann in der Wahrheit also, daß ihr, Sidrach, Misach, und Abdenago, meine Götter nicht ehret, und das goldene Bild, welches ich aufgerichtet habe, nicht anbethet?

15. Nun wohlan, wenn ihr bereit seyd, zu welcher Stunde ihr hören werdet den Schall der Trompeten, und Pfeifen, und Citharen, und Schallmeyen, und Harpfen, und Lauten, und allerhand Instrumenten, so fallet nieder, und bethet das Bild an, das ich gemacht habe: werdet ihr es aber nicht anbethen, so sollt ihr zur selbigen Stunde in den brennenden Feuerofen geworfen werden: und wer ist der GOtt, der euch aus meiner Hand erretten wird?

16. Da antworteten Sidrach, Misach, und Abdenago, und sprachen zum Könige Nabuchodonosor: Es ist nicht vonnöthen, daß wir dir hierauf Antwort geben:

17. Denn siehe, unser GOtt, den wir ehren, kann uns aus dem brennenden Feuerofen erretten, und aus deinen Händen, o König! erlösen.

18. Und wenn er das schon nicht thun will, so sollst du gleichwohl wissen, Herr König! daß wir deine Götter nicht ehren, auch das goldene Bild, so du aufgerichtet hast, nicht anbethen.

II. 19. Da ward Nabuchodonosor mit Grimm erfüllet: und sein Angesicht verstellete sich über Sidrach, Misach, und Abdenago: und er befahl, daß man den Ofen siebenmal heißer machen sollte, als man sonst zu hitzen pflegte.

20. Auch geboth er den allerstärksten Männern von seinem Heere, daß sie dem Sidrach, Misach, und Abdenago die Füße binden, und sie in den brennenden Feuerofen werfen sollten.

21. Da wurden diese Männer zur Stunde mit ihren Hosen, und Hüten, und Schuhen, und Kleidern gebunden, und mitten in den brennenden Feuerofen geworfen:

22. Denn des Königes Befehl drang hart darauf: aber der Ofen war über die maßen heiß gemacht: denn die Männer, welche Sidrach, Misach und Abdenago

cæ, & psalterii, & symphoniæ, & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adoraverunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex.

8. Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſaverunt Judæos,

9. Dixeruntque Nabuchodonoſor regi: Rex in æternum vive:

10. Tu rex poſuiſti decretum, ut omnis homo, qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & univerſi generis muſicorum, proſternat ſe, & adoret ſtatuam auream:

11. Si quis autem non procidens adoraverit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

12. Sunt ergo viri Judæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti contempſerunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adorant.

13. Tunc Nabuchodonoſor in furore, & in ira præcepit, ut adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis.

14. Pronunciansque Nabuchodonoſor rex, ait eis: Verene Sidrach, Miſach, & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoraris?

15. Nunc ergo ſi eſtis parati, quacumque hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, omnisque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam, quam feci: quod ſi non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea? *3 Reg. 20. & ſeq.*

16. Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re reſpondere tibi:

17. Ecce enim, Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, o rex! liberare.

18. Quod ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.

II. 19. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago: & præcepit, ut succenderetur fornax ſeptuplum, quam ſuccendi conſueverat.

20. Et viris fortiſſimis de exercitu ſuo juſſit, ut ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.

21. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis, & veſtibus miſſi ſunt in medium fornacis ignis ardentis:

22. Nam juſſio regis urgebat: fornax autem ſuccenſa erat nimis: porro viros illos, qui

†. 12. *Sunt ergo viri Judæi.* Vulgo *pueri* dicuntur habita ratione ætatis, qua illi abducti ſunt Babylonem; aut Scripturæ conſuetudine; ſed cur Danielis nulla ſit mentio? An forte longius aberat? *Statuam auream non adorant.* En pii & pauperes ſpiritu ſtatuam auream, i. mundi opulentiam non adorant ut Babylonii ſeu mundani.

†. 15. *Si eſtis parati.* Si addas: *Vivetis.* Oratio, quæ nunc eſt vacua ob apoſiopeſim, plena erit. *Et quis eſt Deus?* S. Hieron. *Mira oblivio! ille poteſt eripere, cujus ſervum* (Danielem) *paulo ante adoraſti: quem Deum deorum, & Dominum regum eſſe prædicaſti.*

†. 16. *Non oportet nos de hac re reſpondere tibi.* In re facili & certa non opus eſt deliberatione: nam res videbatur ſpatium illis ad reſpondendum dare.

†. 18. *Quod ſi noluerit.* Non dicunt: Eripiet nos, ſed *poteſt eripere nos de camino ignis.* Nec certam habent hæreticorum perſuaſionem, qua ſtatuant ſe impetraturos, quidquid a Deo expectant.

†. 22. *Viros illos, qui miſerant Sidrach &c. interfecit flamma ignis.* Quod non pugnat cum v. 46. *Et non ceſſabant, qui miſerant eos, miniſtri regis ſuccendere fornacem.* Præterquam enim hæc in Hebræo deſiderantur, atque ex editione Theodotionis videntur huc translata, id prius refertur breviter per hyſterotim., ac poſtea plenius narratur, & quomodo factum ſit, explicatur.

qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago interfecit flamma ignis.

23. Viri autem hi tres; id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

24. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.°

25. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis ait:

26. Benedictus es Domine, Deus patrum nostrorum! & laudabile, & glorioſum nomen tuum in secula:

27. Quia justus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & universa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia judicia tua vera.

28. Judicia enim vera fecisti juxta omnia, quæ induxisti super nos, & super civitatem sanctam patrum nostrorum, Jerusalem: quia in veritate, & in judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

29. Peccavimus enim, & inique egimus recedentes a te: & deliquimus in omnibus:

30. Et præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus, sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset.

31. Omnia ergo, quæ induxisti super nos, & universa, quæ fecisti nobis, in vero judicio fecisti:

32. Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, prævaricatorumque & regi injusto, & pessimo ultra omnem terram.

33. Et nunc non possumus aperire os: confusio, & opprobrium facti sumus servis tuis, & his, qui colunt te.

FER. 5. POST DOM. PASSIONIS.

34. *Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum.

35. Neque auferas misericordiam tuam a nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac servum tuum, & Israel sanctum tuum:

36. Quibus locutus es pollicens, quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est in littore maris:

37. Quia Domine, imminuti sumus plus, quam omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra.

38. Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum; coram te,

39. Ut possimus invenire misericordiam tuam: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur.

40. Sicut in holocausto arietum, & taurorum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi:

hineingeworfen hatten, wurden von der Flamme des Feuers getödtet.

23. Aber diese drey Männer, nämlich Sidrach, Misach, und Abdenago, fielen gebunden mitten in den brennenden Feuerofen.

Was folget, das habe ich in den hebräischen Büchern nicht gefunden.

24. Und sie giengen mitten in der Flamme, und lobten GOtt, und preiseten den HErrn.

25. Aber Azarias stund, und bath also, er that seinen Mund auf mitten im Feuer, und sprach:

26. Du bist gebenedeyet, o HErr, du GOtt unserer Väter! und dein Name ist lobwürdig, und herrlich in Ewigkeit:

27. Denn du bist gerecht in allem, was du uns gethan hast, und alle deine Werke sind wahrhaftig, und deine Wege sind richtig, und alle deine Urtheile sind wahrhaftig.

28. Denn deine Gerichte, die du geübet hast, sind wahrhaftig, nach allen, was du über uns, und über Jerusalem, die heilige Stadt unserer Väter, geführet° hast: denn alles dieß hast du in der Wahrheit, und im Gerichte um unserer Sünden willen über uns verhänget.

° kommen lassen

29. Denn wir haben gesündiget, und übel daran gethan, daß wir von dir abgewichen sind: und haben in allen Dingen übertretten:

30. Wir haben deine Gebothe weder gehöret, noch gehalten, und haben nicht gethan, wie du uns befohlen hattest, damit es uns wohl gieng.

31. Derowegen hast du alles, was du über uns verhänget, und alles, was du uns gethan, mit gerechtem Urtheile gethan:

32. Und hast uns in die Hände unserer Feinde übergeben, der ungerechten, sehr bösen und sündhaftigen Leuten, und dem ungerechten, und allerärgsten Könige auf dem ganzen Erdboden.

33. Und nun mögen wir unsern Mund nicht aufthun: wir sind deinen Knechten, und denen, die dich ehren, zur Schande und Schmach geworden.

34. Wir bitten, du wollest uns nicht ewiglich übergeben, um deines Namens willen, noch deinen Bund zertrennen.

35. Nimm auch deine Barmherzigkeit nicht von uns, um Abrahams willen deines Geliebten, und Isaac deines Knechtes, und Israel deines Heiligen:

36. Mit welchen du geredet hast, und denen du verheißen, ihren Saamen zu vermehren, wie die Sterne des Himmels, und wie den Sand, der am Ufer des Meeres ist:

37. Denn HErr, wir sind geringer worden, dann alle Heyden, und sind heutiges Tages auf dem Erdboden gedemüthiget, um unserer Sünden willen.

38. Und ist dieser Zeit, weder Fürst, noch Oberster, noch Prophet, noch Brandopfer, noch Schlachtopfer, noch Speißopfer, noch Rauchwerk, noch einiger Ort, dahin man die Erstlinge vor dich bringe,

39. Dam't wir deine Barmherzigkeit finden möchten: aber laß uns im zerknirschten Herzen, und im Geiste der Demuth aufgenommen werden.

40. Laß unser Opfer heutiges Tages vor deinem Angesichte also geachtet werden, daß es dir eben so wohl gefalle, als wenn dir Brandopfer von Widdern und Ochsen, und feisten Lämmern zu tausend geopfert würden:

℣. 24. *Et ambulabant in medio flamma.* Hieron „Grande miraculum! ardent vincula, quibus ligati sunt, & „vinctorum corpora timens flamma non tangit„. *Laudantes Deum.* Hinc admodum est probabile, carmen illud, quod sequitur a Daniele Hebraice scriptum esse, sed negligentia Hebræorum intercidisse.

℣. 26. *Benedictus es Domine Deus.* Dionysius ait: Deus dicitur benedictus, tanquam fons omnis benedictionis, & omnimode bonus dicendus, seu appellandus: utpote omni præclara nominatione prædignus, cui omne bonum est adscribendum.

℣. 29. *Peccavimus enim &c.* Chrysost. „Operantur ut justi, loquuntur ut peccatores„. Idem Chrysost. de Spiritu Sancto hom. 6. loquens de trib. pueris ait: Quoniam cum justi essent, seipsos humiliabant, acceperunt spiritum humilitatis, donum humilitatis.

℣. 38. *Et non est in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum.* Nempe in Judæa jam Chaldæis vastata: Daniel vero forsan longius aberat, neque illi, aut Ezechieli liberum erat prophetarum obire munera, monere publice, erudire, corripere.

℣. 40. *Sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie.* Sacrificium hoc laudis & martyrii. Sic Deus in persona trium puerorum adumbrabat cultum spiritalem novæ legis.

den: denn die, so auf dich vertrauen, werden nicht zu Schanden.

41. Und nun folgen wir dir von ganzem Herzen, und fürchten dich, und suchen dein Angesicht.

42. Laß uns nicht zu Schanden werden: sondern thue mit uns nach deiner Sanftmüthigkeit, und nach deiner großen Barmherzigkeit.

43. Und erlöse uns nach deinen Wunderthaten, o HErr! und gieb deinem Namen die Ehre:

44. Und laß alle die zu Schanden werden, die deinen Knechten Böses thun, laß sie zu Schanden werden durch deine Allmacht, und zerbrich ihre Stärke:

45. Und laß sie inne werden, daß du, HErr, allein GOtt bist, und herrlich auf dem Erdboden.

46. Und die Diener des Königs, welche sie hineingeworfen hatten, hörten nicht auf, den Ofen mit Harz, Stoppeln, Pech, und dürrem Holze zu hitzen.

47. Und die Flamme schlug zum Ofen heraus, in die neun und vierzig Elen hoch:

48. Und sie brach mit Gewalt heraus, und verbrannte von den Chaldäern diejenigen, welche sie bey dem Ofen antraf.

III. 49. Aber der Engel des HErrn stieg mit Azaria, und seinen Gesellen hinab in den Ofen, und schlug die Flamme des Feuers zum Ofen hinaus:

50. Und machte es mitten im Ofen, als wenn der Thau fällt, und ein kühler Wind wehet: und das Feuer berührete sie gar nicht, es beschädigte sie nicht, noch belendigte sie im geringsten.

51. Da lobeten diese drey GOtt, gleichwie aus einem Munde, und preiseten, und benedeyeten ihn im Ofen, und sprachen:

52. Gebenedeyet bist du HErr, du GOtt unserer Väter, und lobwürdig, und herrlich, und überaus hoch erhoben in Ewigkeit: und gebenedeyet ist der heilige Name deiner Herrlichkeit, und lobwürdig, und überaus hoch erhoben in alle Ewigkeit.

53. Du bist gebenedeyet in deinem heiligen Tempel deiner Herrlichkeit, und hoch lobwürdig, und überaus herrlich in Ewigkeit.

54. Du bist gebenedeyet auf dem Throne deines Reiches, und hoch lobwürdig, und überaus herrlich in Ewigkeit.

55. Du bist gebenedeyet, der du die Abgründe durchschauest, und sitzest über die Cherubim, und lobwürdig, und überaus herrlich in Ewigkeit.

56. Du bist gebenedeyet im Firmamente des Himmels, und lobwürdig, und herrlich in Ewigkeit.

57. Lobet den HErrn alle Werke des HErrn, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

58. Lobet den HErrn ihr Engel des HErrn, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

59. Lobet den HErrn ihr Himmel, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

60. Lobet den HErrn alle Wasser, die über dem Himmel sind, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

61. Lobet den HErrn alle Kräfte des HErrn, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

62. Lobet den HErrn Sonne und Mond, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

63. Lobet den HErrn ihr Sterne am Himmel, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

64. Lobet den HErrn alle Regen und Thau, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

65. Lobet den HErrn alle Geister GOttes, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.

quoniam non est confusio confidentibus in te.

41. Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.

42. Ne confundas nos: sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

43. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine:

44. Et confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, & robur eorum conteratur:

45. Et sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & glorioſus super orbem terrarum.

46. Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis succendere fornacem, naphtha, & stuppa, & pice, & malleolis.

47. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem:

48. Et erupit, & incendit, quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.

III. 49. °Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace:

50. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem: & non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit.

51. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes:

52. Benedictus es Domine Deus, patrum nostrorum, & laudabilis, & glorioſus, & superexaltatus in sæcula: & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & laudabile, & superexaltatum in omnibus sæculis.

53. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & superglorioſus in sæcula.

54. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in sæcula.

55. Benedictus es, qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim, & laudabilis, & superexaltatus in sæcula.

56. Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis, & glorioſus in sæcula.

57. Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

58. Benedicite Angeli Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

59. Benedicite *b* cœli Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

60. Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

61. Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

62. Benedicite sol & luna Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

63. Benedicite stellæ cœli Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

64. Benedicite omnis imber, & ros Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

65. Benedicite omnes spiritus Dei Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.

66. Bene-

° *SABB. OMNIUM 4. TEMP. EPIST. 5.*

b Pſ. 148. 3.

℣. 46. *Non cessabant ministri regis succendere fornacem -- pice & malleolis.* Aut vitis sarmenta erant, aut manipuli sparsi pice oblíti. *Naphtha.* Est flos bituminis, ex Plinio L. 2. cap. 105.

℣. 60. *Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino.* Pererius cœli nomine hunc aëra, per aquas nubes in excelso aëre generatas vult intelligi: nam *cœlum* pro *aëre* in Scriptura passim accipitur; vox Hebræa caret singulari.

℣. 65. *Benedicite omnes spiritus Dei Domino.* Sc. venti vehementes; nam immediate præcedit: *Benedicite omnis imber & ros Domino.* Invitant omnes creaturas ad laudandum Deum ob suam pulchritudinem & utilitatem; estque velut poëtica ethopœja ad affectus excitandos. Hieron. *Omnis creatura non voce, sed opere laudat Dominum, quia ex creaturis consequenter Creator intelligitur, & in singulis operibus Dei magnificentia demonstratur.*

66. Benedicite ignis, & æstus Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
67. Benedicite frigus, & æstus Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
68. Benedicite rores, & pruina Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
69. Benedicite gelu, & frigus Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
70. Benedicite glacies, & nives Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
71. Benedicite noctes, & dies Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
72. Benedicite lux, & tenebræ Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
73. Benedicite fulgura, & nubes Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
74. Benedicat terra Dominum, laudet, & superexaltet eum in sæcula.
75. Benedicite montes, & colles Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
76. Benedicite universa germinantia in terra Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
77. Benedicite fontes Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
78. Benedicite maria, & flumina Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
79. Benedicite cete & omnia, quæ moventur in aquis, Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
80. Benedicite omnes volucres cœli Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
81. Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
82. Benedicite filii hominum Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
83. Benedicat Israel Dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula.
84. Benedicite Sacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
85. Benedicite servi Domini Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
86. Benedicite spiritus, & animæ justorum Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
87. Benedicite sancti, & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
88. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula: quia eruit nos de inferno, & salvos fecit de manu mortis: & liberavit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
89. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus.
90. Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum: laudate & confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia ejus.

Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

IV. 91. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit propere, & ait optimatibus suis: Nonne tres viros misimus in medium ignis compeditos? qui respondentes regi, dixerunt: Vere rex.
92. Respondit, & ait: Ecce, ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est: & species quarti similis filio Dei.
93. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait: Sidrach, Misach, & Abdenago, servi Dei excelsi, egredimini, &

66. Lobet den HErrn Feuer und Hitze, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
67. Lobet den HErrn Kälte und Hitze, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
68. Lobet den HErrn Thau und Reife, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
69. Lobet den HErrn Frost und Kälte, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
70. Lobet den HErrn Eiß und Schnee, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
71. Lobet den HErrn Nacht und Tag, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
72. Lobet den HErrn Licht und Finsterniß, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
73. Lobet den HErrn Blitz und Wolken, preiset ihn, und erhöhet ihn in Ewigkeit.
74. Die Erde lobe den HErrn, sie preise ihn, und überhöhe ihn in Ewigkeit.
75. Lobet den HErrn ihr Berge und Bühel, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
76. Lobe den HERRN, alles was grünet auf Erden, preise ihn, und überhöhe ihn in Ewigkeit.
77. Lobet den HErrn ihr Brunnen, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
78. Lobet den HErrn ihr Meere und Wasserströme, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
79. Lobet den HErrn ihr Wallfische, und alles, was sich im Wasser beweget, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
80. Lobet den HErrn alle Vögel des Himmels, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
81. Lobet den HERRN alle Thiere, und Vieh, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
82. Lobet den HErrn ihr Menschenkinder, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
83. Israel lobe den HErrn, und preise ihn, und überhöhe ihn in Ewigkeit.
84. Lobet den HErrn ihr Priester des HErrn, preiset ihn, und überhöhet ihn Ewigkeit.
85. Lobet den HErrn ihr Diener des HErrn, preiset ihn, und erhöhet ihn in Ewigkeit.
86. Lobet den HErrn ihr Geister und ihr Seelen der Gerechten, preiset ihn, und überhöhet ihn in alle Ewigkeit.
87. Lobet den HErrn, die ihr heilig seyd, und demüthig von Herzen, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit.
88. Lobet den HErrn Anania, und Azaria, und Misael, preiset ihn, und überhöhet ihn in Ewigkeit: denn er hat uns aus der Hölle erlöset, und hat uns aus der Hand des Todes geholfen: er hat uns mitten aus der brennenden Flamme errettet, und mitten aus dem Feuer erlöset.
89. Lobet den HErrn, denn er ist gut: denn seine Barmherzigkeit währet ewiglich.
90. Lobet den HErrn, den GOtt der Götter, alle ihr Gottliebenden: preiset ihn, und danket ihm, denn seine Barmherzigkeit währet in alle Ewigkeit.

Bis hieher ist es im hebräischen Texte nicht: und was wir gesetzt haben, das ist aus des Theodotionis Dollmetschung genommen.

IV. 91. Da entsetzte sich der König Nabuchodonosor, und stund eilends auf, und sprach zu seinen vornehmsten Leuten: Haben wir nicht drey gebundene Männer mitten in das Feuer geworfen? sie antworteten dem Könige, und sprachen: Ja wahrlich, Herr König.
92. Er antwortete, und sprach: Sehet, ich siehe vier Männer, die ungebunden sind, und mitten im Feuer gehen, und ist nichts an ihnen verfehret: und des vierten Gestalt ist, als wenn er ein Sohn GOttes wäre.
93. Da trat Nabuchodonosor zum Loche des brennenden Feuerofens, und sprach: Sidrach, Misach, und Abdenago, ihr Diener des allerhöchsten GOttes, gehet heraus,

ỽ. 86. *Benedicite spiritus & animæ justorum.* Quæ in sinu Abrahæ sunt.
ỽ. 92. *Et species quarti similis filio Dei.* i. e. Angelo, ut vertunt Septuag.

heraus, und kommet hervor. Zur Stunde giengen Sidrach, Misach, und Abdenago mitten aus dem Feuer heraus.

94. Da versammelten sich die Amtleute, und Obrigkeiten, und Richter, und die Gewaltigen des Königs, und besahen die Männer, denn das Feuer keine Macht an ihren Leibern gehabt hatte, daß auch kein Haar auf ihrem Haupte versänget, noch etwas an ihren Kleidern* verzehret, noch der Geruch des Feuers durch sie gegangen war.

* Mänteln, Hosen.

95. Da brach Nabuchodonosor heraus, und sprach: Gebenedeyet sey ihr GOtt, nämlich der GOtt Sidrach, Misach, und Abdenago, der seinen Engel gesandt, und seine Knechte errettet hat, die an ihn geglaubet haben: sie haben auch des Königs Wort verändert, und ihre Leiber dargegeben, damit sie keinem Gott dieneten, und keinen anbetheten, außer ihrem GOtt.

96. Derowegen wird von mir dieß Geboth gesetzt: Daß wer von allen Völkern, Geschlechten und Zungen den GOtt Sidrach, Misach, und Abdenago lästern wird, der soll umkommen, und sein Haus verwüstet werden: denn es ist kein anderer GOtt, der also helfen könne.

97. Da erhub der König Sidrach, Misach, und Abdenago zu großen Ehren im Lande zu Babylon.

98. Der König Nabuchodonosor, allen Völkern, Geschlechtern und Zungen, welche auf dem ganzen Erdboden wohnen, der Friede mehre sich über euch.

99. Der allerhöchste GOtt hat bey mir Zeichen und Wunder gethan: darum hat mir es wohlgefallen, öffentlich zu verkündigen

100. Seine Zeichen, dieweil sie groß sind, und seine Wunder, dieweil sie mächtig sind: sein Reich ist auch ein ewiges Reich, und seine Gewalt währet von einem Geschlechte zum andern.

Das vierte Capitel.

I. Nabuchodonosor erzählet selbsten seinen Traum von einem hohen Baume: 1. II. Und daß Daniel solchen Traum ihm ausgelegt, daß er sollte in ein unvernünftiges Thier verändert, und vom Reiche verstoßen werden, welches ihm auch wirklich wiederfahren sey: 16. III. Dahero er endlich GOtt erkennet habe, und ihn lobe und preise. 31.

1. Ich, Nabuchodonosor, war ruhig in meinem Hause, und blühete in meinem Pallaste:

2. Da sah ich einen Traum, der schreckte mich: und die Gedanken, die ich auf meinem Lager hatte, und die Gesichte meines Hauptes machten mir ein Grauen.

3. Und es gieng von mir ein Befehl aus, daß man alle Weisen zu Babylon vor mein Angesicht führen sollte, damit sie mir anzeigeten, was der Traum bedeutete.

4. Da kamen die Wahrsager herein, und die Weisen, und die Chaldäer, und die Zeichendeuter, und ich erzählete den Traum vor ihnen: aber sie haben mir nicht angezeiget, was er bedeute:

5. Bis endlich ihr Mitgesell, Daniel, vor mein Angesicht hineinkam, der Balthassar genannt wird nach dem Namen meines GOttes, der den Geist der heiligen Götter bey ihm selbst hat: da erzählete ich vor ihm den Traum, und sprach:

6. Balthassar, du Oberster unter den Wahrsagern, dieweil ich weis, daß du den Geist der heiligen Götter

venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis.

94. Et congregati satrapæ, & magistratus, & judices, & potentes regis contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos. *c Luc. 12. 7. & 21. 18.*

95. Et rumpens Nabuchodonosor, ait: Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit servos suos, qui crediderunt in eum: & verbum regis immutaverunt, & tradiderunt corpora sua, ne servirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo suo.

96. A me ergo positum est hoc decretum: Ut omnis populus, tribus, & lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum, Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus ejus vastetur: neque *d* enim est alius Deus, qui possit ita salvare. *d Sup. 2. 5.*

97. Tunc rex promovit Sidrach, Misach, & Abdenago in provincia Babylonis.

98. NABUCHODONOSOR REX, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur.

99. Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelsus: placuit ergo mihi prædicare

100. Signa ejus, quia magna sunt, & mirabilia ejus, quia fortia: & regnum ejus regnum sempiternum, *e* & potestas ejus in generationem & generationem. *e Infr. 4. 31. & 7. 14.*

CAPUT IV.

℣. 1. *Anno primo Balthassar, regis Babylonis.* In Prophetis non servatur ordo temporum: quæ enim hoc capite narrantur, ante multis annis evenerunt, quam ea, quæ superiori capite. Quæ in hoc libro sub figura regnorum adumbrantur, ad imperium Christi sunt referenda, quod omnia terræ imperia destruxit, per justitiæ severitatem, aut misericordiam infinitam. Id observat Maldonatus, solitos fuisse Prophetas singula vaticinia separatim scribere, prout se unumquodque offerebat, & populis postea proponere non servato ordine temporum, in unum volumen esse collecta, ut in Psalmis factum cernimus. Potest tamen hujus mutati ordinis aliqua afferri ratio, quod hactenus Daniel, quæ ad Prophetiam quasi viam muniunt, sex primis capitibus, & historiam magis scripserit, quam prophetiam, nunc sua vaticinia contexat.

℣. 2. *Ecce, quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.* Sic appellabant mare Mediterraneum. Quatuor venti, quatuor regna, eorum commotiones, & bella indicant, uti & quatuor bestiæ feroces vim, & sævitiam in his regnis constituendis, & servandis exhibent. Hier. Per quatuor ventos quatuor angelicas potestates, quibus principa-

3. Und es kamen vier große Thiere aus dem Meere herauf, die einander ungleich waren.

4. Das erste war wie eine Löwinn, und hatte Adlers Flügel: und ich sah zu, bis ihm seine Flügel ausgerupfet wurden, und es ward hingenommen von der Erde, und stund auf seinen Füßen, wie ein Mensch, und es ward ihm eines Menschen Herz gegeben.

5. Und siehe, das andere Thier, das einem Bären gleich war, stund auf der Seite: und es waren drey Reihen Zähne in seinem Maule, und sie sprachen also zu ihm: Stehe auf, und friß viel Fleisch.

6. Darnach sah ich, und siehe, es war ein anderes Thier, einem Parden gleich, das hatte vier Flügel auf seinem Rücken, wie ein Vogel, und es waren vier Köpfe auf dem Thiere, und ihm ward Gewalt gegeben.

7. Nach diesem sah ich ein Gesichte bey der Nacht, und siehe, das vierte Thier war schrecklich, und wunderbarlich, und überaus stark: es hatte auch große eiserne Zähne, und fraß, und zermalmete, und zertratt mit seinen Füßen, was übrig war: es war aber den andern Thieren ungleich, die ich zuvor gesehen hatte, und es hatte zehen Hörner.

8. Und ich sah die Hörner mit Fleiß an, und siehe, da wuchs mitten unter denselbigen ein anderes kleines Horn hervor: und vor demselbigen wurden drey der ersten Hörner ausgerissen: und siehe, in diesem Horne waren Augen, wie eines Menschen Augen, und ein Mund, der große Dinge redete.

II. 9. Ich sah zu, bis daß die Stühle gesetzet wurden, und der Alte von Tagen * sich niedersetzte: sein Kleid war so weiß, wie Schnee, und die Haare auf seinem Haupte, wie reine Wolle: sein Thron war wie Feuerflammen, und die Räder daran, wie ein brennendes Feuer. * Altbetagte.

3. Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diversæ inter se.

4. Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebam, donec evulsæ sunt alæ ejus, & sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei.

5. Et ecce, bestia alia similis urso in parte stetit: & tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.

6. Post hæc aspiciebam, & ecce, alia quasi pardus, & alas habebat quasi avis, quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei.

7. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce, bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat ceteris bestiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.

8. Considerabam cornua, & ecce, cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus: & ecce, oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia.

II. 9. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum ejus candidum quasi nix, & capilli capitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammæ ignis, rotæ ejus ignis accensus.

10. Flu-

---

cipalia regna commissa sunt, intelligit. Theodoretus similitudine quatuor ventorum inter se pugnantium adumbratos putat tumultus maximos, qui in exortu cujusque Monarchiæ extiterunt.

℣. 4. *Prima quasi leæna.* Prima Monarchia Chaldæorum. *Alas habebat aquilæ.* Ob celeritatem in bellis conficiendis. Hinc Jerem. 4. *Velociores aquilis equi ejus. Aspiciebam, donec evulsæ sunt alæ ejus.* Nabuchodonosoris, qui & regno, & rationis usu privatus instar bovis fuit incurvatus: sed hæc bestia, cum Deum cœli agnovit, *sublata est de terra. Super pedes, quasi homo stetit.* Et erecta fuit; vel potius de futura regni translatione sub persona Nabuchodonosoris vaticinatur. Duæ illius alæ sunt Evilmerodach, & Balthassar, quibus sublatis regnum esse desiit Babylonis.

℣. 5. *Ecce, bestia alia similis urso.* Monarchia Persarum, & Medorum. *In parte stetit.* Syrus, *ad unum latus stetit.* In Babylonicos scilicet. Hieron. Primum erexit se, & invasit partem sibi vicinorum, seu regnum Chaldæorum, quo devicto facile ei fuit cætera jugo suo subjicere. *Similis urso.* Nam ut catuli ursorum, sic Persæ viles, & informes a Cyro ad bellum formati sunt, & ad imperii fastigium evecti. *Et tres ordines.* Chald. & 70. *Inter dentes ejus.* Tria nempe regna Persarum, Medorum, & Babylonicum, quæ Cyrus in unum conjunxit. *Surge, comede carnes plurimas.* Deo permittente, aut impellente, Cyrum multas gentes domiturum significat.

℣. 6. *Ecce, alia quasi pardus.* Alexander moribus variis, & nusquam sibi constans pardo similis. *Et alas habebat quasi avis.* Ob victoriarum incredibilem celeritatem. *Et quatuor capita erant in bestia.* Quatuor Alexandri præcipuos duces, quibus imperium postea divisum est: Philippo Macedonia, & Græcia, Antigono Asia minor, Seleuco Syria, & Babylonia, Ptolemæo Ægyptus. Theodoretus per quatuor alas, omnes orbis terrarum partes intelligit; vel quatuor præcipua regna, Babylonicum, Medorum, Persarum, Græcorum, cum Maldonato licet interpretari.

℣. 7. *Ecce, bestia quarta terribilis.* Monstrum erat ex plurium commistione conflatum, Romanorum scilicet imperium. *Dentes.* Ingentes exercitus. *Et habebat cornua decem.* Reges potentes a populo Romano debellatos videtur innuere, quicumque illi sint. *In visione noctis.* Per somnium nocturnum. Quarta bestia Romanum imperium post primum Christi adventum, & ante secundum adventum videtur designare. Nam ea de re Daniel hoc in loco, & Joannes in Apoc. c. 17. videntur loqui. Joannes vero aperte Romam designat v. 9. Quod autem Daniel c. 2. Romanum imperium a Christo comminutum innuit, de victoria spirituali, non de temporali agit. Cæterum Romani imperii nullam exprimit formam, ut in aliis imperiis, quibus unus rex dominabatur: sed varia fuit hujus imperii forma: unde hæc bestia non nominatur a Daniele. *Reliqua pedibus suis conculcans.* Tributis subigens, quos non occidebat. Decem illi reges forte adhuc futuri sunt, aut si jam extiterunt, ii quærendi sunt ex interpretatione cap. 13. & 17. Apocal. Quatuor illæ bestiæ e mari prodeunt, apud Danielem in mari, seu in mundo tot procellis agitato pugnant, ut in Apoc. c. 13. Quarta bestia Romanum videlicet imperium de mari ascendit, & maris nomine mundum ipsum intelligit, ex cap. 21. mare non amplius futurum ait: *Et vidi cœlum novum, & mare jam non est: Et habebat cornua decem.* Porphyrius juxta Hieron. duas posteriores bestias Macedonum, & Romanorum in uno Macedonum regno ponit, & dividit, pardum volens intelligi Alexandrum; bestiam autem dissimilem cæteris bestiis quatuor Alexandri successores, & deinde usque ad Antiochum Epiphanem decem reges enumerat, qui fuerunt sævissimi.

℣. 8. *Ecce, cornu aliud parvulum.* Patres nonnulli intelligunt Antichristum, qui decem illos reges subiget. *Os loquens ingentia.* Porphyrius de Antiocho hæc interpretatur. Alii in quarta bestia regnum Seleucidarum, & Lagidarum adumbratum putant: ex iis decem reges Judæos sunt persecuti. Cornu illud parvulum ortum in medio eorum, putant esse Antiochum illustrem; tria cornua ab eo evulsa, tres reges ab eo devictos, Ptolemæum, qui Philometor dictus est, Ptolemæum Evergetem, & Demetrium, cujus regnum invasit. Verum longe probabilius est, quarta illa bestia terribili Romanum imperium designari. Hoc in loco Porphyrii commentum refellit Hieronymus. Nam tertia, & quarta bestia non unum, sed duo regna designant ex Daniele, præterquam Antiochus Ptolemæum Evergetem non devicit, Philometorem quidem vicit, sed jussu Romanorum ex Ægypto discedere coactus est.

℣. 9. *Aspiciebam, donec throni positi sunt.* Me adhuc aspiciente judicium factum est de Antichristo, ut plerisque videtur: vel ut alii conjiciunt, de auferendis, dandisque regnis agebatur. *Et antiquus dierum sedit.* Unus & trinus Deus æternus ante omnia tempora; vel pater æternus de subjiciendis Christo hostibus judex sedit. Conlimite Dei tribunal describitur Apocal. 4. ubi agitur de judicio adversus Judæos, & Romanos Ecclesiæ persecutores pronuntiando; ante omnia Joanni Judex, & ejus assessores, & consessus omnis exhibentur. Per thronum flammeum splendor judicii divini; per rotas igneas judicis providentia ubique præsens exprimitur. An de Antiochi ipsius judicio, ut nonnullis placet, aut de alio in extremis temporibus futuro judicio agitur, quo Pater æternus omne, inimico filio subjecturus est, & Antichristum imprimis?

10. Fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: judicium sedit, & libri aperti sunt.

11. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi, quoniam interfecta esset bestia, & periisset corpus ejus, & traditum esset ad comburendum igni:

12. Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, & tempora vitæ constituta essent eis usque ad tempus, & tempus.

13. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce, cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & usque ad antiquum dierum pervenit: & in conspectu ejus obtulerunt eum.

14. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient: *a* potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur.

a Sup. 3. 100. & 4. 31. Mich. 4. 7. Luc. 1. 32.

15. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbaverunt me.

16. Accessi ad unum de assistentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me:

17. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra.

18. Suscipient autem regnum sancti DEI Altissimi: & obtinebunt regnum usque in sæculum, & sæculum sæculorum.

19. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes, & ungues ejus ferrei: comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat:

20. Et de cornibus decem, quæ habebat in capite: & de alio, quod ortum fuerat, ante quod cecidérant tria cornua: & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & majus erat ceteris.

III. 21. Aspiciebam, & ecce, cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, & prævalebat eis:

22. Donec venit antiquus dierum, & judicium dedit sanctis Excelsi, *b* & tempus advenit, & regnum obtinuerunt sancti.

b Ezech. 38. 19. & seq. 39. 3. & seq.

23. Et sic ait: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod majus erit omnibus regnis, & devorabit universam terram, & conculcabit, & comminuet eam.

24. Porro cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos,

10. Ein feueriger schneller Strom gieng von seinem Angesichte heraus. Tausendmal tausend dieneten ihm, und zehentausendmal hunderttausend stunden vor ihm: und das Gericht setzte sich, und die Bücher wurden aufgethan.

11. Ich sah zu, um der Stimme, und großen Rede willen, so dieses Horn redete: und ich sah, daß getödtet ward das Thier, und sein Leib verderbet, und dem Feuer zu verbrennen übergeben war:

12. Und daß auch den andern Thieren ihre Macht abgenommen war, und ihre Lebensfrist bis auf Zeit, und Weile bestimmet.

13. Ich sah aber im Gesichte bey der Nacht, und siehe, es kam einer, wie eines Menschensohn in den Wolken des Himmels, und er kam bis zu dem Alten von Tagen: und sie brachten ihn vor sein Angesicht.

14. Und er gab ihm Gewalt, und Ehre, und das Reich: und alle Völker, Geschlechter, und Zungen sollten ihm dienen: seine Gewalt ist eine ewige Gewalt, die nicht aufhören wird: und sein Reich wird nicht untergehen.

15. Mein Geist erschrack, und ich, Daniel, entsetzte mich hierüber, und die Gesichte meines Hauptes machten mir ein Grauen.

16. Ich trat zu einem von denen, die da stunden, und fragte ihn um wahren Bericht von allen diesen Dingen. Der sagte mir, was die Dinge bedeuten, und berichtete mich:

17. Die vier großen Thiere sind vier Königreiche, welche auf Erden aufstehen sollen.

18. Aber die Heiligen GOttes des Allerhöchsten werden das Reich einnehmen: und werden das Reich immerdar, und in alle Ewigkeit besitzen.

19. Darnach habe ich mit Fleiß Bericht begehret von dem vierten Thiere, das den andern allen sehr ungleich, und überaus schrecklich war: dessen Zähne, und Klauen eisern waren: welches fraß, und zermalmete, und das übrige zertrat mit seinen Füßen:

20. Und von den zehen Hörnern, die es auf dem Haupte hatte: und von dem andern Horne, das aufgegangen war, vor welchem drey andere Hörner gefallen waren: und von dem Horne, das Augen hatte, und einen Mund, der große Dinge redete, und größer war, dann die anderen.

III. 21. Und ich sah zu, und siehe, dasselbige Horn führete Krieg wider die Heiligen, und war ihnen überlegen:

22. Bis der Alte von Tagen kam, und Gericht hielt für die Heiligen des Allerhöchsten, und die Zeit kam heran, daß die Heiligen das Reich erhielten.

23. Und er sprach also: Das vierte Thier wird das vierte Königreich auf Erden seyn, das größer seyn wird, dann alle Königreiche, und es wird den ganzen Erdboden fressen, und zertreten, und zermalmen.

24. Aber die zehen Hörner desselbigen Reichs werden zehen Könige seyn: und nach denen wird ein anderer aufstehen,

---

℣. 10. *Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus.* Sententia, quam pronuntiat, efficacissima est, & celerrima. Quæ nonnulli applicant Christo, qui vivos, & mortuos in extremo die judicabit. Hoc loco de subjiciendis Christo hostibus, qui ejus regno bellum inferebant, uti Psal. 109. scriptum est, omnino agi videtur. *Judicium sedit.* Judices sederunt, Deus, & illius consiliarii. *Et libri aperti sunt.* Accusationes, & defensiones, expositæ utrimque rationes.

℣. 11. *Vidi, quoniam interfecta esset bestia.* Romanum imperium prorsus abolitum, quæ est judicii conclusio. Vel si ea bestia Antiochum designet, is judicio Dei percussus interiit.

℣. 12. *Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas.* Aliorum priorum regnorum. *Usque ad tempus, & tempus.* Vidi cæteras bestias tempore a Deo constituto periisse.

℣. 13. *Cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat.* Christus Dominus, qui dicitur quasi filius hominis. Quo quidem nomine eum esse plusquam hominem innuitur. Hujus regnum post hæc terrena imperia coepit per Incarnationem, idque per mortem, resurrectionem, & ascensionem fuit obsignatum. *Usque ad antiquum dierum pervenit.* Huic data est omnis potestas in cœlo, & in terra: secundus quoque ejus adventus designatur.

℣. 14. *Dedit ei potestatem.* Judicandi, & regnandi, pacificam devictis hostibus potestatem adipiscitur. Aug. de Trinit. l. 2. c. 18. Si Danieli, & Pater dans regnum, & filius accipiens apparuerunt in specie corporali, quomodo isti dicunt Patrem nunquam visum esse prophetis, & ideo solum debere intelligi invisibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre potest? *Et omnes populi.* Hieron. *Hoc cui potest hominum convenire, respondeat Porphyrius, aut quis iste tam potens sit?*

℣. 21. *Ecce, cornu illud faciebat bellum adversus sanctos.* Regnum forte est Antichristi: alii de Antiocho intelligunt.

℣. 22. *Donec venit antiquus dierum.* Donec Deus tribunal suum conscendit, & se præsentem esse per potentiam ostendit. *Et judicium dedit sanctis.* Qui cum Christo judicabunt; vel sententiam protulit secundum sanctos, regnum cœleste adjudicavit sanctis.

℣. 24. *Alius consurget post eos.* i. Reges Syriæ, & Ægypti, qui Judæam vexabunt, inter quos venturus est Epiphanes. Hi autem præfigurant decem illos reges, qui ante finem mundi sunt futuri, c. 17. v. 12. quos subsequetur Antichristus.

stehen, und derselbige wird mächtiger seyn, dann die vorigen, und wird drey Könige demüthigen.

25. Und er wird Worte reden wider den Allerhöchsten, und wird die Heiligen des Allerhöchsten zerschlagen: und wird vermeynen, daß er Zeiten, und Gesetze änderen könne, und sie werden in seine Hand übergeben werden, bis auf eine Zeit, und zwey Zeiten, und eine halbe Zeit.

26. Und das Gericht wird sich setzen, damit seine Gewalt ihm abgenommen, und zerschlagen, und er in Grund vertilget werde:

27. Aber das Reich, und die Gewalt, und die Herrlichkeit des Reichs, welche unter dem ganzen Himmel ist, wird dem heiligen Volke des Allerhöchsten gegeben werden: dessen Reich ein ewiges Reich ist: und alle Könige werden ihm dienen, und gehorsam seyn.

28. Bis hieher gehet die Rede, und hat ein Ende. Und ich Daniel war sehr bekümmert in meinen Gedanken, und mein Angesicht verstellete sich an mir: aber ich behielt das Wort in meinem Herzen.

Das achte Capitel.

1. Daniel siehet im Gesichte einen Bock, und einen Widder, so miteinander streiten, welche Alexandrum, und Darium bedeuten. 1. II. Ein Horn des Bocks bedeutet einen aus des Alexandri Nachfolgern, nämlich Antiochum Epiphanem, welcher die Juden verfolgen wird: der Engel Gabriel legt es dem Daniel also aus. 9.

1. Im dritten Jahre des Königreichs Balthassar, des Königs, ward mir ein Gesicht offenbaret. Nach dem Gesichte, so ich im Anfang gesehen hatte, ich Daniel,

2. Sah in meinem Gesichte, da ich auf dem Schlosse Susis war, das in der Landschaft Aelam gelegen ist: ich sah aber im Gesichte, daß ich auf dem Thore Ulai war.

3. Und ich hub meine Augen auf, und sah: und siehe, es stund ein Widder vor dem Wasser, der hohe Hörner hatte, und eines war höher, als das andere, und wuchs noch. Darnach

4. Sah ich, daß der Widder mit den Hörnern gegen Niedergang stieß, und gegen Mitternacht, und gegen Mittag, und keine Thiere vermochten ihm Widerstand zu thun, und konnten auch aus seiner Hand nicht errettet werden: und er handelte nach seinem Wohlgefallen, und ward sehr groß.

5. Und ich merkte darauf: und siehe, es kam vom Niedergang ein Geißbock über den ganzen Erdboden, und

& ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.

25. Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit, quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.

26. Et judicium sedebit, ut auferatur potentia, & conteratur, & dispercat, usque in finem:

27. Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi: cujus regnum, regnum sempiternum est: & omnes reges servient ei, & obedient.

28. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me: verbum autem in corde meo conservavi.

CAPUT VIII.

I. Visio de ariete duorum cornuum, & hirco unius, qui devicit arietem, scilicet rege Medorum, & Persarum, ac rege Græcorum. 1. II. De cornu modico, quod factum est grande, & de rege impudente, ipsius tyrannide, & superbia, qui sine manu conteretur. 9.

1. Anno tertio ° regni Balthassar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id, quod videram in principio, ° *Ann. M. 3451. Ant. Chr. 553. Ætatis Daniel circiter 67.*

2. Vidi in visione mea, cum essem in Susis castro, quod est in Ælam regione: vidi autem in visione, esse me super portam Ulai.

3. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce, aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & unum excelsius altero atque succrescens. Postea

4. Vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu ejus: fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est.

5. Et ego intelligebam: ecce, autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius

---

℣. 25. *Sermones contra Excelsum loquetur.* De Antichristo hæc interpretari solent. *Et putabit, quod possit mutare tempora, & leges.* Dionys. ait: Scilicet Antichristus, qui cæteros reges adeo deprimet, ut se supra omnes homines, imo supra Deum extollat: ut putet se cursum, ac ordinem temporis, seu festa Christi, & Sanctorum in solennitates suas convertere posse: leges quoque, seu cæremonias, ac præcepta religionis præsertim Christianæ pro virili demolietur, & in suas leges commutare nitetur. *Et tradentur in manu ejus usque ad tempus &c.* q. d. regnabit tres annos, sex menses. *Tempus*, annum videlicet. *Et tempora*, duos annos. *Et dimidium temporis*, seu dimidium anni. Sic Apoc. 11. *Et calcabunt civitatem sanctam mensibus quadraginta duobus, &c.* Eundem numerum regni Antichristi init Daniel c. 12. v. 11. cum v. 7. eadem verba in eundem sensum attulisset; & Joannes Apoc. c. 12. ait mulierem, i. e. Ecclesiam fugisse in solitudinem per dies mille sexaginta. Numerus hic est mysticus. Nec forte necesse est eum numerum præcise, & definite sumere, seu de Antichristo, seu de Antiocho intelligamus: est enim numerus Ecclesiæ persecutionibus consecratus, qualis fuit Antiochi persecutio; atque Ecclesiæ acerbissimas persecutiones eo fere temporis spatio terminari Deus voluit, ut per intervalla temporum respiraret. Sic Dan. 9. dimidium hebdomadis totidem menses continet. Hæc tamen nonnulli de Antiocho intelligunt, qui urbem Jerusalem occupavit, & profanavit tribus annis cum dimidio, ex Josepho l. 12. Antiq. cap. 10. Sed illud vix explicari potest quod sequitur v. 27. *Regnum autem, & potestas, quæ est subter omne cælum, detur populo sanctorum Altissimi:* nisi de Ecclesia regno id intelligatur suo tempore constituendo. Et quidem Antiochus fuit typus non solius Antichristi, sed persecutorum Ecclesiæ, quorum idem pene fuit exitus, ac magni illi eventus sunt alii aliorum typi.

CAPUT VIII.

℣. 2. *Vidi in visione mea &c.* Vatabl. *Et in visione circumspiciens visus sum mihi esse in Susis.* In regia Persarum, mœnibus, & turribus instar arcis munitissima. Alii vertunt, in Susis regia Elamitidis, seu Persidis, tametsi Susa in confinio Babyloniæ, & Persidis sita est ex Strabone l. 15. tumque ditionis Chaldæorum esse potuit, eaque facta est regia Persarum a Cyro, ut testatur Strabo. *In Susis castro.* In arce ipsa. *Super portam Ulai.* Vatabl. Super fluvium Eulæum. Id Scripturæ solemne est, ut res easdem sub diversis figuris exprimat. Alia quidem est visio a superiore, sed quoad sententiam pars illius est. Nam in priori parte tantum bestiæ interpretationem ab Angelo petierat, quia mirabilior erat; in hac visione trium aliarum significationem sibi demonstratam exhibet, quod his verbis v. 1. indicavit: *Post id, quod videram in principio.* Post primam visionem superiori capite enarratam. Nec forte reipsa Susis fuit, si urbs ea fuit Persarum, qui Chaldæorum erant hostes; sed visus est sibi Susis degere, ut Ezechiel cap. 11 dicit: se spiritu raptum esse Jerusalem.

℣. 3. *Ecce, aries unus.* Rex Medorum, & Persarum, ut Angelus postea explicat. *Cornua excelsa.* Vox Hebræa est numeri dualis: ut duo regna Medorum, & Persarum. *Unum excelsius altero.* Nempe regnum Persarum paulatim auctum, atque succrescens significat. Hebr. *Ascendens sub finem.* Cyrus sub finem regni sui major fuit Dario rege Medorum. Atque hi forsan sunt duo cornua arietis.

℣. 4. *Vidi arietem cornibus ventilantem.* Nam Cyrus, & ejus successores in his regionibus magna gesserunt bella. *Contra Occidentem.* Omnes partes mundi præter Orientem nominat, quod regnum ejus ad Orientem esset respectu aliarum regionum, in quibus bella gessit. *Et omnes bestiæ.* Sic reges alios vocat, ut in metaphora incœpta perstet. *Et magnificatus est.* Ex parvis initiis in regem potentissimum evasit. Hieron. *Cornu autem unum excelsius altero atque succrescens, ipsum Cyrum significat, qui post Astyagem avum maternum cum avunculo Dario, quem Græci Cyaxarem vocant, Medis imperavit & Persis.*

℣. 5. *Ecce, autem hircus.* Alexander Macedo, qui juvenis regnare cœpit: vel potius hirci nomine designat regem

totius terræ, & non tangebat terram: porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.

6. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7. Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua ejus, & non poterat aries resistere ei: cumque eum misisset in terram, conculcavit, & nemo quibat liberare arietem de manu ejus.

8. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis; cumque crevisset, fractum est cornu magnum: & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli.

II. 9. De uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum: *a* & factum est grande, contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem.

a v. infra 23. & sup. 7. 8.

10. Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli: & dejecit de fortitudine, & de stellis, & conculcavit eas.

11. Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit juge sacrificium, & dejecit locum sanctificationis ejus.

12. Robur autem datum est ei contra juge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur.

13. Et audivi unum de sanctis loquentem: & dixit unus sanctus alteri, nescio, cui loquenti: Usquequo visio, & juge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?

14. Et dixit ei: Usque ad vesperam, & mane, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium.

15. Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce, stetit in conspectu meo quasi species viri.

16. Et audivi vocem viri inter Ulai: & clamavit, & ait: Gabriel, fac intelligere istum visionem.

17. Et venit, & stetit juxta, ubi ego stabam: cumque venisset, pavens corrui in fa-

er rührete die Erde nicht an: und derselbige Bock hatte ein schönes Horn zwischen seinen Augen.

6. Und er kam bis zu dem gehörneten Widder, den ich gesehen hatte vor dem Thore stehen, und er lief mit Gewalt in seiner Stärke zu ihm hinan.

7. Und als er nahe zu dem Widder kam, ward er grimmig über ihn, und erschlug den Widder: und zerbrach ihm seine beeden Hörner, und der Widder konnte ihm nicht widerstehen: und nachdem er ihn zu Boden geworfen, zertrat er ihn, und niemand konnte den Widder aus seiner Hand erretten.

8. Aber der Geißbock war über die maßen groß: und nachdem er gewachsen, zerbrach er das große Horn: und es kamen unter demselben vier Hörner hervor, gegen den vier Winden des Himmels.

II. 9. Und aus einem von denselben gieng ein kleines Horn hervor: das wurde sehr groß gegen Mittag, und gegen Aufgang, und gegen der Stärke.

10. Und es ward groß, und wuchs bis an die Heereskraft des Himmels: und warf etliche von den Heerschaaren herunter, und von den Sternen, und zertrat sie.

11. Und es ward groß bis an den Fürsten der Stärke: und nahm das tägliche Opfer von ihm, und verwüstete den Ort seines Heiligthums.

12. Es ward ihm aber Macht gegeben wider das tägliche Opfer, um der Sünden willen: und die Wahrheit wird auf Erden zu Boden geschlagen werden, und er wird es thun, und es wird ihm gelingen.

13. Und ich hörete einen von den Heiligen reden: und der eine Heilige sprach zu einem andern, den ich nicht kenne, der da redend fragte: Wie lange soll das Gesicht währen, und das tägliche Opfer *, und das Laster der Verwüstung **, die geschehen ist: und daß das Heiligthum, und die Stärke zertretten werden? * aufhören, ** bleiben,

14. Und er sprach zu ihm: Bis auf den Abend, und an den Morgen, zweytausend, und dreyhundert Tage: darnach soll das Heiligthum gereiniget werden.

15. Es begab sich aber, als ich, Daniel, dieses Gesicht sah, und begehrte dasselbige zu verstehen: siehe, da stund vor mir wie eines Mannes Gestalt.

16. Und ich hörete zwischen Ulai eines Mannes Stimme: und er rief, und sprach: Gabriel, schaffe, daß dieser das Gesicht verstehe.

17. Und er kam, und trat nah herzu, da ich stund: und nachdem er dahin gekommen war, erschrack ich, und fiel

---

regem Græcorum generatim, per cornu Alexandrum. *Et non tangebat terram.* Præ celeritate in conficiendis belles. Hircum caprarum vocat, qui capris præire solet cæteris robustior. Quod præmisit: *Et ego intelligebam:* intento animo considerabam, vel confusa quadam, & generali cognitione intelligebam regnorum mutationem significari.

¥. 7. *Et comminuit duo cornua ejus.* Persas, & Babylonios.

¥. 8. *Hircus autem caprarum magnus factus est nimis.* i. Alexander, qui magnus est appellatus. *Et orta sunt quatuor cornua.* Quatuor reges, de quibus superiori capite. Plures quidem fuerunt, sed ex iis quatuor principes erant, ad quos cæteri se adjunxerunt.

¥. 9. *De uno ex eis egressum est cornu unum.* E Seleuco ortus est Antiochus illustris. *Contra Meridiem.* Devicto Ptolemæo Ægypti rege. *Contra Orientem.* Debellato rege Armeniæ omnem vim suam vertit *contra fortitudinem*, Judæam: vox eadem v. 45. vertitur terra inclyta. Dicitur Judæa terra fortitudinis, quia divino præsidio fortis erat: vox Hebræa exercitum quoque significat, & ita mox accipitur.

¥. 10. *Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli.* Ad exercitum Dei, ad Judæos, qui Deo duce bella gerebant. *De fortitudine.* Hebr. De exercitu multos prostravit Judæos. *Et dejecit de stellis.* Illustribus viris petulanter insurgens: stellæ militia Dei dici solent, duas metaphoras in unam confundit. Gregor. Moral. l. 32. cap. 14. Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Dejecit de fortitudine, & de stellis. Dejecit, cum nonnullos, & luce justitiæ resplendentes, & virtute operis robustos fregit. Qui usque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur.

¥. 11. *Et usque ad principem fortitudinis.* Majestatem divinam sibi vindicans, l. 1. Mach. 9. *Et ab eo tulit juge sacrificium.* Vetans Deo sacrificari agnum, qui quotidie immolabatur in templo. *Quod dejecit.* Non diruit: cessavit enim juge sacrificium per tres annos & amplius, constituto in templo Dei, Jovis Olympii simulacro; vel sex anni numerantur ab anno 143. imperii Græcorum ad 148. tamdiu enim duravit Judæorum calamitas, & per triennium templi profanatio. Hæc quoque possunt ad Antichristum referri, qui juge sacrificium non penitus tollet, sed solemnem ejus ritum & publicum, ut apud hæreticos 2300 dies, sex annos, quatuor menses & viginti dies continent: adeo ut profanatio templi ante id tempus incœperit. Atque hæc desolatio templi persecutionem Christianorum tribus primis sæculis adumbrat, uti & Antichristi persecutionem. Hieron. *Hunc locum plerique nostrorum ad Antichristum referunt, & quod sub Antiocho in typo factum est, sub illo in veritate dicunt esse complendum.* Quod autem infert: *Mundabitur sanctuarium*, Judæ Machabæi significat tempora.

¥. 12. *Robur autem datum est ei contra juge sacrificium propter peccata* populi. *Et prosternetur veritas in terra.* Lex divina; ita Deo permittente ob peccata populi, legem pene totam abolevit, imo & verum Dei cultum.

¥. 13. *Usquequo visio, & juge sacrificium.* i. jugis sacrificii ablatio durabit? *Et peccatum desolationis.* Et desolatio propter peccatum facta. *Et sanctuarium, & fortitudo.* Hebr. Exercitus. Usquequo & templum & populus conculcabitur?

¥. 14. *Usque ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti.* Totidem dies naturales, quos a vespera Judæi numerabant. Hieron. *Per annos vastitatis Jerusalem sex, contaminationis autem templi tres.* Theodoretus per vesperam initium calamitatis, per mane finem. Lovanienses in Annotationibus censent hanc vocem, *dies*, abundare a Deo.

¥. 16. *Et audivi vocem viri.* Angeli specie humana apparentis. *Inter Ulai.* Est nomen portæ.

fiel nieder auf mein Angesicht, und er sprach zu mir: Du Menschenkind sollst wissen, daß dieß Gesicht zu der Zeit soll erfüllet werden, wenn das Ende kömmt.

18. Und als er mir zuredete, fiel ich dahin zur Erde auf mein Angesicht: und er rührete mich an, und richtete mich auf meinen Stand,

19. Und er sprach zu mir: Ich will dir anzeigen, was im letzten Fluche geschehen wird: denn die Zeit hat ihr Ende.

20. Der Widder mit Hörnern, den du gesehen hast, ist der König in Meden und Persen:

21. Aber der Geißbock ist der König in Griechenland, und das große Horn, das zwischen seinen Augen war, ist er selbst, der erste König.

22. Daß aber viere an seine Statt aufstunden, nachdem es zerbrochen war, bedeutet, daß vier Könige von seinem Volke aufstehen werden, aber nicht in seiner Stärke.

23. Und nach ihrem Königreiche, wann die Ungerechtigkeit zugenommen hat, wird ein König aufstehen, eines unverschämten Angesichts, und der sich auf verborgene Dinge wohl verstehen wird:

24. Und seine Macht wird sich sehr stärken, aber nicht durch seine Kräften: und er wird alles unglaublicher Weise verwüsten, und es wird ihm glücken, und er wird es thun. Er wird auch die Starken, und das Volk der Heiligen tödten

25. Nach seinem Wohlgefallen, und der Betrug wird durch seine Hände befördert werden: und er wird sein Herz erheben, und in Ueberfluß aller Dinge viele Leute um das Leben bringen: er wird sich auch wider den Fürsten aller Fürsten auflehnen, und wird ohne Hand * aufgerieben werden. * der Menschen

26. Und dieses Gesicht vom Abend und Morgen, davon gesagt ist, ist wahrhaftig: derowegen sollst du das Gesicht verzeichnen, denn es wird nach vielen Tagen geschehen.

27. Und ich, Daniel, war kraftlos, und war etliche Tage krank: als ich aber wieder aufstund, verrichtete ich des Königs Geschäffte, und verwunderte mich über das Gesicht, und niemand war, der mir es ausgeleget hätte.

Das neunte Capitel.

I. Daniel ruset GOtt an, und bittet um die Erlösung der Juden aus der babylonischen Gefängniß. 1. II Gabriel, der Engel, kömmt zum Daniel, und zeiget ihm an, daß nicht allein die Juden, sondern das ganze menschliche Geschlecht nach siebenz gmal sieben Jahren soll erlöset werden. 21

1. Im ersten Jahre Darii, des Sohnes Assueri, der vom Saamen der Meden war, und herrschete über das Königreich der Chaldäer:

2. Im ersten Jahre seines Königreichs, verstund ich,

ciem meam, & ait ad me: Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio.

18. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram: & tetigit me, *b* & statuit me in gradu meo, *b Apoc. 22. 8.*

19. Dixitque mihi: Ego ostendam tibi, quæ futura sunt in novissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum.

20. Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum:

21. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est, & cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus.

22. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo, quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus.

23. Et post regnum eorum, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones:

24. Et roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis: & supra quam credi potest, universa vastabit, & prosperabitur & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum *c* *c 1. Mach. 1. 52. & seq.*

25. Secundum voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu ejus: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos *d*: & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur *e*. *d v. 2. Machab. c. 6. & 7. & alibi.* *e 1. Machab. 6. 8. & seq. 2. Mach. 9. 5. & seq. Jos. 32. 14. & Ap. 22. 10.*

26. Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, *f* quia post multos dies erit.

27. Et ego Daniel langui, & ægrotavi per dies: cumque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat, qui interpretaretur.

CAPUT IX.

I. Daniel orat Deum pro finienda captivitate Babylonica. 1. II. Ex Gabriele intelligit brevi liberandos non solum Judæos, sed & universum genus humanum post septuaginta hebdomades per Messiam a peccatis & potestate diaboli liberandum 21.

1. In anno primo * Darii, filii Assueri, de semine Médorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum: * *s. d. finente Ann. M 67. Ante Chr. 537.*

2. Anno uno regni ejus, ego Daniel intel-

ata's Daniels 82.

℣. 17. *Quoniam in tempore* definito finis. Gr. In fine temporis *complebitur visio.*

℣. 22. *Ipse est rex primus.* Alexander Magnus, qui Anno M. 3672. Jerosolymam irato petens animo, hac sibi ostensa prophetia, lætus dimisit multitudinem. Vid. Joseph.

℣. 22 *Quatuor reges de gente ejus consurgent.* Nempe Philippus, Antigonus, Ptolomæus, Seleucus.

℣. 23. *Cum creverint iniquitates,* i. Judæorum, *consurget.* Non proxime; sed post 100 annos & amplius. *Rex impudens facie.* Antiochus impius. *Intelligens propositiones.* Hebr. Ænigmata, versutias; astutus, & callidus.

℣. 24. *Roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis.* Sed Dei permissu peccata Judæorum punire volentis. Vid. Josephum l. 13. c. 6. *Et interficiet -- & populum Sanctorum.*

℣. 25. *Secundum voluntatem suam.* Pro arbitrio. *Dirigetur dolus* Quæ cogitaverit, perficiet. *Et sine manu conteretur.* Non ab hominibus, sed a Deo. Urbs illa, in qua Antiochus mortuus est, videtur fuisse Susa in Elymaide, ub erat templum Dianæ augustissimum; Persepolis l. 2. Mach. dicitur, quod esset urbs Persidis insignis: nam urbs Persepolis proprie dicta, incensa fuit ab Alexandro l. 1. Machab. c. 6. Elymæ, quod olim essent Provinciæ Elymaidis. Quod autem in l. 2. cap. 9. Antiochus dicitur percussus, cum templum Nanneæ vellet diripere, non occisus dicitur, sed percussus lapidibus, & qui cum erant, occisi.

℣. 36. *Tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit.* Post 2300. dies, ut dictum est, restituetur juge sacrificium vespere & mane: vel potius, & visio vespere & mane: visio illa 2300. dierum vera est. Tempus in priori lib. Machab. determinatum ab anno 143 ad annum 148. longius esse nequit sex annis integris. Sed 2300. dies continent sex annos, 4. menses, & 20. dies. An forte dicendum est cum Pererio, hoc in loco Danielis terminum non constitui in purgatione templi, sed in morte Antiochi, quæ accidit anno 149. tamdiu enim duravit persecutio? *Tu ergo visionem signa.* Apud te serva, de illa ne dubites propter eventus dilationem, vel manda posteritati. *Quia post multos dies erit.* Respectu vitæ humanæ longum est tempus.

℣. 27. *Et non erat, qui interpretaretur.* Angelus quidem visionem huic exposuerat; sed quibus hæc futura essent temporibus, non aperuit, nec regum nomina. Hebr. *Et non erat, qui intelligeret.* Atque ita vertit Theodotio: vel nemo causam morbi, aut stuporis mei intelligebat.

CAPUT IX.

℣. 1. *In anno primo Darii filii Assueri.* Assuerus idem multis videtur qui Astyages. Vox Hebræa magnum principem significat, idque fuit agnomen commune, quod illustribus Medorum regibus tributum fuit.

℣. 2. *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum.* Unde initium annorum 70. captivitatis sumendum videatur, utrum a primo anno Nabuchodonosoris, seu ab anno Joachin tertio, quæ prima fuit captivitas, ut videtur Sulpitio Severo l. 2. an a transmigratione Jechoniæ, ut placet Scaligero; an demum ab undecimo anno Sedeciæ, cum solitudo, vastitas & desolatio prædicta a Jeremia c. 25. facta est, quæ Josephi, Eusebii & aliorum est sententia; magna est inter eruditos controversia, de qua alibi diximus, ut cap. 25. Jeremiæ, item cap. 29. & quidem Jeremias cap. 25. prædicit 70. captivitatis annos tum finiendos, cum Babylonis imperium esset destructum. Hoc ipsum ex postremis verbis l. 2. Paralip. & ex initio Esdræ manifestum est. Quin & cap. 44. & 45. Isaiæ id perspicue prædictum fuit.

a Jerem. 25. 11. & 29. 10. lexi in libris *a* numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni.

3. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum, rogare & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere.

4. Et oravi Dominum Deum meum, & con-
b 2. Esdr. 1. fessus sum, & dixi: *b* Obsecro Domine, Deus
5. magne & terribilis! custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua:

c Baruch. 1. 17. 5. Peccavimus, *c* iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus: & declinavimus a mandatis tuis, ac judiciis.

6. Non obedivimus servis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ.

7. Tibi Domine! justitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Juda, & habitatoribus Jerusalem, & omni Israel, his, qui prope sunt, & his, qui procul, in universis terris, ad quas ejecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te,

8. Domine! nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccaverunt.

9. Tibi autem Domino Deo nostro misericordia, & propitiatio, quia recessimus a te:

10. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in lege ejus, quam posuit nobis per servos suos prophetas.

11. Et omnis Israel prævaricati sunt legem tuam, & declinaverunt, ne audirent vocem
d Nahum. 1. 6. tuam, & stillavit super nos maledictio, *d* & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi *e* servi Dei, quia peccavimus ei.

Jer. 7. 15. *e Lev.* 26. *Deut.* 28. 12. Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui judicaverunt nos, ut superinduceret in nos magnum malum, quale numquam fuit sub omni cœlo, secundum quod factum est in Jerusalem.

f Deut. 27. 14. 13. Sicut *f* scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogavimus faciem tuam Domine Deus noster, ut reverteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.

14. Et vigilavit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: justus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ fecit: non enim audivimus vocem ejus.

g Baruch. 2. 11. 15. Et *g* nunc * Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti
** FER.* 2. *POST DOM.* 1. *QUAD.* in manu forti *h*, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc: peccavimus, iniquitatem fecimus,

h Exod. 14. 22. 16. Domine! in omnem justitiam tuam: avertatur obsecro ira tua, & furor tuus a civitate tua Jerusalem, & monte sancto tuo: propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostro-

Daniel, in den Büchern die Anzahl der Jahre, davon des HErrn Wort zu Jeremia dem Propheten geschehen war, daß die Verwüstung Jerusalem siebenzig Jahre lang währen sollte.

3. Und ich richtete mein Angesicht zum HErrn meinem GOtt, zu bethen, und zu flehen, mit Fasten, im Sacke, und in der Asche.

4. Und ich bath den HErrn meinen GOtt, that auch mein Bekenntniß, und sprach: Ach lieber HErr, du großer und schrecklicher GOtt! der du den Bund, und Barmherzigkeit derjenigen hältst, die dich lieb haben, und deine Gebothe halten:

5. Wir haben gesündiget, und Missethat begangen, wir haben gottlos gehandelt, und sind abtrünnig geworden: und sind von deinen Gebothen und Rechten abgewichen.

6. Wir sind deinen Knechten, den Propheten, nicht gehorsam gewesen, welche zu unsern Königen, und zu unsern Fürsten, zu unsern Vätern, und zu allem Volke im Lande, in deinem Namen geredet haben.

7. Bey dir, o HErr! ist Gerechtigkeit: uns aber gehöret Verschämung des Angesichts, wie es dann heutiges Tages ist mit jedermann in Juda, und mit den Inwohnern zu Jerusalem, und mit dem ganzen Israel, sowohl mit denen, die nahe sind, als auch mit denen, die ferne sind in allen Landen, dahin du sie ausgestoßen hast, um ihrer Missethat willen, damit sie wider dich gesündiget haben.

8. HErr! uns gehöret Verschämung des Angesichts, uns, unsern Königen, unsern Fürsten, und unsern Vätern, die gesündiget haben.

9. Bey dir aber, unserm HErrn und GOtt, ist Barmherzigkeit und Versöhnung, denn wir sind von dir abgewichen:

10. Und haben die Stimme des HErrn unsers GOttes nicht gehöret, damit wir wandelten in seinem Gesetze, das er uns durch seine Knechte, die Propheten, vorgestellet hat.

11. Und ganz Israel hat dein Gesetz übertretten, sie sind aus der Bahn gewichen, damit sie deine Stimme nicht höreten, darum tröpfelt auf uns der Fluch, und Eydschwur, der in dem Buche Moysis, des Knechtes GOttes, geschrieben stehet, denn wir haben ihm gesündiget.

12. Und er hat seinen Worten Kraft gegeben, die er über uns geredet hat, und über unsere Fürsten, die uns gerichtet haben, daß er ein großes Unglück über uns führen wollte, dergleichen niemal unter dem ganzen Himmel gewesen, wie dann zu Jerusalem geschehen ist.

13. Und ist all das Unglück über uns gekommen, wie es im Gesetze Moysis geschrieben ist: wir aber haben vor deinem Angesichte nicht gefleht, HErr unser GOtt, daß wir uns bekehreten von unsern Sünden, und deine Wahrheit bedenkten.

14. Und der HErr hat gewacht über das Unglück, und hat dasselbige über uns geführet: gerecht ist der HErr unser GOtt in allen seinen Werken, die er gethan hat: denn wir haben seine Stimme nicht gehöret.

15. Und nun, HErr unser GOtt, der du dein Volk mit starker Hand aus Aegyptenland geführet, und dir einen Namen gemacht hast, wie es heutiges Tages ist: wir haben gesündiget, und Böses gethan,

16. O HErr! wider alle deine Gerechtigkeit: ach laß sich deinen Zorn, und deinen Grimm von deiner Stadt Jerusalem, und von deinem heiligen Berge abwenden: denn um unserer Sünden, und um unserer Väter Missе-

---

℣. 4. *Et oravi Dominum Deum meum.* Duæ sunt hujus orationis partes, confessio, & petitio: confessio duplex, peccatorum accusatio, & divinæ justitiæ, misericordiæque laudatio. *Custodientibus.* Per custodiam mandatorum dilectionem veram probantibus. Hieron. *Non ergo, quod pollicetur Deus, statim futurum est: sed iis eos sua promissa complet, qui custodiunt mandata illius.* v. 5. & sequentibus se & populum accusat.

℣. 7. *Tibi Domine justitia* &c. Juste quidem plectimur, & confundimur.

℣. 12. *Statuit sermones suos.* Hebr. Suscitavit sermones suos, fecit, ut evenirent, quæ comminatus fuerat.

℣. 14. *Vigilavit Dominus super malitiam.* Opponit Judæis in peccatis suis dormientibus, Dei ad puniendum vigilantiam.

℣. 15. *Peccavimus.* Gloss. in nos. *Iniquitatem fecimus.* In proximos.

℣. 16. *Domine, in omnem justitiam tuam.* Gr. In omni misericordia tua. Hebr. secundum omnes justitias tuas, i. e. pro multiplici justitia tua; justitiæ vocem usurpat pro benignitate & misericordia. Alii id conjungunt cum his verbis v. 15. *Iniquitatem fecimus:* justitia interdum, aut veritas pro lege sumitur.

Missethaten willen, ist Jerusalem und dein Volk allen zur Schmach geworden, die um uns her sind.

17. So erhöre nun, unser GOtt! das Gebeth deines Dieners, und sein Flehen: und wende dein Angesicht um dein selbst willen zu deinem Heiligthume, das verwüstet ist.

18. Neige dein Ohr, mein GOtt! und höre: thue deine Augen auf, und siehe unsere Verwüstung, und die Stadt, über welche dein Name angerufen ist: denn wir schütten unser Gebeth vor dir nicht aus in unseren Gerechtigkeiten, sondern in deinen großen Erbarmungen.

19. Ach HErr! erhöre, ach HErr! laß dich versöhnen: merke auf, und thue es: verweile es nicht, mein GOtt, um dein selbst willen: dieweil dein Name über deine Stadt, und über dem Volk angerufen ist.

20. Als ich nun noch im reden war, und bethete, und meine Sünden, und die Sünden meines Volks Israel bekennete, und mein Gebeth um den heiligen Berg meines GOttes, demüthiglich vor dem Angesichte meines GOttes ausschüttete:

II. 21. Als ich noch im Gebethe war, und redete, siehe, da flog geschwind daher der Mann Gabriel, den ich im Gesichte von Anfang gesehen hatte, und rührete mich an um die Zeit des Abendopfers.

22. Und er gab mir Bericht, und redete mit zu, und sprach: Daniel, jetzt bin ich ausgegangen, dich zu unterrichten, damit du es verstehest.

23. Im Anfang deines Gebeths gieng dieß Wort aus: ich aber bin gekommen, dir es anzuzeigen, denn du bist ein Mann des Verlangens: derowegen gieb acht auf die Rede, und verstehe das Gesicht.

24. Siebenzig Wochen sind abgekürzet über dein Volk, und über deine heilige Stadt, damit die Uebertrettung aufhöre, und die Sünde ein Ende nehme, und die Ungerechtigkeit ausgetilget werde, und die ewige Gerechtigkeit eingeführet, das Gesicht, sammt der Prophezeihung erfüllet, und der Heilige aller Heiligen gesalbet werde.

25. Derowegen sollt du wissen, und darauf merken: Von der Zeit an, daß die Rede ausgehet, daß man Jerusalem wieder bauen soll, bis auf Christum, den Fürsten, sind sieben Wochen, und zwey und sechszig Wochen: und die Gassen, sammt den Mauren, sollen wieder gebauet werden, doch in bedrängter Zeit.

rum, Jerusalem, & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.

17. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem servi tui, & preces ejus: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est propter temetipsum.

18. Inclina Deus meus, aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & civitatem, super quam invocatum est nomen tuum: *i* neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. *i Jer. 25. 29. Ps. 48. 2. 9. & 101. 8.*

19. Exaudi Domine, placare Domine! attende & fac: ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum invocatum est super civitatem, & super populum tuum °.

20. Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei:

II. 21. Adhuc me loquente in oratione, ecce, vir Gabriel, quem videram in visione a principio, *k* cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. *k Sup. 8. 16.*

22. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel, nunc egressus sum, ut docerem te, & intelligeres.

23. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni, ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadverte sermonem, & intellige visionem.

24. Septuaginta *l* hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur justitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungatur Sanctus Sanctorum. *l Matth. 24. 5. Jo. 1. 45.*

25. Scito ergo, & animadverte: Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum.

26. Et

℣. 18. *Vide civitatem, super quam invocatum est nomen tuum.* Quæ tua, seu Dei civitas vocatur.

℣. 19. *Ne moreris propter temetipsum.* Ne proroges captivitatis nostræ tempus, etsi peccata nostra id non merentur.

℣. 21. *Ecce, vir Gabriel.* Angelus sub specie hominis. Cum 4. Monarchiæ essent velut præambula ad mysterium Incarnationis, idem Archangelus Gabriel, quem fortitudinem Dei interpretantur, ad hæc nuntianda missus est, quæ ad Messiæ adventum pertinent. *Quem videram in visione.* In prima visione, qua vidi quatuor bestias, quas ille mihi exposuit: tametsi non dixerat, quis ille fuerit, sed nunc indicat fuisse Gabrielem.

℣. 23. *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* Decreta est a Deo legatio, ut ad te venirem, & tempus Messiæ venturi te edocerem. *Quia vir desideriorum es.* Symmachus vertit, vir es amabilis; vel active, quia tu ardes desiderio tuæ & tuorum salutis. Non solum tempus, quo a captivitate Babylonica liberentur, sed etiam a captivitate diaboli libertatem designat; quod fieri nequit nisi per Messiam, cujus adventum tibi annuntio.

℣. 24. *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt.* Paucæ a Deo definitæ annorum hebdomades, nempe 490, anni sunt usque ad Christum, quod tempus potuisset diutius protelari, sed sanctorum precibus fuit contractum. Sic Matth. 24. dies persecutionis Antichristi dicuntur breviati, seu breves a Deo facti. Quin & voces cum Græcæ, tum Hebraicæ significant constitutas esse, aut definitas 70. hebdomadas. Aut certe dicuntur abbreviatæ, si cum annis præteritis a promissione Messiæ conferantur. Aut denique juxta Julium Africanum anni illi lunares futuri sunt breviores solaribus 11. diebus. *Ut consummetur prævaricatio.* Hebr. ut finiatur, & peccatum totius mundi deleatur. *Et adducatur justitia sempiterna.* Hebr. *justitia sæculorum.* i. e. Christus Dominus. *Et impleatur visio & prophetia.* Omnium Prophetarum. *Et ungatur Sanctus Sanctorum.* Christus Dominus. Unde autem incheandæ sint 70. hebdomades annorum, mox exponit Angelus. Sic Danielem docet 70. annos captivitatis typum esse universæ generis humani liberationis. *Ut consummetur prævaricatio.* Ut finiatur, vel ad cumulum prævaricatio perveniat. Quatuor hic memorantur, quæ nulli nisi Messiæ conveniunt. 1. Ut deleatur iniquitas. 2. Ut adducatur justitia sempiterna. 3. Ut impleantur Dei promissa, & vaticinia Prophetarum. 4. Ut ungatur Sanctus Sanctorum. *Et finem accipiat peccatum.* Gr. ut signetur peccatum; sic legit Tertull. in L. adversus Judæos: finitum autem peccatum dicitur, quod Christus pro peccato cumulate satisfecerit; vel peccatum idololatriæ intelligitur, quod in Scripturis peccatum simpliciter dici solet. Quin & potentiam diaboli fregit Christus per gratiam suam, quæ præsentia expellit peccata, Deo satisfacit pro præteritis, adversus imminentia nos munit, ut optime Perer. *Et impleatur visio.* Gr. signetur. *Ipse enim fuit signaculum omnium Prophetarum, adimplens omnia, quæ retro de eo Prophetæ nuntiaverant.* Tertul. loco citato.

℣. 25. *Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem.* Seu ab edicto Artaxerxis, vel septimo, vel vigesimo anno ejus regni, de reficienda Jerusalem. *Et rursum ædificabitur platea.* Seu forum publicum. *Et muri,* Interjecto illo tempore: post edictum regis, non post 70. hebdomadas. *In angustia temporum.* Brevi temporis spatio, intra 52. dies mœnia absolventur; vel Judæi tum ab invidis hostibus prementur. Intra brevissimum tempus muri sunt instaurati: nam multa hominum millia laborabant, nec mœnia omni ex parte a fundamentis sunt excitata, sed cum multis in locis essent interrupta, ea sunt continuata; id colligitur ex capite 4. Nehemiæ.

26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio.

27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una, & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.

26. Und nach zwey und sechzig Wochen wird Christus getödtet werden: und es wird sein Volk nicht seyn, das ihn verläugnen wird. Und ein Volk mit seinem kommenden Fürsten wird die Stadt sammt dem Heiligthume zerstören, und ihr Ende wird Verwüstung seyn, und wann der Krieg ein Ende hat, so ist die Verwüstung beschlossen.

27. Er wird aber vielen den Bund in einer Woche bestättigen, und mitten in der Woche wird das Schlachtopfer, und Speißopfer aufhören: und es wird im Tempel der Greuel der Verwüstung seyn, und die Verwüstung wird bis zum letzten Ende dauren.

Das

℣. 26. *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus.* Hebraismus est, post septem hebdomadas & 62. quæ est repetitio præcedentium. *Occidetur Christus.* In crucem actus. Hebr. *unctus*, non unctio, ut vertunt 70. *Et non erit ejus populus, qui eum negaturus est.* Hebr. *Non erit ei.* Non stabit pro eo populus, ab omnibus deseretur. Hæc verba nunc desunt in Hebræo & in Græco; sed teste Hieron. olim ita legebant: *Non erit illius imperium.* Regnum Judæorum abjiciet; Judæi non erunt amplius regnum Dei. Hebdomadæ 69. ad Baptismum usque Christi bene referuntur. Quo tempore, verbo & exemplo cœpit populum regere, ac 69. hebdomadæ in annum decimum quintum Tiberii desinunt. Cum Daniel 69. hebdomadas in duas partes divisisset in septem & sexaginta duas, & docuisset, quid memorabile in septem prioribus esset eventurum, nempe ut muri in angustia temporum ædificarentur, post hæc declarat, quid post alias sexaginta duas futurum sit, quod nimirum Christus sit occidendus. Hoc igitur Gabriel prædicit fore, ut post septem & sexaginta duas hebdomadas Messias occidatur. Ita Pererius. Tum vero populus Hebræus erit abjiciendus. Deinde alterum Judæis malum evenit: *Et civitatem & sanctuarium populus dissipabit cum duce venturo.* Populus Romanus duce Tito, & desolatio erit in perpetuum. *Et finis.* Vatabl. Cum inundatione Romanorum. *Et post finem belli statuta desolatio.* Judæis omnibus occisis, vel expulsis. *Et non erit ejus populus.* Ab eo abjicietur.

℣. 27. *Confirmabit autem pactum.* Novum testamentum. *Multis hebdomada una.* Quæ prima subsequetur, 69. prædictas firmabit; cujus pacti leges explicabit tribus primis annis cum dimidio, prædicando, & missionem suam omni genere miraculorum confirmando. *Et in dimidio hebdomadis.* Septuagesimæ. *Hostia & sacrificium.* Mosaicum; veritate illucescente cessabunt figuræ: deficiet sacrificium; nam sacrificia Deo accepta esse desierunt, mortua quidem, etsi nondum mortifera. *Desolationis.* Hebr. *Ad alam.* Seu ad extremum templi. *Erunt abominationes desolantes.* Res fœdæ, seu profanationes a zelotis & sceleratis, qui templo instar arcis communito cædes patrabunt, aut exercitus ipse Romanorum. Multis & variis argumentis, testimoniis, ac Prophetarum vaticiniis, miraculis, vita & moribus, morte sua & resurrectione, Christi ipsius prædictionibus, quas & eventus comprobarunt, pactum confirmabit. Scaliger edictum illud, cujus mentionem facit Archangelus Gabriel Danielis cap. 9. statuit in anno secundo Darii Nothi, & confundit edictum de reædificando templo cum edicto de reædificanda urbe. Qua in re plurimum a vero aberrat. Ex Hebræo textu Ludovicus Capellus hoc vaticinium paulo aliter exponit in Chronologia sacra: v. 23. *Exiit verbum*, i. e. mandatum de me ad te mittendum. *Quia vir desideriorum es.* Homo Deo gratus. v. 24. *Decisæ sunt.* Decretæ a Deo 70. *hebdomades.* Reliqua apud Auctorem videri possunt. Quod etiam ait Angelus v. 25. *Ab exitu verbi &c.* designat edictum quoddam de reædificanda Jerosolyma, quod habetur Esdræ 6. quodque ab Artaxerxe Longimano datum est in Judæorum gratiam: in quo quidem non fit mentio instaurationis murorum: ea tamen facile intelligitur: cur enim eam non concessisset, cum adeo esset liberalis & benignus in Judæos? Ea quidem non est cœpta ab Esdra, qui rebus sacris intentus erat, sed post aliquot annos a Nehemia incœpta fuit anno 20. Artaxerxis, qui prius edictum confirmavit, cum instauratio ab hostibus Judæorum esset impedita, quod prius edictum de muris specialiter non loqueretur. Atque ut Cyrus edicto suo potestatem fecit templi reædificandi, quæ hostium accusatione est impedita usque ad Darium Hystaspis filium: sic ab Artaxerxe anno 7. regni sui potestas data est Judæis instaurandæ urbis, quæ a Nehemia tantummodo executioni mandata est. Unde initium 70. hebdomadum ab anno septimo Artaxerxis existimat Capellus esse repetendum, ex quo ad resurrectionem Christi sunt 490. anni. A vigesimo anno Artaxerxis Memnonis ad mortem Christi sunt tantum 416. anni, neque adeo illud est initium 70. hebdomadum: in medio ultimæ hebdomadæ cœpit Christi prædicatio post ejus Baptismum. *In medio septimanæ.* Seu in media septimana cessare fecit sacrificia legis. Vel juxta alios 70. hebdomades non totos 490. annos, sed tantum 487. complectuntur, adeo, ut in medio ultimæ hebdomadis per mortem Christi sacrificia legalia cessare incœperint: tum enim *venit hora, in qua, qui Deum adorant, adoraturi sunt in spiritu & veritate.* Sed trium aut quatuor annorum differentia non est magni momenti; discrimen enim illud omne pendet a calculo annorum regum Persarum, Macedonum, & Assamonæorum ab Artaxerxe ad Christum usque.

Hæc verba Angeli: *usque ad Messiam*, non sunt accipienda de Christi nativitate, sed potius de ejus Baptismo, cum officium mediatoris proprie exercens constitutus est in munere suo.

Quod autem ait: *Ædificabitur platea, & fossæ:* ita est intelligendum, quod in complexu 69. hebdomadum sit reædificanda Jerosolyma, cui reædificationi opponit eversionem per populum ducis venturi, v. 26. *Post septimanas 62. exscindetur Christus.* Subaudiendæ sunt 7. septimanæ, de quibus ante dixit. *Ab exitu verbi usque ad Messiam septimanæ sunt 7. & 62.* post septimanas 7. & 62. exscindetur Christus, cui excisioni subjicit Angelus eversionem urbis, ut quid consecuturum, non ut concluſum eo spatio 69. hebdomadum. Ala autem abominabilis juxta textum Hebræum videtur esse factio zelotarum, qui ob pertinaciam suam in causa fuerunt eversionis templi & Jerosolymæ. Nec minus tamen est probabile, abominationis voce exercitum Romanorum Jerosolymam obsidentium intelligi. Juxta hunc annorum calculum ab anno quarto vel quinto Joachin ad annum primum Cyri numerantur 70. anni. Interea tamen cultus divinus non omnino desiit, nisi post annos undecim, cum extremo Sedeciæ anno templum eversum est. Sic a Cyri anno primo, quo edictum publicatum fuit de reædificando templo, ad Darii Hystaspis annum secundum, undecim anni interjacent, quot sunt a prima captivitate ad templi destructionem, quod per annos 70. jacuit eversum. Nam ut status populi Judaici concussus & pene prostratus fuit per undecim annos ante templi eversionem, sic status libertatis per totidem annos a soluta captivitate stetit ante templi instaurationem, & sacra vasa tum fuerunt restituta. Sic etiam a Christi nativitate ad templi typici eversionem, & novi templi, seu Ecclesiæ ædificationem, Judæorum ritibus abolitis, 70. anni numerantur. Nam antea exiguæ velut gentium primitiæ fuerant Deo consecratæ: nec multum refert, utrum initium 70. hebdomadarum ducatur ab anno 7. Artaxerxis, quo edictum in gratiam Judæorum emanavit, an ab anno ejus vigesimo, quo Judæis civitatem muris cingendi potestas data est, cum in tribus primis edictis nihil expresse de instaurandis muris continetur. Sed neque id prohibitum fuit, imo jam a Cyro facultas ædificandi Jerosolymam data fuerat, uti ab Isaia ducentis pene annis ante prædictum fuerat cap. 44. *Qui dico Cyro: Pastor meus es, & omnem voluntatem meam completis; qui dico Jerusalem: Ædificaberis; & Templo: Fundaberis.* Ex Eusebii, Hieronymi, & Drusi Chronologia suum calculum comprobat Capellus. Sed & tempora cum edicto Artaxerxis anno 20. regni dato convenire ostendit Meldensis Episcopus in sua dissertatione de Historia generali. Siquidem 70. annorum hebdomades (nullæ autem in Scripturis sunt aliæ quam dierum vel annorum) summam efficiunt 490. annorum: tot vero annumerari ab anno 20. Artaxerxis ad annum quintum aut quartum post mortem Christi hinc liquet, quod extremo anno Olympiadis 76. Themistocles ejectus e patria Artaxerxi scripserit, mortuo jam Xerxe, ut testatur Thucidides pene coætaneus. Itaque annus vigesimus Artaxerxis incidit sub finem Olympiadis 81. Unde ad Christi nativitatem sunt anni 453. Quibus adde annos 30. usque ad initium prædicationis Christi, seu ad annum 15. Tiberii, anni 483. prodeunt, seu 69. hebdomades. Circa ultimæ hebdomadis annum quartum incidit mors Christi, idque est medium ultimæ illius hebdomadæ, quam ab aliis secernit Angelus apud Danielem, & mysteriis plenam. Atque ut supputationum varietas ad paucos annos excurrat, non tanti illa est, quæ rem adeo perspicuam obscuret. Non enim fidei nostræ probationes ex limata Chronologia pendent. Eventus ipse cum tam illustri vaticinio mirum in modum consentit.

Excidium

Das zehnte Capitel.

I. Daniel fastet, und ist traurig von wegen der verhinderten Erneuerung des Tempels zu Jerusalem: 1. II. Ihm erscheinet ein Engel, und zeiget an, daß sein Gebeth erhört worden sey. 5. III. Wie der Engel der Juden mit dem Schutzengel der Perser und Griechen gestritten habe. 31.

1. Im dritten Jahre Cyri des Königs in Persien, ward dem Daniel, dessen Zuname Balthassar war, ein Wort geoffenbaret, und war ein wahrhaftig Wort, und eine große Stärke: und er verstund die Rede: denn Verstand ist nöthig im Gesichte.

2. In denselbigen Tagen war ich, Daniel, drey Wochen lang traurig,

3. Ich aß keine anmuthige Speise, es kam mir auch weder Fleisch noch Wein in meinen Mund, ich salbete mich auch nicht mit Salbe, bis die drey Wochen vollendet waren.

4. Aber am vier und zwanzigsten Tage des ersten Monaths war ich bey dem großen Wasser, Tigris genannt.

II. 5. Und ich hub meine Augen auf, und sah: und siehe, es war ein Mann da, mit Leinwand bekleidet, und seine Lenden waren mit dem allerbesten Golde umgürtet:

6. Und sein Leib war wie ein Hyacinth, sein Angesicht war anzusehen, wie der Blitz, und seine Augen, wie brennende Fackeln: und seine Arme, und was hinab ist bis auf die Füße, wie glüend Erz: und seine Rede war, als wenn viele Leute zugleich redeten.

7. Und ich, Daniel, sah dieß Gesichte allein: die anderen Männer, welche bey mir waren, sahen es nicht: es überfiel sie aber ein sehr großer Schrecken, und sie flohen davon, und verbargen sich.

8. Ich aber ward allein gelassen, und sah dieß große Gesicht: und es blieb keine Stärke in mir, ja, meine Gestalt ward auch in mir verändert, und ich fiel in Ohnmacht, und meine Kräften waren gar dahin.

9. Und ich hörte die Stimme seiner Rede: und dieweil ich sie hörte, lag ich erschrocken auf meinem Angesichte, und mein Antlitz neigte sich zur Erde.

10. Und siehe, eine Hand rührete mich an, und richtete mich auf, daß ich auf meinen Knien, und auf den Fingern meiner Hände lag.

11. Und er sprach zu mir: Daniel, du Mann* von großem Verlangen, merke wohl auf die Worte, die ich zu dir rede, und tritt auf deine Füße: denn ich bin jetzt zu dir gesandt. Und als er die Worte zu mir redete, stund ich, und zitterte. *der Begierden

12. Und er sprach zu mir: Fürchte dich nicht, Daniel: denn von dem ersten Tage an, da du dein Herz ergabest zu verstehen, und dich selbst vor dem Angesichte deines GOttes zu casteyen, sind deine Worte erhöret: und ich bin gekommen um deiner Rede willen.

III. 13. Aber der Fürst des Königreichs der Perser wi-

CAPUT X.

I. Jejunat & affligit se Daniel: 1. *II. Angelum videt lineis vestitum, & territus ab eo confortatur.* 5. *III. De principe regni Persarum resistente angelo tutelari Græcorum, & de Michaele principe Judæorum.* 13.

1. Anno tertio *a* Cyri regis Persarum, verbum revelatum est Danieli cognomento Balthassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque sermonem: intelligentia enim est opus in visione. *a* Anno M. 3470. Ante Chr. 534. Ætatis Daniel 85.

2. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus,

3. Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque unguento unctus sum, donec complerentur trium hebdomadarum dies.

4. Die autem vigesima & quarta mensis primi eram juxta fluvium magnum, qui est Tigris.

II. 5. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce, vir unus vestitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo *b*: *b* Apoc. 1. 13.

6. Et corpus ejus quasi chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris, *c* & oculi ejus, ut lampas ardens: & brachia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis *d*: & vox sermonum ejus, ut vox multitudinis *e*. *c* Matth. 28. 3. *d* Ezech. 1. 7. *e* Ezech. 1. 24.

7. Vidi autem ego Daniel solus visionem: porro viri, qui erant mecum, non viderunt *f*: sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. *f* Luc. 24. 16. Act. 9. 7.

8. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, *g* sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quidquam virium. *g* Sup. 8. 17.

9. Et audivi vocem sermonum ejus: & audiens jacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.

10. Et ecce, manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.

11. Et dixit ad me: Daniel, vir desideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens.

12. Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendum, ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua: & ego veni propter sermones tuos.

III. 13. Princeps autem regni Persarum restitit

Excidium mirum Jerosolymæ, & abominanda desolatio, post 62. hebdomadas cum septem aliis conjunctas: prædicit Angelus fore ut occidatur Christus, tum civitas & sanctuarium destruantur, deficiant sacrificia, & abominanda desolatio consequatur, quæ ad finem usque mundi sit duratura. Dionysius Carthusianus per dimidium hebdomadæ non quartum annum, sed dimidium aut posteriorem medietatem ultimæ hebdomadæ interpretatur, in qua Christus prædicavit Evangelium, & passus est. Frustra respondent Rabbini recentiores 70. hebdomades ad constructionem templi referri, vel ad Antiochum illustrem, cum templum violatum fuit, & postea repurgatum. Neque enim tempora conveniunt, nec præcipuæ vaticinii partes; nec demum Antiochi temporibus peccatum finem accepit, aut adducta est justitia sempiterna, aut Christus est occisus.

CAPUT X.

℣. 1. *Revelatum est Danieli verbum verum.* i. visio non ficta, nec in somnis, sed in veritate. *Et fortitudo magna.* Hebr. Exercitus magnus, nempe Angelorum, qui comitabantur Gabrielem: aut potius visum illud verum fuit & forte, seu terribile: verum etiam pro re magna sumi potest. *Intellexitque sermonem.* Rem visam interprete Angelo. *Intelligentia enim opus est.* Quod res sit involuta. Pagninus: Et intellexit verbum, & intellexit sibi in visione.

℣. 2. *In diebus illis ego Daniel lugebam.* Quod templi instauratio, ut Cyrus jusserat, esset impedita Cyro absente; vel etiam quod tam pauci Judæi in Judæam rediissent, & alii pene innumerabiles captivitatem & exilium libertati & patriæ anteponerent.

℣. 3. *Panem desiderabilem non comedi.* i. cibum aliquem delicatum, contentus pane vulgari. *Caro & vinum non introierunt in os meum.* Non est ergo, quod Novatores ciborum delectum tam acriter reprehendant. *Sed neque unguento.* *Hieron. Qui mos apud Persas & Indos hodie quoque servatur, ut pro balneis utantur unguentis.*

℣. 4. *Die autem vigesima & quarta.* Collige, quod jejunium cœperit circa tertium diem hujus mensis primi, quod adeo in ipsis festi Paschalis diebus continuatum fuit.

℣. 5. *Ecce, vir unus.* Alii vertunt, quasi vir; Angelus humana specie, atque ut verisimile est, Gabriel ipse. *Quasi chrysolithus.* Hebr. Tharsis. 70. vocem illam Tharsis, mare interpretantur. Quæ vox in Scripturis valde est homonyma: interdum pro lapide pretioso usurpatur, seu pro chrysolitho.

℣. 13. *Princeps autem regni Persarum restitit mihi.* Regnis & Provinciis præpositi sunt a Deo Angeli custodes: figurata locutione innuitur, quemlibet Angelum summo studio agere pro homine, vel regno suæ curæ commisso.

tit mihi viginti & uno diebus: & ecce, Michael, unus de principibus primis, venit in adjutorium meum: & ego remansi ibi juxta regem Persarum.

14. Veni autem, ut docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies.

15. Cumque loqueretur mihi hujuscemodi verbis, dejeci vultum meum ad terram, & tacui.

16. Et ecce, quasi similitudo filii hominis *h* tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum, qui stabat contra me: Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium.

17. Et quomodo poterit servus domini *i* mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium, sed halitus meus intercluditur.

18. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, & confortavit me,

19. Et dixit: Noli timere vir desideriorum: pax tibi: confortare, & esto robustus. Cumque loqueretur mecum, convalui, & dixi: Loquere, Domine mi, quia confortasti me.

20. Et ait: Numquid scis, quare venerim ad te? & nunc revertar, ut prælier adversum principem Persarum: cum ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.

21. Verumtamen annuntiabo tibi, quod expressum est in scriptura veritatis: & nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

h Isa. 6. 7.

i Gen. 18. 3. & 21. 23. 24. 27. & 47. 3. 4. *& alibi.*

k Apoc. 12. 7.

CAPUT XI.

I. Vaticinium de regibus Persarum, & rege Græcorum: 1. II. De bellis, ac insidiis inter reges Austri, & Aquilonis, & de rege, qui Deum deorum non reputabit, sc. Antiocho Epiphane, & Antichristo ejus antitypo. 21.

1. Ego autem ab anno primo Darii Medi stabam, ut confortarer, & roborarer.

2. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce, adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes: & cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversum regnum Græciæ.

3. Surget vero rex fortis, & dominabitur potestate multa; & faciet, quod placuerit ei.

4. Et cum steterit, conteretur regnum ejus,

derstund mir ein und zwanzig Tage lang: und siehe, Michael, einer von den vornehmsten Fürsten, kam mir zu Hülfe: und ich blieb daselbst bey dem Könige in Persien.

14. Ich bin aber gekommen, dich zu berichten, was deinem Volke in den letzten Tagen begegnen wird, denn das Gesicht wird sich noch auf viele Tage erstrecken.

15. Und als er mit solchen Worten mir zuredete, schlug ich mein Angesicht nieder zur Erde, und schwieg stille.

16. Und siehe, einer, dessen Gestalt war, wie eines Menschenkind, rührete meine Lippen an: da that ich meinen Mund auf, und redete, und sprach zu dem, der gegen mir über stund: Mein Herr, die Gelenke meiner Glieder sind über deinem Gesichte voneinander gegangen, und ist keine Kraft in mir übrig geblieben.

17. Und wie kann der Knecht meines Herrn mit meinem HErrn reden? denn es ist in mir keine Kraft mehr vorhanden, und mein Athem ist mir auch entgangen.

18. Da rührete mich abermal einer an, der anzusehen war, wie ein Mensch, und stärkete mich,

19. Und sprach: Fürchte dich nicht, du Mann des Verlangens: Friede sey mit dir: sey getröstet, und gestärket. Und als er mit mir redete, kam ich wieder zu Kräften, und sprach: Rede nun, mein HErr, denn du hast mich gestärket.

20. Und er sprach: Weist du nicht, warum ich zu dir gekommen bin? jetzt will ich wieder hinziehen, wider den Fürsten in Persien zu streiten: denn als ich auszog, da kam der Fürst in Griechenland, und ließ sich sehen.

21. Jedoch will ich dir anzeigen, was verzeichnet ist in der Schrift der Wahrheit: und niemand stehet mir in diesem allem bey, dann Michael euer Fürst.

Das eilfte Capitel.

1. Der Engel Gabriel saget die Kriege vor, so die Nachkömmlinge Alexandri führen werden: 1. II. Wie letztlich einer aus denselbigen die Gläubigen verfolgen werde, nämlich Antiochus Epiphanes, und der Antichrist, dessen Vorbild jener war. 21.

1. Ich aber stund vom ersten Jahre Darii des Meders, daß er bestättiget, und gestärket wurde.

2. So will ich dir jetzt die Wahrheit anzeigen. Siehe, es werden noch drey Könige in Persien stehen, und der vierte wird überausgroße Reichthümer zusammenbringen, vor allen anderen: und wann er nun an Reichthümern mächtig geworden ist, wird er jedermann wider das Königreich in Griechenland aufwecken.

3. Es wird aber ein gewaltiger König aufstehen, der wird mit großer Macht herrschen; und er wird thun, was ihm gefällt.

4. Und wann er in seinem Stande ist, alsdann wird sein Reich

---

commissio. Quidam tamen principis Persarum nomine malum Angelum intelligunt, qui Cyro in bello adversus Scythas occupato Cambysem Cyri filium, cui rerum administratio credita erat, alienabat a Judæis.

℣. 14. *Veni, ut docerem te, quæ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus.* Post adventum Christi. *Quoniam adhuc visio in dies.* Post multum temporis implenda.

℣. 18. *Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis.* Varios describit gradus, quibus anima coram Deo dejecta erigitur: primo efficaci voce clamat: *Sta in gradu tuo.* Tum per operationem sancti Spiritus tangit labia, linguam solvit, & roborat, ac deperditum vigorem restituit.

℣. 20. *Nunc revertar, ut prælier adversum principem Persarum.* Ut ratione decertem, vel ut malum Angelum expugnem. *Princeps Græcorum.* Qui ex Hieron. idcirco venit, ut transferatur imperium a Persis ad Græcos. Theodor. Præliari dixit pro differere, aut persuadere.

℣. 21. *Quod expressum est in Scriptura veritatis.* In decreto divino, quod instar legis scriptæ ratum est, & fixum, neque oblivione delebitur. Hieron. *Juxta editionem vulgatam usque ad finem libri una putatur visio, quæ anno tertio regis Persarum apparuit Danieli. Porro juxta Hebraicam veritatem, separata sunt, quæ sequuntur, & scripta ordine præposttero: non enim sub anno Cyri tertio, sed sub Darii anno primo ista narrantur facta.*

CAPUT XI.

℣. 1. *Ego autem -- stabam, ut confortaretur.* Sunt verba Angeli. Hoc caput cum superiori connexum est, & pro hujus decreti eventu, & confirmatione, se precatum esse ait, quod Judæis faveat. Existimat Hieron. hanc visionem a priori esse diversam.

℣. 2. *Ecce, adhuc tres reges stabunt in Perside.* Cyrus, Cambyses filius Cyri, & Darius Hystaspis filius. *Et quartus ditabitur opibus nimiis.* Xerxes nimirum. Hieronymus censet, Danielem ipsum, non Angelum, hæc verba proferre: *Stabam, ut confortaretur, &c.* Ut regnum ejus roboraretur: consuetudinis autem prophetarum est repente personas inducere sine ulla præfatione verborum. *Ecce, tres adhuc reges.* Hieron. *Et notandum, quod quatuor post Cyrum regibus Persarum enumeratis novem præterierit, & transierit ad Alexandrum; non enim curæ fuit spiritui prophetanti historiæ ordinem sequi, sed præclara quæque perstringere.* De quarto rege post Cyrum loquens sic ait: *Concitabit omnes adversum regnum Græciæ.* Xerxes nimirum. Alios reges Persarum non commemorat, neque eorum historiam pertexere suscepit Angelus, sed primos tantum, sub quibus res Judæorum vicissitudines aliquas experirentur: uti sub Alexandro res Judæorum in discrimen venerunt.

℣. 3. *Surget vero rex fortis.* Alexander Magnus, qui devicto Dario Codomano Asiæ regno potietur.

℣. 4. *Et cum steterit, conteretur regnum ejus.* Cum confirmatum fuerit, per sexennium fere. *Dividetur in qua-*

Reich zerbrochen, und in die vier Winde des Himmels vertheilet werden, aber nicht auf seine Nachkommen, auch nicht nach seiner Macht, wie er geherrschet hat: denn sein Reich wird zerrissen werden, und neben den seinen auch auf Fremde * kommen. * Ausländer

5. Und der König gegen Mittag wird stark werden: aber es wird ihm einer von seinen Fürsten überlegen seyn, und wird mit Macht herrschen: denn seine Herrschaft wird groß seyn.

6. Und sie werden sich nach etlichen Jahren miteinander verbinden: und die Tochter des Königs gegen Mittag wird zum Könige gegen Mitternacht kommen, Freundschaft zu machen: aber sie wird den mächtigen Arm nicht erhalten, und ihr Saame wird auch nicht bestehen: und sie wird übergeben werden, sammt ihren jungen Männern, die sie dahin gebracht, und eine Zeitlang mächtig gemacht haben.

7. Und es wird ein Zweig von dem Gewächse ihrer Wurzel stehen bleiben, und wird mit einem Kriegsheere kommen, und dem Könige von Mitternacht in das Land ziehen: und er wird nach seinem Willen mit ihnen handeln, und die Oberhand erhalten.

8. Ueberdas wird er ihre Götter, und Bilder, auch ihre köstlichen Gefäße von Silber, und Gold in Aegypten führen: also wird er den König gegen Mitternacht überwältigen.

9. Und der König gegen Mittag wird ihm in das Reich fallen, und darnach wieder in sein Land ziehen.

10. Aber seine Söhne werden gereizet werden, und ein großes Volk, und viele Kriegsheere zusammenbringen: und einer wird geschwind heranziehen, wie eine Fluth: er wird auch wiederkommen, und heftig gereizet werden, seine Vestung * anzugreifen. * und sein Heer

11. Und wenn der König gegen Mittag also gereizet wird, so wird er ausziehen, und streiten wider den König gegen Mitternacht, und er wird einen sehr mächtigen Haufen zu Felde bringen, und eine große Menge wird in seine Hand übergeben werden.

12. Und er wird die Menge fangen, und sein Herz wird sich erheben: er wird auch viel tausend niederlegen, aber er wird gleichwohl die Oberhand nicht behalten.

13. Denn der König gegen Mitternacht wird sich wenden, und einen viel größern Haufen, dann der vorige war, auf die Beine bringen: und nach etlichen Zeiten, und Jahren wird er geschwind herankommen, mit einem großen Heere, und überschwenglichem Gute.

14. In den Zeiten werden ihrer viele wider den König gegen Mittag aufstehen: auch werden sich die Kinder der Abtrünnigen von deinem Volke erheben, damit sie das Gesicht erfüllen, und sie werden fallen.

& dividetur in quatuor ventos cæli, sed non in posteros ejus, neque secundum potentiam illius, qua dominatus est: lacerabitur enim regnum ejus etiam in externos, exceptis his.

5. Et confortabitur rex Austri: & de principibus ejus prævalebit super eum, & dominabitur ditione: multa enim dominatio ejus.

6. Et post finem annorum fœderabuntur: filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam: & non obtinebit fortitudinem brachii, nec stabit semen ejus: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adolescentes ejus, & qui confortabant eam in temporibus.

7. Et stabit de germine radicum ejus plantatio, & veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit.

8. Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti, & auri, captiva ducet in Ægyptum: ipse prævalebit adversus regem Aquilonis.

9. Et intrabit in regnum rex Austri, & revertetur ad terram suam.

10. Filii autem ejus provocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans, & inundans: & revertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore ejus.

11. Et provocatus rex Austri egredietur, & pugnabit adversus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu ejus.

12. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor ejus: & dejiciet multa millia, sed non prævalebit.

13. Convertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo majorem, quam prius: & in fine temporum annorumque veniet properans, cum exercitu magno, & opibus nimis.

14. Et *a* in temporibus illis multi consurgent adversus regem Austri: filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur, ut impleant visionem, & corruent. *a Isai. 19. 1.*

15. Et

quatuor ventos cæli. In quatuor partes præcipuas comminuetur instar vatis. *Sed non in posteros ejus* Non enim filii ejus regnaverunt post eum, sed 12. duces, e quibus quatuor præcipui rem omnem ad se traxerunt. *Non in posteros ejus.* Theodot. legit, non in novissimos ejus: nullus exæquavit potentiam ejus. *Lacerabitur enim regnum ejus.* In quatuor partes. *Exceptis his.* Præter eos, qui aliquas imperii partes tenuerunt, ut Eumenes, Perdicas, Lysimachus, &c. vel exceptis filiis ejus, aut fratre ejus Aridæo.

℣. 5. *Et confortabitur rex Austri.* Ptolemæus Lagi primus post Alexandrum Ægypti rex. Gabriel omissis aliis, de regibus Ægypti, & Syriæ loquitur, quod Judæa inter eos interjecta bellorum foret particeps: sed quantumvis potens futurus sit rex Austri, Antiochus hoc suscitabit bellum adversus Philadelphum. *Prævalebit adversus eum.* Sed Philadelphus inito cum Antiocho fœdere filiam Berenicem cum ampla dote illi in uxorem dabit: hoc est, quod mox subjicit.

℣. 6. *Filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis.* Forsan Berenice ad Antiochum. *Facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachii sui.* Seu regnum Asiæ, quod sperabat se adepturum. *Nec stabit semen ejus.* Nam prior Antiochi uxor Laodice illam cum amicis, & filio, imo & Antiochum ipsum veneno sustulit.

℣. 7. *Et stabit* in regio Ægypti throno *de germine radicum ejus plantatio.* Frater Philadelphi Evergetes, qui injuriam fratri, & fratris filiæ illatam ulturus est. *Ingredietur provinciam regis Aquilonis.* Seleuci Callinici. *Et abutetur eis, & obtinebit.* Thesauros diripiet, Laodicem interficiet.

℣. 9. *Et revertetur in terram suam.* Rebus in regno suo turbatis. *Ejus.* Seleuci Callinici, qui pugnans interierat, teste Justino l. 29. Polybio l. 5. Seleucus Ceraunus, & Antiochus magnus *provocabuntur* ad arma capienda. *Et veniet properans, & inundans.* Antiochus magnus, fratre a suis interfecto per dolum, Syriam brevi recuperabit, mox Ægyptum invasurus. *Et revertetur.* Theodotio vertit: *Et sedebit.* i. e. Obsidebit.

℣. 11. *Et provocatus rex Austri.* Ptolemæus Philopator, Evergetis filius *egredietur*, obviam ibit Antiocho. *Et pugnabit adversus regem Aquilonis.* Satis feliciter apud Raphiam urbem in confiniis Ægypti ex l. 1. Machab. cap. 1. & Hieronymo. *Et dabitur multitudo.* Tradetur multitudo exercitus Antiochi in manus Ptolemæi.

℣. 12. *Sed non prævalebit.* Antiochum non exuet omni regno, neque eum capiet, cognita Philopatoris ignavia, fœdere cum eo sancito.

℣. 13. *Convertetur enim rex Aquilonis.* Bellum instaurabit contra Ægyptios. *Et in fine temporum.* Post multos dies mortuo Philopatore filium ejus Epiphanem adhuc infantem, & quadrimum aggredietur. *Et veniet properans cum exercitu magno.* Atque in auxilium Antiochi.

℣. 14. *Multi consurgent adversus regem Austri; filii quoque prævaricatorum populi tui*, Judaici, *extollentur, ut impleant visionem, & corruent.* Ex iis multi cum Onia filio Oniæ tertii Pontificis in Ægyptum dilapsi, & superbia elati, novum templum Onion dictum, templi Hierosolymitani æmulum exstruent, eo prætextu, ut impleant visionem Isaiæ 29. ubi loquens de altaribus, & Ecclesiis Christianorum ait futurum *altare Domini in medio Ægypti.* Addit Angelus, *& corruent.* Nam hoc templum sub Vespasiano destructum fuit.

15. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet urbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi ejus ad resistendum, & non erit fortitudo.

16. Et faciet veniens super eum juxta placitum suum: & non erit, qui stet contra faciem ejus: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu ejus.

17. Et ponet faciem suam, ut veniat ad tenendum universum regnum ejus, & recta faciet, cum eo: & filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud: & non stabit, nec illius erit.

18. Et convertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrii sui, & opprobrium ejus convertetur in eum.

19. Et convertet faciem suam ad imperium terræ suæ, & impinget, & corruet, & non invenietur.

20. Et stabit in loco ejus vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio.

21. Et stabit in loco ejus despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia.

22. Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie ejus, & contercutur, insuper & dux fœderis.

23. Et post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo.

24. Et abundantes, & uberes urbes ingredietur: & faciet, quæ non fecerunt patres ejus, & patres patrum ejus: rapinas, & prædam, & divitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit, & hoc usque ad tempus.

25. Et concitabitur fortitudo ejus, & cor ejus adversum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri provocabitur ad bel-

15. Und der König gegen Mitternacht wird kommen, und wird Wälle aufwerfen, und sehr veste Städte einnehmen: und die Arme des Mittags werden es nicht halten können, und seine Auserwählten werden sich aufmachen, Widerstand zu thun, und das Vermögen wird nicht da seyn.

16. Und wenn er über ihn kömmt, so wird er es machen nach seinem Wohlgefallen: und es wird niemand seyn, der ihm entgegen tretten, und Widerstand thun möge: und er wird in dem edeln Lande stehen, und es wird durch seine Hand ganz verderbet werden.

17. Und er wird sein Angesicht richten, daß er komme, sein ganzes Königreich einzunehmen, und wird aufrichtig mit ihm handeln: er wird ihm seine Tochter, die Schönste unter den Weibern, geben, das Reich zu verderben: und sie wird nicht beständig bleiben, noch mit ihm halten.

18. Und er wird sein Angesicht zu den Inseln wenden, und derselbigen viel einnehmen: er wird machen, daß der Fürst, der ihn schmähet, aufhöre, und seine Schmach wird auf ihn selbst kommen.

19. Darnach wird er sein Angesicht zu seinem Lande wenden, da er zu gebiethen hat, und er wird anstoßen, und fallen, und man wird ihn nicht mehr finden.

20. Und an seine Statt wird ein verächtlicher Mensch aufstehen, so der königlichen Würde nicht werth ist: aber derselbige wird in wenig Tagen aufgerieben werden, doch nicht im Zorne, noch im Streite.

21. An dessen Statt wird einer aufkommen, den man nicht achten wird, noch ehren, wie einen König: er wird aber heimlich einschleichen, und das Königreich mit List einnehmen.

22. Und die Arme des Streitenden sollen vor seinem Angesichte überwältiget, und zerschlagen werden, sammt dem Fürsten des Bundes.

23. Denn nachdem er Freundschaft mit ihm gemacht hat, wird er betrüglich mit ihm umgehen: und er wird heraufkommen, und ihn mit geringem Volke überwältigen.

24. Und er wird in die reichen, und wohlhabenden Städte kommen: und wird thun, was seine Väter, und die Vorältern seiner Väter nicht gethan haben: er wird ihren Raub, und Beute, und Reichthum verschwenden, und wider die allervestesten Oerter Aegypti Anschläge machen, und das eine Zeitlang.

25. Und seine Macht, und sein Herz wird sich erwecken wider den König gegen Mittag mit einem großen Heere auszuziehen: so wird der König gegen Mittag zum

Krieg

℣. 15. *Et veniet rex Aquilonis.* Versus Ægyptum. *Et comportabit aggerem.* Obsidebit. *Et brachia Austri.* Duces, & exercitus Ptolemæi. *Non sustinebunt.* Impetum Antiochi. Tametsi *consurgent electi ejus.* Duces Ptolemæi ex Ægypto immisi in Syriam, ut Scopas, Eropas, & alii. *Sed non erit fortitudo ad resistendum.* Antiocho.

℣. 16. *Et faciet veniens super eum.* Contra Ægypti regem, & ejus duces faciet. *Juxta placitum suum.* Recipiet totam Syriam. *Et stabit in terra inclyta.* In Judæa. *Et consumetur in manu ejus.* Judæis ultro se dedentibus, teste Josepho l. 12.

℣. 17. *Et ponet faciem suam.* Animum huc intendet, ut veniat *ad tenendum universum regnum ejus.* Ptolemæi. *Recta faciet cum eo.* Fœdus inibit æquis conditionibus, vel bona fide se agere simulabit. *Filiam feminarum dabit.* Pulcherrimam filiam, Phrati Hebraica, Cleopatram in uxorem dabit. *Ut evertat illud.* Ut regnum Ægypti invadat. *Non stabit.* Nam Cleopatra mariti partes fovit, nec dolus exitum habuit, quem sperabat Antiochus.

℣. 18. *Et convertet faciem suam ad insulas.* Cepit Rhodum, Samum, & alias insulas. *Et cessare faciet principem opprobrii sui.* Vel Lucium Scipionem, a quo victus est; vel populi Romani minas intentantis opprobrium cessare fecit, cum magnam Græciæ partem subegit. *Et opprobrium ejus convertetur in eum.* Cum cæsus secundo a Lucio Scipione, summo probro coactus est Asia cedere, Syria sola sibi retenta, sumptus belli solvere, obsides Romam mittere, & tributum pendere, lib. 2. Machab. cap. 8. Justinus, lib. 31. Livius Decade 4. l. 7. vel Africanus rejiciet a se, convertetque in Antiochum opprobrium, quo prius Romanos afficerat, cum Romanam legationem contumeliose sprevit. Vatablus sic legit: *Et princeps compescet ejus probra, retorquens in eum sine omni suo dedecore.* Lucius Africanus coget eum ab incœpto desistere, in dedecus Antiochi.

℣. 19. *Et impinget, & corruet.* Cum adversus Elimæos bello decertavit; aut occisus est ab accolis, cum Jovis Dodonæi templum spoliare vellet, Just. lib. 32. Strabo l. 16.

℣. 20. *Et stabit in loco ejus vilissimus.* Seleucus Philopator Antiochi magni filius, qui 12. annos regnavit inglorius, & avarus. *Et in paucis diebus conteretur.* Ab Heliodoro, quo usus fuerat, ut templum Jerosolymæ diriperet, ab eo veneno sublatus creditur.

℣. 21. *Et stabit in loco ejus despectus.* Ab hoc loco usque ad finem prophetia est de Antiocho Epiphane ad litteram: de Antichristo ut antitypo Antiochi, qui fratris regnum invasit fraudato fratris filio, quem Syri in regem adsciverant. *Et veniet clam.* Antiochus, qui Romæ erat obses. *Et obtinebit regnum in fraudulentia.* Simulans se fratris filii tutelam velle suscipere.

℣. 22. *Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie ejus.* Brachia vocat vires eorum, qui pro regni hærede pugnaverunt. *Insuper, & dux fœderis.* Ptolemæus Philometor, qui ex Antiochi sorore natus erat, & quasi vinculum erat fœderis cum Antiocho magno initi a Ptolemæo Epiphane, qui forsan etiam fœdus cum Antiocho illustri inierat. Alii Triphonem intelligunt, qui ex Appiano fuit auctor fœderis: sed Antiochus

℣. 23. *Post amicitias,* acceptas, *cum eo faciet dolum.* Inhians regno Ægypti. *Et superabit.* Non magno exercitu occupabit Ægyptum.

℣. 24. *Et faciet, quæ non fecerunt patres ejus.* Cum exactionibus, tum largitionibus. *Patres patrum ejus.* Reges Asiæ, licet hostes essent. *Et contra firmissimas.* Quas expugnare non poterat urbes. *Cogitationes inibit.* Qua ratione, aut vi, aut dolo eas expugnaret. *Et hoc usque ad tempus.* Dissimulato consilio, donec ad exitum perducat.

℣. 25. *Et concitabitur fortitudo ejus.* Antiochi. *Et cor ejus.* Studium animi, & cogitatio. *Adversus regem Austri.* Coget exercitum. *Et non stabunt.* Promissis, & donis Antiochi corrupti in partes ejus ibunt. Primum mercatorias, & opulentas urbes cepit, tum munitas aggressus, tandem in apertum bellum erupit.

Krieg gereizet werden, mit großer, und sehr starker Hülfe: aber sie werden nicht bestehen, denn jene werden Anschläge wider ihn machen.

26. Und die sein Brod mit ihm essen, werden ihn aufreiben, und sein Kriegsheer wird man unterdrücken: und es sollen sehr viele erschlagen werden.

27. Es werden auch beyder Könige Herzen dahin trachten, daß sie einander Böses thun, und werden an einem Tische betrüglich miteinander reden, aber es wird ihnen nicht glücken: denn das Ende wird sich verziehen, bis auf eine andere Zeit.

28. Und er wird mit großem Gute wieder in sein Land ziehen: und sein Herz wird sich wider den heiligen Bund richten, und wird sein Vorhaben vollbringen, und also wieder in sein Land ziehen.

29. Darnach wird er auf eine bestimmte Zeit wieder kommen, und gegen Mittag hineinziehen: und es wird ihm am Ende nicht ergehen, wie vormals.

30. Denn es werden große Schiffe über ihn kommen, und die Römer: und er wird geschlagen werden, und sich wenden, und er wird ergrimmen wider den Bund des Heiligthums, und sein Vorhaben vollbringen: und er wird sich wenden, und seine Gedanken wider diejenigen richten, die den Bund des Heiligthums verlassen haben.

31. Und es werden Arme aus ihm hervorstehen, die werden das Heiligthum der Stärke verunreinigen, und das tägliche Opfer abschaffen, und den Greuel zur Verwüstung anrichten.

32. Und die Gottlosen, welche den Bund übertreten haben, werden mit List, und Betrug umgehen: aber das Volk, das seinen GOtt erkennet, wird es erhalten, und ausrichten.

33. Und die Gelehrten unter dem Volke werden sehr viele unterrichten: und sie werden dahinfallen durch das Schwert, und durch Feuer, und durch Gefängniß, und durch Raub vieler Tage.

34. Und wann sie gefallen sind, soll ihnen durch eine geringe Hülfe aufgeholfen werden: und es werden sich viele betrüglich zu ihnen fügen.

35. Auch werden etliche von den Gelehrten dahinfallen, auf daß sie geschmolzen, geläutert, und fein gemacht werden, bis zur bestimmten Zeit: denn es wird noch eine andere Zeit kommen.

36. Und der König wird nach seinem Wohlgefallen handeln, er wird sich erheben, und herrlich hervorthun wider alle Götter: und er wird wider den GOTT aller Götter hochsprechen, und es wird ihm glücken,

lum multis auxiliis, & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt adversus eum consilia.

26. Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque ejus opprimetur: & cadent interfecti plurimi.

27. Duorum quoque regum cor erit, ut malefaciant, & ad mensam unam mendacium loquentur, & non proficient; quia adhuc finis in aliud tempus.

28. Et revertetur in terram suam, cum opibus multis: & cor ejus adversum testamentum sanctum, & faciet, & revertetur in terram suam.

29. Statuto tempore revertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile novissimum.

30. Et venient super eum trieres, & Romani: & percutietur, & revertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarii, & faciet: reverteturque, & cogitabit adversum eos, qui dereliquerunt testamentum sanctuarii.

31. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent juge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem.

32. Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet.

33. Et docti in populo docebunt plurimos; & ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum.

34. Cumque corruerint, sublevabuntur auxilio parvulo *b*: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter.

35. Et de eruditis ruent, ut conflentur, & eligantur, & dealbentur usque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.

36. Et *c* faciet juxta voluntatem suam rex, & elevabitur, & magnificabitur adversus omnem deum: & adversus Deum deorum loquetur magnifica *d*, & dirigetur, donec com-

b 1. *Mach.* 2, & 2, *Mach.* 5.

c Supr. 8. 4. & 11. 3.

d Vide 1, *Mach* 2. 6, & 2. *Mach*, 8. 4. 9. 28. 10 4. 11. 34, & *seq.*

℣. 26. *Comedentes panem cum eo conterent illum.* Hebr, *Comedentes buccellam cibi ejus.* Familiares proditi eum.

℣. 27. *Duorum quoque regum cor erit, ut male faciant.* Sub schemate amicitiæ fictæ, & simulatæ. *Ad mensam unam.* Convenient ambo; ut sibi mutuo noceant. *Et non proficient.* Forte ea loquendi forma magna familiaritas insinuatur. *Quia adhuc finis.* Utriusque regis finis in aliud tempus a Deo constitutum protelatur. *Et non proficient.* Neutri suus succedet dolus.

℣. 28 *Revertetur.* Antiochus. *In terram suam.* In Syriam Ægypto spoliata. *Cum opibus multis: & cor ejus adversum testamentum sanctum.* Cogitans de vastanda Judæa, & templo. *Et revertetur.* Quod animo conceperat. Primum pacifice ingressus Jerusalem, 2. Mach. 4. tum paucis post annis eam expilavit; 2. Mach. 5. Itaque faciet juxta voluntatem suam, & spoliato templo revertetur in Syriam.

℣. 29. *Statuto tempore.* Hebr. *Ad tempus.* Post aliquod tempus. *Veniet ad Austrum.* In Ægyptum. *Et non erit priori simile novissimum.* Non erit hæc expeditio priori similis. Non succedet Antiocho secunda expeditio, quam fusius narrant Justinus l. 34. & Livius l. 45.

℣. 30. *Et venient super eum trieres,* & in iis *Romani.* Publius Popilius Læna Alexandriam cum ingenti classe advectus mandavit Antiocho, ut ex Ægypto excederet; invitus paruit, ira plenus hanc effudit in Judæos. *Et indignabitur.* Contra Jerosolymam. *Cogitabit adversum eos.* Hebr. *Observabit eos, qui dereliquerunt testamentum sanctuarii.* Desertores legis, quorum opera utetur, Simonis nempe, Jasonis, Menelai, de quibus l. 2. Machab. 4. Eos tandem perdet, Jasonem imprimis Antiocho, & Judæis invisum.

℣. 31. *Et brachia ex eo stabunt.* Potentiores, aut perfidi Judæi. *Sanctuarium fortitudinis.* Profanabunt templum Dei fortissimi. *Et dabunt desolationem, & abominationem.* Hebr. *Ponent in templo abominationem desolationis,* Desolationes abominabiles; profanos milites cum simulacro Jovis Olympii. 2. Mach. 6. 2. cum 1. Mach. 1. 57.

℣. 32. *Impii in testamentum.* i. Desertores. *Simulabunt fraudulenter.* Prodent religionem, & patriam, simulantes se communi bono velle consulere. *Populus autem sciens Deum suum.* Cultui divino adhærens. *Obtinebit,* Hebr. *Corroborabit cor suum. Et faciet.* Viriliter aget.

℣. 33. *Docti in populo docebunt plurimos.* Quis sit verus Dei cultus. *Et in rapina dierum.* Bonorum depræ-datione, quæ multos dies durabit. Sic docebunt plurimos exemplis magis, quam verbis, moriendum esse pro vera religione.

℣. 34. *Cumque corruerint.* Vel corruere videbuntur. *Sublevabuntur auxilio parvulo.* Non magnis copiis, per Judam Machabæum, & fratres ejus. *Fraudulenter.* Proditorio animo, ut Alcimus, & alii.

℣. 35. *De eruditis.* Scribis. *Ruent.* Plurimi non peccando, sed moriendo, aut pariendo. *Ut conflentur,* Quasi igne probentur. *Eligantur.* Hebr. *Purgentur, & dealbentur.* Nitescant, & splendidiores fiant. *Quia adhuc aliud tempus erit.* Nimirum prosperitatis, & pacis. Post luctuosum tempus aliud erit lætissimum, quo per Christum electi liberabuntur.

℣. 36. *Et faciet juxta voluntatem suam rex.* Ut libuerit. *Et adversus Deum deorum.* Verum, & unum Deum. *Loquetur magnifica.* Hæc conveniunt cum cap. 8. *Et dirigetur.* Hebr. *Et prosperabitur. Donec compleatur iracundia.* Donec expleat Deus indignationem suam. *Perpetrata quippe est definitio.* Certum enim tempus a Deo est constitutum, ultra quod ejus ira non progredietur.

pleatur iracundia: perpetrata quippe est definitio.

37. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentiis seminarum, nec quemquam deorum curabit: quia adversum universa consurget.

38. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & deum, quem ignoraverunt patres ejus, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis.

39. Et faciet, ut muniat Maozim cum deo alieno, quem cognovit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram dividet gratuito.

40. Et in tempore præfinito præliabitur adversus eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis, in curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret, & pertransiet.

41. Et introibit in terram gloriosam, & multæ corruent: hæ autem solæ salvabuntur de manu ejus, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.

42. Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet.

43. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: per Lybiam quoque, & Æthiopiam transibit.

44. Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna, ut conterat & interficiat plurimos.

45. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet usque ad summitatem ejus, & nemo auxiliabitur ei.

CAPUT XII.

I. Angelus prænuntiat, fore, ut Michael fideles contra Antichristum adjuvet, & Christus spiritu suo eum extinguat: 1. II. Antichristi persecutionem nonnisi ad tres annos cum dimidio duraturam. 11.

a v. Apoc. 12. 7. & seq.

1. In tempore autem illo consurget Michael a princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt, usque ad

bis der Zorn erfüllet werde: denn der Schluß ist schon gemacht.

37. Er wird den GOtt seiner Väter nicht achten: und er wird in der Weiber Begierden und Lüsten seyn, und nach keinem Gott fragen: denn er wird sich wider alles auflehnen.

38. Aber den Gott Maozim wird er an seinem Orte ehren: und den Gott, der seinen Vätern unbekannt gewesen ist, wird er mit Gold, und Silber, und Edelgesteinen, und köstlichen Dingen verehren.

39. Und er wird es thun, auf daß er den Maozim stärke, mit dem fremden Gott, den er erkannt hat, und er wird ihnen große Ehre thun, und ihnen Gewalt geben in vielen Dingen, und das Land umsonst austheilen.

40. Und der König gegen Mittag wird auf eine bestimmte Zeit wider ihn streiten, so wird auch der König gegen Mitternacht wie ein Sturmwind wider ihn kommen, mit Wagen, und Reitern, und vielen Schiffen, und wird in die Lande fallen, und sie verheeren, und wird durchbrechen.

41. Er wird zu dem herrlichen Lande hineinziehen, und viele Landschaften werden zu Grunde gehen: aber diese allein sollen von seiner Hand errettet werden, Edom, und Moab, und die Erstlinge der Kinder Ammon.

42. Und er wird seine Hand in die Landschaften ausstrecken: Aegyptenland wird nicht entrinnen.

43. Und er wird der Schätze von Gold und Silber mächtig werden, und aller köstlichen Dinge in Aegypten: er wird auch Lybiam und Mohrenland durchziehen.

44. Und ein Gerücht wird ihn schrecken vom Morgen, und von Mitternacht: und er wird mit einem großen Haufen kommen, zu verderben, und viele Leute zu erwürgen.

45. Und er wird sein Gezelt Apadno zwischen den Meeren, auf dem herrlichen und heiligen Berge aufrichten: und es wird mit ihm zum höchsten kommen, und niemand wird ihm beystehen.

Das zwölfte Capitel.

I. Der Engel Gabriel weißaget, daß der Erzengel Michael den Gläubigen wider den Antichrist beystehen werde: 1. II. Die Verfolgung des Antichrists werde dritthalb Jahre, oder tausend zweyhundert und neunzig Tage währen. 11.

1. Aber zu derselbigen Zeit wird der große Fürst Michael aufstehen, der für die Kinder deines Volkes stehet: und es wird eine Zeit kommen, dergleichen nicht gewesen ist von dem an, daß Völker gewesen sind, bis auf

---

℣. 37. *Et Deum patrum suorum non reputabit.* In his, quæ sequuntur, de Antiocho ut typo Antichristi differit. Nullum deorum curabit, neque adeo patrum suorum Deum. Quamquam majores Antiochi Dei veri templum donis suis coluerunt, etsi iidem sua idola retinerent, nihilominus sumptus ad sacrificia facienda suppeditarunt, lib. 2. Machab. 3. sed Antiochus nullum Deum curavit, qui unum, & verum Deum sprevit. *Feminarum.* Nam publice scortis miscebatur.

℣. 38. *Deum autem Maozim in loco suo venerabitur.* In templo personæ suæ tamquam fortitudinis idolum ponet; aut Jovem Olympium, ex falsa Græcorum opinione ut Deum fortitudinum, sicut habet textus Hebræus, loco veri Dei colet.

℣. 39. *Et faciet, ut muniat Maozim.* Præsidiis muniet loca, in quibus erit simulacrum novi idoli, quod invenit, & ab omnibus coli jussit; eorum, qui illud colerent, opes multiplicabit. Quæ de Antichristo etiam intelligi possunt, qui ex Apost. 2. Thess. in templo coletur ut Deus. Maozim est nomen appellativum, quod munitionem, aut fortitudinem significat. Jovem Olympium Deum alienum vocat, scilicet Judæis, qui eum ante non noverant.

℣. 40. *Præliabitur adversus eum rex Austri.* Hebr. *Arietabit adversus eum rex Austri.* Ptolemæus Philometor, nisi forte de Antichristo loquitur. Neque abhorret a verisimili conjectura Maldonati, secundam Antiochi in Ægyptum expeditionem, de qua v. 25. Angelus locutus fuerat, hoc loco repeti.

℣. 41. *Et introibit in terram gloriosam.* Judæam: nec quisquam effugiet illius tyrannidem præter Ammonitas & Idumæos. Tertiæ expeditionis Antiochi in Ægyptum non meminit Scriptura, quæ sub finem vitæ ejus potuit accidere; vel de Antichristo hæc sunt intelligenda, nisi ea repetat, quæ dicta sunt v. 28. Neque id novum est, ut prophetæ aliis verbis, & alio modo repetant, quæ prius dixerant. Hieronymus ex aliorum sententia hæc verba exponit: *Hæ autem solæ salvabuntur: Antiochus, ajunt, festinans contra Ptolemæum regem Austri, Idumæos, & Moabitas, & Ammonitas, qui ex latere Judææ erant, non tetigit; ne occupatus alio prælio Ptolemæum redderet fortiorem.*

℣. 42. *Et mittet manum suam in terras.* Varias terras invadet ex cap. 8. 9. & l. 1. Mach. c. 1. 17.

℣. 43. *Per Lybiam quoque & Æthiopiam transibit*, i. excurret prædandi causa.

℣. 44. *Fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone.* A Judæa; cum ad Persidem venerit, & victorias Judæ Machabæi accipiet. Hæc & sequentia ad Antiochum videntur omnino pertinere.

℣. 45. *Et figet tabernaculum suum.* Vox Hebr. tentorium, aut tabernaculum significat, urbem Jerosolymam capiet. *Inter duo maria.* Mare Mediterraneum, & mare Mortuum. Judææ universæ ab uno mari ad alterum dominabitur. *Super montem inclytum & sanctum.* Super montem Sion, quem nec Deo, nec hominibus defendentibus capiet. Vatablus vertit: *Cum venerit finis ejus.* Imperii nempe, nemo auxiliabitur ei.

CAPUT XII.

℣. 1. *In tempore autem illo.* Sc. Antichristi: nam de illo Angelus videtur loqui in hoc capite: *Michael princeps magnus.* Cœlestis militiæ. *Qui stat.* Olim Synagogæ, nunc Ecclesiæ præpositus. Cum autem mox agat de resurrectione, palam est de Antiocho Angelum non loqui. *Et veniet tempus.* Hebræus textus addit: *afflictionis. Salvabitur populus tuus.* Nempe in tempore illo salvabuntur Judæi, cum viderint Antichristum a Christo Domino profligatum. *Scriptus in libro vitæ.* Prædestinatus. Non omnis populus, vel Ecclesia salvanda dicitur, sed qui sunt prædestinati: ergo Ecclesia non ex solis constat prædestinatis.

auf dieselbige Zeit. Und dein Volk soll zu derselbigen Zeit erhalten werden, alle, die man wird im Buche geschrieben finden.

2. Und viele von denen, welche im Staube der Erde schlafen, werden aufwachen: etliche zum ewigen Leben, und etliche zur Schmach, daß sie dieselbige für und für sehen.

3. Aber die Gelehrten werden leuchten, wie der Glanz des Firmaments: und diejenigen, welche viele Leute zur Gerechtigkeit unterweisen, wie die Sterne, immer und ewiglich.

4. Du aber, Daniel, beschließ die Rede, und versiegle das Buch, bis zu der bestimmten Zeit: viele derselben werden vorübergehen, und ihre Auslegung wird mannigfaltig seyn.

5. Und ich, Daniel, sah, und siehe, es stunden allda zween andere: einer auf dieser Seite am Ufer des Stroms, und der andere auf jener Seite am Ufer des Stroms.

6. Und ich sprach zu dem Manne, der mit Leinwand bekleidet war, der am Wasser des Stroms stund: Wie lange wird es noch seyn, ehe diese wunderlichen Dinge ein Ende haben?

7. Da hörete ich den Mann, der mit Leinwand bekleidet war, und am Wasser des Stroms stund, daß er seine rechte Hand, und seine linke Hand gen Himmel aufhub, und schwur bey dem, der in Ewigkeit lebet, daß eine Zeit wäre, und zwey Zeiten, und eine halbe Zeit. Und wann die Zerstreuung der Hand des heiligen Volkes vollendet wäre, alsdann soll dieß alles vollzogen werden.

8. Das hörete ich, aber ich verstund es nicht: und sprach: Mein Herr, was wird hernach seyn?

9. Und er sprach: Gehe hin, Daniel, denn die Rede ist beschlossen, und versiegelt, bis zu der bestimmten Zeit.

10. Viele werden auserwählet, und gereiniget, und wie durch das Feuer bewähret werden: und die Gottlosen werden ein gottlos Leben führen: und alle Gottlosen werden es nicht verstehen: aber die Gelehrten werden es verstehen.

11. Und von der Zeit an, da das tägliche Opfer abgeschaffet, und der Greuel zur Verwüstung aufgesetzt worden, werden tausend, zweyhundert, und neunzig Tage verlaufen.

12. Selig ist, der wartet, und kömmt bis an die tausend, dreyhundert, fünf und dreyßig Tage.

tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, omnis, qui inventus fuerit, scriptus in libro.

2. Et multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt: *b* alii in vitam æternam, & alii in opprobrium, ut videant semper. *b Matth. 25. 46. Joan. 5. 29.*

3. Qui autem docti fuerint, *c* fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. *c Sup. 3. 7.*

4. Tu autem, Daniel, claude sermones, & signa librum, usque ad tempus statutum: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.

5. Et vidi ego Daniel, & ecce, quasi duo alii stabant: unus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.

6. Et dixi viro, qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: Usquequo finis horum mirabilium?

7. Et audivi virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, *d* cum elevaret dexteram & sinistram suam in cœlum, & juraret per viventem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis *e*. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hæc. *d Apoc. 10. 5.* *e Sup. 7. 25.*

8. Et ego audivi, & non intellexi: & dixi: Domine mi, quid erit post hæc?

9. Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones usque ad præfinitum tempus.

10. Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impie agent impii: neque intelligent omnes impii: porro docti intelligent.

11. Et a tempore, cum ablatum fuerit juge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta.

12. Beatus, qui expectat, & pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque.

13. Tu

¥. 2. *Et multi de his, qui dormiunt -- evigilabunt.* Omnes quidem resurgent, sed non omnes evigilabunt, ut videant lucem æternam. Quidam legunt: *Alii in opprobrium, ut videant semper.* Melius, ut videant opprobrium suum; vox, multi, sæpe in Scriptura pro omnibus sumitur, ut Rom. 5 v. 19.

¥. 3. *Qui autem docti fuerint, fulgebunt &c.* Mox additur: *Qui ad justitiam erudiunt multos.* Non item, qui docti fuerint, & alios non erudiunt ad rectam fidem & probos mores. Docti vero hoc loco active sumuntur, pro doctoribus, qui alios ad viam salutis ducunt.

¥. 4. *Tu autem Daniel -- signa librum.* Quod prophetia longo post tempore sit implenda, eaque sit obscura. *Plurimi pertransibunt.* Percurrent has prophetias. *Multiplex erit scientia.* Earum interpretatio: non nisi post longum tempus hæc evenient, sed signa apud te, & quasi depositum serva hanc prophetiam: nam cuncta evenient. Deinde obscuritatem illius insinuat, ut liber Apocal. cap. 1. postremo veritas prophetiæ innuitur: at cap. 8. v. 26 cum hæc a Daniele scripta sunt; nemo fere intelligebat; post Antiochi tempora cœperunt intelligi, quæ ad illius persecutionem pertinebant. Quæ de Antichristo dicta sunt, homines tum intelligent, cum signa ejus adventus a Christo prædicta venerint. Irenæus l. 4. cap. 43. Omnis prophetia priusquam impleatur, ænigma est; cum autem impleta est, manifestam habet expositionem, & intelligentiam. *Ad tempus statutum.* Ad tempus legis Evangelicæ referri potest, cum per illuminationem Spiritus sancti mysteria scripturarum sunt referanda. Theodot. His enim omnibus signis, & sigillis, divini Spiritus gratia post nostri Salvatoris adventum ablatis, quæ prius obscura erant, credentibus fecit manifesta.

¥. 6. *Usquequo finis horum mirabilium? Quando hæc erunt?* Matth. 24. Ne Daniel curiosius interrogaret, quando hæc sint futura, ne Angelo quidem id roganti aperte revelatur, ut videtur Maldonato.

¥. 7. *Quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Audivi Angelum hæc dicentem, in annum & duos annos, & anni dimidium: per tres annos cum semisse durabit Antichristi persecutio. *Et cum completa fuerit dispersio.* Populi christiani, tunc hæc evenient. *Dispersio manus.* Exercitus populi sancti, seu Ecclesiæ: cum enim de bello ageret, usus est voce militari.

¥. 8. *Ego audivi, & non intellexi.* Quæ Angelus alteri Angelo responderat. *Quid erit post hæc? quis harum rerum finis?* Ut vertit Theodotio.

¥. 9. *Quia clausi sunt signatique sermones.* Hoc est, *non est vestrum, nosse tempora.*

¥. 10. *Eligentur & dealbabuntur.* In cœlum assumentur; id bonis lucro cedet, quod velut igne probentur. *Intelligent.* Sapientes Christiani.

¥. 11. *A tempore, cum ablatum fuerit juge sacrificium.* Missæ usus publicus: vox Græca significat continuationem, nimirum divini cultus. *In desolationem.* Ut Antichristus omnia bona perdat. *Dies mille ducenti nonaginta.* Tres anni cum dimidio, seu 24. menses; ex Apocal. cap. 11.

¥. 12. *Beatus, qui expectat & pervenit ad dies mille &c.* Dies dabitur 45. dierum, per quos Elias prædicabit pœnitentiam, & lapsis dabitur tempus resipiscendi, Theodoret. Non hinc sequitur a morte Antichristi 45 dies ad extremum judicium futuros: nihil enim simile ait Angelus. Tam exiguum temporis spatium non sufficeret convertendis tot hominum millibus per Antichristum seductis. *De die autem illa nemo scit.* Matth. 24. *A tempore.* Cum ablatum fuerit juge sacrificium, & cultus veri Dei. *Et posita fuerit abominatio* Abominandum idolum Antichristi in templo Jerusalem, ut multis videtur; sed potius in Ecclesia usque ad finem persecutionis erunt 1290. dies. Hæc abominatio primum ab Antiocho posita est in templo, secundo sub Tito, tertio sub Anticristo.

13. Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus: quæ sequuntur usque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

CAPUT XIII.

I. Castissima Susanna falso adulterii accusata, cum ad mortem duceretur, orans exauditur: 1. II. Et liberatur per puerum Danielem, sed senes proprio ore convicti, jure talionis interimuntur. 46.

• *SABB. POST DOM. 3. QUADR.* ✝ *Ann. M.* 3398. *definente Ante Chr.* 606.

1. Et ° erat vir habitans in Babylone ✝, & nomen ejus Joakim:

2. Et accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum.

3. Parentes enim illius, cum essent justi, erudierunt filiam suam secundum legem Moysi.

4. Erat autem Joakim dives valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum confluebant Judæi, eo quod esset honorabilior omnium.

5. Et constituti sunt de populo duo senes judices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.

6. Isti frequentabant domum Joakim, & veniebant ad eos omnes, qui habebant judicia.

7. Cum autem populus revertisset per meridiem, egrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui.

8. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem, & exarserunt in concupiscentiam ejus:

9. Et everterunt sensum suum, & declinaverunt oculos suos, ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum.

10. Erant ergo ambo vulnerati amore ejus, nec indicaverunt sibi vicissim dolorem suum:

11. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea:

12. Et observabant quotidie solicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum:

13. Eamus domum, quia hora prandii est. Et egressi recesserunt a se.

14. Cumque revertissent, venerunt in unum: & scisciantes ab invicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent invenire solam.

15. Factum est autem, cum observarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri, & nudius tertius, cum duabus solis puellis, voluitque lavari in pomario: æstus quippe erat:

13. Aber gehe du hin, bis zu der bestimmten Zeit: du wirst ruhen, und hernach in deinem Loose stehen, am Ende der Tage.

Bishieher lesen wir den Daniel im hebräischen Buche: was aber folget bis zum Ende des Buches, ist aus des Theodotionis Dollmetschung genommen.

Das dreyzehente Capitel.

I. Die keusche Susanna unschuldig angeklaget, und zum Tode geführet, klaget GOtt ihre Noth: 1. II. Wird durch den Propheten Daniel von der falschen Anklage der zween Alten errettet, und bey dem Leben erhalten. 46.

1. Es war ein Mann, der wohnete zu Babylon, und sein Name war Joakim:

2. Dieser nahm ein Weib, Susanna genannt, eine Tochter Helciä, die sehr schön war, und fürchtete GOtt.

3. Denn dieweil ihre Eltern gerecht waren, unterwiesen sie ihre Tochter im Gesetze Moysis.

4. Joakim aber war sehr reich, und hatte einen Baumgarten, der nahe bey seinem Hause war: und die Juden kamen bey ihm zusammen, dieweil er unter ihnen allen der ansehnlichste war.

5. Und es wurden zween Aeltesten aus dem Volke in demselben Jahre zu Richtern verordnet: von welchen der HErr gesagt hatte: Die Boshеit ist zu Babylon von den ältesten Richtern ausgegangen, die da scheinen, daß sie das Volk regiereten.

6. Diese kamen oft in das Haus Joakim, und alle, die vor Gericht zu thun hatten, kamen zu ihnen.

7. Wann aber das Volk wieder hinweggegangen war um den Mittag, so gieng Susanna in ihres Mannes Baumgarten spazieren.

8. Und die Aeltesten sahen sie täglich hineintretten, und spazieren gehen, und wurden mit unziemlicher Lust gegen sie angezündet:

9. Und sie verkehrten ihre Sinne, und schlugen ihre Augen nieder, daß sie den Himmel nicht ansahen, noch an die gerechten Urtheile gedachten.

10. Also waren sie beyde mit Liebe gegen sie verwundet, und einer zeigte dem andern sein Leiden nicht an:

11. Denn sie schämeten sich, einer vor dem andern, seine böse Lust zu entdecken, und hätten beyde gern sie zu ihrem Willen gehabt:

12. Und warteten täglich mit Fleiß darauf, daß sie selbige sehen möchten. Und einer sprach zu dem andern:

13. Lasset uns nach Hause gehen, denn es ist Zeit, daß man zu Mittag esse. Alsdann giengen sie hinaus, und schieden von einander.

14. Und wann sie wieder umkehreten, so kamen sie abermal zusammen: und da einer den andern die Ursach fragte, bekannte einer dem andern seine Begierlichkeit: darnach bestimmten sie eine Zeit miteinander, zu welcher sie dieselbe allein finden möchten.

15. Es begab sich aber, da sie einen gelegenen Tag suchten, daß sie einsmals allein mit zwoen Mägden hineingieng, wie sie gestern, und vorgestern pflegte zu thun, sich im Garten zu waschen: denn es war heiß:

16. Und

℣. 13. *Tu autem vade ad præfinitum.* Omnibus hominibus locum, ad limbum patrum, cum esset tunc Daniel annorum 85. noli amplius quærere, quæ sciri non possunt. *Ibi requiesces.* Expectans Messiæ mortem. *Et posteastabis in sorte tua.* In loco beatitudinis tibi destinato. *In finem dierum.* 70. Interpretes. *In consummationem dierum.* Usque ad finem mundi, dum resurgas.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Et erat vir habitans in Babylone.* Historia Susannæ continetur hoc capite, quod loco suo emotum eruditis pene omnibus videtur. Nam adhuc puero Daniele hæc evenit historia: & tamen jam erat Babylone, atque ex hoc facto jam magnus a populi haberi cœpit: unde primo capiti proxime subjiciendum videtur. Et quidem Daniel historias omnes prophetis subjecit, ut ad eas viam muniret. Hanc quidem historiam Judæi ut fabulam rejiciunt, quod Hebraice scripta non fuerit, uti nec quæ sequitur Belis historia, nec canticum trium puerorum: quibus Eusebius, Apollinaris, imo & Hieronymus videntur adstipulari: sed vetustas ipsa, veterum pene omnium consensus, & Ecclesiæ approbatio huic auctoritatem omnino conciliant. Nec dubium est, quin Hebraice hæc scripta sit historia, tametsi textus Hebræus Judæorum negligentia, aut malitia exciderit: unde enim 70. Interpretes, Aquila, Symmachus & Theodotio, nisi ex Hebræo eam transtulissent? Ignatius in Epist. ad Magnesianos hujus meminit: Cyprianus, Epist. 40. in oratione Dominica, & alibi, Origines in Epistola ad Africanum, & hom. 1. in Leviticum; ut omittam Ambrosium, l. 1. offic. cap. 18. & alibi passim, Augustinum, l. 2. de serm. Domini in monte, & multis aliis in locis, Chrysostomum, hom. de Susanna, ut alios omittam plurimos. Seu a Daniele ipso, quod omnino certum est ex tacito Ecclesiæ judicio, seu ab alio de Daniele scripta hæc fuerit historia Hebraice, de auctoritate illius canonica dubitare non licet.

℣. 5. *Constituti sunt de populo duo senes judices.* Indulgentia regis permittentis, ut, quæ ad legem pertinebant, a Judæis judicarentur. *De quibus locutus est Dominus.* Per Jeremiam, cap. 29. nec tamen verba ipsa eo loco referuntur, sed sensus, vel illius loci, vel alterius, ut Jerem. 23. v. 14. *In prophetis Jerusalem vidi similitudinem adulterantium, & iter mendacii. Qui videbantur regere populum.* Quod tantæ essent apud populum existimationis, ut populum regere viderentur.

℣. 9. *Et everterunt sensum suum.* Mentem perverterunt infatuati ejus amore.

℣. 13. *Et egressi.* Fingentes domum ire.

16. Und es war kein Mensch allda, ausgenommen die zween Alten, die sich verborgen hatten, und sie beschaueten.

17. Und sie sprach zu den Mägden: Holet mir Oel, und Seife, und versperret die Thür am Baumgarten, damit ich mich waesche.

18. Die thaten, wie sie ihnen befohlen hatte: und schlossen die Thür am Baumgarten zu, und giengen durch die hinterste Thür hinaus, zu holen, was sie ihnen befohlen hatte: sie wußten aber nicht, daß die Alten darinn verborgen waren.

19. Nachdem nun die Mägde hinausgegangen, machten sich die zween Alten auf, liefen eilends zu ihr, und sprachen:

20. Siehe, die Thür am Baumgarten ist geschlossen, und niemand siehet uns, und wir sind in dich verliebet: darum thue unsern Willen, und laß uns bey dir liegen:

21. Willst du das nicht thun, so wollen wir wider dich zeugen, daß ein junger Gesell bey dir gewesen sey, und daß du derowegen die Mägde von dir hinweggesandt habest.

22. Da seufzete Susanna, und sprach: Ich bin bedrängt von allen Seiten: denn wenn ich das thue, so wird es doch mein Tod seyn: wenn ich es aber nicht thue, so werde ich aus euren Händen nicht entrinnen.

23. Aber mir ist besser, ohne die That in eure Hände fallen, als vor dem Angesichte des HErrn sündigen.

24. Und Susanna rief mit lauter Stimme: auch riefen die Alten überlaut wider sie.

25. Da lief der eine zu der Thür des Baumgartens, und that sie auf.

26. Als nun die Knechte im Hause das Geschrey im Baumgarten höreten, liefen sie durch die hinterste Thür hinein, damit sie sehen, was zu thun wäre.

27. Nachdem nun die Alten ihre Rede gethan hatten, schämeten sich die Knechte gar sehr: denn es war niemal zuvor solche Rede von der Susanna gehöret worden. Und der andere Tag kam heran.

28. Da nun das Volk zu Joakim ihrem Manne zusammen gekommen war, kamen auch die beeden Aeltesten, voll böser Anschläge wider die Susanna, dieselbige zu tödten.

29. Und sie sprachen vor dem Volke: Schicket nach der Susanna, der Tochter Helcia, Joakims Weib. Und sie schickten alsbald dahin.

30. Und sie kam mit ihren Aeltern, und Kindern, und mit ihrer ganzen Freundschaft.

31. Susanna aber war gar zart, und schön von Gestalt.

32. Aber die boshaftigen Leute befahlen, daß man sie entblößen sollte (denn sie war bedecket) damit sie sich zum wenigsten also an ihrer Schönheit ersättigen möchten.

33. Da weineten ihre Freunde, und alle, die sie kannten.

34. Aber die beyden Aeltesten stunden auf mitten unter dem Volke, und legten ihre Hände auf ihr Haupt.

35. Und sie sah gen Himmel mit weinenden Augen: denn ihr Herz hatte sein Vertrauen zum HErrn.

36. Und die Aeltesten sprachen: Da wir im Baumgarten allein spazieren giengen, kam diese mit zwey Mägden hinein, und schloß die Thür am Garten zu, und schickte die Mägde von ihr hinweg.

37. Und es kam ein junger Gesell zu ihr, der sich verborgen hatte, und hatte mit ihr zu schaffen.

38. Als wir nun im Winkel des Baumgartens waren, und solche Bosheit sahen, liefen wir zu ihnen, und sahen, daß sie Unzucht miteinander trieben.

16. Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplantes eam.

17. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata, & ostia pomarii claudite, ut laver.

18. Et fecerunt sicut præceperat: clauseruntque ostia pomarii, & egressæ sunt per posticum, ut afferrent, quæ jusserat: nesciebantque, senes intus esse absconditos.

19. Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt:

20. Ecce, ostia pomarii clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum:

21. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum juvenis, & ob hanc causam emiseris puellas a te.

22. Ingemuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi undique: si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras.

23. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.

24. Et exclamavit voce magna Susanna: exclamaverunt autem & senes adversus eam.

25. Et cucurrit unus ad ostia pomarii, & aperuit.

26. Cum ergo audissent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, ut viderent, quidnam esset.

27. Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt servi vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo hujuscemodi de Susanna. Et facta est dies crastina.

28. Cumque venisset populus ad Joakim virum ejus, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione adversus Susannam, ut interficerent eam.

29. Et dixerunt coram populo: Mittite ad Susannam, filiam Helciæ, uxorem Joakim. Et statim miserunt.

30. Et venit cum parentibus, & filiis, & universis cognatis suis.

31. Porro Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie.

32. At iniqui illi jusserunt, ut discooperiretur (erat enim cooperta) ut vel sic satiarentur decore ejus.

33. Flebant igitur sui, & omnes, qui noverant eam.

34. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput ejus.

35. Quæ flens suspexit ad cœlum: erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.

36. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarii, & dimisit a se puellas.

37. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea.

38. Porro nos, cum essemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem, concurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiscери.

39. Et

℣. 17. *Afferte mihi oleum & smigmata.* Smigma est unguentum vim habens abstergendi, quo mulieres ad eluendas oris maculas utebantur.

℣. 22. *Mors mihi est*, debita: & quam magis timeo, etiam mors animæ.

℣. 23. *Melius mihi est incidere &c.* En Dei memoria est Antidotum præsentissimum contra peccata. Unde optime monet S. Chrysost. tom. 1. hom. 10. in cap. 2. Gen. super illa verba Moys. Deut. 8. *Cum comederis, & biberis, & saturatus fueris, memento Domini Dei tui*, dicens: *Hæc nostra spes est, hæ spirituales divitiæ, hæc securitas, si sic nos quotidie munimus* (Dei memoria) *& per lectionem, & per auditum, & per spiritale verbum.*

℣. 34. *Posuerunt manus super caput ejus.* Accusantes & jurantes, & præscribitur Levit. 24. v. 14.

39. Et illum quidem non quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostiis exiliit:

40. Hanc autem cum apprehendissemus, interrogavimus, quisnam esset adolescens? & noluit indicare nobis: hujus rei testes sumus.

41. Credidit eis multitudo, quasi senibus & judicibus populi, & condemnaverunt eam ad mortem.

42. Exclamavit autem voce magna Susanna, & dixit: Deus æterne! qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant:

43. Tu scis, quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce, morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt adversum me.

44. Exaudivit autem Dominus vocem ejus.

45. Cumque duceretur ad mortem, suscitavit Dominus spiritum sanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel:

II. 46. Et exclamavit voce magna: Mundus ego sum a sanguine hujus.

47. Et conversus omnis populus ad eum, dixit: Quis est iste sermo, quem tu locutus es?

48. Qui, cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filii Israel! non judicantes, neque quod verum est, cognoscentes, condemnastis filiam Israel?

49. Revertimini ad judicium, quia falsum testimonium locuti sunt adversus eam.

50. Reversus est ergo populus cum festinatione: & dixerunt ei seniores: Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis.

51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab invicem procul, & dijudicabo eos.

52. Cum ergo divisi essent alter ab altero, vocavit unum de eis, & dixit ad eum: Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius:

53. Judicans judicia injusta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: *a* Innocentem & justum non interficies.

a Exod. 23. 7.

54. Nunc ergo si vidisti eam, dic, sub qua arbore videris eos colloquentes tibi. Qui ait: Sub schino.

55. Dixit autem Daniel: Recte mentitus es in caput tuum: ecce enim, Angelus Dei accepta sententia ab eo, scindet te medium.

56. Et, amoto eo, jussit venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & non Juda, species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum:

57. Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed filia Juda non sustinuit iniquitatem vestram.

58. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait: Sub prino.

59. Dixit autem ei Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos.

39. Da konnten wir ihn zwar nicht ergreifen, denn er war uns zu stark, brach die Thür auf, und sprang hinaus:

40. Diese aber, nachdem wir sie ergriffen, fragten wir, wer dieser junge Gesell wäre? und sie wollte es uns nicht anzeigen: dieses Dinges sind wir Zeugen.

41. Und das gemeine Volk glaubte ihnen, als den Aeltesten und Richtern des Volks, und verdammten sie zum Tode.

42. Da rief Susanna mit lauter Stimme, und sprach: Ewiger GOtt! der du ein Erkenner bist der verborgenen Dinge, dem alles bekannt ist, ehe dann es geschieht:

43. Du weist, daß sie ein falsch Zeugniß wider mich gegeben haben: und siehe, ich sterbe, da ich doch keines von diesen Dingen begangen habe, die sie boshaftig wider mich erdichtet haben.

44. Und der HErr erhörte ihre Stimme.

45. Als man sie nun zum Tod führte, da erweckte der HErr den heiligen Geist eines jungen Knaben, dessen Name Daniel war:

II. 46. Der rief mit lauter Stimme: Ich bin unschuldig an ihrem Blute.

47. Und das ganze Volk wendete sich zu ihm, und sprach: Was ist das für ein Wort, das du geredt hast?

48. Und er stund mitten unter ihnen, und sprach: Seyd ihr also närrisch, ihr Kinder Israel! daß ihr ohne Urtheil und Recht, und ohne Erkundigung der Wahrheit eine Tochter Israel verdammet habt?

49. Kehret wieder um zum Gerichte, denn sie haben ein falsch Zeugniß wider sie ausgeredt.

50. Da kehrte sich das Volk eilends wieder um: und die Alten sprachen zu ihm: Komm, und setze dich mitten unter uns, und zeige uns solches an: denn GOtt hat dir die Ehre des Alters gegeben.

51. Und Daniel sprach zu ihnen: Söndert sie weit von einander, so will ich sie verhören.

52. Als nun einer vom andern abgesöndert war, forderte er einen von ihnen zu sich, und sprach zu ihm: Du Veralteter in bösen Tagen, jetzt sind deine Laster an den Tag gekommen, die du zuvor begangen hast:

53. Da du ungerechte Urtheile sprachest, die Unschuldigen zu unterdrücken, und die Schuldigen frey zu lagen: so doch der HErr spricht: Einen Unschuldigen und Gerechten sollst du nicht tödten.

54. Hast du sie dann gesehen, so sage an, unter welchem Baume hast du sie gesehen miteinander reden. Er sprach: Unter einem Mastichbaume*. *Maulbeerbaume

55. Da sprach Daniel: Da hast du recht auf dein Haupt gelogen: denn siehe, der Engel GOttes, so von ihm das Urtheil empfangen, wird dich mitten durchhauen.

56. Da schaffte er diesen hinweg, und befahl, daß man den andern sollte kommen lassen, und sprach zu ihm: Du Saame Chanaans, und nicht von Juda, die schöne Gestalt hat dich betrogen, und die Begierlichkeit hat dein Herz verkehret:

57. Also habt ihr mit den Töchtern Israel gehandelt, und sie haben aus Furcht mit euch geredt: aber die Tochter Juda hat eure Bosheit nicht gestatten wollen.

58. So sage mir nun, unter welchem Baume hast du sie ergriffen, da sie miteinander redeten? Er sprach: Unter einem Pflaumenbaume.

59. Und Daniel sprach zu ihm: Du hast auch recht auf dein Haupt gelogen: denn der Engel des HErrn wartet auf dich, und hat ein Schwert, damit er dich mitten durchhaue, und euch also umbringe.

60. Da

℣. 41. *Et condemnaverunt eam ad mortem.* Privata quisque tacitaque sententia, quod adultera esset, ex cap. 20. Levitici sit capitis damnanda, postea a judicibus juridice damnata est.

℣. 45. *Suscitavit Dominus Spiritum sanctum pueri junioris.* Spiritum sanctum, qui erat in Daniele adolescente, ex Græco textu. S. Ignat. M. Sulpitius Severus, & alii dicunt, Danielem tunc fuisse annorum 12.

℣. 54. *Dic, sub qua arbore videris: Qui ait: sub Schino.* Et alter v. 59. *Sub prino.* Illud lentiscum, quoddam ilicis genus significat: allatio nominum, seu paronomasia fundatur in vocibus Græcis: neque id auctoritatem historiæ elevat, nam ut ait Justus: Nec necesse est ad veritatem historiæ, ut res eadem referatur iisdem vocibus: fuerit enim, ut voces idem significent; præterquam paucas habemus voces Hebraicas, & forte longe plures erant, cum hæc scribebantur. Quin etiam potuit Græcus interpres ejusmodi paronomasiam in Græcis vocibus invenire, ut invenit Latinus inter schinum, & scindere, σχίζειν scindere significat, ut πρίζειν cædere. vid. Sa.

60. Da rief das ganze Volk mit lauter Stimme, und preiseten GOtt, der die errettet, welche ihr Vertrauen * auf ihn setzen. * Hoffnung

61. Und sie machten sich auf wider die zween Aeltesten, (denn Daniel hatte sie aus ihrem eignen Munde der falschen Zeugnisse überwiesen) und thaten ihnen, gleichwie sie wider ihren Nächsten übel gehandelt hatten,

62. Damit sie nach dem Gesetze Moysis verfahreten: und tödteten sie: und ist also denselbigen Tag unschuldiges Blut erhalten worden.

63. Aber Helcias, und sein Weib lobeten GOtt für ihre Tochter Susanna, das that auch Joakim ihr Mann, sammt allen Verwandten, dieweil an ihr keine schändliche That befunden war.

64. Daniel aber ward von dem Tage an, und hernach allweg groß vor dem Volke.

65. Und der König Astyages ward zu seinen Vätern gelegt, und Cyrus aus Persien nahm sein Königreich an.

Das vierzehente Capitel.

I. Daniel zeiget dem Könige an den Betrug der abgöttischen Priester des Bels, deswegen läßt der König diese tödten. 1. II. Daniel erwürget den Drachen, und erlöset die Babylonier vom schädlichen Abgott: 22. III. Wird darüber in die Löwengrube geworfen, aber von GOtt erhalten. 27.

1. Und Daniel war des Königs Tischgenoß, und ward höher in Ehren gehalten, dann alle Freunde des Königs.

2. Es war aber ein Abgott bey denen zu Babylon, mit Namen Bel: auf denselben wurden täglich zwölf Malter Semmelmehls, und vierzig Schafe, und sechs Krüge Wein angewendet.

3. Und der König ehrete ihn auch, und gieng alle Tage hin, ihn anzubethen: aber Daniel bethete seinen GOtt an. Und der König sprach zu ihm: Warum bethest du den Bel nicht an?

4. Er antwortete, und sprach zu ihm: Darum, daß ich keine Abgötter ehre, die mit Händen gemacht sind, sondern den lebendigen GOtt, der Himmel und Erde erschaffen hat, und der Gewalt hat über alles Fleisch.

5. Da sprach der König zu ihm: Dünket dich nicht, daß Bel ein lebendiger Gott sey? siehest du nicht, wie viel er täglich ißt, und trinkt?

6. Und Daniel sprach mit lachendem Munde: Irre nicht, Herr König! denn dieser ist inwendig Leim, aber auswendig ist er von Aerz, und ißt nimmermehr.

7. Da ward der König zornig, und rief seinen Priestern, und sprach zu ihnen: Werdet ihr mir nicht sagen, wer solche Unkosten verzehre, so sollet ihr sterben.

8. Werdet ihr mir aber anzeigen, daß Bel dieß isset, so soll Daniel sterben, darum, daß er Bel gelästert hat. Darauf sprach Daniel zu dem Könige: Es geschehe also, nach deinem Worte.

9. Aber der Priester Bel waren siebenzig, ausgenommen Weiber, und kleine und große Kinder. Und der König kam mit Daniel in den Tempel Bel.

10. Da sprachen die Priester Bel: Siehe, wir wollen hinausgehen: und du, Herr König! setze die Speise selbst dahin, und schenke den Wein ein, und schließ hernach die Thür zu, und versiegle sie mit deinem Ringe:

11. Wann du alsdann Morgens früh hereinkommen wirst, und wirst befinden, daß der Bel nicht alles aufgegessen habe, so wollen wir des Todes sterben: oder Daniel soll sterben, der Lügen wider uns geredt hat.

60. Exclamavit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui salvat sperantes in se.

61. Et consurrexerunt adversus duos presbyteros, (convicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut male egerant adversus proximum,

62. Ut *b* facerent secundum legem Moysi: & interfecerunt eos: & salvatus est sanguis innoxius in die illa. * *b Deut. 3. 19.*

63. Helcias autem, & uxor ejus laudaverunt Deum pro filia sua Susanna, cum Joakim marito ejus, & cognatis omnibus, quia non esset inventa in ea res turpis.

64. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi a die illa, & deinceps.

65. Et rex Astyages appositus est † ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum ejus. † *Anno M. 3444. Ante Chr. 560.*

CAPUT XIV.

I. Fraudes sacerdotum idoli Bel, qui appositos illi cibos occulte auferebant, regi Daniel detegit, ipsisque interemptis, idolum una cum fano evertit. 1. II. Similiter & draconem, quem colebant Babylonii, injecta in os massa ex pice, adipe & pilis confecta interficit: 22. III. Quapropter inf intibus Babylonis mittitur in lacum leonum, sed illæsus servatur. 27.

1. Erat autem Daniel conviva regis, & honoratus super omnes amicos ejus.

2. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves quadraginta, vinique amphoræ sex.

3. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel?

4. Qui respondens, ait ei: Quia non colo idola manufacta, sed viventem Deum, qui creavit cœlum, & terram, & habet potestatem omnis carnis.

5. Et dixit rex ad eum: Non videtur tibi esse Bel vivens deus? an non vides, quanta comedat, & bibat quotidie?

6. Et ait Daniel arridens: Ne erres rex! iste enim intrinsecus luteus est, & forinsecus æreus, neque comedit aliquando.

7. Et iratus rex vocavit sacerdotes ejus, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est, qui comedat impensas has, moriemini.

8. Si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemavit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat juxta verbum tuum.

9. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis uxoribus, & parvulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel.

10. Et dixerunt sacerdotes Bel: Ecce, nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo:

11. Et cum ingressus fueris mane, nisi inveneris omnia comesta a Bel, morte morieris: vel Daniel, qui mentitus est adversum nos.

12. Con-

---

†. 64. *A die illa.* Nota, a die illa: Daniel prius ignotus, ut patet ex cap. 2. v. 13. hic initium dedit suæ gloriæ. Hinc hæc historia somnium Nabuchodonosoris præcessit. Daniel erat figura Christi judicis & redemptoris.

†. 65. *Et rex Astyages appositus est ad patres suos.* Caput sequens ab his verbis incipere multi existimant: tum enim Daniel admodum senex erat, sed hoc loco hæc verba apte sunt posita in hanc sententiam: *Daniel autem factus est magnus in conspectu populi: & rex Astyages*, seu Darius, *appositus est ad patres suos.* i. e. usque ad mortem Astyagis, & regnum Cyri, adeo ut sit Hebraismus: particula, ס, pro, *usque*, posita: & facit hunc sensum: *Daniel factus est magnus usque ad mortem* Astyagis, postea ejus gloria per 22. annos obscurata, per Cyrum vero denuo instaurata est. Ita Maldonatus. Ac videtur hic locus ex fine cap. 9. huc translatus, ut videtur Pererio.

CAPUT XIV.

†. 1. *Erat autem Daniel conviva regis.* Evilmerodach, aut Balthassaris, ut plures opinantur: alii Cyri, propter extrema verba superioris capitis, quæ conjungunt cum hac historia: aut ipsius Nabuchodonosoris, adeo ut hoc caput sit ordine tertium. *Erat conviva regis.* Vivebat ex mensa regis. *Et honoratus.* Ut cap. 2. v. 48. legimus.

†. 2. *Erat idolum - & impendebantur in eo per dies singulos similæ artabæ duodecim, & oves quadraginta.* Artaba erat mensura frumentaria Persarum.

12. Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & devorabant ea.

† *Anno M. circiter 3442. inito regno Evilmerodaci, agente Daniele annum circiter 56.*

13. Factum est † igitur, postquam egressi sunt illi, rex posuit cibos ante Bel: præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribravit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium, & signantes annulo regis abierunt.

14. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte juxta consuetudinem suam, & uxores, & filii eorum, & comederunt omnia, & biberunt.

15. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

16. Et ait rex: Salvane sunt signacula, Daniel? qui respondit: Salva, rex.

17. Statimque cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamavit voce magna: Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquam.

18. Et risit Daniel, & tenuit regem, ne ingrederetur intro, & dixit: Ecce pavimentum, animadverte, cujus vestigia sint hæc.

19. Et dixit rex: Video vestigia virorum, & mulierum, & infantium. Et iratus est rex.

20. Tunc apprehendit sacerdotes, & uxores, & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola, per quæ ingrediebantur, & consumebant, quæ erant super mensam.

21. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatem Danielis: qui subvertit eum, & templum ejus.

II. 22. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonii.

23. Et dixit rex Danieli: Ecce, nunc non potes dicere, quia iste non sit Deus vivens: adora ergo eum.

24. Dixitque Daniel: Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus vivens: iste autem non est Deus vivens.

25. Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex: Do tibi.

26. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit: Ecce, quem colebatis.

III. 27. Quod cum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer: & * congregati adversum regem, dixerunt: Judæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit.

* *FER. 3. POST DOM. PASSIONIS.*

28. Et dixerunt, cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam.

29. Vidit ergo rex, quod irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus tradidit eis Danielem.

30. Qui miserunt *a* eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex.

a Agentem annum vitæ circiter 57.

31. Porro in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oves: & tunc non data sunt eis, ut devorarent Danielem.

32. Erat autem Habacuc propheta in Judæa, & ipse coxerat pulmentum, & intrive-

12. Sie achteten es aber nicht hoch, denn sie hatten unter dem Tische einen heimlichen Eingang gemacht, dadurch sie stäts hineinkamen, und alles auffrassen.

13. Also geschah es, daß der König, nachdem sie hinausgegangen waren, die Speise vor den Bel setzte: und Daniel befahl seinen Dienern, daß sie Asche herbrächten, die streuete er mit einem Siebe durch den ganzen Tempel vor dem Könige: da giengen sie hinaus, und schlossen die Thür zu, versiegelten sie auch mit dem Ringe des Königes, und giengen hinweg.

14. Aber die Priester kamen bey der Nacht hinein, wie ihr Gebrauch war, sammt ihren Weibern, und Kindern, und fraßen alles, und tranken.

15. Der König aber stund am Morgen früh auf, da der Tag anbrach, und Daniel mit ihm.

16. Und der König sprach: Ist das Siegel auch unverletzt, Daniel? der antwortete: Es ist unverletzt, Herr König.

17. So bald er nun die Thür aufgethan, sah der König den Tisch an, und rief mit lauter Stimme: Groß bist du, o Bel! und es ist kein Betrug bey dir.

18. Da lächelte Daniel, und hielt den König, daß er nicht hineingieng, und sprach: Besiehe das Pflaster, und betrachte, was das für Fußstapfen sind.

19. Und der König sprach: Ich sehe da Männer- und Weiber- und Kinderfußstapfen. Und er ward sehr zornig.

20. Da ließ der König die Priester, sammt ihren Weibern und Kindern ergreifen: und sie zeigten ihm die verborgenen Thürlein, dadurch sie hineingiengen, und verzehrten, was auf dem Tische war.

21. Also tödtete sie der König, und gab Bel dem Daniel in seine Gewalt: der ihn sammt seinem Tempel zerstöhrte.

II. 22. Es war auch an demselbigen Orte ein großer Drache, und die zu Babylon ehreten ihn.

23. Da sprach der König zu dem Daniel: Siehe, jetzt kannst du nicht sagen, daß dieß kein lebendiger GOtt sey: derowegen bethe ihn an.

24. Und Daniel sprach: Ich bethe den HErrn meinen GOtt an: denn er ist der lebendige GOtt: dieser aber ist nicht der lebendige GOtt.

25. Aber gieb mir Gewalt, Herr König! so will ich den Drachen ohne Schwert und Stange umbringen. Und der König sprach: Ich gebe dir Gewalt.

26. Da nahm Daniel Pech und Fett, und Haare, und kochte es untereinander, und machte Kuchen davon, und gab sie dem Drachen in das Maul, und der Drache zerbarste davon. Und Daniel sprach: Siehe da, den ihr für euren Gott gehalten.

III. 27. Da solches die zu Babylon höreten, wurden sie hoch erzürnet: und sie versammelten sich wider den König, und sprachen: Der König ist zum Juden geworden: er hat den Bel zerstöhret, und den Drachen umgebracht, und die Priester getödtet.

28. Und als sie zum Könige kamen, sprachen sie: Du sollst uns Daniel übergeben, sonst wollen wir dich sammt deinem Hause erwürgen.

29. Da nun der König sah, daß sie mit Gewalt auf ihn andrungen, übergab er ihnen Daniel aus Nothzwang.

30. Und sie warfen ihn in die Löwengrube, und er war daselbst sechs Tage lang.

31. Es waren aber sieben Löwen in der Grube, denselben gab man täglich zween Leichname, und zween Schafe: aber diese hat man ihnen der Zeit nicht gegeben, damit sie Daniel fressen sollten.

32. Es war aber in dem jüdischen Lande ein Prophet, Habacuc genannt, der hatte ein Gemüß gekocht, und Brod

---

℣. 12. *Contemnebant autem* periculum.

℣. 22. *Et erat draco magnus in loco illo.* Gaudet diabolus ad primi facti Evæ memoriam commendandam forma serpentum, ait Aug. l. 11. de Genesi ad lit. sic teste Valer. Max. Romani ad pestem eliminandam serpentem Epidaurium Romam invexerunt, & coluerunt quasi urbis Æsculapium.

℣. 32. *Erat autem Habacuc propheta in Judæa.* Hieronym. Epiphanius, & alii pleriqne e veteribus putant eundem fuisse, qui inter minores prophetas numeratur. *Intriverat panes.* Gr. comminuerat, offam fecerat. *Ut ferret messoribus.* Tenuissimos de populo reliquerat Nabuchodonosor, ut essent vinitores & agricolæ. Jer. 39. 10. & 40. 5. ac 4. Reg. 25. 11.

Brod in eine tiefe Schüſſel gebrockt: und er gieng hinaus auf das Feld, daſſelbige den Schnittern zu bringen.

33. Und der Engel des HErrn ſprach zu dem Habacuc: Das Eſſen, ſo du haſt, bringe gen Babylon zu Daniel, der in der Löwengrube iſt.

34. Und Habacuc ſprach: Herr, ich habe Babylon nie geſehen, und weis nicht, wo die Grube iſt.

35. Da ergrif ihn der Engel des HErrn an ſeinem Scheitel, und trug ihn mit dem Haare ſeines Hauptes, und ſetzte ihn in geſchwinder Bewegung ſeines Geiſtes, zu Babylon nieder, an die Grube.

36. Und Habacuc rief, und ſprach: Daniel, du Knecht GOttes, nimm zu dir das Mahl, ſo dir GOtt geſandt hat.

37. Und Daniel ſprach: Du haſt, o GOtt! an mich gedacht, und haſt nicht verlaſſen, die dich lieb haben.

38. Und Daniel ſtund auf, und aß. Aber der Engel des HErrn brachte Habacuc alsbald wieder an ſeinen Ort.

39. Und der König kam am ſiebenten Tage, Daniel zu beklagen: er kam aber zu der Grube, und ſah hinein, und ſiehe, da ſaß Daniel mitten unter den Löwen.

40. Und der König rief mit lauter Stimme, und ſprach: Groß biſt du, o HErr! du GOtt des Daniels. Und er zog ihn aus der Löwengrube.

41. Aber diejenigen, die ſeines Verderbens eine Urſach waren, warf er in die Grube, und ſie wurden im Augenblick vor ihm gefreſſen.

42. Da ſprach der König: Es ſollen alle, die in dem ganzen Lande wohnen, den GOtt Daniels fürchten: denn er iſt ein Heiland, der Zeichen und Wunder thut auf Erden: der Daniel aus der Löwengrube erlöſet hat.

rat panes in alveolo: & ibat in campum, ut ferret meſſoribus.

33. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum.

34. Et dixit Habacuc: Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio.

35. Et *b* apprehendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſupra lacum in impetu ſpiritus ſui. *b Ezech. 8. 3.*

36. Et clamavit Habacuc, dicens: Daniel, ſerve Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus.

37. Et ait Daniel: Recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes te.

38. Surgensque Daniel comedit. Porro Angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo.

39. Venit ergo rex die ſeptimo, ut lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introſpexit, & ecce, Daniel ſedens in medio leonum.

40. Et exclamavit voce magna rex, dicens: Magnus es Domine, Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.

41. Porro illos, qui perditionis ejus cauſa fuerant, intromiſit in lacum, & devorati ſunt in momento coram eo.

42. Tunc rex ait: Paveant omnes habitantes in univerſa terra Deum Danielis: quia ipſe eſt Salvator, faciens ſigna, & mirabilia in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum *.

Der

Prophet Oſee.

Das erſte Capitel.

I. Der Prophet verehelichet ſich auf Befehl GOttes mit einer Hure, und erzeuget von ihr drey Kinder. 1. II. Was für Namen die erzeugten Kinder bekommen, ſammt deren Auslegung. 4.

Das Wort des HErrn, das zu Oſee, dem Sohne Beeri, geſchehen iſt, in den Tagen Oziä, Joathan, Achaz, und Ezechiä, der Könige Juda, und in den Tagen Jeroboam, des Sohns Joas, des Königs Iſrael.

2. Dieß war der Anfang der Rede des HErrn, durch Oſee: und der HErr ſprach zu Oſee: Gehe hin, und

PROPHETIA OSEE.

CAPUT I.

I. Oſee propheta Dei juſſu fornicariam accipit uxorem, tres proles ex ea generat. 1. II. Eis nomina imponit juxta effectus, quos Dominus in populo ſuo decreverat inducere. 4.

Verbum Domini, quod factum eſt ad Oſee filium Beeri, in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, Ezechiæ, regum Juda, & in diebus Jeroboam, filii Joas, regis Iſrael.

2. Principium loquendi Domino in Oſee: & dixit Dominus ad Oſee: Vade, ſume tibi uxo-

†. 40. Exclamavit rex: Magnus es Domine, Deus Danielis. Chryſoſt. de Martyr. Serm. 7. tom. 5. *Daniel quoque cultor Dei, amator juſtitiæ, veritatis defenſor, dum in aſſerendo Deo, regis edicta contemnit, de inimicis triumphavit.*

CAPUT I.

†. 1. Verbum Domini, quod factum eſt ad Oſee - in diebus Jeroboam. Primis nempe temporibus Oziæ, ante annum ejus decimum quartum. Quo tempore etiam prophetarunt Amos & Jonas.

†. 2. Principium loquendi. An forte, quod inter Prophetas illius temporis primum Oſee locutus ſit Dominus? 70. *Initium ſermonis Domini ad Oſee: Sume tibi.* Genitivo ſubſtantivi pro adjectivo, uti ſolent Hebræi, in plurali numero ſuperlativi vicem obit, ut Iſaiæ 53. *Virum dolorum*, i. e. plenum dolorum; unde Hieron. *Ut quanto illa ſordidior eſt, tanto ſit Propheta patientior, qui talem uxorem duxerit.* Sic jubet Deus, ut ex meretrice faciat caſtam conjugem. *Et fac tibi.* Vox illa, *fac*, neque in textu Hebræo, neque apud 70. invenitur, unde ex Hieronymo ſubaudiendum eſt. *Sume*, ut adducat in domum ſuam, quos ex fornicatione mulier ſuſceperat. Sed ob ea, quæ ſequuntur verba: *Et concepit & peperit.* Propheta innuere videtur imperatum ſibi fuiſſe, ut filios ex ea gigneret; qui filii fornicationum dicuntur, quod futurum eſſet, ut ad idololatriam propenſi admodum forent. Nam in Scriptura fornicationis nomine idololatria deſignari ſolet. Cur ita juſſerit Deus, ſtatim cauſam aperit. *Quia fornicans*, i. e. quia filii hujus Synagogæ, quam olim duxi, adhuc vehementer fornicabuntur per idolorum cultum. Ita hunc difficilem locum exponit Fr. Ribera S. J. ac ſuam expoſitionem confirmat ex cap. 2. ubi Deus ſic ait: *Et filiorum ejus non miſerebor, quoniam filii fornicationum ſunt.* Quod Theodorus apud Theodoretum ita exponit: *Ipſi enim ſimilia, atque mater eorum commiſit, fecerunt.* Vetus eſt & magna quæſtio, utrum hæc revera geſta fuerint, an tantummodo in viſione prophetica, ut Paraphraſtes Chaldæus vertit; & Hieron. in proœmio commentarii ſui in hunc Propheram contendit, hunc Prophetæ locum ita intelligi oportere; idque ex aliis Prophetarum locis, ut Ezech. 4. Iſaiæ 20. Jerem. 27. multa dici facta a Prophetis, quæ facta non ſunt, vel quia non potuerunt fieri, vel quia non decuit, & neceſſario in ſpiritu geſta confitendum eſt. Sed revera id geſtum eſſe, pro certo habent Irenæus l. 4. c. 37. Aug. l. 3. de Doctrina Chriſtiana c. 12. & l. 22. contra Fauſtum c. 80. Theodoretus hanc affert rationem, quod, cum Judæi viderent Prophetas nova quædam & inaudita facere, cauſas inquirerent, & ſic docerentur, ut tenacius, quæ didicerant, memoria retinerent. Unde Hieron in c. 9. Jeremiæ vult in Scriptura divina non ſolum auribus doceri populum, ſed & oculis: magis enim retinetur quod viſu, quam quod auditu ad animum pervenit. Cum Prophetæ aliquid facere jubentur, & non faciunt, ſtatim id oſtendunt, ut Baſil. in c. 8. Iſaiæ obſervat; id videre eſt in c. 4. Ezech. cumque in ſpiritu res fiunt, id ipſum Prophetæ ſolent explicare, ut Ezech. 40. & quidem Propheta nihil Dei præceptis honeſtius judicavit. *Nec culpandus*, inquit Hieron. *Propheta interim, ut ſequamur hiſtoriam, ſi meretricem converterit ad pudicitiam; ſed potius laudandus, quod ex mala bonam fecerit.* Quod ſi, ut probabile eſt, Gomer poſt nuptias ad priſtinam rediit vitæ turpitudinem, in hoc etiam Synagogam magis exprimit.

rem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra a Domino.

3. Et abiit, & accepit Gomer, filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium.

II. 4. Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrahel: quoniam adhuc modicum, & viſitabo ſanguinem Jezrahel ſuper domum Jehu, & quieſcere faciam regnum domus Iſrael.

5. Et in illa die conteram arcum Iſrael in valle Jezrahel.

6. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen ejus Absque miſericordia: quia non addam ultra miſereri domui Iſrael, ſed oblivione oblivi-ſcar eorum.

7. Et domui Juda miſerebor, & ſalvabo eos in Domino Deo ſuo: & non ſalvabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.

8. Et ablactavit eam, quæ erat Absque miſericordia, & concepit, & peperit filium.

9. Et dixit: Voca nomen ejus: Non populus meus: quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.

10. Et erit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non
a Rom. 9. 26. numerabitur. Et *a* erit in loco, ubi dicetur eis: Non populus meus vos: dicetur eis: Filii Dei viventis.

11. Et congregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter, & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra: quia magnus dies Jezrahel.

CAPUT II.

I. Minatur Dominus Iſraeli tanquam uxori adulteræ repudium: 1. II. Fore, ut ſepiat vias ejus ſpinis, & auferat ingratæ honorum abundantiam. 6. III. Pœnitentibus, ex cunctis etiam gentibus magnam felicitatem promittit, & fœdus ſempiternum. 14.

1. Dicite fratribus veſtris: Populus meus: & ſorori veſtræ: Miſericordiam conſecuta.

nimm dir ein huriſch Weib*, und zeuge dir Hurenkinder: denn das Land wird Hurerey treiben, und wird ſich vom HErrn abwenden: *ſo eine Hure geweſen

3. Und er gieng hin, und nahm Gomer, die Tochter Debelaim: und ſie ward ſchwanger, und gebahr ihm einen Sohn.

II. 4. Und der HErr ſprach zu ihm: Nenne ſeinen Namen Jezrahel: denn es iſt noch um ein geringes zu thun, ſo will ich das Blut Jezrahel über das Haus Jehu heimſuchen, und will das Königreich des Hauſes Iſrael aufhören laſſen.

5. Und ich will an demſelbigen Tage den Bogen Iſrael im Thale Jezrahel zerſchlagen.

6. Und ſie ward abermal ſchwanger, und gebahr eine Tochter. Und er ſprach zu ihm: Nenne ihren Namen Unbarmherzigkeit: denn ich will mich über das Haus Iſrael nicht mehr erbarmen, ſondern will ihrer ganz und gar vergeſſen.

7. Aber ich will mich erbarmen über das Haus Juda, und will ihnen helfen durch den HErrn ihren GOtt: und ich will ſie nicht durch Bogen und Schwert, und Krieg, und Roß, und Reiter erretten.

8. Und ſie entwöhnte die Unbarmherzigkeit, und ward ſchwanger, und gebahr einen Sohn.

9. Und er ſprach: Nenne ſeinen Namen: Nicht mein Volk: denn ihr ſollt mein Volk nicht ſeyn, und ich will nicht euer ſeyn.

10. Und die Zahl der Kinder Iſrael wird ſeyn, wie der Sand am Meere, den man weder meſſen, noch zählen kann. Und es wird geſchehen, daß man an dem Orte, da geſagt wird: Ihr ſeyd mein Volk nicht: zu ihnen ſagen wird: Ihr ſeyd Kinder des lebendigen GOttes.

11. Und die Kinder Juda, und die Kinder Iſrael werden zugleich zuſammen kommen, und ihnen ſelbſt ein ewiges Haupt ſetzen, und werden aus dem Lande heraufziehen: denn groß iſt der Tag Jezrahel.

Das zweyte Capitel.

I. Iſrael wird wegen ſeines Unglaubens, und Undankbarkeit geſtrafet: 1. II. Mit Bedrohung, daß alle Wohlthaten von ihm ſollen abgenommen werden. 6. III. Der chriſtlichen Kirche, und allen Büßenden, wird alles Gute, ſammt einem ewigen Bunde, verſprochen. 14.

1. Saget zu euren Brüdern: Mein Volk: und zu eurer Schweſter: Sie hat Barmherzigkeit erlanget.

2. Sprechet

℣. 4. *Viſitabo ſanguinem Jezrahel ſuper domum Jehu.* Ruffinus exiſtimat, vindicari ſanguinem Achab, quoniam poſteri Jehu in eadem ſcelera incurrerunt, adeo, ut juſtum fuerit eadem pœna illos affici, a quibus Achab & poſteri ejus deleti ſunt, vel per Jezrahel intelligitur Iſrael, ut quidam habent codices. Atque hæc expoſitio confirmatur ex fine c. 2. adeo ut Jezrahelis nomine populus Dei intelligatur: unde & hoc in loco Jezrahel ponitur cum articulo maſculino a 70. interpretibus, non item, quando urbem ſignificat. Quodſi ad Jehu hæc verba referantur, hic erit ſenſus: Puniam te ô domus Jehu, juxta punitionem, quæ ſumpta eſt de domo Achab, fuſo ejus ſanguine in Jezrahel, cum eandem foveas impietatem. *Quieſcere.* Evertam regnum Iſrael, vel regnum transferam ad Sellum in valle Jezrahel.

℣. 5. *Conteram arcum Iſrael in valle Jezrahel.* Ex hoc loco colligit Hieron. dimicatum fuiſſe cum Aſſyriis in valle Jezrahel, ubi fuſus eſt ſanguis Achab & Jezabel. Hujus vallis fit mentio Joſue 17. & Judic. 6. Erat hæc vallis longiſſima, & fere ad Samariam usque proteuſa.

℣. 6. *Voca nomen ejus absque miſericordia &c.* Sic enim captus eſt Iſrael ab Aſſyriis, ut non amplius in patriam eſſet reverſurus.

℣. 8. *Et ablactavit eam.* Iſrael in captivitatem ductus projicietur a Deo, non aletur verbo Dei, ut, qui ablactatur infans, jam non veſcitur parentis lacte, ſed alimentis ſuſtentatur externis.

℣. 9. *Et ego non ero veſter.* Veſtri curam penitus abjiciam: non eritis amplius populus Dei, ſed Aſſyriorum ſervi.

℣. 10. *Erit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris.* Tranſit ad vocationem gentium, a triſtibus ad læta more Prophetarum. Apoſtolus Rom. 9. de vocatione gentium, & eorum fide, qui ex Judæis credere voluerunt, omnem nobis difficultatem interpretationis abſcidit, aſſerens Chriſti temporibus eſſe completum, ait Hieron. Sic eundem locum Petrus c. 2. prioris Epiſt. citat in eandem ſententiam. Neque de filiis Iſrael, cum redierunt e captivitate Babylonica, juxta hiſtoricum ſenſum hæc intelligi poſſunt; nam exiguus erat Iſraelitarum e Babylone redeuntium numerus, nec decem tribus redierunt, aut certe ii perpauci fuerunt. Itaque Propheta alludit ad promiſſionem Abrahæ factam Geneſ. cap. 13. & 15. Atque in hac promiſſione non dicuntur ſemen Abrahæ, qui ex eo originem trahunt, licet ſint etiam innumerabiles, ſed qui ejus fidem & pietatem imitantur, ex Apoſt. Rom. 4. *Ideo ex fide ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei, qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei, qui eſt ex fide Abrahæ, qui eſt pater omnium noſtrum.* Et ad Gal. 2. *Cognoſcite ergo, quia qui ex fide ſunt, ii ſunt filii Abrahæ.* Unde ex Apoſtolo duplex eſt Iſrael: de incredulis 1. Cor. 10. hæc habet: *Videte Iſrael ſecundum carnem.* De credentibus autem Galat. 6. *Quicunque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei.* *Et erit in loco.* In ipſis locis, in quibus obiiti erant Dei, & idola coluerant, jam filii Dei vocentur.

℣. 11. *Et congregabuntur filii Juda, & filii Iſrael pariter.* Non in eandem civitatem, aut provinciam, ſed in eandem Eccleſiam. Filios Iſrael vocat eos, qui converſi ſunt ex gentibus, filios Juda, qui converſi ſunt e Judæis. *Caput unum.* Chriſtum videlicet. *Et aſcendent de terra.* An de terra aſcendere idem eſt, ac creſcere & multiplicari? in omnes partes ſe effundent filii Juda & Iſrael. *Quia magnus eſt dies Jezrahel.* Mirabile quiddam & inuſitatum faciet Deus, cum ſemen Dei in unum congregatum, per totum orbem diffundetur poſt adventum Chriſti, cum ipſam fundabit Eccleſiam. Jezrahel interpretatur ſemen Dei.

CAPUT II.

℣. 1. *Dicite fratribus veſtris.* ſc. fidelibus, qui ex Apoſtolo Rom. 9. vocabuntur filii Dei vivi, & quos vocari jubet populum ſuum & miſericordiam conſecutum. *Quos & vocavit, non ſolum ex Judæis, ſed etiam ex gentibus.* Sicut in Oſee dicit: *Vocabo non plebem meam &c.*

2. Sprechet das Urtheil über eure Mutter, sprechet das Urtheil: Denn sie ist nicht mein Weib, so bin ich auch ihr Mann nicht. Lasset sie ihre Hurerey von ihren Augen hinwegthun, und ihre Ehebrüche von ihren Brüsten:

3. Auf daß ich sie nicht vielleicht nackend ausziehe, und sie darstelle, wie sie am Tage ihrer Geburt war: und mache sie einer Wüste gleich, und einem Lande, dadurch kein Weg gehet, und bringe sie mit Durst um das Leben.

4. Ich will mich ihrer Kinder nicht erbarmen: denn es sind Hurenkinder:

5. Denn ihre Mutter hat Hurerey getrieben, und die sie getragen hat, ist zu Schanden worden, weil sie sprach: Ich will meinen Buhlern nachgehen, die mir mein Brod, und Wasser geben, meine Wolle, und meinen Flachs, mein Oel, und meinen Trank.

II. 6. Darum siehe, ich will deinen Weg mit Dörnern verzäunen, und eine Wand dafür machen, daß sie ihren Fußsteig nicht finden soll.

7. So wird sie ihren Buhlern nachgehen, und sie doch nicht ergreifen: sie wird sie suchen, und doch nicht finden, alsdann wird sie sagen: Ich will hingehen, und zu meinem vorigen Manne wieder umkehren: denn es gieng mir vor der Zeit besser, als jetzt.

8. Und sie hat nicht gewußt, daß ich ihr Korn, Wein, und Oel gegeben habe, wie auch viel Silber, und Gold, das sie dem Baal geopfert haben.

9. Darum will ich mich wenden, und will mein Korn wieder nehmen zu seiner Zeit, und meinen Wein zu seiner Zeit, ich will auch meine Wolle, und Flachs hinwegnehmen, so ihre Scham bedeckten.

10. Und will jetzt ihre Thorheit vor den Augen ihrer Buhler aufdecken: und niemand soll sie von meiner Hand erretten:

11. Und ich will alle ihre Freude, und ihre herrliche Feyertage, ihre Neumonden, ihren Sabbath, und alle ihre hohen Feste aufhören machen.

12. Ich will ihre Weinberge, und Feigenbäume verderben: von welchen sie gesaget hat: Dieses ist mein Lohn, den mir meine Buhler gegeben haben: ich will sie zum Walde machen, und die Thiere auf dem Felde sollen sie fressen.

13. Und ich will über sie heimsuchen die Tage Baalim, da sie Rauchwerk angezündet, und sich mit ihren Ohrenspangen, und ihrem Halsbande geschmücket hat, ist also ihrem Buhler nachgelaufen, und hat meiner vergessen, spricht der HErr.

III. 14. Darum siehe, ich will sie freundlich an mich locken, und will sie in die Wüste führen, und ihr in das Herz reden.

15. Und ich will ihr ihre Weingärtner geben von demselbigen Orte, und das Thal Achor, ihr eine Hoffnung

2. Judicate matrem vestram, judicate: quoniam ipsa non uxor mea, & ego non vir ejus. Auferat fornicationes suas a facie sua, & adulteria sua de medio uberum suorum:

3. Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem nativitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inviam, & interficiam eam siti.

4. Et filiorum illius non miserebor: quoniam filii fornicationum sunt:

5. Quia fornicata est mater eorum, confusa est, quæ concepit eos, quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.

II. 6. Propter hoc ecce, ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inveniet.

7. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inveniet, & dicet: Vadam, & revertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis, quam nunc.

8. Et hæc nescivit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.

9. Idcirco convertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus.

10. Et nunc revelabo stultitiam ejus in oculis amatorum ejus: & vir non eruet eam de manu mea:

11. Et cessare faciam omne gaudium ejus, solemnitatem ejus, neomeniam ejus, sabbatum ejus, & omnia festa tempora ejus.

12. Et corrumpam vineam ejus, & ficum ejus: de quibus dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri.

13. Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliviscebatur, dicit Dominus.

III. 14. Propter hoc ecce, ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.

15. Et dabo ei vinitores ejus ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem: & canet

---

℣. 2. *Judicate matrem vestram.* Historico sensu Propheta justos, qui tum erant, alloquitur. Synagogam duarum tribuum matrem appellat. Prophetæ ab historia ad Christum transire solent, non ex abrupto, sed arrepta occasione. Dixerat: *Quia vos non populus meus.* Sed ne quis putaret, Deum non præstiturum Abrahæ, quod ei promiserat, hinc transit ad Christum, & prædicit, tantam fore credentium multitudinem, ut numerari non possit. Mox redit ad historiam: interim matrem vestram increpate, quæ de meretrice uxor facta, rursus fornicata est cum amatoribus suis. Quoniam non se gerit ut uxorem, sed ut adulteram. Fornicaria est, inquit Hieronymus, quæ cum pluribus copulatur: adultera, quæ unum virum deserens alteri jungitur. Synagoga utrumque malitiam conjunxit: nam & virum deseruit, & multos deos coluit, idque aperte & impudenter.

℣. 3. *Ne forte — statuam eam secundum diem nativitatis suæ.* In eodem statu, in quo erat, antequam eam ab idololatria eximeret.

℣. 4. *Et filiorum illius non miserebor.* Quia matris fornicationes sunt imitati.

℣. 5. *Quia dixit: Vadam post amatores meos.* Post Assyrios, & alias nationes, quæ idola colebant; vel etiam idola intelliguntur, quorum causa Deum verum reliquit. Allegorice Apostolis, & Judæis fidelibus dicitur, ut matrem suam Synagogam judicent, & arguant, quæ exspoliata est, & polita quasi solitudo post mortem Christi.

℣. 9. *Idcirco convertar, & sumam frumentum meum.* Auferam ei omnia, quæ se ab amatoribus suis accepisse dicebat, ut reipsa experiatur, hæc mea esse. *Et liberabo lanam meam.* Quam possidebat.

℣. 10. *Tunc revelabo stultitiam ejus in oculis amatorum ejus.* Ipsi ejus amatores stultissimi fatebuntur, quod Deum tam beneficum offenderet. Hæc omnia post passionem Christi Judæa perpessa est, quod bonorum suorum auctorem Christum non agnoverit. Venerunt Romani, & tulerunt gentem eorum, & locum; cessaverunt ritus omnes.

℣. 13. *Visitabo super eam dies Baalim.* Ulciscar me de iis, quos idolis consecravit, diebus.

℣. 14. *Propter hoc, ecce, ego lactabo eam.* Nunc bona recenset, quæ ex Dei misericordia per Christum erat consecutura. *Lactabo eam.* Alliciam; nam lactare hoc loco quasi decipere significat; & ita vertunt 70. *In solitudinem.* Segregabo illam ab amatoribus suis, a consuetudine peccatorum, & idololatrarum. *Propter hoc.* Vox Hebræa etiam significat, *tamen, sine dubio.* Quod de Judæis vix intelligi potest; unde, quæ sequuntur, ad Ecclesiam pertinent.

℣. 15. *Dabo ei vinitores ejus.* Apostolos. Chald. Gubernatores ejus. *Ex eodem loco.* Ex eadem gente. *Et vallem Achor.* Ut olim post turbationem illam, de qua Josue 7. secuta sunt prospera punito Achan in valle Achor, ita hic fiet, post adversa dabo spem magnam bonorum. Josue fuit typus Christi, Achan Judæorum incredulorum: punientur Judæi sacrilegi, & veri Israelitæ spem magnam concipient. *Ad aperiendam spem.* Viam aperiam ad omne decus. 70 Ad aperiendam intelligentiam. per adversa eruditur anima. Hinc optime S. Chrysost. Tom. 2. hom. 31. in Matth. 13. *Nostra adversitas non est ira Dei, sed admonitio.*

canet ibi juxta dies juventutis suæ, & juxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti.

16. Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me: Vir meus: & non vocabit me ultra, Baali.

17. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum.

18. Et percutiam eis fœdus in die illa, cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire cosfaciam fiducialiter.

19. Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in justitia, & judicio, & in misericordia, & in miserationibus.

20. Et sponsabo te mihi in fide: & scies, quia ego Dominus.

21. Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus: exaudiam cœlos, & illi exaudient terram:

22. Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient jezrahel.

23. Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor ejus, quæ fuit absque misericordia.

a *Rom.* 9. 25. 1. *Petr.* 2. 10. 24. Et a dicam, non populo meo: Populus meus es tu: & ipse dicet: Deus meus es tu.

CAPUT III.

I. Rursum jubetur Propheta diligere adulteram, quæ tamen multis diebus illum expectet: 1. II. Significans, sic filios Israel multis diebus sine rege, & sacrificio sedentes, tandem ad Dominum reversuros. 4.

1. Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia uvarum.

2. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

3. Et dixi ad eam: Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te:

II. 4. Quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim.

5. Et post hæc revertentur filii Israel, & quærent Dominum Deum suum, & David re-

zu machen: da wird sie singen, wie in den Tagen ihrer Jugend, und wie in den Tagen, da sie aus Aegyptenland heraufzog.

16. An demselbigen Tage, spricht der HErr, wird sie mich nennen: Mein Mann: und wird mich hinfüro nicht mehr Baali nennen.

17. Und ich will die Namen Baalim von ihrem Munde hinwegnehmen, und sie soll an ihre Namen hinfüro nicht gedenken.

18. Ich will an selbigem Tage einen Bund mit ihnen aufrichten, mit den Thieren auf dem Felde, und mit den Vögeln des Himmels, und mit den kriechenden Thieren auf Erden: ich will Bogen, und Schwert, und Krieg von dem Erdboden vertilgen: und will machen, daß sie sicher schlafen sollen.

19. Und ich will dich mir ewiglich vermählen: ich will dich mir vermählen in Gerechtigkeit, und in Gericht, in Barmherzigkeit, und in Erbarmungen.

20. Und will dich mir vermählen im Glauben: und du sollst wissen, daß ich der HErr bin.

21. An demselbigen Tage will ich erhören, spricht der HErr: ich will die Himmel erhören, und die Himmel sollen die Erde erhören:

22. Und die Erde soll den Waizen, und Wein, und Oel erhören: und diese Dinge sollen Jezrahel erhören.

23. Und ich will sie mir auf Erden besäamen, und will mich über sie erbarmen, die sonst ohne Barmherzigkeit gewesen ist.

24. Ich will auch zu dem sagen, das nicht mein Volk ist: Du bist mein Volk: und es wird sagen: Du bist mein GOtt.

Das dritte Capitel.

I. Osee wird befohlen, glaublich im Gesichte, abermals eine Ehebrecherinn zu lieben: 1. II. Dessen Bedeutung wird ihm erkläret. 4.

1. Und der HErr sprach zu mir: Gehe noch einmal hin, und habe ein Weib lieb, die auch von ihrem Buhler geliebet wird, und eine Ehebrecherinn ist; wie der HERR die Kinder Israel lieb hat, welche sich dannoch nach fremden Göttern umsehen, und die Träber vor den Trauben lieben.

2. Und ich habe sie mir gedinget um fünfzehen Silberlinge, und um einen Cor Gerste, und um einen halben Cor Gerste.

3. Und ich sprach zu ihr: Du sollst viele Tage lang auf mich warten: und sollst keine Hurerey treiben, noch eines andern Mannes seyn: sondern ich will auf dich warten:

II. 4. Denn die Kinder Israel werden viele Tage lang sitzen ohne König, und ohne Fürsten, und ohne Opfer, und ohne Altar, und ohne Ephod, und ohne Theraphim.

5. Und darnach werden die Kinder Israel wieder umkehren, und werden den HErrn ihren GOtt, und David ihren König

---

ỳ. 17. *Et auferam nomina Baalim.* Ira, ut ne idola quidem nominentur. Baali maritum meum significat.

ỳ. 18. *Et percutiam cum eis fœdus.* Ex Hebr. & 70. Percutiam eis fœdus, faciam, ut inter homines, & bestias sit fœdus. Hanc 11. *Habitabunt lupus cum agno.* Quæ omnia de populo gentium intelliguntur, Act. 10.

ỳ. 19. *Sponsabo te mihi in sempiternum.* Justificando te: & tui curam geram, ne quis te lædat injuste. *Sexta dies ascensionis Ægypti.* Alludit ad Canticum Moysis demerso Pharaone. *Et sponsabo te mihi.* Verba sunt Dei ad Ecclesiam, quæ est sponsa Christi, quam desponsit, ut sit justa, & omni virtutum genere ornata; idque fœdere sempiterno.

ỳ. 20. *Sponsebo te mihi in fide.* Fideliter præstabo, quæ promitto, ut sponsa mea sis per fidem, non per legis opera.

ỳ. 21. *Exaudiam cœlos, & illi exaudient terram.* Tropica locutio: Deus exaudit cœlum, seu aëra, imbres in eo colligens: cœli exaudiunt terram sitientem, quam aquis irrigant, terra ex se uberes fructus promit. Ingentem gratiæ copiam, & donorum se daturum Jezraheli, seu femini Dei significat.

ỳ. 22. *Et hæc exaudient Jezrahel.* Facient, quod vult populus Dei, semen Dei: implebunt eum bonis.

ỳ. 23. *Et seminabo eam mihi in terra.* Ecclesiam propagabo per Apostolos.

CAPUT III.

ỳ. 1. *Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram.* Non satis est, duxisse uxorem Gomer, nisi diligas eam licet adulteram, ut Deus diligit Synagogam. Hanc duces, & amabis, licet non sit amabilis, sed erit symbolum amoris, quo prosequor Synagogam licet adulterio pollutam. *Diligunt vinacia uvarum.* Folliculos, qui remanent vino expresso, in quibus nihil succi est. Hebr. *Lagenas.* Aut vasa vino plena. An de eadem muliere, quam duxit Osee, quæque est fornicata, an de alia uxore soluta vinculo matrimonii, quæque, cum viveret maritus, erat infamis, dubitatur.

ỳ. 2. *Et fodi eam mihi.* Ex Hebr. Possedi, vel emi eam dote 15. argenteorum: non ut 70. innuere videntur, de meretricia conductione loquitur: nuptiæ fiebant coemptione, Gen. 29. 1. Reg. 18. item Genes. 34.

ỳ. 3. *Non fornicaberis, & non eris viro* alteri. Quæ sunt circumstantiæ legitimi conjugii. Christus expectabit usque ab finem sæculi.

ỳ. 4. *Dies multos sedebunt filii Israel sine rege &c.* Judaicum populum multis sæculis futurum sine templo, & sacrificiis innuit: sedere in Scriptura est lugentium. *Surgite, postquam sederitis.* Psal. 126. *Et theraphim.* Sine idolis gentium, aut simulacris. *Revertentur.* In fine sæculi revertentur ad Christum. *Et pavebunt ad Dominum.* Magna reverentia eum colent. *Et ad bonum ejus.* Et magna beneficia, quæ ab eo accipient. Alii hæc exponunt de captivitate Babylonica; sed ii non fuerunt sine Deo, sine lege, sine sacerdote: nunc quidem sunt sine lege: nam lex Moysis lex non est, & neminem obligat; quique Evangelicam legem non habent, ii proprie sunt sine lege, qua omnes obligantur; semper, aut regem, aut principem habuerunt usque ad Christum, nunc serviunt omnibus regibus. Nusquam Zorobabel dictus est David, aut quivis alius præter Christum; nec proprie rex fuit, ex cap. 22. Jerem. Quamobrem verba Osee captivitati Babylonicæ aptari non possunt.

König ſuchen: und ſie werden ſich entſetzen über den HErrn, und über ſeine Güte in den letzten Tagen.

Das vierte Capitel.

I. Urſachen, warum GOtt das Volk Iſrael hart geſtrafet habe, und ſtrafen werde: 1. II. Und endlich verlaſſen wolle. Darum ſoll ihm Juda nicht nachfolgen. 14.

1. HÖret des HErrn Wort, ihr Kinder Iſrael, denn der HErr hat mit den Inwohnern des Landes zu rechten: denn es iſt keine Wahrheit, es iſt keine Barmherzigkeit, es iſt keine Erkenntniß GOttes auf Erden.

2. Fluchen, und Lügen, und Morden, und Diebſtahl, und Ehebruch hat überhand genommen, und ein Blut rühret das andere.

3. Darum wird das Land in Trauren ſeyn, und wer darinnen wohnet, wird ſchwach werden, ſammt den Thieren auf dem Felde, und den Vögeln des Himmels: es ſollen auch die Fiſche des Meeres verſammelt werden.

4. Jedoch ſoll nicht ein jeglicher urtheilen, noch einer den andern ſtrafen: denn dem Volk iſt wie diejenigen, die dem Prieſter widerſprechen.

5. Und du wirſt heutiges Tages fallen, und der Prophet wird mit dir dahinfallen: deine Mutter habe ich bey der Nacht ſchweigend gemacht.

6. Mein Volk iſt ſtille worden, dieweil es keine Erkenntniß gehabt: darum, daß du die Erkenntniß verworfen haſt, ſo will ich dich auch verwerfen, daß du mir das Prieſterthum nicht verwalten ſollſt: du haſt das Geſetz deines GOttes vergeſſen, ſo will ich auch deiner Kinder vergeſſen.

7. Je mehr ihrer worden ſind, je mehr ſie mir geſündiget haben: darum will ich ihre Ehre in Schmach verwandeln.

8. Die Sünden meines Volkes werden ſie eſſen, und ihnen, wenn ſie Böſes thun, guten Muth machen.

9. Alſo wird der Prieſter ſeyn, wie das Volk: und ich will ſeine Wege über ihn heimſuchen, und ihm ſeine Gedanken wieder vergelten.

10. Und ſie werden eſſen, und nicht ſatt werden: ſie haben ohne Aufhören gehuret: denn ſie haben den HErrn verlaſſen, und ſeine Gebothe nicht gehalten.

11. Unzucht, Wein, und Trunkenheit nehmen das Herz hinweg.

12. Mein Volk hat ſein Holz gefraget, und ſein Stab hat es ihm verkündiget: denn der Geiſt der Unzucht hat ſie betrogen, und ſie haben ſich durch Hurerey von ihrem GOtt abgewendet.

13. Sie opferten auf den Spitzen der Berge, und zündeten Rauchwerk an auf den Bühein, unter den Eichbäumen, und Pappelbäumen, und Therebinthen, dieweil ſie einen guten Schatten gaben: darum werden eure Töchter auch Unzucht treiben, und eure Bräute zu Ehebrecherinnen werden.

II. 14. Ich will eure Töchter nicht heimſuchen, wann ſie

gem ſuum: & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum.

CAPUT IV.

I. Minatur terræ Iſrael, propter populi peccata, qui & ſcientiam repulit: 1. II. Dicit ſe relicturum Iſrael in peccatis ſuis, cupiens, ne Juda ipſum imitetur. 14.

1. Audite verbum Domini, filii Iſraël, quia judicium Domino cum habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra.

2. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

3. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur.

4. Verumtamen unusquisque non judicet, & non arguatur vir: populus enim tuus, ſicut hi, qui contradicunt ſacerdoti.

5. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam.

6. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliviſcar filiorum tuorum, & ego.

7. Secundum multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8. Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum.

9. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias ejus, & cogitationes ejus reddam ei.

10. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſaverunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.

11. Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor.

12. Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt a Deo ſuo.

13. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama ſubtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat umbra ejus: ideo fornicabuntur, filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.

II. 14. Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint

CAPUT IV.

℣. 1. *Judicium Domino cum habitatoribus terræ.* Vult Deus vobiscum judicio contendere. *Non eſt enim veritas.* Alter alterum decipit. *Non eſt ſcientia Dei.* Quæ opera cum cognitione conjungit. 1. Joan. 2. *Qui dicit ſe noſſe Deum, &c. Habitatoribus terræ.* Decem tribuum.

℣. 2. *Et ſanguis ſanguinem tetigit.* Peccata peccatis, homicidia homicidiis cumularunt. Sanguis in Scripturis ſignificat id omne, quod committitur per ſanguinis effuſionem, & ad omnem oppreſſionem patet; ſanguis etiam in Scriptura pro peccato ſumi ſolet: is erat Judæis execrabilis.

℣. 3. *Sed & piſces maris congregabuntur.* Congregari in Scripturis ſignificat *mori*: qui enim moriuntur, ad multitudinem congregantur.

℣. 4. *Et non arguatur vir.* Ludit operam, qui eos reprehendit, cum ipſis Sacerdotibus reſiſtant.

℣. 5. *Corrues hodie.* In ſummam calamitatem brevi incurres. *Nocte.* In magna calamitate. *Tacere feci matrem tuam.* Synagogam confuſam, & convictam: vel regnum veſtrum in noctem calamitatum, & malorum præcipitia dedi.

℣. 7. *Secundum multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi.* Quo plures fuerunt, hoc gravius peccaverunt: vel populum multiplicavi; quot in ea nati ſunt, tot fere ſunt inimici mei.

℣. 8. *Peccata populi mei comedent.* Sacrificia pro peccatis edunt Sacerdotes; & tamen iniquitatem eorum fovebunt, non objurgando, ſed laudando, ne oblationes amittant. Bernardus Serm. 77. in Cantica: *Peccatorum præmia exigunt, & peccantibus debitam ſolicitudinem non impendunt, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas ſuas.* Expectabunt avide peccata populi, quaſi ex iis quæſtum habentes.

℣. 9. *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* Utrosque puniam, & easdem ab iis pœnas repetam ob pravas machinationes. *Et viſitabo ſuper eum.* Populum. *Vias ejus.* Opera ejus, & vitæ rationem.

℣. 11. *Fornicatio, vinum, & ebrietas auferunt cor.* i. Mentem. Audi S. Chryſoſt. hom. de Jona proph. tom. 1. fol. 1256. ita afferentem: *Ebrietas, & luxuria ſtantem everterunt civitatem: commotam jejunium ſiſtebat.*

℣. 12. *Populus meus in ligno ſuo interrogavit.* Per lignum, ſeu idolum; & divinare voluit per baculos, aut ſagittas, ritu Chaldæorum, Ezech. 22.

℣. 14. *Non viſitabo ſuper filias veſtras.* Non cohibebo, nec puniam eas æque graviter, ac vos ipſos. *Conſervabantur.* Quia vos pravis exemplis eas in peccatum inducitis. Hieron. *Gravis offenſa eſt, poſtquam peccaveris, non mereri iram Dei: nam qui amatur, corripitur. Juda.* A correptione communi univerſæ Iſrael venit ad privatam duarum tribuum.

rint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras, cum adulteraverint: quoniam ipſi cum meretricibus converſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

15. Si fornicaris tu, Iſrael, non delinquat ſaltem Juda: & nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethaven, neque juraveritis: Vivit Dominus.

16. Quoniam ſicut vacca laſciviens declinavit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine.

17. Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum.

18. Separatum eſt convivium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus.

19. Ligavit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur a ſacrificiis ſuis.

CAPUT V.

I. Citat ad judicium ſacerdotes, & principes Iſrael, quod populo ſint in lapſum, & ruinam: 1. II. Unde cum populo Iſrael, tum Juda pœnas intentat. 8.

1. Audite hoc, ſacerdotes, & attendite, domus Iſrael, & domus regis auſcultate: quia vobis judicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor.

2. Et victimas declinaſtis in profundum: & ego eruditor omnium eorum.

3. Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus a me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael.

4. Non dabunt cogitationes ſuas, ut revertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt.

5. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie ejus: & Iſrael, & Ephraim ruent in iniquitate ſua: ruet etiam Judas cum eis.

6. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient: ablatus eſt ab eis.

7. In Dominum prævaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc devorabit eos menſis cum partibus ſuis.

II. 8. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: ululate in Bethaven, poſt tergum tuum Benjamin.

9. Ephraim in deſolatione erit in die correptionis: in tribubus Iſrael oſtendi fidem.

Unzucht treiben, noch eure Bräute, wann ſie Ehebruch begehen: denn ſie giengen mit Huren um, und opferten mit verhurten Buben, und mein Volk, ſo es nicht verſtehen will, ſoll geſchlagen werden.

15. Willſt du je Unzucht treiben, o Iſrael! daß doch zum wenigſten Juda nicht ſündige: gehet nicht hin gen Galgala, und ziehet nicht hinauf gen Bethaven, ſchwöret auch nicht: So wahr der HErr lebet.

16. Denn Iſrael iſt aus der Bahn gewichen, wie eine geile Kuh: nun wird ſie der HErr weyden, wie ein Lamm auf einer großen Weyde.

17. Ephraim iſt der Abgötter theilhaftig, laß ihn hinfahren.

18. Ihr Mahl iſt abgeſöndert, ſie haben große Hurerey getrieben: ihre Beſchirmer * haben Luſt gehabt, Schande anzurichten. * Regenten

19. Der Wind hat ihn auf ſeine Flügel gebunden, und ſie ſollen über ihren Opfern zu Schanden werden.

Das fünfte Capitel.

I. Die Prieſter, und Regenten werden wegen des verführten Volkes vor Gericht berufen: 1. II. Und weil ſie, wie das Volk Iſrael, und Juda geſündiget, wird ihnen gleichmäßige Strafe gedrohet. 8.

1. So höret nun dieſes, ihr Prieſter, und merket auf, ihr vom Hauſe Iſrael, und vernehmet es, ihr vom Hauſe des Königes: denn über euch wird man Gericht halten, dieweil ihr denen, darüber ihr ſollt Wächter ſeyn, zum Stricke, und auf Thabor zum ausgeſpannten Netze geworden ſeyd.

2. Ihr habt die Schlachtopfer in die Tiefe hinabgeſenket: und ich bin ihrer aller Zuchtmeiſter.

3. Ephraim kenne ich wohl, und Iſrael iſt mir unverborgen: denn Ephraim hat jetzt Unzucht getrieben, und Iſrael iſt verunreiniget.

4. Sie werden ihre Gedanken dahin nicht richten, daß ſie zu ihrem GOtt wieder umkehren: denn der Geiſt der Unzucht iſt mitten unter ihnen, und ſie kennen den HErrn nicht.

5. Und Iſrael wird ſein Uebermuth vor den Augen überzeugen: Iſrael, und Ephraim werden fallen in ihrer Bosheit: ſo wird Judas auch mit ihnen dahinfallen.

5. Sie werden hingehen mit ihren Schafen, und mit ihrem Viehe, den HErrn zu ſuchen, und werden ihn nicht finden: denn er iſt von ihnen hinweggenommen.

7. Sie haben wider den HErrn geſündiget, dieweil ſie fremde Kinder gezeuget haben: darum wird ſie auch der Mond mit ihren Theilen verſchlingen.

II. 8. Blaſet die Trompete zu Gabaa, und die Poſaune zu Rama: heulet zu Bethaven, hinter deinem Rücken Benjamin.

9. Ephraim ſoll verwüſtet werden am Tage der Züchtigung: an den Stämmen Iſrael habe ich Treue bewieſen.

10. Die

℣. 15. *Nolite ingredi in Galgala.* Ut colatis idola. *Neque juraveritis.* Per vitam idolorum; vel cum idola colatis, cur me in teſtimonium adducitis?

℣. 16. *Sicut vacca laſciviens declinavit Iſrael.* Ne imitemini Iſraelem, qui inſtar vaccæ œſtro percitæ excuſſo jugo fugit: i. e. brevi vos inſtar agni mactandi paſcet Deus in loco ſpatioſo Aſſyriorum, qui vos ſpoliabunt.

℣. 17. *Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum.* O Juda, dimitte decem tribus, neque iis te adjungas.

℣. 18. *Separatum eſt convivium eorum.* Hebr. Vinum eorum corruptum eſt: Iſraël longe eſt a Dei cultu. *Dilexerunt.* 70. Dilexerunt ignominiam.

℣. 19. *Ligavit eum ſpiritus in alis ſuis.* Ventus, ſeu turbo mox eos in Aſſyriam, ut paleas ventus transferet. *Confundentur a ſacrificiis ſuis.* Ob ſacrificia idolis facta.

CAPUT V.

℣. 1. *Audite hoc ſacerdotes.* Qui vos pro ſacerdotibus geritis in Iſrael: vel ſacerdotes Juda. *Quoniam laqueus facti eſtis.* Seu ſcandalum iis, qui veſtræ curæ ſunt commiſſi, & ſimiles reti expanſo ſuper montem excelſum; qualis eſt Thabor in Galilæa, quo aves, aut feræ capiuntur.

℣. 2. *Victimas declinaſtis in profundum.* Avertiſtis a Deo, ejus cultum deſerentes, in profundum idololatriæ demerſi. *Et ego eruditor eorum.* Etſi eos ſæpe docuerim per Prophetas.

℣. 3. *Ego ſcio Ephraim, & Iſrael &c.* Novi ejus opera: ita ſunt addicti idololatriæ, ut ab idolorum cultu non abſtineant.

℣. 4. *Quia ſpiritus fornicationum in medio eorum.* Impetu quodam idololatriæ aguntur.

℣. 5. *Reſpondebit arrogantia Iſrael in facie ejus.* Pœnæ reſpondebunt criminibus. *In facie ejus.* Vel ipſo cernente, palam. *Ruet etiam Judas cum eis.* Qui poſtea ducetur in captivitatem, quod Iſraelis idololatriam ſecutus fuerit.

℣. 6. *In gregibus ſuis &c. vadent ad quærendum Deum.* Fruſtra per victimas animalium quærent Deum.

℣. 7. *Prævaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt.* Alienos a Dei cultu. Vel genuerunt e mulieribus extraneis. *Nunc devorabit eos menſis.* Hoſtis per ſingulos menſes irruet in eos. *Cum partibus ſuis.* 70. Sortibus, cum poſſeſſionibus ſuis.

℣. 8. *Clangite buccina in Gabaa.* 70. Super colles; video hoſtes jam irruentes. *Tuba in Rama.* 70. *Reſonate in excelſis.* Rama *excelſum*, Gabaa *collem* ſignificat. Nuntiate adeſſe Aſſyrios. Urbes illæ erant in tribu Benjamin, cui etiam imminebat incendium; parate vos ad prælium. *Ululate in Bethaven.* Jam deſperantes.

℣. 9. *Ephraim in deſolatione erit in die correptionis*, i. punitionis. Oſtendam me vera prædixiſſe, minas meas non eſſe inanes.

10. Die Fürſten Juda ſind denen gleich worden, die den Marksſtein aufheben: ſo will ich meinen Zorn wie Waſſer über ſie ausſchütten.

11. Ephraim leidet Gewalt, er wird im Gerichte unterdrückt: denn er hat angefangen der Unſauberkeit nachzugehen.

12. Und ich bin dem Ephraim wie eine Motte*: und dem Hauſe Juda wie eine Fäulung.** * Schabe. ** Holzwurm.

13. Und Ephraim erkannte ſeine Schwachheit, und Juda ſeine Bande: da zog Ephraim zu Aſſur, und ſchickte zum rachgierigen Könige: der wird euch aber nicht heilen können, ſo wird er auch eure Bande von euch nicht auflöſen können.

14. Denn ich bin dem Ephraim, wie eine Löwinn, dem Hauſe Juda, wie ein junger Löwe: ich, ja ich will ſie ergreifen, und hingehen: ich will ſie hinwegnehmen, und iſt keiner, der ſie erretten möge.

15. Ich will hingehen, und wieder umkehren zu meinem Orte, bis ihr Noth leidet, und mein Angeſicht ſuchet.

Das ſechste Capitel.

I. Den Bußfertigen wird die Barmherzigkeit angebothen: 1. II. Den Unbußfertigen der unverſöhnliche Zorn GOttes: weil an ihnen weder göttliche Wohlthaten noch Drohungen helfen. 7.

1. In ihrer Trübſal werden ſie ſich Morgens früh zu mir aufmachen: kommet, laßt uns wiederkehren zum HErrn:

2. Denn er hat uns gefangen, ſo wird er uns auch heilen: er wird uns ſchlagen, und wird uns auch verbinden.

3. Er wird uns lebendig machen nach zweyen Tagen: und am dritten Tage wird er uns aufwecken, und wir werden vor ſeinem Angeſichte leben. Wir werden es wiſſen, und werden folgen, damit wir den HErrn erkennen: ſeine Ausſage iſt bereit, wie die Morgenröthe, und er wird uns kommen, wie ein zeitiger Regen, und wie der Abendregen auf das Land.

4. Was ſoll ich dir thun, Ephraim? was ſoll ich dir thun Juda? eure Barmherzigkeit iſt wie eine Wolke in der Morgenſtunde, und wie der Morgenthau, der gleich vergehet.

5. Darum habe ich ſie gehobelt durch die Propheten, ich habe ſie getödtet mit den Worten meines Mundes: und deine Gerichte werden wie ein Licht hervorkommen.

6. Denn ich habe Luſt an Barmherzigkeit, und nicht am Opfer, und an Erkenntniß GOttes vielmehr, dann an Brandopfern.

II. 7. Aber ſie haben den Bund übertretten, wie Adam, da haben ſie wider mich geſündiget.

8. Galaad iſt eine Stadt, da man Abgötter macht, und iſt mit Blut beſudelt.

10. Facti ſunt principes Juda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam.

11. Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus judicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes.

12. Et ego quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo domui Juda.

13. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Juda *a* vinculum ſuum: & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem ultorem: & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſolvere poterit a vobis vinculum. *a* 4. *Reg.* 16. 7.

14. Quoniam ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Juda: ego, ego capiam, & vadam: tollam, & non eſt, qui eruat.

15. Vadens revertar ad locum meum, donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

CAPUT VI.

I. Reverſis in tribulatione ad Dominum ſalus promittitur: 1. II. Obſtinatis, qui nec beneficiis, neque minis ab iniquitatibus revocantur Dei implacabilis ira intentatur. 7.

1. * In tribulatione ſua mane conſurgent ad me: venite, & revertamur ad Dominum: * *FER. 6. in PARASCEVE EPIST.* 1.

2. Quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos.

3. *a* Vivificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu ejus. Sciemus, ſequemurque, ut cognoſcamus Dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus ejus, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ. *a* 1. *Cor.* 15, 3.

4. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Juda? miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens.

5. Propter hoc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & judicia tua quaſi lux egredientur.

6. Quia *b* miſericordiam volui, & non ſacrificium, & ſcientiam Dei, plusquam holocauſta. *b* 1. *K* *Eccli.* *Matth.* & 12.

II. 7. Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum; ibi prævaricati ſunt in me.

8. Galaad civitas operantium idolum, ſupplantata ſanguine.

9. Et

℣. 10. *Facti ſunt principes Juda quaſi aſſumentes terminum.* Sept. Transferentes, & partem vicini agri ſibi vindicantes; legis tranſgreſſionem ſignificat. *Effundam ſicut aquam.* Ita, ut nihil ejus remaneat, ut in aqua effuſa.

℣. 11. *Ephraim fractus* eſt *judicio.* Dei juſto judicio, Aſſyriorum injuſto, ut peregrinis captivis ſolet evenire. *Quoniam cœpit abire poſt ſordes.* Idola.

℣. 12. *Et ego quaſi tinea Ephraim.* Seu caries. *Domui Juda.* Paulatim eos conſumam.

℣. 13. *Vidit Ephraim languorem ſuum.* Afflictionem. *Et Juda vinculum ſuum.* Vulnus faſciis involutum. *Et miſit ad regem ultorem.* Vindicem, defenſorem, ut ſe juvaret. Oſee ad Phul & Salmanaſar, Achaz & Teglatphalaſar miſerunt legatos, ſed fruſtra.

℣. 14. *Quoniam ego quaſi leæna Ephraim* &c. Ego ipſe vos capiam, ſternam, tollam.

℣. 15. *Vadens revertar ad locum meum.* Ut ſolent leones ſatiati ſanguine. *Donec.* Multis afflicti malis.

CAPUT VI.

℣. 2. *Ipſe cepit & ſanabit nos.* Captivos fecit: vel incidit & ſanavit nos; vel ſanabit nos, per Filium ſuum, quem mittet Salvatorem.

℣. 3. *Vivificabit nos poſt duos dies.* Chriſti reſurrectionem & tempus deſignat; a littera tranſit ad Chriſtum: ab ærumnis nos intra breve tempus liberabit. *Vivemus.* Curam noſtri habebit: Sciemus Deum fide & operibus: Chriſti ortus inſtar auroræ eſt præparatus, ut peccati & ignorantiæ tenebras disjiciat. Vox Hebræa rem non utcumque paratam, ſed firmam ſignificat. Pſalm. 9. *Parata ſedes tua ex tunc.* Firmum ſolium tuum, quod dimoveri non potest.

℣. 4. *Miſericordia veſtra quaſi nubes matutina* &c. Cito exaruit beneficentia veſtra in fratres veſtros; vel ipſi non finitis Dei miſericordiam longius progredi, quæ magna vobis bona afferret.

℣. 5. *Propter hoc dolavi in prophetis.* Admonui vos per Prophetas: cum autem non addat: *Meis.* Forte de pſeudoprophetis, quos Deus per Eliam igne conſumpſit, hoc intelligi poteſt. *Judicia mea.* Judicia in te mea. *Quaſi lux egredientur.* Aperte te puniam.

℣. 6. *Miſericordiam volui & non ſacrificium.* Impiorum nempe ſacrificium rejicit, juxta illud Eccl. 4. *Multo melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ.* Cum enim duo inter ſe comparantur, unum ſine altero ſpectari debet, ut ſi doctum cum pio conferas, intelliges pium ineruditum, & doctum pietate deſtitutum; hominem pium docto antepones: q. d. non ſolum exteriorem, ſed magis interiorem cultum exigo. *Et ſcientiam Dei.* Legis divinæ obſervationem.

℣. 7. *Ipſi autem ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum.* Imitati ſunt Adami inobedientiam; vel Adam eſt vox appellativa: unde Vatablus: *Ipſi autem tranſgreſſi ſunt fœdus meum ſicut hominis.* Quaſi fœdus ictum cum homine, qui ſpecie exteriori decipitur: *Ibi, prævaricati ſunt.* Offerendo victimas extra templum.

℣. 8. *Galaad civitas operantium idolum.* Civitas ſacerdotalis facta eſt metropolis idololatriæ. *Supplantata ſanguine.* Hebr. a ſanguine, & dejicienda propter effuſum innoxium ſanguinem. Vox civitatis ſæpe pro regione ipſa accipitur: non enim eſt urbs eo nomine ſignata, niſi forte eſt urbs Ramoth-Galaad.

9. Et quaſi fauces virorum latronum, particeps ſacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt.

10. In domo Iſrael vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim: contaminatus eſt Iſrael.

11. Sed & Juda pone meſſem tibi, cum convertero captivitatem populi mei.

CAPUT VII.

II. Iſrael conſentiens regum ſuorum malitiæ, in idololatriam vehementer exarſit: 1. II. Converſus ad Ægypti auxilium, tradetur in manus Aſſyriorum. 11.

1. Cum ſanare vellem Iſrael, revelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati ſunt mendacium: & fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris.

2. Et ne forte dicant in cordibus ſuis omnem malitiam eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinventiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt.

3. In malitia ſua lætificaverunt regem, & in mendaciis ſuis principes:

4. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus a coquente: quievit paululum civitas a commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.

5. Dies regis noſtri: cœperunt principes furere a vino: extendit manum ſuam cum illuſoribus.

6. Quia applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum, cum inſidiaretur eis: tota nocte dormivit coquens eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.

7. Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & devoraverunt judices ſuos: omnes reges eorum ceciderunt, non eſt, qui clamet in eis ad me.

8. Ephraim in populis ipſe commiſcebatur: Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reverſatur.

9. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit: ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignoravit.

10. Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in

9. Sie iſt gleich den Rachen der Mörder, ſie iſt theilhaftig der Prieſter, welche auf dem Wege die Leute umbringen, die von Sichem kommen: denn ſie haben ein Laſter begangen.

10. Ich habe ein greuliches Ding geſehen im Hauſe Iſrael: da iſt die Hurerey Ephraim: und Iſrael iſt verunreiniget.

11. Aber du, o Juda! mache dir eine Aernte, wann ich die Gefängniß meines Volkes werde gewendet haben.

Das ſiebente Capitel.

I. GOtt klaget, daß die Regenten das Volk zur Abgötterey verführet haben: 1. II. Darum werde die Strafe darauf folgen. 11.

1. Als ich Iſrael heilen wollte, ward die Miſſethat Ephraim, und die Bosheit Samaria aufgedecket, denn ſie haben Lügen geſtiftet: ein Dieb iſt hineingeſchlichen, und draußen rauben die Mörder.

2. Und damit ſie vielleicht in ihrem Herzen nicht ſagen, daß ich an all ihre Bosheit gedacht habe: ſo haben ſie jetzt ihre eigene Sünde umgeben, und ſie ſind vor meinem Angeſichte geſchehen.

3. Sie haben den König erfreuet mit ihrer Bosheit, und die Fürſten mit ihren Lügen:

4. Sie ſind alle Ehebrecher, ſie ſind wie ein Backofen, der vom Bäcken* eingeheizet wird: die Stadt enthält ſich ein wenig vom Sauerteige, bis daß ſie ganz durchſäuert wurde. *Backenden.

5. Dieß iſt der Tag unſers Königs: da fiengen die Fürſten an vom Weine zu wüthen: und er ſtreckte ſeine Hand aus mit den Spöttern.

6. Denn da er ihnen mit Liſt nachſtellete, fügeten ſie ihr Herz darzu, wie einen Backofen: da ſchlief ihr Bäck die ganze Nacht, und am Morgen brannte er, wie eine Feuerflamme.

7. Da wurden ſie alle erhitzt, wie ein Backofen, und fraßen ihre Richter auf: alle ihre Könige fielen dahin, und iſt keiner unter ihnen, der zu mir rufe.

8. Ephraim hat ſich ſelbſt unter die Völker gemiſchet: Ephraim iſt worden, wie ein Kuchen unter der Aſche, den man nicht umwendet.

9. Die Fremden haben ſeine Stärke aufgefreſſen, und er hat es nicht verſtanden: er hat auch graue Haare bekommen, und hat es nicht gewußt.

10. Und der Hochmuth Iſrael wird vor ihrem Angeſichte

℣. 9. *Quaſi fauces virorum latronum particeps ſacerdotum.* Conſilium ſacerdotum Bethel, qui ſe ſceleribus devoverunt. Societas & conſpiratio ſacerdotum, ſitiens ſanguinem & cædes: adjuvans conſilium ſacerdotum Bethel, qui euntes in Jeruſalem latronibus in via poſitis trucidabant. Ex Hieron.

℣. 10. *Contaminatus eſt Iſrael.* Per idololatriam.

℣. 11. *Sed & Juda pone meſſem tibi.* Putas, o Juda, te quiete victurum, & meſſem collecturum tuam, id facies. *Cum convertero captivitatem populi mei.* Cum te reduxero e captivitate Babylonica, non prius; vel fructus quidem terræ recipies poſt reditum tuum. *Pone meſſem tibi.* Te quoque expilabunt Aſſyrii, ab iis aeteris. *Sed & Judas.* Contaminatus eſt. Ex ſept. Interpret.

CAPUT VII.

℣. 1. *Cum ſanare vellem Iſrael, revelata, eſt iniquitas Ephraim.* Factus eſt deterior Iſrael, quo peccatis eorum plura adhibere volui remedia; velut inſtauratis viribus manifeſta & publica facta eſt ejus iniquitas. Volebat Deus ſanare Iſraelem per Jehu; Regis conſiliarii ei perſuaſerunt, ut idololatriam non everteret, ne forte decem tribus redire ad domum David cogitarent: unde idololatria ante repreſſa acrior emerſit. *Et operati ſunt mendacium.* Tam in factis, quam in verbis. Veritas dicitur cum quis id facit, quod debet pro ſtatu ſuo, mendacium contra: idcirco domus Iſrael tam a domeſticis, quam ab externis vexata eſt & direpta. *Operati ſunt mendacium.* Hoc eſt idolum, quod teſte Apoſtolo nihil eſt. Recte enim idolum appellatur mendacium: quoniam ſicut verum opponitur falſo, ita idolum Deo, qui eſt veritas. Denique idolum dicitur nihil vel non ens, non ex parte materiæ aut formæ artificialis ſuperinductæ, ſed quantum ad id, quod eſſe aut ſignificare putatur. Dionyſ.

℣. 2. *Ne forte dicant in cordibus ſuis.* Me veterum peccatorum meminiſſe. *Adinventiones ſuæ.* Quæ impie fecerunt, eos circumſtant, & ultionem exigunt.

℣. 3. *In malitia ſua lætificaverunt regem & -- principes illius malitiæ.* Conſentientes.

℣. 4. *Omnes adulterantes.* Deſerto Deo. *Quaſi clibanus ſuccenſus.* Ardent libidine colendi idola. *Quievit paululum civitas.* In principio regni Jehu. *A commiſtione fermenti.* Dum furtim idololatriam permiſit, & hoc fermento paulatim, omnis populus corruptus eſt. Sicque plus nocuit, quam ſi vi ad deſerendum Deum adegiſſet: quia, ut ait Hieron. *Quidquid neceſſitate fit, cito ſolvitur: quod voluntate arripimus, perſeverat.*

℣. 5. *Dies regis noſtri.* Dies feſtus: vox populi jam decepti. *Illuſoribus.* Rex ipſe junxit ſe cum Dei illuſoribus, quaſi a populo coactus. *Extendit manum ſuam.* Cœpit idola colere; vel libenter facere cœpit, quod ipſi faciebant.

℣. 6. *Applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum.* Promptos ſe præbuerunt ad agendam idololatriam. *Tota nocte dormivit.* Jam ſecurus. *Mane ipſe ſuccenſus.* In eundem furorem inſaniens. Vox, *quia*, ornatus tantum cauſa ponitur, ut ſæpe alias.

℣. 7. *Omnes caleſacti ſunt quaſi clibanus.* Populi inſanientis falſa ſecuritate animatus. *Devoraverunt.* In ejus ſceleris ſocietatem rapuerunt. Qui conſecuti ſunt reges, exemplum Jehu ſecuti ſunt, omnes hoc peſtifero igne arſerunt.

℣. 8. *Ephraim in populis ipſe commiſcebatur*, ſc. cum gentibus, idola colentibus. *Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reverſatur.* Non volvitur, ac propterea aduritur, & conſumitur ab Aſſyriis populus. Vel *non reverſatur.* Non agit pœnitentiam, non mutatur.

℣. 9. *Sed & cani effuſi ſunt in eo.* Adventat illius finis, ſut ſenectus. *Et ipſe ignoravit.* Nec ſenſit excidium imminens.

ſichte gedemüthiget werden: gleichwohl bekehren ſie ſich nicht zum HErrn ihrem GOtt, und ſuchen ihn nicht in allen dieſen Dingen.

II. 11. Und Ephraim iſt worden wie eine verlockte* Taube, die kein Herz hat: ſie riefen Aegypten an, und liefen zu den Aſſyriern. * verführte

12. Und wann ſie werden ausgezogen ſeyn, ſo will ich mein Netz über ſie ausbreiten, und ſie herunterziehen, wie die Vögel des Himmels, und will ſie alſo ſchlagen, wie ſie in ihrer Verſammlung gehöret haben.

13. Wehe ihnen, daß ſie von mir gewichen ſind: ſie ſollen verwüſtet werden, darum, daß ſie wider mich geſündiget haben: ich habe ſie erlöſet, und ſie haben Lügen wider mich geredet.

14. Und ſie riefen nicht von ganzem ihrem Herzen zu mir, ſondern heuleten in ihren Schlafkammern: mit Korn und Wein bekümmerten ſie ſich, und wichen von mir ab.

15. Ich aber unterrichtete ſie, und ſtärkete ihre Arme, und ſie gedachten Böſes wider mich.

16. Sie ſind wieder umgekehret, damit ſie ohne Joch wären, und ſind worden, wie ein falſcher Bogen: ihre Fürſten werden durch das Schwert fallen, wegen ihrer wüthenden Zunge. Das war auch ihr Spotten in Aegyptenland.

Das achte Capitel.

I. Daß fernere Strafe über Samaria, und über die Abgötter, Land und Leuten ergehen werde: 1. II. Daß GOtt ihre Opfer nicht werde annehmen, ſondern ihre Städte verbrennen. 13.

1. Laß deinen Hals eine Poſaune ſeyn: er kömmt, wie ein Adler über das Haus des HErrn: darum, daß ſie meinen Bund gebrochen, und mein Geſetz übertreten haben.

2. Sie werden mich anrufen: Du biſt mein GOtt, wir von Iſrael kennen dich.

3. Iſrael hat das Gute verworfen, darum wird ſie der Feind verfolgen.

4. Sie waren Könige, aber nicht aus mir, ſie waren Fürſten, aber ohne mein Wiſſen: ſie haben ihnen aus ihrem Silber, und aus ihrem Golde Abgötter gemacht, damit ſie zu Grunde giengen:

5. Dein Kalb iſt verworfen, o Samaria! mein Zorn iſt über ſie ergrimmet. Wie lange wird es noch anſtehen, daß ſie mögen gereiniget werden?

6. Denn das Kalb iſt auch aus Iſrael gekommen: ein Werkmeiſter hat es gemacht, und es iſt kein GOtt: und das Kalb in Samaria ſoll zur Spinnengewebe werden.

7. Denn ſie werden Wind ſäen, und Ungewitter einärnten: es iſt kein Halm da, der aufrechts ſtehe: das Gewächs wird kein Mehl geben: und wenn es ſchon geben würde, ſo werden es doch die Fremden freſſen.

facie ejus: nec reverſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his.

II. 11. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor: Ægyptum invocabant, ad Aſſyrios abierunt.

12. Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum, quaſi volucrem cœli detraham eos, cædam eos ſecundum auditionem cœtus eorum.

13. Væ eis, quoniam receſſerunt a me: vaſtabuntur, quia prævaricati ſunt in me: & ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia.

14. Et non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum ruminabant, receſſerunt a me.

15. Et ego erudivi eos, & confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam.

16. Reverſi ſunt, ut eſſent absque jugo, facti ſunt quaſi arcus doloſus: cadent in gladio principes eorum, a furore linguæ ſuæ. Ista ſubſannatio eorum in terra Ægypti.

CAPUT VIII.

I. Samariam prædicit cum vitulo ſuo deſtruendam per Nabuchodonoſor, propter idololatriam: 1. II. Nec ipſorum holocauſta ſuſcipientur: civitates etiam Juda concremabuntur. 13.

1. In gutture tuo ſit tuba: quaſi aquila ſuper domum Domini: pro eo, quod transgreſſi ſunt fœdus meum, & legem meam prævaricati ſunt.

2. Me invocabunt: Deus meus, cognovimus te Iſrael.

3. Projecit Iſrael bonum, inimicus perſequetur eum.

4. Ipſi regnaverunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognovi: argentum ſuum, & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut interirent:

5. Projectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eos. Usquequo non poterunt emundari?

6. Quia ex Iſrael & ipſe eſt: artifex fecit illum, & non eſt Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.

7. Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent: culmus ſtans non eſt in eo: germen non faciet farinam: quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.

℣. 11. *Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.* Intelligentiam; ſed plane ſtultus.

℣. 12. *Cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum.* Cum profecti fuerint ad Ægyptios, adducam Aſſyrios, qui eos capient. Ita factum legimus 1. Reg. 17. Sed cum hæc quæſierint auxilia. *Cædam eos.* Ut minatus ſum per Moyſen & Prophetas.

℣. 14. *Sed ululabant in cubilibus ſuis.* Cum eſſent in miſeriis, non clamabant ad me, ſed mœſti in cubilibus ſuis ejulabant. De cibis tantum ſoliciti; vel ex Hieron. præ ubertate tritici & vini, quæ collegerant, rebellaverunt.

℣. 15. *Ego erudivi eos.* Nunc caſtigans nunc eos defendens; ſed ipſi in ſua pravitate manent obſtinati.

℣. 16. *Reverſi ſunt, ut eſſent absque jugo.* Hieron. Reverſi ſunt in priſtinum ſtatum, ut in præcipitia ruerent, quaſi legem non haberent. *Facti ſunt quaſi arcus doloſus.* Qui alio ſagittam emittit, quam in deſtinatum ſcopum. Erant Ægyptiis in deriſum: vel idipſum faciebant, cum erant in Ægypto, idolis honorem mihi debitum tribuebant. *Principes.* Qui populum deceperunt. 70. *Propter imperitiam linguæ ſuæ.* Quod vitulos aureos deos ſuos appellaverint.

CAPUT VIII.

℣. 1. *In gutture tuo ſit tuba.* Proclama, imminet Aſſyrius, quaſi aquila ad prædam advolans. *Super domum Domini.* Ad Judam vaticinatur, ut ad Iſraelem, mox ad Iſraelem reverſurus.

℣. 4. *Ipſi regnaverunt, & non ex me.* In principe legitimo duo ſunt, poteſtas, & uſus poteſtatis; illa a Deo eſt: *Non eſt enim poteſtas niſi a Deo.* Rom. 13. *Si bonus ſit uſus poteſtatis.* Erit itidem a Deo; ſecus, ſi malus fuerit. Vel me inconſulto a domo Davidis receſſerunt. Ahias Propheta miſſus quidem eſt ad Jeroboam, ſed non ad populum: ſcindi regnum non tam voluit Deus, quam permiſit. *Regnaverunt.* Pro regnare cœperunt; vel etiam Jeroboam & Jehu regnaverunt juſſu Dei, ſed non ſecundum ejus voluntatem: & ex ambitione populus his parum rebellionis ſpiritu actus. *Principes extiterunt, & non cognovi.* Eos reprobavi: quia me ut Deum ſuum non agnoverunt. Idque adhuc clarius eſt de principibus, qui tempore Oſee, ut Sellum, Manahem, Phacee, ſolium Iſraelis invaſerunt. *Et ego non cognovi.* Non approbavi invaſionem Sellum, Manahem, Phacee, qui Oſee ætate regnum uſurparunt.

℣. 5. *Projectus eſt vitulus tuus.* Samaria, te & idola tua projecit Deus. *Iratus eſt furor meus in eis.* In eos. *Usquequo?* Quamdiu erunt in ſordibus ſuis?

℣. 6. *Quia ex Iſrael & ipſe eſt.* Inventus ab Iſraelitis vitulus: ſic diſſolvetur, ut aranearum telæ.

℣. 7. *Quia ventum ſeminabunt.* Qui grana disjicit. *Et turbinem metent.* In tempeſtate metent. Inani labore ſe exercent, turbinem, ſeu calamitatem colligent.

8. Devoratus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum.

9. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi: Ephraim munera dederunt amatoribus.

10. Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quieſcent pauliſper ab onere regis, & principum.

11. Quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum: factæ ſunt ei aræ in delictum.

12. **Scribam ei multiplices leges meas,** quæ velut alienæ computatæ ſunt.

II. 13. Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum: ipſi in Ægyptum convertentur.

14. Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificavit delubra: & Judas multiplicavit urbes munitas: & mittam ignem in civitates ejus,
4. *Reg.* 25. & devorabit ædes illius *a*.

CAPUT IX.

I. Dominus populo Iſrael famem & captivitatem immittet. 1. *II. Nec placabitur eorum ſacrificiis, quia in peccatis perſeverant.* 4.

1. Noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es a Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.

2. Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis.

3. Non habitabunt in terra Domini: reverſus eſt Ephraim in Ægyptum, & in Aſſyriis pollutum comedit.

II. 4. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium: omnes, qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipſorum: non intrabit in domum Domini.

5. Quid facietis in die ſolemni, in die feſtivitatis Domini?

6. Ecce enim, profecti ſunt a vaſtitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos: deſiderabile argentum eorum urtica hereditabit, lappa in tabernaculis eorum.

7. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis: ſcitote Iſrael ſtultum prophe-

8. Iſrael iſt aufgefreſſen: er iſt jetzt unter den Heyden worden wie ein unreines Gefäß.

9. Denn ſie ſind zu Aſſur hinaufgezogen, wie ein Waldeſel, der für ſich allein iſt: die von Ephraim haben ihren Buhlern Geſchenke gegeben.

10. Und weil ſie die Völker um Lohn gedinget haben, ſo will ich ſie jetzt zuſammenbringen: und ſie werden von der Laſt des Königs, und der Fürſten ein wenig Ruhe haben.

11. Und dieweil Ephraim viele Altäre gemacht hat zu ſündigen: ſo ſind ihm auch dieſelbigen Altäre zur Uebertrettung gerathen.

12. Ich will ihm meine vielfältigen Satzungen ſchreiben, die man doch hält, als wenn ſie fremd wären.

II. 13. Sie werden Opfer opfern, und Fleiſch ſchlachten, und eſſen, und der HErr wird es nicht annehmen: jetzt wird er an ihre Miſſethat gedenken, und ihre Sünde heimſuchen: aber ſie werden ſich in Aegypten wenden.

14. Und Iſrael hat ſeines Schöpfers vergeſſen, und abgöttiſche Tempel gebauet: ſo macht Judas viele veſte Städte: aber ich will Feuer in ſeine Städte ſchicken, das ſoll ſeine Häuſer verzehren.

Das neunte Capitel.

1. Von künftiger Verwerfung, Verarmung, und Zerſtörung des jüdiſchen Volks. 1. II. Ihre Opfer werden GOtt nimmer gefallen, weil ſie verharren in Sünden. 4.

1. Freue dich nicht Iſrael, und frohlocke nicht wie die Völker: denn du haſt dich durch Hurerey von deinem GOtt abgewendet, und haſt den Lohn lieber gehabt, dann alle Waizentennen.

2. Die Tenne und Kälter werden ſie nicht ernähren, und der Wein wird ihnen nicht gerathen.

3. Sie werden auch im Lande des HErrn nicht wohnen: Ephraim hat ſich wieder in Aegypten begeben, und hat in Aſſyrien unreine Speiſe gegeſſen.

II. 4. Sie werden dem HErrn keinen Wein opfern, noch ihm wohlgefallen: ihre Opfer werden ſeyn, wie das Brod der Traurigen: alle, die es eſſen, ſollen unrein werden: denn ihr Brod iſt für ihre Seele: es wird in das Haus des HErrn nicht kommen.

5. Was wollet ihr am hohen Feſte thun, am Feſttage des HErrn?

6. Denn ſiehe, ſie ſind wegen der Verwüſtung hinweggezogen: Aegyptenland wird ſie ſammeln, und Memphis wird ſie begraben: Neſſeln werden wachſen, da ihr ſchönes Silber war, und Kletten in ihren Hütten.

7. Die Tage der Heimſuchung ſind gekommen, die Tage der Wiedergeltung ſind gekommen: wiſſet ihr von

Iſrael,

℣. 8. *Devoratus eſt Iſrael.* Qui erat vas gloriæ. *Nunc factus eſt quaſi vas immundum.* Quaſi matula: abſorptus eſt Iſrael miſtus idolis, & proprium Iſraelis nomen amiſit.

℣. 9. *Quia ipſa aſcenderunt ad Aſſur.* Manahem mille talenta ſolvit in tributum Regi Aſſyriorum 4. Reg. 15. *Aſcenderunt ad Aſſur.* Aſcendent captivi. Onager, qui jugum legis divinæ pridem excuſſit, ſolus derelictus eſt.

℣. 10. *Quieſcent pauliſper ab onere regis.* Per aliquod temporis ſpatium ceſſabunt tributum ſolvere; aut potius captivi ducentur in Aſſyriam. Eximam vos ad tempus tributis, quæ regibus veſtris ſolvitis: nam in captivitatem vos mittam.

℣. 11. *Quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum.* Apud Aſſyrios aras multas offendent, quibus immolare compellentur.

℣. 12. *Scribam ei multiplices leges meas.* Per Prophetas terrendo, quæ leges velut alienæ, & nihil ad eos ſpectantes, computatæ ſunt ab Iſraelitis.

℣. 13. *Hoſtias offerrent - Dominus non ſuſcipiet eas.* Ut gratas: quia, ut ait Hieron. *Non Deo, ſed ſuo ventri immolaverunt. Ipſi in Ægyptum convertentur.* Multi ex decem tribubus fugerunt in Ægyptum, non vitam, ſed ſepulchrum invenientes, ut patet ex cap. ſeq. Tropologice peccator contra offenſum Deum fruſtra quærit auxilia ex creaturis: quia potius erunt ipſi in ruinam.

℣. 14. *Et Judas multiplicavit urbes munitas.* In his ſpem ſuam poſuit, non in Deo. *Et mittam ignem in civitates ejus.* Quod factum eſt a Sennacherib, ſola Jeruſalem ſalva. Vel *in civitates ejus*, Iſraelis, *& devorabit ædes illius*, Judæ. Nam in Hebr. *Iſrael* in maſculino, *Judas* in fœminino pro terra Judæ poni ſolet. *Civitates ejus.* Maſculino uſus eſt pronomine fœmineo, *ædes illius.*

CAPUT IX.

℣. 1. *Noli lætari Iſrael.* Non enim amplius populus es, ſed mancipium. Ubicumque erat ſpes lucri, colebas idola aliarum nationum; ad omnes areas frumenti copiam te habiturum pro mercede idololatriæ ſperabas. *Dilexiſti mercedem.* Meretriciam ab idolis.

℣. 2. *Area & torcular non paſcet eos.* Maxima erit ſterilitas. Fruſtra ſperaſti fore, ut proſtitutio tua idolis, magna tritici copia muneraretur.

℣. 3. *Non habitabunt in terra Domini.* Non ſolum fame affligentur in terra ſibi a Deo data, ſed & ab ipſa captivabuntur. *Reverſus eſt Ephraim.* Quia corde & ritu colendi idola reverſus eſt in Ægyptum, & cibos in lege vetitos comedit *in Aſſyriis.*

℣. 4. *Non libabunt Domino vinum.* Tanta erit ſterilitas, ut ne vinum quidem habeant, quod in ſacrificiis libent. *Lugentium.* Qui comedi ſolet & in exequiis; vix enim ſuſtentandæ vitæ ſufficit. *Contaminabuntur.* In quacumque domo erat cadaver, polluebantur, qui in ea domo erant. *Panis eorum animæ ipſorum.* i. ventri & gulæ offerunt.

℣. 5. *Quid facietis in die ſolemni.* i. Paſchatis.

℣. 6. *Ægyptus congregabit eos.* i. ſepeliet. *Memphis* eſt urbs Ægypti, nunc dicitur Cairum. *Hæreditabit.* In dirutis ædibus antea ſplendidis. *Lappa.* Herbæ aculeatæ. 70. *Spinæ.* Lappa eſt planta, quæ veſtibus tenaciter adhæret.

℣. 7. *Scitote Iſrael ſtultum prophetam.* q. d. inſani prophetæ veſtri, vel inſano ſpiritu acti: cognoſcent omnes Iſrael fuiſſe ſtultum prophetam, qui ſibi proſpera ſemper pollicebatur.

Iſrael, daß die Propheten närriſch ſind, und die verzuckten Männer unſinnig um deiner großen Bosheit, und deiner vielfältigen Thorheit willen.

8. Der Wächter in Ephraim war etwan mit meinem GOtt: der Prophet iſt ihm ein Fallſtrick geworden auf allen ſeinen Wegen, im Hauſe ſeines GOttes iſt ein unſinnig Weſen.

9. Sie ſind gar tief in Sünden gefallen, wie in den Tagen Gabaa: er wird an ihre Bosheit gedenken, und ihre Sünden heimſuchen.

10. Ich habe Iſrael gefunden, wie Trauben in der Wüſte: und habe ihre Väter geſehen, wie die frühzeitigen Feigen oben auf dem Feigenbaume: aber ſie ſind zum Beelphegor hineingegangen, und haben ſich mit Schanden abgewendet, und ſind eben ſo abſcheulich geworden, als die Dinge, die ſie geliebet haben.

11. Ephraim iſt wie ein Vogel davon geflogen, ihre Ehre war von der Geburt, und von Mutterleibe, und von der Empfängniß.

12. Wenn ſie auch ſchon ihre Kinder werden auferzogen haben, ſo will ich doch machen, daß ſie unter den Leuten ohne Kinder ſeyn ſollen: aber wehe ihnen, wann ich von ihnen werde abgewichen ſeyn.

13. Da ich Epraim anſah, ſtund er wohl gegründet in ſeiner Schöne, wie Tyrus: aber Ephraim wird ſeine Kinder zum Todtſchläger herausführen.

14. Gieb ihnen, o HErr! Aber was willſt du ihnen geben? Gieb ihnen einen unfruchtbaren Leib, und dürre Brüſte.

15. Alle ihre Bosheit wird zu Galgal getrieben, denn daſelbſt bin ich ihnen feind geworden: um der Bosheit willen ihrer Fünden * will ich ſie aus meinem Hauſe verſtoßen: ich will ſie auch nicht mehr lieb haben, denn alle ihre Fürſten ſind abgewichen. * Erfindung

16. Ephraim iſt geſchlagen, ihre Wurzel iſt verdorret: ſie werden keineswegs mehr Frucht tragen. Und wenn ſie ſchon gebähren würden, ſo will ich doch die allerliebſte Frucht ihres Leibes tödten.

17. Mein GOtt wird ſie verwerfen, dieweil ſie ihn nicht gehöret haben: und ſie ſollen unſtät ſeyn unter den Heyden.

Das zehnte Capitel.

I. Weitere Bedrohung, ſo an den Abgöttern, Iſraeliten, und dero Regenten ſoll vollbracht werden: 1. II. Weil ſie alle Ermahnung zur Buße und Gerechtigkeit verwerfen. 12.

1. Iſrael iſt ein laubreicher Weinſtock, ſeine Frucht iſt ihm gleich geworden: nach der Menge ſeiner Früchten hat er ſeine Altäre gemehret, und nach der Fruchtbarkeit ſeines Landes hat er auch viele Götzenbilder gemacht.

2. Ihr Herz iſt zertheilet, jetzt werden ſie untergehen: er wird ihre Götzenbilder zerbrechen, und ihre Altäre verwüſten.

3. Denn ſie werden nun ſagen: Wir haben keinen Kö-

tam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ.

8. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias ejus, inſania in domo Dei ejus.

9. Profunde *a* peccaverunt, ſicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum. *a Jud.* 19. 25.

10. Quaſi uvas in deſerto inveni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine ejus, vidi patres eorum: ipſi autem intraverunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt.

11. Ephraim quaſi avis avolavit, gloria eorum a partu, & ab utero, & a conceptu.

12. Quod & ſi enutrierint filios ſuos, absque liberis eos faciam in hominibus: ſed & væ eis, cum receſſero ab eis.

13. Ephraim ut vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios ſuos.

14. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vulvam ſine liberis, & ubera arentia.

15. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos: non addam, ut diligam eos, omnes principes eorum recedentes.

16. Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exſiccata eſt: fructum nequaquam facient. Quod & ſi genuerint, interficiam amantiſſima uteri eorum.

17. Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

CAPUT X.

I. Propter idololatriam Iſrael tradetur Aſſyriis: 1. *II. Quia a Domino revocati ad juſtitiam, pergunt ſequi vias ſuas, urbes eorum munitæ vaſtabuntur.* 12.

1. Vitis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſecundum multitudinem fructus ſui multiplicavit altaria, juxta ubertatem terræ ſuæ exuberavit ſimulacris.

2. Diviſum eſt cor eorum, nunc interibunt: ipſe confringet ſimulacra eorum, depopulabitur aras eorum.

3. Quia nunc dicent: Non eſt rex nobis:

non

---

†. 8. *Speculator Ephraim cum Deo meo.* Debuerat ſecundum Deum prophetare. *Dei ejus.* Quod vitulum colant, quo nihil ſtultius.

†. 9. *Profunde peccaverunt.* Ex intima malitia. *Sicut in diebus Gabaa.* Cum Levitæ uxorem violarunt, vel ex Hieron. cum regem poſtularunt.

†. 10. *Quaſi uvas in deſerto, inveni Iſrael.* Uvæ in deſerto ſunt gratiſſimæ: at filii eorum Beelphegor coluerunt, ut turpiſſima idola ab iis amata.

†. 11. *Ephraim quaſi avis avolavit* &c. Verborum tranſpoſitio ſic diſponenda: Gloria Ephraim, ſeu multitudo hominum, quaſi avis avolavit a nido; eum deſeruit, ubi in lucem editi ſunt filii. *Et a conceptu.* Antequam in utero formarentur, propter ſterilitatem.

†. 12. *Abſque liberis eos faciam.* Si forte omnes ejus filii non ſtatim ab ortu extincti fuerint, in flore ætatis eos occidam inter homines. 70. & Theodotio: *Caro mea ex eis.* Adeo ut Hebraici codices variaverint. Væ eis, cum eos omnino deſeruero, & in acerbam tradidero captivitatem.

†. 13. *Ephraim, ut vidi, Tyrus erat.* Sic meo vallatus auxilio, ut Tyrus mari, vel rebus omnibus abundabat.

†. 14. *Da eis Domine.* i. dabis eis. Prophetice: Mulieres non concipient: quod ſi conceperint, infantes lactis inopia morientur. *Da eis vulvam ſine liberis.* Mulieres fac potius ſteriles, quam ut liberorum necem ſuis aſpiciant oculis.

†. 15. *Omnes nequitiæ eorum in Galgal.* Ibi regem Saulem confirmarunt; ibi Saul primum peccavit, cum Samuelem, ut juſſus erat, non expectavit; ibi Iſraelitæ cultu idolorum impietatem ſuam profeſſi ſunt: antiquiſſima eſt eorum impietas.

CAPUT X.

†. 1. *Vitis frondoſa Iſrael.* Hebr. *Vitis vacua Iſrael, fructum ponet ſibi.* Tota ſe in frondes effundens. *Fructus.* Nullum verum ſolidum tulit. *Secundum multitudinem fructus ſui.* Quanto magis populis & opibus abundavit. *Multiplicavit altaria.* Idolorum.

†. 2. *Diviſum eſt cor eorum.* Alii alia idola colunt; vel a me eſt omnino ſeparatum.

†. 3. *Dicent: Non eſt rex nobis.* Ab hoſtibus cincti dicent, a Deo ſumus deſtituti, quomodo rex opitu- poteſt?

non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis?

4. Loquimini verba viſionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quaſi amaritudo judicium ſuper ſulcos agri.

5. Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit ſuper eum populus ejus, & æditui ejus ſuper eum exultaverunt in gloria ejus, quia migravit ab eo.

6. Siquidem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi ultori: confuſio Ephraim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua.

7. Tranſire fecit Samaria regem ſuum quaſi ſpumam ſuper faciem aquæ.

8. Et diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſrael: lappa, & tribulus aſcendet ſuper aras eorum: & dicent montibus: Operite *a* nos; & collibus: Cadite ſuper nos.

a Iſa. 2.19. *Luc.* 23.30. *Apoc.* 6. 16.

9. Ex *b* diebus Gabaa, peccavit Iſrael, ibi ſteterunt: non comprehendet eos in Gabaa prælium ſuper filios iniquitatis.

*b Jud.*20. 1.

10. Juxta deſiderium meum corripiam eos: congregabuntur ſuper eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates ſuas.

11. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſivi ſuper pulchritudinem colli ejus: aſcendam ſuper Ephraim, arabit Judas, confringet ſibi ſulcos Jacob.

*c Jer.*4.3. II. 12. Seminate *c* vobis in juſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innovate vobis novale: tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos juſtitiam.

13. Araſtis impietatem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacii: quia confiſus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum.

14. Conſurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vaſtabuntur, ſicut *d Jud.*8. 11. vaſtatus eſt *d* Salmana a domo ejus, qui judicavit Baal in die prælii, matre ſuper filios alliſa.

15. Sic fecit vobis Bethel, a facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.

nig: denn wir fürchten den HErrn nicht: und was ſoll uns der König thun?

4. Ihr redet Worte von einem unnützen Geſichte, auch werdet ihr einen Bund aufrichten: und das Gericht wird grünen in den Furchen des Landes, wie ein bitter Gewächſe.

5. Die Inwohner zu Samaria haben die Kälber zu Bethaven geehret: denn ſein Volk hat Leid über das Kalb getragen, darüber etwa ſeine Prieſter frohlockten in ſeiner Herrlichkeit, die von ihm gewichen iſt.

6. Das Kalb ſelbſt iſt in Aſſyrien geführet, zum Geſchenke dem rachnehmenden Könige: alſo wird Ephraim mit Schmach befangen, und Iſrael wird mit ſeinem Willen in Schanden ſtehen.

7. Samaria hat gemacht, daß ihr König dahingegangen iſt, wie der Schaum oben auf dem Waſſer.

8. Und die Höhen des Abgotts ſollen zerſtöret werden, damit Iſrael Sünde begangen hat: Kletten und Diſteln werden auf ihren Altären wachſen: und ſie werden zu den Bergen ſagen: Bedecket uns; und zu den Bühein: Fallet über uns.

9. Iſrael hat geſündiget von den Tagen Gabaa her, da ſind ſie geſtanden: aber der Streit zu Gabaa, der über die böſen Kinder ergangen iſt, wird ſie nicht treffen.

10. Ich will ſie züchtigen nach meinem Wohlgefallen: Völker werden ſich über ſie verſammeln, wann ſie ihrer zwo Sünden halben werden geſtrafet werden.

11. Ephraim iſt ein Kalb, das wohl gewöhnet iſt, und Luſt hat zu dreſchen, und ich bin ihm über ſeinen ſchönen Hals gefahren: auf Ephraim will ich kommen, Judas wird pflügen, und Jacob wird ihm die Furchen durchegen*. * brechen

II. 12. Säet euch in Gerechtigkeit, und ärntet ein nach Barmherzigkeit, bauet euch um ein neues Feld: es iſt aber die Zeit, den HErrn zu ſuchen, wann der kömmt, der euch Gerechtigkeit lehren wird.

13. Ihr habt ein gottloſes Weſen geackert, habt Bosheit eingeſammelt, und Früchten der Lügen gegeſſen: dieweil du auf deine Wege, und auf den Haufen deiner Starken vertrauet haſt.

14. Es wird ſich ein Aufruhr unter deinem Volke erheben: alle deine Veſtungen ſollen zerſtöret werden, wie Salmana iſt zerſtöret worden, von dem Hauſe desjenigen, der am Tage des Streits den Baal richtet, da die Mutter über die Kinder zerſtoßen* ward. * zerknirſchet

15. Alſo hat euch Bethel gethan, um eurer Bosheit, und Schalkheit willen.

℣. 4. *Loquimini verba viſionis inutilis.* Falſas prophetarum viſiones; ſecus eveniet, quam ipſi vaticinati ſunt. *Et germinabit.* Sic in Iſrael ſupplicia germinabunt, & mores ad malum compoſiti, tamquam ſuci herbas inutiles proferent.

℣. 5. *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ.* Vitulos vaccas vocat per irriſionem. *Bethaven.* i. e. locus iniquitatis. *Luxit ſuper eum.* Super vitulum, qui ab Aſſyriis abducetur. Luxerunt cuſtodes, ſeu æditui, antea exultabant, cum vitulus ab omnibus coleretur.

℣. 6. *Et ipſe in Aſſur delatus eſt.* Hunc vitulum aureum rex Iſrael miſerat ad Phul regem Aſſyriorum. *Regi ultori.* Cujus protectionem ambiebat, vel quo utetur Deus in ultionem.

℣. 8. *Et diſperdentur excelſa idoli, peccatum Iſrael.* Excelſa loca, in quibus peccabat.

℣. 9. *Ex diebus Gabaa peccavit Iſrael.* Peccare non deſiit præcipue, cum Micham, qui domi habebat idola, non punivit, Deum irritavit. *Prælium.* Non ejusmodi prælium futurum eſt, quale olim fuit Judicum temporibus in Gabaa: cives prius vicerunt, quam vincerentur: ſed Aſſyriis nullo modo reſiſtent.

℣. 10. *Corripientur propter duas iniquitates ſuas.* Propter vitulos aureos in duobus locis conſtitutos, aut propter idololatriam cum morum corruptione conjunctam.

℣. 11. *Ephraim vitula docta diligere trituram.* Vitulæ alliciuntur ad trituræ laborem præ pabulo, quod triturantes ſpicas vellant. Sic Iſraelitæ ultro colunt idola, quod inde ſperent ditari poſſe. *Tranſivi.* Jugo preſſi robuſtum collum ejus, ſuperbum domui. 12. *Domabo.* Hieron. *Tranſibo.* Quæ vox ſemper plagas & adverſa ſignificat. *Arabit Judas.* Qui captivitatem Iſraelis videns ad me converteretur. Trituram vocat cultum idolorum ob præſentem quæſtum. Regnante Ezechia, duæ tribus idola reliquerunt. *Confringet.* Multi ex Iſraele hortante Ezechia venerunt Jeruſalem. 2. Paral. 30. & 31. Glebas ſulcorum comminuet, ut terra emollita recipiat ſemen ejus.

℣. 12. *Seminate vobis in juſtitia.* Ad juſtitiam. *In ore miſericordiæ.* i. e. largiſſime, ſeu in miſericordia. Hebraiſmus: *Novale.* Spinis evulſis, & fractis glebis. Novale eſt ager nunc primum proſciſſus. *Tempus.* Donec venerit Chriſtus Dominus, ne ſemen divinum in terra petroſa, & in duro corde recipiatis. Vox illa, *Tempus*, & Hebraice & Græce apud 70. ſemper ſignificat opportunitatem. Videte, ne occaſionem illam elabi ſinatis. Tranſit a præſentibus ad futura, nempe ad Chriſtum more Prophetarum.

℣. 13. *Iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mendacii.* ſc. iniquitatis, vel frugem mentientem. Mentitæ ſunt vobis fruges.

℣. 14. *Conſurget tumultus*, hoſtilis exercitus, *in populo tuo - ſicut vaſtatus eſt Salmana.* Rex Madianitarum a Gedeone, qui deſtruxit Baal. Recentiores aliter vertunt ex Hebr. ſecundum quod vaſtavit Salmana domum Arbel; ſeu is Salmana ut Salmanaſar, ſeu quis alius Prophetæ temporibus notiſſimus, qui Arbel locum munitiſſimum expugnavit. Verſio tamen 70. non aliena eſt a noſtra: ſicut princeps Salmana de domo Jerobaal in diebus Gedeonis matrem ſuper filios alliſit: cum ſcilicet Iſraelitæ idola colerent; vel potius Salmana hæc paſſus eſt Gedeone vincente: nam verſio noſtra habet: Sicut vaſtatus eſt Salmana.

℣. 15. *Sic fecit vobis Bethel a facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.* Propter malitiam veſtram.

Das eilfte Capitel.

I. Dem Volke Israel wird wegen seiner Undankbarkeit das Gefängniß angekündiget: 1. II. Doch wird etlichen die Wiederkunft in das Vaterland, mit dem Geschlechte Juda, geweißaget. 1.

1. Wie die Morgenröthe vorübergehet, also ist der König Israel dahingegangen. Denn da Israel ein Kind war, da habe ich ihn lieb gehabt: und habe meinen Sohn aus Aegypten berufen.

2. Sie riefen ihn, da giengen sie hinweg von ihrem Angesichte: sie opferten Baalim, und gaben Rauchopfer den Götzenbildern.

3. Und ich war ein Ernährer Ephraim, ich trug sie auf meinen Armen: und sie erkannten nicht, daß ich Sorge für sie trug.

4. Ich will sie mit Adamsseilen ziehen, und mit den Bändern der Liebe: und will ihnen seyn, als einer, der ihnen das Joch am Halse erleichtert: und will ihm Speise zufügen, daß er zu essen habe.

5. Er soll nicht wieder in Aegyptenland ziehen, doch ist Assur sein König geworden: darum, daß sie sich nicht bekehren wollten.

6. Das Schwert hat angefangen in seinen Städten: und es wird seine Auserwählten verzehren, und ihre Häupter fressen.

7. Und mein Volk wird auf meine Wiederkunft warten: man wird ihnen aber allen zugleich ein Joch auflegen, das nicht soll hinweggenommen werden.

II. 8. Wie soll ich dich übergeben, o Ephraim? soll ich dich auch beschirmen, o Israel? wie soll ich dich hingeben, wie Adama, und dich machen, wie Seboim? mein Herz hat sich in mir umgewendet, und bin zugleich bewegt, daß es mich gereuet.

9. Ich will nicht thun nach dem Grimme meines Zornes: ich will mich nicht bekehren, Ephraim zu vertilgen: denn ich bin GOtt, und nicht ein Mensch: ich bin der Heilige mitten in dir, und will nicht in die Stadt kommen.

10. Sie werden nach dem HErrn wandeln, und er wird brüllen, wie ein Löwe: denn er wird selbst brüllen, und die Kinder des Meeres werden sich fürchten.

11. Und sie werden wie ein Vogel aus Aegypten davon fliegen, und wie eine Taube aus dem Lande der Assyrier: und ich will sie in ihre Häuser setzen, spricht der HErr.

12. Ephraim hat mich mit Läugnen umgeben, und das

CAPUT XI.

I. Dominus diligens populum Israel, ob illius scelera tradet eum Assyrio. 1. *II. Ex misericordia revocet eos, ut serviant sibi, unacum gentibus ad Deum conversis.* 8.

1. Sicut mane transiit, pertransiit rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eum: & *a* ex Ægypto vocavi filium meum. *a Matth. 2. 15.*

2. Vocaverunt eos, sic abierunt a facie eorum: Baalim immolabant, & simulacris sacrificabant *b*. *b Num. 25. 1. Ex. 32. 4.*

3. Et ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt, quod curarem eos.

4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans jugum super maxillas eorum: & declinavi ad eum, ut vesceretur.

5. Non revertetur in terram Ægypti, & Assur ipse rex ejus: quoniam noluerunt converti.

6. Cœpit gladius in civitatibus ejus: & consumet electos ejus, & comedet capita eorum.

7. Et populus meus pendebit ad reditum meum: jugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur.

II. 8. Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israel? *c* quomodo dabo te sicut Adama, ponam te, ut Seboim? conversum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. *c Gen. 19. 24.*

9. Non faciam furorem iræ meæ: non convertar, ut disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui Sanctus, & non ingrediar civitatem.

10. Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filii maris.

11. Et volabunt quasi avis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus.

12. Circumdedit me in negatione Ephraim, &

CAPUT XI.

℣. 1. *Sicut mane transiit, pertransiit rex Israel.* Osee ultimus Israelis rex, quem Salmanasar statim abducet in Assyriam. Quare hoc de regibus decem tribuum dicitur, qui regnum amittere meruerunt. *Quia puer Israel.* Cum adhuc exiguus esset populus Israel, quando descendit in Ægyptum, tum dilexi eum, & tamquam filium vocavi ex Ægypto. Particula, *quia* plerumque ornatus causa ponitur ab Hebræis, nec est causalis. Quod gestum fuerat in typo, adhuc implendum erat in rei significatæ manifestatione. Unde Matth. cap. 2. citat hunc locum tamquam vaticinium fugæ Christi in Ægyptum, & reversionis ejus: ac frustra calumniatur hunc locum Julianus Imperator: nam quæ præcesserunt in aliis secundum historiam, implentur in Christo & in Ecclesia secundum allegoriam. Igitur is est allegoricus sensus, quem non proxime efficiunt verba, sed res illæ, quas verba significant. Eductio populi Israel ex Ægypto significabat puerum Jesum ex Ægypto revocandum. Allegoricum sensum præcipue quærebat Spiritus Sanctus uti in iis verbis: *Os ejus non confringetis.* Unde hæc Prophetia omnino est impleta, cum Christus rediit ex Ægypto. Populus Israel filius Dei primogenitus appellatur Exod. 4. & figura est veri filii Dei sub ea ratione.

℣. 4. *In funiculis Adam.* i. hominis, quibus solent homines ligari. Vox *Adam* est communis, non propria. *Funiculis.* Omnibus beneficiis, quibus alliciuntur homines; præteritum pro futuro. *Et ero quasi exaltans jugum.* Quod maxillas lædebat: humeris jugo imposito, & ori per funem illigato, qui funis detrahebatur, cum boves pascebantur. *Et declinavi.* Inclinavi me & demisi, ut pascerentur.

℣. 5. *Non revertetur in terram Ægypti.* Non serviet iterum Ægyptiis, sed Assyriis.

℣. 6. *Cœpit gladius in civitatibus ejus.* Incipiet bellum, vel gladius hostilis hos subjiciet. *Et consumet electos ejus.* Prudentiores & primates. Vel de bellis civilibus loquitur.

℣. 7. *Et populus meus pendebit.* i. hærebit, an rediturus sit, Prophetis adhortantibus. Expectabit, ut eos liberem; sero aget pœnitentiam.

℣. 8. *Protegam te Israel.* Videtur quasi justitia Dei vindex pugnare cum ejus amore & misericordia; protegamne te adeo rebellem? Non sinunt tam horrenda tua crimina. *An dabo te sicut Adamam & Seboim.* Urbes Pentapoleos? Paternus amor obstat. *Conversum est in me cor meum.* Et immutatum, & quasi pœnitens conturbor: mutabo sententiam, si mores mutaveris; vel etiam, an mutabo sententiam more hominum, cum eos pœnitet?

℣. 9. *Non faciam furorem iræ meæ.* Non disperdam. *Et non homo.* Qui iræ furore abripitur. *Civitatem.* Samariæ, ut eam destruam. Homo punit, ut perdat, Deus autem percutit, ut emendet. Hieron. Vel non omnino delebo. Non perdam vos, ut decreveram. *Discant hinc,* ait S. Ambros. serm. de obitu Theodosii, *qui probrosi ducunt offensas remittere, de reconciliatione offensum interpellare, injurarum obliscisci: dicant pusilli hoc & arcti animi esse, suique impotentis: at amplii, generosi, imo divini animi esse, injurias ultro remittere, ad pacem provocare, beneficiis malefacta compensare.*

℣. 10. *Post Dominum ambulabunt.* Nonnulli ex iis; vel potius veram iis pollicetur libertatem per Evangelii prædicationem. *Quasi leo rugiet.* Propheticus & genuinus is videtur sensus: Christus patietur ut agnus, resurget ut leo, rugitu suo orbem terrarum per Apostolos, & Spiritus sui ignem perterruit. *Et formidabunt filii maris.* Qui remotissimas insulas habitant, ad hos Evangelium perveniet; iique regnum Domini concussi convertentur ad fidem.

℣. 11. *Et avolabunt quasi avis.* Israelitæ e terris gentilium advolabunt in Ecclesiam.

℣. 12. *Circumdedit me in negatione Ephraim.* Israel voluit me seducere falsis promissis. *Defendit cum Deo.* Quod fidelis Deo adhæreat, adhuc regnabit; & veritatem ipse sub Ezechia rege, testimonio & fide sua confirmabit. *Testis descendit.* Parcam Judæ, ut adhuc dominetur; sic vertunt ex Hebræo Chaldæus & Pagninus.

& in dolo domus Iſrael: Judas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis.

CAPUT XII.

I. Prophetæ Iſraeli, & Juda beneficia exprobrat, & pacem offert: 1.
II. Obſtinatis Deus ipſe comminatur. 14.

1. Ephraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota die mendacium, & vaſtitatem multiplicat: & fœdus cum Aſſyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat.

2. Judicium ergo Domini cum Juda, & viſitatio ſuper Jacob: juxta vias ejus, & juxta adinventiones ejus reddet ei.

a Gen.25.25. & 32.24. 3. In *a* utero ſupplantavit fratrem ſuum: & in fortitudine ſua directus eſt cum angelo.

4. Et invaluit ad angelum, & confortatus eſt: flevit, & rogavit eum: in Bethel invenit eum, & ibi locutus eſt nobiscum.

5. Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale ejus.

6. Et tu ad Deum tuum converteris: miſericordiam, & judicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper.

7. Chanaan, in manu ejus ſtatera doloſa, calumniam dilexit.

8. Et dixit Ephraim: Verumtamen dives effectus ſum, inveni idolum mihi: omnes labores mei non invenient mihi iniquitatem, quam peccavi.

9. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtivitatis.

10. Et locutus ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum.

11. Si Galaad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quaſi acervi ſuper ſulcos agri.

b Gen.28.5. 12. Fugit *b* Jacob in regionem Syriæ, & ſervivit Iſrael in uxorem: & in uxorem ſervavit.

c Exod.14. 21. & 22. 13. In *c* propheta autem eduxit Dominus Iſrael de Ægypto: & in propheta ſervatus eſt.

II. 14. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis ejus ſuper eum veniet, & opprobrium ejus reſtituet ei Dominus ſuus.

CAPUT XIII.

I. Dominus oſtendit abominationes Iſrael, & ſe ſolum eſſe Deum liberatorem, ſed ob ingratitudinem eos manere gravem vindictam: 1. *II. Quamvis velit eos per Chriſtum de morte, & inferno liberare.* 14.

Haus Iſrael mit Betrug: aber Judas iſt ein Zeuge, er hat ſich mit GOtt eingelaſſen, und iſt mit den Heiligen getreu.

Das zwölfte Capitel.

I. Die dem Jacob erzeigten Wohlthaten werden den undankbaren Iſraeliten verwieſen: 1. II. Und die bevorſtehende Züchtigung den Hartnäckigen angedeutet. 14.

1. Ephraim weydet den Wind, und gehet der warmen Luft nach: den ganzen Tag überhäufet er Lügen, und Verwüſtung: er hat auch mit den Aſſyriern einen Bund gemacht, und Oel * in Aegypten geführet.

* und andere Geſchenke

2. Darum wird der HErr Gericht halten über Juda, und eine Heimſuchung über Jacob: nach ſeinen Wegen, und nach ſeinen Sünden wird er ihm vergelten.

3. Er hat ſeinen Bruder in Mutterleibe überwunden: und hat in ſeiner Stärke mit dem Engel glücklich gerungen.

4. Ja, er iſt dem Engel überlegen geweſen, und ſtark geworden: er hat geweinet, und gebethen: zu Bethel hat er * ihn gefunden, und daſelbſt hat er ** mit uns geredet.

* Jacob ** GOtt

5. Und der HErr, der GOtt der Heerſchaaren, der HErr war ſein Gedächtniß.

6. Und du wirſt dich auch zu deinem GOtt bekehren: bewahre Barmherzigkeit, und Gericht, und hoffe immerdar auf deinen GOtt.

7. Aber Chanaan hatte eine falſche Waage in ſeiner Hand, er liebte Unrecht, und Gewalt.

8. Und Ephraim ſprach: Ich bin gleichwohl reich geworden, und habe mir einen Abgott gefunden: in aller meiner Arbeit wird man an mir keine Ungerechtigkeit, oder Sünde finden, die ich gethan habe.

9. Aber ich bin der HErr, dein GOtt, aus Aegyptenland her, und will dich noch in deinen Hütten ruhig ſitzen laſſen, wie auf die heiligen Feſttage.

10. Und ich habe zu den Propheten geredet, ja ich bin es, der viele Geſichte gegeben hat, und bin durch die Hand der Propheten mit Gleichniſſen vorgebildet.

11. Iſt zu Galaad ein Abgott, ſo iſt es umſonſt, daß ſie zu Galgal Ochſen geopfert haben: denn ihre Altäre ſtehen doch wie Steinhaufen auf den Furchen des Ackers.

12. Jacob floh etwan in die Landſchaft Syrien, und Iſrael dienete um ein Weib: um ein Weib hat er das Vieh gehütet.

13. Aber der HERR führete hernach Iſrael durch einen Propheten aus Aegypten: und er iſt durch den Propheten erhalten worden.

II. 14. Ephraim hat mich mit ſeinem bittern Weſen zum Zorn gereizet, darum wird ſein Blut über ihn kommen, und ſein HErr wird ihm ſeine Schmach wieder vergelten.

Das dreyzehente Capitel.

I. GOtt klaget über die Abgötterey Iſraels, oder der zehen Zünfte, mit Drohworten: 1. II. Verſpricht beynebens die Erlöſung durch Chriſtum. 14.

CAPUT XII.

℣. 1. *Ephraim paſcit ventum.* Vanas ſpes alit. *Et ſequitur æſtum.* Multum laborat, & labore ſuo in varias incidet calamitates. Vox Hebræa ventum urentem, & noxium ſignificat. *Tota die.* Semper. *Mendacium.* Idola. *Et vaſtitatem multiplicat.* Infortunia alia aliis accumulat. *Oleum in Ægyptum ferebat.* Quo abundabat Samaria. Ægyptiis mittebant munera.

℣. 2. *Judicium ergo Domini cum Juda.* Diſceptatio. *Et viſitatio.* Certa punitio. Contra decem tribus.

℣. 3. *In utero ſupplantavit fratrem ſuum.* Tenendo plantam pedis. *Directus eſt cum Angelo.* Superavit Angelum, vel proſpere ei ceſſerunt omnia.

℣. 4. *Et illi locutus eſt nobiscum.* Ibi me, ut Deum agnovit, vel præcepit domui ſuæ, ut idola abjicerent, & unum Deum colerent. Jacob bis perrexit Bethel, Gen. 28. & 35.

℣. 5. *Et Dominus — memoriale ejus.* Ex Jacobi animo non excidit Deus.

℣. 6. *Et tu ad Dominum Deum converteris.* Convertere, & parentem tuum Jacob imitare, deos alienos abjice.

℣. 7. *Chanaan, in manu ejus ſtatera doloſa.* Iſrael Chananæus factus eſt; proximum circumvenit, Ezechielis 16. 5.

℣. 8. *Omnes labores mei non invenient iniquitatem.* Sic loqui ſolent omnes uſurarii præ cæcitate mentis.

℣. 9. *Adhuc ſedere te faciam in tabernaculis.* Si convertaris ad Chriſtum, vel te ſedere feci. Non idololatriæ has opes tibi præbuerunt, ſed ego ipſe. Vel tempus pœnitentiæ iis relinquit. Eduxi te de Ægypto, & veniſti in terram promiſſionis, feſtum tabernaculorum celebraſti, poſt tot peccata adhuc hoc feſtum egiſti, differam captivitatem tuam.

℣. 10. *Et locutus ſum ſuper prophetas.* Ad Prophetas, ut Lucæ 3. *Factum eſt verbum Domini ſuper Joannem.* i. e. Ad Joannem: ſub variis formis, ut terrorem injicerem, aut eos ſpe firma roborarem.

℣. 11. *Si Galaad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes.* Quia tamen vaſtata eſt ab Aſſyriis. Plura erant in Galatitide idola, cum eam invaſit Theglath-Phalaſar, neque eam a vaſtatione ſervarunt. Quare operam perdunt, qui in Galgalis immolant. *Altaria eorum.* Quæ erexerunt. *Quaſi acervi ſuper ſulcos agri.* Sunt ſimiles acervis lapidum juxta agros cultos conjectis.

℣. 12. *Fugit Jacob in regionem Syriæ.* Revertitur ad beneficia Jacob, & poſteris ejus præſtita. *In uxore.* Propter uxorem.

℣. 13. *In propheta autem*, ſc. Moyſe, *eduxit Dominus Iſrael de Ægypto.*

℣. 14. *Opprobrium ejus reſtituet ei Dominus ſuus.* Supplicium huic opprobrio, quo Ephraim Deum affecit, reſpondet.

1. Da Ephraim redete, ward Iſrael mit Schrecken eingenommen, er hat ſich mit Baal verſündiget, und iſt geſtorben.

2. Nun aber haben ſie noch weiter geſündiget: ſie haben ihnen von ihrem Silber ein gegoſſenes Bildwerk gemacht, den Abgöttern gleich, und das ganze Werk iſt von Werkmeiſtern zugerichtet: davon ſagen ſie: Opfert Menſchen, und bethet die Kälber an.

3. Darum werden ſie wie eine Wolke ſeyn, die am Morgen daherfährt, und wie der Morgenthau, der vorübergehet, und wie Staub, den ein Sturmwind von der Tenne hinwegwehet, und wie der Rauch, der zum Rauchloche hinausfährt.

4. Aber ich bin der HErr, dein GOtt, aus Aegyptenland her: du ſollt auch außer mir keinen andern Gott kennen, und es iſt ohne mich kein Heiland.

5. Ich habe dich in der Einöde erkannt, im wüſten Lande.

6. Hernach ſind ſie auf ihrer Weyde erſüllet, und ſatt worden: da hat ſich ihr Herz erhoben, und ſie ſind meiner vergeſſen.

7. So will ich ihnen auch ſeyn, wie eine Löwinn, und wie ein Parderthier auf dem Wege in Aſſyrien.

8. Ich will ihnen entgegen kommen, wie eine Bärinn, der ihre Jungen genommen ſind, und will ihnen ihre Leber im Leibe zerreiſſen: ich will ſie daſelbſt auffreſſen, wie ein Löwe, die Thiere auf dem Felde ſollen ſie zerreiſſen.

9. Dein Verderben iſt aus dir, o Iſrael: aber deine Hülfe iſt allein bey mir.

10. Wo iſt nun dein König? laß ihn dir ſonderlich jetzt helfen in allen deinen Städten: auch deine Richter, von welchen du geſaget haſt: Gieb mir einen König, und Fürſten.

11. Ich will dir einen König geben in meinem Grimm, und will ihn in meinem Zorne hinwegnehmen.

12. Die Bosheit Ephraims iſt zuſammengebunden, und ſeine Uebelthat iſt verborgen.

13. Es wird ihm wehe werden, wie einer Gebährerinn: er iſt ein unweiſiges Kind: denn er wird jetzt im Untergange ſeiner Kinder nicht beſtehen.

II. 14. Ich will ſie aus der Hand des Todes erlöſen, ja vom Tode will ich ſie erretten: o Tod, ich will dein Tod ſeyn, Hölle, ich will dein Biß ſeyn: aber der Troſt iſt vor meinen Augen verborgen.

15. Denn er wird unter den Brüdern eine Theilung machen: der HErr wird einen hitzigen Wind herführen, der wird aus der Wüſte heraufkommen: und wird ſeine Adern

1. Loquente Ephraim, horror invaſit Iſrael, & deliquit in Baal, & mortuus eſt.

2. Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque ſibi conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt: his ipſi dicunt: Immolate homines, vitulos adorantes.

3. Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus prætereiens, ſicut pulvis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.

4. Ego *a* autem Dominus, Deus tuus, ex terra Ægypti: & Deum absque me neſcies, & ſalvator non eſt præter me. *a Iſa.* 43. 11

5. Ego cognovi te in deſerto, in terra ſolitudinis.

6. Juxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: & levaverunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

7. Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum.

8. Occurram eis quaſi urſa raptis catulis, & dirumpam interiora jecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.

9. Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxilium tuum.

10. Ubi eſt rex tuus? maxime nunc ſalvet te in omnibus urbibus tuis: & judices tui, de quibus dixiſti: *b* Da mihi regem, & principes. *b* 1. *Reg.* 8. 5.

11. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

12. Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatum ejus.

13. Dolores parturientis venient ei: ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit in contritione filiorum.

II. 14. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: *c* ero mors tua, o mors, morſus tuus ero inferne: conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis. *c* 1. *Cor.* 15. 54. *Hebr.* 2. 14.

15. Quia ipſe inter fratres dividet: *d* adducet urentem ventum Dominus de deſerto aſcendentem: & ſiccabit venas ejus, & deſolabit fon- *d Ezech.* 19. 12.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Loquente Ephraim, horror invaſit Iſrael.* Cum olim tribus Ephraim tantum loqueretur, horror invadebat reliquas tribus Iſrael: ſed ubi deliquit, mortem ſibi conſcivit. Vel per Ephraim Jeroboam intelligit, qui ubi de vitulis aureis locutus eſt, univerſus Iſrael præ timore regis, ea ſuperſtitione, quæ mortem iis attulit, fuit infectus. *Et deliquit in Baal.* Quem poſtea adoravit.

℣. 2. *Et nunc addiderunt ad peccandum.* Peccata peccatis cumulantes. *Quaſi ſimilitudinem idolorum.* 70. Secundum ſimilitudinem. *His ipſi dicunt.* Hebr & 70. *Ipſi ipſis dicunt.* Alii aliis, ſacerdotes populo, ſi vultis placere diis veſtris. *Immolate homines.* Immolantes homines adorabant vitulos.

℣. 3. *Idcirco erunt quaſi nubes matutina.* Cito tranſibit eorum felicitas. *De fumario.* Hebr. *De feneſtra.* Per quam exit fumus.

℣. 5. *Ego cognovi.* Agnovi te pro filio meo, fovi, & pavi.

℣. 6. *Juxta paſcua ſua adimpleti ſunt.* Juxta abundantiam paſcuorum, quæ dedi eis.

℣. 9. *Perditio tua Iſrael.* Tu tibi ipſi es cauſa malorum; per mala tua opera provocaſti Deum ad ſumendam de peccatis vindictam.

℣. 11. *Dabo tibi regem in furore meo.* Futurum loco præteriti. Reges peſſimos aliquando dedi tibi. *Auferam.* Extinxi illos propter ſcelera.

℣. 12. *Colligata eſt iniquitas Ephraim.* Putat me oblitum ſuorum criminum, ſed in juſtitiæ meæ abſcondito manent ſepoſita. Sumpta eſt metaphora ab iis, quæ accurate ligantur, & abſconduntur, ne excidant.

℣. 13. *Dolores parturientis venient ei.* Quando populus conteretur, non poterit reſiſtere. Pagninus ſic vertit: Filius inſipiens eſt, & eſt velut fœtus, qui non egreditur ex uteri materni anguſtiis, & diu manet in illo dolore.

℣. 14. *De manu mortis liberabo eos.* Propheta ad Chriſtum evolat. *De morte redimam eos, ero mors tua o mors.* Principem, & auctorem mortis morte ſua deſtruxit; reſurrectione ſua fecit, ut mors inſtar ſomni reputetur. *Morſus tuus ero inferne.* Partem ejus auferam, Patres ſcilicet, qui e limbis ſurrexerunt. *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.* Nunc, quod meum dolorem conſoletur, non video, niſi cum Chriſtum cogito. Poſt longam comminationem eos conſolatur ob Chriſti reſurrectionem, & noſtram, quæ in reſurrectione Chriſti inchoata eſt. 1. Cor. 15. *De manu mortis.* 70. *De manu inferni.* Mors, & infernus ſæpe in Scriptura promiscue uſurpantur, & unum pro altero ſumitur. Verba autem illa: *Abſorpta eſt mors in victoria*, videntur eadem eſſe cum verbis Iſaiæ, cap. 25. *Præcipitavit mortem in ſempiternum.* Gr. *Devoravit*, ſeu *abſorpſit.* Quod legimus 1. Cor. 15. *In victoria.* Gr. habemus: *In victoriam.* Quod habent 70. *Ubi eſt mors cauſa tua? δίκη*, qua contra homines in Dei judicio certabat, & ſuperior erat; aut ubi eſt ſententia tua, quam in omnes homines pronuntiabas; aut jus, quod habebas in genus humanum? mutatione unius litteræ, *νίκη*, non mutavit ſenſum. *Ubi eſt victoria tua?* 70. In eundem ſenſum vertunt: *Ubi eſt victoria tua o mors? morſus tuus ero inferne.* Eadem vox Hebræa *morſum*, vel *aculeum*, quo quis confoditur, exprimit: quod cœptum eſt in reſurrectione Chriſti, & complebitur in univerſa reſurrectione.

℣. 15. *Quia ipſe inter fratres dividet.* Ipſe, vel Chriſtus in infernum deſcendens; vel Deus cruenta cæde fratrem a fratre dividet. *Adducet urentem ventum.* Aſſyriæ.

fontem ejus, & ipſe diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.

CAPUT XIV.

I. Perditionem annuntiat Iſrael propter ipſius peccata: revocat tamen ad ſe: 1. II. Converſis plurima bona in Chriſto promittit. 9.

1. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum ſuum: in gladio pereant, parvuli eorum elidantur, & fœtæ ejus diſcindantur.

* *FER. 6. QUAT. TEMP. PENT.*

2. * Convertere Iſrael ad Dominum Deum tuum: quoniam corruiſti in iniquitate tua.

3. Tollite vobiscum verba, & convertimini ad Dominum, & dicite ei: Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.

4. Aſſur non ſalvabit nos, ſuper equum non aſcendemus, nec dicemus ultra: Dii noſtri opera manuum noſtrarum: quia ejus, qui in te eſt, miſereberis pupilli.

5. Sanabo contritiones eorum: diligam eos ſpontanee: quia averſus eſt furor meus ab eis.

6. Ero quaſi ros, Iſrael germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus, ut Libani.

7. Ibunt rami ejus, & erit quaſi oliva gloria ejus, & odor ejus, ut Libani.

8. Convertentur ſedentes in umbra ejus: vivent tritico, & germinabunt quaſi vinea: memoriale ejus ſicut vinum Libani.

II. 9. Ephraim, quid mihi ultra idola? ego exaudiam, & dirigam eum ego, ut abietem virentem: ex me fructus tuus inventus eſt.

10. Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis: prævaricatores vero corruent in eis.*

austrocknen, und ſeine Quelle verwüſten, der wird den Schatz aller köſtlichen Geſchirre zum Raube hinwegnehmen.

Das vierzehente Capitel.

I. Samaria, als Urheberinn dieſer Abgötterey, wird der Untergang angeſaget, aber Iſrael zur Buße angemahnet: 1. II. Daraus das Heil erfolgen werde. 9.

1. Samaria ſoll zu Grunde gehen, denn ſie hat ihren GOtt zur Bitterkeit gereizet: ſie ſollen durch das Schwert umkommen, ihre jungen Kinder werden zerſchmettert, und ihre ſchwangeren Weiber aufgeſchnitten werden.

2. Bekehre dich, Iſrael, zum HErrn, deinem GOTT: denn du biſt durch deine Miſſethat zum Fall gekommen.

3. Nehmet die Worte mit euch, und bekehret euch zum HErrn, und ſaget zu ihm: Thu alle Miſſethat hinweg, und nimm das Gute an: ſo wollen wir die Kälber unſerer Lippen opfern.

4. Aſſur wird uns nicht helfen, wir wollen uns nicht mehr auf Pferde ſetzen, wollen auch hinfüro nicht ſagen: Die Werke unſerer Hände ſind unſere Götter: denn du wirſt dich des Wayſen erbarmen, der bey dir iſt.

5. Ich will heilen, was an ihnen zerſtoßen iſt: ich will ſie freywillig lieben: denn mein Grimm iſt von ihnen abgewendet.

6. Ich will wie Thau ſeyn, und Iſrael wird blühen, wie eine Lilie, und ſeine Wurzel wird ausbrechen*, wie am Libano. *ausſchlagen

7. Und ſeine Zweige werden ſich ausbreiten, und ſeine Herrlichkeit wird einem Oelbaum gleich ſeyn, und ſein Geruch, wie des Libani.

8. Sie werden ſich bekehren, und unter ſeinem Schatten ſitzen: vom Waizen werden ſie leben, und grünen, wie ein Weinberg: ſein Gedächtniß wird ſeyn, wie der Wein im Libano.

II. 9. Ephraim, was ſollen mir hinfüro die Abgötter? ich will erhören, und ich will ihn richten, wie eine grüne Tanne: deine Frucht iſt aus mir erfunden.

10. Wer iſt weiß, daß er dieſe Dinge verſtehe? und verſtändig, daß er dieſe Dinge wiſſe? denn die Wege des HErrn ſind aufrichtig, und die Gerechten werden auf denſelbigen wandeln: aber die Uebertretter werden darinnen fallen.

PROPHETIA JOEL.

CAPUT I.

I. Joel ſub parabola de eruca, locuſta, brucho, & rubigine, quatuor plagas contra Judam vaticinatur: 1. II. Hortatur ebrios, 5. & peccatores omnes ad planctum, orationem, & pœnitentiam. 13.

Verbum Domini, quod factum eſt ad Joel, filium Phatuel.

2. Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ, ſi factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum?

3. Super hoc filiis veſtris narrate, & filii

Der Prophet Joel.

Das erſte Capitel.

I. Die vierfache Zerſtörung des jüdiſchen Landes wird vorgeſaget: 1. II. Darum die Volltrinker, 5. alle Inwohner, ſonderbar die Prieſter, zur Buße ermahnet werden. 13.

Das Wort des HErrn, das zu Joel, dem Sohn Phatuel, geſchehen iſt.

2. Höret dieſes, ihr Alten, und vernehmet es mit den Ohren, alle Inwohner des Landes, ob ſolches in euren Tagen, oder in den Tagen eurer Väter geſchehen ſey?

3. Saget davon euren Kindern, und eure Kinder ſol-

ſen

CAPUT XIV.

℣. 1. *Pereat Samaria.* i. Peribit, quoniam irritavit Deum ſuum, qui benignitate paterna eam fovebat. *Fœtæ.* i. Gravidæ mulieres *diſcindantur.*

℣. 3. *Tollite vobiscum verba.* Humilitatis verba afferte. *Accipe bonum.* Vel in bonum, quod tibi offerimus; vel audite verba Domini, in cordibus cuſtodite, factis declarate: gratiarum actiones, labiorum ſacrificia rependite. Per vitulos ſacrificium univerſim intelligitur. 70. verterunt: *Reddemus, ut fructum labiorum noſtrorum.* Atque ad hunc locum videtur alludere Apoſt. Hebr. 15. *Per ipſum autem offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo.* Id eſt, fructum labiorum. *Et accipe bonum.* Hier. *Niſi tuleris mala noſtra, bonum, quod offeramus, habere non poſſumus.*

℣. 4. *Aſſur non ſalvabit nos. ſuper equum non aſcendemus.* Salutem noſtram non ex Aſſyriis, neque ex velocitate equorum expectabimus. *Pupilli.* Populi tui Iſrael, qui apud te eſt, vel qui tuæ curæ eſt derelictus.

℣. 5. *Sanabo contritiones eorum.* Vulnera ſc. peccatorum. *Diligam eos ſpontanee.* Ex mera liberalitate mea. Cum Iſrael convertetur ad me, tum ſanabo eos, ſeu in fine ſæculi, ſeu in adventu Chriſti. Hæc quippe de Chriſti temporibus interpretantur Hieronymus, Cyrillus, & alii.

℣. 7. *Et* erit *odor ejus ut Libani.* Vox Hebræa *thus* etiam ſignificat. Libanus plenus erat cedris odoratis: Sancti ſunt velut odor Chriſti, qui verbis, & factis eum hominibus oſtendunt.

℣. 8. *Convertentur ſedentes in umbra ejus.* Sub tutela Chriſti. *Vivent tritico.* Rerum omnium abundantia redundabunt, fruentur Euchariſtiæ cibo ſub ſpecie panis. 70. *Confirmabuntur tritico.* Quorſum enim inter tot bona ſpiritalia triticum promittitur? *Memoriale ejus.* Memoria ejus populi gratiſſima erit omnibus, ut vinum Libani, quod eſt præſtantiſſimum. *Germinabunt quaſi vinea.* Eccleſia late ſuos palmites expandet.

℣. 9. *Ephraim, quid mihi ultra idola,* dicet converſus ad Chriſtum. *Quid mihi ultra idola?* Quid ad nos attinet ultra ſervire idolis?

℣. 10. *Quis ſapiens, & intelliget iſta?* Si quis eſt ſapiens, hæc intelliget: pauci intelligent. *Corruent in eis.* Incredulis occaſio ruinæ id erit, quod aliis vitæ cauſa futurum eſt. Luc. 2. 34.

len es ihren Kindern vermelden, und ihre Kinder dem folgenden Geschlechte.

4. Was die Raupen übrig ließen, das fraßen die Heuschrecken, und was die Heuschrecken übrig ließen, das fraßen die Käfer, und was die Käfer übrig ließen, das verzehrete der Mihlthau.

II. 5. Wachet auf ihr Trunkenen, weinet, und heulet alle, die ihr den Wein mit Lust saufet: denn er ist von eurem Maule hinweggenommen.

6. Denn es ziehet ein Volk herauf in mein Land, das stark und unzählbar ist: seine Zähne sind wie die Zähne eines Löwen, und seine Stockzähne, wie eines jungen Löwen.

7. Dasselbige hat meinen Weinberg verwüstet, und meinen Feigenbaum geschälet *: es hat ihn blos gemacht, und beraubet, und hinweggeworfen: seine Zweige sind weiß worden. * abgestreifet

8. Weine, wie eine Jungfrau, welche über den Mann ihrer Jugend einen Sack angethan hat.

9. Das Speisopfer, und Trankopfer ist vom Hause des HErrn hinweggenommen, darum sind die Priester, die Diener des HErrn, traurig geworden.

10. Das Land ist verwüstet, das Feld lieget jämmerlich: denn der Waizen ist verderbet, der Wein ist zu Schanden worden, das Oel ist nicht gerathen.

11. Die Ackersleute sind bestürzet, die Weingärtner heulen um das Korn, und um die Gerste, dieweil die Aernte auf dem Felde ganz verdorben ist.

12. Der Weinstock ist zu Schanden worden, der Feigenbaum ist saftlos: die Granatenbäume, und Palmbäume, und Aepfelbäume, und alle Bäume auf dem Felde sind verdorret: denn die Freude der Menschenkinder ist mit Schande zergangen.

13. Umgürtet euch, und weinet ihr Priester, heulet ihr Diener des Altars: gehet hinein, und lieget in Säcken, ihr Diener meines GOttes: denn das Speisopfer, und Trankopfer ist vom Hause eures GOttes vergangen.

14. Heiliget eine Fasten, und fordert die Gemeinde zusammen, versammelt die Alten, sammt allen Inwohnern des Landes, in das Haus eures GOttes, und rufet zum HErrn:

15. Ach, ach, ach, des Tages! denn der Tag des HErrn ist nahe, und er wird wie eine Verwüstung vom Gewaltigen kommen.

16. Ist nicht die Speise, sammt der Freude, und dem Frohlocken, vor euren Augen vom Hause unsers GOttes hinweggenommen?

17. Das Vieh ist in seinem eigenen Miste verfaulet, die Scheuren sind abgebrochen, die Kornhäuser sind verwüstet: denn der Waizen ist zu Schanden worden.

18. Warum seufzet das Vieh? warum schreyen die Heerden der Rinder? Darum, daß sie keine Weyde haben: so sind auch die Heerden der Schafe verlohren gegangen.

19. Zu dir will ich rufen, o HErr! denn das Feuer

vestri filiis suis, & filii eorum generationi alteræ.

4. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruchi comedit rubigo.

II. 5. Expergiscimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore vestro.

6. Gens enim ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes ejus, ut dentes leonis, & molares ejus, ut catuli leonis.

7. Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticavit: nudans spoliavit eam, & projecit: albi facti sunt rami ejus.

8. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.

9. Periit sacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini.

10. Depopulata est regio, luxit humus: quoniam devastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum.

11. Confusi sunt agricolæ, ululaverunt vinitores super frumento, & hordeo, quia periit messis agri.

12. Vinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium a filiis hominum.

13. Accingite vos, & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium, & libatio.

14. *a* Sanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate senes omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum: *a Infr. 2. 15.*

15. A, a, a, diei! quia prope est dies Domini, & quasi vastitas a potente veniet.

16. Numquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia, & exultatio?

17. Computruerunt jumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ: quoniam confusum est triticum.

18. Quid ingemuit animal? mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis: sed & greges pecorum disperierunt.

19. Ad te Domine clamabo! quia ignis

CAPUT I.

℣. 4. *Residuum erucæ comedit locusta.* Quatuor frugum pestes describit, quæ totidem Chaldæorum incursiones designant, erucam, locustam, bruchum, & rubiginem segetum. Bruchus, Græce & Latine a *βρύχω*, *Comedo*, est locustæ partus, is quoque *Attelabus* vocitatur. Hæc mala revera evenisse, & per aliquot annos Palæstinam vastasse, non figurate tantum intelligenda ex ipso contextu, & ex cap. 4. Prophetæ Amos colligit Pezronius, cum Amos easdem plagas commemoret.

℣. 5. *Expergiscimini ebrii.* Qui nihil aliud præter voluptates cogitatis.

℣. 6. *Gens enim ascendit super terram meam.* Solet Scriptura de ejusmodi bestiolis sic loqui, ac si homines essent: ut Proverb. 30. *Formicæ populus infirmus.* Item: *Locusta regem non habet.* Pergit Propheta similitudine catuli leonis jam grandioris uti, cui dentes molares sunt validi.

℣. 7. *Posuit vineam meam in desertum.* Populum meum. *Decorticavit.* Principes inter populum opibus spoliavit. Unde & aruerunt quasi cortice detracto. Cuncta hæc sub metaphora.

℣. 8. *Plange quasi virgo accincta sacco.* Qui habitus est lugentium. *Pubertatis suæ.* Cui in virginitate sua nupsit. Quoniam vir primus Synagogæ fuit Deus ipse, qui eam tibi despondit: sed illa ad idola, quasi ad secundas nuptias transierat. *Quasi virgo.* Vox Hebræa juniorem feminam, seu virgo sit, seu nupta, significat.

℣. 9. *Periit*, i. Peribit. *Sacrificium.* Hebr. *Mincha.* Quod sacrificium est ex farre, vel pane. *Et libatio.* Vini, & olei. Hier. *Quia Deum non cognoverunt in prosperis, coguntur cognoscere in adversis.*

℣. 10. *Devastatum est triticum, confusum est vinum.* Quod modicum fuit, & expectationi non respondit. Chald. Aruerunt vites. *Elanguit oleum.* Sept. Imminutum est.

℣. 13. *Accingite.* sc. Saccis.

℣. 14. *Sanctificate.* i. Indicite, vel sancte observate *jejunium.* Chald. Decernite. *Vocate cœtum*, ad orationem, *congregate senes, omnes habitatores terræ*, sc. vestræ -- *& clamate ad Dominum.* Supplices.

℣. 15. *A, a, a diei.* Hebr. Ah, ah. i. heu, diei. q. d. Væ diei. Chald. Propter diem. *Quasi vastitas.* Septuag. *Quasi miseria de miseria veniet.* Hieron. hic est sensus: *Quod mala succedant malis, & omnis afflictio a Deo, qui potens est, dispensetur.*

℣. 16. *Coram oculis vestris* sic & Sept. At Hebr. & Chald. nostris *alimenta*, sc. sacerdotum q. d. sacrificia *perierunt*, pro peribunt, & deficient.

℣. 17. *Computruerunt jumenta*, i. morientur præ inedia.

comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.

20. Sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te: quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis devoravit speciosa deserti.

CAPUT II.

I. Pergit describere excidium Jerosolymæ, & sub ejus typo excidium mundi, & diem judicii extremi: 1. II. Ad pœnitentiam hortatur: 12. III. Conversis pollicetur omnia prospera, & Domini spiritum, signa, prodigia, & denique salutem æternam. 18.

1. Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ: quia venit dies Domini, quia prope est

2. Dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis: quasi mane expansum super montes populus multus, & fortis: similis ei non fuit a principio, & post eum non erit usque in annos generationis, & generationis.

3. Ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est, qui effugiat eum.

4. Quasi aspectus equorum, & quasi equites sic current.

5. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis devorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium.

6. A facie ejus cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam.

7. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum: viri in viis suis gradientur, & non declinabunt a semitis suis.

8. Unusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & non demolientur.

9. Urbem ingredientur, in muro current: domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur.

10. A facie ejus contremuit terra, moti sunt cœli: *a* sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.

11. Et Dominus dedit vocem suam, ante

a Is. 13. 10. *Ezech.* 32. 7. *Infr.* 3. 15. *Matth.* 24. 29. *Marc.* 13. 24. *Luc.* 21. 25.

hat die schönen Oerter in der Wüste verzehret, und die Flamme hat alle Bäume im Lande angezündet.

20. Ja, es haben auch die wilden Thiere auf dem Felde zu dir hinauf gesehen, wie das dürre Land, so durstig ist nach dem Regen: denn die Wasserbrunnen sind ausgetrocknet, und das Feuer hat die schönen Oerter in der Wüste verzehret.

Das zweyte Capitel.

I. Vorberührte Zerstörung, als eine Figur der Zerstörung der sündigen Welt vor dem letzten Gerichte, wird weitläufiger ausgeführt: 1. II. Das Volk wird abermal zur Buße angespornet: 12. III. Nach welcher GOtt reichen Segen, den heiligen Geist, und andere Zeichen, endlich die Seligkeit verspricht. 18.

1. Blaset die Posaune in Sion, heulet auf meinem heiligen Berge, daß alle Inwohner des Landes erzittern: denn der Tag des HErrn kömmt, und ist nahe

2. Der Tag der Finsterniß, und des Nebels, der Tag der Wolken, und des Sturmwindes: es kömmt ein groß und mächtig Volk, gleichwie sich die Morgenröthe über die Berge ausbreitet: desgleichen ist von Anfang nicht gewesen, und wird auch in folgenden Jahren nicht seyn, von einem Geschlechte zum andern.

3. Vor seinem Angesichte wird ein zehrend Feuer hergehen, und nach ihm wird eine brennende Flamme seyn: vor ihm wird das Land wie ein Lustgarten seyn, aber nach ihm wie ein wüster Ort in der Einöde, und wird niemand seyn, der ihm entrinnen möge.

4. Sie sind anzusehen, wie Rosse, und werden rennen, wie die Reiter.

5. Sie werden oben auf den Bergen daher springen, wie die Wagen rasseln, und wie die Flamme des Feuers wüthet, wenn sie die Stoppeln verzehret, wie ein mächtiges Volk, das zum Streite gerüstet ist.

6. Vor seinem Angesichte werden die Völker in Aengsten seyn: alle Angesichter werden sich entfärben *, wie die Häfen. * schwarz werden.

7. Sie werden laufen, wie die Helden: die Mauren werden sie ersteigen, wie wohlerfahrne Kriegsleute: die Männer werden in ihren Wegen daher tretten, und werden aus ihrer Bahn nicht weichen.

8. Niemand wird seinen Bruder verdringen, sondern ein jeglicher wird in seinem Wege daher gehen: sie werden durch die Fenster * hinein fallen, und gleichwohl unverwundet bleiben. * Pforten

9. Sie werden zu der Stadt hineinziehen, und auf den Mauren laufen: die Häuser werden sie ersteigen, und wie ein Dieb durch die Fenster hineinkommen.

10. Die Erde erzittert vor seinem Angesichte, und die Himmel bewegen sich: Sonne und Mond sind verfinstert, und die Sterne halten ihren Glanz zurück.

11. Und der HErr läßt vor seinem Kriegsheere seine Stimme

CAPUT II.

℣. 1. *Canite tuba.* Existimat Abbas Pezronius in suis tentaminibus in Prophetas, quinto aut sexto anno post superioris capitis vaticinium, scilicet circa annum Oziæ 25. & Jeroboami secundi itidem 25. hoc caput scriptum a Joele fuisse. Primum quidem in urbe Jerosolyma editum fuisse, & 12. tribuum calamitates ibi prædictas, atque ea evenisse mala ex infectis & ærugine, quæ Amos, cap. 4. commemorat; tametsi clades ab Assyriis brevi consecutæ, per has plagas sunt adumbratæ. Hoc capite novas plagas & calamitates ab hostibus prodituras prænuntiat. Jam enim locustarum plaga præcesserat, uti & ingens terræ motus, cujus Amos meminit initio suæ prophetiæ, quem Zacharias, cap. 14. v. 5. non obscure designat. *Quia venit &c.* Ex ipso hujus capitis initio palam est novum aliquod imminere bellum, non locustarum, sed ingentem hostium exercitum describit. Mystice: *Canite tuba.* Convocando populum ad pœnitentiam. *Quia venit dies Domini.* Judicii & mortis.

℣. 2. *Quasi mane expansum super montes populus multus.* Hebr. Quasi aurora expansa super montes. *Populus multus & fortis.* Ut lux solis statim diffunditur. Incredibilem hostium multitudinem & celeritatem ob oculos ponit. *Usque in annos.* Usque ad multas generationes. Nomen quippe geminatum apud Hebræos magnam multitudinem significat.

℣. 3. *Ante faciem ejus ignis vorans.* Hieron. Quidquid attinget quasi vorax flamma consumet. *Quasi hortus.* Antequam hostis veniret, fertilis erat terra & amœna: sed postea omni decore suo spoliata est.

℣. 4. *Quasi aspectus equorum, aspectus eorum.* Ferox eorum aspectus, vel Assyriorum, vel Scytharum, ut existimat Pezronius, qui e plagis Aquilonis in Palæstinam irrui erunt, ut diximus ad cap. 38. Ezechielis; atque eorum videtur meminisse Amos, c. 7. sub figura locustarum, & a Joele hoc in loco citra ullam figuram describuntur. Quæ sequuntur usque ad vers. 13. hujus nationis impetum & rapacitatem exprimunt.

℣. 6. *Omnes vultus redigentur in ollam.* Chald. Præ timore & pavore nigrescent instar ollæ.

℣. 8. *Unusquisque fratrem suum non coarctabit.* Alter alterum non premet, suum servabunt ordinem. *Et non demolientur.* Et non consumentur; portis clausis per fenestras irrumpent.

℣. 10. *A facie ejus contremuit terra.* Præteritum pro futuro more Prophetarum. *Obtenebrati sunt.* Præ multitudine equorum & pulveris ab iis sublati: vel præ terrore cœlum tenebris obduci & terra tremere iis videbitur. Albert. Sol & luna tegitur, quando nulla claritas gaudii in majoribus vel minoribus invenitur. *Et stellæ retraxerunt.* Hieron. *Sancti etiam sine formidine Dei præsentiam non videbunt.*

℣. 11. *Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui.* Quem ipse ducet. Terra ante movebitur, quam hæc Barbarorum inundatio Palæstinam infestet. Vox etiam Domini, tonitrui fragor intelligi potest, ut Psal. 17.

Stimme hören: denn sein Heerlager ist groß, es ist mächtig, und wird sein Wort ausrichten: denn des HErrn Tag ist groß, und sehr erschrecklich: wer wird ihn ertragen können?

II. 12. Nun also spricht der HErr: Bekehret euch zu mir von eurem ganzen Herzen, mit Fasten, und mit Weinen, und mit Klagen.

13. Zerreisset eure Herzen, und nicht eure Kleider, und bekehret euch zu dem HErrn eurem GOtt: denn er ist gütig, und barmherzig, und geduldig, und von großer Erbarmung, und erzeiget sich gnädig über die Bosheit.

14. Wer weiß, er möchte sich umwenden, und verzeihen, und den Segen hinter sich lassen, auch Speis- und Trankopfer dem HErrn eurem GOtt?

15. Blaset mit der Posaune in Sion, heiliget eine Fasten, berufet die Gemeinde,

16. Versammelt das Volk, heiliget die Gemeinde, bringet die Alten zusammen, versammelt die jungen Kinder, und die Säuglinge: der Bräutigam gehe aus seiner Schlafkammer, und die Braut aus ihrem Gemache.

17. Die Priester, die dem HErrn dienen, sollen zwischen dem Vorhofe und dem Altare weinen, und sagen: Schone, o HErr! schone deines Volkes: und übergieb dein Erbtheil nicht zur Schmach, daß die Heyden über sie herrschen. Warum sollen sie unter den Völkern sagen: Wo ist ihr GOtt?

III. 18. Der HErr hat über sein Land geeifert, und hat seinem Volke verschonet:

19. Und der HErr hat geantwortet, und zu seinem Volke gesagt: Siehe, ich will euch Korn, und Wein, und Oel schicken, und ihr sollet damit zur Fülle ersättiget werden: und ich will euch hinfüro nicht zur Schmach übergeben unter den Heyden.

20. So will ich auch den von Mitternacht weit von euch hinwegtreiben: ich will ihn in ein ungebahnt wüstes Land verstoßen: sein Angesicht soll seyn zu dem Meere gegen Aufgang, und sein Ende zum äußersten Meere: und sein Gestank soll aufgehen, und seine Fäulung soll aufsteigen, denn er hat übermüthig gehandelt.

21. Fürchte dich nicht, mein Land, erfreue dich, und frohlocke: denn der HErr hat große Dinge beschlossen, daß er sie wirke.

22. Fürchtet euch nicht, ihr Thiere im Lande: denn die schönen Oerter in der Wüste sind grün geworden, die Bäume bringen ihre Früchten, die Feigenbäume und Weinberge geben reichlich ihr Gewächs.

23. Und ihr Kinder Sion frohlocket, und erfreuet euch im HErrn eurem GOtt: denn er hat euch den Lehrer der Gerechtigkeit gegeben, und wird Früh- und Spatregen auf euch herab senden, wie von Anfang.

24. Und die Tennen werden mit Korn erfüllet seyn, und die Kältern werden von Wein und Oel überlaufen.

25. Und ich will euch die Jahre wieder einbringen, welche die Heuschrecken, und die Käfer, und der Milthau, und die Raupen gefressen haben: sie waren mein mächtig und groß Kriegsheer, das ich über euch gesandt habe.

26. Und ihr sollet in der Fülle essen, und satt werden: ihr sollet auch den Namen des HErrn eures GOttes lo-

faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra ejus, quia fortia, & facientia verbum ejus: *b* magnus enim dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum? *b Jerem. 30. 7. Amos 5. 18. Soph. 1. 15.*

II. 12. Nunc ergo dicit Dominus: * Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio, & in fletu, & in planctu. * *FER. 5. CINER.*

13. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum: *c* quia benignus, & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. *c Ps. 85. 5. Joan. 4. 2.*

14. Quis *d* scit, si convertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium, & libamen Domino Deo vestro? *d Joan. 3. 9.*

15. Canite tuba in Sion, *e* sanctificate jejunium, vocate cœtum, *e Sup. 1. 14.*

16. Congregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos, & sugentes ubera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.

17. Inter vestibulum, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine! parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: Ubi est Deus eorum?

III. 18. Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo:

19. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce, ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos ultra opprobrium in gentibus. *

20. Et eum, qui ab Aquilone est, procul faciam a vobis: & expellam eum in terram inviam, & desertam: faciem ejus contra mare Orientale, & extremum ejus ad mare novissimum: & ascendet fœtor ejus, & ascendet putredo ejus, quia superbe egit.

21. Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificavit Dominus, ut faceret.

22. Nolite timere animalia regionis: quia germinaverunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus, & vinea dederunt virtutem suam.

23. * Et filii Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem justitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio. * *FER. 6. QUAT. TEMP. PENTECOST.*

24. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo.

25. Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.

26. Et comedetis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit

---

℣. 13. *Misericors est -- & præstabilis super malitia.* Hebr. Pœnitens de malo, quod comminatus fuerat. Malitia sæpe pro afflictione sumitur: Matth. 6. *Sufficit diei malitia sua.* Deus dives est in misericordia.

℣. 14. *Quis scit, si convertatur, & ignoscat.* Voces illæ: *Quis scit*, ad condonationem pœnarum temporalium referuntur: non eas Deus semper pœnitentibus indulget. *Benedictionem.* Bonorum abundantiam, ex qua sacrificia, & libamina Deo offerantur.

℣. 16. *Egrediatur sponsus de cubili suo.* Pœnitentiæ temporibus etiam a licitis voluptatibus abstinendum. *Sugentes ubera.* Nulla sit ætas, quæ non pœniteat.

℣. 17. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes.* Inter porticum templi & altare holocaustorum plorent sacerdotes. *Quare.* Ne dicant populi gentiles: ubi est Deus eorum, qui illos non potuit defendere?

℣. 18. *Et pepercit populo suo.* Postquam plebs Jerosolymæ his verbis excitata rediit in viam, tum Propheta eam est consolatus.

℣. 19. *Non dabo vos ultra opprobrium in gentibus*, i. per longum tempus.

℣. 20. *Et eum, qui ab aquilone est, procul faciam a vobis.* Ista in locustas non cadunt, neque ab Aquilone, sed ab Austro vel ab Oriente hæ nubes insectorum prodeunt; & satis commode ad Scythas referri videntur.

℣. 21. *Terra exulta & lætare: quoniam magnificavit Dominus, ut faceret.* Tecum magnifice aget; quæ ad Ecclesiam magis, quam ad Judæam videntur referri posse.

℣. 23. *Et filii Sion exultate: quia dedit vobis doctorem justitiæ.* Christum Dominum, qui non solum est doctor veritatis, ut Moyses, & Prophetæ, sed etiam est doctor justitiæ, qui pluviam voluntariam segregat hæreditati suæ. De Christo & Ecclesia, quod reliquum est in hoc capite, vaticinium intelligi debet.

fecit mirabilia vobiscum: & non confundetur populus meus in sempiternum.

27. Et scietis, quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in æternum. *

*EPIST. 1. SABBAT. QUAT. TEMP. PENTECOST.

28. Et erit post hæc: * *f* Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, & juvenes vestri visiones videbunt.

f Is. 44. 3. *Act.* 2. 17.

29. Sed & super servos meos, & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.

30. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

31. Sol *g* convertetur in tenebras, & luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.

g Supr. 2. 10. *Matth.* 24. 29. *Luc.* 21. 25. *Act.* 2. 20.

32. Et erit: Omnis *h*, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit: quia in monte Sion, & in Jerusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, & in reliquis, quos Dominus vocaverit.

h Rom. 10. 13.

CAPUT III.

I. Minatur Dominus extremum judicium gentibus, quæ Juum afflixerunt populum. 1. *II. Describit pœnas reproborum & gloriam electorum; fons de domo Domini egredietur, & Judæa in æternum inhabitabitur.* 9.

1. Quia ecce, in diebus illis, & in tempore illo, cum convertero captivitatem Juda & Jerusalem,

2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Josaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos dispersérunt in nationibus, & terram meam divisérunt.

3. Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, ut biberent.

ben, der Wunder mit euch gethan hat: und mein Volk soll in Ewigkeit nicht zu Schanden werden.

27. Und ihr sollet wissen, daß ich mitten unter Israel bin: und daß ich der HErr euer GOtt bin, und ist keiner mehr: und mein Volk soll in Ewigkeit nicht zu Schanden werden.

28. Und es wird nach diesem geschehen: Daß ich meinen Geist über alles Fleisch ausgießen werde: und eure Söhne, und eure Töchter sollen weißagen: eure Alten sollen Träume träumen, und eure jungen Männer sollen Gesichte sehen.

29. Ja ich will auch in denselben Tagen über meine Knechte und Mägde meinen Geist ausgießen.

30. Und ich will Wunderzeichen geben im Himmel, und auf Erden, Blut und Feuer, Dampf und Rauch.

31. Die Sonne wird sich in Finsterniß verwandeln, und der Mond in Blut: ehe dann der große, und schreckliche Tag des HErrn kommen wird.

32. Und es soll geschehen: Wer den Namen des HErrn anrufen wird, der wird selig werden: denn auf dem Berge Sion, und zu Jerusalem wird Erlösung seyn, wie der HErr geredt hat: und an den übrigen, die der HErr berufen wird.

Das dritte Capitel.

I. Die Kirche GOttes wird von GOtt beschützet, und endlich zu seiner Zeit erlöset werden. 1. II. Die Zukunft des Antichrists, und des letzten Gerichts werden beschrieben, auch die Strafe der Bösen, und Belohnung der Gerechten. 9.

1. Denn siehe, in denselbigen Tagen, und in derselbigen Zeit, wann ich das Gefängniß Juda und Jerusalem wenden werde,

2. Will ich alle Heyden versammeln, und will sie in das Thal Josaphat hinführen: daselbst will ich mit ihnen rechten, wegen meines Volkes, und meines Erbtheils Israel, daß sie unter die Völker zerstreuet, und mein Land ausgetheilet haben.

3. Und sie haben über mein Volk das Loos geworfen: die Knaben haben sie zur Unzucht übergeben im gemeinen Hause, und die jungen Mägdlein um Wein verkaufet, damit sie zu saufen hätten.

4. Aber

℣. 28. *Effundam spiritum meum super omnem carnem.* Impleta est hæc Prophetia tempore novi Testamenti, cum fidei mysteria sunt revelata. Nascentis Ecclesiæ primordia velut oculis subjicit, cum Spiritus sancti dona, non ut antea in perpaucos homines, & raro, sed in omnes sine discrimine sexus, aut conditionis effudit. *Somnia.* Divina scilicet somnia, qualia utrique Joseph immisit Deus, & cœlestes visiones vigilantibus, cum rerum futurarum species sensibiles vi imaginatrici Deus imprimit, ut Ezechieli, & Joanni Apostolo. Utroque enim modo Deus arcana sua & futuros eventus Sanctis revelavit. Duo autem illa prophetiarum genera ex cap. 12. Numerorum colliguntur. R. David hanc Prophetiam ad Messiam refert. Amb. L. 1. de Spiritu S. cap. 7. hinc probat divinitatem Spiritus sancti: *Quoniam non dicitur effundi, nisi quod participabile est; nec dicit Deus: Effundam de Angelo meo, sicut ait effundam de Spiritu meo, quia Angelus non est participabilis. Non spiritum ait, sed de Spiritu: neque enim nos capere possumus plenitudinem Spiritus sancti.*

℣. 30. *Et dabo prodigia in cœlo.* Hæc utique vel ad primum, vel ad secundum Christi adventum videntur pertinere. Nam in passione Christi sanguis ex ejus latere lanceæ perfossa manavit, & Spiritus sanctus suo lumine & ardore fidelium corda complevit, cum Judæorum mentes vapor & teter obduxit fumus.

℣. 32. *Omnis, qui invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Non aliter judicium Dei quis potest effugere, nisi credendo in Christum. *Salvus erit.* Aug. epist. 89. *Non utique salute corporis, quam mutti habent, etiam qui non invocant nomen Domini, sed illa salute, de qua ipse dicit: Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Et in Jerusalem erit salvatio.* Hebr. *Evasio.* Nempe in Ecclesia Christi, extra quam nulla est salus. *Vocaverit.* In iis, qui ex Judæis ad Christum convertentur, cæteris propter incredulitatem pereuntibus. *Si ut dixit Dominus.* Ut mihi revelavit. Vir doctus a nobis idemtidem laudatus postremos hos versus de invasione Scytharum post captivitatem Babylonicam Xerxis temporibus juxta historicum sensum post Theodoretum exponit, de qua incursione loqui Ezechielem cap. 38. existimat. *Et erit in illa die adventus Gog super terram Israel* &c. Theodoretus in hunc locum Joelis: *Post spiritualium vero donorum prædictionem in aliam sententiam transfert Prophetiam, prædicens de Gog & Magog, de quibus divinus Ezechiel vaticinatus est: quemadmodum post reditum e captivitate maximis copiis bellum inferrent contra Jerusalem; nimirum, ut verisimile est, gentibus Israeli vicinis eos ad hanc rem solicitantibus. Quod si res ita sit, caput tertium non aliud fere erit, quam hujus prophetiæ de duplici Scytharum incursione continuatio, juxta historicum sensum.*

CAPUT III.

℣. 1. *Quia ecce, in diebus illis.* Initium hujus capitis connexum est cum extremis verbis superioris, ex sententia Auctoris idemtidem a nobis laudati. Ex primæ hostium incursionis occasione secundam insinuat, cum Scythæ in terram sanctam populabundi impetum fecerunt, & in seipsos mutuis cædibus ruentes, magna ex parte perierunt in valle Josaphat. Quod Cyrillus scribens in hunc locum, non de Scythis, ut Theodoretus, sed de finitimis nationibus ex continuata & constanti traditione acceptum refert. *Hoc ad nos*, inquit, *traditione pervenit.* Quin & locum conflictus, aut potius ultionis divinæ, a Propheta designari ait. Meretur quoque fidem Propheta, qui ipsum nobis conflictus locum nominat. *Cum convertero.* Post reditum e Babylone, ait Theodoretus, congregabo, id est, congregari permittam, & primam eorum impetum non prohibebo. *Et deducam eas in vallem Josaphat.* De historico sensu diximus; sed nihil obstat, quominus in sensu spiritali, & præcipue a Spiritu sancto intento, de extremo mundi judicio ista accipiantur. Nam *Josaphat* vocabulum *judicium Dei* significat. Alii ad primum Christi adventum hæc referunt: nam ista ad Ecclesiam omnino videntur pertinere. Utroque modo Propheta de judicio loquitur, quo populus a diaboli captivitate liberatus in veram Dei libertatem asseretur.

℣. 3. *Super populum meum miserunt sortem.* Ut victores solent, qui captivos inter se partiuntur. Quæ nonnulli ad captivitatem Babylonicam, aut ad eventus, qui sunt consecuti, referenda putant. *Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt.* Hieron. *Tradit adolescentes meretricibus, & puellas tenuit luxuriæ, qui turpis lucri gratia non corripit delinquentes.*

4. Aber was habe ich mit euch zu thun, ihr zu Tyro und Sidon, sammt allen Gränzen der Philisthäer? wollet ihr mir die Rache wiedergelten? ja, wenn ihr euch an mir rächen wollet, so will ich es euch eilends und geschwind auf euren Kopf vergelten.

5. Denn ihr habt mein Silber und mein Gold genommen, und habt meine anmuthigsten und schönsten Dinge in eure Tempel getragen.

6. Ihr habt auch die Kinder Juda, und die Kinder Jerusalem den Kindern der Griechen verkauft, damit ihr sie weit von ihren Gränzen hinwegschafftet *. * brächtet

7. Siehe, ich will sie wieder erwecken aus dem Orte, dahin ihr sie verkauft habt: und will euch eure Wiedervergeltung auf euer Haupt wenden.

8. Und ich will eure Söhne, und Töchter verkaufen durch die Hände der Kinder Juda, die sollen sie den Sabäern, einem weit entlegenen Volke, verkaufen, denn der HErr hat es geredet.

II. 9. Rufet dieses aus unter den Heyden, heiliget einen Krieg, erwecket die Starken: lasset sie anziehen, und lasset alle Kriegsleute heraufkommen.

10. Schmiedet eure Pflugeisen zu Schwertern, und eure Hauen zu Spießen. Wer schwach ist, der sage: Ich bin stark.

11. Ziehet mit Gewalt heraus, und kommet alle ihr Heyden rings herum, und thut euch zusammen: daselbst wird der HErr deine Starken niederlegen.

12. Die Heyden erheben sich, und kommen herauf in das Thal Josaphat: denn daselbst will ich sitzen, alle Heyden ringsherum zu richten.

13. Schlaget die Sichel an, denn die Ernte ist reif worden: kommet, und ziehet hinab, denn die Kälter ist voll, ja die Kältern laufen über: denn ihre Bosheit hat sich fast gemehret.

14. Da werden Völker über Völker seyn * im Thale des Verderbens: denn der Tag des HErrn ist nahe im Thale des Verderbens. * sehr viele Völker

15. Sonne und Mond werden verdunkelt werden, und die Sterne werden ihren Glanz zurück halten.

16. Und der HErr wird aus Sion brüllen, und aus Jerusalem seine Stimme geben: alsdann werden sich Himmel und Erde bewegen: der HErr aber wird die Hoffnung seines Volkes, und die Stärke der Kinder Israel seyn.

17. Und ihr werdet wissen, daß ich, der HErr, euer GOtt bin, der ich auf meinem heiligen Berge Sion wohne: und Jerusalem wird heilig seyn, und die Fremden werden hinfüro nicht mehr durch sie gehen *. * ziehen.

18. An demselbigen Tage werden die Berge mit Süßigkeit triefen, und die Bühel mit Milch fließen: und alle Bäche in Juda werden genug Wasser haben: und ein Brunn wird aus dem Hause des HErrn hervorquellen, und den Dörnerbach befeuchten. * wässern.

19. Aegypten soll zur Wüste werden, und das Land

4. Verum quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? numquid ultionem vos reddetis mihi? & si ulciscimini vos contra me, cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

5. Argentum enim meum & aurum tulistis, & desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra vestra.

6. Et filios Juda, & filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut longe faceretis eos de finibus suis.

7. Ecce, ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: & convertam retributionem vestram in caput vestrum.

8. Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Juda, & venumdabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est.

II. 9. Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos: accedant, ascendant omnes viri bellatores.

10. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum.

11. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.

12. Consurgant, & ascendant gentes in vallem Josaphat: quia ibi sedebo, ut judicem omnes gentes in circuitu.

13. Mittite *a* falces, quoniam maturavit messis: venite, & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. *a Apoc. 14. 15.*

14. Populi populi in valle concisionis: quia juxta est dies Domini in valle concisionis.

15. Sol *b* & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. *b Sup. 2. 10. & 31.*

16. Et *c* Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: & movebuntur cœli, & terra: & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. *c Jer. 25. 30. Amos 1. 2.*

17. Et scietis, quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion monte sancto meo: & erit Jerusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius.

18. Et *d* erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes rivos Juda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. *d Amos 9. 3.*

19. Ægyptus in desolationem erit, & Idu-

℣. 4. *Quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon.* Quia Tyrii & Sidonii in priori incursione, ut videtur Auctori laudato, complures Judæos a Scythis emptos aliis nationibus vendiderant, & urbes Palæstinæ diripuerant, ulturum se has injurias populo suo illatas Deus per Prophetam declarat; quod circa quadragesimum Oziæ annum impletum est. Nam his devictis ab Ozia, Judæi complures e Tyriis, Sidoniis, & aliis Palæstinis bello captos Sabæis vendiderunt. Nisi forte de captivitatis Babylonicæ temporibus hæc intelligantur, cum Tyrii & Sidonii se Chaldæis adjungentes Judæorum bona diripuerunt.

℣. 6. *Et filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum.* Gentilibus.

℣. 12. *Consurgant & ascendant gentes in vallem Josaphat.* A Tyro rursum ad Scythas prophetiam convertit, inquit Theodoretus; nam vocat in judicium finitimos in circuitu, quod barbaris juncti Judæam opprimere conati sint.

℣. 13. *Mittite falces.* Cædem hostium cum vindemia & uberi messe comparat. Angelos divinæ voluntatis administros compellat: eodem plane modo Angelus in Apocal. cap. 14. & 15. loquitur, ubi Joannes extremum judicium sub figura torcularis exhibet. *Quia plenum est torcular.* Uvis, seu impiis supplicio conculcandis.

℣. 14. *Populi populi in valle concisionis.* Cædis nempe & stragis.

℣. 15. *Sol & luna obtenebrati sunt.* Hæc in sensu historico exponit Theodoretus, ac docet futurum, ut Dominus tonitribus suis circumstrepens, & terram motibus concutiens, plagisque cœlitus immissis eos omnino perdat. Soli quoque & lunæ offusæ tenebræ, Matth. 24. ut signa ultimi judicii designantur a Domino; quæque hoc loco Propheta describit.

℣. 16. *Et movebuntur cœli & terra.* Luc. 21. Ad extremum sæculi diem. Uti quæ sequuntur, ad Ecclesiam ipsam aperte referuntur: *Et erit Jerusalem sancta.*

℣. 18. *In illa die stillabunt montes dulcedinem.* Judæos in spem erigit, aut potius fideles Christianos; pacem & rerum omnium copiam iis pollicetur, fore, ut fontes, qui sæpe in Judæa exsiccantur, ubertim fluant. *Et irrigabit torrentem spinarum.* Hebr. *Vallem Sethim*, quæ ultra Jordanem sita est, ubi cedri abundant. Postea Ægypti & Idumææ prædicit exitium.

℣. 19. *Ægyptus in desolationem erit.* Judæi complures in Ægyptum, & in Idumæam confugerunt, qui ab iis sunt occisi. Vel *Ægyptus in desolationem erit*, i. locus reproborum.

mæa in desertum perditionis: pro eo, quod inique egerint in filios Juda, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua.

20. Et Judæa in æternum habitabitur, & Jerusalem in generationem & generationem.

21. Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundaveram: & Dominus commorabitur in Sion.

Edom zu einer verderbten Einöde: darum, daß sie mit den Kindern Juda ungerecht gehandelt, und unschuldig Blut in ihrem Lande vergossen haben.

20. Und das Land Juda soll ewiglich bewohnet werden, und Jerusalem von einem Geschlechte zum andern.

21. Und ich will ihr Blut reinigen, das ich noch nicht gereiniget hatte: und der HErr wird zu Sion wohnen.

PROPHETIA AMOS.

CAPUT I.

Tempus Prophetiæ Amos: Ultio Domini I. In Damascum: 3. II. Philisthæos: 6. III. Tyrum: 9. IV. Idumæam: 11. V. Et filios Ammon, quos super quatuor sceleribus non convertet. 13.

Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Juda, & in diebus Jeroboam, filii Joas, regis Israel, *a* ante duos annos terræ motus.

a Zach. 14. 5.

2. Et dixit: *b* Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exsiccatus est vertex Carmeli.

b Jer. 25. 30. Joel 3. 16.

I. 3. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum: eo quod trituraverint in plaustris ferreis Galaad.

4. Et mittam ignem in domum Azael, & devorabit domos Benadad.

5. Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

II. 6. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non convertam eum: eo quod transtulerint captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa.

7. Et mittam ignem in murum Gazæ, & devorabit ædes ejus.

8. Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone, & convertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus.

III. 9. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum: eo quod concluserint captivitatem per-

Der Prophet Amos.

Das erste Capitel.

Titel, Zeit, und Eingang der Weissagung. I. Fünf Völkern wird das Verderben vorgesagt: denen Syriern: 3. II. Philisthäern: 6. III. Tyriern: 9. IV. Idumäern: 11. V. Ammonitern. 13.

Die Worte Amos, der unter den Hirten von Thecue war: die er in den Tagen Oziä, des Königs Juda, und in den Tagen Jeroboam, des Sohns Joas, des Königs Israel, zwey Jahre vor dem Erdbeben, über Israel gesehen hat.

2. Und er sprach: Der HErr wird aus Sion brüllen, und aus Jerusalem seine Stimme gehen lassen: und die schönen Weyden der Hirten werden trauren, und die Spitze des Carmels wird verdorren.

I. 3. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Damasci, ja über viere, will ich ihnen nicht gnädig seyn: darum, daß sie Galaad mit eisernen Wagen gedroschen haben.

4. Und ich will ein Feuer senden in das Haus Azael, das soll die Häuser Benadad verzehren.

5. Ich will auch die Riegel Damasci zerbrechen: und will verderben, die auf dem Felde des Abgotts wohnen, und aus dem Lusthause denjenigen, der den Zepter in der Hand hat: und das Volk aus Syrien soll gen Cyrene hinweggeführet werden, spricht der HErr.

II. 6. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Gazä, ja über viere, will ich ihnen nicht gnädig seyn: darum, daß sie diejenigen dazumal gefänglich hinweggeführet haben, die schon gefangen waren, damit sie dieselbigen im Lande Edom versperrten.

7. Und ich will ein Feuer senden in die Mauren zu Gaza, das soll ihre Häuser verzehren.

8. Ich will auch die Inwohner zu Azoto vertilgen, sammt dem, der den Zepter zu Ascalon hält, und will meine Hand über Accaron ausstrecken, und die übrigen Philisthäer sollen umkommen, spricht GOtt der HErr.

III. 9. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Tyri, ja über viere, will ich ihnen nicht gnädig seyn: darum, daß sie diejenigen, so schon ganz gefangen waren, in dem Lande

---

℣. 20. *Et Judæa*, nempe cœlestis fuit, & *Jerusalem* cœlestis *in æternum habitabitur.*

℣. 21. *Et mundabo sanguinem eorum.* Ulciscar sanguinem fidelium. *In Sion.* In Ecclesia. Deus Spiritu suo & gratia fidelium animas mundavit, quæ antea per sacrificia tantum in figura mundabantur.

CAPUT I.

℣. 1. *Verba Amos, qui fuit in pastoribus de Thecue.* Thecua urbs erat, unde missa est a Joab ad Davidem mulier, quæ veniam impetraret Absaloni, 2. Reg. 14. Hæc a Roboamo postea fuit instaurata, 2. Paral. 11. Josephi temporibus vicus erat 12. miliaribus Jerosolyma distans. *Ante duos annos terræ motus.* Hujus terræ motus meminit Zacharias c. 14. Existimat Franc. Ribera, hunc terræ motum factum esse intra annum decimum quartum Oziæ, non vicesimo quinto, ut volunt Judæi.

℣. 2. *Dominus de Sion rugiet* &c. Voce pastorali utitur, ut vocem Dei terribilem exprimat. Hieron. *Naturale est, ut omnes artifices suæ artis loquantur exemplis, & unusquisque, in quo studio trivit ætatem, illius similitudinem proferat.* Deus, qui colitur in Jerusalem, vestras urbes conteret, o Israel. *Speciosa pastorum.* Voeat læta pascua. *Vertex Carmeli.* Vox illa generatim pro loco fertili sumitur.

℣. 3. *Super tribus sceleribus Damasci.* Id est, sæpe. *Et super quatuor non convertam eum.* Non convertam me ad eum, aut sententiam contra eum latam non mutabo. Quasi dicat: Quatuor sunt & plura scelera Damasci, propterea hos puniam: numerus est definitus pro indefinito. Sunt plura Damasci scelera, quæ puniam, illud imprimis, quod sub Azael rege Syriæ trituraverint in plaustris Galaditas. Plaustra illa ferreis & dentatis rotis instructa erant, in quibus paleas comminuere solebant ob fœni penuriam.

℣. 5. *Conteram vectem Damasci.* Robur ejus & munimen. *De campo idoli.* Locum designat, in quo idolorum cultus vigebat. De planitie Damasci transferetur Syriæ populus Cyrenen, in superiorem Asiam, in confinio Armeniæ & Mediæ, quæ a Cyro fluvio sic dicta est. Ptolemæus urbem *Cirnam* ponit in Media. Regnante Achaz hoc vaticinium impletum fuit.

℣. 6. *Eo quod transtulerint captivitatem.* Quod Judæos, qui ad se confugerant, nullo excepto conclusos tradiderint in Idumæam transferendos.

℣. 7. *Et mittam ignem in murum Gazæ.* Gaza triplex reperitur, una Mediæ, altera Æthiopiæ, tertia Palæstinæ, postea dicta *Gazera*, quæ omnes hic enumerantur, & pari modo, quo *Damascus*, exscindendæ prædicuntur ob innumera scelera; maxime ob rationem jam superius datam; quia Judæos in perpetua servitute concluserunt. Vid. 2. Paral. 21.

℣. 8. *Et peribunt reliqui.* Nempe Geth, patria Goliath, & minora oppida.

℣. 9. *Eo quod non sint recordati fœderis fratrum.* Salomonis & Hiram regis Tyri, qui se fratres appellabant.

de Edom versperret, und an den Bund der Brüder nicht gedacht haben.

10. Und ich will ein Feuer senden in die Mauer Tyri, das soll ihre Häuser verzehren.

IV. 11. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Edom, ja über viere, will ich ihnen nicht gnädig seyn: darum, daß er seinen Bruder mit dem Schwerte verfolget, und die Barmherzigkeit gegen ihm gebrochen hat, und daß er seinen Grimm für und für behalten, und seinen Zorn bis zum Ende nicht hat sinken lassen.

12. Ich will ein Feuer in Theman schicken, das soll die Häuser zu Bosra verzehren.

V. 13. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster der Kinder Ammon, ja über viere, will ich ihnen nicht gnädig seyn: darum, daß sie die schwangeren Weiber zu Galaad aufgeschnitten haben, ihre Gränzen zu erweitern.

14. Und ich will in den Mauren zu Rabba ein Feuer anzünden: das soll im Heulen am Tage des Streits, und im Sturmwetter am Tage der Bewegung, ihre Häuser verzehren.

15. Und Melchom wird in das Gefängniß gehen, er selbst, und mit ihm zugleich seine Fürsten, spricht der HErr.

Das zweyte Capitel.

I. Ebenmäßiges Verderben wird den Moabitern angekündet: 1. II. Wie auch dem Lande Juda: 4. III. Und den Israeliten, mit heftigem Verweis ihrer Bosheit und Undankbarkeit. 6.

1. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Moab, ja über viere, will ich ihm nicht gnädig seyn: darum, daß er die Gebeine des Königs Edom zu Asche verbrannt hat.

2. Und ich will ein Feuer in Moab schicken, das soll die Häuser zu Carioth verzehren: und Moab soll im Getümmel, und im Schalle der Posaune sterben:

3. Ich will auch den Richter von ihm vertilgen, und will alle seine Fürsten zugleich mit ihm erwürgen, spricht der HErr.

II. 4. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Juda, ja über viere, will ich ihm nicht gnädig seyn: darum, daß er das Gesetz des HErrn verworfen, und seine Gebothe nicht gehalten hat: denn ihre Abgötter haben sie betrogen, welchen ihre Väter nachgegangen sind.

5. Und ich will ein Feuer in Juda schicken, das soll die Häuser zu Jerusalem verzehren.

III. 6. Dieß sagt der HErr: Ueber drey Laster Israel, ja über viere, will ich ihm nicht gnädig seyn: darum, daß er den Gerechten um Geld, und den Armen um Schuhe verkaufet hat.

7. Sie zertretten die Häupter der Armen in Staub der Erde, und meiden den Weg der Elenden: Sohn, und Vater sind zu einer Dirne gegangen, meinen heiligen Namen zu entehren.

8. Sie haben sich auf verpfändeten Kleidern zu Tische gesetzt, bey allen Altären: und im Hause ihres GOttes Wein getrunken vom Gelde der Verurtheilten.

9. Ich aber habe den Amorrhiter vor ihrem Angesichte ausgerottet, der so hoch war, wie die Cedern, und

sectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum.

10. Et mittam ignem in murum Tyri, & devorabit ædes ejus.

IV. 11. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non convertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, & violaverit misericordiam ejus, & tenuerit ultra furorem suum, & indignationem suam servaverit usque in finem.

12. Mittam ignem in Theman, & devorabit ædes Bosræ.

V. 13. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum: eo quod dissecuerint prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum.

14. Et succendam ignem in muro Rabba: & devorabit ædes ejus in ululatu in die belli, & in turbine in die commotionis.

15. Et ibit Melchom in captivitatem ipse, & principes ejus simul, dicit Dominus.

CAPUT II.

I. Ultio Domini in Moab: 1. *II. Et in Judæam:* 4. *III. Et Israel prædicitur interitus, quod acceptis beneficiis semper ingratus Dei legem abjecerit.* 6

1. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ usque ad cinerem.

2. Et mittam ignem in Moab, & devorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ:

3. Et disperdam judicem de medio ejus, & omnes principes ejus interficiam cum eo, dicit Dominus.

II. 4. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Juda, & super quatuor non convertam eum: eo quod abjecerit legem Domini, & mandata ejus non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum.

5. Et mittam ignem in Juda, & devorabit ædes Jerusalem.

III. 6. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non convertam eum: pro eo, quod vendiderit pro argento justum, & pauperem pro calceamentis.

7. Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: & filius ac pater ejus ierunt ad puellam, ut violarent nomen sanctum meum.

8. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt juxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui.

9. Ego *a* autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum, cujus altitudo, cedrorum altitudo

a Num. 21. 24. Deut. 2. 24.

℣. 11. *Eoquod persecutus sit in gladio fratrem suum.* Israelem. *Misericordiam ejus.* Fecit contra misericordiam fratri debitam.

℣. 12. *Mittam ignem in Theman.* Hæc uti & Bosra urbs est, regioque Idumææ.

℣. 13. *Eoquod dissecuerit prægnantes Galaad.* Ut regionem illam invaderent. Paulus Burgensis sic vertit: Eo quod dissecuerint montana Galaad; quod dissiparint montes Galaaditarum terræ suæ finitimos, ut terræ suæ terminos dilatarent. Hoc fecisse videtur Naas tempore Saulis 1. Reg. 11.

℣. 15. *Ibit Melchom.* Idolum Ammonitarum *in captivitatem.*

CAPUT II.

℣. 1. *Eoquod incenderit ossa regis Idumææ.* Moabitæ, in Idumæos devictos ita sunt grassati, ut in mortuos, aut in eorum monumenta sævirent. Hieron. ex veterum Hebræorum sententia tradit Moabitas ardentes odio & cupidine vindictæ, regis Idumææ, qui cum Josaphat rege Juda, & Joram rege Israel ascenderat contra Moab, ossa e sepulchro effossa in cineres redegisse. Hanc injuriam vindicat Deus, ut ostendat se omnium esse creatorem, & judicem omnium.

℣. 3. *Et disperdam judicem de medio ejus.* i. regem. *Et devorabit ædes Carioth.* Urbis primariæ Moabitarum. *Et morietur in sonitu.* In crudeli bello.

℣. 6. *Pro eo, quod vendiderit - pauperem pro calceamentis.* Vili pretio.

℣. 7. *Qui conterunt super pulverem terræ capita pauperum.* Qui ad terram eos dejiciunt, & terunt pedibus. *Declinant.* Declinare faciunt, vel deorsum inclinant & deprimunt humiles viatores. *Et filius, ac pater.* Uterque cum nuru, vel meretrice habent consuetudinem.

℣. 8. *Et super vestimentis pignoratis accubuerunt.* Quibus uti non licet depositario, uti nec aliis rebus, quæ usu consumuntur. *Juxta omne altare.* Idolorum. *Damnatorum.* 70. Vinum de calumniis bibebant, ex oppressione pauperum.

℣. 9. *Cedrorum altitudo ejus* &c. sermo hyperbolicus, quo non proprie significatur, quod dicitur, sed improprie, rei nimirum communis excessus: ut Num. 13. Amorrhæus fuisse excelsæ staturæ hac hyperbole insinuatur.

titudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus: & contrivi fructum ejus deſuper, & radices ejus ſubter.

b Exod.14.1. Deut.8.2. 10. Ego *b* ſum, qui aſcendere vos feci de terra Ægypti, & duxi vos in deſerto quadraginta annis, ut poſſideretis terram Amorrhæi.

11. Et ſuſcitavi de filiis veſtris in prophetas, & de juvenibus veſtris Nazaræos: numquid non ita eſt filii Iſrael? dicit Dominus.

12. Et propinabitis Nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis.

13. Ecce, ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno.

14. Et peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſalvabit animam ſuam:

15. Et tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus ſuis non ſalvabitur, & aſcenſor equi non ſalvabit animam ſuam:

16. Et robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

CAPUT III.

I. Deus Iſrael populum olim unice electum deſeret ob ſcelera: 1. II. Eumque Aſſyriis & injuſtitiæ ſuæ velut aucupi & leoni in prædam dabit: 4. III. Et paucos in ſuperventura afflictione ſervabit. 12.

1. Audite verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos, filii Iſrael: ſuper omnem cognationem, quam eduxi de terra Ægypti, dicens:

2. Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.

3. Numquid ambulabunt duo pariter, niſi convenerit eis?

II. 4. Numquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? numquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit?

5. Numquid cadet avis in laqueum terræ absque aucupe? numquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit?

6. Si clanget tuba in civitate, & populus non expaveſcet? ſi erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit?

7. Quia non facit Dominus Deus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos ſuos prophetas.

8. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit?

9. Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Ægypti, & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio ejus, & calumniam patientes in penetralibus ejus.

und ſo ſtark, wie die Eichbäume: und habe von oben her ſeine Frucht, und von unten ſeine Wurzel vertilget.

10. Ich bin es, der euch aus Aegyptenland heraufgebracht, und vierzig Jahre lang durch die Wüſte geführet habe, daß ihr der Amorrhiter Land zum Beſitz ſollet einnehmen.

11. Ich habe aus euren Kindern Propheten erwecket, und Nazaräer aus euren Jünglingen: iſt dem nicht alſo, ihr Kinder Iſrael? ſpricht der HErr.

12. Ihr aber werdet den Nazaräern Wein zu trinken geben: und den Propheten befehlen, ſprechend: Ihr ſollt nicht weißagen.

13. Siehe, ich will unter euch kürren*, wie ein Wagen kürret, der mit Heu beladen iſt. *ein Kürren erwecken

14. Und der Schnelle wird nicht entfliehen, und dem Mächtigen wird ſein Vermögen abgehen, und der Starke wird ſeine Seele nicht erretten:

15. Und der den Bogen trägt, wird nicht beſtehen, und der ſchnell iſt mit ſeinen Füßen, der wird ſich nicht erretten, und der zu Pferde ſitzt, wird ſeine Seele nicht erhalten:

16. Und der unter den Starken am herzhafteſten iſt, derſelbige wird an dem Tage nackend entfliehen, ſpricht der HErr.

Das dritte Capitel.

I. GOtt wird Iſrael verlaſſen: 1. II. Wird ſie zum Raube den Aſſyriern übergeben, wegen ihrer Sünden: 4. III. Doch etliche wenige vom Untergange erretten. 12.

1. Höret das Wort, ihr Kinder Iſrael, das der HErr über euch geredt hat: nämlich über alle Geſchlechte, ſo ich aus Aegyptenland geführet habe, und er ſprach:

2. Euch habe ich allein erkannt aus allen Geſchlechten auf Erden: darum will ich alle eure Miſſethaten über euch heimſuchen.

3. Mögen auch zween miteinander gehen, wenn ſie nicht eins ſind?

II. 4. Brüllet auch der Löwe im Walde, es ſey dann, daß er einen Raub habe? wird ſich auch ein junger Löwe aus ſeinem Lager hören laſſen, er habe dann etwas ergriffen?

5. Wird auch ein Vogel in den Strick auf der Erde fallen, da kein Vogler * iſt? wird man auch den Strick von der Erde aufheben, ehe dann etwas damit gefangen iſt? *Vogelfanger

6. Wird die Poſaune wohl klingen in einer Stadt, daß davon das Volk nicht erſchrecke? ſoll auch wohl einig Unheil in der Stadt ſeyn, das der HErr nicht gemacht habe?

7. Denn GOtt der HErr thut kein Ding, er habe dann zuvor ſein Geheimniß ſeinen Knechten, den Propheten, geoffenbaret.

8. Der Löwe wird brüllen, wer ſoll ſich nicht fürchten? GOtt der HErr hat geredt, wer ſoll nicht weißagen?

9. Machet es kund in den Häuſern zu Azot, und in den Häuſern in Aegyptenland, und ſaget: Verſammelt euch auf den Bergen Samariä, und ſehet mitten in ihr die vielfältige Thorheit, der viel iſt, und die Unrecht leiden in ihren Gemächern.

10. Sie

℣. 11. *Suſcitavi de filiis veſtris in prophetas.* Filios veſtros feci Prophetas.
℣. 13. *Ecce, ego ſtridebo ſuper vos.* Quoniam Paſtor erat Amos, e medio rure petit ſimilitudines.
℣. 14. *Peribit fuga a veloce.* Fruſtra fugam capeſſet. *Virtutem ſuam.* Nihil ei proderit.

CAPUT III.

℣. 1. *Audite verbum - filii Iſrael.* Ad omnes tribus loquitur Deus, quas eduxit ex Ægypto.
℣. 2. *Tantummodo vos cognovi.* Amavi, fovi.
℣. 3. *Numquid ambulabunt duo pariter, niſi convenerit eis?* Non convenit mihi vobiſcum, quia legem meam violatis, & fœdus vobiſcum initum: ideo rejiciam vos.
℣. 4. *Numquid leo rugiet* &c. *niſi aliquid apprehenderit.* Hebr. Apprehenſurus ſit. Atque ut leo rugit cum prædæ ſuæ imminet, ſic & vos exiſtimate ſcelerum pœnas daturos. Poſtquam Prophetæ eas vobis annuntiaverint: non diu differentur ſupplicia.
℣. 6. *Si erit malum in civitate.* Punitio, malum pœnæ. Hinc admonemur in afflictione, ut cogitationem noſtram magis ad Deum, qui nos caſtigat, quam ad homines, qui hæc nobis infligunt mala, referamus: talis enim cogitatio ad divinæ miſericordiæ opem implorandam, non ad ultionem ſumendam nos excitat.
℣. 7. *Quia non facit Dominus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos ſuos prophetas.* Loquitur de malis publicis. Sic Dominus facere ſolet, ut ſupplicia, quæ hominibus parat, prius cum Prophetis communicet.
℣. 8. *Leo rugiet, quis non timebit?* Cum miſerit eum Dominus. Hieron. *Si ad leonis vocem cuncta animalium natura terretur, jubente nobis Deo, ut annuntiemus populo ventura ſupplicia: quis non loquetur? quis non prophetabit?*
℣. 9. *Auditum facite in ædibus Azoti.* Vult Deus vicinas nationes congregari: quoniam illæ teſtes fuerunt, quæ & quanta in Iſraelem beneficia contulerit; & ſpectatores eos adhibet, qui de Iſraelis calamitatibus lætentur.

10. Sie können auch nicht thun, was recht ist, spricht der HErr, und sie bringen ungerecht und geraubtes Gut zusammen in ihren Häusern.

11. Darum sagt dieß GOtt der HErr: Das Land wird geplaget, und rings her umgeben werden: deine Stärke wird dir entzogen werden, und man wird deine Häuser plündern.

III. 12. Dieß sagt der HErr: Gleich als wenn ein Hirte zween Beine, oder das äußerste vom Ohrläpplein dem Löwen aus dem Maule reisset: also sollen die Kinder Israel errettet werden, welche zu Samaria wohnen in einem Spannbettlein, und zu Damasco ihr Lager haben.

13. Höret, und bezeuget es im Hause Jacobs, spricht GOtt der HErr der Heerschaaren:

14. Denn an dem Tage, wann ich anfahen werde, die Sünde Israel heimzusuchen, so will ich ihn heimsuchen, auch die Altäre zu Bethel: alsdann sollen die Hörner des Altars abgehauen werden, und zu Boden fallen.

15. Und ich will beyde, das Winter- und Sommerhaus, schlagen: und es sollen die helfenbeinerne Häuser zu Grund gehen, und viele Häuser sollen zerbrochen werden, spricht der HErr.

Das vierte Capitel.

I. Weil die Israeliten, sonderbar die Obersten, nach vielen Strafen sich nicht gebessert, wird ihnen die Gefängniß vorgesagt: 1. II. Doch werden sie letztlich zur Buße angetrieben. 12.

1. Höret dieß Wort, ihr fetten Kühe, die ihr auf dem Berge zu Samaria seyd: die ihr den Dürftigen Gewalt thut, und die Armen unterdrücket: die ihr zu euren Herren saget: Bringet herbey, und wir wollen trinken.

2. GOtt der HErr hat bey seiner Heiligkeit geschworen: denn siehe, es werden die Tage über euch kommen, daß sie euch an Stangen aufheben werden, und was von euch übrig ist, das werden sie in siedende Häfen werfen.

3. Und ihr werdet zu den Lücken hinausgehen, eine gegen der andern, und man wird euch gen Armon hinwegwerfen, spricht der HErr.

4. Kommet gen Bethel, und handelt gottlos: und gen Galgala, und machet der Sünden noch mehr: und bringet am Morgen eure Schlachtopfer, und auf drey Tage eure Zehenden.

5. Opfert auch ein Dankopfer vom Gesäuerten: rufet aus, und verkündiget freywillige Opfer: denn also habt ihr es haben wollen, ihr Kinder Israel, spricht GOtt der HErr.

6. Derowegen hab ich eure Zähne stumpf gemacht in allen euren Städten, und Mangel an Brod an allen euren Orten: und ihr seyd gleichwohl nicht wieder zu mir gekommen, spricht der HErr.

7. Ich habe auch den Regen verhalten, als noch drey Monathe bis zur Ernte waren: und habe geregnet über eine Stadt, und über die andere Stadt habe ich nicht geregnet: und ein Theil ist beregnet worden; aber der andere Theil, darauf ich nicht geregnet habe, ist verdorret.

10. Et nescierunt facere rectum dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis.

11. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabitur, & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.

III. 12. Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filii Israel, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damasci grabato.

13. Audite, & contestamini in domo Jacob, dicit Dominus Deus exercituum:

14. Quia in die, cum visitare cœpero prævaricationes Israel, super eum visitabo, & super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.

15. Et percutiam domum hiemalem, cum domo æstiva: & peribunt domus eburneæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

CAPUT IV.

I. Invehens sub typo vaccarum pinguium in primates Samariæ, ob idololatriam eis captivitatem minatur: 1. II. Hortatur, ut ad Deum convertantur. 12.

1. Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris: Afferte, & bibemus.

2. Juravit Dominus Deus in sancto suo: quia ecce, dies venient super vos, & levabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis ferventibus.

3. Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & projiciemini in Armon, dicit Dominus.

4. Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicate prævaricationem: & afferte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras.

5. Et sacrificate de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & nuntiate: sic enim voluistis filii Israel, dicit Dominus Deus.

6. Unde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris: & non estis reversi ad me, dicit Dominus.

7. Ego quoque prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menses supererent usque ad messem: & plui super unam civitatem, & super alteram civitatem non plui: pars una computa est; & pars, super quam non plui, aruit.

℣. 11. *Tribulabitur, & circuietur terra.* Vos Assyrii pedibus suis triturabunt, ut boves triticum, & terram vestram vastabunt, vos, qui in luxu & voluptate vitam agitis.

℣. 12. *Sic eruentur filii Israel - in plaga lectuli.* In parte lectuli. *Et in Damasci grabato.* In deliciis. Damascum expugnaverat Jeroboam secundus: & molliem vitam vivere ex Damascenis didicerant.

℣. 13. *Contestamini in domo Jacob.* Jubet Deus, ut omnes, qui hæc audierint, decem tribubus annuntient.

℣. 15. *Percutiam domum hiemalem cum domo æstiva.* Palatia hiemi & æstati aptas. Magnates diversis anni temporibus domos habebant, cum voluptatibus suis indulgebant.

CAPUT IV.

℣. 1. *Audite verbum hoc vaccæ pingues.* Chald. divites: non mulieres tantum luxu diffluentes, sed & viros alloquitur. Ex Hieronymo.

℣. 2. *Juravit Dominus in sancto suo.* Per nomen sanctum suum, aut per se ipsum. *Et reliquias vestras.* Liberos vestros. Metaphoram incœptam prosequitur, & quos vaccas pingues vocaverat, eorum carnes in contis, aut capita in hastis portanda, ut fit a victoribus, minatur.

℣. 3. *Per aperturas exibitis.* Ruptis muris, & perforatis ab Assyriis multi educentur, alter in conspectu alterius. *Et projiciemini in Armon.* In Armeniam, vel alium locum minus notum.

℣. 4. *Venite ad Bethel, & impie agite.* Verba deferentis Dei; estque locutio ironica, qua eorum studia declarat, ut Apoc. 22. *Qui in sordibus est, sordescat adhuc.* Idolorum vanitatem iis exprobrat, quæ eos ab imminenti strage salvare non poterant.

℣. 5. *Vocate,* publicate *voluntarias* vestras *oblationes - sic enim voluistis* facere. Tametsi hostiæ illæ nihil habent, cur spontaneæ vocentur, cum eas offeratis contra legem nihilominus, ut ait Hieron. *Impietatem vestram omnibus nuntiate, & omnes docete; non quia ego sic volo; sed ut vestræ satisfaciam voluntati.*

℣. 6. *Unde & ego dedi vobis stuporem dentium.* Fame assi xi & cruentis bellis.

℣. 7. *Prohibui a vobis imbrem, cum adhuc tres menses supererent usque ad messem.* sc. cum imber maxime necessarius esset, ut herba turgeret: nam arescit prorsus, si desit imber.

8. Et venerunt duæ & tres civitates ad unam civitatem, ut biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

a Agg. 2. 18. 9. Percuſſi *a* vos in vento urente, & in aurugine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum, oliveta veſtra, & ficeta veſtra comedit eruca: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

10. Miſi in vos mortem in via Ægypti, percuſſi in gladio juvenes veſtros usque ad captivitatem equorum veſtrorum: & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

b Gen. 9. 24. 11. Subverti vos, *b* ſicut ſubvertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

12. Quapropter hæc faciam tibi Iſrael: poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael.

13. Quia ecce, formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus, Deus exercituum nomen ejus.

CAPUT V.

I. Luget caſum Iſraelis, revocans eos ad quærendum Dominum, ut poſſint evadere afflictiones. 1. II. Odit Dominus feſtivitates, ac ſacrificia eorum, eisque propter idololatriam minatur captivitatem. 21.

1. Audite verbum iſtud, quod ego levo ſuper vos planctum: Domus Iſrael cecidit, & non adjiciet, ut reſurgat.

2. Virgo Iſrael projecta eſt in terram ſuam, non eſt, qui ſuſcitet eam.

3. Quia hæc dicit Dominus Deus: Urbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſrael.

4. Quia hæc dicit Dominus domui Iſrael: Quærite me, & vivetis.

5. Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis: quia Galgala captiva ducetur, & Bethel erit inutilis.

6. Quærite Dominum, & vivite: ne forte comburatur, ut ignis domus Joſeph, & devorabit, & non erit, qui extinguat Bethel.

7. Qui convertitis in abſinthium judicium, & juſtitiam in terra relinquitis.

8. Facientem Arcturum, & Orionem, & convertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: *a* qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eſt ejus.

a Infr. 9. 6.

8. Und es kamen zwey oder drey Städte zu einer Stadt, Waſſer zu trinken, und ſind nicht erſättiget: und ihr ſeyd gleichwohl nicht wieder zu mir gekommen, ſpricht der HErr.

9. Ich habe euch mit Brandluft, und Mithlthau geſchlagen: ſo fraßen auch die Raupen alles, was in euren Gärten, Weinbergen, Oel- und Feigengärten wuchs: und ihr ſeyd gleichwohl nicht wieder zu mir gekommen, ſpricht der HErr.

10. Ich habe den Tod unter euch geſandt auf dem Wege in Aegypten, ich habe eure junge Mannſchaft durch das Schwert erſchlagen, daß auch eure Pferde hinweggenommen worden ſind: ich habe den Geſtank von eurem Heerlager in eure Naſen aufgehen laſſen: und ihr ſeyd gleichwohl nicht wieder zu mir gekommen, ſpricht der HErr.

11. Ich habe euch umgekehret, wie GOtt Sodoma und Gomorrha umgekehret hat, und ihr ſeyd geweſen, wie ein Brand, der aus dem Feuer geriſſen wird: und ihr ſeyd gleichwohl nicht wieder zu mir gekommen, ſpricht der HErr.

II. 12. Darum will ich dir dieſes thun, o Iſrael: nachdem ich dir ſolches werde gethan haben, ſo bereite dich Iſrael, deinem GOtt zu begegnen.

13. Denn ſiehe, er iſt es, der die Berge zurichtet, und den Wind erſchaffet, und dem Menſchen ſein Wort verkündiget, und am Morgen einen Nebel erwecket, und der auf den Höhen des Erdbodens daher tritt: der HERR, der GOtt der Heerſchaaren, iſt ſein Name.

Das fünfte Capitel.

I. Das endliche Verderben wird dem Lande Iſrael angedeutet, ſo fern es ſich nicht beſſern wird. 1.
II. GOTT haſſet ihre Feſttage, und drohet mit der Gefangenſchaft. 21.

1. Höret dieß Wort, damit ich ein Klaglied über euch führe: Das Haus Iſrael iſt gefallen, und wird nicht wieder aufſtehen.

2. Die Jungfrau Iſrael iſt niedergeworfen auf ihren Boden, und iſt niemand, der ſie aufrichte.

3. Denn dieſes ſaget GOtt der HErr: In der Stadt, daraus tauſend giengen, ſollen hundert übrig gelaſſen werden: und daraus hundert giengen, darinnen ſollen zehen übrig gelaſſen werden, im Hauſe Iſrael.

4. Denn dieſes ſaget der HErr zum Hauſe Iſrael: Suchet mich, ſo werdet ihr leben.

5. Und ſuchet Bethel nicht, gehet auch nicht gen Galgala, und ziehet nicht hinüber gen Berſabee: denn Galgala wird gefänglich hinweggeführet werden, und Bethel wird nichts nütze ſeyn.

6. Suchet den HErrn, und lebet: damit nicht etwan das Haus Joſeph verbrannt werde, wie Feuer, das verzehren wird, und wird niemand ſeyn, der zu Bethel löſchen möge.

7. Die ihr das Recht in Wermuth verkehret, und die Gerechtigkeit auf Erden fahren laſſet.

8. Denn der das Wagengeſtirn, und Orion gemachet hat, der die Finſterniß in Morgen, und den Tag in die Nacht verwandelt: der dem Waſſer des Meeres rufet, und daſſelbige über den Erdboden ausſchüttet: der HErr iſt ſein Name.

9. Der

℣. 8. *Et venerunt duæ, vel tres civitates.* Ut haurirent e ciſternis aquas.

℣. 10. *Miſi in vos mortem in via Ægypti.* Ut olim Ægyptios percuſſi: aut locus iſte ex cap. 7. Oſee exponi poteſt, Ægyptum invocabant. Qui Ægyptum profecti fuerunt, in via perierunt, vel ex morbo, vel hoſtili gladio, vel denique cum Jeroboam ab Idumæis prælio victus eſt ultra Gazam, in via, quæ a Palæſtina ducit in Ægyptum, ut videtur viro pererudito. *Et aſcendere feci.* Nempe in prælio illo infelici cum Idumæis: aut forte cum Syri totam illam vaſtarunt regionem, & multas urbes ſuccenderunt. Unde alia poteſt eſſe hiſtoria 4. Reg. 13. cum Joachaz cæſus eſt a rege Syriæ in Samaria. Quod optime convenit verbis Prophetæ: *Percuſſi in gladio juvenes veſtros, &c.*

℣. 11. *Et ſalli eſtis quaſi torris raptus ab incendio.* Qui totus abſumeretur, niſi inde ereptus eſſet.

℣. 12. *Præparare in occurſum Dei tui Iſrael.* Monet decem tribus, ut captæ ab Aſſyriis non deſpondeant animum. *Præparare in occurſum Dei tui Iſrael.* Ut Chriſtum agnoſcant, cum prædicatum iis fuerit Evangelium per Apoſtolos. Tum enim omnipotentiam ſuam, & bonitatem oſtendet.

℣. 13. *Ecce, formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium ſuum.* Non dedignatur homines docere ſalutaria, & exortam Chriſti lucem nebula tegere.

CAPUT V.

℣. 1. *Audite verbum — levo ſuper vos planctum.* Carmen lugubre. *Et non adjiciet, ut reſurgat.* Loquitur de captivitate Aſſyriorum.

℣. 5. *Et Bethel erit inutilis.* Hebr. Ad nihilum redigetur.

℣. 6. *Quærite Dominum, & vivite: ne forte comburatur, ut ignis domus Joſeph.* Ne forte ignis invadat domum Joſeph, & in cineres redigat Bethel.

℣. 7. *Qui convertitis in abſinthium judicium.* Per injuſta judicia adverſus pauperes. Qui ex judicio conſolationem in malis ſuis expectabant, mœrorem invenerunt. *Relinquitis.* Illam jacere ſinitis.

9. Der die Zerstörung des Starken verlachet, und über den Mächtigen eine Zerstörung führet.

10. Sie hassen den, der sie im Thore strafet: und wer aufrichtig redet, der ist ihnen ein Greuel.

11. Derowegen, dieweil ihr den Armen beraubet, und ihm die auserlesene Beute abgenommen habt: so sollet ihr Häuser bauen von Quadersteinen, und sollet doch nicht darinnen wohnen: ihr sollet die lustigsten Weinberge pflanzen, und ihren Wein doch nicht trinken.

12. Denn eure Laster, deren viele sind, und eure starken Sünden sind mir wohl bekannt: daß ihr des Gerechten Feinde seyd, Gaben annehmet, und daß ihr die Armen im Thore unterdrücket.

13. Darum wird der Verständige zu derselbigen Zeit schweigen, denn es wird eine böse Zeit seyn.

14. Suchet das Gute, und nicht das Böse, damit ihr leben möget: so wird der HErr, der GOtt der Heerschaaren, bey euch seyn, wie ihr geredet habt.

15. Hasset das Böse, und liebet das Gute, und bestellet das Recht im Thor: ob vielleicht der HErr, der GOtt der Heerschaaren, sich über die übrigen Josephs erbarme.

16. Darum saget dieses der HErr, der herrschende GOtt der Heerschaaren: Es wird Klagen seyn auf allen Gassen, und auf allen Wegen, draußen wird man sagen: weh, weh: und sie werden den Ackermann zum Trauren fordern, und zum Klagen diejenigen, die sich auf Wehklagen verstehen.

17. Und es wird Klagen seyn in allen Weinbergen: denn ich will mitten unter euch hindurchgehen, spricht der HErr.

18. Wehe denen, die nach dem Tage des HErrn ein Verlangen haben: was soll euch der Tag des HErrn? derselbige Tag des HErrn ist doch Finsterniß, und kein Licht.

19. Es wird seyn, als wenn ein Mann vor einem Löwen fliehe, und ihm ein Bär begegnete: und als wenn einer in ein Haus gienge, und sich mit seiner Hand an die Wand lehnete, und würde von einer Schlange gebissen.

20. Wird nicht der Tag des HErrn Finsterniß, und kein Licht seyn? wird er nicht dunkel seyn, und keinen Glanz haben?

II. 21. Ich hasse eure Festtage, und habe sie verworfen: und ich will den Geruch eurer Versammlungen nicht annehmen.

22. Ob ihr mir schon eure Brandopfer, und Gaben opfern werdet, so will ich sie doch nicht annehmen: ich will die Gelübde eurer fetten Opfer nicht ansehen.

23. Thu von mir hinweg das Geschrey deiner Lieder: ich will das Gesang deines Psalters nicht hören.

24. Und das Recht soll öffentlich im Schwang gehen wie Wasser, und die Gerechtigkeit wie ein starker Strom.

25. Habt ihr mir dann Schlachtopfer, und Speisopfer die vierzig Jahre lang in der Wüste geopfert, ihr vom Hause Israel?

26. Ihr habt die Hütten eurem Moloch getragen, und die Bilder eurer Abgötter, sammt dem Sterne eures Gottes, die ihr euch selbst gemacht habt.

9. Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert.

10. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfecte abominati sunt.

11. Idcirco, pro eo, quod deripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo: *b* domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. *b Soph.* 1. 13.

12. Quia cognovi multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes justi, accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta.

13. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est.

14. Quærite bonum, & non malum, ut vivatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis.

15. Odite *c* malum, & diligite bonum, & constituite in porta judicium: si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Joseph. *c Psal.* 96. 10. *Rom.* 12. 9.

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus, & in cunctis, quæ foris sunt, dicetur: væ, væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos, qui sciunt plangere.

17. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus.

18. Væ *d* desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & non lux. *d Jer.* 30. 7. *Joel.* 2. 11. *Soph.* 1. 15.

19. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei ursus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.

20. Numquid non tenebræ dies Domini, & non lux? & caligo, & non splendor in ea?

II. 21. Odi *e*, & projeci festivitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. *e Isa.* 1. 11. *Jer.* 6. 20. *Malach.* 1. 12.

22. Quod si obtuleritis mihi holocautomata, & munera vestra, non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam.

23. Auser a me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

24. Et revelabitur quasi aqua judicium, & justitia quasi torrens fortis.

25. Numquid *f* hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? *f Act.* 7. 42.

26. Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ fecistis vobis.

27. Et

℣. 9. *Qui subridet vastitatem.* Omnipotentiam Dei, & justitiam, simul & misericordiam ponit ab oculos. Qui fortibus magna minatur mala, & perdit, cum vult, quasi subridendo comminatur.

℣. 10. *Odio habuerunt loquentem in porta.* In cœtu. *Loquentem perfecte.* Verba perfecta. 70. Sermonem sanctum Prophetarum: odio habuerunt Prophetam corripientem.

℣. 12. *Hostes justi.* sc. Estis justum persequendo. Sept. Conculcantes justum.

℣. 13. *Prudens in tempore illo tacebit.* Persuadebunt sibi justi, Deum decrevisse nos tradere in hostium potestatem. *Tacebit.* Prudens, cum prodesse nemini possit, & sibi tantum noceat.

℣. 14. *Et erit Dominus Deus exercituum nobiscum, sicut dixistis.* Id erat frequens in ore filiorum Israel: Sit Dominus vobiscum.

℣. 15. *Odite malum &c. Si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Joseph.* Dubitantis modo quitur, ut rei difficultatem significet.

℣. 16. *Vocabunt — ad planctum eos, qui sciunt plangere.* Mos illius provinciæ fuit, ut essent Hieronymus lamentatores, & lamentatrices habere, & pretio conducere ad lugendum, vel immaturam mortem, vel aliam calamitatem, ut qui aderant, ad lacrymas excitarentur.

℣. 18. *Væ desiderantibus diem Domini.* In eos invehitur, qui irridentes Prophetas dicebant: Ubi est dies Domini, toties a vobis decantatus?

℣. 19. *Quomodo si fugiat vir a facie leonis &c.* Theglathphalasar erit instar *leonis*, Salmanasar instar *ursi*, Sennacherib instar *colubri*; dum unius vim effugient, in alterum incurrent.

℣. 21. *Et non capiam odorem cœtuum vestrorum.* Non placebit mihi odor thymiamatum vestrorum.

℣. 23. *Auser a me tumultum carminum tuorum.* Confusum sonitum laudum, quas idolis etiam offerre consuevistis: veniet supplicium more aquæ inundantis.

℣. 26. *Portastis tabernaculum Moloch vestro.* Cum essent in terra Moab, Num. 25. Quod ait Propheta versu 25. eos non obtulisse sacrificia Deo in deserto quadraginta annis: scilicet postquam vitulum aureum coluerunt, ubi tulit occasio, semper corde reversi sunt in Ægyptum, atque in hanc sententiam hunc locum citat S. Stephanus Act. 7. Hunc locum sic interpretatur Grotius: Nonne per 40. annos in deserto mihi sacrificium obtulistis? & tamen patres vestri ibi perierunt, quod obmurmuraverint: quanto magis vos ipsi, qui falsos deos colitis?

27. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus: Deus exercituum nomen ejus.

CAPUT VI.

I. Comminatur superbis, & in delicis agentibus superioribus exitium, ac transmigrationem, una cum populo. 1. *II. Superbiam Israelis detestatur Dominus.* 8.

a Isa. 6. 24. 1. Væ, *a* qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel.

2. Transite in Chalane, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est.

3. Qui separati estis in diem malum, & appropinquatis solio iniquitatis.

4. Qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.

5. Qui canitis ad vocem psalterii: sicut David putaverunt se habere vasa cantici.

6. Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Joseph.

7. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lascivientium.

b Jer. 51. 14. II. 8. Juravit *b* Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum: Detestor ego superbiam Jacob, & domos ejus odi, & tradam civitatem cum habitatoribus suis.

9. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo una, & ipsi morientur.

10. Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, ut efferat ossa de domo: & dicet ei, qui in penetralibus domus est: Numquid adhuc est penes te?

11. Et respondebit: Finis est. Et dicet ei: Tace, & non recorderis nominis Domini.

12. Quia ecce, Dominus mandabit, & percutiet domum majorem ruinis, & domum minorem scissionibus.

13. Numquid currere queunt in petris equi? aut arari potest in bubalis? quoniam convertistis in amaritudinem judicium, & fructum justitiæ in absinthium:

14. Qui lætamini in nihilo: qui dicitis: Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?

15. Ecce, enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem, & conteret vos ab introitu Emath, usque ad torrentem deserti.

27. Und ich will euch von dannen über Damascum hinwegführen lassen, spricht der HErr: der GOtt der Heerschaaren ist sein Name.

Das sechste Capitel.

I. GOtt läßt den Untergang der hoffärtigen Regenten vorsagen, wegen ihren Wollüsten, und Lastern. 1. II. Hasset sehr die Hoffart an Jacob. 8.

1. Wehe euch, die ihr reich seyd zu Sion, und die ihr auf den Berg Samariä vertrauet: ihr Vornehmsten, und Häupter des Volkes, die ihr zum Hause Israel prächtig hereintrettet.

2. Ziehet hin gen Chalane, und sehet, und gehet von dannen gen Emath, zu der großen Stadt: darnach gehet hinab gen Geth der Philisthäer, und zu ihren andern, auch den allerbesten Königreichen: ob ihre Gränzen weiter sind, dann eure Gränzen.

3. Die ihr zum bösen Tage abgesöndert seyd, und zum Stuhle der Ungerechtigkeit nahet.

4. Die ihr in helfenbeinernen Bettladen schlafet, und Ueppigkeit treibet auf euren Lagern: die ihr die Lämmer aus der Heerde esset, und die Kälber mitten aus dem Viehe.

5. Die ihr zum Psalterspiel singet: sie vermeynen, daß sie Instrumente zum Gesang haben, wie David.

6. Sie trinken den Wein aus Schaalen, und salben sich mit der allerbesten Salbe: und bekümmern sich nicht über den Schaden Josephs.

7. Darum sollen sie jetzt vorangehen unter den Gefangenen, die hinweggeführet werden: und soll die Gesellschaft der muthwilligen Geilen ein Ende haben.

II. 8. GOtt der HErr hat bey seiner Seele geschworen, spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren: Ich habe ein Abscheu von der Hoffart Jacobs, und hasse seine Häuser: und ich will die Stadt mit ihren Inwohnern übergeben.

9. Und wenn schon zehen Männer in einem Hause überblieben, so sollen sie doch auch sterben.

10. Alsdann wird ihn sein Verwandter hinwegnehmen, und ihn verbrennen, auf daß er die Beine aus dem Hause bringe: und er wird sagen zu dem, der in den Gemächern des Hauses ist: Ist noch jemand mehr bey dir?

11. Und er wird antworten: Sie haben ein Ende. Da wird er zu ihm sagen: Schweige still, und gedenke nicht an den Namen des HErrn.

12. Denn siehe, der HErr wird befehlen, und er wird das große Haus schlagen, daß es über den Haufen falle, und das kleine Haus, daß es Risse bekomme.

13. Können auch die Rosse auf den Felsen laufen? oder kann man auch daselbst mit Ochsen pflügen? denn ihr habt das Recht in Bitterkeit, und die Frucht der Gerechtigkeit in Wermuth verkehret:

14. Die ihr euch in dem erfreuet, das nichts ist: die ihr sprechet: Haben wir dann nicht durch unsere Stärke uns Hörner aufgesetzet?

15. Denn siehe, ich will über euch, ihr vom Hause Israel, ein Volk erwecken, spricht der HErr, der GOtt der Heerschaaren, das soll euch verderben, vom Eingange zu Emath, bis an den Bach in der Wüste.

Das

℣. 27. *Migrare vos faciam trans Damascum.* Stephanus ait: *Trans Babylonem.* Sed utrumque factum est.

CAPUT VI.

℣. 1. *Væ, qui opulenti estis.* Quæ verba videntur legenda cum disjunctione. *Væ vobis, qui opulenti estis in Sion; væ vobis, qui confiditis.* Sic enim tribum Juda, & decem tribus alloquitur, non solam tribum Juda, quæ non confidebat in monte Samariæ. 70. *Væ despicientibus Sion.* Hebr. *Væ insolescentibus contra Sion.* Nam, ut bene advertit Pezronius, Propheta, qui Bethel venerat jussu Dei, Israelem solum compellat, qui adversus Judam insolenter se gerebat, quod nuper fines suos longe lateque protulisset Jeroboam.

℣. 2. *Transite in Chalane.* Urbem Chaldæorum in Babylonia sitam, quæ postea a Seleuco Nicanore dicta est *Seleucia. Ite inde in Emath.* Antiochiam. An illæ urbes ditiores sunt regione, quam vobis concessi? & tamen me deserentes ad idola confugistis.

℣. 3. *Qui separati estis in diem malum.* Servati in diem captivitatis. *Et appropinquatis.* Qui, quantum potestis ad oppressionem vestram festinatis, impio, & barbaro regi mox subjiciendi, cujus irruptionem peccata vestra accelerant.

℣. 5. *Sicut David putaverunt se habere vasa cantici.* Instrumenta musica bona, & licita sicut David. Sed quod David fecit ad Dei laudem, ipsi faciunt ad voluptatem.

℣. 7. *Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium.* Erunt primi inter captivos. *Et auferetur factio lascivientium.* Turba eorum, qui una consentiunt in voluptatibus capiendis.

℣. 10. *Propinquus — comburet eum.* Non solito more sepeliet, aut balsamo unget.

℣. 11. *Tace, & non recorderis nominis Domini.* Præ desperatione, quasi Deus penitus vos abjecerit; aut verba sunt indignantis.

℣. 12. *Percutiet Dominus domum majorem.* Decem tribus. *Et domum minorem.* Domum Juda. *Scissionibus.* Muros scindet.

℣. 13. *Numquid currere queunt in petris equi.* Viam mandatorum Domini insistere non potestis, quamdiu cor lapideum geritis, & convertitis in amaritudinem judicium; vel, numquid possunt immutari rerum naturæ, ut equi currant per petras? Pro justitiæ fructu tulistis absinthium; quæ Deo dulcia sunt, vertistis in amara.

℣. 14. *Qui lætamini in nihilo.* In idolis, & peccatis vestris.

Das siebente Capitel.

I. Der Prophet Amos wendet durch sein Gebeth zweyfache Strafen von Israel ab: 1. II. Doch zwinget die greulichen Laster GOtt, daß er die Israeliten in das Verderben fallen läßt. 7. III. Der Priester Amasias unterstehet sich, den Propheten Amos, durch den König Jeroboam zu vertreiben: dieser aber weißaget ihm sein Verderben. 10.

1. Dieses zeigte mir GOtt der HErr: und siehe, einer machte Heuschrecken, im Anfange, da das Kraut vom späten Regen aufgegangen war, und siehe, der späte Regen kam, nachdem der König abgemähet * hatte.

* verwüstet

2. Und es begab sich: als sie nun das Kraut im Lande gar abgefressen hatten, sprach ich: Ach HErr GOtt! ich bitte, sey doch gnädig: wer wird sonst dem Jacob aufhelfen, denn er ist sehr klein?

3. Da erbarmete sich der HErr hierüber: und der HErr sprach: Es soll dann nicht geschehen.

4. Dieses zeigete mir GOTT der HErr: und siehe, GOtt der HErr rief das Recht * zum Feuer: und dasselbige verzehrete eine große Tiefe, und fraß zugleich einen großen Theil hinweg.

* die Richter zum Lichte

5. Da sprach ich: HErr GOtt! ich bitte, höre auf: wer wird sonst Jacob aufhelfen, denn er ist sehr klein?

6. Und der HErr erbarmete sich hierüber: und GOtt der HErr sprach: So soll dann dieses auch nicht geschehen.

II. 7. Es zeigete mir der HErr dieses: und siehe, der HErr stund auf einer beworfenen Mauer, und hatte eine Maurerskölle in seiner Hand.

8. Und der HERR sprach zu mir: Was siehest du, Amos? Und ich sprach: Eine Maurerskölle. Und der HErr sprach: Siehe, ich will die Maurerskölle mitten unter meinem Volke Israel niederlegen: ich will sie hinfüro nicht mehr bewerfen.

9. Die Höhen der Abgötter sollen zerstöret, und die geheiligten Oerter in Israel verwüstet werden: und ich will mich über das Haus Jeroboam mit dem Schwerte aufmachen.

III. 10. Und Amasias, der Priester zu Bethel, sandte zu Jeroboam, dem Könige Israel, und sprach: Amos macht einen Aufruhr wider dich mitten im Hause Israel: das Land wird alle seine Worte gar nicht leiden können.

11. Denn dieses saget Amos: Jeroboam wird durch das Schwert sterben, und Israel wird aus seinem Lande gefänglich hinweggeführet werden.

12. Und Amasias sprach zu Amos: Du Seher, gehe hinweg, und nimm die Flucht in das Land Juda: daselbst iß dein Brod, und weißage daselbst.

13. Aber zu Bethel sollst du hinfüro nicht mehr weißagen: denn es ist ein heiliger Ort des Königs, und ein Haus des Königreichs.

14. Und Amos antwortete, und sprach zu Amasia: Ich

CAPUT VII.

I. *Deprecatur propheta pœnas, quas videt imminere; Dominus comminatur captivitatem:* 1. *II. Quam Amos sub parabola trullæ cæmentarii vaticinatur.* 7. *III. Adversante Amasia sacerdote Bethel, qui illum coram rege Israel accusabat: Amos, missus a Domino illi, & Israeli vaticinatur afflictiones.* 10.

1. Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce, fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, & ecce, serotinus post tonsionem regis.

2. Et factum est: cum consummasset comedere herbam terræ, dixi: Domine Deus! propitius esto, obsecro: quis suscitabit Jacob, quia parvulus est?

3. Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dixit Dominus.

4. Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce, vocabat judicium ad ignem Dominus Deus: & devoravit abyssum multam, & comedit simul partem.

5. Et dixi: Domine Deus! quiesce, obsecro: quis suscitabit Jacob, quia parvulus est?

6. Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud non erit, dixit Dominus Deus.

II. 7. Hæc ostendit mihi Dominus: & ecce, Dominus stans super murum litum, & in manu ejus trulla cæmentarii.

8. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cæmentarii. Et dixit Dominus: Ecce, ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adjiciam ultra superinducere eum.

9. Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Jeroboam in gladio.

III. 10. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Jeroboam regem Israel, dicens: Rebellavit contra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere universos sermones ejus.

11. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Jeroboam, & Israel captivus migrabit de terra sua.

12. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fuge in terram Juda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi.

13. Et in Bethel non adjicies ultra, ut prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est.

14. Respondit que Amos, & dixit ad Amasiam:

CAPUT VII.

℣. 1. *Hæc ostendit mihi Dominus: & ecce, fictor locustæ.* Hæc Prophetia ab Abbate Pezronio sic exponitur: Postquam Benadad, rex Syriæ, regnum Israel vastavit, & optima quæque diripuit, herbas succisas vidit Propheta verno tempore revirescere, cum Jeroboam regnum Israel restituit. Sed postea nubes locustarum herbam, quæ germinaverat, exedit. Nam Phul, rex Assyriorum, aut alii hostes populi Israelitici a Deo mittendi erant. Orante Amos, Deus populi sui misertus est: nam Israel pecunia se redemit. Tum alia secuta est visio regis Theglathphalasar, qui cum exercitu instar ignis irruit in populum Israel, & partem ejus abduxit in Assyriam. *Fictor.* Visionem primam de Scytharum invasione exponit Auctor mox laudatus, nec vertendum putat *fictor locustarum*, sed *fatura locustarum*, ut verterunt 70. Sic verba illa: *Et ecce, serotinus post tonsionem regis*, cum 70. *Et ecce, bruchus unus, Gog rex.* Nempe in fronte exercitus, aut locustarum, qui regem Scytharum figurabat. Quod autem rex Scytharum his verbis: *& ecce, bruchus unus Gog rex*, designetur, probat ex cap. 38. Ezechielis, v. 2. *Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, & terram Magog principem Ros, Mosoch, & Thubal.* Ita Hebræus textus, & 70. item v. 16. *Ascendes super populum meum Israel quasi nubes, ut operiat terram;* quæ verba jam protulimus. *Et ecce, fictor locustæ.* Cum terra priori gramine refecto novum germinabat, imbre verno perfusa jam præcisa fuerat herba. *Post tonsionem regis.* A rege Syriæ, qui agros vastaverat. Herba illa recens regni Israelitici sub Jeroboamo secundo splendorem aliquem indicabat: sed ingens locustarum multitudo eam depasta. Phul Assyriorum regem, aut alium hostem mox affuturum portendit.

℣. 3. *Misertus est Dominus super hoc.* Nam Israelitæ magna pecuniæ vi se rediment.

℣. 4. *Et* ignis *devoravit abyssum multam.* Nationes impias.

℣. 5. *Quiesce obsecro.* A vindicta. Hieron. *Non dicit, propitius esto: sed quiesce, ut quem cœpisse jam viderat, cessare precibus impetraret.*

℣. 6. *Sed & istud non erit.* Ea plaga non adveniet. Theglathphalasar partem tantummodo abducet.

℣. 8. *Ecce, ego ponam trullam.* Deponam, ut vetus murus gypso, aut calce inductus persistet adhuc aliquot annis: sic Deus a ruina populum servaverat. Sed nunc declarat tempus miserationis effluxisse ob eorum peccata. Eventus ipse in Salmanasar contigit.

℣. 9. *Consurgam super domum Jeroboam.* Quod factum est, cum Sellum occidit Zachariam filium Jeroboam. 4. Reg. 15. 10. Quindecim annis serius, quam Amos prædixerat.

℣. 13. *Quia sanctificatio regis est.* Templum regis, & domus regia est in hac urbe.

℣. 14. *Propheta.* Hebr. *Non Propheta ego, neque filius Prophetæ ego*, supple *eram*, ut vertant 70. *Vellicans sycomoros.* Ficus hujus arboris edi non possunt, nisi ante incisi ad solem excoquantur. Fructus similes sunt ficui, folia

fiam: Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros.

15. Et tulit me Dominus, cum sequerer gregem: & dixit Dominus ad me: Vade, prophetа ad populum meum Israel.

16. Et nunc audi verbum Domini: Tu dicis: Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idoli.

17. Propter hoc hæc dicit Dominus: Uxor tua in civitate fornicabitur: & filii tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captivus migrabit de terra sua.

bin kein Prophet, bin auch keines Propheten Sohn: sondern ich bin ein Kühhirte, der die wilden Feigen ablöset.

15. Und der HErr nahm mich, als ich hinter dem Vieh gieng: und der HErr sprach zu mir: Gehe hin, und weissage zu meinem Volke Israel.

16. So höre nun des HErrn Wort: Du sprichst: Ueber Israel sollst du nicht weissagen, noch triefen über des Abgotts Haus.

17. Darum saget dieses der HErr: Dein Weib wird in der Stadt Unzucht treiben: deine Söhne, und deine Töchter werden durch das Schwert fallen, und dein Acker wird mit der Schnur ausgemessen werden: und du wirst in einem unreinen Lande sterben, und Israel wird aus seinem Lande gefänglich hinweggeführet werden.

CAPUT VIII.

I. Sub pruinis uncini pomorum prophetat finem immineregni Israel, propter pauperum oppressiones, 1. II. Festivitates eorum in luctum convertendas, famemque verbi Dei futuram denuntiat. 10.

1. Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce, uncinus pomorum.

2. Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Uncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel: non adjiciam ultra, ut pertranseam eum.

3. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur: in omni loco projicietur silentium.

4. Audite hoc, qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ,

5. Dicentes: Quando transibit mensis, & vendamus merces: & sabbatum, & aperiemus frumentum: ut imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus stateras dolosas:

6. Ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus?

7. Juravit Dominus in superbiam Jacob: Si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum.

8. Numquid super isto non commovebitur terra, & lugebit omnis habitator ejus? & ascendet quasi fluvius universus, & ejicietur, & defluet quasi rivus Ægypti?

9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus: Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis:

Das achte Capitel.

I. Durch unterschiedliche Zeichen und Vorbedeutung wird vorgedachter Untergang bekräftiget, wegen Unterdrückung der Armen 1. II. Die festtäglichen Freuden sollen in Trauren verkehret werden. 10.

1. Dieß zeigte mir GOtt der HErr: und siehe, da war ein Apfelhake.

2. Und er sprach: Was siehest du, Amos? Ich sprach: Einen Apfelhaken. Und der HErr sprach zu mir: Das Ende ist über mein Volk Israel gekommen: und ich will es ihm hinfüro nicht mehr vorübergehen lassen *. * übersehen

3. An dem Tage, spricht GOtt der HErr, werden die Thürangeln des Tempels krachen: viele werden umkommen: und allenthalben wird ein stilles Wesen seyn.

4. Höret dieß, die ihr den Armen unterdrücket, und die Dürftigen im Lande vertilget,

5. Die ihr saget: Wann wird vorüber seyn der Monath, daß wir unsere Waaren verkaufen: und der Sabbath, daß wir Korn aufthun mögen: damit wir das Maaß verringern, und den Sickel steigeren, und heimlich falsch Gewicht auflegen:

6. Auf daß wir die Armen um Geld, und die Dürftigen um Schuhe in unsere Gewalt bringen, und Spreu für Korn verkaufen?

7. Der HErr hat wider die Hoffart Jacobs einen Eyd geschworen: Ich werde alle ihre Verwirkung nicht ewiglich in Vergessenheit stellen.

8. Sollte sich darüber das Land nicht bewegen, und alle seine Inwohner trauren? wird es nicht heraufkommen, wie ein Strom, und hinausgestossen werden, und zerfliessen, wie der Fluß in Aegypten?

9. Und es wird sich zutragen an demselbigen Tage, spricht GOtt der HErr: Die Sonne wird im hellen Mittage untergehen, und ich will das Land bey dem lichten Tage finster machen:

a *Tob.* 2.6. *1. Mac.* 1.41.

II. 10. Et *a* convertam festivitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in plan-

II. 10. Und ich will eure Festtage in Trauren verwandeln, und alle eure Gesänge in Wehklagen: und ich will einen

folia moro, ex Plinio l. 13 cap. 7. qui eam vocat ficum Ægyptiam. *Sed armentarius ego sum.* Aquila, & Symmachus vertunt, *armenti pastorem.*

℣. 16. *Non stillabis super domum idoli.* Hebr. *Super domum Isaac.* Qui sensus est apertior: non enim verisimile est, Amasiam *Bethel* appellasse *domum idoli.* Contra domum idoli. 70. *Super domum Jacob.*

℣. 17. *Humus tua funiculo metietur.* Agri, quos possides, aliis tribuentur. *Et tu in polluta terra morieris.* In terra Assyriorum. Cum autem minus sit probabile eventum hujus vaticinii usque ad Salmanasar productum fuisse, credibile putat Pezronius, paucis post annis a Scythis impletam esse hanc Prophetiam, quæ ad Amasiam spectabat, quique vituli aurei sacerdos erat, & lucri cupidus. Sic terrere voluit Prophetam. Is vero se non vaticinari ait quæstus faciendi causam, cum fructibus ficus agrestis vesci soleret.

CAPUT VIII.

℣. 2. *Et dixi: Uncinum pomorum.* Quidam ex Hebr. vertunt *canistrum pomorum*, in quem conjiciuntur fructus æstivi. Ex Hebr. alii vertunt *fustem hamatum* Quo spicula Assyriorum designantur. 70. caveam aucupis, capiendis scilicet avibus, quod futurum esset, ut Israelitæ nec opinantes opprimerentur. *Ut pertranseam.* Ut eorum flagitia relinquam impunita.

℣. 3. *Et stridebunt cardines templi.* Non læti amplius cantus audientur, sed horrendi strepitus. Hebr. Laquearia templi. Vel templi Deus, quo velut in asylum frustra confugient: nam decem tribus alloquitur. *Silentium.* Ubique erit silentium præ multitudine morientium.

℣. 4. *Audite hoc.* Ne sine causa videatur facta hæc comminatio: ideo audite. Hieron. ad sensum mysticum applicans ait: *Audite hoc perversi principes & doctores, qui columbas i. dona Spiritus sancti venditis. Mensuram majorem & minorem facitis, ut pauperibus vel parum vel nihil detis: sed divitibus longo sermone loquimini, & propter pecuniam capita pauperum conculcatis, & non frumentum Domini, quod cor hominis confirmat, sed vilissimum pulverem illorum tendentes ingeritis; cum dicat Dominus: gratis accepistis, gratis date.*

℣. 5. *Quando transibit mensis.* Calendæ nimirum, & sabbata, ut possent frumenta vendere. *Mensuram.* Ut minorem in vendendis meribus mensuram faciamus, & majora pondera in accipiendis. Ex Hieronym. *Siclus* nomen est monetæ & ponderis: moneta apud Hebræos solebat: unde addit: *Supponamus stateras dolosas.*

℣. 6. *Ut possideamus in argento egenos.* Ut nummis collectis egenos nobis servire cogamus, vel pretio minimo, quale est duorum calceorum.

℣. 7. *Si oblitus fuero usque ad finem.* q. d. semper & in perpetuum.

℣. 8. *Et ascendet quasi fluvius universus.* Ex Hebr. vox; *Universus*, ad terram Israel refertur, quam mala instar Nili exundantis evertent: divitiæ ejus & habitatores instar spumæ ad littora ejectæ in alias regiones ejicientur.

℣. 9. *Occidet sol in meridie.* Eorum prosperitas magnis calamitatibus obscurabitur.

einen Sack bringen über alle eure Rücken, und alle Häupter sollen kahl geschoren werden: und ich will im Lande ein Trauren machen, als wenn man über einen einigen Sohn Leid trägt, und sein Ende soll seyn, wie ein bitterer Tag.

11. Siehe, es kommen die Tage, spricht der HErr, daß ich einen Hunger in das Land schicken werde: nicht einen Hunger nach Brod, noch einen Durst nach Wasser, sondern des HErrn Wort zu hören.

12. Und sie werden sich bewegen, von einem Meere zum andern, und von Mitternacht bis gegen Aufgang: werden also herumgehen, und des HErrn Wort suchen, und werden es doch nicht finden.

13. An dem Tage werden schöne Jungfrauen, und junge Gesellen von Durste vergehen.

14. Die jetzt schwören bey der Sünde Samariä, und sagen: So wahr dein GOtt zu Dan lebet, und so wahr der Weg gen Bersabee lebet: und sie werden fallen, und nicht mehr wieder aufstehen.

Das neunte Capitel.

I. Durch ein Gesicht wird ersbemeldtes Verderben bezeugt: 1. II. Und werden die Israeliten, wegen der Laster und Strafe, mit den gottlosen Völkern verglichen. 7. III. Endlich wird denselben die Erlösung, und das Reich GOttes verheißen durch Christum, den wahren Messiam, und Seligmacher. 11.

1. Ich sah den HErrn auf dem Altare stehen, und er sprach: Schlage an den Thürangel, daß sich die Pfosten bewegen: denn der Geiz ist allen über das Haupt gewachsen, und ich will sie bis zum letzten mit dem Schwerte erwürgen: und sie werden keine Ausflucht haben. Sie werden zwar fliehen, aber wer sich von ihnen auf die Flucht begeben wird, der wird doch nicht erhalten werden.

2. Und wenn sie hinunterfahren würden bis in die Hölle, so wird sie doch meine Hand von dannen herausholen: und wenn sie hinauffahren würden bis in den Himmel, so will ich sie von dannen herunterziehen.

3. Und wenn sie sich schon auf der Spitze des Berges Carmel verborgen hätten, so will ich ihnen doch nachforschen, und sie von dannen hinwegnehmen: und wenn sie sich vor meinen Augen in den Grund des Meeres würden verstecken, so will ich doch der Schlange daselbst befehlen, und sie wird sie beißen.

4. Und wenn sie vor ihren Feinden her in das Gefängniß gehen werden, so will ich daselbst dem Schwerte befehlen, und es soll sie tödten: denn ich will meine Augen zum Bösen auf sie richten, und nicht zum Guten.

5. Denn er ist der HErr, der GOtt der Heerschaaren, der nur ein Land anrühret, und es wird vergehen: und alle, die darinn wohnen, werden trauren: und es wird heraufsteigen, wie der ganze Wasserstrom, und zerfließen, wie der Fluß in Aegypten.

6. Der seine hohe Wohnung im Himmel bauet, und sein Bündlein auf Erden gegründet hat: der dem Wasser des Meeres ruft, und dasselbige über den Erdboden ausschüttet: der HErr ist sein Name.

II. 7. Seyd ihr Kinder Israel, mir nicht wie die Kinder der Mohren, spricht der HErr? habe ich nicht Israel

ctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput calvitium: & ponam eam quasi luctum unigeniti, & novissima ejus quasi diem amarum.

11. Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini.

12. Et commovebuntur a mari usque ad mare, & ab Aquilone usque ad Orientem: circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.

13. In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti.

14. Qui jurant in delicto Samariæ, & dicunt: Vivit Deus tuus Dan, & vivit via Bersabee: & cadent, & non resurgent ultra.

CAPUT IX.

I. Vastaturum se dicit Dominus impios Israelitas ob horrenda scelera: 1. II. Ob quæ illos comparat Æthiopibus, Philisthæis, & Syris. 7. III. Promittit tamen illis instaurationem & omnium bonorum affluentiam per Messiam Christum, quando captivitatem filiorum Israel convertet. 11.

1. Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoveantur superliminaria: avaritia enim in capite omnium, & novissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis. Fugient, & non salvabitur ex eis, qui fugerit.

2. Si *a* descenderint usque ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint usque in cœlum, inde detraham eos. *a Psal. 138. 8.*

3. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celaverint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos.

4. Et si abierint in captivitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & *b* ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. *b Jer. 44. 11.*

5. Et Dominus, Deus exercituum, qui tangit terram, & tabescet: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascendet sicut rivus omnis, & defluet sicut fluvius Ægypti.

6. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundavit: *c* qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen ejus. *c Sap. 5. 8.*

II. 7. Numquid non ut filii Æthiopum vos estis mihi, filii Israel, ait Dominus? numquid non Israel

---

℣. 11. *Et mittam famem in terram.* Hæc ad statum Judæorum præsentem maxime pertinent. *Non famem panis.* Hanc quidem non negat se missurum, sed famem verbi Dei potissimum intelligit. Judæi tenent verba, sed carent intelligentia. Hanc famem nunc Judæi patiuntur.

℣. 14. *Qui jurant in delicto Samariæ.* Per cultum Samariæ. *Et vivit via Bersabee.* Cultus vituli aurei in Dan & Bersabee solemnis.

CAPUT IX.

℣. 1. *Vidi Dominum stantem super altare.* Alia visione exitium Israelis confirmat Propheta: altare illud est in Bethel juxta plerosque interpretes. Hieron. existimat, Prophetam contra duas tribus, & de altari templi, cum venerint Romani, eum vaticinari, qui quidem variis temporibus & prophetavit & scripsit. Deus vero aut Prophetam ipsum, aut Angelum alloquitur, cum ait: *Percute cardinem.* Hebr. superiorem portæ partem, quæ pomorum & florum sculpturis distincta erat. Sic percute, ut cardines ipsi commoveantur.

℣. 3. *Ibi mandabo serpenti.* Monstro marino; quo reges sævissimi intelliguntur.

℣. 5. *Ascendet sicut rivus.* Ut calamitatum fluvius. Vel intumescent & defluent instar Nili, quod prosperitas impiorum sit fluxa, & cito effluat.

℣. 6. *Qui ædificat in cœlo ascensionem suam.* Tertull. adv. Marcionem l. 2. Sed est & portus, qui recipit, & via, quæ perducit, strata jam a Christo, de quo Amos: *Qui ædificat in cœlum ascensum suum.* Utique non sibi soli, sed & suis, qui cum illo erunt. *Et fasciculum suum super terram fundavit.* sc. populum Israeliticum, aut Ecclesiam, aut hominum societatem. Qui hæc mala denuntiat, is ipse est, qui posuit in cœlo thronum suum, qui promissis suis firmitatem tribuit.

℣. 7. *Numquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti, & Palæstinos de Cappadocia.* Hebr. *Caphthor. Et Syros de Cyrene.* Quæ regio est in Asia, ut idemtidem diximus.

d *Deut.* 2. 25. *Jer.* 47. 4. Israel ascendere feci de terra Ægypti, *d* & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene?

8. Ecce, oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud a facie terræ: verumtamen conterens non conteram domum Jacob, dicit Dominus.

9. Ecce enim, mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro: & non cadet lapillus super terram.

10. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabit, & non veniet super nos malum.

e *Act.* 15. 16. III. 11. In die illa *e* suscitabo tabernaculum David, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum ejus, & ea, quæ corruerant, instaurabo: & reædificabo illud sicut in diebus antiquis.

12. Ut possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo quod invocatum sit nomen meum super eos, dicit Dominus, faciens hæc.

* *FER. 4. QUAT. TEMP. SEPTEMBRIS.* 13. * Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & comprehendet arator messorem, & calcator uvæ mittentem semen: *f* & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.

f *Joel.* 3. 18.

14. Et convertam captivitatem populi mei Israel: & ædificabunt civitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum.

15. Et plantabo eos super humum suam: & non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

aus Aegyptenland heraufgeführet, und die Philisthäer aus Cappadocia, und die Syrer von Cyrene?

8. Siehe, die Augen GOttes des HErrn sehen auf ein sündhaftes Königreich, und ich will dasselbige vom Erdboden vertilgen: aber das Haus Jacobs will ich nicht gar vertilgen, spricht der HErr.

9. Denn siehe, ich will Befehl geben, und will das Haus Israel unter allen Heyden reutern, wie man den Waizen im Siebe reutert: und kein Steinlein soll auf die Erde fallen.

10. Alle Sünder meines Volks werden durch das Schwert sterben, die da sagen: Das Unglück wird nicht nahen, noch über uns kommen.

III. 11. An demselbigen Tage will ich den Tabernackel Davids wieder aufrichten, der zu Boden gefallen ist: und will die Lücken an seinen Mauren verbessern, und was verfallen ist, wieder aufrichten: und will es aufbauen, wie es in alten Tagen gewesen ist.

12. Auf daß sie die übrigen von Edom besitzen, und alle Heyden, dieweil mein Name über sie angerufen ist, spricht der HErr, der solches thut.

13. Siehe, es kommen die Tage, spricht der HErr, daß der Pflüger den Schnitter, und der Traubentretter den Säemann wird erreichen: und die Berge werden mit Süßigkeit triefen, und alle Bühel sollen gebauet werden.

14. Und ich will das Gefängniß meines Volks Israel wenden: und sie sollen die wüsten Städte aufbauen, und bewohnen: sie sollen Weinberge pflanzen, und den Wein davon trinken: und sie sollen Gärten machen, und die Früchten davon essen.

15. Und ich will sie in ihr Land pflanzen: und will sie hinfüro nicht ausrotten aus ihrem Lande, das ich ihnen gegeben habe, spricht der HErr dein GOtt.

PROPHETIA ABDIÆ.

I. Vaticinatur exitium Idumæis, qui affligebant filios Israel: 1. II. Sed Judæi in eos, qui ipsos affligebant, dominium accipient & salutem in Christi regno & adventu. 17.

a *Jer.* 49. 14. Visio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom: *a* Auditum audivimus a Domino: & legatum ad gentes misit: Surgite, & consurgamus adversus eum in prælium.

2. Ecce, parvulum dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde.

3. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum, qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?

Der Prophet Abdias.

I. Den Idumäern, wegen verübter Tyranney gegen die Juden, wird der Untergang geweißaget: 1. II. Den Juden aber nach der chaldäischen Dienstbarkeit, alle Wohlfahrt, in Christi Reich und Ankunft. 17.

Das Gesicht Abdiä. Dieß spricht GOtt der HErr zu Edom: Wir haben eine Zeitung gehöret vom HErrn: und er hat einen Gesandten zu den Heyden geschickt: Machet euch auf, und lasset uns zum Streit wider ihn aufstehen.

2. Siehe, ich habe dich klein gemacht unter den Heyden: du bist sehr verachtet.

3. Der Hochmuth deines Herzens hat dich erhoben, dieweil du in den Steinklüften wohnest, hast du deinen Stuhl erhöhet, und sprichst in deinem Herzen: Wer will mich herunterziehen zur Erde?

4. Wenn

℣. 9. *Concutiam in omnibus gentibus domum Israel.* Laboribus exercebo & calamitatibus, ita, ut nullo loco consistere videantur.

℣. 10. *In gladio morientur omnes peccatores.* Transit a metaphora ad rem significatam, ad ultimum Jerosolymæ excidium, cum peccatores, qui Christum occiderunt interfecti sunt.

℣. 11. *In die illa suscitabo tabernaculum David.* Hæc verba interpretatus est Jacobus Apost. 15. in Conc. Jerosolymitano: Post multas ætates domum David excitabo. *Ejus.* Novæ domus, nempe Ecclesiæ, de qua sequentes versus omnino sunt intelligendi. Suscitatum est tabernaculum, seu domus David, Apostolis prædicantibus, & aliis e populo credentibus: sed aperturæ murorum suppletæ sunt e gentilibus, quasi e vivis lapidibus.

℣. 13. *Stillabunt montes.* Viri virtutibus eminentes. *Dulcedinem.* Doctrinæ Evangelicæ. *Et omnes colles.* Minus perfecti. *Culti erunt.* Fructum bonorum operum proferent.

CAPUT I.

℣. 1. *Hæc dicit Dominus Deus ad Edom.* Contra Idumæos, qui se barbaris adjunxerant, ut Judæos opprimerent. *Audivimus.* Ipse & alii Prophetæ ejusdem secum ætatis, qui adversus Edom prophetarunt. *Et legatum.* Non Angelum, aut hominem, qui gentes adversus Idumæos incitaret: sed illud per metaphoram ita est intelligendum, cum animos ad bellum concitat, ut Isaiæ 45. de Cyro, & Jerem. 1. *Ecce, ego convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis.* *Surgite.* Verba sunt gentium sese adversus Idumæos exhortantium. In priori parte Prophetiæ usque ad v. 10. Idumææ exitium prædicit; iisdem pene utitur verbis, & eandem affert causam: *Pro eo, quod inique egerint in filios Juda.* Extremam Idumæorum ruinam describit sub Nabuchodonosor Jeremias cap. 49. & iisdem utitur verbis, quibus Abdias: *Auditum audivimus a Domino.* Auditum pro re audita. Item: *Et legatum ad gentes misit.*

℣. 2. *Ecce, parvulum dedi te in gentibus.* Ego te parvulum feci, nec militum numero præstas; vel ut Chaldæus explicat, ecce, infirmum dedi te inter populos.

℣. 3. *Superbia cordis tui extulit te-exaltantem solium tuum.* Sept. Habitaculum, quod inaccessum hostibus jactatis. *Inde detraham te.* Vel fame ipsa.

4. Wenn du dich schon so hoch schwingen wirst, wie der Adler, ja wenn du auch zwischen den Sternen dein Nest wirst machen, so will ich dich von dannen herunterziehen, spricht der HErr.

5. Wenn Diebe zu dir hineingekommen wären, und Mörder bey der Nacht, wie hättest du still geschwiegen? hätten sie nicht so viel gestohlen, als ihnen wäre genug gewesen? wären Weinleser zu dir hineingekommen, so hätten sie dir nicht zum wenigsten ein Träublein übrig gelassen?

6. Wie haben sie Esau durchforschet, und seine verborgenen Sachen * durchsuchet? *Schätze

7. Sie haben dich hinausgetrieben bis zu den Gränzen: alle deine Bundesgenossen haben dich betrogen: die Männer, welche mit dir sollten Friede halten, haben dich überwältiget: ja, die das Brod mit dir essen, werden hinterlistige Anschläge gegen dich machen: es ist keine Fürsichtigkeit in ihm.

8. Werde ich nicht an dem Tage, spricht der HErr, die Weisen aus Edom vertilgen, und die Fürsichtigkeit vom Gebirge Esau?

9. Und deine Starken gegen Mittag werden sich schrecken, auf daß die Mannschaft vom Gebirge Esau vertilget werde.

10. Schande wird dich überdecken, und du wirst zu Grund gehen ewiglich, um des Mords, und der Ungerechtigkeit willen, die du an Jacob deinem Bruder geübet hast.

11. An dem Tage, da du wider ihn stundest, da die Fremden sein Heer gefangen nahmen, und die Ausländischen zu seinen Thoren hineinzogen, und über Jerusalem das Loos warfen: da warest du auch, wie einer aus ihnen.

12. Du sollst nicht also mit Lust zusehen am Tage deines Bruders, am Tage seiner Ausfahrt: und sollst dich über die Kinder Juda am Tage ihres Untergangs nicht erfreuen: noch am Tage der Angst übermüthig mit deinem Munde reden.

13. Und du sollst zum Thore meines Volkes nicht hineingehen an dem Tage ihres Unterganas: und am Tage seiner Verwüstung sollst du sein Unglück nicht mit Lust anschauen: noch wider sein Heer am Tage seines Verderbens dich ausschicken lassen.

14. Du sollst auch nicht stehen an den Wegscheidungen, die Flüchtigen zu erwürgen: und welche von ihm übrig bleiben, die sollst du am Tage seiner Trübsal nicht einschließen.

15. Denn der Tag des HErrn über alle Heyden ist nahe: wie du gethan hast, also wird dir geschehen: er wird dir deine Vergeltung auf dein Haupt wieder wenden.

16. Denn gleichwie ihr auf meinem heiligen Berge getrunken habt, so sollen alle Heyden ohne Aufhören trinken: ja sie sollen trinken, und verschlungen, und sollen seyn, als wären sie nie gewesen.

II. 17. Aber auf dem Berge Sion wird Heil seyn, und

4. Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

5. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, numquid saltem racemum reliquissent tibi?

6. Quomodo scrutati sunt Esau, investigaverunt abscondita ejus?

7. Usque ad terminum emiserunt te: omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: invaluerunt adversum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo.

8. Numquid non *b* in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? *b* Is. 29. 14. 1. Cor. 1. 19.

9. Et timebunt fortes tui a Meridie, ut intereat vir de monte Esau.

10. Propter *c* interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. *c* Gen. 27. 42.

11. In die, cum stares adversus eum, quando capiebant alieni exercitum ejus, & extranei ingrediebantur portas ejus, & super Jerusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi unus ex eis.

12. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis ejus: & non lætaberis super filios Juda in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ.

13. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis ejus in die vastitatis illius: & non emitteris adversus exercitum ejus in die vastitatis illius.

14. Neque stabis in exitibus, ut interficias eos, qui fugerint: & non concludes reliquos ejus in die tribulationis.

15. Quoniam juxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum.

16. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes jugiter: & bibent, & absorbebunt, & erunt, quasi non sint.

II. 17. Et in monte Sion erit salvatio, & erit

℣. 5. *Si fures introissent &c.* Quæ sibi sufficerent, abstulissent: sed tamen quædam reliquissent tibi. *Quomodo conticuisses?* Silentium non negat, sed affirmat. An non illi tibi silentium imposuissent præ timore mortis? Aliquid tamen tibi reliquissent: non item Chaldæi.

℣. 7. *Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi.* Nationes, quæ fœdus tecum inierant, se Chaldæis adjungent, & te insequentur usque ad terminos regionis tuæ, & in hostilem regionem te mittent. *Non est prudentia in eo.* Quam prudentiam putant, vera est stultitia.

℣. 9. *Timebunt fortes tui a meridie.* Qui sunt ad regionem Idumææ australem, longius a Chaldæis dissiti.

℣. 10. *Propter interfectionem.* Causas aperit desolationis Idumæorum, quas usque ad v. 17. prosequitur. *Operiet te confusio, & peribis in æternum.* In longissimum tempus.

℣. 11. *Quando capiebant alieni exercitum ejus.* Cum exercitum jam victum in captivitatem abducebant.

℣. 12. *Et non despicies.* Ne despicias in die fratris tui: quoniam prope est dies Domini, ne sicut fecisti, fiat tibi. 70. *Ne inspexeris.* Induratos Idumæos leniter admonet Deus, ne scelera committant, quæ gravissimis supplicüs luent. Non videbis cum gaudio calamitatem fratris tui. *In die peregrinationis ejus.* Cum captivus abducetur in alienas terras. *Os tuum.* Non insultes verbis irrisione plenis. In die *vastitatis illius.* Ne ejus ruina sit vobis occasio prædæ.

℣. 14. *Non stabis in exitibus.* In triviis & compitis, quo plures viæ desinunt, ut vitæ eorum struatis insidias.

℣. 15. *Juxta est dies Domini super omnes gentes.* Hierosolymæ vicinas, ejus excidio & spoliis imminentes.

℣. 16. *Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum.* Super montem Sion lauta convivia fecistis. *Bibent.* Super vos, cum subverti fueritis & spoliati. *Omnes gentes.* Chaldæorum milites, & auxiliares copiæ, ut Judæi ipsi Idumæorum victores, ut Judas Machabæus, Lib. 1. Machab. 5. & Lib. 2. Machab. cap. 10. in direptione Jerosolymæ Idumæi cum aliis gentibus vasa sacra profanarunt.

℣. 17. *In monte Sion erit salvatio &c.* Hæc sane ad Christum & Ecclesiam omnino pertinent, quæ in monte Sion fundata est, cum Spiritus sanctus in Apostolos & in fideles illapsus, in universum orbem postea effusus est. Hic

sanctus: & possidebit domus Jacob eos, qui se possederant.

18. Et erit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & devorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est.

19. Et hæreditabunt hi, qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim: & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ: & Benjamin possidebit Galaad.

20. Et transmigratio exercitus hujus filiorum Israel, omnia loca Chananæorum usque ad Sareptam: & transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri.

21. Et ascendent salvatores in montem Sion, judicare montem Esau: & erit Domino regnum.

er wird auch heilig seyn: und das Haus Jacob wird seine Besitzer wieder besitzen.

18. Das Haus Jacob soll ein Feuer seyn, und das Haus Joseph eine Flamme, und das Haus Esau Stoppeln: und sie werden dieselbigen anzünden, und werden sie verzehren: und es wird vom Hause Esau nichts übrig bleiben, denn der HErr hat es geredet.

19. Und die gegen Mittag sind, werden den Berg Esau, die aber im flachen Lande sind, werden die Philisther zum Erbtheile einnehmen: und sie werden das Land Ephraim, und das Land Samaria einnehmen: und Benjamin wird Galaad besitzen.

20. Und die vertriebenen Kinder Israel von diesem Heere, wenn sie wieder heimkehren, sollen alle Oerter der Chananiter einnehmen, bis gen Sarepta: und die Gefangenen von Jerusalem, welche zu Bosphoro sind, werden die Stadt gegen Mittag besitzen.

21. Und es werden Heilande heraufkommen auf den Berg Sion, den Berg Esau zu richten: alsdann wird das Reich des HErrn seyn.

PROPHETIA JONÆ.

CAPUT I.

I. Jonas missus in Ninive, navigio fugit in Tharsis a facie Domini: 1. II. Immissæ tempestatis, jactis sortibus, quasi causa deprehenditur: 4. III. In mare mittitur, cessatque tempestas. 10.

Et factum est verbum Domini ad Jonam, filium Amathi, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia ejus coram me.

Der Prophet Jonas.

Das erste Capitel.

I. Jonas wird von GOtt nach Ninive geschickt: er aber fliehet nach Tharsis: 1. II. Darum erhebet sich ein Ungewitter, dessen Ursache das Loos auf Jonam deutet: 4. III. Worüber er freywillig in das Meer versenket wird: und folget sobald die Stille. 10.

Und des HErrn Wort geschah zu Jona, dem Sohne Amathi, und sprach:

2. Mache dich auf, und gehe hin in die große Stadt Ninive, und predige daselbst: denn ihre Bosheit ist vor mich heraufgekommen *. * gestiegen.

3. Und

mons sanctus, nempe Ecclesia, hæc domus Jacob sibi subjecit eos, qui Ecclesiam persecuti fuerant, instar ignis stipulam gentilium assumpsit, atque in suum corpus adduxit. Quamquam Ribera & alii complures hæc & quæ sequuntur historico sensu ad ea, quæ captivitatem Babylonicam sunt consecuta, allegorico & spiritali sensu ad Christum & Ecclesiam referunt. Vix enim credibile putant tot nomina hominum & locorum figurate tantum accipi oportere, nec Esau sit Esau, neque Ephraim, aut Philisthiim, aut Benjamin sint Ephraim, Philisthiim & Benjamin. Unde Hieron. Cyrillus, Theodoretus, historicum sensum eum esse putant, quem verba proprie accepta reddunt. Itaque cum antea dixerit Propheta Idumæos æternum perituros, ut suos consolaretur, subjecit ea, quæ attulimus. *Erit salvatio*, i. e. liberatio; redibunt Judæi e captivitate. *Et erit sanctus.* Hebr. *Sanctitas.* Erit in ea templum. *Eos, qui se possederant.* Palæstinos, quibus Judæi servierant, hos Judæi subegerunt Machabæorum temporibus. Alii ad tempora Sennacherib hæc verba referunt, cum domus Jacob suam recepit hæreditatem. *In monte Sion.* Id est, in Ecclesia Catholica erit salvatio, quia extra illam non est salus, ut Aug. exponit, L. 18. de Civit. cap. 31. *Sed ut omnes, qui non erant in arca Noe, diluvio inundante perierunt; ita, qui non sunt in Ecclesia, diluvio altero non aquæ, sed ignis peribunt. In hac habitat Sanctus, id est, Dominus JEsus Christus: in hac est verum templum, in quo Deo Patri salutaris hostia immolatur corporis & sanguinis Filii sui.*

℣. 18. *Et erit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma.* Domus Jacob sunt duæ tribus, domus Joseph sunt ii, qui ex decem tribubus se tribui Judæ adjunxerunt Roboami & Ezechiæ temporibus, quique una redierunt e captivitate. *Erit ignis.* Ob celeritatem & efficacitatem victoriæ, ut L. 1. Mach. 5. de Idumæis legimus victis a Juda Machabæo. Et de iisdem subactis a Joanne Hircano filio Simonis scribit Josephus alter: & quidem Josephus L. 15. Antiq. cap. 17. confirmat, eaque prædicta sunt ab Ezechiele cap. 25. *Reliquiæ.* Pauci relinquentur ex tanta multitudine, qui loquendi Scripturæ mos est usitatus, ut 4. Reg. 10. de domo Achab percussa a Jehu.

℣. 19. *Hæreditabunt hi, qui ad Austrum sunt montem Esau.* Qua de re jam diximus. De Palæstinis, Azoto & Gaza, legimus 1. Mach. 5. & L. 2. cap. 10. De regione Ephraim, seu Samaria, eam subactam fuisse ab Alexandro Josephus tradit L. 13. cap. 1. 7. & 18. Terram Galaad recuperatam a Juda Machabæo scriptum est L. 1. Machab. 5. & apud Josephum L. 13. cap. 21. De Palæstinis urbibus 2. Machab. 12. De Tyro & Sidone expugnatis ab Aristobulo Simonis nepote, & filio Hircani, scribit Josephus L. 3. cap. 23. *Ad Austrum.* In viciniora quæque loca duci solent coloniæ. Unde qui Judææ australem plagam incolebant, Idumæam possederunt; qui campestrem tenebant regionem, il Palæstinorum urbes occuparunt. Benjaminitis data est Galaadites regio.

℣. 20. *Et transmigratio exercitus &c.* Exercitus filiorum Israel, qui captivus ducetur Babylonem, possidebit oram illam maritimam Chananæorum usque ad Sareptam, quæ urbs erat Sidoniorum. Hunc versiculum aliter interpretatur vir magnæ eruditionis Pezronius, & ad Oziæ refert tempora, eumque de prima Scytharum invasione exponit. Nam barbari urbes Israelitarum diripuerant, multos secum abduxerant captivos ex tribu Juda; Idumæi una cum barbaris juncti illa in Judæos admiserant facinora, quæ a v. 10. ad v. 17. recensentur. Sed Ozias brevi post tempore Idumæos & vicinas nationes attrivit; & acceptas ab iis injurias ultus est. *Possidebit.* Hæc ad captivos, quia Scythis abducti fuerant, refert Auctor citatus. Nam Abdias superioribus verbis consolatus fuerat domum Jacob, & captivos in Bosphorum Cimmerium deportatos, sed mox redituros, ac decem tribus Chananæorum regionem usque Sareptam possessuros prædicit, idque futurum, ut filii Juda habitarent in civitatibus ad Austrum positis. Ribera de Bosphoro Thracio, non de Cimmerio, hunc locum interpretatur, in quem pars Judæorum translata fuerat, & inde in urbes suas, quæ ad Austrum positæ sunt, eam restituendam prædicit Propheta; sed non minus est probabile Cimmerium Bosphorum intelligi; vox enim *Sepharad* terminum significat, quod esset in extremis Babylonici regni partibus. Quia ergo lingua Assyriorum, ait Hieron. terminus dicitur Sepharad, hunc sensum esse conjicio: Transmigratio Jerusalem, quæ in cunctis terminis, regionibusque divisa est, urbes Austri, id est, tribus suæ recipiet. Stephanus urbem Indiæ docet esse Bosphorum.

℣. 21. *Et ascendent salvatores in montem Sion.* Semper Deus mittet duces, qui populum liberent, & Idumæorum audaciam reprimant. *Judicare montem Esau.* Judicare autem est imperantis. Suscitabuntur a Deo liberatores. *Et erit Domino regnum.* Regnabit Deus in hoc populo, & ab eo coletur. Quæ sane plenius in Ecclesia per Apostolorum prædicationem impleta sunt: nam prosperitas Judæorum sub Machabæis umbra tantum fuit Christianæ Religionis in universum orbem diffusæ.

CAPUT I.

℣. 2. *Ascendit malitia ejus coram me.* Hanc dissimulare non possum, & celerem vindictam exposcit.

3. Und Jonas machte sich auf, vor dem Angesichte des HErrn gen Tharsis zu fliehen: und er kam hinab gen Joppen, und fand ein Schiff, das gen Tharsis fahren wollte: und er gab seinen Schifflohn, und gieng hinein, daß er mit ihnen gen Tharsis führe, vor dem Angesichte des HErrn.

II. 4. Da schickte der HErr einen großen Wind auf das Meer: und es ward ein groß Ungewitter auf dem Meere, und das Schiff war in Gefahr, daß es zerbrechen * sollte.

* scheitern

5. Und die Schiffleute fürchteten sich, und die Männer riefen, ein jeglicher zu seinem GOtt: und sie warfen die Geräthschaft *, so im Schiffe war, in das Meer, auf daß es davon erleichtert würde: und Jonas war hinunter in das Schiff gestiegen, und schlief einen starken Schlaf.

* Geschirr

6. Und der Schiffherr trat hinzu, und sprach zu ihm: Wie schläfest du so hart? stehe auf, und rufe deinen GOtt an, ob vielleicht GOtt an uns gedenken wollte, damit wir nicht untergehen.

7. Und ein jeglicher sprach zu seinem Gesellen: Kommet, und lasset uns das Loos werfen, damit wir wissen, warum uns dieß Unglück * wiederfahre. Da warfen sie das Loos: und das Loos fiel auf Jonam.

* Unheil

8. Und sie sprachen zu ihm: Sage uns, warum wiederfährt uns dieß Unglück? was ist dein Gewerb *? aus welchem Lande bist du? und wohin gehet deine Reise? oder von welchem Volke bist du?

* Geschäfft

9. Und er sprach zu ihnen: Ich bin ein Hebräer, und fürchte den HErrn, den GOtt des Himmels, der das Meer, und das Trockene erschaffen hat.

III. 0. Da fürchteten sich die Männer sehr, und sprachen zu ihm: Warum hast du uns das gethan? (weil die Männer verstanden hatten, daß er vor dem Angesichte des HErrn fliehe, denn er hatte es ihnen angezeiget.)

11. Und sie sprachen zu ihm: Was sollen wir dir thun, damit das Meer von uns ablasse? denn das Meer gieng immer, und erhob sich.

12. Und er sprach zu ihnen: Nehmet mich, und werfet mich in das Meer, so wird das Meer von euch ablassen: denn ich weis, daß dieses große Ungewitter um meinetwillen über euch gekommen ist.

13. Und die Männer ruderten, daß sie an das Land kämen, und konnten nicht: denn das Meer gieng, und erhob sich über sie.

14. Da riefen sie zum HErrn, und sprachen: Ach HErr! wir bitten, laß uns doch nicht verderben um dieses Mannes Seele willen, und lege das unschuldige Blut nicht auf uns: denn du, HErr, hast gehandelt nach deinem Willen.

15. Und sie nahmen Jonam, und warfen ihn in das Meer: und das Meer stund still von seinem Wüthen.

16. Und die Männer fürchteten den HErrn sehr, und schlachteten dem HErrn Opfer, und thaten ihm Gelübde.

Das zweyte Capitel.

I. Jonam verschlinget ein Wallfisch: 1. II. In dessen Bauch er GOtt lobet, und anrufet: 2. III. Und wird nach dreyen Tagen vom Fische auf das Land ausgespyen. 11.

3. Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis a facie Domini: & descendit in Joppen, & invenit navem euntem in Tharsis: & dedit naulum ejus, & descendit in eam, ut iret cum eis in Tharsis a facie Domini.

II. 4. Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri.

5. Et timuerunt nautæ, & clamaverunt viri ad Deum suum: & miserunt vasa, quæ erant in navi, in mare, ut alleviaretur ab eis: & Jonas descendit ad interiora navis, & dormiebat sopore gravi.

6. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Qui tu sopore deprimeris? surge, invoca Deum tuum, si forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus.

7. Et dixit vir ad collegam suum: Venite, & mittamus sortes, & sciamus, quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Jonam.

8. Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cujus causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu?

9. Et dixit ad eos: Hebræus ego sum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam.

III. 10. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? (cognoverunt enim viri, quod a facie Domini fugeret, quia indicaverat eis.)

11. Et dixerunt ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis? quia mare ibat, & intumescebat.

12. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare a vobis: scio enim ego, quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.

13. Et remigabant viri, ut reverterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos.

14. Et clamaverunt ad Dominum, & dixerunt: Quæsumus Domine! nec pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti.

15. Et tulerunt Jonam, & miserunt in mare: & stetit mare a fervore suo.

16. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hostias Domino, & voverunt vota.

CAPUT II.

I. Jonas a cete, quem Dominus præparaverat, absorbetur: 1. Et in eo tribus diebus ac noctibus orat: 2. III. Dei jussu in aridam evomitur. 11.

1. Et

℣. 3. *Surrexit Jonas, ut fugeret.* Causam fugæ aperit cap. 4. ne mendax videretur, quod sciret Deum clementem esse, nec dubitaret, quin placatus urbem conservaret. Quid sit autem Tharsis, diximus in cap. 9. L. 3. Regum. Hieron. mare ipsum esse putat. Et quidem mare Mediterraneum, atque illud maxime, quod Africæ littora alluit, eo nomine signari multi opinantur. Nomen non Ciliciæ modo, sed & vicinarum Provinciarum a Tharsis nepote Japheth ductum ad mare quodvis magnarum navium patiens, esse translatum probabile est: solent enim Hebræi nomina propria, propter aliquam similitudinem in appellativa vertere. Unde Paral. L. 2. cap. 20. de Josaphat dicitur, quod classem instruxerit in Asiongaber, quæ iret in Thartim. *A facie Domini.* Cupiebat Jonas procul fugere, ut Niniven mitti non posset; unde metaphorice dicitur fugere a facie Domini: hinc versus occasum festinabat.

℣. 7. *Venite mittamus sortes.* Hieron. *Mathias sorte eligitur, & hic fugitivus sorte deprehenditur. Non agitur virtute sortium, sed voluntate Dei, qui sortes regebat incertas. Non ergo hoc exemplo debemus credere, vel uti sortilus: quia privilegia paucorum legem communem non faciunt. Sic voluntate Dei Nabuchodonosor & Pharao judicio somniorum futura cognoscunt: non tamen ubique somniis est credendum. Et cecidit sors super Jonam.* Infelix quicumque fugerit se vocanti Deo, fugitque eum, in quo solo tuta certaque est salus. Felix Abraham, qui vocantem statim secutus est, *nesciens, quo iret.* Gen. 12. v. 1.

℣. 12. *Tollite me, mittite in mare.* Quod divino afflatu dixit.

℣. 14. *Quæsumus Domine -- ne des super nos sanguinem innocentem.* Ne punias nos, quod hominem, qui in nulla re nos læsit, projiciamus in mare. Hieron. *Grandis vellorum fides: periclitantur ipsi, & pro alterius anima deprecantur. Sciunt, pejorem esse mortem peccati, quam vitæ. Unde contestantur Dominum, ut, quod facturi sunt, sibi non imputetur.*

1. Et præparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam: *a* & erat Jonas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus.

a Matth. 12. 40. & 16. 4. *Luc.* 11. 30.

II. 2. Et oravit Jonas ad Dominum Deum suum, de ventre piscis,

3. Et dixit: *b* Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me: de ventre inferi clamavi, & exaudisti vocem meam.

b Ps. 119. 1. 1. *Cor.* 15. 4.

4. Et projecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt.

5. Et ego dixi: Abjectus sum a conspectu oculorum tuorum: verumtamen rursus videbo templum sanctum tuum.

6. Circumdederunt *c* me aquæ usque ad animam: abyssus vallavit me, pelagus operuit caput meum.

c Ps. 68. 1.

7. Ad extrema montium descendi: terræ vectes concluserunt me in æternum: & sublevabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

8. Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, ut veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

9. Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt.

10. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcumque vovi, reddam pro salute Domino.

III. 11. Et dixit Dominus pisci: & evomuit Jonam in aridam.

CAPUT III.

I. Rursum missus Jonas ad Ninivitas prædicit civitatis subversionem: 1. II. Illi ad Deum conversi magna pœnitentiæ signa ostendunt: 4. III. Unde Dominus parcit civitati. 10.

* *FER. 2. POST DOM. PASSION. EPIST.*

1. Et° factum est verbum Domini ad Jonam secundo, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te.

3. Et surrexit Jonas, & abiit in Niniven juxta verbum Domini: & Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.

II. 4. Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere

1. Und der HErr schickte einen großen Fisch, daß er den Jonam verschlingen sollte: Jonas aber war drey Tage, und drey Nächte im Bauche des Fisches.

II. 2. Und Jonas bethete zu dem HErrn seinem GOtt, aus dem Bauche des Fisches,

3. Und sprach: Ich habe in meiner Trübsal zum HErrn gerufen, und er hat mich erhöret: aus dem Bauche der Höllen habe ich gerufen, und du hast meine Stimme erhöret.

4. Du hast mich in die Tiefe geworfen, mitten in das Meer, daß mich die Fluth umgeben hat: alle deine Tiefe, und deine Wellen sind über mich gegangen.

5. Und ich sprach: Nun bin ich von dem Angesichte deiner Augen verworfen: jedoch werde ich deinen heiligen Tempel wieder sehen.

6. Wasser umgaben mich bis an die Seele: der Abgrund hat mich umringet, das Meer hat mein Haupt überdecket.

7. Ich sank hinunter zu den äußersten Gründen der Berge: die Riegel der Erde hatten mich beschlossen ewiglich: aber du wirst mein Leben aus dem Verderben hinausführen, HErr mein GOtt.

8. Da meine Seele in mir beängstiget war, habe ich an den HErrn gedacht, daß mein Gebeth in deinem heiligen Tempel zu dir kommen möchte.

9. Welche der Eitelkeit vergeblich anhangen, die lassen ihre Barmherzigkeit fahren.

10. Ich aber will dir mit Lobgesang opfern: alles, was ich habe, will ich dem HErrn für mein Heil bezahlen.

III. 11. Da sprach der HErr zum Fische: und er spye Jonam aus auf das Land.

Das dritte Capitel.

I. Nach abermaliger Schickung gehet Jonas nach Ninive: 1. II. Bekehret durch seine Predigt den König zur Buße, sammt der ganzen Stadt: 4. III. Darum verzeihet ihnen GOtt barmherziglich. 16.

1. Und des HErrn Wort geschah zum andernmal zu Jona, und sprach:

2. Mache dich auf, und gehe in die große Stadt Ninive, und predige in ihr die Predigt, die ich zu dir reden werde.

3. Und Jonas machte sich auf, und gieng hin gen Ninive, nach dem Worte des HErrn: aber Ninive war eine große Stadt, drey Tagreisen groß.

II. 4. Und Jonas fieng an eine Tagreise zur Stadt hin-

ein

CAPUT II.

℣. 1. *Et præparavit Dominus piscem grandem.* Fecit, ut cito adesset ingens piscis, qualecumque ille fuerit: nam *Ceti* nomen generis est, non speciei. Et quidem balenæ fauces sunt angustiores, quam ut hominem deglutire possint: sed tamen Deo ita volente dilatari potuerunt. Nec desunt ingentes in mari pisces, ut Charcaria & alia, quorum fauces satis amplæ sunt, ut hominem integrum vorent. *Lamiam* alii vocant; *Tribus diebus & tribus noctibus.* Non forte integris, ut figura sit veritati similior.

℣. 3. *Clamavi de tribulatione mea ad Dominum.* Cum e navi in mare projicerer. *Et exaudivit me.* Cetum mittendo; quæ verba sunt gratias agentis. *De ventre inferi clamavi.* Theodoretus ait, ventrem inferi alvum ceti vocavit. Cum fera hæc mortifera sit, Jonas mortuus erat: at sola gratia vivebat. Alioqui, ut repræsentaret Dominum JEsum Christum, qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ fuit, accomodare seipsum in ventre fuisse dicit &c. Euseb. Emis. hom. 2. de Pascha: Nisi Jonas perditum detur, naufragæ navis periculum non sedatur: sic & Ecclesia non liberatur, nisi Christi morte salvetur. *De ventre.* Profundo & obscuro ceti: clamavit etiam cordis affectu, cum se intra belluæ ventrem esse sensit.

℣. 4. *Et flumen circumdedit me.* Sept. *Fumina.* Fluctus concitati. Hæc Jonæ verba ex Psal. 41. sunt desumpta: *Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt.*

℣. 5. *Ego dixi: Abjectus sum.* Putavi me abjectum esse a te, ubi me vidi in tantis periculis constitutum: vel fateor me commeritum esse, ut omnino desererer.

℣. 7. *Ad extrema montium descendi.* Ad rupium antra, quibus eram conclusus. Descendi in terram, cujus vectes retinacula sempiterna: e quibus exire non licet nisi per miraculum. *Et sublevabis.* Ex Hebræo, tolles me vivum e fossa, Deus meus.

℣. 8. *Cum angustiaretur in me anima mea.* Cum de salute desperarem. *Domini recordatus sum.* Domini recordatio mihi saluti fuit; & te Domine, qui habitas in templo Jerusalem, oravi.

℣. 9. *Qui custodiunt vanitates frustra.* Qui idolis, aut pravis affectibus serviunt. *Derelinquunt.* Hebr. Dereliquent; ipsi se privant Dei misericordia.

℣. 11. *Et dixit Dominus pisci.* Mandavit. *Et evomuit Jonam in aridam.* In quod litus Jonas appulerit, dicere non possumus: id sane constat fuisse ad mare Mediterraneum, sed ad Pontum Euxinum, ut videtur Josepho L. 9. c. 11. seu prope Seleuciam, ubi minor est a Ninive distantia. Allegorice piscis ille ingens est limbus, in quem descendit anima Christi in triduo mortis usque ad resurrectionem suam.

CAPUT III.

℣. 3. *Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.* Diodorus Siculus hujus urbis magnitudinem sic describit, ut ambitus murorum esset 480. stadiorum, seu sexaginta milliarium. Hieronymus tanti ambitus eam fuisse ait, ut vix trium dierum posset itinere circumiri. Vel certe trium dierum spatio opus erat, ut Jonas in viis pene omnibus pœnitentiam prædicaret.

℣. 4. *Cœpit Jonas introire civitatem itinere diei unius.* Adeo ut in tertia parte urbis prædicaverit, sed ejus prædicatio totam urbem statim impleverit. *Adhuc quadraginta dies.* Post quadraginta dies. Apud Sept. legimus: *Adhuc tres dies:* sed scribæ error irrepsit. Justinus Martyr legit: *Tres & quadraginta dies.* Græci ipsi, qui 70. sequuntur

ein zu gehen: und er rief, und sprach: Es sind noch vierzig Tage, alsdann wird Ninive umgekehret werden.

5. Und die Männer zu Ninive glaubten an GOtt: und sie riefen ein Fasten aus, und bekleideten sich mit Säcken, vom Größten bis zum Geringsten.

6. Und das Wort kam vor den König zu Ninive: und er stund auf von seinem Throne, warf sein Kleid von sich hinweg, und zog einen Sack an, und setzte sich in die Asche.

7. Er ließ auch ausrufen, und zu Ninive aus dem Munde des Königes, und seiner Fürsten, mit diesen Worten sagen: Menschen, und Vieh, Ochsen, und Schafe sollen nichts kosten: sie sollen auch weder weyden, noch Wasser trinken:

8. Sondern es sollen beyde, Menschen, und Vieh, mit Säcken bedecket seyn, und stark zum HErrn rufen: und jedermann soll sich bekehren von seinem bösen Wege, und von seiner Ungerechtigkeit, die in seinen Händen ist.

9. Wer weis, GOtt möchte sich umkehren, und Gnade erzeigen, und sich vom Grimm seines Zorns abwenden, damit wir nicht untergehen?

III. 10. Und GOtt sah ihre Werke, daß sie sich bekehreten von ihrem bösen Wege: da erbarmete sich GOTT wegen des Uebels, das er geredet hatte, ihnen zu thun, und that es nicht.

Das vierte Capitel.

I. Jonas wird unwillig, daß GOtt den Ninivitern, wider sein Versprechen, verschonet: 1. II. Den doch GOtt, aus Gelegenheit eines verdorrten Kürbis, die Gütigkeit lehret, in Ansehung der Unschuldigen. 6.

1. Und dieses schmerzete Jonam heftig, und er ward zornig,

2. Und bethete zum HErrn, und sprach: Ach lieber HErr, ist das nicht mein Wort, das ich geredet habe, da ich noch in meinem Lande war? darum wollte ich ihm vorkommen, und gen Tharsis fliehen: denn ich weis, daß du ein gütiger, und barmherziger GOtt bist, geduldig, und von großer Erbarmung, der über die Bosheit Gnade erzeiget.

3. Und nun, o HErr! ich bitte, du wollest meine Seele von mir nehmen: denn der Tod ist mir besser, als das Leben.

4. Und der HErr sprach: Meynest du wohl, daß du billig zürnest?

5. Und Jonas gieng zur Stadt hinaus, und setzte sich gegen Aufgang bey der Stadt nieder: daselbst machte er ihm ein Schattenhäuslein, und saß unter demselbigen im Schatten, bis er sähe, was der Stadt widerführe.

II. 6. Und GOtt der HErr erschuf einen Kürbis, und

nere diei unius: & clamavit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Ninive subvertetur.

5. Et *a* crediderunt viri Ninivitæ in Deum: & prædicaverunt jejunium, & vestiti sunt saccis a majore usque ad minorem. *a Matth. 12. 41. Luc. 11. 32.*

6. Et pervenit verbum ad regem Ninive: & surrexit de solio suo, & abjecit vestimentum suum a se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.

7. Et clamavit, & dixit in Ninive ex ore regis, & principum ejus, dicens: Homines, & jumenta, & boves, & pecora non gustent quidquam: nec pascantur, & aquam non bibant:

8. Et operiantur saccis homines, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & convertatur vir a via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.

9. Quis *b* scit, si convertatur, & ignoscat Deus, & revertatur a furore iræ suæ, & non peribimus? *b Jerem. 18. 11. Joel 2. 14.*

III. 10. Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala: & misertus est Deus ° super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit.

CAPUT IV.

I. Jonas dolens vaticinium suum non impleri, a Domino corripitur: 1. II. Convincitur male indignari, per arefactam hederam, eo quod in Ninive plusquam 120000. innocentium essent. 6.

1. Et afflictus est Jonas afflictione magna, & iratus est,

2. Et oravit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupavi, ut fugerem in Tharsis *a*: scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. *a Ps. 85. 5. Joel. 2. 13.*

3. Et nunc Domine, tolle, quæso animam meam a me: quia melior est mihi mors, quam vita.

4. Et dixit Dominus: Putasne bene irasceris tu?

5. Et egressus est Jonas de civitate, & sedit contra Orientem civitatis: & fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret, quid accideret civitati.

II. 6. Et præparavit Dominus Deus hederam, & ascen-

---

quuntur, legunt ut in Hebræo, *quadraginta dies*. Neque eam sententiam protulit Deus ut irrevocabilem: sed erat ejusmodi, ut mutatis rebus posset revocari. Chrysost. de Jona hom. tom. 1. Cur enim futura prædicit atque denuntiat, nisi ut prædicta non faciat? Tunc non impleta est Prophetia quantum ad tempus, quod pœnitentia eorum effectum prohibuerit: sed sublato obice Ninive subversa est, ut discimus ex cap. 14. Tobiæ: *Non enim excidit verbum Domini.* Scilicet quoad substantiam non excidit Prophetia.

℣. 5. *Et viri Ninivitæ -- prædicaverunt jejunium.* Hoc videtur dictum per anticipationem: nam illud verisimilius est prius perveniisse verbum ad regem, & ejus auctoritate prædicatum esse jejunium. *Et vestiti sunt saccis.* Hieron. Saccus & jejunium arma sunt pœnitentium.

℣. 6. *Et indutus est sacco, & sedit in cinere. Sapiens plane rex -- Cum enim insidiantur illi homines, apprehendit arma bellica: cum irascitur ei Deus, corripit arma justitiæ. Sapiens inquam rex, qui pro salute civium, peccatorem se magis confitetur esse, quam regem.* Ambros. Serm. 40.

℣. 10. *Et vidit Deus opera eorum.* Gloss. Non audivit verba, quæ sæpe solebat Israel dicere: quodcunque dixerit, faciemus; sed vidit opera. Hinc optime S. Chrysost. *Unum duntaxat illic patrocinium est, operum videlicet, quo qui caruerit, aliunde nusquam saluti locus est.* Tom. 3. hom. 11. *Et misertus est.* Sept. *Et egit pœnitentiam Deus.* Hieron. *Videns mutata opera, libenter mutat sententiam.*

CAPUT IV.

℣. 1. *Et afflictus est Jonas.* Sept. *Et confusus est.* Timuit enim, ne vanus, & mendax Propheta haberetur, cum videret Ninivitas subito ad pœnitentiam conversos, & clementiam Dei haberet perspectam. Contra hanc Jonæ afflictionem ita perorat S. Ephrem serm. de Jona: *Noli o Jona contristari, sed gaude, quia novam vitam agimus: per te enim universorum Dominum agnovimus. Non es mentitus, ne timeas: subversa enim nostra est malitia, & exaltata fides in manu tua. Angelos in excelsis gaudio perfundimus: Deus de nobis gaudet in cœlis: merito igitur & tu super terram in eo gloriari, & exultare debes.* Disce ex hoc, quanto clementior sit Deus homine. Hinc verissime dictum: *Melius est incidere in manus Domini, quam hominum.* 2. Reg. 24. v. 14.

℣. 2. *Domine, numquid non hoc est verbum meum.* q. d. Non me fefellit divinatio mea; cur me prophetare vis, quod facturus non es? Non dolebat de aliorum salute, sed dolebat pro gloria Dei, ne Prophetia, quæ illius donum est, gentilibus vilesceret.

℣. 3. *Melior est mihi mors, quam vita.* Eusеb. Emis. hom. 2. de Pascha dicat hoc melius Dominus noster Jesus Christus: quia melior est mihi mors, quam vita, id est, vivens unam Judæorum gentem, utpote incredulam salvare non potui: moriar, ut universus mundus una morte salvetur.

℣. 5. *Et sedebat subter illud.* i. Tabernaculum in umbra expectans, an saltem Deus insigni aliqua plaga urbem percuteret

℣. 6. *Et præparavit Dominus hederam.* Sic vocem Hebræam veteres, ut Aquila, & Symmachus verterunt, eosque secutus est Hieronymus. 70. verterunt: *Cucurbitam.* Vox Hebræa *Kikajon*, קִיקָיוֹן, forte utrumque significat.

ascendit super caput Jonæ, ut esset umbra super caput ejus, & protegeret eum (laboraverat enim) & lætatus est Jonas super hedera lætitia magna.

7. Et paravit Deus vermem a censu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit.

8. Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido, & urenti: & percussit sol super caput Jonæ, & æstuabat: & petivit animæ suæ, ut moreretur, & dixit: Melius est mihi mori, quam vivere.

9. Et dixit Dominus ad Jonam: Putasne, bene irasceris tu super hedera? Et dixit: Bene irascor ego usque ad mortem.

10. Et dixit Dominus: Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti, ut cresceret, quæ sub una nocte nata est, & sub una nocte periit:

11. Et ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt, quid sit inter dexteram & sinistram suam, & jumenta multa?

er wuchs über Jona, damit er seinem Haupte zum Schatten wäre, und ihn bedeckte: (denn ihm war nicht wohl) und Jonas erfreuete sich gar hoch über den Kürbis.

7. Und GOTT erschuf am folgenden Tage bey Aufgang der Sonne einen Wurm, der zerbiß den Kürbis, daß er verdorrete.

8. Nachdem aber die Sonne aufgegangen war, befahl der HErr, daß eine hitzige Brandluft * kam: und die Sonne stach dem Jonä auf das Haupt, und er ward sehr kraftlos: da begehrete er für seine Seele, daß er sterben möchte, und sprach: Es ist mir besser, daß ich sterbe, dann daß ich lebe. * Wind

9. Und der HErr sprach zu Jona: Meynest du wohl, daß du um den Kürbis billig zürnest? Und er sprach: Ja, billig zürne ich darüber, auch bis zum Tode.

10. Und der HErr sprach: Du betrübest dich des Kürbis halben, daran du doch nicht gearbeitet hast, noch gemacht hast, daß er gewachsen ist, der in einer Nacht gewachsen, und in einer Nacht vergangen ist:

11. Und ich sollte der großen Stadt Ninive nicht verschonen, in welcher mehr, dann hundert und zwanzigtausend Menschen sind, die zwischen ihrer rechten und linken Hand keinen Unterschied wissen, dazu auch viel Viehes?

PROPHETIA MICHÆÆ

CAPUT I.

I. Michæas comminatur Samariæ, & Jerusalem exitium, & captivitatem propter idololatriam: 1. II. Quos plangit, & ad planctum provocat. 8.

Verbum Domini, quod factum est ad Michæam Morasthiten, in diebus Joathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda: quod vidit super Samariam, & Jerusalem.

a Deut. 32. 1. Isa. 1. 2. 2. Audite *a* populi omnes, & attendat terra, & plenitudo ejus: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo.

b Isa. 26. 21. 3. Quia *b* ecce, Dominus egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ.

4. Et consumentur montes subtus eum, & valles scindentur sicut cera a facie ignis, & sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps.

5. In scelere Jacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Jacob? nonne Samaria? & quæ excelsa Judæ? nonne Jerusalem?

6. Et ponam Samariam quasi acervum lapidum in agro, cum plantatur vinea: & detraham in vallem lapides ejus, & fundamenta ejus revelabo.

7. Et omnia sculptilia ejus concidentur, & omnes mercedes ejus comburentur igne, & omnia idola ejus ponam in perditionem: quia

Der Prophet Michäas.

Das erste Capitel.

I. Samarien, und Jerusalem wird wegen der Abgötterey ihr Unheil verkündiget: 1. II. Darüber der Prophet klaget. 8.

Das Wort des HErrn, so zu Michäa, dem Morasthiten, geschehen ist, in den Tagen Joathan, Achaz, und Ezechiä, der Könige Juda: das er über Samaria, und Jerusalem gesehen hat.

2. Höret alle Völker, das Land merke auf, und alles, was darinnen ist: und GOtt der HErr sey euch zum Zeugen, der HErr aus seinem heiligen Tempel.

3. Denn siehe, der HErr wird von seinem Orte herausgehen: er wird herabkommen, und über die Höhe des Landes tretten.

4. Da werden die Berge unter ihm zerrinnen, und die Thäler werden voneinander gehen, wie Wachs vor dem Feuer, und wie Wasser, so vom hohen Orte geschwind hinabfällt.

5. Dieses alles wird geschehen wegen des Lasters Jacob, und wegen der Sünden des Hauses Israel. Welches ist aber das Laster Jacobs? ist es nicht Samaria? und welches sind die Höhen Juda? sind sie nicht zu Jerusalem?

6. Darum will ich Samaria wie einen Steinhaufen im Felde machen, wann man einen Weinberg pflanzet: und ich will ihre Steine in das Thal herunterziehen, und will ihre Grundveste entblößen.

7. Alle ihre abgöttischen Bilder sollen zerschlagen, und all ihr Lohn mit Feuer verbrennet werden, und ich will alle ihre Abgötter zu Grunde vertilgen: denn sie sind von Huren-

---

℣. 8. *Præcepit Dominus vento calido, & urenti.* Voluit Deus hoc exemplo docere Jonam, quam immerito irasceretur, quod tam magnam urbem non subvertisset, cum ipse de erosa hedera, aut cucurbita adeo doleret. *Et æstuabat.* Hebr. Deficiebat præ calore, & mori cupiebat.

℣. 11. *Qui nesciunt, quid sit inter dexteram, & sinistram.* Proverbium Hebr. quod pueros, qui nondum nacti sunt usum rationis, significat. Et si pœnitentia Ninivitarum non me ad ignoscendum hortaretur, tot innocentium conditio hanc a me indulgentiam extorqueret. *Et jumenta multa.* Nihil enim odit Deus eorum, quæ fecit, Sap. 11.

CAPUT I.

℣. 1. *Verbum Domini -- quod vidit super Samariam.* Decem tribus. *Et Jerusalem.* Et adversus duas tribus. Hic Michæas, ad quem factum est verbum Domini, alius est ab illo. 3. Reg. 2. 14.

℣. 2. *Attendat terra, & plenitudo ejus.* Sept. *Terra, & omnes, qui in ea sunt. In testem.* Deus mihi contra vos sit testis, nihil me reticere eorum, quæ ex ipso audivi contra vos, adeo ut sitis omnino inexcusabiles, si eum per me loquentem non audieritis.

℣. 3. *Ecce, Dominus egredietur de loco suo.* Exeret potentiam suam. *Et descendet.* Hieron. Descensio Dei est majestatis ejus ad inferiora decursus: cum in mundi regimine majestatem suam manifestat. *Et calcabit.* Potentissimos quosque conculcabit, & conteret.

℣. 5. *In scelere Jacob omne istud.* Omnia hæc mala, quæ prænuntio, venient ob impietatem Jacob. *Nonne Samaria?* Idololatria Samariæ. *Nonne Jerusalem?* Quæ plena est altaribus idolorum.

℣. 6. *Ponam Samariam quasi acervum lapidum.* Per Assyrios subvertetur, nec quicquam ex ea remanebit præter acervum lapidum; ædificia ejus solo æquabo, & ruinam lapidum in vallem projiciam. Hieron. *Secundum ordinem peccatorum fit ordo pœnarum.* Samaria primum peccavit, & fabricata est idola.

℣. 7. *De mercedibus meretricis congregata sunt.* Idolorum cultrix Samaria, & divitiæ ex amicitia gentium, quarum idola colebat. *Revertentur.* Transibunt ad Niniven usque, quæ a Nahum vocatur meretrix speciosa, quæ ignem evaserat: divitiæ Samariæ ad Niniven ibunt.

Hurenlohn zusammen gebracht, und sollen auch wieder zu Hurenlohn werden.

II. 8. Darüber will ich klagen, und heulen: ich will beraubet, und nackend dahergehen: will eine Wehklage führen, wie die Drachen, und trauren, wie die Straußen.

9. Denn zu ihren Wunden ist kein Rath, denn sie ist bis an Juda gekommen, und reichet an das Thor meines Volkes, bis gen Jerusalem.

10. Verkündiget es zu Geth nicht, weinet keine Thränen, im Hause des Staubes besprenget euch mit Staub.

11. Fahre nun hin, du schöne Wohnung, mit Schanden bedecket: sie ist nicht hinausgegangen, die an den Gränzen wohnet: das benachbarte Haus, so für sich selbst stehet, wird die Wehklage von euch annehmen.

12. Denn die in der Verbitterung beharret, ist zum Guten schwach worden: denn das Unglück ist vom HErrn herabgekommen bis an das Thor zu Jerusalem.

13. Das Rauschen der Wagen wird die Inwohner zu Lachis erschrecken: sie ist der Tochter Sion ein Anfang der Sünde, denn die Laster Israel sind in dir gefunden.

14. Darum wird sie Kriegesleute ausschicken über das Erbtheil Geth: das ein lügenhaftiges Haus ist, die Könige Israel zu betrügen.

15. Ich will dir noch einen Erben zuführen, die du zu Maresa wohnest: und wird die Herrlichkeit Israel bis gen Odollam kommen.

16. Laß dich kahl machen, und scheeren über deine lieben zarten Kinder: laß dich zumal kahl scheeren, wie ein Adler: denn sie sind von dir gefänglich hinweggeführet.

Das zweyte Capitel.

I. Gleichmäßige Strafe drohet er dem Volke, wegen des Geizes, mit großem Mitleiden: 1. II. Giebt den übrigen Hoffnung zur Erlösung. 12.

1. Wehe euch, die ihr gedenket, was nichts nütze ist, und Böses wirket in euren Schlafkammern: das richten sie hernach ins Werk, wann Morgens der Tag anbricht, dieweil ihre Hand wider GOtt ist.

2. Sie lassen sich der Aecker gelüsten, und nehmen sie mit Gewalt, und reissen die Häuser zu sich: sie unterdrücken einen Mann, und sein Haus; einen Mann, und seine Erbschaft.

3. Darum saget dieses der HErr: Siehe, ich gedenke Böses über dieses Gesinde, daraus ihr euren Hals nicht ziehen werdet, noch also hochmüthig hereintretten: denn es wird eine sehr böse Zeit seyn.

4. An demselbigen Tage wird man ein Sprichwort über euch führen, und ein Lied mit Lust singen, und sagen: Wir sind in Grund verderbet: ein Theil meines Volkes ist verwechselt: wie soll er von mir abweichen, dieweil er wiederkömmt, der unser Land austheilen soll?

5. Darum wird niemand seyn, der in der Gemeinde des HErrn dir eine Loosschnur auswerfe.

6. Redet nicht also, wie ihr redet: Es wird über diese nicht triefen, und die Schande wird sie nicht ergreifen.

de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur.

II. 8. Super hoc plangam, & ululabo: vadam spoliatus, & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum.

9. Quia desperata est plaga ejus, quia venit usque ad Judam, tetigit portam populi mei usque ad Jerusalem.

10. In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis, in domo pulveris pulvere vos conspergite.

11. Et transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia: non est egressa, quæ habitat in exitu: planctum domus vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet.

12. Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus: quia descendit malum a Domino in portam Jerusalem.

13. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filiæ Sion, quia in te inventa sunt scelera Israel.

14. Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domus mendacii in deceptionem regibus Israel.

15. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa: usque ad Odollam veniet gloria Israel.

16. Decalvare, & tondere super filios deliciarum tuarum: dilata calvitium tuum sicut aquila: quoniam captivi ducti sunt ex te.

CAPUT II.

I. Prædicit populo excidium ob injustitiam, aliaque peccata: 1. II. Sed reliquiarum futuram congregationem denuntiat. 12.

1. Væ, qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.

2. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum, & domum ejus; virum, & hæreditatem ejus.

3. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce, ego cogito super familiam istam malum, unde non auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi: quoniam tempus pessimum est.

4. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suavitate, dicentium: Depopulatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet a me, cum revertatur, qui regiones nostras dividat?

5. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum fortis in cœtu Domini.

6. Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos, non comprehendet confusio.

7. Dicit

℣. 8. *Super hoc plangam, & ululabo.* Propheta loquitur.

℣. 10. *In domo pulveris.* In urbe plena pulvere ob ruinas, *pulvere vos conspergite.*

℣. 11. *Transite vobis habitatio pulchra.* Transi in captivitatem. *Vobis.* Ornatus gratia addi solet, uti a Latinis. Sic Cicero in Pisonem, is mihi etiam gloriabitur. *Non est egressa.* Samaria non est egressa, sed abducta.

℣. 12. *Infirmata est in bonum.* i. Ad bonum. Infirmior est, quam ut vos juvet. *In amaritudinibus.* Plena peccatis.

℣. 13. *Principium peccati est filiæ Sion.* Quia Lachis prima idololatriam regum excepit.

℣. 14. *Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth.* Lachis mittet in Geth ad opem postulandam, sed frustra.

℣. 15. *Adhuc hæredem adducam tibi.* sc. Hostes, qui te possideant. *Maresa*, hæreditatem significat: urbs erat in tribu Juda.

CAPUT II.

℣. 1. *Væ, qui cogitatis inutile.* Chald. Væ cogitantibus ad rapinam. Figura utitur interdum Scriptura, quæ diminutio dicitur, cum verba videntur parum significare, etsi multum significent. *Est manus eorum.* Per manum, non tam opera, quam consilium, & industria intelligi possunt.

℣. 3. *Unde* de illo malo *non auferetis colla vestra.* Gravissimum onus imponam vobis, quod excutere non poteritis.

℣. 4. *Pars populi mei commutata est.* Hæreditas populi mei data est alienis. *Quomodo.* Non reversurum Assyrium putabant, & tamen rediit, ut regiones Israelitarum suis distribueret. Hæc verba Israelis Assyrii cum irrisione imitabantur. Sub Theglathphalasar hostes recesserant, sed redierunt sub Salmanasar. *Cantabitur canticum.* Canticum illud, ut vertit Hieron. est carmen lugubre, quod cantabitur cum suavitate, i. e. cum molli, & fracta voce, ut vox Hebræa significat; aut certe Assyrius id cantabit lætus.

℣. 5. *Non erit tibi mittens funiculum fortis in cœtu Domini.* Non habitabis in terra patribus tuis promissa.

℣. 6. *Ne loquamini loquentes.* In persona Dei loquitur Propheta, qui optimates increpat, quod Prophetas irriderent, qui toties inculcabant mortem, & captivitatem. *Non stillabit super istos.* Nihil tale patietur populus, non stillabit ira Domini.

7. Dicit domus Jacob: Numquid abbreviatus eſt ſpiritus Domini? aut tales ſunt cogitationes ejus? nonne verba mea bona ſunt cum eo, qui recte graditur?

8. Et econtrario populus meus in adverſarium conſurrexit: deſuper tunica pallium ſuſtuliſtis: & eos, qui tranſibant ſimpliciter, convertiſtis in bellum.

9. Mulieres populi mei ejeciſtis de domo deliciarum ſuarum: a parvulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum.

10. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam ejus corrumpetur putredine peſſima.

11. Utinam, non eſſem vir habens ſpiritum, & mendacium potius loquerer! ſtillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit, ſuper quem ſtillatur, populus iſte.

II. 12. Congregatione congregabo Jacob totum te, in unum conducam reliquias Iſrael, pariter ponam illum quaſi gregem in ovili, quaſi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominum.

13. Aſcendet enim pandens iter ante eos: dividet, & tranſibunt portam, & ingredientur per eam: & tranſibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

CAPUT III.

I. Arguit peccata principum, judicum, pſeudoprophetarum, ac ſacerdotum populi Iſrael: 1. II. Comminatur Dominus urbis ac templi everſionem. 9.

1. Et dixi: Audite principes Jacob, & duces domus Iſrael: Numquid non veſtrum eſt ſcire judicium?

2. Qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum deſuper eis, & carnem eorum deſuper oſſibus eorum?

3. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum deſuper excoriaverunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, & quaſi carnem in medio ollæ.

4. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinventionibus ſuis.

5. Hæc dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem: & ſi quis non dederit in ore eorum quidpiam, ſanctificant ſuper eum prælium.

6. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro divinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies.

7. Et confundentur, qui vident viſiones, &

7. Das Haus Jacob ſpricht: Iſt dann der Geiſt des HErrn verkürzet? oder ſollte er ſolche Gedanken haben? ſind meine Worte nicht gütig gegen dem, der aufrichtig wandelt?

8. Aber mein Volk iſt zum Gegentheil aufgeſtanden, und zum Widerſacher worden: ihr habt zwar Mantel, und Rock hinweggenommen: und die in Einfalt vorübergiengen, mit denen habt ihr Streit angefangen.

9. Die Weiber meines Volkes habt ihr aus ihren Luſthäuſern verſtoßen: ihr habt mein Lob von ihren jungen Kindern ewiglich hinweggenommen.

10. Machet euch auf, und gehet hinweg, denn ihr habt hier keine Ruhe: dieſes Land wird um ſeiner Unſauberkeit willen durch eine ſehr böſe Fäulung verderbet werden.

11. Wollte GOtt, daß ich ein Mann wäre, der den Geiſt nicht hätte, und daß ich vielmehr Lügen redete! aber ich will dir zum Wein trieſen, und zur Trunkenheit: und dieſes Volk wird es ſeyn, darüber es trieſen wird.

II. 12. Ich will dich, o Jacob! zumal gänzlich verſammeln, und will die übrigen von Iſrael zuſammenführen, ich will ſie zugleich, wie eine Heerde, in den Schafſtall bringen, und ſie werden mitten im Schafſtalle, wie das Vieh, ein Getümmel machen, vor großer Menge der Menſchen.

13. Denn es wird einer heraufkommen, der vor ihnen den Weg öffnen wird: und ſie werden ſcheiden, und zum Thore hinüberkommen, und durch daſſelbige hineinziehen: und ihr König wird vor ihnen hergehen, und der HErr vorne an der Spitze.

Das dritte Capitel.

1. Bezüchtiget die Regenten der Ungerechtigkeit, und die ſchmeichleriſchen Propheten der Lügen: 1. II. Deswegen wird Jeruſalem mit dem Tempel verheeret werden. 9.

1. Und ich ſprach: Höret ihr Häupter in Jacob, und ihr Fürſten des Hauſes Iſrael: Gebühret euch nicht zu wiſſen, was recht iſt*? * Ihr ſollt billig das Recht wiſſen.

2. Euch, die ihr das Gute haſſet, und das Böſe liebet: die ihr ihnen ihre Haut mit Gewalt abziehet, und ihr Fleiſch von ihren Beinen?

3. Sie haben das Fleiſch meines Volkes gefreſſen, und ihnen überdas die Haut abgezogen: ihre Beine haben ſie zerbrochen, und zerhauen, eben wie Stücke in einem Keſſel, und wie Fleiſch in einem Hafen.

4. Alsdann werden ſie zum HErrn ſchreyen, und er wird ſie nicht erhören: und er wird zu derſelbigen Zeit ſein Angeſicht vor ihnen verbergen, gleichwie ſie mit ihren Sünden ſchalkhaftig gehandelt haben.

5. Dieſes ſaget der HErr über die Propheten, die mein Volk verführen: die mit ihren Zähnen beißen, und Friede predigen: wer ihnen aber nicht etwas in das Maul giebt, wider denſelbigen heiligen ſie einen Krieg.

6. Darum wird euch die Nacht für das Geſichte werden, und die Finſterniß für das Wahrſagen: die Sonne ſoll untergehen über die Propheten, und der Tag ſoll über ſie verfinſtert werden.

7. Und die Seher ſollen ſchamroth werden, und die Wahrſager

℣. 7. *Numquid abbreviatus eſt ſpiritus Domini.* Itane Deus peccatis noſtris opprimetur, & quaſi ſuffocabitur, ut populum ſuum prorſus delere velit? Reſpondet Deus: Non abbreviatus eſt Spiritus meus, neque ſponte mea punio; ſed miſericordiam meam experientur, qui recte ambulant.

℣. 8. *Et e contrario populus meus in adverſarium conſurrexit.* Vos ita agitis ut adverſarii mei, nullum miſericordiæ meæ locum relinquitis. *Qui tranſibant ſimpliciter.* Qui ſecuri erant, & innocentes, ut in bello captos, ſic eos ſpoliaſtis.

℣. 10. *Surgite, & ite.* Juxta ſenſum myſticum Hieron. ait: *Jubemur non putare requiem in rebus mundi, & ire poſt Dominum in paradiſum: quia, ubi Chriſtus non lucet, non eſt requies, ſed tribulatio: & qui voluptati ſe hic applicant, graviori corruptione conterentur.*

℣. 11. *Utinam non eſſem vir habens ſpiritum.* Alii vertunt: *Si vir eſſem ſpiritum ſequens, & mendacium coinnans, & prophetarem tibi de vino.* Tum eſſem Propheta gratus populo. Vulgato more *mendacium* vocat, quidquid aliter evenit, quam prædictum eſt, non utique optat mentiri.

℣. 12. *Congregatione congregabo Jacob.* Hi duo verſiculi ad Eccleſiam omnino videntur pertinere. *Tumultuabuntur.* Ubi cum Eccleſiæ dilatatione futuram confuſionem, & vitam ſæcularem multorum indicat. Solent prophetæ terroribus, & minis futuræ redemptionis ſpem ſubjicere, & multa prædicere, quæ non ſimul, ſed per longa temporis ſpatia implentur. *Quaſi gregem in ovili.* Plene congregabo omnes fideles intra Eccleſiam.

℣. 13. *Aſcendet enim pandens iter ante eos.* Præibit Chriſtus verbo, & exemplo. *Eis.* Aſcendet in cœlum, & eos ſecum tollet.

CAPUT III.

℣. 1. *Audite principes Jacob — numquid non veſtrum eſt ſcire judicium.* Nam optimatum eſt ſcire, quid juxta legem Dei ſit faciendum.

℣. 2. *Qui odio habetis bonum.* Gloſſ. *Bona non amare, & mala non fugere vitium eſt: quanto magis odiſſe bonum, & amare malum.* Hieron. exponit: *Qui deteſtamini ſanctos pauperes, & honoratis divites peccatores. Qui violenter tollitis pelles eorum.* Populum non tondetis, ſed deglutitis. Eorum crudelitatem deſcribit ſub metapho a paſtorum, qui ovium pelles detrahunt. Spiritualiter pellem proximi tollit, qui bonos ejus mores corrumpit.

sager in Schanden stehen: und sie werden alle ihr Angesicht bedecken, dieweil von GOtt keine Antwort kömmt.

8. Ich aber bin vom Geiste des HErrn mit Kraft, mit Gericht, und mit Stärke erfüllet, Jacob seine Laster anzuzeigen, und Israel seine Sünde.

II. 9. So höret dieß nun, ihr Fürsten des Hauses Jacob, und ihr Richter des Hauses Israel: die ihr vom Rechten einen Abscheu habt, und alles verkehret, was aufrichtig ist.

10. Die ihr Sion im Blute bauet, und Jerusalem in Ungerechtigkeit.

11. Ihre Fürsten richten um Geschenke, und ihre Priester lehren um Lohn, und ihre Propheten weißagen um Geld: und sie verlassen sich auf den HErrn, und sprechen: Ist der HErr nicht mitten unter uns? es wird kein Unglück über uns kommen.

12. Darum wird Sion um eurentwillen wie ein Feld gepflüget werden, und Jerusalem wird seyn, wie ein Steinhaufen, und der Berg des Tempels wird zu einer wilden Höhe werden.

confundentur divini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei.

8. Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, judicio, & virtute, ut annuntiem Jacob scelus suum, & Israel peccatum suum.

II. 9. Audite hoc principes domus Jacob, & judices domus Israel: quia abominamini judicium, & omnia recta pervertitis.

10. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Jerusalem in iniquitate.

11. Principes *a* ejus in muneribus judicabant, & sacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes: Numquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala. *a Ezech. 22. 27. Soph. 3. 3.*

12. Propter hoc, causa vestri, *b* Sion quasi ager arabitur, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit, & mons templi in excelsa silvarum. *b Jer. 26. 18.*

Das vierte Capitel.

I. Der Tempel wird erneuert, und durch den ankommenden Messiam berühmt werden, weil er alldort seine christliche Kirche anfangen wird: 1. II. Zu welchem alle Heyden kommen werden. 6.

1. Und in den letzten Tagen wird der Berg, darauf des HErrn Haus gebauet ist, auf den Spitzen der Berge bereitet, und über die Bühel erhoben seyn: und die Völker werden zu ihm laufen.

2. Und viele Heyden werden dahin eilen, und sagen: Kommet, lasset uns zu dem Berge des HErrn hinaufgehen, und zu dem Hause des GOttes Jacobs: so wird er uns seine Wege lehren, und wir wollen auf seinen Steigen wandeln: denn aus Sion wird das Gesetz ausgehen, und des HErrn Wort aus Jerusalem.

3. Und er wird zwischen vielen Völkern richten, und wird strafen die starken Heyden, die weit entlegen sind: und sie werden ihre Schwerter zu Pflugeisen verschmieden, und ihre Spieße zu Kärsten: kein Volk wird wider das andere ein Schwert in die Hand nehmen, und sie werden hinfüro nicht mehr kriegen lernen.

4. Ein jeglicher wird unter seinem Weinstocke, und unter seinem Feigenbaume sitzen, und wird niemand seyn, der ihn schrecke: denn der Mund des HErrn der Heerschaaren hat es geredt.

5. Denn alle Völker werden wandeln, ein jegliches im Namen seines Gottes: wir aber wollen ewig und darüber, im Namen des HErrn unsers GOttes wandeln.

CAPUT IV.

I. Mons Sion & templum restituetur, & supra omnes montes extolletur, quia Christus ibi suam inchoabit Ecclesiam: 1. II. Ad quam velut firmissimam arcem turmatim gentes accedent. 6.

1. Et erit: *a* In novissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. *a Is. 2. 2.*

2. Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis ejus: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jerusalem.

3. Et judicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes usque in longinquum: & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens adversus gentem gladium, & non discent ultra belligerare.

4. Et sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit, qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est.

5. Quia omnes populi ambulabunt, unusquisque in nomine dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & ultra.

II. 6. An demselbigen Tage, spricht der HErr, will ich die Hinkenden versammeln: und die ich verworfen, und die ich geplagt hatte, zusammen bringen*. * trösten

II. 6. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam, quam ejeceram, colligam, & quam afflixeram:

℣. 10. *Qui ædificatis Sion in sanguinibus.* Qui sumptuosas domos in paũperum sanguine ædificatis. Ex v. 11. & 12. liquet, hoc caput præcipue ad Judam pertinere.

℣. 11. *Et super Dominum requiescebant.* Quia templum Domini habebant.

CAPUT IV.

℣. 1. *Et erit: In novissimo dierum erit mons Domini præparatus in vertice montium.* Hæc Prophetia ab Isaia, cap. 2. & a Michæa eodem tempore emissa, manifesto ad Messiam & Ecclesiam pertinet: atque ut alibi diximus, veræ Ecclesiæ notæ hac Prophetia continentur. 1. Ad unum montem omnes confluent, qui est in vertice montium. 2. Sanctitas est in divinæ legis observatione: *ibimus in semitis ejus.* Nam ut ait Isaias, ad eam fluent omnes gentes. 3. Apostolico de sinu egredietur lex, ubi cœpit Apostolica prædicatio. Postquam eos perterruit, more suo & aliorum Prophetarum, ad Christi adventum venit. Novissimum dierum appellat tempus novi Testamenti. Ea est Scripturæ loquendi usitata ratio, ut novissimos dies appellet magis comparate, quam superlative: sive sit ante tempus Messiæ, sive post illud tempus; idque ex iis, quæ sequuntur & præcedunt, est definiendum: adeo, ut in novissimis diebus idem sit persæpe, ac post hæc; ut Danielis 2. tametsi ibi multa sunt de regno Christi.

℣. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini.* Impleta est hæc Prophetia, & quotidie impletur, cum gentes ad Deum convertuntur, quem Judæi adoraverunt. *De viis.* Vias suas, quid agere debeamus. *Quia de Sion exibit lex.* Sunt verba Prophetæ causam afferentis, cur gentes venturæ essent ad Ecclesiam, quoniam lex nova dabitur in Jerusalem, unde exibit in universum orbem.

℣. 3. *Et judicabit inter populos multos.* Christi & Ecclesiæ imperium designat. *Et concident.* Quæ quidem de pace temporali sub adventum Christi, & concordia gentium omnium confluentium ad Ecclesiam, commode intelliguntur. Hæc igitur accipi possunt ut signa temporis, quo ista implebuntur: nam summa pax erat, cum Christus natus est: quamquam pax illa diu non stetit. Itaque Propheta loquitur de vera pace animorum inter eos, qui crediderint futura. Ita Irenæus L. 4. cap. 67. Origenes Lib. 5. contra Celsum, Justinus Apol. 2 Tertul. initio libri contra Judæos. Lex Evangelica est pacis conservatrix, & evellit radices bellorum, avaritiam, ambitionem, iniquitatem.

℣. 5. *Omnes populi ambulabunt, unusquisque in nomine Dei sui.* Hebr. *Ambulant.* Ambulare in nomine Domini, est Deum colere. *Et ultra.* Hac voce utitur Propheta, ut æternitatis quamdam imaginem exprimat.

℣. 6. *In die illa - congregabo claudicantem.* Synagogam. *Et eam, quam ejeceram.* Gentes nonnulli interpretantur: sed videtur Propheta de conversione Judæorum loqui. Claudicantem vocat Synagogam variis afflictam calamitatibus.

b Soph.3.19. 7. Et *b* ponam claudicantem in reliquias: & eam, quæ laboraverat, in gentem robustam: *c Dan.7.14. Luc. 1. 32.* & *c* regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc, nunc, & usque in æternum.

8. Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion usque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnum filiæ Jerusalem.

9. Nunc quare mœrore contraheris? numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem?

10. Dole, & satage, filia Sion! quasi parturiens: quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.

11. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.

12. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium ejus: quia congregavit eos quasi fœnum areæ.

13. Surge, & tritura filia Sion! quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino universæ terræ.

CAPUT V.

I. Vastatis Assyriis, qui vastarunt Jerusalem, Christus nascetur in Bethlehem: 1. II. Reliquiæ Ja. ob seu Apostoli & primi Christiani velut ros irrigabunt reliquum orbem, & velut leo illum Deo subjugabunt: 7. III. Christus auferet hostium arma, vires & præsidia. 10.

1. Nunc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam judicis Israel.

a Matth.2.6. Joan.7.42. 2. ET *a* TU BETHLEHEM Ephrata, parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, & egressus ejus ab initio, a diebus æternitatis.

3. Propter hoc dabit eos usque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum ejus convertentur ad filios Israel.

4. Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: &

7. Und ich will der Hinkenden Erben übrig lassen: und die Mühseligen zu einem mächtigen Volke machen: und der HErr soll auf dem Berge Sion über sie herrschen, von nun an bis in Ewigkeit.

8. Aber du neblichter Thurn der Heerde, du Tochter Sion! es wird bis an dich kommen: es wird die erste Herrschaft wieder kommen, das Reich der Tochter Jerusalem.

9. Warum nimmst du nun ab für Traurigkeit? hast du nicht einen König, oder ist dein Rathgeber umgekommen, daß du also mit Schmerzen befangen bist, wie ein Weib in Kindesnöthen?

10. So leide nun, und kreusche, du Tochter Sion! wie eine Gebährende: denn du wirst jetzt zwar zur Stadt hinausgehen, und auf dem Lande wohnen, und wirst gen Babylon kommen, daselbst wirst du erlöset werden: da wird dich der HErr aus der Hand deiner Feinde erretten.

11. Aber jetzt haben sich viele Heyden wider dich zusammen gethan, und sagen: Man soll sie steinigen: und unsere Augen sollen Sion mit Lust anschauen.

12. Sie wissen aber des HErrn Gedanken nicht, und verstehen seinen Rath nicht, daß er sie zusammen gebracht hat, wie Heu auf der Tenne.

13. Mache dich auf, du Tochter Sion! und drisch: denn ich will dein Horn eisern, und deine Klauen ähren machen: denn du sollst viel Völker zermalmen, dem HErrn sollst du ihren Raub schlachten, und ihre Stärke dem HErrn der ganzen Welt.

Das fünfte Capitel.

1. Weißaget die Verwüstung der Stadt Jerusalem, und das Aufnehmen des Städtlein Bethlehem, wegen der Geburt Messiä: 1. II. Dann auch die Erhöhung Israels, und Dämpfung aller Feinde: 7. III. Schließlich alle Aufhebung der Abgötterey, und anderer Laster. 10.

1. Jetzt wirst du verwüstet werden, du Mörderstochter: sie haben uns belagert, und werden den Richter in Israel mit der Ruthe auf den Backen schlagen.

2. Und du Bethlehem Ephrata, bist wohl gering unter den Tausenden in Juda: aus dir wird mir einer ausgehen, der ein Herrscher über Israel seyn soll, und seine Ausgänge sind von Anfang, ja von ewigen Tagen her.

3. Darum wird er sie zwar übergeben, bis zu der Zeit, daß die gebähren wird, die gebähren soll: und welche von seinen Brüdern übrig geblieben sind, die werden sich wieder zu den Kindern Israel bekehren.

4. Und er wird stehen, und weiden in der Kraft des HErrn, und in der Hoheit des Namens des HErrn seines GOttes:

℣. 8. *Et tu turris gregis nebulosa.* De templo, aut urbe Jerusalem videtur loqui.

℣. 10. *Ibi*, in Babylone, i. confusione, *liberaberis.* Greg. *Peccator ob scelera confusus, divina virtute liberatur.*

℣. 11. *Dicunt: Lapidetur.* Hebr. ut profana habeatur. *Oculus noster.* Oculi nostri ejus calamitate pascantur.

℣. 12. *Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini.* Non intelligent hostes, quid Dominus de te cogitaverit. *Sicut fœnum areæ.* Quod congregatur, ut trituretur.

CAPUT V.

℣. 1. *Nunc vastaberis filia latronis.* Jerusalem latrociniis dedita. *Nunc.* Ad tempus proximum refertur, scilicet ad captivitatem Babylonicam, de qua ante dixerat: *Et venies usque ad Babylonem.* De excidio illius a Romanis nihil præcesserat, neque adeo de illius urbis ruina videtur loqui. Tum Bethlehem opponit Jerusalem, quod in ea nasciturus esset Christus.

℣. 2. *Et tu Bethlehem Ephrata.* Quæ vocaris Ephrata: sic ab alia ejus nominis in tribu Zabulon Josue cap. 19. distinguitur. Etsi parvula es, tu tamen inter præcipuas urbes celebris futura es. *In millibus Juda.* Inter urbes, quæ mille armatos homines habent. Apud Matthæum Messiæ nativitatem Judæi ipsi his verbis apertissime expressam agnoverunt, ubi humanam & divinam Christi generationem indicant. Evangelistæ non verba e Prophetis anxie reddunt, sed sententias. 70. *Et tu Bethlehem domus Ephrata parvula es, ut sis in millibus Juda.* Parvula es, ô Bethlehem, si murorum ambitum & numerum civium consideres: sed revera magna es, quia ex te egredietur, qui sit dominator in Israel: causam enim aperit superioris sententiæ. Ideo non minima es, sed maxima, ut Evangelista exponit. Vel Prophetæ verba legi possunt cum interrogatione: Parvulusne es, ut sis in millibus Juda? Non sane: ex te enim mihi egredietur, &c. Multa sunt in Scripturis, quæ nisi pronuntiatione & gestu adjuventur, intelligi vix possunt, ut quæ ironice dicuntur. Sic Genes. 3. *Ecce, Adam factus est quasi unus ex nobis.* Ribera, cui hic posterior sensus magis probatur, veteres codices 70. citat, in quibus ita legitur: *Et tu Bethlehem domus Ephrata nequaquam minima es.* Ita hæc verba citant Eusebius L. 6. de Demonstr. cap. 13. Origenes Lib. 1. contra Celsum. Aug. Epist. 1. & L. 18. de Civit. cap. 30. Chrysost. Nemo alius præter Christum claram illam fecit nobilemque regionem. Post illum siquidem inusitatum & admirandum partum ab extremis usque finibus mundi veniunt ad visendum illum tugurii ac præsepii locum. *Et egressus ejus.* Quæ verba divinitatem Christi comprobant. Prius dixerat de humana nativitate, jam de divinitate illius id addendum fuit, ne purus homo Christus haberetur. In Hebræo *egressus*, in plurali legimus; solent enim Hebræi in rebus maximis uti plurali numero pro singulari. Hæc verba *ab initio, & a diebus æternitatis*, separatim sumpta non æternitatem, sed longissimum tempus significarent: sed juncta, omnino illam designant: nam voces repetitæ augent significationem, ut in sæculum sæculi; ab initio, antequam quidquam faceret.

℣. 3. *Propter hoc dabit eos usque ad tempus.* Sinet Judæos in servitutem redigi, donec virgo pariat Messiam, qui suam formabit Ecclesiam. *Et reliquiæ fratrum ejus.* Quos vocabit. *Convertentur ad filios Israel.* Ad Apostolos & ad primos discipulos. Id quoque in mundi fine futurum. Quæ sequuntur, ad Ecclesiam referuntur.

℣. 4. *Et stabit, & pascet.* Stabit in maxima fortitudine, ut iis auxilietur.

GOttes: und sie werden sich bekehren, denn er wird zur selbigen Zeit herrlich seyn, bis zum Ende der Erde.

5. Und dieser wird der Friede seyn: wann der Assyrier in unser Land kommen wird, und wann er unsere Häuser zertretten wird: so wollen wir sieben Hirten, und acht fürtreffliche Männer * wider ihn erwecken. *Fürsten

6. Die werden das Land Assur mit dem Schwerte weyden, und das Land Nemrod mit ihren Spießen: und er wird von Assur erretten, wann derselbige in unser Land kommen, und unsere Gränzen zertretten wird.

II. 7. Und die übrigen aus Jacob werden unter vielen Völkern seyn, wie ein Thau vom HErrn, und wie Tropfen auf dem Kraute, das auf niemand harret, noch wartet auf die Menschenkinder.

8. Also werden die übrigen aus Jacob unter den Heyden seyn, mitten unter vielen Völkern, wie ein Löwe unter dem Vieh im Walde, wie ein junger Löwe unter den Heerden der Schafe: wann derselbige hindurchgehet, und zertritt, und ergreift, so ist niemand, der erretten möge.

9. Deine Hand wird über deine Feinde erhöhet werden, und alle deine Widersacher werden zu Grund gehen.

III. 10. An demselbigen Tage, spricht der HErr, will ich deine Rosse mitten von dir hinwegnehmen, und will deine Wagen verderben.

11. Und ich will die Städte in deinem Lande vertilgen, und alle deine Vestungen zerstören, die Zauberey will ich von deiner Hand abschaffen, und das Wahrsagen soll unter dir nicht seyn.

12. Und ich will deine abgöttischen Bilder, und deine Säulen unter dir ausrotten: und du sollst hinfüro die Werke deiner Hände nicht anbethen.

13. Und ich will deine dunklen Wälder von dir ausreuten, und deine Städte verheeren.

14. Und ich will in meinem Grimme, und in meinem Zorne Rache üben an allen Heyden, die nicht gehöret haben.

Das sechste Capitel.

I. GOtt verweiset den Juden ihre Undankbarkeit, und Abgötterey: 1. II. Zeiget ihnen beynebens den Weg zur Versöhnung: 6. III. In dessen Ermangelung er ihnen Armuth, Dienstbarkeit, und das äußerste Verderben drohet. 10.

1. Höret, was der HErr saget: Mache dich auf, und rechte wider die Berge, und laß die Bühel deine Stimme hören.

2. Laß die Berge, sammt den starken Grundvesten der Erde, des HErrn Urtheil hören: denn der HErr wird Gericht halten mit seinem Volke, und wird sich mit Israel in das Recht legen.

3. Mein Volk, was habe ich dir gethan? oder womit bin ich dir überlästig gewesen? antworte mir.

4. Ich habe dich ja aus Aegyptenland geführet, und

convertentur, quia nunc magnificabitur usque ad termines terræ.

5. Et erit iste pax: cum venerit Assyrius in terram nostram, & quando calcaverit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates homines.

6. Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis ejus: & liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calcaverit in finibus nostris.

II. 7. Et erunt reliquiæ Jacob in medio populorum multorum quasi ros a Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominum.

8. Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in jumentis silvarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcaverit, & ceperit, non est, qui eruat.

9. Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

III. 10. Et erit in die illa, dicit Dominus, auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas.

11. Et perdam civitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & divinationes non erunt in te.

12. Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis ultra opera manuum tuarum.

13. Et evellam lucos tuos de medio tui, & conteram civitates tuas.

14. Et faciam in furore, & in indignatione ultionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt.

CAPUT VI.

I. Disceptat Dominus cum ingratis, recensens collata illis beneficia: 1. II. Indicat, quid sit bonum, & quid Dominus requirat: 6. III. Sed propter injustitiam, diaque scelera minatur eis varias afflictiones. 10.

1. Audite, quæ Dominus loquitur: Surge, contende judicio adversum montes, & audiant colles vocem tuam.

2. Audiant montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia judicium Domini cum populo suo, & cum Israel disjudicabitur.

3. Populе *a* meus, quid feci tibi? aut quid *a Jer. 2. 4.* molestus fui tibi? responde mihi.

4. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de do-

℣. 5. *Et erit iste pax.* Qui nos cum Deo reconciliabit. Per *Assyrios*, dæmones & persecutores intelligi possunt. Ex Hebr. *Conterent terram.* Assur & Nemrod ex duobus regnis Assyriorum & Chaldæorum unum efficient. Verum ista non possunt rite intelligi nisi de rebus novi testamenti, uti ex iis, quæ præcedunt & sequuntur, manifestum est. Tunc ergo erit pax, cum tot gentes ad Evangelium confluent. Per *Assur* non Assyrii, qui, quando Christus natus est, nihil Judæos lædebant; sed hostes & tyranni cum visibiles tum invisibiles designantur, qui Michææ temporibus erant maxime formidandi. Ecclesiam vero Christus etiam in mediis persecutionibus est consolatus. *Septem pastores.* i. e. multos. Propheta adjunxit se populo novi Testamenti.

℣. 6. *Et pascent terram Assur in gladio.* Imperabunt cum potestate, & hostes antea infensos subjicient sibi. *Et liberabit ab Assur.* Christus per Apostolos a dæmonibus.

℣. 7. *Erunt reliquiæ Jacob - quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum.* Quæ non humana industria sed divina virtute crescit.

℣. 8. *Et erunt reliquiæ Jacob.* Apostoli, Episcopi & prædicatores Evangelii. *Quasi leo.* Omnes sibi subjicient.

℣. 9. *Omnes inimici tui interibunt.* Infideles esse desinent. Hieron. Respondeat hoc loco carneus Israel, utrum facta dicat hæc, an futura? Si facta, doceat omnes gentes & Assyrium Israeli quondam fuisse subjectum. Si autem se vana spe ludens futurum putat esse, quod dicitur, quando Christus venerit: quæ tunc idola de Israel auferentur, quæ modo non colit? qui succidentur luci, quos non habet? quæ urbes subruentur, quæ olim subrutæ sunt?

℣. 10. *Auferam equos tuos de medio tui.* Post captivitatem Babylonicam Judæi idola non coluerunt; unde hæc Prophetia quidem impleta fuit tempore Evangelii, sed impleri cœpit mox a captivitate. Hæc & quæ sequuntur, de Israele secundum spiritum dicuntur, seu de Ecclesia Catholica: non de conversis modo, sed etiam de convertendis tum Judæis, tum gentilibus: Disperdam omnia belli instrumenta & munitiones. Sensu historico Babyloniorum ruinam, aut Judæorum liberationem, qui equis non indigebunt, prædicit.

I. Prophetæ præcipitur, ut scribat visionem, ac ipsius eventum expectet. 1. II. Destructio Babylonis propter multa ipsorum scelera describitur, & quod idola eis non proderunt. 6.

1. Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & contemplabor, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me.

2. Et respodit mihi Dominus, & dixit: Scribe visum, & explana eum super tabulas, ut percurrat, qui legerit eum:

3. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit.

4. Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima ejus in semetipso: *a* justus autem in fide sua vivet. *a Joan. 3. 36. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. Hebr. 10. 38.*

5. Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur, qui dilatavit quasi infernus animam suam: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & coacervabit ad se omnes populos.

II. 6. Numquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum ejus, & dicetur: Væ ei, qui multiplicat non sua? usquequo & aggravat contra se densum lutum?

7. Numquid non repente consurgent, qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?

8. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis propter sanguinem hominis, & iniquitatem terræ civitatis, & omnium habitantium in ea.

9. Væ, qui congregat avaritiam malam domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali.

10. Cogitasti confusionem domui tuæ: concidisti populos multos, & peccavit anima tua.

11. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quot inter juncturas ædificiorum est, respondebit.

12. Væ, *b* qui ædificat civitatem in sanguinibus, & præparat urbem in iniquitate. *b Ezech. 24. 9. Nahum. 3. 1.*

13. Numquid non hæc sunt a Domino exerci-

℣. 17. *Expandit sagenam suam.* Chaldæus mittet exercitus suos, ut cuncta absumat. Cum videt, nihil sibi adversi contingere, novas quotidie nationes bello invadit.

CAPUT II.

℣. 1. *Super custodiam meam stabo.* Attente expectabo responsionem Domini: sumpta metaphora ab iis, qui arces custodiunt. 70. *Et quid respondeam ad arguentem.* Ad eos, qui a me rationem quæsierunt, quasi providentiam Dei arguentes.

℣. 2. *Scribe visum.* Verbis apertis, & grandioribus litteris, ut omnes legere possint & intelligere.

℣. 3. *Quia adhuc visus procul.* Res visa non cito implebitur. *Et apparebit in finem.* Tempore constituto: liberationem populi a captivitate Babylonica, & a captivitate dæmonis per Christum, Deus Prophetæ, ut futurum post multa tempora ostendit, ut patienter expectetur, & interim justus ex fide vivat; Paulus ad Gal. 3. de fide in Christum ea verba interpretatur. Justus propter fidem & spem futurorum bonorum, quæ credit, perseverat in justitia, & in bonis operibus. *Et non tardabit.* Christus veniet tempore præstituto: non tardavit, qui tempore constituto venit. Cum in Scripturis venturus aut expectatus dicitur, & nihil additur, Christus intelligitur, ut Genes. 49. *Donec veniat, qui mittendus est.* Sic respondet querelis eorum, qui divinam providentiam accusabant.

℣. 4. *Ecce, qui incredulus est.* Qui non crediderit, non erit justus coram me. Hebr. 10. *Quod si subtraxerit se.* Per incredulitatem. *Non placebit animæ meæ.* Ita 70. loco horum verborum: *Non erit anima ejus recta in semetipso.* In eundem sensum. Nemo enim Deo placere potest, nisi justus sit & rectus.

℣. 5. *Quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus.* Ita rex Babylonis victoriarum dulcedine inebriatus cito transibit. *Non decorabitur.* Summa afficietur ignominia.

℣. 6. *Super eum parabolam sument.* Erit in proverbium & derisionem. Balthassar nempe, sub quo regnum Chaldæorum eversum est. Nihil auri & argenti acervi proderunt, non magis quam lutum densatum. Particula, &, hic, ut sæpe alias, redundat. Greg. in Pastor. admon. 21. *Avaro quippe contra se densum lutum aggravare, est terrena lucra cum pondere peccati cumulare. Aggravat.* Seu multiplicat, in re vilissima laborat.

℣. 11. *Lapis de pariete clamabit.* Lapides ædificiorum vindictam a Deo exposcent. *Et lignum.* Idem loquetur, & clamabit contra te.

℣. 13. *Numquid non hæc sunt a Domino exercituum?* Quæ dicturus sum, audivi a Domino. *Laborabunt.* Incendentur populi a Medis & Persis, & Chaldæi frustra in eo igne extinguendo laborabunt.

exercituum ? laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient.

14. Quia replebitur terra, ut cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare.

15. Væ, qui potum dat amico suo mittens fel suum, & inebrians, ut aspiciat nuditatem ejus.

16. Repletus es ignominia pro gloria; bibe tu quoque, & consopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam.

17. Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & civitatis, & omnium habitantium in ea.

18. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile, & imaginem falsam? quia speravit in figmento fictor ejus, ut faceret simulacra muta.

19. Væ, qui dicit ligno: Expergiscere; surge, lapidi tacenti: numquid ipse docere poterit? Ecce, iste coopertus est auro, & argento: & omnis spiritus non est in visceribus ejus.

20. Dominus *c* autem in templo sancto suo: sileat a facie ejus omnis terra.

c Ps. 10. 5.

CAPUT III.

Propheta accepta promissione de Babylonis excidio & liberatione populi per Cyrum mystice Christum, gratias agens, rogat, ut promissum redemptionis opus, & adventum Christi vel fructum Dominicæ passionis nihil impediat.

1. Oratio Habacuc Prophetæ pro ignorantiis.

2. Domine, audivi auditionem tuam, & timui. Domine, opus tuum, in medio annorum vivifica illud. In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

3. Deus ab Austro veniet, & Sanctus de monte Pharan: operuit cœlos gloria ejus, & laudis ejus plena est terra.

4. Splendor ejus ut lux erit: cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus:

5. Ante faciem ejus ibit mors. Et egredietur diabolus ante pedes ejus.

denn die Völker werden sich bemühen, das große Feuer zu löschen, und die Heyden mit ihnen, aber es wird vergeblich seyn, sie werden es nicht vermögen.

14. Denn das Land wird dessen voll werden, damit sie die Herrlichkeit des HErrn erkennen, wie Wasser, so das Meer bedecket.

15. Wehe dem, der seinem Freunde zu trinken giebt, und seine Galle darunter mischet, und der ihn trunken machet, damit er seine Scham sehe.

16. Du bist anstatt der Ehre mit Schmach erfüllet worden: trinke du nun auch, und lege dich schlafen: der Kelch, so in der rechten Hand des HErrn ist, wird von allen Seiten an dich kommen, und du wirst über deine Herrlichkeit schändlich ausspeyen.

17. Denn die verübte Bosheit am Libano* wird dich bedecken, und die Verwüstung der Thiere wird sie schrecken, um des menschlichen Blutes willen, und um der Ungerechtigkeit willen, welche im Lande, und in der Stadt, und an allen, die darinnen wohnen, geübet ist. * am Tempel

18. Was nützet das geschnitzte Bild, daß es sein Meister geschnitzet hat, ein gegossnes und falsches Bild? denn der Meister verläßt sich auf sein Werk, darum er stumme Götzen macht.

19. Wehe dem, der zum Holze spricht: Wache auf; und zum stummen Steine, stehe auf: sollte er wohl lehren können? Siehe, er ist mit Gold und Silber überzogen: und ist durchaus kein Athem in seinem Leibe.

20. Der HErr aber ist in seinem heiligen Tempel: der ganze Erdboden schweige vor seinem Angesichte.

Das dritte Capitel.

Der Prophet saget GOtt Dank, von wegen der versprochenen Erlösung der Jüden aus der babylonischen Gefängniß, und bittet, daß die Erlösung, und sonderlich die geistliche, durch Christum unfehlbar werkstellig gemacht werde.

1. Das Gebeth des Propheten Habacuc, für die Unwissenheit.

2. HErr! ich habe deine Stimme gehöret, und bin erschrocken. Es ist dein Werk, o HErr! mache es lebendig mitten in den Jahren. Mitten in den Jahren wirst du es kundbar machen: wann du zürnest, so wirst du an die Barmherzigkeit gedenken.

3. GOtt wird von Mittag kommen, und der Heilige vom Berge Pharan: seine Herrlichkeit bedecket die Himmel, und das Erdreich ist seines Lobes voll.

4. Sein Glanz wird seyn, wie das Licht: Hörner sind in seinen Händen: daselbst ist sein Stärke verborgen:

5. Der Tod wird vor seinem Angesichte hergehen. Und der Teufel wird ausgehen vor seinen Füßen her.

6. Er

℣. 14. *Replebitur terra.* Medis & Persis.

℣. 15. *Væ, qui potum dat amico suo mittens fel suum.* Perfidiam regum Babylonis notat, qui post fœdus initum cum vicinis, eos spoliabant. In sensu mystico Hieron. exponit dicens: Væ tibi ô diabole, ô hæretice, qui turbida tentatione vel doctrina deceptos inebrias, ut nudos a fide & bonis operibus aspicias, qui prius fuerant glorioſi.

℣. 16. *Repletus es ignominia.* Perstat in metaphora ebriorum. *Circumdabit te.* Hebr. *Vertet super te.* Totum exhauries.

℣. 17. *Iniquitas Libani operiet te.* Pœnæ tibi debitæ ob templi direptionem instar aquarum operient te. Templum Libanus dicitur, quod totum fere e cedris Libani constructum esset. *De sanguinibus hominum.* Propter sanguinem Judæorum, quem effuderunt.

CAPUT III.

℣. 1. *Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantiis.* Pro peccatis populi. Orat Deum, ut impleat, quod promisit, nec propter peccata Judæorum tantum bonum differri sinat.

℣. 2. *Domine, audivi auditionem tuam.* Illud, quod me audire fecisti, opus tuum perfice in medio temporum, liberationem a captivitate, & a peccato per adventum Filii tui, quem mihi revelatione cognitum fecisti. Cyprian. de Passion. Christi. Terruit me, cum appropinquaret traditor Judas, & immineret passionis hora &c. Audivi, quod dixisti: *Quia veniens veniet.* Audivi opus magnum, quod pro salute hominum facturus es: non finas dexteræ tuæ opus quasi extingui, sed vivifica illud. *In medio annorum.* Cum venerit plenitudo temporis, intra annos a te constitutos. In medio alicujus rei dicitur, quod intra illam est, ut Psal. 100. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam*, i. e. intra domum meam. *Misericordiæ.* Licet peccatis hominum iratus, misericordiam tuam non subtrahes. *Notum facies.* Opus tuum.

℣. 3. *Deus ab Austro veniet.* Futurum pro præterito. Legem suam dedit in monte Sina, qui ad Austrum situs est: sed toto Orbe gloriam suam diffundit, non in nube, ut olim. Post hæc verba in Hebræo ponitur *Sela.* 70. illius loco ponunt *Diapsalma.* Aquila vertit: *Semper.* Nec ponitur nisi ubi insigne illud est, quod dicitur, aut valde optabile, idque tantum in Psalterio, & in hoc Cantico, ubi ter ponitur, idque est optantis: nec dubium est, quin in iis locis fieret aliqua cantus mutatio: adeo, ut cantores paululum quiescerent. *Operuit.* Cuncta implebit claritate & majestate sua.

℣. 4. *Splendor ejus ut lux erit.* Pura corda penetrabit. *Fortitudo ejus.* In manibus cruci affixis. Aug. *Quid fortius manu hac, quæ mundum vicit, non ferro armata, sed ferro transfixa?* Hebr. *Manus radios vibrans.*

℣. 5. *Ante faciem ejus ibit mors.* Hebr. *Sagittæ igneæ.* Mors & diabolus ut divinæ justitiæ executores præibant, cum lex data est: sed mors ipsa morte Christi victa, & diabolus in triumphum actus, præibunt ante faciem ejus.

6. Er stund, und maß den Erdboden. Er sah, und zertrennete die Heyden: die alten Berge wurden zerschmettert: die Bühel der Welt bückten sich vor seinen ewigen Wegen.

7. Ich sah die Hütten aus Mohrenland von wegen der Sünde: die Gezelte des Landes Madian sollen beweget werden.

8. Bist du dann zornig über die Wasserströme, o HErr! oder gehet dein Grimm über die Flüsse? oder deine Ungnade über das Meer? Du wirst dich auf deine Rosse setzen, und von deinen Wagen wird das Heil kommen.

9. Du wirst deinen Bogen gewißlich erwecken, wie du den Geschlechten in deiner Rede geschworen hast. Du wirst die Flüsse im Lande zertheilen:

10. Die Berge sahen dich, und ihnen ward angst: das hohe Wasser gieng vorüber. Der Abgrund ließ seine Stimme hören: die Höhe hob ihre Hände auf.

11. Sonne und Mond stunden stille in ihrer Wohnung sie werden hingehen im Lichte deiner Pfeile, und im Glanze deines blinkenden Spieses.

12. Du wirst das Land im Grimme zertretten: die Heyden wirst du im Zorn erschrecken.

13. Du bist zum Heil deines Volkes ausgezogen: zum Heil mit deinem Gesalbten. Du hast das Haupt vom Hause des Gottlosen geschlagen: du hast seine Grundveste bis an den Hals entblöset.

14. Du hast seine Zepter verflucht, und das Haupt seiner Kriegsleute, welche herandrangen, wie ein Sturmwind, mich zu zerstreuen. Ihr Frohlocken war, wie eines, der den Armen im Verborgenen auffrißt.

15. Du hast deinen Rossen den Weg im Meere bereitet, durch den Schlamm großer Wasser.

16. Ich habe es gehöret, und mein Bauch hat sich davon entsetzet: meine Lippen * zittern vor der Stimme. Eiter soll in mein Gebeine kommen, und soll unter mir ausbrechen: damit ich ruhen möge am Tage der Trübsal, und heraufkommen zu unserm Volke, das wohl gerüstet ist.

* Lesjen

17. Denn der Feigenbaum wird nicht blühen: und im Weinberge wird kein Gewächse seyn: die Arbeit am Oelbaume wird fehlen: und die Aecker werden keine Nahrung bringen: die Schafe sollen aus den Ställen hingerissen werden: und an den Krippen wird kein Vieh seyn.

6. Stetit, & mensus est terram. Aspexit, & dissolvit gentes: & contriti sunt montes sæculi: incurvati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus.

7. Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: turbabuntur pelles terra Madian.

8. Numquid in fluminibus iratus es Domine! aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua? Qui ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ salvatio.

9. Suscitans suscitabis arcum tuum, juramenta tribubus, quæ locutus es. Fluvios scindes terræ:

10. Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transiit. Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas levavit.

11. Sol, & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum, ibunt in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

12. In fremitu conculcabis terram: in furore obstupefacies gentes.

13. Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentum ejus usque ad collum.

14. Maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum ejus, venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultatio eorum sicut ejus, qui devorat pauperem in abscondito.

15. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

16. Audivi, & conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat: ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam ad populum accinctum nostrum.

17. Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis: mentietur opus olivæ: & arva non afferent cibum: abscindetur de ovili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

18. Ego

℣. 6. *Stetit & mensus est terram.* Victores terram armis partam metiuntur. Sic Josue divisit terram promissionis 12. tribubus. *Aspexit & dissolvit gentes.* Velut in ictu oculi. Sed ea verba ad Christum imprimis referuntur, qui sedens ad dexteram Patris, terram Apostolis suis divisit, ut Evangelii luce eam complerent. *Montes sæculi.* Conditi ab initio, vel principes sæculi, sub gressus Dei æterni depressi sunt propter Dei æterni adventum.

℣. 7. *Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ.* Adversus iniquitatem Israelitarum erecta. Loquitur etiam de judicio adversus eos, qui Christo non obedierunt, atque eos Æthiopum nomine designat, ob morum deformitatem, ut Amos 9. *Numquid non ut filii Æthiopum vos estis mihi filii Israel? Pelles.* Tabernacula Madian concutientur & dissipabuntur.

℣. 8. *Numquid in fluminibus iratus es Domine?* Cum Jordanis retrorsum actus est. An potius ut populum tuum salvares, hæc fecisti prodigia? Alludit ad mare rubrum, & Jordanem; sed multo magis ad signa, quæ finem sæculi præcedent, & ad superiorem sententiam id pertinet. Hebr. *Qui ascendes super equos tuos.* Et super currus bellicos, ut salves servos tuos.

℣. 9. *Suscitans suscitabis arcum tuum.* Arripies arcum, qui quodam modo jacebat. *Juramenta tribubus.* Suscitabis juramenta, quæ tribubus Israel, seu electis tuis præstitisti. *Fluvios scindes.* Potentiam impiorum subvertes; vel fluvii e terra erumpent, ut populo tuo potum præbeant.

℣. 10. *Viderunt te, & doluerunt montes.* Potestates hujus sæculi tempestates adversus servos tuos excitarunt: sed omnis eorum impetus transiit. *Dedit abyssus vocem suam.* Infernus: quæ est prosopopœja. *Dare vocem suam,* est acclamare, & approbare. *Altitudo.* Cœli, aut Angeli sunt gratulati.

℣. 11. *Sol, & luna steterunt in habitaculo suo.* Josue temporibus; vel sol, & luna prius obtenebrata, conversa in tenebras, & sanguinem, Joelis 2. lumen suum receperunt. *In luce.* Redit ad illud v. 10. *Viderunt te.* Impii territi sagittis tuis igneis, quæ sunt fulgura, & coruscationes: Apoc. 16. *Fulgurantis hastæ tuæ.* Fulminum.

℣. 12. *In fremitu conculcabis terram.* Furore plenus nationes omnes perterrefacies.

℣. 13. *Egressus es in salutem populi tui.* Ut salvares populum tuum cum Christo tuo; cum illo eris. *Caput.* Dæmonem ipsum, vel Antichristum: vel de populi liberatione, & exitu ab Ægypto hoc loco agit Propheta

℣. 14. *Maledixisti sceptris ejus, capiti bellatorum.* Caput eorum contudisti, tyrannicam dæmonis potentiam evertisti, simul perdidisti duces, & bellatores ejus. *Exultatio eorum.* Putabant impii nos confusum iri, & perditum; & exultabant, ut dives solet, cum vult spoliare pauperem in abscondito: aut de Pharaone pergit dicere.

℣. 15. *Viam fecisti in mari equis ejus.* Quamvis justi aquis calamitatum obruantur, ut fortis bellator eos eruet. In sensu historico exercitus Pharaonis cladem commemorat.

℣. 16. *Audivi, & conturbatus est venter meus.* Postquam ostendisti mihi, quam gravia de inimicis tuis sumas supplicia. *A voce.* Audita voce tua. *Ingrediatur putredo.* Veniant in me omnia mala, & ossa mea putredine impleantur, dum in die judicii securus sim. *Ut ascendam.* Sic nonnulli exponunt: Adversus populum meum hostes insurrexerunt; eo terrore sic perculsus sum, ut in eum venerim statum, in quo homo ad intima usque consumi se sentit: hanc Chaldæorum crudelitatem sine summo dolore videre non potui. Vel secundum Vulgatam hic sensus esse potest; cum audivi mala, quibus Deus populum suum percussurus est, optavi me dolore consumi, ut morerer, antequam ea evenirent mala. *Accingere,* apud Hebræos est parare se ad prælium. Hieron. vertit: *Ad populum accinctum nostrum.* Et exponit ad populum fortem, bellatorem, & pugnacem, qui scilicet cum Antichristo, & ejus sectatoribus pugnet. Sic L. 2. contra Pelag. Computrescant ossa mea, & super me vermes scateant, tantum ut requiescam in die angustiæ, & ascendam ad populum fortem meum, ut me illi adjungam, cum hostes adversus eum incurrent.

℣. 17. *Ficus enim non florebit.* Magna tum erit virtutum sterilitas. *Non afferent cibum.* Fructum; fames in proximo erit.

18. Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Jesu meo.

19. Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi cervorum: & super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.

18. Ich aber will mich im HErrn erfreuen: und frohlocken in GOtt meinem Heilande.* * JEsu.

19. GOtt der HErr ist meine Stärke: er wird meine Füße machen, wie der Hirschen Füße: und der sieghafte Ueberwinder wird mich auf meine Höhe führen, in dem ich meine Lobpsalmen singe.

PROPHETIA SOPHONIÆ.

CAPUT I.

I. Sophonias peccatoribus universis, dein Judæis comminatur, ob Dei contemptum: 1. II. Prædicit Jerusalem lucernis scrutandam in die Domini amara. 10.

Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam, filium Chusi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezeciæ, in diebus Josiæ, filii Amon, regis Judæ.

2. Congregans congregabo omnia a facie terræ, dicit Dominus:

3. Congregans hominem, & pecus, congregans volatilia cœli, & pisces maris: & ruinæ impiorum erunt: & disperdam homines a facie terræ, dicit Dominus.

4. Et extendam manum meam super Judam, & super omnes habitantes Jerusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal: & nomina ædituorum cum sacerdotibus:

5. Et eos, qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant, & jurant in Domino, & jurant in Melchom.

6. Et qui avertuntur de post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec investigaverunt eum.

7. Silete a facie Domini Dei, quia juxta est dies Domini: quia præparavit Dominus hostiam, sanctificavit vocatos suos.

8. Et erit: in die hostiæ Domini visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina:

9. Et visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa: qui complent domum Domini Dei sui iniquitate, & dolo.

II. 10. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris a porta piscium, & ululatus a secunda, & contritio magna a collibus.

11. Ululate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes involuti argento.

12. Et erit in tempore illo: scrutabor Jerusa-

Der Prophet Sophonias.

Das erste Capitel.

I. Sophonias deutet den Jüden die göttliche Rache an, wegen ihrer Abgötterey, und anderer Laster: 1. II. Wobey der Tag des Zorns GOttes, und Heulens der Jüden beschrieben wird. 10.

Das Wort des HErrn, so geschehen ist zu Sophonia, dem Sohn Chusi, des Sohnes Godolia, des Sohnes Amarià, des Sohnes Ezecià, in den Tagen Josiä, des Sohnes Amon, des Königes Juda.

2. Ich will alles aus dem Lande genau zusammenraffen, spricht der HErr:

3. Menschen und Vieh will ich hinwegnehmen, die Vögel des Himmels, und die Fische des Meeres will ich hinwegnehmen: und die Gottlosen sollen untergehen: ich will die Menschen aus dem Lande vertilgen, spricht der HErr.

4. Und ich will über Juda meine Hand ausstrecken, und über alle, die zu Jerusalem wohnen: und ich will von diesem Orte vertilgen, was von Baal übrig geblieben ist: dazu die Namen der Thürhüter, und Priester:

5. Und diejenigen, welche des Himmels Heer auf den Dächern anbethen, und zugleich anbethen, und schwören bey dem HErrn, und dannoch bey Melchom schwören.

6. Dazu diejenigen, die hinter dem HErrn zurücktretten, und die den HErrn nicht suchen, und nach ihm nicht fragen.

7. Schweiget stille vor dem Angesichte GOttes des HErrn, denn der Tag des HErrn ist nahe: denn der HErr hat ein Schlachtopfer zugerichtet, und hat seine geladenen Gäste geheiliget.

8. Und ich will am Tage des Schlachtopfers des HErrn heimsuchen die Fürsten, und die Kinder des Königes, und alle, die sich mit fremden Kleidern bekleiden:

9. Ich will auch am selbigen Tage alle die heimsuchen, die prächtig über die Schwelle hereintretten: die das Haus des HErrn ihres GOttes mit Ungerechtigkeit, und List erfüllen.

II. 10. An demselbigen Tage, spricht der HErr, wird sich ein großes Geschrey erheben vom Fischthore an, und ein Heulen vom andern Thore, und ein großes Elend von den Bühein herab.

11. Heulet, die ihr in der Höle wohnet: denn alles Volk Chanaan ist stille geworden, alle, die mit Geld verwickelt waren, sind vertilget.

12. Zu derselbigen Zeit will ich Jerusalem mit Leuchten* durch-

* Laternen

ẏ. 18. *Ego autem in Domino gaudebo.* Propter bona mihi ab eo data. *Et exultabo in Deo Jesu meo.* Nomen Jesu scriptum est per abbreviationem litterarum. 70. *In Deo salvatore meo.*

ẏ. 19. *Et super excelsa deducet me.* Dabit corpori meo agilitatem, ut in cœlum cum Domino meo ascendam. Hieron. *Canam victoriam ejus, triumphum, & trophæum crucis.* Unde Psalmi, qui hunc habent titulum, canuntur Christo victori, & liberatori nostro.

CAPUT I.

ẏ. 1. *In diebus Josiæ.* Non utique regis; neque enim alius Ezechiæ filius in L. Reg. & Paralip. præter Manassen recensetur: hic fuit Jeremiæ coætaneus.

ẏ. 2. *Congregans congregabo.* Hebr. *Delens delebo.* Congregabo, ut perdam.

ẏ. 5. *Disperdam, qui jurant in Domino, & jurant in Melchom.* Idolo Ammonitarum; qui eodem ore jurant per Deum verum, & falsum.

ẏ. 6. *Et qui avertuntur de post tergum Domini.* Qui licet idola non colant; Dominum tamen non sequuntur. *Nec investigaverunt eum.* Nec prius, nec postea quæsierunt. Geminatione verbi idem significantis, eorum pertinaciam in peccando indicat.

ẏ. 7. *Silete a facie Domini Dei.* Timore perculsi: silere in Scriptura sæpe cessationem ab omni opere significat. *Sanctificavit.* Chald. *Convocavit.* Chaldæos, ut per eorum gladios occiderentur Judæi tamquam victimæ. Sanctificare jejunium, est jejunium indicere. *Sanctificavit vocatos.* q. d. Chaldæi erunt electi ministri, & sacerdotes ad hanc lanienam patrandam.

ẏ. 8. *Visitabo super principes.* Decernam supplicium. *Veste peregrina.* Qui cum vestibus mores, & ritus peregrinos induerunt.

ẏ. 9. *Visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen* templi. *Iniquitate.* Vel idolis, impiis sacrificiis.

ẏ. 10. *Vox clamoris a porta piscium.* Quæ ducebat Diospolim, per quam forte irruperunt Chaldæi.

ẏ. 11. *Ululate habitatores pilæ.* Contundendi in mortem: hoc nomine designat vallem Siloe inter duos colles interjectam. *Populus Chanaan.* Sic vocat Judæos ob impios mores.

ẏ. 12. *Scrutabor Jerusalem in lucernis.* Cum a Chaldæis diripietur, qui abditissima quæque loca penetrant: typice extremum judicium indicat. *Non faciet bene Dominus.* Non reddet justis præmia. *Non faciet male.* Nec supplicia impiis. *In fordibus suis.* Qui divinæ providentiæ cogitationem omnem abjiciunt.

durchsuchen: und will die Männer heimsuchen, die auf ihren Hefen liegen, und die in ihren Herzen sprechen: Der HErr wird weder Gutes, noch Böses thun.

13. Darum wird ihr Gut zum Raube, und ihre Häuser zur Wüste werden: sie werden Häuser bauen, und nicht darinnen wohnen: und Weinberge pflanzen, und keinen Wein daraus trinken.

14. Der große Tag des HErrn ist nahe, er ist nahe, und kömmt sehr geschwind heran: das Geschrey des Tages des HErrn ist bitter, da werden die Starken in Angst kommen.

15. Denn dieser Tag ist ein Tag des Zorns, ein Tag der Trübsal, und Angst, ein Tag des Jammers, und Elendes, ein Tag der Finsterniß, und Dunkelheit, ein Tag des Nebels, und Sturmwindes,

16. Ein Tag der Posaune, und des Lärmens über die vesten Städte, und über die hohen Ecken.* * Thürme.

17. Und ich will die Leute mit Trübsal heimsuchen, und sie werden dahergehen, wie die Blinden, denn sie haben dem HErrn gesündiget: und ihr Blut soll ausgeschüttet werden, wie Staub, und ihre Leiber sollen wie Koth seyn.

18. So wird sie auch ihr Silber, und ihr Gold am Tage des Zorns des HErrn nicht erretten können: das ganze Land wird durch das Feuer seines Eifers verzehret werden, denn er wird geschwind ein Ende machen mit allen, die im Lande wohnen.

Das zweyte Capitel.

I. Die Jüden werden ermahnet, die Rache GOttes durch die Buße abzuwenden: 1.
II. Der Philisthäer, Ammoniter, Moabiter, Mohren, und Assyrier Verderben wird zugleich gemeldet. 4.

1. Kommet zusammen, und versammelt euch, ihr feindseliges Volk:

2. Ehe dann der Befehl den Tag hervorbringet, der als wie der Staub vorüberfahren wird, ehe dann der grimmige Zorn des HErrn über euch kömmt, und ehe der Tag der Ungnade des HErrn über euch anbricht.

3. Suchet den HErrn alle Sanftmüthigen im Lande, die ihr seine Rechte gehalten habt: suchet die Gerechtigkeit*, suchet die Sanftmüthigkeit**: ob ihr einigermaßen verborgen seyn möchtet am Tage des Zorns des HErrn.
* den Gerechten ** den Sanftmüthigen.

II. 4. Denn Gaza wird zerstöret, und Ascalon zur Wüste gemacht werden, Azot wird mitten im Tage vertrieben, und Accaron ausgewurzelt werden.

5. Wehe euch, die ihr an den Gränzen des Meeres wohnet, du verderbendes Volk: des HErrn Wort wird über euch kommen, o Chanaan! der Philisthäer Land, und ich will dich verderben, also, daß niemand seyn soll, der allda wohne.

6. Und die Gegend am Meere soll zur Wohnung der Hirten, und zum Viehstall werden.

7. Wer auch vom Hause Juda übrig bleiben wird, der wird diese Gegend zum Theil haben: da werden sie weyden, und auf den Abend in den Häusern zu Ascalon ihre Ruhe nehmen: denn der HErr ihr GOtt wird sie heimsuchen, und ihr Gefängniß abwenden.

lem in lucernis: & visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male.

13. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & *a* ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. *a Amos 5. 11.*

14. Juxta est dies Domini magnus, juxta est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.

15. Dies *b* iræ dies illa, dies tribulationis, & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, *b Jer. 30. 7. Joel. 2. 11. Amos 5. 18.*

16. Dies tubæ, & clangoris super civitates munitas, & super angulos excelsos.

17. Et tribulabo homines, & ambulabunt, ut cæci, quia Domino peccaverunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora.

18. Sed *c* & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in *d* igne zeli ejus devorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram. *c Ezech. 7. 19.* *d Infr. 3. 8.*

CAPUT II.

I. Hortatur populum ad pœnitentiam, priusquam ira Domini ei superveniat: 1. II. Denuntiat interitum Philistæis, Moabitis, Ammonitis, Æthiopibus, & Assyrius. 4.

1. Convenite, congregamini gens non amabilis:

2. Priusquam pariat jussio, quasi pulverem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequam veniat super vos dies indignationis Domini.

3. Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui judicium ejus estis operati: quærite justum, quærite mansuetum: si quomodo abscondamini in die furoris Domini.

II. 4. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie ejicient, & Accaron eradicabitur.

5. Væ, qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanaan, terra Philisthinorum, & disperdam te, ita, ut non sit inhabitator.

6. Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecorum:

7. Et erit funiculus ejus, qui remanserit de domo Juda: ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & avertet captivitatem eorum.

8. Au-

℣. 16. *Dies tubæ, & clangoris.* Tubæ personabunt ubique. *Et super angulos excelsos.* Turres, & propugnacula, quæ in murorum angulis posita erant. *Super civitates munitas.* Greg. 3. p. admonit. 13. *Quid per civitates munitas exprimitur, nisi suspectæ mentes, & fallaci semper defensione circumdatæ: quæ, quoties earum culpa corripitur, veritatis ad se jacula non admittunt.*

℣. 18. *In igne zeli ejus devorabitur omnis terra.* Zelum vocat vindictam, quod Synagogam ut uxorem habeat; in similitudinem mariti, peccatum ulciscetur uxoris.

CAPUT II.

℣. 1. *Convenite, congregamini.* Ipse ad pœnitentiam vocat, ne faciat, quod minatus est. *Gens non amabilis.* Sine affectione. 70. *Sine disciplina.* Vel, quæ Dei amore indigna est. Ad rem S. Hieron. mystice exponens, ait: *Descripta malorum futurorum magnitudine, invitat peccatores ad pœnitentiam dicens: O gens inerudita, & Dei amore indigna, convenite per fidem, congregamini per charitatem, priusquam jussio Domini inducat super vos diem mortis, & judicii, in quo omnis gloria vestra transibit a vobis, & vos ipsi transibitis sicut pulvis turbine raptus.*

℣. 2. *Priusquam pariat jussio.* Priusquam Dei mandatum diem efficiat velut pulverem cum impetu venientem. Ex Hebr. Diem, in quo instar paleæ disjiciemini. Antequam Deus jussu suo pariat diem excidii Jerusalem, qui dies veniet subito, ut pulvis, qui a vento rapitur, & transit.

℣. 3. *Quærite Dominum omnes mansueti terræ.* Humiles inter malos relicti. *Quærite justum.* Hebr. Justitiam. *Si quomodo abscondamini.* Dubitantis more loquitur, ut innuat tot, & tanta fore supplicia, ut vix justi liberentur.

℣. 4. *Gaza destructa erit.* Tantus erit Chaldæorum furor, ut non Judæam modo, sed etiam terram Palæstinorum, & urbes vastent munitissimas.

℣. 5. *Væ, qui habitatis funiculum maris.* Palæstinam, quæ longa erat, & angusta. *Gens perditorum.* Regio Philisthinorum ad Austrum posita, ut quidam opinantur; aut potius gens tota Palæstinorum; vos, qui alios perdere solebatis.

℣. 6. *Erit funiculus maris requies pastorum.* Prædicit fore, ut post captivitatem in Judæorum ditionem veniat Palæstina.

℣. 7. *In domibus Ascalonis ad vesperam requiescent.* Post reditum a captivitate in ruderibus Ascalonis requiescent pastores Judæi.

8. Audivi opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobraverunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum.

9. Propterea vivo ego, dicit Dominus exercituum, Deus Israel, quia Moab ut Sodoma erit, & filii Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum, & acervi salis, & desertum usque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos.

10. Hoc eis eveniet pro superbia sua: quia blasphemaverunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.

11. Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.

12. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio mео eritis.

13. Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem, & in invium, & quasi desertum.

14. Et accubabunt in medio ejus greges, omnes bestiæ *a* gentium: & onocrotalus, & ericius in liminibus ejus morabuntur: vox cantantis in fenestra, corvus in superliminari, quoniam attenuabo robur ejus. *Isai.34. 11.*

15. Hæc est civitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis, qui transit per eam, sibilabit, & movebit manum suam.

CAPUT III.

I. Jerusalem, & rectoribus ejus minatur, quod nec beneficiis, neque flagellis sint conversi: 1. II. Felicitatem novæ legis, ac multiplicationem credentium, pœnamque iniquorum prædicit. 8.

1. Væ provocatrix, & redempta civitas, columba.

2. Non audivit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquavit.

3. Principes *a* ejus in medio ejus quasi leones rugientes: judices ejus lupi vespere, non relinquebant in mane. *a Ezech. 22. 27. Mich. 3. 11.*

4. Prophetæ ejus vesani, viri infideles: sacerdotes ejus polluerunt sanctum, injuste egerunt contra legem.

5. Dominus justus in medio ejus non faciet iniquitatem: mane, mane judicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: nescivit autem iniquus confusionem.

6. Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, dum non est, qui transeat: desolatæ sunt civitates eorum, non remanente viro, neque ullo habitatore.

8. Ich habe die Schmach Moab, und die Lästerung der Kinder Ammon gehöret: damit sie mein Volk geschmähet, und sich auf desselben Gränzen gerühmet haben.

9. Derowegen, so wahr ich lebe, spricht der HErr der Heerschaaren, der GOtt Israel, Moab soll wie Sodoma werden, und die Kinder Ammon, wie Gomorrha, verdorrete Dörner, Salzhaufen, und eine Wüste zu ewigen Tagen: die übrigen von meinem Volke sollen sie ausplündern, und die Hinterbliebenen meines Volkes sollen sie erben.

10. Das wird ihnen wiederfahren um ihrer Hoffart willen: dieweil sie gelästert haben, und sich hoch erhoben über das Volk des HErrn der Heerschaaren.

11. Der HErr wird schrecklich über sie seyn, und wird alle Götter auf Erden vertilgen: und die Leute werden ihn anbethen von ihrem Orte, das werden thun alle Inseln der Heyden.

12. Und ihr Mohren sollet auch durch mein Schwert erschlagen werden.

13. Und er wird seine Hand über Mitternacht ausstrecken, und wird den Assur umbringen: er wird auch die schöne Stadt zur Einöde machen, und zu einem ungebahnten Lande einer Wüste gleich.

14. Alsdann werden sich die Heerden mitten in ihr lagern, und alle Thiere der Heyden: der Eselschreyer, und der Igel sollen in ihren Häusern wohnen: die Stimme des Gesangs wird aus den Fenstern klingen, und die Raben werden auf den Balken sitzen, denn ich will ihre Stärke vermindern.

15. Dieses ist die herrliche Stadt, die so sicher wohnete, und die in ihrem Herzen sprach: Ich bin es, und außer mir ist keine andere mehr: wie ist sie nun zur Wüste worden, und zum Lager der wilden Thiere? wer da vorübergehen wird, der wird pfeifen, und seine Hand aufwerfen.

Das dritte Capitel.

I. Der Stadt Jerusalem, und ihren Regenten, wird wegen verlängerter Besserung gedrohet: 1. II. Hingegen wird die Menge der Glaubigen, und deren Glückseligkeit im neuen Gesetze erkläret. 8.

1. Wehe der Reizerinn, und der erlößten Stadt, der Taube.

2. Sie hat die Stimme nicht gehöret, noch die Züchtigung angenommen: sie hat ihr Vertrauen nicht auf den HErrn gesetzet, und sich nicht zu ihrem GOtt genahet.

3. Ihre Fürsten sind mitten in ihr, wie brüllende Löwen: ihre Richter sind wie die Wölfe am Abend, und lassen nichts übrig bleiben bis an den Morgen.

4. Ihre Propheten sind wahnwitzige, und treulose Männer: ihre Priester verunreinigen, was heilig ist, und handeln unrecht wider das Gesetz.

5. Der HErr ist gerecht, der mitten in ihr ist, und wird kein Unrecht thun: frühe, frühe wird er sein Recht an das Licht bringen, und es wird nicht verborgen seyn: aber der Ungerechte weis von keiner Scham.

6. Ich habe die Heyden vertilget, und ihre vesten Winkel sind zerstöret: ihre Gassen habe ich öde gemacht, daß niemand dadurch gehet: ihre Städte sind verwüstet, daß niemand darinnen geblieben ist, und keiner allda wohnet.

7. Ich

℣. 8. *Et magnificati sunt super terminos eorum.* Dilatati; aut superbe, & cum irrisione locuti sunt contra Judæorum terminos. Vacui sunt, eos occupabimus.

℣. 9. *Et residui gentis meæ possidebunt illos.* Quod impletum fuit Machabæorum temporibus.

℣. 11. *Adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.* Hebr. Omnes gentium regiones transmarinæ. *Et adorabunt eum.* Diversarum nationum homines Deum verum adorabunt, non in solo templo Jerusalem, sed quisque in sua regione; non in sola Judæa, sed ubique erunt templa. Hæc impleta sunt in lege nova. *Attenuati sunt.* Christus per incarnationem falsos deos in nihilum redegit.

℣. 13. *Extendet manum suam super Aquilonem.* Exitium Ninives prædicit paulo post futurum, ut alibi ostendimus. *Speciosam.* Urbis pulchritudinem designat.

℣. 14. *Onocratalus.* i. e. Pelicanus, *& ericius in liminibus ejus morabuntur.*

CAPUT III.

℣. 1. *Væ provocatrix, & redempta civitas.* Toties liberata, quæ Deum provocat ad iracundiam. Hebr. *Polluta.* Et stolida, ut columba sine intellectu.

℣. 2. *Non audivit vocem.* Præcepta Dei, & prophetarum monita non curat Jerusalem.

℣. 5. *Dominus justus in medio ejus non faciet iniquitatem.* Nec favebit iniquitati. *Mane, mane.* Citissime, vel quotidie. De illa sumet supplicium manifestum. *Confusionem.* Qui sunt in Jerusalem iniqui, numquam confusi sunt, nec pœnitentiam egerunt.

℣. 6. *Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum.* Turres in murorum angulis constitutæ, vel principes populi Hebræi: sed probabilius videtur de aliis gentibus vastatis eum loqui. Hieron. *Disperdidi.* *Vindicavi te de gentibus, & destruxi imperia eorum, ut qui per plagas me non senseras, saltem per beneficia cognoscere: & in conspectu tam benefici Patris peccare erubescere.*

7. Ich habe gesagt: Du wirst mich dannoch fürchten, und meine Züchtigung annehmen, so wird ihre Wohnung nicht untergehen wegen aller der Strafen, damit ich sie heimgesuchet habe: aber sie haben sich gar frühe aufgemacht, und haben alle ihre Gedanken verkehret.

11. 8. Darum warte auf mich, spricht der HErr, am Tage meiner Auferstehung ins künftige: denn dieß ist mein Gericht, daß ich die Heyden versammeln will, und die Königreiche zusammenbringen: und will meinen Zorn über sie ausschütten, meinen ganzen grimmigen Zorn: denn das ganze Land soll durch das Feuer meines Eifers verzehret werden.

9. Alsdann will ich den Völkern wieder auserwählte Lippen * geben, daß sie alle des HErrn Namen anrufen, und ihm mit einer Schulter dienen. * Lesen

10. Die Kinder meiner Zerstreueten, die mir zu Fuße fallen, werden mir von jenseit her der Ströme in Mohrenlande Gaben bringen.

11. An demselbigen Tage wirst du nicht mehr schamroth werden über alle deine Sünde, damit du wider mich übertretten hast: denn ich will alsdann deine hoffärtigen Großsprecher aus deinem Mittel hinwegschaffen, und du sollst dich hinfüro auf meinen heiligen Berge nicht erheben.

12. Und ich will unter dir ein armes und dürftiges Volk übrig bleiben lassen: und sie werden auf den Namen des HErrn ihr Vertrauen setzen.

13. Die Ueberbliebenen von Israel werden kein Unrecht thun, auch keine Lügen reden: man wird in ihrem Munde keine betrügliche Zunge finden: denn sie werden weyden, und sich lagern, und wird keiner seyn, der sie schrecke.

14. Sage Lob, du Tochter Sion: jauchze, o Israel: erfreue dich, und frohlocke von ganzem Herzen, du Tochter Jerusalem.

15. Denn der HErr hat dein Gericht hinweggenommen, er hat deine Feinde abgewendet: der HErr, der König in Israel, ist mitten unter dir, du wirst hinfüro kein Unglück zu fürchten haben.

16. Am selbigen Tage wird man zu Jerusalem sagen: Fürchte dich nicht: und zu Sion: Laß deine Hände nicht sinken.

17. Der HErr dein GOtt ist mitten unter dir, er ist stark, und wird aushelfen: er wird sich über dich sehr erfreuen, und aus Liebe gegen dir wird er schweigen, und über dich frohlocken mit Lobgesang.

18. Aber die verwerflichen Leute *, welche vom Gesetze abgewichen waren, will ich versammeln, denn sie waren aus dir: damit du ihrenthalben nicht mehr in Schanden stehest. * Kümmer,

19. Siehe, ich will alle, die dich zur selbigen Zeit ge-

7. Dixi: Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum ejus propter omnia, in quibus visitavi eam: veruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas.

11. 8. Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum: quia judicium meum, ut congregem gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: *b* in ignе enim zeli mei devorabitur omnis terra. *b Sup. 1. 18.*

9. Quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & serviant ei humero uno.

10. Ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filii dispersorum meorum deferent munus mihi.

11. In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis, quibus prævaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adjicies exaltari amplius in monte sancto meo.

12. Et derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini.

13. Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium: & non invenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit, qui exterreat.

14. Lauda filia Sion: jubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Jerusalem.

15. Abstulit Dominus judicium tuum, avertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum ultra.

16. In die illa dicetur Jerusalem: Noli timere: Sion, non dissolvantur manus tuæ.

17. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse salvabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude.

18. Nugas, qui a lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: ut non ultra habeas super eis opprobrium.

19. Ecce, ego interficiam omnes, qui afflixerunt

xerunt

℣. 7. *Dixi: Attamen timebis me.* Cum hæc fecissem, dixi per Prophetas. *Habitaculum ejus.* Habitaculum tuum. *Visitavi eam.* Contentus ero pœnis levioribus, quas hactenus dederunt, nec vastaberis, si in posterum timeas.

℣. 8. *Quapropter expecta me.* Hæc verba ex Hebræo & Vulgata ad Christum omnino referuntur. *Ut congregem gentes.* Id statui, ut in extremo judicio ignis devoret terram. Cum Apostoli missi sint a Deo, ut Ecclesiam fundarent, Christum ut salvatorem & judicem mundi prædicarunt, ut Paulus Apost. Act. 17. ubi fidem extremi judicii cum resurrectione Christi conjungit; idque ex contextu totius capitis manifestum est. *Et effundam super eos*, Judæos, *omnem iram furoris mei.*

℣. 9. *Tunc reddam populis labium electum.* Et jam plures deos non nominabunt, sed unum agnoscent. *Et serviant ei humero uno.* Ut eodem spiritu jugum ejus ferant, una mente, eodem spiritu ei serviant.

℣. 10. *Ultra flumina Æthiopiæ* &c. *deferent munus mihi.* Ægyptus & remotiores Africæ gentes Evangelium excipient. De his loquitur Isaias cap. 18. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ. Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri.* Papyrus autem nascitur in paludibus Ægypti, & quiescentibus Nili aquis.

℣. 11. *In die illa non confunderis super cunctis adinventionibus tuis.* Synagogam alloquitur, & filios ejus, qui ad fidem Christi convertentur. *Magniloquos.* Qui verbis magnificis superbiam tuam fovebant, magistros elatos, Scribas & Pharisæos, de quibus superbiebas. *In monte sancto meo.* In hoc Judæi valde gloriabantur, quod soli haberent templum veri Dei.

℣. 12. *Derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum.* Sept. *Mitem & humilem.* Quæ Ecclesiæ omnino conveniunt. Nam pro Scribis & Pharisæis dabo tibi Apostolos & discipulos pauperes, mansuetos & humiles.

℣. 13. *Reliquiæ Israel non facient iniquitatem.* Judæi in exordio nascentis Ecclesiæ pauci quidem fuerunt. Sic Isaiæ vaticinium exponit Paulus Rom. 9. *Mendacium.* Pro noxio & gravi mendacio sumitur, ut observat Melchior Canus L. 4. cap. ultimo. *Et accubabunt.* In Ecclesia, in loco tutissimo.

℣. 14. *Lauda filia Sion.* Præ lætitia in laudes prorumpe, o Ecclesia.

℣. 15. *Abstulit Dominus judicium tuum.* Delevit sententiam condemnationis, & peccata tua sustulit.

℣. 17. *Silebit in dilectione sua.* Præ amore tui peccata tua condonabit. *Exultabit.* Exultare te faciet.

℣. 18. *Nugas, qui* &c. i. homines nugaces, vel liberos vestros congregabo. Hieron. in hunc locum: „Id, inquit, quod diximus, nugas, scimus in Hebræo ipsum latinum esse sermonem, & propterea a nobis, ita, ut in Hebræo erat, positum, ut nosse possimus, linguam Hebraicam omnium linguarum esse matricem. Significat etiam abjectum & contemptum. Hinc Propheta vocat nugaces & mendaces eos, qui a lege recesserunt, Christum rejiciendo, quam servare promiserant; quos tamen congregandos ait, ac loquitur de conversis ex Judaismo. De iis autem, qui postea sunt convertendi, mox ait: Et salvabo claudicantem, &c.„

℣. 19. *Ecce, ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo.* Eodem ipso, quo hæc fient, per Romanos interficiam Judæos, qui te, o Ecclesia mea, sunt persecuti. *Et salvabo claudicantem.* Synagogam, quæ Deum verum adorat, Jesum ejus filium rejicit. *Ejectam.* Cui libellum repudii dedi; Osea 2. *Colligam eam, quam ejeceram.* Vel *claudicantem.* Afflictam, & oppressam, ex 70. interpretibus.

xerunt te in tempore illo, & salvabo claudicantem, & eam, quæ ejecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eorum.

20. In tempore illo, quo adducam vos, & in tempore, quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum convertero captivitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

plagt haben, umbringen, und will der Hinkenden Heil schaffen, und die, so verstoßen war, versammeln: ich will sie zu Ehren bringen, und berühmt machen in allen Landen, da sie Schmach erlitten haben.

20. Das soll geschehen zu der Zeit, wann ich euch herzu führen, und zu der Zeit, wann ich euch versammeln werde: denn ich will euch zum Namen, und zu Ehren bringen, bey allen Völkern auf Erden, wann ich euer Gefängniß vor euren Augen wenden werde, spricht der HErr.

PROPHETIA AGGÆI.

CAPUT I.

I. Aggæus increpat Judæos, quod neglecta domo Dei, propria ædificia curent: ob eam causam dicit illis immissam a Deo sterilitatem: 1. II. Unde dux Zorobabel & Jesus sacerdos magnus incipiunt cum populo ædificare domum Dei. 12.

a 1. Esdr. 5. 1. * Ann. M. 2484. desuente. Ante æram Chr. 520.

In anno a secundo Darii * regis, in mense sexto, in die una mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel, filium Salathiel, ducem Juda, & ad Jesum, filium Josedec, sacerdotem magnum, dicens:

2. Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.

3. Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

4. Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta?

5. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras.

b Deut. 28. 38. Mich. 6. 15.

6. Seminastis b multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregavit, misit eas in saccum pertusum.

7. Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras:

8. Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

9. Respexistis ad amplius, & ecce, factum est minus: & intulistis in domum, & exuflavi illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis unusquisque in domum suam.

10. Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum:

11. Et vocavi siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcumque profert humus, & super homines, & super jumenta, & super omnem laborem manuum.

Der Prophet Aggäus.

Das erste Capitel.

I. Der Prophet deutet dem Volke an, daß es darum unglücklich sey, weil viele aus ihnen schöne Häuser, nicht aber den Tempel GOttes bauen: 1. II. Darum rüsten sich mit Zorobabel und Jesu etliche zum Bau des Tempels. 12.

Im andern Jahre des Königs Darii, im sechsten Monathe, am ersten Tage des Monaths, geschah des HErrn Wort durch die Hand Aggäi des Propheten, zu Zorobabel, dem Sohne Salathiel, dem Fürsten Juda, und zu Jesu, dem Sohne Josedec, dem Hohenpriester, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, und spricht: Dieß Volk sagt: Die Zeit ist noch nicht gekommen, daß man das Haus des HErrn baue.

3. Und des HErrn Wort geschah durch die Hand Aggäi, des Propheten, und sprach:

℣. 14. *Isti sunt duo filii olei.* Duo uncti, Zorobabel, & Josedec: sed de Henoch, & Elia etiam in sensu litterali satis apte exponuntur, Apoc. 11. 4.

CAPUT V.

℣. 1. *Et ecce, volumen volans.* Hoc capite justitia Dei in prævaricatores legis exprimitur. Lex ipsa Judæis data est, volumen illud volans, quo maledictiones in legis violatores continentur: atque hoc volumen in lucem proferet Deus, & impios condemnabit. Volans dicitur hæc membrana, quod iis hominibus imminueret supplicium; magnitudo ejus, vehemens punitio super faciem omnis terræ Judaicæ: longitudo 20. cubitorum multitudinem peccatorum significat. 70. vertunt: *Falcem volantem.* Greg. Moralium l. 15. c. 6. *Volumen volans sacra Scriptura est, quæ dum de cœlestibus loquitur, ad superiora levat intentionem.*

℣. 4. *Educam illud* Volumen, & pœnas eo contentas volumine. *Et commorabitur.* Non cito pertransibit, sed diu eos affliget, & consumet domum integram, ne memoria ejus remaneat, ut fit in maximis sceleribus.

℣. 6. *Hæc est amphora egrediens.* Vox Hebræa *Epha*, non vas tantum, sed certam mensuram significat. Unde Judæorum peccata ad certam mensuram, aut cumulum perducta designat. *Hæc est.* In hoc intenti, ut hanc mensuram impleant: sic ruunt in peccata.

℣. 7. *Et ecce, mulier una sedens in medio amphoræ.* Impietatem ipsam Judæorum, & stuporem cum impudentia conjunctum, falsam confidentiam & securitatem inter tot scelera indicat. *Ecce, talentum plumbi.* Massa plumbea gravitatem & enormitatem scelerum significat: vel ut alii volunt: pondus damnationis. Nondum plena erat mensura, donec Christum occiderent, & Apostolos persequerentur.

℣. 8. *Et projecit eam in medio amphoræ.* Judicium Dei insinuat Angelus, quo Judæi pondere peccatorum oppressi a Deo sunt derelicti. *Et misit massam.* Impietas diu mansura in gente Judæorum designatur. *Hæc est impietas.* Populi Judaici.

eam in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os ejus.

9. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce, duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum: & habebant alas, quasi alas milvi: & levaverunt amphoram inter terram, & cœlum.

10. Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quo istæ deferunt amphoram?

11. Et dixit ad me: Ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

CAPUT VI.

I. Quatuor quadrigæ visæ de medio duorum montium æreorum, regna & venti sunt egredientes in terram. 1. *II. De coronis imponendis in capite Jesu sacerdotis, ut figuret Orientem, qui templum ædificabit, & dominabitur.* 9.

1. Et conversus sum, & levavi oculos meos, & vidi: & ecce, quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes montes ærei.

2. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri.

3. Et in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii, & fortes.

4. Et respondi, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc, domine mi?

5. Et respondit Angelus, & ait ad me: Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut stent coram Dominatore omnis terræ.

6. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varii egressi sunt ad terram Austri.

7. Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, perambulate terram: & perambulaverunt terram.

8. Et vocavit me, & locutus est ad me, dicens: Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis.

II. 9. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

10. Sume a transmigratione ab Holdai, & a Tobia, & ab Idaia, & venies tu in die illa, & intrabis domum Josiæ, filii Sophoniæ, qui venerunt de Babylone.

11. Et sumes aurum, & argentum: & fa-

warf sie mitten in den Maaßkrug, und warf den Klumpen * Bley oben auf das Loch. * Talk

9. Und ich hub meine Augen auf, und sah: und siehe, zwey Weiber giengen heraus, und ein Geist* war in ihren Flügeln: denn sie hatten Flügel, wie eines Weyhen Flügel: und sie hoben den Maaßkrug auf zwischen der Erde, und dem Himmel. * Wind

10. Und ich sprach zu dem Engel, der in mir redete: Wohin führen sie den Maaßkrug?

11. Und er sprach zu mir: Daß man ihm ein Haus baue im Lande Sennaar, daß er daselbst bestättiget, und auf seinen Fuß gesetzt werde.

Das sechste Capitel.

I. Die vier Wagen zwischen zween ährinen Bergen, bedeuten die vier Reiche der Welt. 1. II. Jesus, der Erbauer des Tempels, wird gekrönet, und durch ihn vorbedeutet der Aufgang, oder Christus. 9.

1. Und ich wandte mich um, und hub meine Augen auf, und sah: und siehe, es giengen vier Wagen zwischen zween Bergen heraus: und dieselbigen Berge waren ährine Berge.

2. Am ersten Wagen waren rothe Rosse, und am andern Wagen waren schwarze Rosse.

3. Und am dritten Wagen waren weisse Rosse, und am vierten Wagen gescheckete, und starke Rosse.

4. Und ich antwortete, und sprach zu dem Engel, der in mir redete: Was sind diese, mein Herr?

5. Und der Engel antwortete, und sprach zu mir: Dieß sind die vier Winde des Himmels, welche herauskommen, damit sie vor dem Herrscher des ganzen Erdbodens stehen.

6. Daran die schwarzen Rosse waren, der gieng hinaus in das Land gegen Mitternacht: und die weissen zogen hinter ihnen her: und die gescheckten giengen hinaus in das Land gegen Mittag.

7. Die aber am stärksten waren, begaben sich heraus, und unterstunden sich fortzugehen, und das ganze Land zu durchlaufen. Und er sprach: Ziehet hin, und durchwandelt das Land: und sie durchwandelten das Land.

8. Und er rief mir, redete mich an, und sprach: Siehe, die in das Land gegen Mitternacht ziehen, die machen, daß mein Geist im Lande gegen Mitternacht ruhet.

II. 9. Und des HErrn Wort geschah zu mir, und sprach:

10. Du sollst von den Gefangenen nehmen, nämlich von Holdai, und von Tobia, und von Idaia, und am selbigen Tage kommen, und gehen in das Haus Josiä, des Sohnes Sophoniä, welche von Babylon gekommen sind.

11. Von diesen sollst du Gold und Silber nehmen: und sollst

℣. 9. *Ecce, duæ mulieres egredientes.* Priorem mulierem Angelus interpretatus est impietatem: sic duæ istæ mulieres possunt exponi, *excæcatio*, qua mentes Judæorum captæ sunt a morte Domini: & *induratio*, qua tamdiu manent in sua incredulitate & perfidia. *Et spiritus in alis earum.* Vento velut impulsæ, diabolo vires suggerente, ut persequerentur Ecclesiam. *Et levaverunt amphoram.* Ut omnibus manifesta foret eorum excæcatio.

℣. 11. *Ut ædificetur ei domus in terra Sennaar.* Hugo Card. legit: *In campo Chaldæorum.* Ubi ædificari debuit turris Babel. 70. *In terra Babylonis:* quia Antichristus in Babylonia incipiet regnare.

CAPUT VI.

℣. 1. *Egredientes de medio duorum montium.* E septis divinæ potentiæ & providentiæ egressæ sunt quatuor monarchiæ.

℣. 2. *In quadriga prima equi rufi.* Assyrii & Chaldæi in Judæos præ ceteris sævierunt. *Et in quadriga secunda equi nigri.* Persarum edicta perpetuo timore eos percellebant. *In quadriga tertia equi albi.* Alexander eos mitius habuit. *Et in quadriga quarta,* Romanorum, *equi varii & fortes.* Modo humanius, modo durius, Judæos excepere.

℣. 5. *Isti sunt quatuor venti cæli.* Qui ex quatuor orbis plagis spirant, dum alii aliis succedunt ex ordine divinæ providentiæ, ut venti ex thesauris Dei, qui solus constituit imperia. *Qui egrediuntur.* Quatuor monarchiæ sunt tamquam quatuor venti: nam in Scripturis nota similitudinis sæpe omittitur; totum orbem concutient, ut quatuor venti versus omnes terræ partes spirant.

℣. 6. *In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis.* Persæ adversus Chaldæos. *Et albi,* Græci, *egressi sunt post eos. Et varii,* Romani, *egressi sunt ad terram Austri.* Cum Ægyptum invaserunt.

℣. 7. *Qui autem erant robustissimi.* Romani. Quamquam varii equi Romanos, fortes alienigenas designant. Hebræi putant esse Ismaelitas, seu Saracenos.

℣. 8. *Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis.* Persæ adversus Chaldæos. *Spiritum meum.* Iram meam expleverunt, quam adversus Babylonem conceperam; vel me placaverunt, cum libertate donarunt populum meum.

℣. 10. *Sume a transmigratione.* Regnum JEsu Christi prænuntiat ex iis, qui transmigraverant Babylonem, & in Judæam redierant, quique aurum suum attulerant, ut templo offerrent. Hos selegit, Holdai, Tobiam, Idaiam, & Josiam, & jubet, ut in domo Josiæ, qui vel primus inter eos erat, vel forte auritex, aut custos templi, duas efficiat coronas, easque imponat capiti Jesu, filii Josedec, qui Christum Dominum regem simul & sacerdotem figurabat. Alii non coronas, sed coronam cum Chaldaica paraphrasi legunt, cum pluralis numerus sæpe loco singularis ponatur.

sollst Kronen machen, und dieselbigen dem Jesu, dem Sohne Josedec, dem Hohenpriester, auf das Haupt setzen,

12. Und sollst zu ihm sagen, und sprechen: Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: und spricht: Siehe, es ist ein Mann, Aufgang ist sein Name: unter ihm wird es hervor wachsen, und er wird dem HErrn einen Tempel bauen.

13. Einen Tempel wird er dem HErrn bauen: derselbige wird die Herrlichkeit tragen, und wird sitzen, und herrschen auf seinem Stuhle: und er wird Priester seyn auf seinem Stuhle, und es werden friedliche Rathschläge zwischen den beyden seyn.

14. Und die Kronen sollen dem Helem, und Tobia, und Idaia, und Hem, dem Sohne Sophoniä, zur Gedächtniß seyn im Tempel des HErrn.

15. Und die ferne sind, werden kommen, und im Tempel des HErrn bauen: und ihr sollt wissen, daß mich der HErr der Heerschaaren zu euch gesandt hat. Dieß wird aber geschehen, wenn ihr der Stimme des HErrn eures GOttes gehorchen werdet.

Das siebente Capitel.

I. Das siebenzigjährige Fasten der Juden in der Gefängniß ist GOtt nicht angenehm, wegen der beharrlichen Sünden: 1. II. Darum werden selbige zur wahren Buße, und Lebensbesserung ermahnet. 8.

1. Und es begab sich im vierten Jahre des Königs Darii, daß des HErrn Wort geschah zu Zacharia, am vierten Tage des neunten Monaths, Casleu genannt.

2. Es hätten damal Sarasar, und Rogommelech, sammt den Männern, die bey ihm waren, etliche zum Hause GOttes gesandt, daß sie fleheten vor dem Angesichte des HErrn:

3. Und daß sie mit den Priestern im Hause des HErrn der Heerschaaren, und mit den Propheten reden sollten, und sprechen: Soll ich auch noch im fünften Monathe weinen, oder mich heiligen müssen, wie ich nun viel Jahre lang gethan habe?

4. Und das Wort des HErrn der Heerschaaren geschah zu mir, und sprach:

5. Rede mit allem Volke im Lande, und mit den Priestern, und sprich: Da ihr diese siebenzig Jahre lang im fünften, und siebenten Monathe gefastet habt, und geweinet, habt ihr mir damit gefastet?

6. Und da ihr gegessen habt, und getrunken, habt ihr da nicht für euch gegessen, und für euch selbst getrunken?

7. Sind das nicht die Worte, die der HErr durch

cies coronas, & pones in capite Jesu, filii Josedec, sacerdotis magni,

12. Et loqueris ad eum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: *a* ECCE, VIR ORIENS NOMEN EJUS: & subter eum orietur, & ædificabit templum Domino. *a Luc. 1. 78.*

13. Et ipse extruet templum Domino: & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos.

14. Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hem, filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini.

15. Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini: & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAPUT VII.

1. Jejunia Judæorum per 70. annos captivitatis non placebant Domino, quia in iniquitatibus suis permanebant: 1. II. Dispersos propter peccata ad pœnitentiam hortatur. 8

1. Et factum est in anno quarto Darii regis †, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. † *Ann. M. 3487.*

2. Et miserunt ad domum Dei Sarasar, & Rogommelech, & viri, qui erant cum eo ad deprecandam faciem Domini:

3. Ut dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis loquentes: Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo, sicut jam feci multis annis?

4. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens:

5. Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens: *a* Cum jejunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos, numquid jejunium jejunastis mihi? *a Is. 58. 5.*

6. Et cum comedistis, & bibistis, numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis?

7. Numquid non sunt verba, quæ locutus

℣. 12. *Ecce, vir Oriens nomen ejus.* Non tua causa tibi corona imponitur, sed quia Christi regis regum typus es, & figura. De hac voce *Oriens*, jam diximus cap. 3. Hebræum nomen ubique pro *germine* aut *surculo* sumitur, atque unum est ex iis, quæ Christo identidem tribuuntur, Isaiæ 4. *In die illa erit germen Domini in magnificentia*: Jerem. 23. *Ecce, dies veniunt, & suscitabo David germen justum*: & cap. 33. *Et in tempore illo germinare faciam David germen justitiæ*; ubique eadem est vox Hebræa, quam Hieronymus in hunc locum scribens docet significare germen: *Quia ex se repente succrescet, & ex radice sua in similitudinem germinis pullulabit*: ubi nullum habet verbum de sole, aut de illius claritate. 70. vertunt ἀνατολὴ, & ea voce utitur Lucas in cantico Zachariæ: *Oriens ex alto*; ubi ad hunc locum Zachariæ Prophetæ Zacharias Joannis Baptistæ pater videtur alludere. Sed vox illa a verbo Græco ἀνατέλλω ducitur, quod producere per germinationem, quodque oriri dicimus apud auctores profanos, significat: id vero de sole, de plantis, de iis omnibus, quæ de novo apparent, dicitur. Sic 70. locum Jeremiæ 23. 5. *Germen justum* vertunt ἀνατολήν. Hæc ex Francisco Ribera. *Et subter eum orietur.* Hebr. *De sub se.* Ex se ipso germinabit, & multiplicabitur; ramos producet, seu multitudinem credentium. *Et ædificabit.* Ecclesiam.

℣. 13. *Et ipse portabit gloriam.* i. Coronam gloriæ: Psal. 20. *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et sedebit.* Ut rex populi. *Super solio suo.* Seu throno: simul erit Rex & Sacerdos, Psal 109. *Erit inter illos duos.* Inter dignitatem regiam & sacerdotalem, inter duos illos thronos, seu dignitates.

℣. 14. *Et coronæ erunt Helem & Tobiæ &c.* Primi & quarti mutantur nomina, quia forte erant binomii. Coronam postea in templo pones, & nomina eorum, qui aurum & argentum obtulerunt, huic incidentur in memoriam sempiternam. Qui Christum regem agnoverunt, & in utilitatem Ecclesiæ laborarunt, in memoria æterna erunt.

℣. 15. *Qui procul sunt, venient & ædificabunt in templo Domini.* Quæ in Ecclesia impleta sunt, non in templo Jerusalem. Multi & magni doctores e gentibus Ecclesiam ædificarunt verbo & scriptis: Isa. 60. *Erit autem.* Hæc vobis evenient bona, si Christum, ut par est, audiatis & excipiatis.

CAPUT VII.

℣. 1. *In quarta mensis noni.* i. Novembris.

℣. 2. *Et miserunt ad domum Dei, Sarasar & Rogommelech.* Viri principes ex Judæis, qui remanserant Babylone, miserant Jerosolymam ad Sacerdotes & Prophetas, ut scirent, an jejunare deberent mense quinto & septimo, quod mense quinto incensa fuisset Jerosolyma Jerem. 52. v. 12. & mense septimo interfectus Godolias, quem rex Babylonis præfecerat Judæis, qui relicti fuerant.

℣. 5. *Numquid jejunium jejunastis mihi.* q. d. non mihi, sed vobis jejunastis: non enim a peccatis vestris abstinuistis, sed ut sumptui parceretis, vel ut religiosi videremini. Unde conqueritur Dominus per Isaiam c. 58. *Ecce, in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra.*

℣. 6. *Numquid non vobis comedistis.* Comedendo & bibendo immodice, & voluptatis causa.

tus est Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Jerusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa & urbes in circuitu ejus, & ad Austrum, & in campestribus habitaretur?

II. 8. Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens:

9. Hæc ait Dominus exercituum, dicens: *b* Judicium verum judicate, & misericordiam, & miserationes facite, unusquisque cum fratre suo.

b Mich. 6. 8. *Matth.* 23. 23.

10. Et *c* viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo.

c Exod. 22. 22. *Is.* 1. 23. *Jer.* 5. 28.

11. Et noluerunt attendere, & averterunt scapulam recedentem, & aures suas aggravaverunt, ne audirent.

12. Et cor suum posuerunt, ut adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum: & facta est indignatio magna a Domino exercituum.

13. Et factum est, sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum.

14. Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis, eo quod non esset transiens & revertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

CAPUT VIII.

I. Dominus propter peccata populi afflixit Jerusalem; sed nunc faciet illam plenissimum habitari, omniaque dabit prospera: 1. II. Adjunget ei etiam gentes: de finibus Judæ a decem viris ethnicis apprehensa. 20.

1. Et factum est verbum Domini exercituum, dicens:

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam.

3. Hæc dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Sion, & habitabo in medio Jerusalem: & vocabitur Jerusalem civitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctificatus.

4. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Jerusalem: & vir baculus in manu ejus præ multitudine dierum.

5. Et plateæ civitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis ejus.

6. Hæc dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

die Hand der vorigen Propheten geredt hat, da Jerusalem noch bewohnt, und reich war, da sie, sammt den Städten, welche rings um sie her liegen, auch das Land gegen Mittag, und im flachen Felde noch bewohnet ward?

II. 8. Und des HErrn Wort geschah zu Zacharia, und sprach:

9. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren, und spricht: Urtheilet recht im Gerichte, und erzeiget Barmherzigkeit, und Erbarmungen, ein jeglicher gegen seinem Bruder.

10. Unterdrücket die Wittwen und Waysen, und die Fremdlinge, und Armen nicht: niemand gedenke in seinem Herzen etwas Böses wider seinen Bruder.

11. Aber sie wollten darauf nicht merken, sondern wandten den Rücken, und wichen ab, und beschwerten ihre Ohren, daß sie nicht hörten.

12. Und ihr Herz machten sie, wie einen Diamant, damit sie das Gesetz, und die Worte nicht höreten, die der HErr der Heerschaaren in seinem Geiste durch die Hand der vorigen Propheten gesandt hat: daher ein großer Zorn von dem HErrn der Heerschaaren entstanden ist.

13. Und es ist also ergangen, wie er geredet hat, denn sie haben nicht gehöret: also werden sie auch rufen, und ich will sie nicht erhören, spricht der HErr der Heerschaaren.

14. Und ich habe sie zerstreuet durch alle Königreiche, die ihnen unbekannt waren: und das Land ist nach ihrem Auszuge wüste gelegen, daß niemand darinn hin und her gieng: also haben sie das gewünschte Land zur Einöde gemacht.

Das achte Capitel.

I. Der Tempel und Jerusalem, oder die christliche Kirche, wird gebauet, und bewohnet werden: 1. II. Darinn aus Juden und Heyden ein Volk werden wird. 20.

1. Und das Wort des HErrn der Heerschaaren geschah, und sprach:

2. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Ich habe über Sion mit großem Eifer geeifert, und mit großem Zorne hab ich über sie geeifert.

3. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Ich habe mich wieder zu Sion gewendet, und will mitten in Jerusalem wohnen: und Jerusalem soll die Stadt der Wahrheit, der Berg des HErrn der Heerschaaren, der geheiligte Berg, genannt werden.

4. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Es werden noch alte Männer, und betagte Weiber auf den Gassen zu Jerusalem wohnen: und Männer werden für großem Alter an einem Stecken gehen.

5. Die Gassen der Stadt sollen mit jungen Knäblein, und Mägdlein erfüllet werden, die auf ihren Gassen spielen.

6. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Wenn es den übrigen dieses Volks zur selbigen Zeit in ihren Augen wird scheinen, schwer zu seyn, sollte es dann auch in meinen Augen schwer seyn, spricht der HErr der Heerschaaren?

7. Dieß

℣. 9. *Judicium verum judicate.* Hæc, quæ vobis dico, per Prophetas dicebam patribus vestris.

℣. 10. *Et pauperem nolite calumniari.* 70. opprimere. S. Chrysost. tom. 2. hom. 36. in 10. Matth. *Cum Deus jubeat occulte atque in abdito præcere, audes tu publice pauperem afficere opprobrius, qui a te misericordia esset sublevandus. Hanc misericordiam non vis? quid igitur criminaris? quid tribulas calamitosam atque miseram animam?* Fol. mihi 290. lit. A. B.

℣. 12. *Eoquod non esset transiens.* Erat terra deserta. Hieron. Hæc referri ad eos possunt, qui Ecclesiam Dei audire nolunt, sed cor aggravant; & ideo derelicti a Deo disperguntur per omnia regna vitiorum, & desolata fit terra, id est, liberum arbitrium: vel anima eorum, quæ prius erat desiderabilis & hospitium SS. Trinitatis, vertitur in desertum & habitationem dæmonum.

CAPUT VIII.

℣. 2. *Zelatus sum Sion zelo magno.* i. Zelotypia eam prosecutus. *Et indignatione magna zelatus sum eam.* Iratus ejus hostibus, & ei, eoquod me tantopere se amantem desereret.

℣. 3. *Reversus sum ad Sion.* Propitius ei ero, non eam deseram. Nam omni ex parte de Judæis hæc dicuntur, sed in Ecclesiam præcipue conveniunt, Matth. 28. *Ecce, vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Et vocabitur Jerusalem civitas veritatis, & mons Domini exercituum* Hieron. Quod si referimus ad Ecclesiam, de qua dicitur: Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei: quis poterit ambigere plateas Ecclesiæ esse virtutes, in quibus sapientia agit fiducialiter, & in murorum civitatibus prædicatur. Unde Psalmista ad Dominum clamat: Latum mandatum tuum nimis. Psal. 118. Quod uni Ecclesiæ convenit, teste Apost. 1. Timoth. 3. *Mons sanctificatus.* In quo verus Deus vera religione colitur.

℣. 4. *Et vir baculus in manu ejus præ multitudine dierum.* Præ gravi ætate. Ex Hebr. *Vir.* i. e. unusquisque habens baculum in manu sua, magno pacis & tranquillitatis indicio.

℣. 6. *In diebus illis, numquid in oculis meis difficile erit?* Illud tempus spectat, quo cœptum est prædicari Evangelium ab Apostolis, cum pauci crederent, & omnes fere in incredulitate sua permanerent: id facile mihi erit præstare.

7. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Siehe, ich will mein Volk erlösen aus dem Lande gegen Aufgang, und aus dem Lande gegen Niedergang der Sonne.

8. Und ich will sie herbeyführen, und sie sollen zu Jerusalem wohnen: und sollen mein Volk seyn, und ich will ihr GOtt seyn, in Wahrheit, und Gerechtigkeit.

9. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Stärket eure Hände, die ihr in diesen Tagen solche Worte durch den Mund der Propheten höret, an dem Tage, da das Haus des HErrn der Heerschaaren gegründet ist, den Tempel zu bauen.

10. Denn vor diesen Tagen konnte weder Mensch, noch Vieh etwas gewinnen: und die aus- und einzogen, hatten vor Drangsal keinen Frieden: und ich ließ alle Menschen frey gehen, einen jeglichen wider seinen Nächsten.

11. Jetzt aber will ich es mit den übrigen dieses Volkes nicht machen, wie in vorigen Tagen, spricht der HErr der Heerschaaren:

12. Sondern es wird Saame des Friedens seyn: der Weinberg wird seine Frucht geben, und die Erde wird ihr Gewächs geben, und der Himmel wird seinen Thau geben: und ich will die übrigen dieses Volkes dieses alles besitzen lassen.

13. Und es soll geschehen: gleichwie ihr vom Hause Juda, und vom Hause Israel unter den Heyden ein Fluch gewesen seyd: also will ich euch erlösen, und ihr sollet ein Segen seyn: fürchtet euch nicht, sondern stärket eure Hände.

14. Denn dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Gleichwie ich der Zeit gethan habe, euch zu plagen, da mich eure Väter zum Zorne gereizet haben, spricht der HErr,

15. Und ich habe mich nicht erbarmet: also habe ich mich in diesen Tagen gewendet, und gedenke dem Hause Juda, und Jerusalem Gutes zu thun: fürchtet euch nicht.

16. Dieß aber sind die Dinge, so ihr thun sollet: Redet die Wahrheit, ein jeglicher mit seinem Nächsten: urtheilet recht nach der Wahrheit, und nach dem Urtheile des Friedens unter euren Pforten.

17. Keiner gedenke in seinem Herzen etwas Böses wider seinen Freund: liebet nicht falschen Eid: denn alles solches hasse ich, spricht der HErr.

18. Und das Wort des HErrn der Heerschaaren geschah zu mir, und sprach:

19. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Die Fasten des vierten Monaths, und die Fasten des fünften Monaths, und die Fasten des siebenten Monaths, und die Fasten des zehnten Monaths, soll dem Hause Juda zur Freude und Wonne, und zu herrlichen Festtagen werden: liebet nur Frieden, und Wahrheit.

II. 20. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: Es wird geschehen, daß viele Völker werden kommen, und in vielen Städten wohnen,

7. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce, ego salvabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis.

8. Et adducam eos, & habitabunt in medio Jerusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in justitia.

9. Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum, in die, qua fundata est domus Domini exercituum, ut templum ædificaretur.

10. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces jumentorum erat: neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines, unumquemque contra proximum suum.

11. Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquis populi hujus, dicit Dominus exercituum:

12. Sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cœli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi hujus universa hæc.

13. Et erit: sicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda, & domus Israel: sic salvabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus vestræ.

14. Quia * hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitavi, ut affligerem vos, cum ad iracundiam provocassent patres vestri me, dicit Dominus, * *SABB. QUAT. TEMP. SEPT. EPIST.* 4.

15. Et non sum misertus: sic conversus cogitavi in diebus istis, ut benefaciam domui Juda, & Jerusalem: nolite timere.

16. Hæc sunt ergo verba, quæ facietis: a Loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo: veritatem, & judicium pacis judicate in portis vestris. a *Ephes.* 4. 25.

17. Et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: & juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus.

18. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens:

19. Hæc dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, & lætitiam, & in solemnitates præclaras: veritatem tantum, & pacem diligite.

II. 20. Hæc dicit Dominus exercituum °: Usquequo veniant populi, & habitent in civitatibus multis,

21. Et

℣. 7. *Ego salvabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis.* Judæi neque in Orientem, neque in Occidentem captivi abducti fuerant, sed in Aquilonem. Itaque de filiis Ecclesiæ tum Judæis, tum gentilibus, ex omnibus terræ partibus venturis, loquitur, Matth. 8. 11.

℣. 8. *Ego ero eis in Deum, in veritate & in justitia.* Veritatem illis præstabo implendo promissa, pro meritis eos remunerando.

℣. 9. *Confortentur manus vestræ.* Judæis proprie nunc loquitur: nam quædam sic de Jerusalem dicuntur, ut eorum etiam, quæ ante dixit, quæque Judæis & gentibus sunt communia, meminerit. Forti sitis animo, ut, quam cœpistis templi ædificationem, perficiatis.

℣. 10. *Ante dies illos merces hominum non erat.* Laborastis in agris colendis, & merces non fuit laboris vestri: in ipsa urbe dissensiones erant & inimicitiæ.

℣. 11. *Ego faciam reliquiis populi hujus.* Non præsentibus modo, sed & futuris hominibus, qui unum populum efficiunt. Unde præsentibus merito id promittitur, quod futuris præstabitur.

℣. 12. *Sed semen pacis erit.* Semen pacificum, quod mihi serviet ex animo. *Vinea dabit fructum suum.* Spiritualium bonorum copiam per metaphoram sensibilium exponit.

℣. 13. *Salvabo vos, & eritis benedictio.* Quæ de Judæis in Ecclesia futuris omnino intelligi debent: nam decem tribus non redierunt: itaque de bonis spiritalibus hæc dicta sunt. *Salvabo vos.* Per prædicationem Evangelii. Unde R. David hæc ad Messiæ tempora esse referenda merito existimat.

℣. 19. *Jejunium quarti &c. erit domui Juda in gaudium.* Quarti mensis: cum muri Jerusalem sunt diruti. *Et jejunium quinti.* Cum urbs incensa est. *Et jejunium septimi.* Cum penitus e terra sua ejecti sunt. *Et jejunium decimi.* Cum urbs obsessa est a Nabuchodonosore: hæc, inquam, jejunia doloris causa suscepta in festivitates vertenda ait.

℣. 20. *Usquequo veniant populi.* Quæstioni de jejunio capite superiori præpositæ respondet Deus: *Usquequo veniant populi.* 70. *Adhuc venient populi multi.* Vel donec veniant populi, gentiles nimirum, qui in Ecclesiam venturi sunt. Non enim ex Babylone populi redierunt, sed pars populi Judaici.

21. Et vadant habitatores, unus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: vadam etiam ego.

22. Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Jerusalem, & deprecandam faciem Domini.

23. Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus vobiscum: audivimus enim, quoniam Deus vobiscum est.

CAPUT IX.

I. Vaticinium adversus Syriam & Philisthæos: 1. *II. Rex Christus ad Sion insidens pullo asini veniet, bella auferet, & emittet vinctos de lacu in sanguine suo, omniaque faciet populo Dei prospera.* 9.

1. Onus verbi Domini in terra Hadrach, & Damasci requiei ejus: quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel.

2. Emath quoque in terminis ejus, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiam valde.

3. Et ædificavit Tyrus munitionem suam, & coacervavit argentum quasi humum, & aurum, ut lutum platearum.

4. Ecce, Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem ejus, & hæc igni devorabitur.

5. Videbit Ascalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est spes ejus: & peribit rex de Gaza, & Ascalon non habitabitur.

6. Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philisthinorum.

7. Et auferam sanguinem ejus de ore ejus, & abominationes ejus de medio dentium ejus, & relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Juda, & Accaron quasi Jebusæus.

8. Et circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes & revertentes: & non transibit super eos ultra exactor: quia nunc vidi in oculis meis.

a *Is.* 62. 11. *Matth.* 21. 5. II. 9. Exulta *a* satis filia Sion, jubila filia Je-

21. Und die Inwohner werden zusammentretten, und einer zu dem andern sagen: Lasset uns hingehen, und bitten vor dem Angesichte des HErrn, und lasset uns den HErrn der Heerschaaren suchen: ich will auch mitgehen.

22. Alsdann werden viele Heyden, und starke Völker kommen, den HErrn der Heerschaaren zu Jerusalem zu suchen, und zu bitten vor dem Angesichte des HErrn.

23. Dieß sagt der HErr der Heerschaaren: An demselbigen Tage werden zehen Menschen aus allen Zungen der Heyden einen jüdischen Mann bey dem Saume ergreifen, und sagen: Wir wollen mit euch gehen: denn wir haben gehöret, daß GOtt mit euch ist.

Das neunte Capitel.

I Weißagung wider die Syrier und Philisthäer: 1. II. Vom Einritte Christi auf einem Füllen der Eselinn zu Sion, und unserer Erlösung; von Brod, Wein und Glückseligkeit der christlichen Kirche. 9.

1. Die Last des Wortes des HErrn über das Land Hadrach, und Damascum, seine Ruhe: denn das Auge der Menschen, und aller Stämme Israel, ist des HErrn.

2. Emath liegt auch an ihren Gränzen, dazu Tyrus und Sidon: als welche sich der Weisheit sehr hoch annehmen.

3. Und Tyrus hat seine Vestung gebauet, und Silber gehäuft, wie Erde, und Gold, wie Koth auf den Gassen.

4. Siehe, der HErr wird sie einnehmen, und wird ihre Macht auf dem Meere schlagen, und dieselbige wird vom Feuer verzehret werden.

5. Das wird Ascalon sehen, und wird sich fürchten: ingleichen Gaza, und wird ihr sehr wehe thun: wie auch Accaron, denn ihre Hoffnung ist zu Schanden worden: und der König von Gaza wird umkommen, und Ascalon wird nicht bewohnet werden.

6. Der Scheidmann wird sich zu Azot setzen, und ich will der Philisthäer Hoffart vertilgen.

7. Und ich will ihr Blut von ihrem Munde hinwegnehmen, und ihre Greuel aus ihren Zähnen, so wird er auch unserm GOtt übrig bleiben, er wird seyn, wie ein Fürst in Juda, und Accaron, wie ein Jebusiter.

8. Und ich will mein Haus mit den Kriegsleuten umgeben, die mir dienen, und aus- und einziehen: und der Treiber* soll nicht mehr über sie kommen: denn ich habe es nun mit meinen Augen angesehen. *Ausbeuter, Ueberwinder

II. 9. Erfreue dich hoch, du Tochter Sion! frohlocke du Tochter

---

℣. 21. *Et vadant habitatores, unus ad alterum, dicentes.* Hebr. Unius civitatis ad alteram. Hieron. exponit: Et una civitas pergat ad alteram, & sese mutuo cohortentur.

℣. 23. *Apprehendent fimbriam viri Judæi.* Quæ omnino de Evangelii temporibus intelliguntur. *Audivimus enim.* Ex miraculis & prodigiis didicimus, *quoniam Deus vobiscum est.*

CAPUT IX.

℣. 1. *Onus verbi Domini. Onus*, Prophetiam tristem & minacem nuntium significat; & tamen in hoc capite prædicitur vocatio gentium juxta Hieronymum, & Theodoretum, quod prædicatores Evangelii quasi hostes describat, qui delent non homines, sed falsos deos, & vitia. *In terra Hadrach.* Quæ creditur urbs Syriæ, vel Syria ipsa. *Et Damasci requiei ejus.* Syriæ, vel Hadrach, in qua spem omnem suam collocat: vel ut aliis placet, in qua Dominus requiesceret quasi in urbe dilecta. *Oculus hominis.* Ex 70. Quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel, oculi omnium hominum in Deum intenti esse debent, & ab eo bona cuncta expectare.

℣. 2. *Emath quoque in terminis ejus, & Tyrus, & Sydon.* Inter urbes, quæ credituræ sunt, recensetur, vel in terminis Damasci. *Sapientiam.* Quamvis sibi sapientes videantur, Evangelii tamen simplicitati subjecerunt se.

℣. 3. *Et ædificavit Tyrus munitionem suam.* Omni ope resistent Evangelio, cum divites sint, & humanis præsidiis muniti.

℣. 4. *Ecce, Dominus possidebit eam.* Quantumvis sapientes sibi videantur. *Expugnabit eam.* Licet mari cinctam. Ista enim allegorice videntur accipienda ex iis, quæ præcedunt, & quæ sequuntur. De victoria quippe Verbi divini, & illius armis, non de Judæorum victoriis recte intelliguntur: quamquam ea verba: *Hæc igni devorabitur*, de Tyro expugnata, & incensa ab Alexandro Magno, exponi commode possunt.

℣. 5. *Peribit rex de Gaza.* Subdet se jugo Christi, licet fortis, ut nomen ipsum declarat, recepto Evangelio se dedet Christo. Perire dicitur rex, cum civitas in potestatem venit alienorum. *Et Ascalon non habitabitur.* A Palæstinis, sed a Judæis primum, tum a Christianis.

℣. 6. *Sedebit separator in Azoto.* Hieron. Christum ea voce interpretatur, qui separat oves ab hœdis. *Et disperdam superbiam.* Eorum, qui maxime inter Philisthinos superbiunt. Vox etiam, *Separator*, victorem potest designare, qui spolia dividit.

℣. 7. *Et auferam sanguinem ejus.* Azoti & Philisthinorum, de quibus loquitur; atque id frequens est in Scriptura, ut numerum mutet. *Medio dentium.* Efficiam, ut posthac non vescantur sanguine, nec carnibus, quæ sunt idolis immolatæ, quas abominationes vocat. *Ipse Deo nostro.* Salvus fiet per Christum; eandem habebunt gratiam Palæstini, quam Judæi conversi. *Et Accaron.* Palæstinus sic tractabitur a Deo quasi unus esset ex principibus Juda. *Quasi Jebusæus.* Tamquam veteres habitatores Jerusalem, qui habitarunt Jerusalem cum filiis Juda, Josuæ 15. & Jud. 1.

℣. 8 *Circumdabo domum meam*, i. e. Ecclesiam exercitu meo. *Euntes & revertentes.* Qui mihi ad nutum deserviunt *Exactor.* Diabolus, qui ab iis, quibus dominatur, animas exigit: quod de justis & perfectis verum est. *Quia nunc vidi oculis meis.* Quia vos vidi, vestri misertus, in vos oculos meos converti.

℣. 9. *Exulta satis filia Sion.* Illustris hæc Prophetia impleta est a Christo Domino die Palmarum, Matth. 21. v. 4.

Tochter Jerusalem: Siehe, dein König wird zu dir kommen, er ist gerecht, und ein Heiland: und er ist arm, und reitet auf einer Eselinn, und auf einem jungen Füllen der Eselinn.

10. Und ich will die Heerwagen von Ephraim vertilgen, und die Rosse von Jerusalem, und die Streitbogen sollen zerbrochen werden: und er wird den Heyden Friede verkündigen, und seine Macht wird sich strecken von einem Meere bis zu dem andern, und von den Strömen bis zu dem Ende der Erde.

11. Du hast auch durch das Blut deines Bundes deine Gefangenen aus der Grube gelassen, darinn kein Wasser ist.

12. So kehret euch nun zu der Vestung, ihr, die ihr auf Hoffnung gefangen lieget: ich will es auch noch heutiges Tages ankündigen, und dir doppelt wiedergelten.

13. Denn ich habe mir Judam, wie einen Bogen ausgespannet, und habe Ephraim erfüllet: und ich will deine Kinder, o Sion, erwecken über deine Kinder, du Griechenland, und will dich machen, wie das Schwert der Helden.

14. Und GOtt der HErr wird sich über sie sehen lassen, und sein Pfeil wird ausfahren, wie der Blitz: und GOtt der HErr wird mit der Posaune blasen, und wird dahergehen im Sturmwinde von Mittag.

15. Der HErr der Heerschaaren wird sie beschirmen: und sie werden fressen, und werden sie mit den Steinen aus der Schleuder unter sich bringen: sie werden trinken, und trunken werden gleichwie vom Weine, und sie sollen erfüllet werden, wie die Schalen, und wie die Hörner des Altars.

16. Und der HErr ihr GOtt wird sie an demselbigen Tage erlösen, wie die Heerde seines Volkes: denn es werden heilige Steine über sein Land aufgehoben werden.

17. Denn was Gutes hat er, und was hat er Schönes, als das Korn der Auserwählten, und den Wein, daraus Jungfrauen hervorwachsen?

Das zehnte Capitel.

Sofern die Juden bekehren werden, wird ihnen die Barmherzigkeit, und Erledigung aus der Dienstbarkeit verheißen, ja der Heiland selbst, sammt dem wahren Heil.

rusalem: ECCE, REX TUUS veniet tibi, justus, & Salvator: ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.

10. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Jerusalem, & dilipabitur arcus belli: & loquetur pacem gentibus, & potestas ejus a mari usque ad mare, & a fluminibus usque ad fines terræ.

11. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.

12. Convertimini ad munitionem vincti spei: hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.

13. Quoniam extendi mihi Judam quasi arcum, implevi Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium.

14. Et Dominus Deus super eos videbitur, & exibit ut fulgur jaculum ejus: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri.

15. Dominus exercituum proteget eos: & devorabunt, & subjicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi a vino, & replebuntur ut phialæ, & quasi cornua altaris.

16. Et salvabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi sui: quia lapides sancti elevabuntur super terram ejus.

17. Quid enim bonum ejus est, & quid pulchrum ejus, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

CAPUT X.

Solus Dominus potens petita præstare, & liberare, Judæos congregabit de variis locis captivitatis in terram suam, humiliatis ipsorum inimicis.

1. Petite

---

v. 4. *Hoc autem factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam: Dicite filiæ Sion: Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis:* Item Joan. 12. v. 15. *Noli timere filia Sion: Ecce, rex tuus venit super pullum asinæ.* Ubi Evangelistæ verbis more suo paululum immutatis eundem retinent sensum. Idem quippe est, quod ait Joannes, *noli timere*, quodque Propheta ait: *Exulta filia Sion*, i. e. nihil est, quod jam timeas tanto rege adveniente. Matthæus ex duobus unum efficit testimonium, quod solent Evangelistæ, & Apostoli, ut obscuriorem locum per apertiorem exponant, & ostendant de eadem re duos Prophetas loqui. Sic Marci 1. v. 2. *Ecce, mitto Angelum*, ex cap. 3. Malachiæ: *Vox clamantis in deserto*, ex cap. 40. Isaiæ depromitur. Sic illud Isaiæ 62. *Dicite filiæ Sion, ecce, Salvator tuus venit*; quod apertissime de Messia dictum est, conjungit cum verbis Zachariæ, ut palam faciat, de re eadem Prophetas loqui. *Justus, & Salvator.* Ut justificet & salvet. *Ipse pauper.* 70. Mansuetus & humilis. Hunc versiculum corruptum a Judæis recentioribus viri docti existimant hoc modo: *Ecce, rex tuus veniet tibi justus, & salvatus ipse:* cum in 70. & in vulgata sit vox *Salvator*, quam Christo adimere voluerunt, idque post Hieronymi tempora. In Chaldaica paraphrasi est vox, *Salvator.*

v. 10. *Disperdam quadrigam ex Ephraim.* In pace per Evangelium data nullus erit usus quadrigarum, aut apparatus bellici: Christus in toto orbe regnabit.

v. 11. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos.* Hieron. *In sanguine passionis tuæ, qui tincti in carcere tenebantur inferni, in quo nulla est misericordia, tua clementia liberasti.* Hebræi vero sic habent: *Etiam tu in sanguine fœderis tui emisisti vinctos tuos de cisterna.* Ut de potentia Christi intelligi non possit. Hieron. legit: *Emisisti.* Et ita habent 70. Judæi, inquit Ribera, invidentes gloriæ Christi, vitiaverunt punctis suis, & adjectione unius minimæ litteræ, *Jod*: viderunt enim præclarum dari a Propheta de gloria Christi testimonium. *In sanguine testamenti.* Per sanguinem testamenti, ut sæpe alias: in virtute, ut Psalm. 43. *In te inimicos tuos ventilabimus cornu* &c. *Sanguis testamenti* dicitur, per quem auctor vitæ moriens æternam nobis dedit hæreditatem.

v. 12. *Convertimini ad munitionem vincti spei.* O vincti sperantes, quos captivos tenet diabolus, quique libertatem per Christum speratis Judæos alloquitur: *Convertimini ad locum munitum.* Seu ad Christum arcem salutis munitissimam, seu ad Ecclesiam. *Duplicia.* Si forte hæc vita, ad quam vos invitat Christus, vobis videtur laboriosa, annuntio vobis me redditurum pro istis laboribus magna præmia.

v. 13. *Quoniam extendi mihi Judam quasi arcum.* Judæi hæc & quæ sequuntur ad tempora Machabæorum referunt: sed cum de Christo & gentium vocatione semper locutus sit Propheta in hoc capite, longe probabilius est ad prædicationem Evangelii hæc pertinere. Assumam Judam, & eos, qui convertentur ex Judæis: ut sit mihi instar arcus extenti, ut per sagittas prædicationis Evangelicæ gentes subjiciam Evangelio. *Implevi Ephraim.* 70. & Hieron. legunt, quasi arcum implevi, seu distendi Ephraim: nam ex decem tribubus abjectis Deus assumpsit primos Evangelii prædicatores. *O Græcia* O gentes; has enim Scriptura Græcos idemtidem vocat, conversos e Judæis faciam superiores gentilibus: *Et ponam te quasi gladium fortium.* Cui nihil resistit. Victorias, quas reportabunt, designat.

v. 14. *Et Dominus Deus super eos videbitur.* Adjuvans eos, & pro iis pugnans. *Jaculum.* Verbum ejus, perstat in metaphora pugnantis. *In tuba canet.* Ut milites cogat, aciem instruat. *In turbine Austri.* Instar turbinis ab Austro venientis in adversarios feretur.

v. 15. *Et devorabunt* Hostes suos instar ignis consument. *Et subjicient.* 70. *Et obruent eos lapidibus fundæ.* Verbis Scripturæ sanctæ, & iis, quæ Spiritus sanctus suggeret, quibus adversarii resistere non poterunt. *Inebriabuntur.* 70. *Bibent sanguinem eorum sicut vinum.* Hac metaphora pugnæ victoriam Apostolorum describit.

v. 16. *Et salvabit eos Dominus Deus.* Ut pastor oves, sic Deus eos proteget, qui verbo Dei & mansuetudine pugnabant. *Lapides.* Sunt enim lapides vivi & sancti, e quibus ædificatur Ecclesia: unde servabuntur ab omnibus periculis.

v. 17. *Quid enim bonum ejus, & quid pulchrum ejus nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines.* De Sanctissima Eucharistia hunc locum exponit Hieronymus; nihil habet melius aut pretiosius eo, quod nobis dat in sanctissimo altaris Sacramento. Vox, *ejus*, in Hebræo cum sit masculini generis, ad Deum refertur, non ad terram: Donavit Sanctis suis bonum omnium maximum, frumentum scilicet electorum, panem cœlestem, & vinum pretiosi sanguinis sui. *Germinans virgines.* Quod corporis & animi castitatem efficit.

1. Petite a Domino pluviam in tempore serotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit eis, singulis herbam in agro.

2. Quia simulacra locuta sunt inutile, & divini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra: vane consolabantur, idcirco abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor.

3. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitavit Dominus exercituum gregem suum, domum Juda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.

4. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.

5. Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum.

6. Et confortabo domum Juda, & domum Joseph salvabo: & convertam eos, quia miserebor eorum: & erunt, sicut fuerunt, quando non projeceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.

7. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi a vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in Domino.

8. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati.

9. Et seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei: & vivent cum filiis suis, & revertentur.

10. Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyriis congregabo eos, & ad terram Galaad, & Libani adducam eos, & non invenietur eis locus.

11. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, *a* & humiliabitur su-

a Apoc. 16. 12. Is. 11. 15.

1. Begehret vom HErrn einen Regen zur späten Zeit, und der HErr wird Schnee machen, und wird ihnen einen Platzregen geben, einem jeglichen Kraute auf dem Felde.

2. Denn die abgöttischen Bilder haben geredet, was nicht nütz ist, und die Wahrsager haben Lügen gesehen, und die Träumer haben vergeblich geredet: sie gaben eiteln Trost, darum sind sie hinweggeführet, wie eine Heerde: sie werden geplaget werden, dieweil sie keinen Hirten haben.

3. Mein Zorn ist über die Hirten ergrimmet, und ich will die Böcke heimsuchen: denn der HErr der Heerschaaren hat seine Heerde, das Haus Juda, heimgesucht, und hat sie zugerichtet, wie sein Ehrenpferd im Streite.

4. Aus ihm kömmt das Eck, aus ihm kömmt der Nagel, aus ihm kömmt der Bogen zum Streit, aus ihm werden alle Treiber zugleich ausgehen.

5. Und sie werden den Helden gleich seyn, welche im Streite den Koth im Wege zertretten: und sie werden streiten, denn der HErr ist mit ihnen: und die auf den Pferden sitzen, sollen zu Schanden werden.

6. Und ich will das Haus Juda stärken, und das Haus Joseph erhalten: ich will sie auch bekehren, denn ich will mich über sie erbarmen: und sie sollen seyn, wie sie waren zu der Zeit, da ich sie noch nicht verworfen hatte: denn ich der HErr bin ihr GOtt, und will sie erhören.

7. Und die von Ephraim werden seyn wie Helden, und ihr Herz wird fröhlich seyn, als hätten sie Wein getrunken: und ihre Kinder werden es sehen, und werden sich erfreuen, und ihr Herz wird frohlocken im HErrn.

8. Ich will ihnen pfeifen, und will sie versammeln, denn ich habe sie erlöset: ich will sie auch vermehren, wie sie zuvor vermehret gewesen sind.

9. Und ich will sie unter die Völker säen, und sie sollen aus fernen Landen an mich gedenken: und sie werden sammt ihren Kindern leben, und wiederkommen.

10. Und ich will sie aus Aegyptenland wiederbringen, und aus Assyrien versammeln, und sie in das Land Galaad, und an den Libanon führen, und man wird nicht Raum genug für sie finden.

11. Und er wird durch das enge Meer gehen, und wird die Wasserwellen im Meere schlagen, und alle Tiefen des Stromes werden zu Schanden gehen, so wird die Hof-

fart

CAPUT X.

℣. 1. *Petite a Domino pluviam in tempore serotino.* Pergit Deus amorem suum & misericordiam in populum suum commendare, ac de bonis legis novæ temporibus differere. Hortatur eos, ut petant a Deo doctrinam Evangelii, qua totius terræ facies irrigata fœcundetur. *Petite pluviam* &c. Hieron. Quia mundus declinat ad finem, petite a Domino pluviam serotinam, ut Christus, qui promissus est, veniat, & tribuat vobis roras & pluvias, sc. Evangelicæ prædicationis: ipse dabit imbres credentibus, & ubertate omnia complebuntur: ut, postquam in Christo crediderint nationes, intelligant vana esse, quæ coluerunt. Pluvia temporanea, aut matutina, ex Hieron. & Cyrillo, fuit doctrina legis per Moysem data, qua jacta semina per legem naturæ germinarunt: doctrina novæ legis est pluvia serotina, qua fructus matureſcunt: nihil enim ad perfectum adduxit lex; vel Deus ante omnia jubet a se, non ab idolis, beneficia postulari. *Et Dominus faciet nives.* Vox Hebræa *procellas*, aut *fulgurationes* significat. Itaque vox illa nubem vento agitatam & fulgurantem designat, quæ cum fulguribus aquam demittit. Apostoli per eas nubes coruscantes, & cœlestem imbrem in terram effundentes, commode intelliguntur: neque enim nives decidunt mense Majo. Tropologice *nives* sunt tribulationes, quæ faciunt, ne homo sese in externa nimis effundendo evanescat, sed secum habitet, & animum virtutibus omnigenis fermentet.

℣. 2. *Abducti sunt quasi grex.* In varios errores sunt abducti ab hujusmodi magistris, sicut oves, quæ nihil intelligunt: sed pastorem sequuntur, quocumque ierit. *Affligentur.* Neque enim ii sunt veri pastores.

℣. 3. *Super pastores iratus est furor meus.* Super ejusmodi magistros, & super hircos fœtidos. *Visitavit.* Quia Dominus vult benefacere gregi suo. 70. Non posuerunt particulam, *quia*, adeo, ut sit initium novæ sententiæ. *Et posuit eos quasi equum gloriæ suæ.* 70. Quasi equum decorum, instrumentum gloriæ suæ; victor per me futurus est. Hæc Cyrillus interpretatur de Apostolis, & prædicatoribus Evangelii, quos Deus variis donis ornavit.

℣. 4. *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus.* Ex ipso Juda educam angulum, seu regem Christum, lapidem angularem. *Et paxillus.* A quo pendent, & sustinentur fideles omnes. *Arcus prælii* Fortes bellatores ex eo prodibunt. *Exactor simul.* Iidem populos Christo subjicient. *Exactor.* Præfectus operibus, hæc a Domino.

℣. 5. *Et erunt quasi fortes.* Vox illa, *quasi*, indicat Prophetam metaphorice loqui de Apostolis, quasi de bellatoribus.

℣. 6. *Confortabo domum Juda, & domum Joseph.* i. Decem tribus *salvabo*, quæ conversio partim facta est, partim in fine sæculi est facienda. *Ephraim.* Qui præ cæteris fortes habebantur.

℣. 8. *Sibilabo eis.* Exiguo sono e remotissimis locis congregabo eos; quia redimam eos per mortem Filii mei.

℣. 9. *Vivent cum filiis suis, & revertentur.* Venient ad Ecclesiam.

℣. 10. *Et reducam eos de terra Ægypti.* Multi, qui evaserant captivitatem Assyriorum, & fugerant in Ægyptum; solvam omnem captivitatem. *Et ad terram Galaad.* Ad patriam cœlestem, fortissimam. *Et non inveniatur eis locus.* In Ægypto, vel apud Assyrios; aut potius in Palæstina præ multitudine.

℣. 11. *Et transibit in maris freto.* Deus eos liberabit a captivitate diaboli per multa pericula. Alludit ad ea, quæ populo Israelitico evenerunt, cum ex Ægypto ad terram promissionis venit: nihil eorum iter impediet: non fretum maris rubri, non Jordanis exundans. *Et percutiet in mari fluctus.* Quod de Ephraim dicitur, qui vincet magna pericula, ut Moyses virga percussit mare rubrum. *Humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.* Secundum lit. superbissimi Assyrii, & potentissimi Ægyptii non erunt resistendo, quo minus populus Dei per illorum regna se diffundat. Mystice vis dæmonum, & hostium Ecclesiæ tolletur, quod per Christum, Apostolos, eorumque successores perfecte completum videmus.

fart Assur gedemüthiget, und der Zepter von Aegypten genommen werden.

12. Ich will sie im HErrn stärken, und sie werden in seinem Namen wandeln, spricht der HErr.

Das eilfte Capitel.

I. Der Tempel, und Stadt Jerusalem sollen zerstöret werden wegen der überhäuften Laster. 1. II. Von zweyerley Ruthen, damit das Volk regieret worden ist. 7. III. Von den dreyßig Silberlingen, mit welchen es seinen HErrn verkaufet hat. 12. IV. Von dem neuen Hirten, so das Volk zum Verderben bringen wird. 15.

1. Eröffne deine Thore, o Libanon, damit das Feuer deine Cederbäume verzehre:

2. Heulet ihr Tannen, denn die Cedern sind niedergefallen, und die Herrlichen sind verwüstet: heulet ihr Eichbäume zu Basan, denn der starke Wald ist ausgehauen.

3. Man höret der Hirten Stimme, daß sie heulen, denn ihre Herrlichkeit ist zerstöret: man höret auch die Stimme der brüllenden Löwen, darum, daß die Hoffart des Jordans zerstöret ist.

4. Dieses saget der HErr mein GOtt: Weyde die Schlachtschafe:

5. Ihre Herren tödteten sie, und hatten kein Mitleiden, und sie verkauften sie, und sprachen: GOTT sey gelobet, wir sind reich worden: und ihre Hirten schoneten ihrer nicht.

6. Darum will ich hinfüro auch der Inwohner des Landes nicht verschonen, spricht der HErr: siehe, ich will die Menschen übergeben, einen jeglichen in die Hand seines Nächsten, und in die Hand seines Königes: und sie sollen das Land schlagen, und ich will aus ihrer Hand nicht erretten.

II. 7. Deßwegen will ich das Schlachtvieh weyden, o ihr elenden Schafe. Und ich habe mir zween Stäbe genommen, den einen nennete ich Schönheit, und den andern nennete ich Schnur: und weydete die Schafe.

8. Und ich hieb drey Hirten ab in einem Monathe, und meine Seele hatte sich von ihnen etwas abgezogen: denn ihre Seele hat sich auch von mir geändert.

9. Und ich sprach: Ich will euch nicht weyden: was stirbt, das sterbe: und was abgehauen wird, das werde abgehauen: und die übrigen mögen einander fressen, ein jeglicher das Fleisch seines Nächsten.

10. Und ich nahm meinen Stab, die Schönheit ge-

perbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.

12. Confortabo eos in Domino, & in nomine ejus ambulabunt, dicit Dominus.

CAPUT XI.

I. Jubet Dominus pasci pecora occisionis, quibus non parcet, quia pastores eorum non parcebant eis. 1. II. De duabus virgis tandem abscissis, & tribus pastoribus uno mense succisis. 7. III. De appensa merce triginta argenteorum projectorum ad statuarium. 12. IV. De alio malo pastore a Domino suscitando. 15.

1. Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas:

2. Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: ululate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.

3. Vox ululatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Jordanis.

4. Hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis:

5. Quæ, qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, divites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

6. Et ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus: ecce, ego tradam homines, unumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum.

II. 7. Et pascam pecus occisionis propter hoc, o pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, & alteram vocavi Funiculum: & pavi gregem.

8. Et succidi tres pastores in mense uno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variavit in me.

9. Et dixi: Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui.

10. Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus,

℣. 12. *In nomine ejus ambulabunt.* Chald. Ambulabunt redempti.

CAPUT XI.

℣. 1. *Aperi Libane portas tuas.* Videtur Zacharias de templi, quod Libani nomine in Scriptura signari solet, aut etiam de Jerosolymæ excidio vaticinari: nam Prophetæ solent bonis, quæ ex Evangelii prædicatione manant, pœnas incredulorum subjicere. Isaiæ 10. templi excidium sub Libani nomine itidem prædicitur: *Libanus autem cum excelsis cadet.* Uti & Ezechiel, cap. 17. Templum enim totum cedris e Libano excisis constabat: tametsi Cyrillus urbem ipsam designari putat: mox enim subdit Propheta: *Et comedet ignis cedros tuas.* Principes civitatis. Quæ sequuntur, hanc interpretationem confirmant. *Aperi Libane portas tuas.* Albertus: O Libane, hoc est templum Jerosolymitanum, exaltatum ut Libanus, & ex lignis Libani ædificatum, aperies, velis, nolis, portas tuas advenientibus Romanis. Victa enim civitate in templum ingressi sunt, & illud succenderunt.

℣. 2. *Ulula abies.* Abietum nomine, qui dignitate sunt proximi, uti per quercus Basan fortes viribus, & per saltum munitum urbs ipsa munitissima designatur. Jubet autem Propheta, ut cives Romanis vastantibus portas aperiant. Refert Josephus, L. 7. de bello Judaico, cap. 12. Orientalem portam æneam, & gravissimi ponderis hora sexta noctis ultro apertam fuisse in die Azymorum.

℣. 3. *Vox ululatus pastorum.* Hi sunt populorum rectores; eosdem vocat leones ob sævitiam. *Superbia Jordanis.* Quia Jordanis exaruit; diripientur eorum divitiæ. Chald. Quoniam exiccata est propter eos elatio Jordanis.

℣. 4. *Pasce pecora occisionis.* Homines occisioni destinatos. Hæc esse verba Dei Patris ad Salvatorem nostrum existimat Theodoretus: ille enim missus est ad oves, quæ perierant domus Israel.

℣. 5. *Occidebant, & non dolebant.* Quia pecora Pontifices, & Sacerdotes in suos usus convertebant, ut fuse prosequitur Ezechiel, cap. 34. *Væ pastoribus Israel, &c. Et non dolebant.* 70. Non agebant pœnitentiam. *Et venabant ea.* Ex iis quæstum faciebant. *Divites facti sumus.* Quasi gratias Deo agentes, quod ex iniquitate ditarentur.

℣. 6. *Et ego non parcam ultra.* Super populum Judaicum, qui a peccando non abstinuit, & pontifices, qui in mortem Salvatoris consenserunt. *Ecce, tradam homines.* Hieron. *Dimittam unumquemque contra proximum suum, & sese mutua cæde trucidabunt, per intestina bella, & factiones inter se miserum in modum dilacti: per regem vero, Romanorum Imperatorem designat, qui Judææ urbes evertit. Et concident terram.* Vastabunt Romani. *Et non eruam.* Perpetua erit hæc captivitas, & desolatio.

℣. 7. *Et pascam pecus occisionis.* Curæ meæ commissum: nam Christus loquitur ad Apostolos, & ad fideles convertit sermonem suum. *Propter hoc.* Quia pastores non habent, a quibus pascantur. *O pauperes gregis.* Qui superbiam pontificum, & sacerdotum non imitamini: aliter, o pauper grex. *Et assumpsi mihi duas virgas.* Ut hominum pastor duos baculos, aut virgas pastorales sumpsi, unam post alteram, priorem Noemi temporibus, ut omnium hominum pastor. *Unam vocavi decorem.* Vel clementiam, nam justum erat omnes homines a suo conditore gubernari, fœdus cum iis pepigi, quod fregerunt. *Et alteram vocavi funiculum.* Cum Israelem elegi in hæreditatem ex pacto inito cum Abraham, Genes. 17. *Et pavi gregem.* Semen Abrahæ, cum antea pascerem omnes gentes.

℣. 8. *Et succidi tres pastores in mense uno.* Hieron. Tres illos pastores, ait, fuisse Moysen, Aaron, & Mariam Prophetissam, quæque adeo mulieres docebat: eodem mense, quo mortua est Maria, sententia mortis in Moysen, & Aaron lata est. Vel succidam, ex 70. *Contracta est anima mea in eis.* Non in pastoribus, sed in iis, quos pascebam, ut liquet ex iis, quæ sequuntur. *Variavit in me.* Cito a me discesserunt.

℣. 9. *Et dixi non pascam vos.* Non introducam vos in terram promissam; nemo ex iis, qui a 20. annis exierunt ex Ægypto, ingredietur, peribitis in deserto præter Josue, & Caleb. *Quod moritur, moriatur.* Curam vestri abjiciam. *Quod succiditur.* Ab hostibus, aut a bestiis. *Succidatur, & reliqui devorent.* Ut factum est. Numeror. 14.

℣. 10. *Et tuli virgam meam.* Abjeci alios populos propter idololatriam. *Et abscidi eam.* Postquam tuli virgam alteram, quæ dicitur funiculus.

cus, & abscidi eam, ut irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis.

11. Et in irritum deductum est in die illa: & cognoverunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.

III. 12. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et *a* appenderunt mercedem meam triginta argenteos.

a Matth. 27. 9.

13. Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium.

14. Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, ut dissolverem germanitatem inter Judam, & Israel.

IV. 15. Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti:

16. Quia ecce, ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id, quod stat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissolvet.

17. O pastor, & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium ejus, & super oculum dextrum ejus: brachium ejus ariditate siccabitur, & oculus dexter ejus tenebrescens obscurabitur.

CAPUT XII.

I. Filii Israel affligentur: sed reducti in terram suam superiores erunt his, qui se affixerant. 1. II. Effundet Dominus spiritum gratiæ super habitatores Jerusalem, ut doleant super eum, quem confixerunt, ne plang. ut cum reprobis. 9.

1. Onus verbi Domini super Israel. Dicit Dominus, extendens cœlum, & fundens terram, & fingens spiritum hominis in eo:

2. Ecce, ego ponam Jerusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Juda erit in obsidione contra Jerusalem.

3. Et erit: in die illa ponam Jerusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui levabunt eam, concisione lacerabuntur: & colligentur adversus eam omnia regna terræ.

nannt, und hieb ihn ab, damit meinen Bund zu vernichten, den ich mit allen Völkern gemacht.

11. Und er ward vernichtet an demselbigen Tage: und die elenden Schafe der Heerde, welche sich an mir hielten, erkannten, daß es des HErrn Wort war.

III. 12. Und ich sprach zu ihnen: Im Fall ihr für gut ansehet in euren Augen, so bringet mir meinen Lohn her: wo nicht, so lasset es bleiben. Und sie wogen mir meinen Lohn dar, nämlich dreyßig Silberlinge.

13. Und der HErr sprach zu mir: Wirf es hinweg zum Bildmacher, den schönen Werth, darauf ich von ihnen geschätzet worden bin. Und ich nahm die dreyßig Silberlinge, und warf sie im Hause des HErrn zum Bildmacher.

14. Und ich schnitt meinen andern Stab ab, welcher Schnur genennet war, die Brüderschaft zwischen Juda und Israel aufzulösen.

IV. 15. Und der HErr sprach zu mir: Nimm zu dir die Geräthschaft eines thörichten Hirten:

16. Denn siehe, ich will einen Hirten im Lande erwecken, der nicht heimsuchen wird, was verlassen ist, noch suchen, was zerstreuet ist, noch heilen, was zerstoßen ist, noch ernähren, was noch aufrecht stehet, aber das Fleisch der Fetten wird er essen, und ihre Klauen zerreissen.

17. O Hirte, o Götze, der die Heerde verläßt: das Schwert wird auf seinen Arm kommen, und auf sein rechtes Auge: sein Arm wird zumal verdorren, und sein rechtes Auge wird verdunkelt, und verfinstert werden.

Das zwölfte Capitel.

I. Jerusalem wird zwar zerstöret, aber seinen Feinden zum Schrecken wieder mächtig werden. 1.

II. Von der Sendung des heiligen Geistes, und Bewehnung des Todes Christi, damit man dem Klagen der Verdammten entrinne. 9.

1. Die Last des Wortes des HErrn über Israel. Also spricht der HErr, der den Himmel ausbreitet, und den Erdboden gründet, und den Geist des Menschen in ihm schafft:

2. Siehe, ich will Jerusalem allen Völkern, welche rings herum liegen, zu einer Oberschwelle der Trunkenheit machen: ja es wird auch Juda in der Belagerung wider Jerusalem seyn.

3. Und es wird geschehen, an demselbigen Tage will ich Jerusalem zum Laststeine setzen allen Völkern: alle, die ihn hinwegheben wollen, werden sich heftig zerreissen: und gleichwohl werden sie alle Königreiche der Welt wider sie versammeln.

4. An

ỳ. 11. *Et cognoverunt sic pauperes gregis.* Qui in populo Israel vere humiles, & mihi obtemperantes, cognoverunt gratiam, quam populo præstabam, eum præ cæteris eligens, & me impleturum, quæ promiseram Abrahæ, Isaac, & Jacob.

ỳ. 12. *Si bonum est in oculis vestris.* Si vobis bonum videtur. *Afferte mercedem meam.* Reddite mihi mercedem aliquam ob tot beneficia in vos collata, agnoscite me, ut Salvatorem ad vos missum. *Et si non.* Si id non vultis. *Quiescite.* Non cogam vos, liberi estis. *Et appenderunt.* Dederunt pro mercede, quam reddere tenebantur, triginta argenteos Judæ traditori.

ỳ. 13. *Projice illud ad statuarium, decorum pretium.* Vox Hebræa *Piaslem*, seu *sflorem*, aut *figulum*, imo ex Vatablo, & aliis mutatione unius litteræ *cujusdem thesauri* significat. Hieron. Ipse in commentariis *Piaslem* aut *sflorem* ea voce designari potius quam *statuarium* docet: unde obscuritas in translatione est potius quam in textu Hebræo, cum ager figuli ex iis argenteis emptus fuerit. Judas quidem projecit eos argenteos pœnitentia ductus, Jesum habens præ oculis; sed desperatione victus est. *Appretiatus.* Dei indignitatem per ironiam ob oculos ponit. *Et tuli triginta argenteos.* Nam Judas illos projecit in templum.

ỳ. 14. *Et præcidi virgam meam secundam.* Cum in crucem me egissent, eos abjicere statui. Ex eis quosdam elegi, reliquam multitudinem abjeci: qui secuti sunt domum David, seu Christum, dicti sunt Judæi; reliqui Israelis nomine comprehensi. *Ut dissolverem germanitatem.* 70. Fœdus.

ỳ. 15. *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.* Post ea, quæ verbis adversus populum istum prophetasti, jam factis ipsis vaticinare, & sume instrumenta pastoris insipientis, & scelerati. An forte Antichristum is designat?

ỳ. 16. *Quia ecce, ego suscitabo.* i. Suscitari permittam. *Pastorem in terra, qui non enutriet.* Non ducet ad pascua. *Et ungulas eorum dissolvet.* Graviter feriet.

ỳ. 17. *O pastor, & idolum.* Tu qui pastor videri cupis. *Gladius super brachium.* Christus franget fortitudinem tuam spiritu oris sui. *Et super oculum dextrum ejus.* Consilia ejus in nihilum recident; mens tenebris obducetur.

CAPUT XII.

ỳ. 1. *Onus verbi Domini super Israel.* Super Israelitas incredulos. Alii hanc Prophetiam ad tempora Machabæorum referunt.

ỳ. 2. *Ecce, ponam Jerusalem superliminare crapulæ.* Ita, ut hostes, qui ad Ecclesiam oppugnandam venerint, insaniant ut ebrii. Si de Jerusalem terrestri sermo habeatur, hanc ut portam domus crapulæ futuram ait, in quam populi vicini intrabunt, ut eam diripiant; quod Antiochi Epiphanis temporibus evenit. *Sed et Juda.* Multi e Judæis se Antiocho adjunxerunt. Si de Ecclesia, ut par est, id intelligamus, non solum vicinæ nationes, sed & Judæi ipsi hanc evertere conabuntur: nam Jerusalem numquam obsessa est a Juda. 70. *Et in Judas erit obsidio super Jerusalem.*

ỳ. 3. *In die illa ponam Jerusalem lapidem oneris.* Chald. *Offensionis.* Mos est, inquit Hieron. in urbibus Palæstinæ, & usque hodie per omnem Judæam vetus consuetudo servatur, ut in viculis, oppidulis, & castellis, rotundi ponantur lapides gravissimi ponderis, ad quos juvenes exercere se soleant, & eos pro varietate virium sublevare. Sæpe accidebat, ut se ipsos læderent: sic omnes populi vires suas ostentare volent persequendo Ecclesiam, & levando hunc lapidem, quantum quisque valet: sed nullus eam persequetur, quin sciptum lædat.

Omnes,

4. An demselbigen Tage, spricht der HErr, will ich alle Pferde mit Schrecken, und ihre Reiter mit Unsinnigkeit schlagen: aber über das Haus Juda will ich meine Augen aufthun, und will alle Rosse der Völker mit Blindheit schlagen.

5. Und die Fürsten Juda werden in ihren Herzen sagen: Die Inwohner zu Jerusalem sind mir gestärket im HErrn der Heerschaaren, ihrem GOtt.

6. An demselbigen Tage will ich die Fürsten Juda machen wie einen feuerigen Heerd, daran Holz liegt, und wie eine brennende Fackel im Heu: und sie werden rings herum zur Rechten, und zur Linken alle Völker fressen: und Jerusalem soll wieder an seinem Orte bewohnet werden, zu Jerusalem.

7. Und der HErr wird die Hütten Juda erretten, wie von Anfang, damit das Haus Davids nicht hoch prange, noch die Inwohner zu Jerusalem wider Juda sich berühmen.

8. An demselbigen Tage wird der HErr die Inwohner zu Jerusalem beschirmen, und es wird geschehen, wer aus ihnen an demselbigen Tage anstoßen wird, der wird seyn wie David: und das Haus Davids wird seyn, wie GOttes Haus, wie ein Engel des HErrn vor ihrem Angesichte.

II. 9. Und es wird geschehen an demselbigen Tage: daß ich vornehmen werde, alle Heyden zu zerschmettern, die wider Jerusalem ankommen.

10. Und ich will den Geist der Gnade und des Gebeths, über das Haus Davids, und über die Inwohner zu Jerusalem ausgießen: und sie werden mich anschauen, den sie durchstochen haben: und werden ihn beklagen, gleichwie man einen eingebohrnen Sohn beklaget, und sich über ihn betrüben, gleichwie man sich über den Tod eines Erstgebohrnen zu betrüben pfleget.

11. An demselbigen Tage wird ein groß Wehklagen zu Jerusalem seyn, wie das Wehklagen zu Adadremmon im Felde Mageddon.

12. Und das Land wird eine Wehklage führen: ein jegliches Geschlecht absonderlich für sich: das Geschlecht des Hauses Davids absonderlich, und ihre Weiber auch absonderlich:

13. Das Geschlecht des Hauses Nathan absonderlich, und ihre Weiber auch absonderlich: das Geschlecht des Hauses Levi absonderlich, und ihre Weiber auch absonderlich: das Geschlecht Semei absonderlich, und ihre Weiber auch absonderlich.

4. In die illa dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem ejus in amentiam: & super domum Juda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate.

5. Et dicent duces Juda in corde suo: Confortentur mihi habitatores Jerusalem in Domino exercituum, Deo eorum.

6. In die illa ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno: & devorabunt ad dexteram, & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Jerusalem rursus in loco suo in Jerusalem.

7. Et salvabit Dominus tabernacula Juda, sicut in principio, ut non magnifice glorietur domus David, & gloria habitantium Jerusalem contra Judam.

8. In die illa proteget Dominus habitatores Jerusalem, & erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi David: & domus David quasi Dei, sicut Angelus Domini in conspectu eorum.

II. 9. Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Jerusalem.

10. Et effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem spiritum gratiæ, & precum: *a* & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti. *a Joann. 19. 37.*

11. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut *b* planctus Adadremmon in campo Mageddon. *b 2. Par. 35. 22.*

12. Et planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum:

13. Familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Levi seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.

14. Om-

Omnes, qui levabunt eum, concisione lacerabuntur. Ut evenire solebat iis, qui magnos illos lapides levabant: nam corporibus, aut manibus vulnus sæpe infligebant. *Et colligentur adversus eam regna terræ.* Quod Ecclesiæ apprime convenit: ea siquidem ubique persecutionem passa est. Quamquam & de Machabæis ad litteram id exponi potest. Nam Machabæi illa ab hostibus mala postea ulti sunt, non suis viribus, cum numero essent perpauci, sed Dei ope ingentes exercitus fregerunt. Quod in sequentibus apertius exprimitur.

℣. 5. *Et dicent duces Juda.* Apostoli, & discipuli e populo Judæorum electi a Deo, in medio hostium erunt immoti.

℣. 6. *In die illa ponam duces Juda sicut caminum ignis in lignis.* Ecclesia interim magna sumet incrementa, & prædicatores Evangelii audientium corda igne verbi divini succendent. *In loco suo.* Ecclesia recuperabit, quæ tyranni, & hæretici ademerant.

℣. 7. *Et salvabit Dominus tabernacula Juda.* Ea tabernacula sunt Ecclesiæ particulares, ab Apostolis aut ab eorum successoribus fundatæ. *Ut non magnifice glorietur domus David.* Nam palam erit victoriam uni Dei referri acceptam. Qui de Machabæis hæc interpretantur, satis commode ea Prophetæ verba iis aptare possunt. Deus ut Antiochum, & alios Syriæ reges debellaret, non familiam David, sed Machabæos e tribu Levi selegit. *Et gloria habitantium Jerusalem contra Judam.* Nam oppida Judææ salvavit, non urbis primariæ opibus, nec domus David robore; sed paucorum fidelium ex oppido Modin usus est opera.

℣. 8. *Erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi David.* Qui præ humana infirmitate ceciderit, surrecturus est fervention sicut David. *Et domus David quasi Dei.* Sicut filii Dei virtutibus præditi. *In conspectu eorum.* Instar Angeli Domini iis præeuntis.

℣. 9. *Quæram conterere omnes gentes.* Adeo, ut numquam prævaleant.

℣. 10. *Effundam super domum David -- spiritum gratiæ, & precum.* Spiritum sanctum effundam; Spiritus primum gratiam spargit ut semen, deinde preces ut plantas germinare facit. *Et aspicient ad me, quem confixerunt.* Hæc Prophetia teste Joanne Apostolo ad Christum omnino pertinet in cruce confixum, & lancea pertusum; Tertullian. adv. Judæos in fine. Tunc cognoscent, in quem pupugerunt, & cædent pectora sua tribus ad tribum, utique quod retro non cognoverint eum in humilitate conditionis humanæ constitutum. *Et plangent eum planctu quasi super unigenitum.* Planctus eorum, qui Dominum crucifixerunt, in die Pentecostes apparuit, cum Petri sermone compuncti rogarunt, quid faciendum sibi esset, ut tantum facinus expiarent. Domus David est Ecclesia Jerosolymæ congregata, in quam effusus est spiritus gratiæ, & compunctionis. Alii tamen ista exponunt de pœna Judæorum, qui noluerunt Christum recipere. *Videbunt, in quem transfixerunt.* Nimirum in judicio Dei videbunt: atque ad hunc Zachariæ locum alludit Joannes Apoc. 1. *Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & plangent se super eum omnes tribus terræ.*

℣. 11. *Erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon.* Ubi Josias occisus est a rege Ægypti, eum luxerunt universus Juda, & Jerusalem, ex c. 35. L. 2. Paral.

℣. 12. *Planget terra seorsum.* Viros seorsum, & mulieres seorsum, primates Judæorum.

℣. 13. *Familiæ domus Nathan.* Familia Nathan filii David, cujus genealogia pertexitur Lucæ 3. Hic frater erat Salomonis, 1. Paral. 3. *Familiæ Semei.* Vel Sammai ex c. 8. Isaiæ; vel *Symeon*, ut posuerunt 70. ex iis Scribæ & Pharisæi prodiisse creduntur: forte ex errore describentium orta est inter nomina varietas, ut nonnulli censent.

14. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

CAPUT XIII.

I. Erit fons patens domui David in ablutionem peccatoris; tollentur idola, & pseudoprophetæ: 1. II. De plagis in manibus Christi, de percutiendo pastore, & duabus partibus hominum dispergendis, & tertia per ignem probanda. 6.

1. In die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.

a Ezech. 30. 13. 2. Et *a* erit in die illa, dicit Dominus exercituum: disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra.

3. Et erit, cum prophetaverit quispiam ultra, dicent ei pater ejus & mater ejus, qui genuerunt eum: Non vives: quia mendacium locutus es in nomine Domini. Et configent eum pater ejus & mater ejus, genitores ejus, cum prophetaverit.

4. Et erit: In die illa confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua, cum prophetaverit: nec operientur pallio saccino, ut mentiantur:

5. Sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.

II. 6. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.

7. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: *b* percute pastorem, & dispergentur oves: & convertam manum meam ad parvulos.

b Matth. 26. 31. Marc. 14. 27

8. Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur, & deficient, & tertia pars relinquetur in ea.

9. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos, sicut uritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es; & ipse dicet: Dominus Deus meus.

14. Und alle übrigen Geschlechte, ein jegliches Geschlecht absonderlich, und ihre Weiber auch absonderlich.

Das dreyzehente Capitel.

I. Prophezeihung von der christlichen Taufe und Vertilgung der Abgötter, und falschen Propheten: 1. II. Vom Leiden und HH. Wunden Christi, und daß die christliche Kirche durch Trübsal zur ewigen Herrlichkeit gelange. 6.

1. An demselbigen Tage wird das Haus Davids, und die zu Jerusalem wohnen, einen offenen Brunnen haben, zu Abwaschung des Sünders, und der Monathsichtigen.

2. Und es wird geschehen an demselbigen Tage, spricht der HErr der Heerschaaren: und ich will die Namen der Abgötter vom Erdboden vertilgen, und man soll nicht daran gedenken: und ich will die falschen Propheten, und den unreinen Geist aus dem Lande hinwegschaffen.

3. Und es wird geschehen, wann hinfüro jemand weißaget, alsdann werden sein Vater, und seine Mutter, die ihn gezeuget haben, zu ihm sagen: Du sollst nicht leben: denn du hast Lügen geredt im Namen des HErrn. Also werden ihn sein Vater und seine Mutter, davon er gebohren ist, durchstechen, wann er weißaget.

4. Und es wird sich zutragen, daß am selbigen Tage die Propheten mit Schanden bestehen werden, ein jeglicher um seines Gesichtes willen, wann er davon weißaget: und werden sich nicht mehr mit einem härinen Mantel bedecken, damit sie lügen:

5. Sondern er wird sprechen: Ich bin kein Prophet, ich bin ein Ackermann: denn Adam ist mein Vorbild von meiner Jugend auf.

II. 6. Alsdann wird man zu ihm sagen: Was sind das für Wunden mitten in deinen Händen? So wird er sagen: Damit bin ich verwundet im Hause derjenigen, die mich lieb hatten.

7. Schwert, mache dich auf über meinen Hirten, und über den Mann, der mir anhängt, spricht der HErr der Heerschaaren: schlage den Hirten, so werden die Schafe zerstreuet: und ich will meine Hand zu den Kleinen wieder wenden.

8. Und es wird im ganzen Lande geschehen, spricht der HErr: daß zwey Theile darinn sollen zerstreuet werden, und vergehen, und der dritte Theil übriggelassen werden.

9. Und ich will denselbigen dritten Theil durch das Feuer führen, und sie läutern, wie das Silber geläutert wird, und sie prüfen, wie man das Gold prüfet. Er wird meinen Namen anrufen, und ich will ihn erhören. Ich will sagen: Du bist mein Volk; und er wird sagen: HErr mein GOtt.

Das

CAPUT XIII.

℣. 1. *In die illa erit fons patens domui David.* Rediit ad Christi passionem, de qua obiter locutus fuerat c. 12. Solet autem Scriptura copulare disjuncta tempora his verbis: *In diebus illis*, aut *in die illa*, ut docet Chrysost. hom. 10. in Matthæum: vel in die illa, cum impletum fuerit tempus Messiæ adventus votis omnium exoptatum. *Fons.* Fontem illum Christum esse docet Greg. hom. 20. in Ezech. *Fons occultus est unigenitus Patris invisibilis Deus, fons vero patens est idem Deus incarnatus.* Deinde fons dicitur propter baptisma & alia Sacramenta, & propter doctrinam Evangelicam. *In ablutionem.* Judæorum & gentilium.

℣. 2. *Disperdam nomina idolorum.* Ex omnium Judæorum sententia loquitur Propheta de Messia. Hic idolorum cultum per Apostolos suos & prædicatores Evangelii sustulit; nec non & Pseudoprophetas, & vates dæmonibus afflatos.

℣. 3. *Cum quispiam prophetaverit.* Falsa & impia. *Non vives: quia mendacium locutus es.* A propriis parentibus dignus morte judicabitur.

℣. 4. *Confundentur prophetæ* falsi - *nec operientur pallio saccino.* Sept. *Pelle cilicina.* Qua inducbantur Prophetæ, cum populum ad pœnitentiam hortabantur. Isaiæ cap. 20. præcipitur, ut auferat saccum de lumbis suis; hos pseudoprophetæ imitabantur, ut tuto mentiri possent.

℣. 5. *Quoniam Adam exemplum meum.* In exemplum mihi proposui Adam, qui sudore vultus sui terram colendo vescebatur pane suo.

℣. 6. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Hæc ad Christum omnino videntur pertinere, ex iis, quæ mox sequuntur. *Super pastorem meum.* Postquam enim de Christo dixerat: *Erit fons patens domui David:* ac de Pseudoprophetis longiorem inseruit parenthesim, mox redit ad Christum. *In domo eorum, qui diligebant me.* Hæc passus sum a Judæis, qui olim diligebant me, & colebant.

℣. 7. *Framea.* Hæc sunt verba Dei Patris causam asserentis, cur Christum morti tam acerbæ traderet, nempe, ut per ejus mortem electi vitam consequerentur æternam. Salvator ipse ab Apostolis derelictus, & ab inimicis comprehensus nocte passionis suæ, ista Prophetæ verba impleta fuisse testatur. *Percute pastorem, & dispergentur oves.* Framea seu gladius suscitabitur super pastorem meum; eum percuti sinam a Judæis. *Ad parvulos.* Apostolos non deseram, sed reducam ad præceptorem suum.

℣. 8. *Partes duæ in ea dispergentur.* Duo populi inter se divisi, Judæi & gentiles, nisi veniant, ad Christum, in æternum peribunt. *Et tertia pars.* Tertius populus erit Christianorum, qui ex illis duobus exurget, & salvabitur.

℣. 9. *Et ducam tertiam partem per ignem.* Variis tentationibus & laboribus, hunc tertium populum probabo, ut fiat quasi aurum purissimum.

Das vierzehente Capitel.

I. Eine neue Betrübniß wird über Jerusalem kommen: 1. II. Doch der HErr wird ihr zu Hülfe kommen: 3. III. Und die Verfolger der Stadt heftig strafen, auch die Heyden zur wahren Kirche und Gottesdienst bekehren. 12.

1. Siehe, die Tage des HErrn werden kommen, und man wird mitten in dir deinen Raub austheilen.

2. Und ich will alle Heyden gen Jerusalem zum Streit versammeln, alsdann soll die Stadt eingenommen, und die Häuser verwüstet, und die Weiber geschändet werden: und der halbe Theil der Stadt wird in die Gefängniß hinausziehen: aber das übrige Volk wird aus der Stadt nicht hinweggenommen werden.

II. 3. Und der HErr wird ausziehen, und wider dieselbigen Heyden streiten, wie er am Tage des Streits gestritten hat.

4. An demselbigen Tage werden seine Füße auf dem Oelberge stehen, der gegen Jerusalem über liegt, zum Aufgang der Sonne: und der Oelberg wird sich mitten voneinander spalten, die eine Halbscheid gegen Aufgang, und gegen Niedergang, mit einem gähen großen Thale, und es wird sich die Halbscheid des Berges gegen Mitternacht, und seine andere Halbscheid gegen Mittag von einander scheiden.

5. Und ihr werdet in das Thal dieser Berge fliehen: denn das Thal der Berge wird sich zum nächsten strecken: und ihr werdet fliehen, wie ihr vor dem Erdbeben in den Tagen Oziä des Königs Juda geflohen seyd: alsdann wird der HErr mein GOtt kommen, und alle Heiligen mit ihm.

6. An demselbigen Tage wird kein Licht seyn, sondern Kälte und Frost.

7. Und es wird ein Tag seyn, der dem HErrn bekannt ist, nicht ein ganzer Tag, noch eine ganze Nacht: aber um die Zeit, wann der Abend kömmt, wird ein Licht seyn.

8. Und an demselbigen Tage werden lebendige Wasser von Jerusalem ausgehen: die Halbscheid zum Meere hinaus gegen Aufgang, und die andere Halbscheid zum äußersten Meere: Sommer und Winter werden sie bleiben.

CAPUT XIV.

I. Post captivitatem aliasque afflictiones Jerosolymæ: 1. II. Exibunt aquæ vivæ de Jerusalem: Et filii Israel revertentes habitabunt ibi secure: 3. III. Percutiet Dominus gentes, quæ pugnaverunt adversus Jerusalem, sed earum vel quia ascendent adorare Dominum in Jerusalem, & sanctificabunt, quod est super frænum equi. 12.

1. Ecce, venient dies Domini, & dividentur spolia tua in medio tui.

2. Et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium, & capietur civitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars civitatis in captivitatem: & reliquum populi non auferetur ex urbe.

II. 3. Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis.

4. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientem: & scindetur mons olivarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem, prærupto grandi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium ejus ad Meridiem.

5. Et fugietis ad vallem montium eorum: quoniam conjungetur vallis montium usque ad proximum: & fugietis, *a* sicut fugistis a facie terræ motus in diebus Oziæ regis Juda: & veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo. *a Amos. 1. 1.*

6. Et erit in die illa: Non erit lux, sed frigus & gelu.

7. Et erit dies una, quæ nota est Domino, non dies, neque nox: & in tempore vesperi erit lux.

8. Et erit in die illa: Exibunt aquæ vivæ de Jerusalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare novissimum: in æstate & in hieme erunt.

9. Et

CAPUT XIV.

℣. 1. *Ecce, venient dies Domini.* Verisimile videtur, Prophetam de excidio Jerosolymæ sub Tito vaticinari. Postquam de morte Christi locutus est, de Judæorum perditione loquitur, & aperius explicat, quod cap. 11. dixerat: *Aperi Libane portas tuas. Et dividentur spolia tua in medio tui.* Hostes securi non in agro, sed in medio urbis vastatæ spolia divident.

℣. 2. *Et congregabo omnes gentes.* Exercitum Romanorum e variis nationibus coactum. *Non auferetur ex urbe.* Quia peribit in urbe pars dimidia aut circiter civitatis.

℣. 3. *Et egredietur Dominus & præliabitur contra illas gentes.* Quæ expugnarunt Jerosolymam; pugnavit Christus, ut Evangelio eas subjiceret. *Sicut præliatus est.* Cum Ægyptios demersit in mare rubrum, sic idololatriam penitus evertet.

℣. 4. *Et stabunt pedes ejus - super montem olivarum.* Cum Dominus egreditur & stat super montem olivarum, tum relinquit Jerusalem, & transit ad vicinas nationes, quas Judæi oderant. Mons olivarum Ecclesiam gentium significat; atque in Prophetis nihil est usitatius, quam figuratæ illæ locutiones, montis, vineæ, &c. Ecclesia gentium dicitur mons olivarum ad Orientem Jerosolymæ positus, cui sol justitiæ oritur, quique profert uberrimos gratiæ & virtutum fructus. Unde & Christus Joan. 8. & Lucæ 24. Jerosolymæ interdiu manebat, noctu transibat in montem olivarum. *Et scindetur.* Facta voragine versus Orientem & Occidentem, ut in hac voragine mons alter rursus fiat, cujus pars ad Septemtrionem, altera ad Austrum vergat: adeo, ut mons in quatuor partes dividatur in modum crucis, vel una sit vorago, cujus dimidiæ partes loco suo motæ convertantur una ad Austrum, altera ad Aquilonem. Quo quidem significatur, non omnes, qui credent, salvos fore. Cum autem mons olivarum figurate sit accipiendus, frustra quæritur, quando mons ille scissus est: solet enim Scriptura per terræ motus, & rerum natura sua immobilium concussionem, magnarum rerum mutationes designare, ut Psal. 17. *Commota est, & contremuit terra*

℣. 5. *Et fugietis ad vallem montium eorum.* Ex Hebr. & 70. legitur *Montium meorum.* Cum scindetur mons olivarum, cum Evangelium in toto orbe recipietur, vos Judæi in vestra incredulitate permanentes, & illo fragore territi fugietis in vallem, quæ inter montem Sion & templum est interjecta, mansuri in umbra & ritibus veteris testamenti, non ad idolorum cultum revertentes. *Quoniam conjungetur vallis.* Quoniam vorago illa montis oliveti, quæ maxima futura est, usque ad montem templi perveniet. Quo latius Evangelii lux se diffundet, hoc pertinacius Judæi resistent. *In diebus Oziæ regis Juda.* Josephus Lib. 9. cap. 11. tum dimidium montis oliveti ad Occidentem vergentis transisse ad montem Orientalem scribit: fuga illa Judæorum figura fuit hujus fugæ, quæ a Propheta describitur. *Et veniet.* Hæc in extremo judicio, ut in Epistola Judæ scriptum est. Vos fugietis ad vallem, & sub umbra legis vos tutos fore putabitis: sed veniet Christus ad judicandum, tumque cognoscetis quam a vero aberraveritis.

℣. 6. *In die illa: Non erit lux, sed frigus & gelu.* Quæ obstabunt, quo minus fugiatis.

℣. 7. *Et erit dies una, quæ nota est Domino.* Huic uni nota est. *Non dies, neque nox.* Est quædam velut correctio; neque dies proprie, neque nox dici potest: nam judicium fiet brevissimo temporis spatio. *Erit lux.* In fine hujus diei erit lux Sanctis indeficiens, nox reprobis.

℣. 8. *Et erit in die illa.* Non in die judicii, sed refertur ad id, quod dixit antea: *Et stabunt pedes ejus in die illa. Exibunt aquæ vivæ.* Ex eo fonte manantes, de quo cap. superiori: *In die illa erit fons patens domui David.* Salutaris doctrina Evangelii. Jerusalem vocatur Ecclesia, ex Hier. Nam in hoc capite Jerusalem nusquam pro urbe, sed pro Ecclesia accipitur. *Medium earum ad mare Orientale.* Per totum orbem terrarum hæ spargentur aquæ. *In æstate, & in hieme erunt.* Nullo tempore deficient.

9. Et erit Dominus Rex ſuper omnem terram: in die illa erit Dominus unus, & erit nomen ejus unum.

10. Et revertetur omnis terra usque ad deſertum, de colle Remmon ad Auſtrum Jeruſalem: & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo a porta Benjamin usque ad locum portæ prioris, & usque ad portam angulorum: & a turre Hananeel usque ad torcularia regis.

11. Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: ſed ſedebit Jeruſalem ſecura.

III. 12. Et hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnaverunt adverſus Jeruſalem: Tabeſcet caro uniuscujusque ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi ejus contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo.

13. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi ſui, & conferetur manus ejus ſuper manum proximi ſui.

14. Sed & Judas pugnabit adverſus Jeruſalem: & congregabuntur divitiæ omnium gentium in circuitu, aurum & argentum, & veſtes multæ ſatis.

15. Et ſic erit ruina equi & muli, & cameli, & aſini, & omnium jumentorum, quæ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc.

16. Et omnes, qui reliqui fuerint de univerſis gentibus, quæ venerunt contra Jeruſalem, aſcendent ab anno in annum, ut adorent Regem, Dominum exercituum, & celebrent feſtivitatem tabernaculorum.

17. Et erit: Qui non aſcenderit de familiis terræ ad Jeruſalem, ut adoret Regem, Dominum exercituum, non erit ſuper eos imber.

18. Quod & ſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit: nec ſuper eos erit, ſed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtivitatem tabernaculorum.

19. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtivitatem tabernaculorum.

20. In die illa erit, quod ſuper frænum equi eſt, ſanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quaſi phialæ coram altari.

21. Et erit omnis lebes in Jeruſalem, & in Juda ſanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, &

9. Und der HErr wird König ſeyn über dem ganzen Erdboden: an dem Tage wird der HErr einer ſeyn, und ſein Name wird einer ſeyn.

10. Und das ganze Land wird wieder umkehren bis zur Wüſte, vom Bühel Remmon an, bis gegen Mittag Jeruſalem zu: und ſie wird erhöhet werden, und an ihrem Orte wohnen, vom Thore Benjamin an bis zu dem Orte des erſten Thores, und bis zu dem Eckthore: und von dem Thurne Hananeel, bis an die Kälter des Königs.

11. Und ſie werden darinn wohnen, und es wird kein Fluch mehr ſeyn: ſondern Jeruſalem wird ſicher ſitzen.

III. 12. Und dieß wird die Plage ſeyn, damit der HErr alle Heyden ſchlagen wird, die wider Jeruſalem geſtritten haben: Einem jeglichen wird das Fleiſch verſchwinden, indem er noch auf ſeinen Füßen ſtehet, und ſeine Augen werden in ihren Löchern verwelken, und ihre Zunge wird in ihrem Munde verſchmachten.

13. An demſelbigen Tage wird ein groß Getümmel unter ihnen ſeyn vom HErrn: und ein jeglicher wird ſeines Nächſten Hand ergreifen, und wird ſeine Hand in ſeines Nächſten Hand legen.

14. So wird Juda auch wider Jeruſalem ſtreiten: und die Reichthümer aller Heyden ringsherum, Gold und Silber, und viele Kleider werden zuſammengebracht werden.

15. Alſo wird über die Pferde, und Maulthiere, und Cameele, und Eſel, und über alle Thiere, welche in demſelbigen Lager ſeyn werden, eine Plage kommen, wie dieſe Plage iſt.

16. Und alle, die übrig bleiben werden aus allen Heyden, ſo wider Jeruſalem ausgezogen ſind, die werden aus einem Jahre in das andere heraufkommen, den König, den HErrn der Heerſchaaren, anzubethen, und das Lauberhüttenfeſt zu halten.

17. Und es wird geſchehen: Wer von den Geſchlechten auf Erden gen Jeruſalem nicht heraufkommen wird, den König, den HErrn der Heerſchaaren, anzubethen, über ſolche wird kein Regen fallen.

18. Wenn dann auch das Geſchlecht der Aegyptier nicht heraufziehen, und nicht kommen wird: ſo ſoll auch über ſie kein Regen fallen, ſondern es ſoll eine Plage kommen, damit der HErr ſchlagen wird alle Heyden, die nicht werden heraufziehen, das Lauberhüttenfeſt zu halten.

19. Dieß wird die Sünde Aegypti ſeyn, und die Sünde aller Heyden, welche nicht werden heraufziehen, das Lauberhüttenfeſt zu halten.

20. Am ſelbigen Tage wird auch dasjenige, was an dem Zaume der Roſſe iſt, dem HErrn heilig ſeyn: und die Häfen im Hauſe des HErrn werden ſeyn, gleichwie die Schalen vor dem Altare.

21. Ja, alle Häfen zu Jeruſalem und in Juda, ſollen dem HErrn der Heerſchaaren geheiliget ſeyn: und alle, die ihr Opfer thun, werden kommen, und von denſelbigen

---

℣. 9. *Et erit Dominus Rex ſuper omnem terram.* Chriſtus ubique regnabit, non audientur idolorum nomina.

℣. 10. *Et revertetur omnis terra usque ad deſertum.* Omnis illa terra deſolabitur, ut poſſit Jeruſalem dilatari. Collis Remmon erat locus munitiſſimus in tribu Benjamin, major ſolito futurus eſt: cum autem id factum numquam fuerit, palam eſt de Eccleſia, non de urbe hæc intelligi oportere.

℣. 11. *Et anathema non erit amplius.* Non erit occiſio, quantumvis concutiatur Eccleſia, non diſſipabitur.

℣. 13. *Erit tumultus Domini.* Stupor a Deo immiſſus. *Et apprehendet.* Quisque a proximo ſuo auxilium petet.

℣. 14. *Sed & Judas pugnabit adverſus Jeruſalem.* Aut Judæi, aut Apoſtatæ & Hæretici eo nomine deſignantur. *Et congregabuntur.* Potentes & divites pugnabunt contra Eccleſiam: ſed Deo pugnante vincentur, & eorum ſpoliis ditabitur Eccleſia; horum eruditione, eloquentia, & nobilitate locupletabitur.

℣. 16. *Et omnes, qui reliqui fuerint.* Qui ſervati fuerint cæteris pereuntibus, ad feſtos dies celebrandos accurrent. Figuræ nomen pro re figurata ponitur; & perfectio Chriſtianorum recens ad fidem converſorum, quique per deſertum hujus vitæ ad veram promiſſionis terram contendunt, inſinuatur.

℣. 17. *Qui non aſcenderit - ad Jeruſalem, ut adoret Regem, Dominum exercituum.* Quæ non venerint ad Eccleſiam familiæ quantumvis nobiles & potentes, areſcent, & peribunt, ut ſata, quæ imbrem e cœlo non accipiunt.

℣. 18. *Quod & ſi familia Ægypti non aſcenderit.* Seu Ægypti nomine Eccleſiæ perſecutores, ſeu Judæos ipſos deſignet, ut Apoc. 11. innuitur, ipſa quoque peribit, nec erit ſuper eam imber divinæ gratiæ.

℣. 20. *In die illa erit, quod ſuper frænum equi eſt, ſanctum Domino.* Hebræi, ubi habemus *frænum*, phaleras, ſeu ornatum equorum legunt. *Quaſi phialæ coram altari.* Maximus erit numerus ſe ſuaque offerentium Deo.

℣. 21. *Et erit omnis lebes in Jeruſalem - ſanctificatus Domino.* Omnes deferent lebetes ſuos in templum, & conſecrabunt eos Domino, ut ſacrificiis ſerviant. Multitudo offerentium in nova lege, & innumerabilis multitudo martyrum, & religioſorum greges, qui ſe Chriſto devovent, inſinuantur. Loquitur itaque Propheta, ait Cyrillus, tamquam de ſacrificiis ſecundum legem; nos autem intelligimus convenienter temporibus Chriſti & noſtro cultui; œconomice autem dicimus factum eſſe ſermonem obſcure, non omnibus expoſitum, ne projiciatur canibus, quod ſolis Sanctis revelat Verbum. *Mercator.* Hebr. Chananæus, *in domo Domini.* Erant, qui lebetes venderent, & oves, & columbas, & alia, quæ ſacrificiis erant neceſſaria: ſed non erunt ejusmodi mercatores in templo: nam adorabitur Dominus in ſpiritu & veritate, & offeretur corpus & ſanguis Domini; nemo præ inopia offerre victimas deſinet.

gen nehmen, und darinn kochen, und an demselbigen Tage wird hinfüro im Hause des HErrn der Heerschaaren kein Kaufmann mehr seyn.

sument ex eis, & coquent in eis, & non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo.

Der Prophet Malachias.

Das erste Capitel.

I. GOtt beklaget sich über die Juden, daß sie ihn nicht inbrünstig lieben, da er sie in Wahrheit liebe: 1. II. Ueber die Priester, daß sie befleckte und mangelhafte Opfer thun, so er verwerfe: 6. III. Darum werde er ein unbefleckt, und allgemeines Opfer haben und ansetzen. 11.

Die Last des Wortes des HErrn zu Israel, durch die Hand Malachiä.

2. Ich habe euch lieb gehabt, spricht der HErr, und ihr saget: Womit hast du uns lieb gehabt? War Esau nicht Jacobs Bruder, spricht der HErr, und ich habe Jacob lieb gehabt,

3. Aber Esau hab ich gehasset? und sein Gebirge zur Einöde gemacht, und sein Erbtheil den Drachen übergeben in der Wüste.

4. Und wenn Edom sagen würde: Wir sind zerstöret, aber wir wollen uns wenden, und wieder aufbauen, was zerstöret ist: so saget dieß der HErr der Heerschaaren: Diese werden bauen, und ich will abbrechen: man wird sie nennen die gottlose Gränze, und das Volk, darüber der HErr ewiglich zürnet.

5. Und eure Augen werden es sehen: und ihr werdet sagen: Der HErr soll herrlich gepriesen werden in den Gränzen Israel.

II. 6. Ein Sohn ehret seinen Vater, und ein Knecht seinen Herrn: bin ich nun der Vater, wo ist dann meine Ehre? und bin ich der HErr, wo ist dann meine Furcht? spricht der HErr der Heerschaaren. Ich komme an euch, o ihr Priester, die ihr meinen Namen verachtet, und sprechet: Womit haben wir deinen Namen verachtet?

7. Ihr opfert unreines Brod auf meinem Altare, und saget: Womit haben wir dich verunreiniget? Eben damit, daß ihr saget: Der Tisch des HErrn ist verachtet.

8. Wenn ihr ein blindes Thier opfert zu schlachten, ist das nicht übel gethan? und wenn ihr ein lahmes und schwaches opfert, ist das nicht übel gethan? bringe es deinem Fürsten, und siehe, ob es ihm gefällig seyn wird, oder

PROPHETIA MALACHIÆ.

CAPUT I.

I. Dominus per Malachiam arguit Israel ingratitudinis, quod non agnosceret se in Jacob dilectum: 1. II. Conqueritur, se ab Israel non honorari, & a sacerdotibus despici, quorum rejicit sacrificia: 6. III. Gratam habet oblationem mundam, quæ in omni loco ei offertur. 11.

Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ.

2. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau jacob, dicit Dominus, & *a* dilexi Jacob, *a Rom. 9. 13.*

3. Esau autem odio habui? & posui montes ejus in solitudinem, & hæreditatem ejus in dracones deserti.

4. Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus, sed revertentes ædificabimus, quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus usque in æternum.

5. Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israel.

II. 6. Filius honorat patrem, & servus dominum suum: si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum. Ad vos, o sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum?

7. Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis: Mensa Domini despecta est.

8. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit

CAPUT I.

¥. 1. *Onus verbi Domini.* Prophetante Malachia. *Onus verbi.* Prophetia onerosa, dura verba. *Ad Israel.* Ad eos, qui e captivitate redierant. Eundem esse Malachiam & Esdram, non Judæi modo, sed etiam Hieronymus & alii opinantur. c. 2. invehitur acriter in Sacerdotes, qui uxores alienigenas duxerant, uti Esdras, cap. 9. Zachariæ & Aggæi fit mentio, Esdræ, c. 5. & 6. non item Malachiæ, quem forte non omisisset, si alius esset ab ipso Esdra. Ecclesiasticus viros illustres laudat, Esdræ nullam facit mentionem, quod forsitan cum aliis prophetis eum laudaverit; Nehemiæ meminit. Esdras quidem ut Sacerdos & Scriba, non ut Propheta laudatur in Scripturis: sed illud verisimile putant, *Malachiam* dictum, seu *Angelum* aut nuntium Dei, postquam prophetare cœpit. Illud etiam frequens est in Scripturis, ut habenti duo nomina usitatius illi tribuatur: adeo, ut sæpe nomen alterum ignoraretur, nisi ex occasione aliqua in alio Scripturæ loco fuisset indicatum. Multa in hanc rem profert exempla P. Ribera. Azariam nesciremus dictum fuisse Oziam, nisi ex cap. 25. Lib. 2. Paral. illud accepissemus.

¥. 2. *Nonne frater erat Esau Jacob?* Quod eos dilexerit Deus, demonstrat ex ipsa gentis origine: antequam nasceretur Jacob, eum dilexi, Esau odio habui saltem in ejus posteris, vel ut aliis placet, minus dilexi.

¥. 3. *Et posui montes ejus in solitudinem.* Urbes ejus in montibus positas & munitas Chaldæi vastaverunt, nec redierunt e captivitate sua, uti vos nunc reversi patriam vestram tranquille incolitis.

¥. 4. *Et vocabuntur termini impietatis &c.* Idumæi quidam e captivitate redierunt; sed postea a Judæis Machabæorum temporibus subacti sunt, a Juda Machabæo & a Joanne Hircano filio Simonis fratris Judæ domiti sunt & circumcisi.

¥. 5. *Dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israel.* Machabæorum temporibus Judæi multum dilatarunt suos; verum id altiori sensu de Ecclesiæ dilatatione intelligitur.

¥. 6. *Si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus?* Ad peccata Sacerdotum convertit sermonem.

¥. 7. *Offertis super altare.* Super mensam. panes propositionum, vel panes sacrificiorum, qui offerebantur super altare, Levit. 1. 6. & 7. Panis pollutus ille est, qui secundum legis præscriptum non præparatur; & sic polluitis me, & contemnitis. *Despecta est.* Contemptibilis est, & contaminata, ac priorem amisit splendorem. Nempe hinc Sacerdotes excusatos se putabant, quod populus minus esset liberalis, & in delectu oblationum minus esset attentus, adeo, ut id omne, quod offerebat, recipere cogerentur. Unde avaritiæ suæ quamdam excusationis speciem obtendebant, quamvis ex templi reditibus hostias puras Deo offerre potuissent: hinc Propheta eos avaritiæ crimine condemnat.

¥. 8. *Si offeratis cæcum ad immolandum.* Si vilissima quæque ex animalibus offertis. *Nonne malum est?* Et tamen id facitis ô Sacerdotes, seu victimas pro vobis ipsis offeratis, seu a populo viliores accipiatis in holocaustum; eas vero, quarum pars in vestrum usum cedit, ut meliores sint, cavetis. *Offer illud duci tuo.* Zorobabeli, qui dux erat, non rex. *Si placuerit ei.* Numquid placebit ei? *Aut si susceperit faciem tuam.* An benigne illud excipiet? Mystice: *Offertur victima cæca*, ait S. Hieron. *dum bonum opus non recta intentione fit. Claudi: dum duplici corde Deum oramus. Languida: dum opus Dei negligenter facimus, vel sine charitate, quæ omni bono operi virtutem tribuit.*

sceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.

9. Et nunc deprecamini vultum Dei, ut misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quomodo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum.

10. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra.

b Ps. 112. 3. 11. Ab *b* ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.

12. Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis: Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne, qui illud devorat.

13. Et dixistis: Ecce, de labore, & exuflastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus: numquid suscipiam illud de manu vestra? dicit Dominus.

14. Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

CAPUT II.

I. Comminatur Dominus se maledicturum benedictionibus sacerdotum, nisi respiscant: 1. II. Eosdem cum populo arguit, quod duxerint alienigenas; monet uxorem diligi, & non dimitti debere. 10.

1. Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes.

a Lev. 26. 14. *Deut.* 28. 15. 2. Si *a* nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis: quoniam non posuistis super cor.

3. Ecce, ego projiciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum, & assumet vos secum.

4. Et scietis, quia misi ad vos mandatum

ob er dein Angesicht wird aufnehmen, spricht der HErr der Heerschaaren.

9. So flehet nun vor dem Angesichte GOttes, damit er euch gnädig sey: (denn dieß ist von euren Händen geschehen) ob er einiger maßen euer Angesicht aufnehmen möchte, spricht der HErr der Heerschaaren.

10. Wer ist unter euch, der umsonst die Thüren zuschließe, und das Feuer auf meinem Altare anzünde? ich habe an euch kein Gefallen, spricht der HErr der Heerschaaren: und will keine Gabe von eurer Hand annehmen.

III. 11. Denn von Aufgang der Sonne, bis zum Niedergange ist mein Name groß unter den Heyden, und an allen Orten wird meinem Namen Opfer gethan, und ein reines Opfer geopfert: denn mein Name ist groß unter den Heyden, spricht der HErr der Heerschaaren.

12. Ihr aber habt ihn damit entheiliget, daß ihr saget: Der Tisch des HErrn ist verunreiniget: und was darauf gelegt wird, das ist verächtlich, sammt dem Feuer, das es verzehret.

13. Und ihr habt gesagt: Siehe, es ist von unserer Arbeit, und habt es in den Wind geschlagen, spricht der HErr der Heerschaaren, und habt vom Geraubten zum Opfer hereingebracht, was lahm und schwach war, habt ihr hereingebracht: sollte ich das von eurer Hand aufnehmen? spricht der HErr.

14 Verflucht sey, der mit Betrug umgehet, der in seiner Heerde ein Männlein hat, und gleichwohl, wann er ein Gelübde thut, etwas mangelhaftiges dem HErrn opfert: denn ich bin ein großer König, spricht der HErr der Heerschaaren, und mein Name ist schrecklich unter den Heyden.

Das zweyte Capitel.

I. Weil die Priester im Dienste GOttes hinläßig sind, wird ihnen mit Armuth und Verachtung gedrohet: 1. II. Eben denselben sammt dem Volke, wird hart verwiesen, daß sie ihre eigene Weiber verlassen, und andere heydnische genommen haben. 10.

1. Und nun ihr Priester, dieß Geboth gehet euch an.

2. Wenn ihr nicht hören wollt, und zu Herzen fassen, daß ihr meinem Namen die Ehre gebet, spricht der HErr der Heerschaaren: so will ich Armuth unter euch schicken, und will euren Segen verfluchen, ja verfluchen will ich ihn: dieweil ihr es nicht habt zu Herzen genommen.

3. Siehe, ich will euch euren Arm verwerfen, und den Koth eurer Fevertage auf euer Angesicht streuen, und es wird euch mit sich nehmen.

4. Und ihr sollet wissen, daß ich dieß Geboth zu euch gesandt

---

℣. 9. *De manu enim vestra factum est hoc.* Vos, quæ dixi, fecistis universa.

℣. 10. *Gratuito.* Et tamen tam negligenter munus vestrum obire non pudet. *Non est mihi voluntas.* Dominus declarat per Prophetam hæc sacrificia sibi odio esse & fastidio ac longe excellentius aliud pollicetur; simul populum cum suo sacerdotio rejiciendum prædicit.

℣. 11. *Magnum est nomen meum in gentibus.* Præsenti tempore utitur pro futuro. *Oblatio munda.* Hoc est, corpus & sanguis Filii mei, ut SS. PP. & veteres pene omnes exponunt. Chrysost. in Psal. 95. postquam hæc verba protulit: *Vide*, inquit, *quam lucidenter, quamque dilucide mysticam interpretatus est mensam, quæ est incruenta hostia.* Et in Orat. 2. contra Judæos, probat hanc Prophetiam numquam impletam esse, nisi in nostro sacrificio: nam sacrificium Judæorum neque in toto orbe oblatum fuisse Deo, neque offerri potuisse extra Jerusalem, ex Deuter. cap. 16. ostendit. Irenæus l. 4. c. 32 Manifestissime significat per hæc, quia prior populus cessab t offerre Deo: omni autem loco sacrificium offertur ei altaris, & hoc purum, ex quo nomen ejus glorificatur in gentibus. Cyprian. Epist. l. 2. epist. 3. Si Jesus Christus Dominus & Deus noster ipse est Sacerdos Dei Patris & Sacrificium Deo Patri primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit, utique ille Sacerdos vice Christi vere fungitur, qui id, quod Christus fecit, imitatur. Et sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclesia Deo Patri, si sic incipiat offerre, secundum quod ipsum Christum videat obtulisse.

℣. 12. *Et vos polluistis illud.* Cum viderent altare non ita ornatum, ut antea, vel certe, ut Cyrillus exponit, si minus verbis, saltem factis id dicebant, cum debitum honorem sancto altari non adhiberent. *Contemptibile.* Quia e cœlo non datus est, ut prior, sed ex aqua crassia accensus, 2. Mach. 1.

℣. 13. *Et dixistis: Ecce, de labore.* Sacerdotes & Laici paupertatem suam obtendebant. *Et exsufflastis illud.* Exsufflatione mea dignum fecistis. *Et intulistis de rapinis.* Quod pejus erat, victimas obtulistis e rapinis vestris.

℣. 14. *Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum.* Paupertatem prætexitis, cum pinguia sint vobis animalia, & deterrima offeratis in votum; & tamen in victimis ex voto oblatis vitia tolerari non possunt; dolose mecum agitis. Mystice: *Masculum habuit, qui ingenium aptum sacris disciplinis a Deo accepit: sed quia illud tradit luxuriæ & inertiæ, debile offert postea, cum opus Dei pigre aggreditur, vel orationem facit animi perturbatione corruptam.* Hieron. *Horribile in gentibus.* Hebr. Omni reverentia & timore dignum.

CAPUT II.

℣. 2. *Et maledicam benedictionibus vestris.* Auferam vobis, quæ ex benignitate mea possidetis, vel quibus benedixeritis, ut agris & pecoribus, ut fœcunda sint, ego sterilia efficiam.

℣. 3. *Ecce, ego projiciam vobis brachium.* Armum animalis dexterum, qui reservabatur sacerdotibus, ut pectusculum, Levit. 7. & 10. *Et dispergam.* Sept. vertunt ventriculum, qui reservabatur sacerdotibus. Projiciam, i. e. projici faciam in faciem vestram ventriculum, & ejus stercore facies vestras deturpabo. *Et assumet vos secum.* Semper eritis contemptibiles.

℣. 4. *Et scietis.* Sic deturpati scietis, me ad vos Prophetam misisse isto mandato, ut pactum meum cum Levi initum, cum sacerdotali & Levitico genere sancitum, firmum esset: his promisi pacem, & vitam corporis & animi.

gesandt habe, auf daß mein Bund mit Levi sey, spricht der HErr der Heerschaaren.

5. Ich habe meinen Bund des Lebens, und des Friedens mit ihm gehabt: und habe ihm Furcht gegeben, und er hat mich gefürchtet, und hat sich vor meinem Namen entsetzt.

6. Das Gesetz der Wahrheit war in seinem Munde, und es ist keine Ungerechtigkeit in seinen Lippen gefunden worden: er wandelte mit mir im Frieden, und in Gerechtigkeit, und wendete viele Leute ab von den Sünden.

7. Denn die Lippen * des Priesters werden die Erkenntniß bewahren, und das Gesetz aus seinem Munde suchen: denn er ist ein Engel des HErrn der Heerschaaren. * Lefzen

8. Ihr aber seyd aus der Bahn gewichen, und habt viele Leute im Gesetze geärgert: ihr habt den Bund Levi vernichtiget, spricht der HErr der Heerschaaren.

9. Darum habe ich euch auch verächtlich und niedrig gemacht für allen Völkern, gleichwie ihr meine Wege nicht bewahret habt, sondern im Gesetze die Personen angesehen.

11. 10. Haben wir dann nicht alle einen Vater? hat uns auch nicht ein GOtt erschaffen? warum verachten wir dann ein jeglicher seinen Bruder, und entheiligen den Bund unserer Väter?

11. Juda hat übertretten, es ist ein Greuel in Israel und zu Jerusalem begangen worden: denn Judas hat das Heiligthum des HErrn entheiliget, das ihm lieb war, und hat eines fremden Gottes Tochter genommen.

12. Aber der HErr wird den Mann, der solches thut, aus den Hütten Jacob vertilgen, den Meister sowohl, als den Lehrjungen, auch den, der dem HErrn der Heerschaaren Gaben opfert.

13. Ferner habt ihr auch dieß gethan, ihr habt den Altar des HErrn mit Thränen, Weinen, und mit Heulen * bedeckt, also, daß ich hinfüro euer Opfer nicht ansehen, noch etwas versöhnliches aus eurer Hand annehmen will. * der verstoßenen Weiber

14. Und ihr sprechet: Aus was Ursache? darum, daß der HErr sich bezeuget hat zwischen dir, und zwischen dem Weibe deiner Jugend, das du verachtet hast: da sie doch deine Gesellinn, und ein Weib deines Bundes war.

15. Hat nicht der Einige sie auch gemacht, und ist nicht sein das übrige von ihrem Geiste? und was sucht der Einige, als den Saamen GOttes? derowegen habt euren Geist in guter Hut, und verachte nicht das Weib deiner Jugend.

16. Wann du sie aber hassest, so laß sie von dir, spricht

istud, ut esset pactum meum cum Levi, dicit Dominus exercituum.

5. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & a facie nominis mei pavebat.

6. Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non est inventa in labiis ejus: in pace, & in æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate.

7. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia Angelus Domini exercituum est.

8. Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum.

9. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non servastis vias meas, & accepistis faciem in lege.

11. 10. Numquid *a* non pater unus omnium nostrum? numquid non Deus unus creavit nos? quare ergo despicit unusquisque nostrum fratrem suum, violans pactum patrum nostrorum? *a Matth. 23. 9. Ephes. 4. 6.*

11. Transgressus est Juda, & abominatio facta est in Israel, & in Jerusalem: quia contaminavit Judas sanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam dei alieni.

12. Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum, & discipulum de tabernaculis Jacob, & offerentem munus Domino exercituum.

13. Et hoc rursum fecistis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita, ut non respiciam ultra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.

14. Et dixistis: Quam ob causam? quia Dominus testificatus est inter te, & uxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & uxor fœderis tui.

15. Nonne unus fecit, & residuum spiritus ejus est? Et quid unus quærit, nisi semen Dei? custodite ergo spiritum vestrum, & uxorem adolescentiæ tuæ noli despicere.

16. Cum odio habueris, dimitte, dicit

¥. 5. *Et timuit me.* Hieron. describit, qualis debeat esse sacerdos, & quale officium habere debeat. Debet habere vitam gratiæ in se, pacem facere inter alios.

¥. 6. *Multos avertit ab iniquitate. Si sacerdos delinquentes non corripit, sacerdotis officium præterit.* Hieron.

¥. 7. *Labia enim Sacerdotis custodient scientiam.* Custodire debent. *Et legem requirent ex ore ejus.* Bernard. Lib. 2. de Consider. cap. 13. *Legem requirent, non nugas profecto, non fabulas.* Hæc præmiserat: *Consecrasti os tuum Evangelio, talibus jam aperire illicitum, assuescere sacrilegium est.* Tum hæc Prophetæ verba subjicit: *Quia Angelus Domini exercituum est.* Angeli non referunt hominibus, nisi quæ a Deo acceperunt. Sacerdos Dei & hominum sequester, Dei ad populum voluntatem denuntiat.

¥. 8. *Irritum fecistis pactum Levi.* Effecistis, ut non redderem vobis, quæ promiseram Levi.

¥. 9. *Et accepistis faciem.* Non legibus, aut justitia causas ipsas expenditis; sed personarum tantummodo habetis rationem.

¥. 11. *Contaminavit Judas sanctificationem Domini.* Miscendo se cum alienigenis uxoribus. *Et habuit filiam dei alieni.* Habuit pro uxore mulierem colentem idola.

¥. 12. *Disperdet Dominus -- magistrum & discipulum de tabernaculis Jacob.* Sive sit sacerdos, sive laicus. Tabernacula Jacob urbes vocat & oppida. Psal. 86. *Diligit Dominus portas Sion super tabernacula Jacob.* Vexilla tabernaculi transiit ad domos & urbes. *Et offerentem munus.* Quisquis sit ille, etiamsi primaria offerat Deo munera, sacerdotes imprimis, qui in eadem culpa fuerunt.

¥. 13. *Operiebatis lacrymis altare Domini.* Uxores Israeliticæ flebant die ac nocte ante altare Domini videntes se relictas.

¥. 14. *Quia Dominus testificatus est.* Deus testatum reliquit, quid vellet, præcepit, quomodo gerere te debeas erga uxorem, quam juvenis duxisti, idque præcepit Gen. 2. *Propter hoc relinquet homo*, &c. *Et hæc particeps tua.* Socia & uxor, cum qua fœdus matrimonii iniisti.

¥. 15. *Nonne unus fecit.* Unus Deus fecit marem & fœminam, ut ex iis perpetuo conjugii vinculo genus humanum propagaretur, Matth. 19. *Et residuum spiritus ejus est.* Dei scilicet, qui cum inspiraret in faciem Adami spiraculum vitæ, de costa Adami formavit Evam, & illi dedit residuum spiritus sui, flatus sui, similem animam ad imaginem Dei factam. *Et quid unus quærit, nisi semen Dei?* Quid aliud vult Deus, nisi ut semen tuum sit sanctum, ut semen populi Dei non adulteretur per matres alienigenas? Hæc bene intelliguntur ex cap. 9. Esdræ. *Custodite ergo spiritum vestrum.* Ab omni legis prævaricatione, & ab omni libidine. 70. *Custodite in spiritu vestro* Ne deseratis uxores vestras, & diligite eas ut consortes, & partes vestri.

¥. 16. *Cum odio habueris, dimitte.* Hæc a sacerdotibus & Levitis dici putat Hieronymus; alii a Deo ipso per ironiam dicta volunt: ironiam detegit mox sequens comminatio. *Vestimentum ejus.* Non mulieris dimissæ, sed viri dimittentis: nam pronomen, *ejus*, in Hebræo est masculini generis. Iniquitas accipitur pro pœna, quam meretur iniquitas.

Dominus Deus Israel: operiet autem iniquitas vestimentum ejus, dicit Dominus exercituum: custodite spiritum vestrum, & nolite despicere.

17. Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis: In quo eum fecimus laborare? in eo, quod dicitis: Omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent; aut certe, ubi est Deus judicii?

CAPUT III.

I. De præcursore Christi & ejus adventu: 1. II. De ejusdem judicio; de purgandis filiis Levi & sceleratorum gravi ultione: 5. III. De ingratitudine filiorum Israel, quod ipsum in decimis suis configant, & dicant Deo non esse curæ suos cultores. 10.

IN PURIFICATIONE B. VIRGINIS.

1. † Ecce, ego mitto angelum *a* meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce, venit, dicit Dominus exercituum.

a Matth. 11. 10. *Marc.* 1. 2. *Luc.* 1. 17. & 7. 27.

2. Et quis poterit cogitare diem adventus ejus, & quis stabit ad videndum eum? ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum:

3. Et sedebit conflans, & emundans argentum; & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in justitia.

4. Et placebit Domino sacrificium Juda, & Jerusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui *.

II. 5. Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

6. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filii Jacob non estis consumpti.

7. A diebus enim patrum vestrorum recessistis a legitimis meis, & non custodistis. *b* Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo revertemur?

b Zach. 1. 3.

8. Si affiget homo Deum, quia vos configi-

der HErr, der GOtt Israel: aber die Bosheit wird sein Kleid bedecken, spricht der HErr der Heerschaaren: habt euren Geist in guter Hut, und verachtet die Weiber nicht.

17. Ihr habt dem HErrn zu thun gemacht mit euren Reden, und sprechet: Womit haben wir ihm zu thun gemacht? eben damit, daß ihr saget: Wer Böses thut, der ist gut vor dem Angesichte des HErrn, und solche Leute gefallen ihm wohl: oder wahrlich, wo ist der GOtt, der Gericht hält?

Das dritte Capitel.

I. Von der gnadenreichen Ankunft Messiä, und dessen Vorläufer Johanne dem Täufer: 1. II. Von Christi erschrecklicher Ankunft zum Gerichte, und Strafe der Bösen: 5. III. Von Gerechtigkeit und endlicher Belohnung der Gerechten, darum soll man sich durch wahre Buße zur Ankunft Christi bereiten. 10.

1. Siehe, ich sende meinen Engel, und er wird den Weg vor meinem Angesichte bereiten. Und alsbald wird der HErr zu seinem Tempel kommen, den ihr suchet, und der Engel des Bundes, den ihr begehret. Siehe, er kömmt, spricht der HErr der Heerschaaren.

2. Wer wird aber den Tag seiner Zukunft mit Gedanken erreichen können, und wer wird stehen ihn anzuschauen? denn er wird seyn, wie ein Schmelzfeuer, und wie das Kraut der Walker:

3. Und er wird sitzen, und schmelzen, und das Silber reinigen; und er wird die Kinder Levi reinigen, und sie läutern, wie Gold und Silber: und sie werden dem HErrn Opfer thun in Gerechtigkeit.

4. Und das Opfer Juda und Jerusalem wird dem HErrn wohlgefallen, wie in den Tagen von Anfang, und wie in alten Jahren.

II. 5. Und ich will zu euch kommen, zum Gerichte, und will ein geschwinder Zeuge seyn wider die Zauberer, und Ehebrecher, und Meineydige, und die den Lohn des Taglöhners mit Gewalt hinterhalten, und die Wittwen und Waysen, und den Fremdling unterdrücken, und mich nicht fürchten, spricht der HErr der Heerschaaren.

6. Denn ich bin der HErr, und ändere mich nicht: darum seyd ihr Kinder Jacobs nicht verderbet worden.

7. Denn von den Tagen eurer Väter an, seyd ihr von meinen Satzungen abgewichen, und habt sie nicht gehalten. Bekehret euch wieder zu mir, so will ich mich zu euch kehren, spricht der HErr der Heerschaaren. Und ihr saget: Worinn sollen wir uns bekehren?

8. Soll der Mensch GOtt beleidigen, denn ihr beleidiget

℣. 17. *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris.* Humano more exprimit, quantum eorum sermones adversus Dei providentiam ei displicuerint; quod viderent Babylonios & alios idololatras abundare divitiis, se autem inopes, dicebant, malos Deo placere. *Et ubi est Deus judicii?* Ubi est Deus, qui juste judicare solet, Deus faciens judicium?

CAPUT III.

℣. 1. *Ecce, ego mitto Angelum meum.* Postquam sacerdotum mores & vitam reprehendit, Prophetiam de Christo ad fidelium consolationem subjicit, qui daturus est puros & integros sacerdotes, quorum sacrificio Deus placabitur. Angelus ille est Joannes Baptista, docente nos Christo Domino Matth. 11. & Lucæ cap. 7. Missio Joannis, quia communis erat tribus personis, a Propheta tribuitur Filio, ab Evangelistis Patri, ut ostendatur eadem utriusque natura & potestas, & operatio, & distinctio personarum: atque Evangelistæ observare non solent morose verba, sed sensum. *Dominator, quem vos quæritis.* Hebr. *Dominus.* Illum esse Messiam, Judæi & nostri consentiunt: solus vero Deus templum habet, ac proinde Messias est Deus. Tunc Christus dicitur venisse, cum docere incepit, & munus suum obire; tunc venit in Ecclesiam, cum se manifestavit. Cyprian. in Symbol. Apostol. Ex his, ait, non solum edocemur de adventu & judicio, sed & de potestate ejus & regno: quia potestas ejus æterna sit, & sine corruptionis fine sit regnum, ut in Evangelio dicitur: *Et regni ejus non erit finis. Et Angelus testamenti.* In fœdere promissus Deut. 18. & quia fœdus novum, seu legem novam Deum inter & homines fecit.

℣. 2. *Quis poterit cogitare diem adventus ejus?* Quis poterit cogitando consequi, quanta sit gloria diei ejus? alii vertunt: Quis poterit sustinere? *Et quis stabit ad videndum eum?* Quis poterit ferre tantam lucem, & majestatem? Quis hæc cogitans non deficiat præ admiratione? *Argentum.* Per Spiritum S. corda fidelium purificans, ut ignis metalla fundit. *Et quasi herba fullonum.* Qua lanam detergunt. Herba *Borith* Jerem. 2. quam 70. vertunt herbam lavantium: ubi Hieron. *Herba fullonum*, inquit, *juxta ritum provinciæ Palæstinæ in virentibus & humidis nascitur locis, & ad lavandas sordes eandem vim habet, quam & nitrum.* Alii natrum vocant, aut sodam.

℣. 3. *Et sedebit conflans*, i. purificans, *& emundans argentum.* Sicut argentum: nam Hebræi, ut sæpe diximus, notam similitudinis interdum non exprimunt. *Et purgabit filios Levi.* Novæ legis sacerdotes, quorum figura Levi fuerunt figura.

℣. 5. *Et accedam ad vos in judicio.* Redit ad reprehendendos sui sæculi mores. *Maleficis.* Ego ipse ero Judex, & testis criminum etiam magis occultorum. Maleficos vocat magicis artibus addictos, quales Jeremias cap. 27. in populo multos fuisse testatur. *Et qui calumniantur.* Qui humiliant viduas. Sept. Qui opprimunt per potentiam viduas.

℣. 6. *Ego enim Dominus, & non mutor.* Putatis me mutatum esse, ac malos mihi placere: non ita est, neque enim mutor, & mali semper mihi displicent. *Vos filii Jacob.* Magna erga vos usus sum misericordia, quos propter peccata potui extinguere: vel non consumemini; vel ex 70. nondum ad meliorem viam conversi estis.

℣. 7. *Revertimini ad me.* Per veram pœnitentiam. *Et revertar ad vos.* Per misericordiam. Hieron. *Magna clementia, eos, qui a se recesserant, ad reditum provocat, ut ipse quoque ad eos redeat.*

℣. 8. *Si affiget homo Deum.* Vox Hebræa, *Cabak*, קבע, juxta recentiores *rapere* significat, adeo, ut hic sit

diget mich? und ihr sprechet: Womit beleidigen wir dich? Mit den Zehenden, und mit den Erstlingen.

9. Darum seyd ihr in Armuth verflucht, und ihr beleidiget mich, ihr, das ganze Volk.

III. 10. Bringet aber den ganzen Zehenden in die Scheuren, damit Speise sey in meinem Hause, und versuchet mich damit, spricht der HErr: ob ich euch nicht die Fenster des Himmels aufthun werde, und den Segen zum Ueberflusse herausschütten.

11. Ich will auch für euch den Fresser schelten, daß er euch die Frucht in eurem Lande nicht verderben soll: es soll auch kein Weingarten auf dem Felde unfruchtbar seyn, spricht der HErr der Heerschaaren.

12. Und alle Heyden werden euch selig preisen: denn ihr werdet ein gewünschtes Land seyn, spricht der HErr der Heerschaaren.

13. Eure Worte wider mich sind sehr stark worden, spricht der HErr.

14. Und ihr sprechet: Was haben wir dann wider dich geredt? ihr habt gesagt: Wer GOtt dienet, der bemühet sich vergeblich: was für Nutzen haben wir davon, daß wir seine Gebothe gehalten haben, und traurig daher gegangen sind vor dem HErrn der Heerschaaren?

15. Derowegen sprechen wir jetzt die Uebermüthigen selig: dieweil sie aufgebauet werden, da sie doch ein gottloses Leben führen: sie versuchten GOtt, und sind gleichwol errettet worden.

16. Darauf haben geredt * die den HErrn fürchten, ein jeglicher mit seinem Nächsten: und der HErr gab acht darauf, und hörte es: und es ward ein Buch vor ihm geschrieben, zum Gedächtniß für diejenigen, die den HErrn fürchten, und an seinen Namen gedenken. * für den HErrn

17. Und sie werden mir zum Eigenthume seyn, an dem Tage, wann ich richten werde, spricht der HErr der Heerschaaren: und ich will ihrer verschonen, wie ein Mann seines Sohnes verschonet, der ihm dienet.

18. Und ihr werdet euch bekehren, und sehen, was zwischen dem Gerechten und Gottlosen für ein Unterschied sey, und zwischen dem, der GOtt dienet, und der ihm nicht dienet.

Das vierte Capitel.

I. Vom jüngsten Gerichte, und Belohnung der Guten, auch Strafe der Bösen, und von der Sonne der Gerechtigkeit: 1. II. Daß Elias zuvor zum Troste und Unterricht der Irrenden kommen werde. 5.

1. Denn siehe, der Tag wird kommen, der brennen wird, gleich einem Ofen: und alle Hoffärtigen, sammt allen, die ein gottlos Leben führen, werden seyn wie Stoppeln: und der Tag, wenn er heran kömmt, wird sie anzünden, spricht der HErr der Heerschaaren, und wird an ihnen weder Wurzel, noch Zweig übrig lassen.

2. Und es soll euch, die ihr meinen Namen fürchtet, die Sonne der Gerechtigkeit aufgehen, und das Heil wird in ihren Flügeln seyn: und ihr werdet herausgehen, und springen, wie die Kälber aus der Heerde.

tis me? & dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis.

9. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota.

III. 10. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli, & effundero vobis benedictionem usque ad abundantiam.

11. Et increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

12. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.

13. Invaluerunt *c* super me verba vestra, dicit Dominus. *c Joan. 12. 47. & 19. v. 15.*

14. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? dixistis: Vanus est, qui servit Deo: & quod emolumentum, quia custodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum?

15. Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem: & tentaverunt Deum, & salvi facti sunt.

16. Tunc locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo: & attendit Dominus, & audivit: & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus.

17. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua ego facio, in peculium: & parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi.

18. Et convertimini, & videbitis, quid sit inter justum & impium, & inter servientem Deo, & non servientem ei.

CAPUT IV.

I. Dies Domini inflammabit facientes impietatem, orietur sol justitiæ Deum timentibus, qui calcabunt impios: 1. II. Elias ante diem Domini mittetur, ut convertat cor patrum ad filios. 5.

1. Ecce enim, dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen.

2. Et *a* orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. *a Luc. 1. 78.*

3. Et

---

sit sensus: num rapiet homo Deum, i. e. num rapiet, quæ Dei sunt? Ex Hieron. hoc verbum est Syrorum & Chaldæorum, quod per metaphoram affligere, & vehementi dolore afficere significat. *Configitis.* Humano more Deus configi dicitur, cum res magnopere illi displicet, ut decimas non solvi sacerdotibus. *In decimis & primitiis.* Id Lib. 2. Esdræ cap. 5. refert Nehemias, partes Levitarum non fuisse datas.

℣. 9. *Et in penuria vos maledicti estis.* Pœnas datis vos magna sterilitate, nec resipiscitis, sed configitis potius, fraudando me decimis, quod gens tota, seu principes & privati faciunt.

℣. 11. *Et increpabo pro vobis devorantem.* Avertam locustam, & bruchum, quæ segetes vestras exedunt.

℣. 13. *Invaluerunt super me verba vestra.* Molestissima mihi fuerunt verba vestra, quæ cap. 2 referuntur, cum ad blasphemiam post egestatem rediissent, & divinam accusassent providentiam potius, quam peccata sua.

℣. 16. *Tunc locuti sunt timentes Dominum.* Providentiam Dei defenderunt adversus impios, atque id locuti sunt, quod justos decebat. *Coram eo.* Ut suo tempore illis mercedem reddat. Figurato sermone Deus utitur.

℣. 17. *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua ego facio.* In die, qua pœnas de impiis & blasphemantibus sumam. *In peculium.* Hebr. *In substantiam dilectam.* In acquisitionem.

℣. 18. *Convertimini & videbitis.* Tunc vos cognoscetis, quam injustæ fuerint vestræ querelæ, quam impiæ blasphemiæ: sed sera & inutilis erit vestra conversio, dum calamitatem vestram videbitis, ad Deum non redeuntes.

CAPUT IV.

℣. 1. *Ecce enim, dies veniet succensa quasi caminus.* De extremo judicio loquitur Propheta. Prius dixerat: *Et videbitis, quid interfit inter justum & impium.* Causam nunc affert, quoniam dies veniet iræ plena. *Radicem & germen.* Dies illa omnia bona voluptatis iis auferet, neque ullam vitæ melioris spem relinquet.

℣. 2. *Et orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ.* Longe aliter vobis, qui me amatis & timetis, eveniet: Christus enim sol justitiæ majestate & splendore plenus vobis apparebit, & omnes fugabit tenebras; felices vos efficiet. *Sol justitiæ.* Euseb. de demonstrat. l. 5. c. 29. Qui sæpe nominatus est Dominus & Deus, & Angelus, & Princeps imperatorum, & Christus, & Sacerdos, & verbum, & sapientia, & imago: nunc idem sol justitiæ dicitur &c. *Et sanitas in pennis ejus.* Quocumque radios velut pennas extenderit, sanitatem affert. *Sicut vituli de armento.* 70. *Sicut vituli e vinculis soluti.*

3. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

3. Und ihr werdet die Gottlosen zertretten, wann sie wie Asche unter euren Fußsohlen seyn werden, an dem Tage, wann ich richte, spricht der HErr der Heerschaaren.

b Exod. 20. Deut. 4. 5. & 6.

4. Mementote *b* legis Moysi servi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Israel, præcepta, & judicia.

4. Seyd ingedenk des Gesetzes Moysis, meines Knechtes, welches ich ihm auf dem Berge Horeb über ganz Israel befohlen habe, beyde, Gebothe, und Rechte.

c Matth. 17. 10. Marc 9. 10. Luc. 1. 17.

II. 5. Ecce, *c* ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.

II. 5. Siehe, ich will euch den Propheten Eliam senden, ehe dann der große, und schreckliche Tag des HErrn kommen wird.

6. Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

6. Und er wird das Herz der Väter zu den Kindern bekehren, und das Herz der Kinder zu ihren Vätern: damit ich vielleicht nicht komme, und den Erdboden mit dem Fluch schlage.

LIBER PRIMUS MACHABÆORUM.

CAPUT I.

I. Mortuo Alexandro magno, succedit tandem Antiochus illustris: qui devicto rege Ægypti eam spoliat: 1. II. Invadit Jerusalem; & ablatis vasis templi ac thesauris, facit eidem magnam: 21. III. Leges idololatriæ Judæis statuit, & ædificato idolo desolationis, renitentes misere trucidat. 46.

Et factum est, postquam percussit Alexander, Philippi, Macedo, qui primus regnavit † in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum, & Medorum:

† *Ann. M. 3668. ante Chr. 336. Olymp. 111. an. 1. cum ipse Alexander annum attigisset 20.*

2. Constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ,

3. Et pertransiit usque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu ejus.

4. Et congregavit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & elevatum cor ejus:

5. Et obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti sunt illi in tributum.

6. Et post hæc decidit in lectum, & cognovit, quia moreretur.

7. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti a juventute, & divisit illis regnum suum, cum adhuc viveret.

8. Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus † est.

† *Ann. M. 3681. ant. Chr. 323.*

9. Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo:

10. Et imposuerunt omnes sibi diademata

Das erste Buch der Machabäer.

Das erste Capitel.

I. Nach dem Tode Alexandri des Großen, kömmt Antiochus der Edle, bezwinget den König in Aegypten, und herrschet über zwey Königreiche: 1. II. Ueberwältiget die Stadt Jerusalem, beraubet, und verheeret solche mit ihrem Tempel, und bauet die Stadt Davids, zum Nachtheil des Heiligthums: 21. III. Endlich befiehlt er auch, die göttlichen Satzungen abzustellen, die heydnischen dagegen anzunehmen. 46.

Nachdem Alexander, der Sohn Philippi, aus Macedonia, so der Erste * in Griechenland regieret hat, aus dem Lande Cethim gezogen war, und den König in Persien und Meden geschlagen hatte:

* als ein Monarch

2. Geschah, daß er viele Kriege erweckte, und er gewann alle Vestungen, und tödtete die Könige auf Erden,

3. Und er durchzog das Land bis zum Ende der Erde: und nahm den Raub hinweg von vielen Völkern: und das Land war ganz stille vor seinem Angesichte.

4. Da versammelte er eine große Macht, und ein sehr starkes Kriegsheer: und sein Herz erhöhete, und erhob sich:

5. Und er gewann die Landschaften der Heyden, und brachte die Gewaltigen unter sich, daß sie ihm zinsbar wurden.

6. Darnach fiel er nieder auf sein Bette, und merkte, daß er sterben würde.

7. Da forderte er seine Edelknaben zu sich, welche von Jugend auf mit ihm erzogen waren, und theilete sein Reich unter ihnen aus, indem er noch lebete.

8. Und Alexander hatte zwölf Jahre regieret, und starb.

9. Und seine Knaben bekamen das Reich, ein jeglicher an seinem Orte:

10. Und sie alle setzten ihnen selbst die königlichen Kronen auf

¥. 3. *Et calcabitis impios.* Eritis cum Christo, & cum illo impios damnabitis. *Cum fuerint cinis.* Viles & abjecti.

¥. 4. *Mementote legis Moysi servi mei.* Prophetæ sic de futuris vaticinantur, ut præsentia non deserant. Itaque adhortatur homines suæ ætatis, quorum alii divinam incusabant providentiam, alii eam tuebantur, ut pie, & sancte vivant; quod tunc præstare non poterant, nisi ad præscriptum legis Mosaicæ vitam instituerent. *Quam mandavi ei in Horeb.* In monte Sinai, ubi majestatis meæ splendorem illi ostendi. *Præcepta, & judicia.* Lex mandata moralia complectitur, præcepta. quæ ad ritus & cæremonias pertinent, judicia, quæ ad judicialia.

¥. 5. *Ecce, ego mittam vobis Eliam prophetam.* Non de Joanne Baptista, sed de Elia Thesbite eum loqui omnes fere Patres consentiunt: atque ad hunc locum alludit Siracides, cap. 48. Cum autem Dominus Matth. 17. ait, Eliam jam venisse, nempe Joannem, non propterea rejicit Scribarum sententiam, sed loquitur de adventu Joannis, qui præcessit in spiritu, & virtute Eliæ. 70. *Ecce, ego mittam vobis Eliam Thesbitem.* Quod autem Propheta de secundo adventu Christi loquatur, ex iis, quæ sequuntur, manifestum est.

¥. 6. *Et convertet cor patrum ad filios.* S. August. l. 20. Civit. Patrum intelligentiam ad filios perducet, & faciet, ut filii consentiant in id, quod Patres senserunt. *Et cor filiorum ad patres eorum.* Ut illorum cor sit unum, Christum suscipiendo, & patrum fidem, & virtutes imitando. Patres sunt Patriarchæ, & Prophetæ. Idem de Joanne scriptum est Lucæ 1. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios.* Ubi patres vocantur Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Jacob, filii Judæi, quibus prædicavit Joannes. Quocirca apud Malachiam filii sunt itidem Judæi, quibus prædicabit Elias, qui restituet omnia, ut ait Ecclesiasticus, seu tribus omnes Jacob. Hinc Greg. L. 11. in Job. cap. 10. exponens ea verba Job: *Commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens*, hæc ad Judæos transfert. *Labium itaque veracium mutatum est, quia quem venturum dixerant, negaverunt præsentem. Et doctrina senum ablata est: quia nequaquam ea credendo secuti sunt, quæ patres suos prædixisse meminerunt. Ne forte — percutiam terram anathemate.* Chald. Exterminatione. Ne forte inveniam terram incredulitate plenam, atque eam perdam penitus. 70. *Ne veniens percutiam terram.* Penitus, nempe ne præcisos a Sanctorum consortio, condemnem eos supplicio sempiterno. Id vero imprimis propter Judæos carnales, & in varias terras dispersos.

CAPUT I.

¥. 1. *Alexander, Philippi, Macedo — egressus de terra Cethim.* Hoc nomine *Cyprum* & adjacentes insulas, imo, & Græciam designant Hebræi, ut Jerem. 2. 10. *Transite per insulas Cethim. Qui primus regnavit in Græcia.* In tota Græcia, quæ Syriam, & Ægyptum iis temporibus continebat; ab Hebræis dicta est regnum Græcorum.

¥. 3. *Et pertransiit usque ad fines terræ.* Ad extrema Orientis tum nota.

¥. 7. *Et divisit illis regnum suum.* Præfecturas videlicet iis distribuit: sic Danielis prophetia, cap. 8. impleta cernitur. *Pueros.* Hebræi vocant omnes pueros alicujus aut principis, aut privati ministros.

auf nach seinem Tode, und ihre Söhne nach ihnen, viel Jahre lang: und es hat sich viel Uebels auf Erden zugetragen.

11. Von diesen ist ausgegangen eine sündhafte Wurzel, Antiochus der Edle, des Königs Antiochi Sohn, der zu Rom eine Geisel gewesen war: und er regierte im hundert und sieben und dreyßigsten Jahre des Königreichs der Griechen.

12. In denselbigen Tagen giengen etliche böse Kinder aus Israel hin, und beredeten viele Menschen, und sprachen: Laßt uns hingehen, und ein Bündniß aufrichten mit den Heyden, die um uns her sind: denn von der Zeit an, daß wir uns von ihnen abgesondert haben, ist uns viel Uebels zugekommen.

13. Und sie ließen ihnen diese Rede in ihren Augen wohlgefallen.

14. Da nahmen etliche aus dem Volke vor, dieses in das Werk zu richten, und zogen zum Könige: der ihnen Gewalt gab, die Satzungen der Heyden zu halten.

15. Und sie baueten eine gemeine Schule zu Jerusalem, nach den Satzungen der Heyden:

16. Ließen sich auch nicht mehr beschneiden, und wichen ab vom heiligen Bunde, und vereinigten sich mit den Heyden, und wurden verkauft, Böses zu thun.

17. Und das Königreich ward vor dem Angesichte Antiochi bestätiget: er fieng auch an in Aegyptenland zu regieren, damit er über zwey Königreiche herrschete.

18. Und er zog in Aegypten mit einem großen Haufen Volkes, mit Wagen, und Elephanten, und mit Reitern, und sehr vielen Schiffen:

19. Und fieng einen Krieg an wider Ptolemäum, den König in Aegypten: aber Ptolemäus fürchtete sich vor seinem Angesichte, und floh, und wurden ihrer viele verwundet, und erleget.

20. Und er eroberte die vesten Städte in Aegyptenland, und nahm den Raub aus Aegyptenland hinweg.

II. 21. Nachdem nun Antiochus Aegypten geschlagen hatte, wandte er sich im hundert und drey und vierzigsten Jahre, und zog hinauf wider Israel,

22. Und kam gen Jerusalem mit einem sehr großen Haufen Volkes.

23. Und er gieng zum Heiligthum hinein mit großem Uebermuth, und nahm hinweg den goldenen Altar, und den Leuchter, darauf das Licht war, sammt allen seinen Geschirren, dazu den Tisch, darauf man die Schaubrode legte, und die Becher, und Schaalen, und die goldenen Mörsel, und den Vorhang, und die Kronen, und den goldenen Schmuck, der vor dem Tempel war: und zerschlug alles miteinander.

24. Und er nahm das Silber, und das Gold hinweg, und die anmuthigen Geschirre: er nahm auch die verborgenen Schätze hinweg, die er fand: dieses alles nahm er hinweg, und zog in sein Land.

post mortem ejus, & filii eorum post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra.

11. Et exit ex eis radix peccatrix, Antiochus illustris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses: & regnavit in anno centesimo trigesimo septimo regni Græcorum. † *† An. M. 3829. ante Chr. 175. vide Indicem Chronologicum.*

12. In diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt: quia, ex quo recessimus ab eis, invenerunt nos multa mala.

13. Et bonus visus est sermo in oculis eorum.

14. Et destinaverunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem, ut facerent justitiam gentium.

15. Et ædificaverunt gymnasium in Jerosolymis secundum leges nationum:

16. Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt a testamento sancto, & juncti sunt nationibus, & venumdati sunt, ut facerent malum.

17. Et † paratum est regnum in conspectu Antiochi: & cœpit regnare in terra Ægypti, ut regnaret super duo regna. † *Ann. M. 3834. ante Chr. 170.*

18. Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copiosa navium multitudine:

19. Et constituit bellum adversus Ptolemæum regem Ægypti: & veritus est Ptolemæus a facie ejus, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.

20. Et comprehendit civitates munitas in terra Ægypti, & accepit spolia terræ Ægypti.

II. 21. Et convertit Antiochus, postquam percussit Ægyptum in centesimo & quadragesimo tertio anno †, & ascendit ad Israel, † *Ann. M. 3834. Ante Chr. 170.*

22. Et ascendit Jerosolymam in multitudine gravi.

23. Et intravit in sanctificationem cum superbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & universa vasa ejus, & mensam propositionis, & libatoria, & phiales, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia.

24. Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos, quos invenit: & sublatis omnibus abiit in terram suam.

25. Et

℣. 11. *Exiit ex eis radix peccatrix.* Juxta Danielis vaticinium, cap. 8. v. 9. hic velut radix venenata fructus lethiferos protulit. *Qui fuerat Romæ obses.* Antiochus illustris, seu Epiphanes, pro Antiocho magno, patre suo, a Scipione in Asia devicto, obses fuerat: sed morte fratris sui Seleuci Philopatoris comperta, Roma profugit in Syriam, ut Daniel c. 11. v. 21. prædixerat. Alii dicunt: liberum fuisse dimissum patruele suo Demetrio, filio Seleuci Philopatoris, substituto.

℣. 12. *In diebus illis exierunt — filii iniqui.* Jason nempe, de quo 2. Machab. 4. v. 5. Menelaus, Alcimus, Simon, & alii 2. Machab. 5.

℣. 14. *Et destinaverunt aliqui de populo.* Destinati sunt, aut delegati ad regem. *Justitiam gentium.* Juxta consuetudinem gentium.

℣. 15. *Ædificaverunt gymnasium.* Athletarum, & gladiatorum, ex Josepho L. 12. c. 6.

℣. 16. *Et fecerunt sibi præputia.* Non circumcidendo, sed aliis quibusdam modis. *Et recesserunt a testamento sancto.* A lege Dei.

℣. 17. *Et paratum est regnum in conspectu Antiochi.* Cum firmatum esset Syriæ regnum, huic adjicere voluit Ægyptum sub specie reducendi Ptolemæi Philometoris, qui cum fratre natu majore de regno contendebat, eaque fuit prima Antiochi in Ægyptum expeditio: anno 143. ex Ægypto rediit. *Cœpit regnare.* Græc. *Consilium cœpit regnare.* i. e. Cogitavit de regno Ægypti adipiscendo.

℣. 21. *Et convertit Antiochus.* i. Reversus est. Secundam expeditionem hoc loco narrari volunt viri eruditi, anno 145. biennio post primam expeditionem: adeo, ut in hunc annum incidat profanatio templi. Alii unicam volunt esse expeditionem Antiochi anno 142. adeo ut sex anni effluxerint ab illa profanatione, ad purgationem usque factam anno 148. juxta verba Angeli, Danielis cap. 8. v. 14. *Usquequo visio, & juge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est, & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? & dixit ei: Usque ad vesperam, & mane dies duo millia trecenti, & mundabitur sanctuarium.* Hi dies sex annos, menses quatuor, dies viginti efficiunt, unde ab anno 143. ad mortem usque Antiochi hunc numerum colligunt. Sed non satis liquet, unde incipiat clades illa, ex qua tot dies numerantur. Per tres annos cum semisse Antiochus Jerosolymam, & arcem Sion tenuit, & innumeris malis Judæos afflixit; sed jam antea res sanctæ erant profanatæ. Hieronymus scribens in hunc Danielis locum, sic ait: *Hunc locum plerique nostrorum ad Antichristum referunt, & quod sub Antiocho in typo factum est, sub illo in veritate dicunt esse complendum.*

℣. 23. *Et intravit in sanctificationem.* In templum. *Cum superbia, & accepit altare aureum — & mortariola aurea.* Gr. Thuribula. *Et coronas.* Regum dona.

25. Et fecit cædem hominum, & locutus est in superbia magna.

26. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum:

27. Et ingemuerunt principes, & seniores: virgines, & juvenes infirmati sunt: & speciositas mulierum immutata est.

28. Omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali, lugebant:

29. Et commota est terra super habitantes in ea, & universa domus Jacob induit confusionem.

† *Ann. M.* 3836. *ante Chr.* 168.

30. Et post duos annos dierum † misit rex principem tributorum in civitates Juda, & venit Jerusalem cum turba magna.

31. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.

32. Et irruit super civitatem repente, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel.

33. Et accepit spolia civitatis: & succendit eam igni, & destruxit domos ejus, & muros ejus in circuitu:

34. Et captivas duxerunt mulieres, & natos, & pecora possederunt.

35. Et ædificaverunt civitatem David muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem.

36. Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & convaluerunt in ea: & posuerunt arma, & escas, & congregaverunt spolia Jerusalem,

37. Et reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.

38. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israel.

39. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminaverunt sanctificationem.

40. Et fugerunt habitatores Jerusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati ejus reliquerunt eam.

a Tob. 2. 6. *Amos* 8. 10.

41. Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo, *a* diesfesti ejus conversi sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum.

42. Secundum gloriam ejus multiplicata est ignominia ejus: & sublimitas ejus conversa est in luctum.

† *Ann. M.* 1837. *ante Chr.* 167.

43. Et † scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus unus, & relinqueret unusquisque legem suam.

44. Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis Antiochi:

45. Et multi ex Israel consenserunt servituti ejus, & sacrificaverunt idolis, & coinquinaverunt sabbatum.

III. 46. Et misit rex libros per manus nuntiorum in Jerusalem, & in omnes civitates Juda, ut sequerentur leges gentium terræ,

47. Et prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei,

48. Et prohiberent celebrari sabbatum, & dies solennes:

49. Et jussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel.

25. Und er erschlug viel Leute, und redete mit großem Uebermuth.

26. Und es erhub sich ein großes Klagen in Israel, und an allen ihren Orten:

27. Und die Fürsten, sammt den Aeltesten, seufzeten: die Jungfrauen, und Junggesellen wurden kraftlos: und die Schönheit der Weiber ward verändert.

28. Alle Männer wehklagten, und die Weiber im Ehebette waren voll Traurens:

29. Und das Land ward beweget über seine Inwohner, und das ganze Haus Jacob war mit Schmach erfüllet.

16. Et reversus est Judas, & exercitus ejus, sequens eum.

17. Dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia: quia bellum contra nos est,

18. Et Gorgias, & exercitus ejus prope nos in monte: sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi.

19. Et adhuc loquente Juda hæc, ecce, apparuit pars quædam prospiciens de monte.

20. Et vidit Gorgias, quod in fugam conversi sunt sui, & succenderunt castra: fumus enim, qui videbatur, declarabat, quod factum est.

21. Quibus illi conspectis timuerunt valde, aspicientes simul & Judam, & exercitum in campo paratum ad prælium.

22. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum.

23. Et Judas reversus est ad spolia castrorum: & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.

24. Et conversi, hymnum canebant, & benedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus est, quoniam in sæculum misericordia ejus.

3. Da das Judas hörete, machte er sich auf, sammt den Gewaltigen, die Heereskraft des Königs, welche zu Emmaus war, zu schlagen.

4. Denn das Heer war noch zerstreuet von dem Lager.

5. Und Gorgias kam bey der Nacht in das Lager Judä, und fand niemand, und er suchte sie auf dem Gebirge: denn er sprach: Diese fliehen für uns.

6. Da es aber Tag worden war, da ließ sich Judas im Felde sehen mit dreytausend Mann allein, und sie hatten weder Harnisch, noch Schwert:

7. Und sie sahen das Heer der Heyden, daß es sehr stark, und mit Panzern wohl versehen war, und die Reiterey rings um sie her, und diese waren zum Streite wohl abgerichtet.

8. Und Judas sprach zu den Männern, die bey ihm waren: Fürchtet euch nicht vor ihrer Menge, und erschrecket nicht vor ihrem Anfalle.

9. Seyd ingedenk, wie unsere Väter im rothen Meere sind errettet worden, als Pharao ihnen nachzog mit einem großen Heere.

10. Und nun lasset uns gen Himmel schreyen: so wird sich der HErr über uns erbarmen, und an den Bund gedenken, den er mit unsern Vätern gemacht hat, und wird heutiges Tages dieß Heer vor unserm Angesichte vertilgen:

11. Und sollen alle Völker erfahren, daß einer ist, der Israel errettet, und aus der Noth erlöset.

12. Und die Fremden erhuben ihre Augen, und sahen, daß sie wider sie herankamen.

13. Und sie zogen aus dem Lager zum Streite, und die bey Juda waren, bließen die Posaune.

14. Und sie thaten ein Treffen miteinander: und die Heyden wurden geschlagen, und flohen zum flachen Felde hinaus.

15. Aber die Hinterstein wurden alle mit dem Schwerte erlegt, und sie jagten ihnen nach bis gen Gezeron, und bis in das flache Feld Edom, und Azoti, und Jamnia: und es blieben todt von ihnen bis in die dreytausend Mann.

16. Und Judas kehrete wieder um mit seinem Heere, das bey ihm war.

17. Und er sprach zum Volke: Lasset euch des Raubes nicht gelüsten: denn es ist noch ein Streit wider uns vorhanden,

18. Gorgias, und sein Heer sind nahe bey uns auf dem Berge: sondern stehet jetzt wider unsere Feinde, und streitet wider sie, alsdann sollet ihr den Raub ohne Gefahr hinwegnehmen.

19. Als Judas diese Worte noch redete, siehe, da ließ sich ein Theil Volkes sehen, das vom Berge herunter schauete.

20. Und Gorgias sah, daß seine Leute sich in die Flucht gewandt, und ihr Lager angezündet hatten: denn der Rauch, den man sah, gab zu erkennen, was geschehen war.

21. Da sie dieß nun sahen, erschracken sie sehr, insonderheit, dieweil sie zugleich Judam mit seinem Heere im Felde sahen, daß sie zum Streite bereit waren.

22. Und sie flohen alle davon in die Landschaft der Heyden.

23. Da kehrete Judas wieder um, das Lager zu plündern: und sie bekamen viel Gold und Silber, und himmelblaue Seide, und Meerpurpur, und gar ein groß Gut.

24. Darnach zogen sie wieder nach Haus, und sangen einen Lobgesang, und preiseten GOtt im Himmel, denn er ist gut, und seine Barmherzigkeit währet ewiglich.

25. Also

℣. 3. *Surrexit -- percutere virtutem exercituum regis.* Majorem partem exercitus, quæ in castris remanserat duce Nicanore, L. 2. Machab. 8. v. 23.

℣. 4. *Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris.* Gorgiæ copiæ a reliquo exercitu sejunctæ erant.

℣. 6. *Qui tegumenta & gladios non habebant.* Græc. Quales voluissent habere cum ter millibus male armatis, inquit Josephus.

℣. 22. *Et fugerunt omnes in campum alienigenarum.* Phœnicum & Idumæorum.

℣. 23. *Et acceperunt -- & purpuram.* Pretiosas merces tyrio colore tinctas.

25. Also ist Israel an dem Tage groß Heil wiederfahren.

26. Aber alle, welche von den Ausländischen entronnen waren, kamen zu Lysia, und verkündigten ihm alles, was sich zugetragen hatte.

27. Da er das hörete, ward er bestürzt, und der Muth entsank ihm: daß es nicht geschehen wäre in Israel, wie er wollte, und wie der König befohlen hatte.

II. 28. Und im folgenden Jahre brachte Lysias in die sechszigtausend auserlesene Männer zusammen, und fünftausend zu Roß, die Juden zu bekriegen.

29. Und sie kamen in das jüdische Land, und schlugen ihr Lager zu Bethoron; Judas aber zog ihnen mit zehentausend Mann entgegen.

30. Und sie sahen das starke Heer an, und Judas bethete, und sprach: Gebenedeyet bist du, du Heiland Israel, der du den Anfall des Gewaltigen durch die Hand deines Knechtes Davids gebrochen hast, und der du das Heerlager der Fremden, durch die Hand Jonathä, des Sohnes Saul, und seines Waffenträgers übergeben hast.

31. Beschließ dieß Heer in die Hand deines Volkes Israel, und laß sie mit ihrem Heere, und mit ihren Reitern zu Schanden werden.

32. Erwecke unter ihnen ein Schrecken, und laß die Kühnheit ihrer Stärke verwelken, daß sie bewegt werden, und in ihr Verderben fallen.

33. Erlege sie durch das Schwert deiner Liebhaber: und alle, die deinen Namen kennen, werden dich mit Lobgesängen preisen.

34. Und sie lieferten einander eine Schlacht, und es wurden von des Lysiä Heer fünftausend Mann erlegt.

35. Da aber Lysias sah, daß die Seinigen flohen, und merkte die Kühnheit der Juden, daß sie bereit wären, entweder zu leben, oder männlich zu sterben, zog er gen Antiochia, und nahm Kriegsleute an, damit sie sich stärkten, und wieder in das jüdische Land kämen.

III. 36. Judas aber, und seine Brüder sprachen: Siehe, unsere Feinde sind geschlagen: lasset uns nun hinaufziehen, das Heiligthum zu reinigen, und zu erneuren.

37. Da versammelte sich das ganze Heer, und zogen hinauf auf den Berg Sion.

38. Und sie sahen das Heiligthum verwüstet, und den Altar entheiliget, und die Pforten verbrannt, und daß in den Vorhöfen junge Stauden gewachsen waren wie im Walde, oder auf den Bergen, und daß die Kammern der Priester eingerissen waren.

39. Da zerrissen sie ihre Kleider, und führeten eine große Wehklage, und streueten Asche auf ihre Häupter,

40. Und fielen auf ihr Angesicht zur Erden, und bließen die Posaunen, damit man Zeichen giebt, und riefen gen Himmel.

41. Da verordnete Judas etliche Männer, die streiten sollten wider diejenigen, so auf der Burg waren, bis sie das Heiligthum gereiniget hätten.

42. Und er erwählte Priester, die unsträflich waren, und am Gesetze GOttes Lust hatten:

43. Und sie reinigten das Heiligthum, und trugen die Steine der Befleckung an ein unsauberes Ort.

44. Er gedachte auch von dem Altare des Brandopfers, so entheiliget war, was er damit machte.

45. Und es fiel ihnen ein guter Rath ein, daß sie ihn abbrechen sollten: auf daß er ihnen nicht vielleicht zur

25. Et facta est salus magna in Israel in die illa.

26. Quicunque autem alienigenarum evaserunt, venerunt, & nuntiaverunt Lysiæ universa, quæ acciderant.

27. Quibus ille auditis consternatus animo deficiebat: quod non, qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandavit rex.

II. 28. Et sequenti anno †, congregavit Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, ut debellaret eos. † *Incunte ante Chr.* 165. *Anno M.* 3839.

29. Et venerunt in Judæam, & castra posuerunt in Bethoron; & occurrit illis Judas cum decem millibus viris. *jam ad finem tendente.*

30. Et viderunt exercitum fortem, & oravit, & dixit: Benedictus es Salvator Israel, *b* qui contrivisti impetum potentis in manu servi tui David, *c* & tradidisti castra alienigenarum in manu Jonathæ filii Saul, & armigeri ejus. *b b* 1. *Reg.* 17. 50. *c* 1. *Reg.* 14. 13.

31. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundantur in exercitu suo, & equitibus.

32. Da illis formidinem, & tabesac audaciam virtutis eorum, & commoveantur contritione sua.

33. Dejice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui noverunt nomen tuum in hymnis.

34. Et commiserunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum.

35. Videns autem Lysias fugam suorum & Judæorum audaciam, & quod parati sunt aut vivere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, ut multiplicati rursus venirent in Judæam.

III. 36. Dixit autem Judas, & fratres ejus: Ecce, contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renovare.

37. Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in montem Sion.

38. Et viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta.

39. Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum,

40. Et ceciderunt in faciem super terram, & exclamaverunt tubis signorum, & clamaverunt in cœlum.

41. Tunc † ordinavit Judas viros, ut pugnarent adversus eos, qui erant in arce, donec emundarent sancta. † *Ann. M.* 3840.

42. Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei:

43. Et mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

44. Et cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret.

45. Et incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud: ne forte illis esset in opprobrium,

---

℣. 28. *Sequenti anno congregavit Lysias.* Nempe anno 148. imperii Græcorum.

℣. 29. *Venerunt in Bethoron.* Gr. ἐν Βαιθσούροις, *Bethsura.*

℣. 30. *Contrivisti impetum potentis* Goliath. Vox Hebræa interdum *gigas*, ut Genes. 6. interdum *potens* vertitur, ut Judicum cap. 5. v. 30. & alibi.

℣. 38. *Viderunt sanctificationem desertam.* Templum, aut sancta sanctorum. *Pastophoria.* Cubicula, exedras: hæc forte sunt ædificia, de quibus Joan. 10. vel ut Tirin. Per *pastophoria* intelliguntur conclavia ad templi latus, in quibus servabantur vestes sacerdotales, & instrumenta templi. Vid. 3. Reg. 6.

℣. 43. *Et mundaverunt sancta.* Quæ profanata fuerant. Jam ante tres annos & sex menses per Antiochum, Joseph. vid. Supra 1. v. 41. *Et tulerunt lapides contaminationis.* Idola ipsa & aras, cum altari veteri altare fuit impositum.

brium, quia contaminaverunt illud gentes: & demoliti sunt illud.

46. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis.

47. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificaverunt altare novum secundum illud, quod fuit prius:

48. Et ædificaverunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem, & atria sanctificaverunt.

49. Et fecerunt vasa sancta nova, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum.

50. Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo.

51. Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela, & consummaverunt omnia opera, quæ fecerant.

52. Et ante matutinum surrexerunt quinta & vigesima die mensis noni (hic est mensis Casleu †) centesimi quadragesimi octavi anni,

† *In annum M. 3840. ineuntem hoc incidit.*

53. Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt.

54. Secundum tempus & secundum diem, in qua contaminaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.

55. Et cecidit omnis populus in faciem, & adoraverunt, & benedixerunt in cœlum eum, qui prosperavit eis.

56. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris, & laudis.

57. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, & scutulis: & dedicaverunt portas, & pastophoria, & imposuerunt eis januas.

58. Et facta est lætitia in populo magna valde, & aversum est opprobrium gentium.

59. Et statuit Judas, & fratres ejus, & universa ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo a quinta & vigesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio.

60. Et ædificaverunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, nequando venirent gentes, & conculcarent eum, sicut antea fecerunt.

61. Et collocavit illic exercitum, ut servarent eum, & munivit eum ad custodiendam Bethsuram, ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

CAPUT V.

I. Judas percutit plurimas gentes finitimas: obsessosque Galaaditas & Galilæos liberat: 1. II. Devicto semel atque iterum Timotheo; captaque civitate Ephron, revertitur in Sion ad sacrificandum Domino: 28. III. Reliqui principes in Jerusalem, dum contra Judæ præceptum pugnant, cæduntur: Judas vero percutit Chebron & Azotum, subversis ipsarum simulacris. 55.

1. Et factum est, ut audierunt gentes in circ-

Schmach wäre, dieweil ihn die Heyden entweihet hatten: und sie brachen ihn ab.

46. Und sie legten die Steine auf den Berg, darauf das Haus stund, an einen bequemen Ort, bis ein Prophet käme, der davon Bericht thät.

47. Und sie nahmen ganze Steine, nach dem Gesetze, und baueten einen neuen Altar, wie der vorige gewesen war:

48. Sie baueten auch das Heiligthum, und was inwendig im Hause war: und heiligten das Haus, sammt den Vorhöfen,

49. Und sie machten neue heilige Gefäße, und trugen den Leuchter, und den Altar zum Rauchopfer, wie auch den Tisch in den Tempel.

50. Und sie legten Rauchwerk auf den Altar, und zündeten die Ampeln an, die auf dem Leuchter waren, und sie leuchteten im Tempel.

51. Sie legten auch Brode auf den Tisch, und hiengen Vorhänge auf, und vollendeten alle Werke, die sie zu thun hatten.

52. Und am fünf und zwanzigsten Tage des neunten Monaths (das ist der Monath Casleu) im hundert, und acht und vierzigsten Jahre, stunden sie gar früh auf,

53. Und opferten ein Opfer nach dem Gesetze, auf dem neuen Altare des Brandopfers, den sie gemacht hatten.

54. Eben um die Zeit, und auf den Tag, da die Heyden den Altar entheiliget hatten, auf denselben Tag ist er mit Gesängen, und mit Harpfen, und mit Cytharen, und mit Cymbalen wieder erneuert worden.

55. Und das ganze Volk fiel auf das Angesicht nieder, und betheten an, und lobeten GOtt im Himmel, der ihnen Glück gegeben hatte.

56. Und sie hielten die Weihung des Altars acht Tage lang, und opferten Brandopfer, und heilsam Opfer, und Lobopfer mit Freuden.

57. Und sie zierten den Tempel mit goldenen Kränzen, und mit Schildlein: und weiheten die Pforten sammt den Kammern, und henkten die Thüren darein.

58. Und es war eine sehr große Freude unter dem Volke, und die Schmach der Heyden ward abgewendet.

59. Da verordnete Judas, und seine Brüder, und die ganze Gemeinde Israel, daß man zu seiner Zeit von einem Jahre in das andere, das Fest der Weihung des Altars acht Tage lang, vom fünf und zwanzigsten Tage des Monaths Casleu an, mit Freuden und mit Frohlocken halten solle.

60. Sie baueten auch zu derselbigen Zeit den Berg Sion, machten ringsherum hohe Mauren mit starken Thürmen, damit nicht etwan die Heyden kämen, und ihn zerträten, wie sie zuvor gethan hatten.

61. Und er legte ein Kriegsheer dahin, den Berg zu bewahren, und er bevestigte ihn, Bethsura zu verwahren, damit das Volk gegen dem Lande der Idumäer eine Vestung hätte.

Das fünfte Capitel.

I. Judas überwindet viele umliegende Völker, und entsetzet die belagerten Galaaditer und Galiläer: 1. II. Schlägt des Timothei Kriegsheer zweymal, nimmt die Stadt Ephron ein, und opfert zu Jerusalem Brandopfer: 28. III. Joseph, weil er wider das Verbott Judä gestritten, wird von dem Gorgia geschlagen: Judas aber ersetzt diese Niederlage mit andern Siegen, und verbrennt die Götzenbilder. 55.

1. Und es begab sich, da die Heyden ringsherum hörten,

℣. 46. *Reposuerunt lapides in monte domus.* In ipso monte Moriæ, in quo domus Dei, seu templum constructum erat. Collige, si Judæi tantam reverentiam habuerunt rebus olim sacris, nunc profanatis, quantam exhibere debeas rebus longe sacratioribus; de quibus S. Chrysost. tom. 5. lib. 3. de sacerdotio pag. mihi 428. lit. D. sic ait: *ab illis ergo* (veteribus) *ad nostratia sacra te transfer, nec ea mira modo esse videbis, sed etiam omnem stuporem excedentia.*

℣. 47. *Acceperunt lapides integros.* Intactos ferro.

℣. 48. *Et ædificaverunt sacra.* Sanctum sanctorum, & ea, quæ ad ædem sacerdotalem pertinebant.

℣. 56. *Et obtulerunt -- sacrificium salutaris & laudis.* Hostias pacificas in gratiarum actionem.

℣. 57. *Et ornaverunt faciem templi scutulis.* Auratis quibusdam ornamentis, quasi scutulis.

℣. 60. *Ædificaverunt in tempore illo montem Sion.* Turres templo vicinas munierunt: montem Sion muro cinxit, ut arci ab hostibus occupatæ hanc munitionem opponeret. Tametsi urbs tota interdum hoc nomine signatur.

℣. 61. *Et munivit eum ad custodiendam Bethsuram.* Qui locus erat prope Hierosolymam. Sic vertit Vatablus: Copias ibidem præsidii causa collocavit, eique tuendo Bethsuram, ut præsidium haberet populus adversus Idumæam. Aut forte *Bethsura* erit in finibus Judæ versus Idumæam.

ten, daß der Altar, und das Heiligthum wieder gebauet war, wie zuvor, wurden sie sehr zornig:

2. Und gedachten das Geschlecht Jacobs, die davon unter ihnen waren, auszureuten, und fiengen an, etliche von dem Volke umzubringen, und zu verfolgen.

3. Aber Judas bekriegete die Kinder Esau im Lande der Idumäer, und die zu Acrabathane waren, darum, daß sie die Kinder Israel umlagert hatten, und er schlug sie mit einer großen Niederlage.

4. Er gedachte auch an die Bosheit der Kinder Bean, welche dem Volke zum Stricke, und zum Anstoße waren, und ihm auf dem Wege nachstelleten.

5. Und er versperrete sie in die Thürne, und da er an sie kam, verbrannte er sie, und zündete ihre Thürne mit Feuer an, mit allen, so darinn waren.

6. Und er zog hinüber wider die Kinder Ammon, und fand einen starken Haufen, und ein großes Volk, mit Timotheo ihrem Hauptmanne:

7. Und er hielt viel Schlachten mit ihnen, und schlug sie, daß sie vor seinem Angesichte zerknirschet wurden:

8. Und er gewann die Stadt Gazer, sammt ihren Töchtern, und kam wieder in das Land Juda.

9. Es versammelten sich auch die Heyden, die zu Galaad waren, wider die von Israel, welche in ihren Gränzen waren, dieselbigen zu vertilgen: und sie flohen in die Vestung Datheman,

10. Und sandten Briefe an Judam, und seine Brüder, und sprachen: Die Heyden rings herum haben sich wider uns zusammen gezogen, daß sie uns hinwegräumen:

11. Sie rüsten sich auch, daß sie kommen, und die Vestung einnehmen, dahin wir geflohen sind: und Timotheus ist der Oberste über ihr Kriegsheer.

12. Darum komm heraus, und errette uns aus ihren Händen, denn es ist schon eine Anzahl von den Unsrigen erlegt.

13. Es sind auch alle unsere Brüder erwürget, welche an den Orten zu Tubin heram waren: und sie haben ihre Weiber und Kinder, sammt dem Raube gefänglich hinweggeführet, und daselbst beynahe tausend Mann erschlagen.

14. Indem man diesen Brief noch las, siehe, da kamen andere Bothen aus Galiläa mit zerrissenen Kleidern, und verkündigten dergleichen Dinge,

15. Und sagten: Wie man sich von Ptolemaida, und von Tyro, und von Sidon wider sie zusammen gethan hätte: ja ganz Galiläa wäre voll Ausländischen, daß sie uns vertilgen.

16. Da nun Judas, und das Volk diese Rede hörete, versammelte sich eine große Gemeinde, zu bedenken, was sie ihren Brüdern thun sollten, die in Bedrängniß waren, und von jenen bestritten wurden.

17. Und Judas sprach zu Simon seinem Bruder: Erwähle dir Männer, und ziehe hin, und rette deine Brüder in Galiläa: ich aber, und mein Bruder Jonathas wollen gen Galaaditim ziehen.

18. Und er ließ Joseph, den Sohn Zachariä, und Azariam zu Hauptleuten über das Volk, sammt den übrigen Kriegsheer, zum Schutze über das Land Juda:

19. Und er befahl ihnen, und sprach: Stehet diesem Volke vor: aber thut kein Treffen mit den Heyden, bis wir wieder kommen.

cultu, quia ædificatum est altare, & sanctuarium, sicut prius, iratæ sunt valde:

2. Et cogitabant tollere genus Jacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & persequi.

3. Et debellabat Judas filios Esau in Idumæa, & eos, qui erant in Acrabathane, quia circumsedebant Israelitas, & percussit eos plaga magna.

4. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via.

5. Et conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizavit eos, & incendit turres eorum igni, cum omnibus, qui in eis erant.

6. Et transivit ad filios Ammon, & invenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum:

7. Et commisit cum eis prælia multa, & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos:

8. Et cepit Gazer † civitatem, & filias ejus, & reversus est in Judæam. † *Anno M.* 3841. *Ante Chr.* 163.

9. Et congregatæ sunt gentes, quæ sunt in Galaad adversus Israelitas, qui erant in finibus eorum, ut tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionem,

10. Et miserunt litteras ad Judam, & fratres ejus, dicentes: Congregatæ sunt adversum nos gentes per circuitum, ut nos auferant:

11. Et parant venire, & occupare munitionem, in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorum.

12. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis.

13. Et omnes fratres nostri, qui erant in locis *a* Tubin, interfecti sunt: & captivas duxerunt uxores eorum, & natos, & spolia, & peremerunt illic fere mille viros. *a Judic.* 11. 3.

14. Et adhuc epistolæ legebantur, & ecce, alii nuntii venerunt de Galilæa consciis tunicis, nuntiantes secundum verba hæc,

15. Dicentes: Convenisse adversum se Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis, ut nos consumant.

16. Ut audivit autem Judas, & populus, sermones istos, convenit ecclesia magna cogitare, quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis.

17. Dixitque Judas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem, & frater meus Jonathas ibimus in Galaaditim.

18. Reliquit Josephum, filium Zachariæ, & Azariam duces populi cum residuo exercitu in Judæa ad custodiam:

19. Et præcepit illis, dicens: Præstote populo huic: & nolite bellum committere adversum gentes, donec revertamur.

CAPUT V.

℣. 3. *Debellabat Judas -- eos, qui erant in Acrabathane.* Quæ urbs erat, aut pars Idumææ, quæque Numer. cap. 34. v. 4. *Ascensus scorpionum* vocitatur. *Quia circumsedebant Israelitas.* Incursiones faciebant, & lacessebant Israelitas.

℣. 4. *Recordatus est malitiam filiorum Bean.* Qui ex Josepho erant itidem Idumæi.

℣. 5. *Anathematizavit.* Morti eos devovit, & bona Deo consecravit.

℣. 8. *Et cepit Gazer.* Ibi Timotheus occisus est. *Gazer civitatem.* Josephus habet *Jasorum.* Alia est urbs ejus nominis cis Jordanem in tribu Ephraim.

℣. 9. *Fugerunt in Datheman munitionem.* In monte Galaad.

℣. 11. *Timotheus.* Filius forte alterius Timothei.

℣. 13. *Qui erant in locis Tubin.* Tubianæi in Arabia, aut forte est *Tob*, Jud. 11. cap. 3. Hinc *Tubianæi* in Arabia, L. 2. Machab. cap. 12. v. 17.

℣. 16. *Convenit ecclesia magna cogitare, quid facerent.* Forte *Sanedrim*, aut potius, quotquot potuerant in unum locum colligi.

20. Et partiti sunt Simoni viri tria millia, ut iret in Galilæam: Judæ autem octo millia in Galaaditim.

21. Et abiit Simon in Galilæam, & commisit prælia multa cum gentibus: & contritæ sunt gentes a facie ejus, & persecutus est eos usque ad portam

22. Ptolomaidis: & ceciderunt de gentibus fere tria millia virorum, & accepit spolia eorum:

23. Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa, & in Arbatis cum uxoribus, & natis, & omnibus, quæ erant illis, & adduxit in Judæam cum lætitia magna.

24. Et Judas Machabæus, & Jonathas frater ejus transierunt † Jordanem, & abierunt viam trium dierum per desertum.

† *Eodem Ann.* 3841.

25. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacifice, & narraverunt eis omnia, quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide,

26. Et quia multi ex eis comprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim: hæ omnes civitates munitæ, & magnæ:

27. Sed & in cæteris civitatibus Galaaditidis tenentur comprehendi. Et in crastinum constituerunt admovere exercitum civitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in una die.

II. 28. Et convertit Judas, & exercitus ejus, viam in desertum Bosor repente, & occupavit civitatem, & occidit omnem masculum in ore gladii, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni.

29. Et surrexerunt inde nocte, & ibant usque ad munitionem.

30. Et factum est diluculo, cum elevassent oculos suos, ecce, populus multus, cujus non erat numerus, portantes scalas & machinas, ut comprehenderent munitionem, & expugnarent eos.

31. Et vidit Judas, quia cœpit bellum, & clamor belli ascendit ad cœlum sicut tuba, & clamor magnus de civitate.

32. Et dixit exercitui suo: Pugnate hodie pro fratribus vestris.

33. Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamaverunt tubis, & clamaverunt in oratione.

34. Et cognoverunt castra Timothei, quia Machabæus est, & refugerunt a facie ejus: & percusserunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa fere octo millia virorum.

35. Et divertit Judas in Maspha, & expugnavit, & cepit eam: & occidit omnem masculum ejus: & sumpsit spolia ejus, & succendit eam igni.

36. Inde perrexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Bosor, & reliquas civitates Galaaditidis.

37. Post hæc autem verba congregavit Timotheus exercitum alium, & castra posuit contra Raphon trans torrentem.

38. Et misit Judas speculari exercitum: & renuntiaverunt ei, dicentes: Quia convenerunt ad eum omnes gentes, quæ in circuitu nostro sunt, exercitus multus nimis:

39. Et Arabas conduxerunt in auxilium sibi, & castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Judas obviam illis.

20. Da wurden dem Simon dreytausend Mann zugeordnet, in Galiläam zu ziehen: dem Juda aber achttausend, gen Galaaditim.

21. Und Simon nahm seinen Zug in Galiläam, und schlug oft mit den Heyden: und die Heyden wurden aufgerieben vor seinem Angesichte, und er jagte ihnen nach bis an die Thore

22. Ptolomaidis: und es wurden von den Heyden in die dreytausend Mann erlegt, und er nahm ihren Raub hinweg:

23. Er nahm auch zu sich, die in Galiläa, und zu Arbata waren, mit ihren Weibern und Kindern, und allem, was sie hatten, und führete sie in das jüdische Land mit großen Freuden.

24. Aber Judas Machabäus, und Jonathas sein Bruder, setzten über den Jordan, und zogen drey Tagreisen durch die Wüste.

25. Da kamen ihnen die Nabuthäer entgegen, und empfiengen sie friedlich, und erzähleten ihnen alles, was ihren Brüdern in dem Lande Galaad wiederfahren war,

26. Und daß ihrer viele gefangen wären zu Barasa, und zu Bosor, und zu Alimis, und zu Casphor, und zu Mageth, und zu Carnaim: welche allesammt veste und große Städte wären:

27. Und daß in andern Städten im Lande Galaad etliche gefangen gehalten würden. Und sie haben beschlossen, morgen am Tage vor diese Städte das Heer zu führen, und sie einzunehmen, und auf einen Tag zu vertilgen.

II. 28. Da wandte sich Judas mit seinem Heere eilends auf den Weg zur Wüste gen Bosor, und nahm die Stadt ein, und erwurgete mit der Schärfe des Schwertes alles, was männlichen Geschlechtes war, und nahm alle ihren Raub hinweg, und zündete die Stadt mit Feuer an.

29. Von dannen machten sie sich auf bey der Nacht, und und nahmen ihren Weg zu der Vestung.

30. Und es begab sich am Morgen früh, da sie ihre Augen erhuben, siehe, da war ein großes unzählbares Volk da, die trugen Leitern, und andere Geräthschaft zum Anlauf, die Vestung einzunehmen, und mit stürmender Hand zu erobern.

31. Und Judas sah, daß der Streit angieng, und das Geschrey der Streitenden, wie eine Posaune, hinauf klang gen Himmel, daß auch ein groß Geschrey aus der Stadt gehöret ward.

32. Und er sprach zu seinem Heere: Streitet heutiges Tages für eure Brüder.

33. Und er kam mit dreyen Spitzen in der Ordnung hinter ihnen her, und sie bliesen die Posaunen, und riefen laut im Gebethe.

34. Und das Heer Timothei ward gewahr, daß es Machabäus war, da flohen sie zurück vor seinem Angesichte: und sie schlugen sie gar hart, daß an dem Tage bey nahe achttausend Mann erleget wurden.

35. Da wandte sich Judas gen Maspha, stürmte auch, und eroberte die Stadt: und erwürgte darinn alles, was männlichen Geschlechts war: und er nahm den Raub hinweg, und zündete die Stadt mit Feuer an.

36. Von dannen rückte er fort, und eroberte Casbon, und Mageth, und Bosor, und die anderen Städte im Lande Galaad.

37. Aber nach diesen Geschichten brachte Timotheus ein anderes Heer zusammen, und schlug sein Lager gen Raphon über, jenseit des Baches *. * Wasserstrom

38. Da schickte Judas hin, das Heerlager zu verkundschaften: und sie brachten ihm die Zeitung, und sprachen: Es haben sich alle Heyden zu ihm versammelt, die rings um uns her sind, und ist ein unzählbar großes Heer:

39. Sie haben auch die Araber gedinget, ihnen Hülfe zu leisten, und haben jenseit des Baches ein Lager geschlagen, und sind bereit, wider dich anzuziehen, und zu streiten. Da zog Judas ihnen entgegen.

40. Und

℣. 25. *Et occurrerunt eis Nabuthai.* Pars Arabum.

℣. 26. *Mult ex eis comprehensi sunt in Barasa.* In Græco & apud Josephum, *In Bosorra.* Quod locum munitum significat. *Et in Alimis.* Legendum putat Grotius *In Malemis.* Quæ urbs erat Moabitarum.

℣. 29. *Ibant usque ad munitionem.* In quam Judæi se receperant.

40. Und Timotheus sprach zu den Obersten seines Heeres: Wann Judas, und sein Heer bis an den Wasserbach herzunahet, und der erste zu uns hindurch kömmt, so werden wir ihm nicht widerstehen können: denn er wird uns zu stark und überlegen seyn.

41. Wenn er sich aber fürchten wird, überzuziehen, und jenseit des Flusses sein Lager zu schlagen, so wollen wir zu ihnen hinüberziehen: und wir werden wider ihn etwas vermögen.

42. Als nun Judas zum Wasserbache kam, stellte er die Schreiber des Volks an den Bach, und befahl ihnen, und sprach: Lasset keinen Menschen dahinten bleiben, sondern sie sollen alle sämmtlich zum Streit kommen.

43. Und er zog erstlich zu ihnen hinüber, und alles Volk nach ihm, und alle die Völker wurden zertrennet vor ihrem Angesichte: und sie warfen ihre Waffen von sich, und flohen zum Tempel, der zu Carnaim war.

44. Aber er nahm die Stadt ein, und zündete den Tempel mit Feuer an, sammt allen, die darinnen waren: also ward Carnaim überfallen, und konnte vor dem Angesichte Juda nicht bestehen.

45. Und Judas versammelte alle Israeliten, welche im Lande Galaad waren, vom Geringsten bis zum Größten, sammt ihren Weibern, und Kindern, ein sehr großes Heer, daß sie in das Land Juda zogen.

46. Und sie kamen bis gen Ephron. Diese Stadt aber ist groß, und sehr vest, und liegt im Eingange: und man konnte von ihr nicht abweichen, weder zur Rechten, noch zur Linken, sondern die Reise gieng mitten durch sie.

47. Aber die in der Stadt waren, hatten sich eingeschlossen, und die Pforten mit Steinen vermacht. Und Judas schickte zu ihnen mit friedlichen Worten,

48. Und sprach: Lasset uns durch euer Land ziehen, damit wir in unser Land kommen: niemand soll euch beschädigen: wir wollen allein zu Fuß hindurchgehen. Und sie wollten ihnen nicht aufthun.

49. Da befahl Judas, im Heere auszurufen, daß ein jeglicher an dem Orte, da er war, anlaufen sollte.

50. Da giengen beherzte Männer an: und er stürmte die Stadt denselben ganzen Tag, und die ganze Nacht, und die Stadt ward in seine Hand übergeben.

51. Und sie erwürgeten alles mit der Schärfe des Schwertes, was männlichen Geschlechtes war, und er vertilgete die Stadt, und nahm ihren Raub hinweg, und zog durch die ganze Stadt über die Erschlagenen.

52. Und sie kamen über den Jordan im großen Felde gegen Bethsan über.

53. Und Judas hielt den Hinterzug zusammen, und ermahnte das Volk auf der ganzen Reise, bis sie in das jüdische Land kämen.

54. Und sie zogen auf den Berg Sion mit Freuden und Frohlocken, und opferten Brandopfer, weil niemand von ihnen todt geblieben war, bis sie in Friede wieder zu Hause kamen.

III. 55. Aber in den Tagen, da Judas und Jonathas im Lande Galaad, und Simon sein Bruder in Galiläa gegen Ptolomais über waren,

56. Höreten Joseph, der Sohn Zachariä, und Azarias, der Fürst über das Heer, von ihren männlichen Thaten, und von den Schlachten, die geschehen waren.

57. Und Azarias sprach: Wir wollen uns auch einen Namen machen, und hinziehen, wider die Heyden zu streiten, welche um uns her sind.

58. Und er befahl denen, die in seinem Heere waren, auf zu seyn, und sie zogen gen Jamnia.

59. Da zog Gorgias mit seinen Männern aus der Stadt ihnen entgegen zum Streit.

60. Und Joseph und Azarias wurden in die Flucht geschlagen, und verfolget bis an die Gränzen des jüdischen Landes: und blieben an demselbigen Tage todt vom Volk

40. Et ait Timotheus principibus exercitus sui: Cum appropinquaverit Judas, & exercitus ejus ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eum: quia potens poterit adversus nos.

41. Si vero timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos: & poterimus adversus illum.

42. Ut autem appropinquavit Judas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandavit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prælium.

43. Et transfretavit ad illos prior, & omnis populus post eum, & contritæ sunt omnes gentes a facie eorum: & projecerunt arma sua, & fugerunt ad fanum, quod erat in Carnaim.

44. Et occupavit ipsam civitatem & fanum succendit igni cum omnibus, qui erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Judæ.

45. Et congregavit Judas universos Israelitas, qui erant in Galaaditide, a minimo usque ad maximum, & uxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, ut venirent in terram Juda.

46. Et venerunt usque Ephron. Et hæc civitas magna in ingressu posita, munita valde: & non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat.

47. Et incluserunt se, qui erant in civitate, & obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Judas verbis pacificis,

48. Dicens: Transeamus per terram vestram, ut eamus in terram nostram: & nemo vobis nocebit: tantum pedibus transibimus. Et nolebant eis aperire.

49. Et præcepit Judas prædicare in castris, ut applicarent, unusquisque in quo erat loco.

50. Et applicuerunt se viri virtutis: & oppugnavit civitatem illam tota die, & tota nocte, & tradita est civitas in manu ejus.

51. Et peremerunt omnem masculum in ore gladii, & eradicavit eam, & accepit spolia ejus, & transivit per totam civitatem super interfectos.

52. Et transgressi sunt Jordanem in campo magno, contra faciem Bethsan.

53. Et erat Judas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Juda.

54. Et ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quod nemo ex eis cecidisset, donec reverterentur in pace.

III. 55. Et in diebus †, quibus erat Judas, & Jonathas in terra Galaad, & Simon frater ejus in Galilæa contra faciem Ptolomaidis, † *Eodem Anno 3841. Ante Chr. 163.*

56. Audivit Josephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt.

57. Et Azarias dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare adversus gentes, quæ in circuitu nostro sunt.

58. Et præcepit his, qui erant in exercitu suo, & abierunt Jamniam.

59. Et exivit Gorgias de civitate, & viri ejus obviam illis in pugnam.

60. Et fugati sunt Josephus, & Azarias usque in fines Judææ: & ceciderunt illo die de populo

†. 42. *Statuit scribas populi.* Qui milites habebant descriptos, præfectos militares.
†. 48. *Tantum pedibus transibimus.* Iter recta facientes.
†. 49. *Ut applicarent.* Ut juvarent.
†. 52. *Transgressi sunt Jordanem in campo magno, contra faciem Bethsan.* Scythopolim, vel e regione Scythopoleos.

populo Israel ad duo millia viri: & facta est fuga magna in populo:

61. Quia non audierunt Judam, & fratres ejus, existimantes fortiter se facturos.

62. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel.

63. Et viri Juda magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & gentium omnium, ubi audiebatur nomen eorum.

64. Et convenerunt ad eos fausta acclamantes.

65. Et exivit † Judas, & fratres ejus, & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum est: & percussit Chebron & filias ejus, & muros ejus, & turres succendit igni in circuitu.

† Eodem Anno.

66. Et movit castra, ut iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.

67. In die illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium.

68. Et declinavit Judas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia civitatum, & reversus est in terram Juda.

ke Israel in die zweytausend Mann: und es ward eine große Flucht unter dem Volke:

61. Darum, daß sie dem Juda, und seinen Brüdern nicht gehorchet hatten, sondern vermeynet, sie würden auch männliche Thaten ausrichten.

62. Aber sie waren nicht vom Saamen der Männer, durch welche Israel Heil wiederfahren ist.

63. Und die Männer Juda wurden sehr hoch gelobet vor dem ganzen Volke Israel, und vor allen Heyden, da man von ihrem Namen hörete.

64. Und es versammelten sich zu ihnen, die ihnen Glück wünschten mit heller Stimme.

65. Und Judas, und seine Brüder zogen aus, und bekriegten die Kinder Esau im Lande, das gegen Mittag gelegen ist: und er schlug Chebron, sammt ihren Töchtern, und zündete ihre Mauren und Thürne ringsherum mit Feuer an.

66. Und er brach auf mit dem Lager, in der Heyden Land zu ziehen, und zog durch Samariam.

67. An dem Tage fielen etliche Priester im Streite, da sie sich männlich halten wollten, und ohne Rath hinauszogen, zu streiten.

68. Und Judas wandte sich, und kam gen Azotum in der Heyden Land, und zerstörte ihre Altäre, und verbrannte ihre geschnitzten Abgötter mit Feuer: und nahm den Raub aus den Städten hinweg, und kam hernach wieder in das Land Juda.

CAPUT VI.

1. Antiochus repulsus ab Elymaide, ubi audit, quæ sui in Judæa passi erant, præ tristitia moritur. 1. II. Successor ejus filius Antiochus dictus Eupator, congregato adversus Judam potentissimo exercitu nequit eum vincere; & Eleazar, occiso elephante, ab eo opprimitur. 19. III. Rex oppugnans Jerusalem revocatur a Lysia, sed post juratam pacem non servat jusjurandum. 48.

1. Et rex Antiochus perambulabat † superiores regiones, & audivit, esse civitatem Elymaidem in Perside nobilissimam, & copiosam in argento, & auro,

† Anno M. 3840. Ante Chr. 164.

2. Templumque in ea locuples valde: & illic vestamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander, Philippi, Rex Macedo, qui regnavit primus in Græcia.

3. Et venit, & quærebat capere civitatem, & deprædari eam: & non potuit, quoniam innotuit sermo his, qui erant in civitate.

4. Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reversus est in Babyloniam.

5. Et venit, qui nuntiaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ erant in terra Juda:

6. Et quia abiit Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est a facie Judæorum,

Das sechste Capitel.

I. Antiochus belagert vergeblich Elymaiden: und weil er der Seinigen Niederlage in Judäa erfahren, stirbt er vor Leid 1. II. Judas hebt die Belagerung des Schlosses zu Jerusalem auf, wegen der Ankunft des königlichen Heeres: schlägt glücklich mit selbigen; wobey sonderlich Eleazar seine Tapferkeit spühren lassen. 19. III. Der König bezwingt Bethsuram, belagert das Schloß zu Jerusalem, und macht einen Bund mit den Juden, den er doch nicht hält. 48.

1. Und der König Antiochus zog hin und wieder in den obern Landschaften, und hörte, daß in Persien eine sehr hochberühmte Stadt wäre, Elymais genannt, und überaus reich an Silber und Gold,

2. Und daß daselbst ein Tempel wäre, darinn sehr große Reichthümer vorhanden: denn daselbst waren die goldenen Decken und Panzer, und Schilde, welche Alexander, der Sohn Philippi, König aus Macedonia, verlassen hatte, welcher der erste Monarch in Griechenland gewesen.

3. Und er kam dahin, und suchte Gelegenheit, die Stadt einzunehmen, und zu plündern: aber er konnte nicht, dieweil die Sache denselbigen war kund worden, die in der Stadt waren.

4. Und sie machten sich auf zum Streite, und er floh von dannen, und zog in großer Traurigkeit davon, und kam wieder gen Babylon.

5. Und da er noch in Persien war, kam einer, und brachte ihm die Bothschaft, daß das Heerlager, so im jüdischen Lande war, in die Flucht geschlagen wäre:

6. Daß auch Lysias zuvor mit einem mächtigen Heere hineingezogen, und vor dem Angesichte der Juden flüchtig worden wäre, und daß sie mit Wehr und Waffen die Ober-

---

℣. 62. *Ipsi autem non erant de semine - per quos salus facta est.* Non erant ad id munus destinati: non erant de numero eorum, quorum opera Deus uti voluit in liberando populo suo. Quam multi, ait Tirinus, sese ingerunt hodie in quævis officia, ad quodlibet in quolibet vitæ statu per fas nefasque audendum! & miramur tam infaustos subinde successus? Utinam divinæ vocationi tam obsequentes essent omnes, quam impulsus propriæ laudis, honoris, aut utilitatis!

℣. 63. *Et viri Juda magnificati sunt valde.* Gr. Vir Judas & fratres ejus.

℣. 66. *Perambulabat Samariam.* Ex Josepho & L. 2. Machab. cap. 12. *Maresam.* Nam Samaria longius distat ab iis locis.

℣. 67. *Ceciderunt sacerdotes - dum sine consilio exeunt.* Forte etiam sine consensu ducis. Plerumque temeritas & stulta virium præfidentia infelix esse solet; inobedientia vero infelicissima.

CAPUT VI.

℣. 1. *Rex Antiochus perambulabat superiores regiones.* Trans Euphratem positas. *Et audivit esse Elymaidem in Perside.* Urbs eadem forte erat *Elymais*, & *Persepolis*. Nisi ita dicta fuerit, quod esset urbs Persidis. Q. Curtius L. 5. ait *Persepolim* ab Alexandro eversam; Diodorus Siclus, L. 19. eam testatur fuisse restitutam. *Elymais* apud scriptores Græcos est regionis nomen, non urbis, & ita habet textus Græcus. *In Elymaide. In Perside.* L. 2. cap. 9. v. 9. urbem eandem & *Persepolim*, & *Elymaidem* vocat: fors est ut *Persepolis* sit nomen adjectitium, quasi *urbs Persidis.*

℣. 2. *Templumque in ea locuples valde.* Deæ Nanææ, ex L. 2. Mac. 1. 13. Hanc Strabo *Anaiam* vocat, corrupto forte vocabulo. *Dianam* appellat Polybius a Josepho citatus.

℣. 3. *Venit & quærebat capere civitatem.* Ut pater ejus Elimai Jovis templum, ait Grotius.

℣. 4. *Reversus est in Babyloniam.* Discessit inde repetens Babyloniam: nam L. 2. v. 13. se mori dixit in terra aliena; nondum ergo in Babyloniam, quæ suæ erat ditionis, venerat.

℣. 5. *Venit, qui nuntiaret ei in Perside.* In confiniis Persidis, cum in Babyloniam pergeret.

Oberhand erhalten hätten, und wären mächtig worden durch den großen Raub, den sie bekommen hätten, von den Heeren, die sie vertilget hatten:

7. Und daß sie hätten den Greuel zerstöret, den er auf den Altar zu Jerusalem gebauet hatte, und daß sie das Heiligthum mit einer hohen Mauer umgeben hätten, wie zuvor, dazu auch Bethsuram, seine Stadt.

8. Und es begab sich, da der König diese Rede hörete, erschrack er, und ward sehr bekümmert: und legte sich zu Bette, und fiel von Traurigkeit in eine Schwachheit, dieweil es ihm nicht ergangen war, wie er gedacht hatte.

9. Und er hielt sich viele Tage daselbst auf: denn seine große Traurigkeit erneuerte sich in ihm, und er vermerkte, daß er sterben würde.

10. Und er foderte alle seine Freunde zu sich, und sprach zu ihnen: Der Schlaf ist von meinen Augen gewichen, und ich bin dahingefallen, und der Muth ist mir entsunken für Bekümmerniß.

11. Und ich habe in meinem Herzen gesagt: In was Trübsal, und in welche Wellen der Traurigkeit bin ich gerathen, darinn ich jetzt stecke, der ich sonst fröhlich war, und geliebt in meiner Regierung*! * Macht und Herrlichkeit

12. Jetzt aber kömmt mir zu Gemüthe das Uebel, so ich zu Jerusalem gethan habe, von dannen ich auch alle goldene und silberne Gefäße, so daselbst waren, genommen habe, und Kriegsvolk ausgeschickt, die Inwohner des jüdischen Landes ohne Ursach zu vertilgen.

13. Derowegen erkenne ich, daß mir darum dieß grose Unglück begegnet ist: und siehe, ich sterbe für großem Leid* in einem fremden Lande. * Trauren

14. Und er foderte Philippum, einen von seinen Freunden, und verordnete ihn über sein ganzes Königreich:

15. Er gab ihm auch die königliche Krone, und sein Kleid, sammt dem Ringe, daß er Antiochum seinem Sohne beybringen, und zu der Regierung erziehen sollte.

16. Und der König Antiochus starb daselbst im hundert und neun und vierzigsten Jahre.

17. Da nun Lysias hörete, daß der König gestorben war, verordnete er, daß Antiochus sein Sohn regieren sollte, den er von Jugend auf erzogen hatte: und er nannte seinen Namen Eupator.

18. Aber die auf der Burg waren, hatten Israel rings um das Heiligthum her beschlossen, und suchten immerdar, sie zu beschädigen, und die Heyden zu stärken.

II. 19. Judas aber gedachte sie zu vertilgen: und er foderte das ganze Volk zusammen, sie zu belagern.

20. Und sie kamen alle zusammen, und belagerten sie im hundert und fünfzigsten Jahre, und machten große Bogen, und Geräthschaft.

21. Und etliche von den Belagerten fielen heraus: und es gesellten sich zu ihnen etliche von den Gottlosen aus Israel.

22. Und sie zogen zum Könige, und sprachen: Wie lange verziehest du, Gericht zu halten, und unsere Brüder zu rächen?

23. Wir haben bey uns beschlossen, deinem Vater zu dienen, und in seinen Gebothen zu wandeln, und seinen Befehlen zu gehorsamen:

24. Und darum haben sich die Kinder unsers Volkes von uns entfremdet, und alle, die sie von den Unserigen angetroffen, erwürget, und unsere Güter zum Raube gemacht.

25. Sie haben aber nicht allein ihre Hand wider uns ausgestrecket, sondern auch wider alle unsere Landmarken.

26. Und siehe, jetzt haben sie die Burg zu Jerusalem belagert, dieselbige zu erobern: haben auch die Vestung Bethsura verstärket:

& invaluerunt armis, & viribus, & spoliis multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt:

7. Et quia diruerunt abominationem, quam ædificaverat super altare, quod erat in Jerusalem, & sanctificationem, sicut prius circumdederunt muris excelsis, sed & Bethsuram civitatem suam.

8. Et factum est, ut audivit rex sermones istos, expavit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei, sicut cogitabat.

9. Et erat illic per dies multos: quia renovata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori.

10. Et vocavit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit somnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ solicitudine.

11. Et dixi in corde meo: In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, qui jucundus eram, & dilectus in potestate mea!

12. Nunc vero reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem, unde & abstuli omnia spolia aurea, & argentea, quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Judæam sine causa.

13. Cognovi ergo, quia propterea invenerunt me mala ista: & ecce, pereo, tristitia magna in terra aliena.

14. Et vocavit Philippum, unum de amicis, & præposuit eum super universum regnum suum:

15. Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret.

16. Et mortuus † est illic Antiochus rex † *Anno M.* anno centesimo quadragesimo nono. 3841. *Ante Chr.* 163.

17. Et cognovit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutrivit adolescentem: & vocavit nomen ejus Eupator.

18. Et hi, qui erant in arce concluserant Israel in circuitu sanctorum, & quærebant eis mala semper, & firmamentum gentium.

II. 19. Et cogitavit Judas disperdere eos: & convocavit universum populum, ut obsiderent eos.

20. Et convenerunt simul, & obsederunt eos, anno centesimo quinquagesimo †, & fecerunt balistas, & machinas. † *Anno M.* 3842. *Ante Chr.* 162.

21. Et exierunt quidam ex eis, qui obsidebantur: & adjunxerunt se illis aliqui impii ex Israel.

22. Et abierunt ad regem, & dixerunt: Quousque non facis judicium, & vindicas fratres nostros?

23. Nos decrevimus servire patri tuo, & ambulare in præceptis ejus, & obsequi edictis ejus:

24. Et filii populi nostri propter hoc alienabant se a nobis, & quicumque inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur.

25. Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros.

26. Et ecce, applicuerunt hodie ad arcem Jerusalem occupare eam: & munitionem Bethsuram munierunt:

27. Et

℣. 15. *Ut adduceret.* Ex Antiochia, ubi eum cum Lysia reliquerat. *Antiochum filium suum.* Adhuc novennem puerum.

℣. 16. *Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimo nono.* Cum annos undecim, & aliquot menses juxta aliquorum opinionem regnasset, nempe a fine anni græc. 137. ad inchoatum annum 140. At L. 2. cap. 11. Epistolæ hinc inde referuntur anno 148. sub Antiocho Eupatore post mortem patris. Sed diversas esse utriusque libri epochas jam diximus: præterquam non ab eodem mense annum incipiebant Judæi & Græci. Huc referenda sunt, quæ L. 2. cap. 10. 11. & 12. referuntur.

℣. 18. *Et hi, qui erant in arce, concluserant Israel.* Obsidebant templum: aditus ad templum Judæis infestos faciebant.

27. Et nisi prævenieris eos velocius, majora, quam hæc facient: & non poteris obtinere eos.

28. Et iratus est rex, ut hæc audivit: & convocavit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos, qui super equites erant.

29. Sed & de regnis aliis, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii.

30. Et erat numerus exercitus ejus, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad prælium

17. Und Zabdiel, der Araber, schlug dem Alexandro das Haupt ab, und schickte es dem Ptolemäo zu.

18. Und der König Ptolemäus starb am dritten Tage hernach: und die in den Vestungen lagen, wurden von denen umgebracht, die im Lager waren.

19. Und Demetrius fieng an zu regieren im hundert und sieben und sechszigsten Jahre.

II. 20. In denselbigen Tagen brachte Jonathas das Volk im jüdischen Lande zusammen, die Burg zu bestürmen, welche zu Jerusalem war: und sie machten wider sie viel Sturmzeug.

21. Da zogen etliche gottlose Männer, die ihr Volk hasseten, zum Könige Demetrio, und brachten ihm die Zeitung, daß Jonathas die Burg belagert hätte.

22. Als er das hörete, ward er zornig, und zog alsbald gen Ptolemaida, und schrieb an Jonathan, er sollte die Burg unbelagert lassen, und eilends zu ihm auf ein Gespräch kommen.

23. Da nun Jonathas solches hörete, befahl er, die Burg zu belagern: und er erwählte etliche von den Aeltesten in Israel, und von den Priestern, und begab sich in die Gefahr.

24. Und er nahm Gold, und Silber, und Kleider, und viel andere Geschenke, und zog zum Könige gen Ptolemaida, und fand Gunst vor seinem Angesichte.

25. Und etliche gottlose Leute von seinem Volke hielten wider ihn an.

26. Aber der König handelte mit ihm, wie die mit ihm gehandelt hatten, so vor ihm gewesen waren: und er erhöhete ihn vor dem Angesichte aller seiner Freunde.

27. Und bestättigte ihm das Hohepriesterthum, und was er sonst zuvor von ansehnlichen Aemtern gehabt, und machte ihn zum Obersten über seine Freunde.

28. Und Jonathas begehrte vom Könige, daß er das jüdische Land, und die drey Vogteyen, Samariam, sammt ihren Gränzen, frey machen wollte: dagegen gelobte er ihm dreyhundert Pfund zu geben.

29. Und der König verwilligte es, und gab dem Jonathä über alle diese Sachen eine Verschreibung, die war dieses Inhalts:

30. Der König Demetrius wünschet Jonathä, seinem Bruder, und dem jüdischen Volke Heil.

31. Wir übersenden euch die Abschrift eines Briefs, den wir von euch an Lasthenem, unsern Vater, geschrieben haben, damit ihr es auch wisset.

32. Der König Demetrius wünschet Lastheni, seinem Vater, Heil.

tibi filiam meam, quam habet Alexander: & regnabis in regno patris tui:

10. Pœnitet enim me, quod dederim illi filiam meam: quæsivit enim me occidere.

11. Et vituperavit eum, propterea quod concupierat regnum ejus.

12. Et abstulit filiam suam, & dedit eam Demetrio, & alienavit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ ejus.

13. Et intravit Ptolemæus Antiochiam, & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti, & Asiæ.

14. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant, qui erant in locis illis.

15. Et audivit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugavit † eum.

16. Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protegeretur: rex autem Ptolemæus exaltatus est.

17. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo.

18. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus perierunt ab his, qui erant intra castra.

19. Et regnavit † Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo.

II. 20. In diebus illis congregavit Jonathas eos, qui erant in Judæa, ut expugnarent arcem, quæ est in Jerusalem: & fecerunt contra eam machinas multas.

21. Et abierunt quidam, qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiaverunt ei, quod Jonathas obsideret arcem.

22. Et ut audivit, iratus est, & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Jonathæ, ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium festinato.

23. Ut audivit autem Jonathas, jussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus, & dedit se periculo.

24. Et accepit aurum, & argentum, & vestem, & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & invenit gratiam in conspectu ejus.

25. Et interpellabant adversus eum quidam iniqui ex gente sua.

26. Et fecit ei rex, sicut fecerant ei, qui ante eum fuerant: & exaltavit eum in conspectu omnium amicorum suorum.

27. Et statuit ei principatum sacerdotii, & quæcumque alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principem amicorum.

28. Et postulavit Jonathas a rege, ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines ejus: & promisit ei talenta trecenta.

29. Et consensit rex, & scripsit Jonathæ epistolas de his omnibus, hunc modum continentes:

30. Rex Demetrius fratri Jonathæ salutem, & genti Judæorum.

31. Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni parenti nostro de vobis, misimus ad vos, ut sciretis.

32. Rex Demetrius Lastheni parenti salutem.

† *Anno M.* 3850. *ante Chr.* 145.

† *Eodem an.*

33. Genti

†. 10. *Quæsivit enim me occidere.* Hoc dicebat ad honestum ambitionis prætextum capiendum.

†. 11. *Et vituperavit.* Ideo repudiavit, & a thoro filiæ repulit; sed vera causa erat cupido regni capessendi.

†. 18. *Rex Ptolemæus mortuus est die tertia.* Ex vulneribus acceptis in pugna cum Alexandro commissa. *Et qui erant in munitionibus.* Quas ceperat Ptolemæus. *Perierunt ab his, qui erant intra castra.* A copiis Ptolemæi, quas Demetrius pecunia corruperat.

†. 20. *Ut expugnarent arcem, quæ est in Jerusalem.* Demetrius jusserat, ut Jonathæ redderetur; sed res executioni non mandata fuit, Jonatha contrarias partes secuto.

†. 23. *Ut audivit autem Jonathas, jussit obsidere.* sc. Obsidionem continuari. Quidam legunt in Græco Codice: *Jussit, non obsidere.* Vix enim credibile iis videtur Jonatham adire, voluisse regem, cum obsideret arcem.

†. 28. *Postulavit — ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias.* Samariæ, Perææ, & Galilææ.

33. Genti Judæorum amicis nostris, & conservantibus, quæ justa sunt apud nos, decrevimus benefacere propter benignitatem ipsorum, quam erga nos habent.

34. Statuimus ergo illis omnes fines Judææ, & tres civitates, Lydan, & Ramathan, quæ additæ sunt Judææ ex Samaria, & omnes confines earum sequestrari omnibus sacrificantibus in Jerosolymis pro his, quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terræ, & pomorum:

35. Et alia, quæ ad nos pertinebant decimarum, & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis, & areas salinarum, & coronas, quæ nobis deferebantur:

36. Omnia ipsis concedimus, & nihil horum irritum erit ex hoc, & in omne tempus.

37. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Jonathæ, & ponatur in monte sancto, in loco celebri.

38. Et videns Demetrius rex, quod siluit terra in conspectu suo, & nihil ei resistit, dimisit totum exercitum suum, unumquemque in locum suum, excepto peregrino exercitu, quem contraxit ab Insulis gentium: & inimici erant ei omnes exercitus patrum ejus.

† *Ann. M. 3860. Ante Chr. 144.*

39. Tryphon † autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit, quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium, & ivit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum, filium Alexandri:

40. Et assidebat ei, ut traderet eum ipsi, ut regnaret loco patris sui: & enuntiavit ei, quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum ejus adversus illum: & mansit ibi diebus multis.

41. Et misit Jonathas ad Demetrium regem, ut ejiceret eos, qui in arce erant in Jerusalem, & qui in præsidiis erant, quia impugnabant Israel.

42. Et misit Demetrius ad Jonathan, dicens: Non hæc tantum faciam tibi, & genti tuæ, sed gloria illustrabo te, & gentem tuam, cum fuerit opportunum.

43. Nunc ergo recte feceris, si miseris in auxilium mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus.

44. Et misit ei Jonathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, & delectatus est rex in adventu eorum.

45. Et convenerunt, qui erant de civitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem,

46. Et fugit rex in aulam: & occupaverunt, qui erant de civitate, itinera civitatis, & cœperunt pugnare:

47. Et vocavit rex Judæos in auxilium: & convenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt omnes per civitatem:

48. Et occiderunt in illa die centum millia hominum, & succenderunt civitatem, & ce-

33. Wir haben bey uns beschlossen, dem jüdischen Volke, unseren Freunden, die bey uns, was recht ist, halten, Gutes zu thun, wegen ihrer freundlichen Zuneigung, die sie gegen uns tragen.

34. Derowegen haben wir ihnen zum besten verordnet, daß alle Gränzen des jüdischen Landes, auch die drey Städte Lida, und Ramatha, welche aus Samaria dem jüdischen Lande zugegeben sind, sammt allen ihren Gränzen, sollen abgesöndert werden, zum Behufe aller derjenigen, die zu Jerusalem opfern, anstatt des Einkommens, das der König zuvor von ihnen jährlich empfangen hat, wie auch anstatt des Getraydes, und der Baumfrüchten:

35. Auch andere Dinge, die uns zugehören, als Zehenden, Zins, Salzgruben, und Kronensteuer, was man uns davon pflegte zu geben, haben wir ihnen von dieser Zeit an nachgelassen:

36. Dieses alles übergeben wir ihnen, und soll von nun an bis zu ewigen Tagen keines von diesen Stücken kraftlos werden.

37. So lasset nun * eine Abschrift von diesem Briefe machen, und dieselbige soll man Jonathä geben, und sie auf dem heiligen Berge an einen fürnehmen Ort hinlegen.

* zu dessen Urkund

38. Als nun der König Demetrius sah, daß das Land vor seinem Angesichte in Ruhe war, und ihm niemand widerstund, dankte er seinem ganzen Heere ab, und ließ einen jeglichen an seinen Ort ziehen: ausgenommen das fremde Kriegsvolk, das er aus den Inseln der Heyden geworben hatte: darum waren ihm alle Kriegsleute feind, die seinen Vätern gedienet hatten.

39. Es war aber einer, Tryphon genannt, der zuvor auf des Alexandri Seite gewesen war: da dieser sah, daß das ganze Heer wider Demetrium murrete, zog er zu Emalchuel, dem Araber, der Antiochum, den Sohn Alexandri, erzog:

40. Und er lag ihm an, daß er ihm denselben übergäbe, damit er an seines Vaters Statt regierete: er erzählte ihm auch, was Demetrius gethan hätte, und wie die Kriegsleute ihm feind wären: und hielt sich daselbst viele Tage lang auf.

41. Und Jonathas schickte zum Könige Demetrio, und bath ihn, er wollte diejenigen ausschaffen, die in der Burg zu Jerusalem, und sonst in den Besatzungen waren, dieweil sie wider Israel feindlich handelten.

42. Und Demetrius sandte wieder zu Jonatha, und sprach: Ich will dir, und deinem Volke nicht allein das thun, sondern, will auch dich, sammt deinem Volke, zu hohen Ehren bringen, wenn es die Gelegenheit geben wird.

43. Du wirst aber jetzt wohl thun, wenn du mir Männer zu Hülfe schicken wirst: denn mein ganzes Heer ist von mir abgewichen.

44. Da schickte ihm Jonathas dreytausend tapfere Männer gen Antiochiam: die kamen zum Könige, und der König erfreuete sich bey ihrer Ankunft.

45. Denn es hatten sich die von der Stadt zusammen gethan, in die hundert und zwanzigtausend Mann, und wollten den König tödten.

46. Und der König floh in den königlichen Hof: und die von der Stadt nahmen die Gassen der Stadt ein, und fiengen an zu stürmen:

47. Und der König rief die Juden um Hülfe an: und sie kamen alle zugleich bey ihm zusammen, und zertheilten sich alle miteinander durch die Stadt:

48. Und sie erschlugen am selbigen Tage in die hunderttausend Menschen, und zündeten die Stadt an, sie bekamen

---

℣. 34. *Et tres civitates.* In Græco tertia additur ἀφαίρεμα, quæ videtur esse *Ephrem*, Joan. 11. v. 54. In Græco tres sunt præfecturæ, duæ tantum in Vulgata. Nullum hodie in Græco verbum reperitur, quod *sequestrari* respondeat. Forte pro ἀφαίρεμα, legit olim Interpres ἀφαιρεῖν, aut ἀφαιρεῖσθαι, quod *auferre, adimere,* & *sequestrari* significat. Remittit pecunias, quæ dari solebant ab offerentibus primitias, quæque dabantur pro tertia parte frugum.

℣. 35. *Remittimus eis, & areas salinarum.* Græc. *Salis stagna.*

℣. 38. *Et inimici erant ei omnes exercitus patrum ejus.* Syriacæ & Asiaticæ legiones ægre ferebant, quod postposuerit peregrino & externo militi, cum a cunctis ante eum regibus etiam pacis tempore stipendia accipere solitæ fuerint. Joseph. lib. 13. cap. 8.

℣. 39. *Tryphon autem*, qui prius *Diadote* vocabatur, ex Appiano. *Qui nutriebat Antiochum.* Appianus eum vocat *Alexandrum*, ex Cleopatra filia Ptolemæi Philometoris natus erat.

men auch eine große Beute an demselbigen Tage, und erlöseten den König.

49. Da nun die von der Stadt sahen, daß die Juden die Stadt zu ihrem Willen hatten, ward ihnen der Muth klein: und sie riefen den König an, bathen ihn, und sprachen:

50. Gieb uns die rechte Hand, und laß doch die Juden aufhören, uns, und die Stadt zu bestreiten.

51. Und sie warfen ihre Waffen von sich, und machten Friede: und die Juden wurden hoch geehret bey dem Könige, und bey allen, die in seinem Königreiche waren, und bekamen einen großen Namen im Reiche: und sie zogen wieder gen Jerusalem, und hatten einen großen Raub.

52. Und Demetrius der König setzte sich auf den Stuhl seines Königreichs: und das Land war in Ruhe in seinem Angesichte.

53. Und er ward zum Lügner in allem, was er geredt hatte: und er wandte sich ab von Jonatha, und vergalt ihm die Wohlthaten nicht, die er ihm erzeiget hatte, und that ihm große Bedrängniß an.

III. 54. Aber nach diesem kam Tryphon wieder, und Antiochus, ein aufwachsender Knabe, mit ihm, und fieng an zu regieren, und nahm die Krone auf sein Haupt.

55. Und alles Kriegsvolk, so Demetrius zerstreuet hatte, versammelte sich zu ihm, und sie stritten wider ihn: und er floh, und kehrete den Rücken.

56. Und Tryphon bekam die Elephanten, und nahm Antiochiam ein.

57. Und der Jüngling Antiochus schrieb an Jonatham, und sprach: Ich bestätige dir das Hohepriesterthum, und verordne dich über die vier Städte, daß du unter den Freunden des Königs seyest.

58. Und er sandte ihm goldene Geschirre zum Dienste, und gab ihm Macht, aus Gold zu trinken, und ein Purpurkleid anzulegen, und ein goldenes Halsband zu tragen.

59. Aber Simon seinen Bruder machte er zum Fürsten von den Landmarken Tyri, bis an die Gränzen Aegypti.

60. Und Jonathas begab sich heraus, und zog jenseits des Flusses durch die Städte herum: und alles Kriegsvolk in Syrien versammelte sich zu ihm, Hülfe zu leisten: und er kam gen Ascalon, und sie kamen gar ehrlich aus der Stadt entgegen.

61. Von dannen zog er gen Gaza: und die zu Gaza waren, verschlossen sich: und er belagerte die Stadt, und was um die Stadt her war, das zündete er mit Feuer an, und räumte es hinweg.

62. Und die von Gaza bathen Jonatham, und er gab ihnen die rechte Hand: er nahm aber ihre Kinder zu Geißeln, und sandte sie gen Jerusalem: und er durchzog das Land bis gen Damascum.

63. Und als Jonathas hörete, daß die Fürsten Demetrii gen Cades, so in Galiläa liegt, mit einem großen Heere angekommen waren, und gedachten, ihn von den Geschäfften des Königreichs abzusetzen,

64. Zog er ihnen entgegen: aber Simon seinen Bruder ließ er im Lande.

65. Und Simon belagerte Bethsura, und bestürmete sie viele Tage lang, und beschloß sie.

66. Und sie bathen ihn, er wollte ihnen die rechte Hand geben: und er gab sie ihnen, und trieb sie hinaus, und nahm die Stadt ein, und legte Volk darein zur Besatzung.

67. Und Jonathas und sein Heer lagerten sich an das Wasser Genesar: und sie machten sich auf vor Tage, und kamen in das Feld Asor.

68. Und siehe, das Heer der Fremdlinge kam ihm im Felde entgegen, und sie machten wider ihn einen Hinterhalt auf dem Gebirge: er aber zog ihnen gerad entgegen.

69. Und die im Hinterhalte waren, kamen aus ihrem Orte hervor, und sie trafen aufeinander.

70. Und alle, die auf Jonathä Seite waren, nahmen die Flucht: und keiner von ihnen blieb übrig, ausgenom-

perunt spolia multa in die illa, & liberaverunt regem.

49. Et viderunt, qui erant de civitate, quod obtinuissent Judæi civitatem, sicut volebant, & infirmati sunt mente sua: & clamaverunt ad regem cum precibus, dicentes:

50. Da nobis dextras, & cessent Judæi oppugnare nos, & civitatem.

51. Et projecerunt arma sua, & fecerunt pacem: & glorificati sunt Judæi in conspectu regis, & in conspectu omnium, qui erant in regno ejus, & nominati sunt in regno: & regressi sunt in Jerusalem habentes spolia multa.

52. Et sedit Demetrius rex in sede regni sui: & siluit terra in conspectu ejus.

53. Et mentitus est omnia, quæcumque dixit: & abalienavit se a Jonatha, & non retribuit ei secundum beneficia, quæ sibi tribuerat, & vexabat eum valde.

III. 54. Post hæc autem reversus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnavit, & imposuit sibi diadema.

55. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus, quos dispersérat Demetrius, & pugnaverunt contra eum: & fugit, & terga vertit.

56. Et accepit Tryphon bestias, & obtinuit Antiochiam.

57. Et scripsit Antiochus adolescens Jonathæ, dicens: Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor civitates, ut sis de amicis regis.

58. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in in purpura, & habere fibulam auream.

59. Et Simonem fratrem ejus constituit ducem a terminis Tyri usque ad fines Ægypti.

60. Et exiit Jonathas, & perambulabat trans flumen civitates: & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium: & venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorifice de civitate.

61. Et abiit inde Gazam: & conclusérunt se, qui erant Gazæ: & obsedit eam, & succendit, quæ erant in circuitu civitatis, & prædatus est ea.

62. Et rogaverunt Gazenses Jonathan, & dedit illis dexteram: & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Jerusalem: & perambulavit regionem usque Damascum.

63. Et audivit Jonathas, quod prævaricati sunt principes Demetrii in Cades, quæ est in Galilæa, cum exercitu multo, volentes eum removere a negotio regni,

64. Et occurrit illis: fratrem autem suum Simonem reliquit intra provinciam.

65. Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos.

66. Et postulaverunt ab eo dextras accipere: & dedit illis, & ejecit eos inde, & cepit civitatem, & posuit in ea præsidium.

67. Et Jonathas, & castra ejus applicuerunt ad aquam Genesar: & ante lucem vigilaverunt in campo Asor.

68. Et ecce, castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus: ipse autem occurrit ex adverso.

69. Insidiæ vero exurrexerunt de locis suis, & commiserunt prælium.

70. Et fugerunt, qui erant ex parte Jonathæ omnes: & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias,

℣. 63. *Audivit Jonathas, quod prævaricati sunt principes Demetrii.* In Græco hodie legitur παρῆσαν, i. e. *aderant, advenerant*, quod quantum absit a Vulgata, quisque videt. Crediderim Interpretem legisse παρέβησαν, id est, *transgressi sunt, prævaricati sunt*: ex quo facillime ex scriptorum incuria ortum est illud παρῆσαν.

thathias, filius Absolomi, & Judas, filius Calphi, princeps militiæ exercitus.

71. Et scidit Jonathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & oravit.

72. Et reversus est Jonathas ad eos in prælium, & convertit eos in fugam, & pugnaverunt.

73. Et viderunt, qui fugiebant partis illius, & reversi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes usque Cades ad castra sua, & pervenerunt usque illuc:

74. Et ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reversus est Jonathas in Jerusalem.

men Mathathias, der Sohn Absolomi, und Judas, der Sohn Calphi, ein Oberster über das Kriegsheer.

71. Da zerriß Jonathas seine Kleider, und streuete Erde auf sein Haupt, und bethete.

72. Und Jonathas kehrete wieder um zu ihnen zum Streite, und schlug sie in die Flucht, und sie stritten männlich.

73. Da das diejenigen sahen, welche auf seiner Seite die Flucht nahmen, kehreten sie wieder um zu ihm, und verfolgeten mit ihm alle bis gen Cades zu ihrem Lager, und kamen bis dahin:

74. Und sind am selbigen Tage dreytausend Mann von den Fremdlingen erlegt worden: und Jonathas zog wieder gen Jerusalem.

CAPUT XII.

I. Jonathas cum Romanis ac Spartiatis fœdus renovat: 1. II. Principes Demetrii fugat: percussisque Arabibus ordinat ædificari præsidia in Juda: 24. III. A Tryphone cupiente regnum Antiochi invadere, & fingente se amicum, dolo capitur. 39.

1. Et vidit Jonathas, quia tempus eum juvat, & elegit viros, & misit † eos Romam, statuere & renovare cum eis amicitiam:

† *Eodem anno* 3860.

2. Et ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam.

3. Et abierunt Romam, & intraverunt curiam, & dixerunt: Jonathas, summus sacerdos, & gens Judæorum miserunt nos, ut renovaremus amicitiam, & societatem secundum pristinum.

4. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, ut deducerent eos in terram Juda cum pace.

5. Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Jonathas Spartiatis:

6. JONATHAS, summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Judæorum, Spartiatis fratribus salutem.

† *Ann. M.* 3817. *Ante Chr.* 187.

7. Jam pridem † missæ erant epistolæ ad Oniam *a* summum sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut rescriptum continet, quod subjectum est.

a De quo infra

2. *Mach.* 3.

8. Et suscepit Onias virum, qui missus fuerat, cum honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate, & amicitia.

9. Nos, cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris,

10. Maluimus mittere ad vos renovare fraternitatem, & amicitiam, ne forte alieni efficiamur a vobis: multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos.

11. Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solemnibus, & cæteris, quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis, quæ offerimus, & in observationibus, sicut fas est, & decet meminisse fratrum.

12. Lætamur itaque de gloria vestra.

13. Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia: & impugnaverunt nos reges, qui sunt in circuitu nostro.

14. Noluimus ergo vobis molesti esse, neque ceteris sociis, & amicis nostris, in his præliis:

15. Habuimus enim de cœlo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri.

16. Elegimus itaque Numenium Antiochi

Das zwölfte Capitel.

I. Jonathas erneuert das Verbindniß mit den Römern, und Spartanern: 1. II. Schlägt des Demetrii, und der Araber Kriegsheer, und führet nützliche Gebäude auf: 24. III. Wird endlich durch List des Tryphonis gefangen, und sehr bedauert. 39.

1. Und da Jonathas sah, daß ihm die Zeit Gelegenheit gab, erwählete er Männer, und schickte sie gen Rom, die Freundschaft mit den Römern zu bestätigen, und zu erneuern:

2. Er schickte auch Briefe an die von Sparta, und an andere Oerter, gleiches Inhalts.

3. Und sie zogen gen Rom, und kamen auf das Rathhaus, und sprachen: Jonathas, der Hohepriester, und das jüdische Volk, haben uns ausgesandt, die alte Freundschaft und den Bund mit euch zu erneuern.

4. Und sie gaben ihnen Briefe an ihre Leute, von einem Orte zum andern, daß sie die Gesandten in das Land Juda mit Friede begleiteten.

5. Dieß ist aber die Abschrift des Sendbriefs, den Jonathas an die von Sparta geschrieben hat:

6. Jonathas, der Hohepriester, und die Aeltesten des Volkes, und die Priester, sammt dem übrigen jüdischen Volke, wünschen denen von Sparta ihren Brüdern Heil.

7. Es ist schon lang von Ario, der bey euch damals in der Regierung war, ein Sendbrief an Onian, den Hohepriester, geschickt worden, daß ihr unsere Brüder seyd, wie die Schrift lautet, so hierunten gesetzt wird.

8. Und Onias hat damals den Mann, der gesandt war, ehrlich empfangen: er hat auch die Briefe angenommen, in welchen von dem Bunde und Freundschaft ist angedeutet worden.

9. Obwohl uns nun keines von diesen Dingen nöthig war, angesehen, daß wir die heiligen Bücher zum Troste haben, die in unsern Händen sind:

10. So haben wir dannoch zu euch schicken wollen, die Brüderschaft und Freundschaft wieder zu erneuern, damit wir von euch vielleicht nicht entfremdet würden: denn es ist schon viele Zeit verflossen, daß ihr zu uns gesandt habt.

11. Deswegen wir zu allen Zeiten ohne Unterlaß an unsern Feyertagen, und andern Tagen, wenn es sich gebühret, euer ingedenk sind in unsern Opfern, die wir opfern, und in unserm Gottesdienste, wie es dann billig ist, und sich gebühret, an Brüder zu gedenken.

12. Wir erfreuen uns auch eures herrlichen Standes.

13. Uns aber haben allerhand Trübseligkeiten, und viele Kriege von allen Seiten her umgeben: denn es haben die Könige, welche rings um uns her sind, Krieg wider uns geführet.

14. Wir haben gleichwohl euch, und andern unsern Bundesgenossen und Freunden, in diesen Kriegen nicht beschwerlich seyn wollen:

15. Denn wir haben Hülfe von dem Himmel bekommen, und sind erlöst, aber unsere Feinde sind gedemüthiget worden.

16. So haben wir Numenium, den Sohn Antiochi, und

Anti-

¥. 72. *Et pugnaverunt.* Gr. fugerunt.

CAPUT XII.

¥. 1. *Vidit Jonathas quia tempus eum juvat*, sc. opportunum tempus adesse.

¥. 7. *Jam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotem.* Hic erat Onias secundus circa annum Græcorum 79.

¥. 9. *Nos, cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros.* Q. d. nec societate indigemus utpote securi a bellis: nec notitia amicitiæ, de qua sufficiens testimonium habemus per sanctos libros, in quibus de Cethuræ posteris scriptum est. Spartani jactabant se esse de genere Abrahæ, & probabilius a Cethura erant geniti.

Antipatrem, den Sohn Jasonis, erwählet, und zu den Römern gesandt, die alte Freundschaft und Bindniß mit ihnen zu erneuern.

17. Wir haben ihnen darneben befohlen, daß sie auch zu euch ziehen, und euch unsern Gruß vermelden sollten, und unser Schreiben von Erneuerung unserer Brüderschaft überreichen.

18. Und ihr werdet wohl thun, daß ihr uns hierauf antwortet.

19. Dieß ist aber die Abschrift des Sendbriefs, den Arius zu Onia gesandt hat:

20. Arius, der König zu Sparta, wünschet Oniä, dem Hohenpriester, Heil.

21. Es hat sich in den Schriften befunden von denen zu Sparta, und von den Juden, daß sie Brüder sind, und daß sie beyde vom Geschlechte Abrahams herkommen.

22. Nachdem wir nun dieß erfahren, halten wir, ihr thut wohl daran, daß ihr uns von eurem friedlichen Zustand berichtet:

23. So haben wir auch an euch geschrieben, daß unser Vieh, und unser Gut euer seyn soll; und das eure soll unser seyn: und haben befohlen, daß man euch solches anzeigen sollte.

II. 24. Darnach hörte Jonathas, daß die Fürsten Demetrii mit einem großen Heere, stärker als zuvor, wären ausgezogen wider ihn zu streiten.

25. Und er zog von Jerusalem aus, und kam ihnen entgegen im Lande Amath: denn er ließ ihnen keine Zeit, in sein Land zu kommen.

26. Und er schickte Ausspäher aus in ihr Lager, die kamen wieder, und brachten die Bothschaft, daß sie beschlossen hätten, sie bey der Nacht zu überfallen.

27. Als nun die Sonne untergegangen war, befahl Jonathas den Seinigen, daß sie wacheten, und die ganze Nacht in der Rüstung zum Streit bereit wären: und er stellte die Wache rings um das Lager her.

28. Und die Feinde hörten, daß Jonathas mit den Seinigen zum Streit bereit wäre: da kam sie ein Schrecken an, und wurden zaghaft in ihrem Herzen, und zündeten große Feuer an in ihrem Lager.

29. Aber Jonathas, und die bey ihm waren, erfuhren es nicht bis am Morgen: sie sahen aber das Feuer hin und wieder brennen:

30. Und Jonathas zog ihnen nach, aber er traf sie nicht an: denn sie waren schon über den Fluß Eleutherum gezogen.

31. Da wandte sich Jonathas wider die Araber, die man Zabadäer nennet, und schlug sie, und nahm ihren Raub hinweg.

32. Und er nahm das Volk zu sich, und kam gen Damascum, und zog durch das ganze Land herum.

33. Aber Simon zog aus, und kam bis gen Ascalon, und bis an die nächst gelegenen Vestungen: und er wandte sich gen Joppen, und nahm die Stadt ein,

34. (Denn er hatte gehört, daß sie die Vestung dem Anhang des Demetrii übergeben wollten) und er legte Kriegsleute zur Besatzung hinein, die Stadt zu verwahren.

35. Und Jonathas kam wieder nach Haus, und berief die Aeltesten des Volks zusammen, und berathschlagte sich mit ihnen, wie im jüdischen Lande Vestungen zu bauen,

36. Und die Mauren zu Jerusalem zu bessern wären, und wie zwischen der Burg und der Stadt, eine hohe Mauer aufzuführen wäre, damit die Burg von der Stadt abgesöndert würde, daß sie für sich selbst allein wäre, und die darauf liegen, weder kaufen, noch verkaufen möchten.

37. Und sie versammelten sich, die Stadt zu bauen: und die Mauer an dem Bache gegen Sonnenaufgang fiel über den Haufen, und er bauete sie wieder auf, und wird der Ort Caphetetha genannt:

38. Simon aber bauete Adiada zu Sephelä, und befestigte sie, und machte Thore und Schlösser daran.

filium, & Antipatrem Jasonis filium, & misimus ad Romanos renovare cum eis amicitiam, & societatem pristinam.

17. Mandavimus itaque eis, ut veniant etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innovatione fraternitatis nostræ.

18. Et nunc bene facietis respondentes nobis ad hæc.

19. Et hoc est rescriptum epistolarum, quod miserat Oniæ:

20. Arius, rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno salutem.

21. Inventum est in scriptura de Spartiatis, & Judæis, quoniam sunt fratres, & quod sunt de genere Abraham.

22. Et nunc, ex quo hæc cognovimus, bene facitis scribentes nobis de pace vestra:

23. Sed & nos rescripsimus vobis: Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ sunt; & & vestræ, nostræ: mandavimus itaque hæc nuntiari vobis.

II. 24. Et audivit Jonathas, quoniam regressi sunt principes Demetrii cum exercitu multo supra quam prius, pugnare adversus eum.

25. Et exiit ab Jerusalem, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis spatium, ut ingrederentur regionem ejus.

26. Et misit speculatores in castra eorum, & reversi renuntiaverunt, quod constituunt supervenire illis nocte.

27. Cum occidisset autem sol, præcepit Jonathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum.

28. Et audierunt adversarii, quod paratus est Jonathas cum suis in bello: & timuerunt, & formidaverunt in corde suo, & accenderunt focos in castris suis.

29. Jonathas autem, & qui cum eo erant, non cognoverunt usque mane: videbant autem luminaria ardentia:

30. Et secutus est eos Jonathas, & non comprehendit eos: transierant enim flumen Eleutherum.

31. Et divertit Jonathas ad Arabas, qui vocantur Zabadæi, & percussit eos, & accepit spolia eorum.

32. Et junxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam.

33. Simon autem exiit, & venit usque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declinavit in Joppen, & occupavit eam,

34. (Audivit enim, quod vellent præsidium tradere partibus Demetrii) & posuit ibi custodes, ut custodirent eam.

35. Et reversus est Jonathas, & convocavit seniores populi, & cogitavit † cum eis ædificare præsidia in Judæa,

† *Eodem Anno* 3860.

36. Et ædificare muros in Jerusalem, & exaltare altitudinem magnam inter medium arcis & civitatis, ut separaret eam a civitate, ut esset ipsa singulariter, & neque emant, neque vendant.

37. Et convenerunt, ut ædificarent civitatem: & cecidit murus, qui erat super torrentem ab ortu solis, & reparavit eum, qui vocatur Caphetetha:

38. Et Simon ædificavit Adiada in Sephela, & munivit eam, & imposuit portas, & seras.

℣. 19 *Et hoc est rescriptum.* Decretum de amicitia & societate cum Judæis ineunda, quod tunc a Lacedæmoniis sancitum est, habetur infra cap. 14. v. 22. & 23.

℣. 25. *Occurrit eis in Amathite regione.* Quæ est in Arabia.

℣. 28. *Et accenderunt focos.* Ut Judæi videntes frequentes ignes, non suspicarentur hostes fugisse.

℣. 29. *Non cognoverunt*, eorum fugam, *usque mane.*

℣. 36. *Ut esset ipsa* arx *singulariter.* Separata ab urbe, citra communicationem.

℣. 38. *In Sephela.* In loco plano.

† *Anno M.* 3861.

III. 39. Et cum cogitasset † Tryphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem:

40. Timens, ne forte non permitteret eum Jonathas, sed pugnaret adversus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgens abiit in Bethsan.

41. Et exivit Jonathas obviam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Bethsan.

42. Et vidit Tryphon, quia venit Jonathas cum exercitu multo, ut extenderet in eum manus, timuit.

43. Et excepit eum cum honore, & commendavit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis, ut obedirent ei, sicut sibi.

44. Et dixit Jonathæ: Ut quid vexasti universum populum, cum bellum nobis non sit?

45. Et nunc remitte eos in domos suas, elige autem tibi viros paucos, qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & exercitum, & universos præpositos negotii, & conversus abibo: propterea enim veni.

46. Et credidit ei, & fecit, sicut dixit: & dimisit exercitum, & abierunt in terram Juda.

47. Retinuit autem secum tria millia virorum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo.

48. Ut autem intravit Ptolemaidam Jonathas, clauserunt portas civitatis Ptolemenses, & comprehenderunt eum, & omnes, qui cum eo intraverant, gladio interfecerunt.

49. Et misit Tryphon exercitum, & equites in Galilæam, & in campum magnum, ut perderent omnes socios Jonathæ.

50. At illi cum cognovissent, quia comprehensus est Jonathas, & periit, & omnes, qui cum eo erant, hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium.

51. Et videntes hi, qui insecuti fuerant, quia pro anima res est illis, reversi sunt:

52. Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Juda, & planxerunt Jonathan, & eos, qui cum ipso fuerant, valde: & luxit Israel luctu magno.

53. Et quæsierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos: dixerunt enim:

54. Non habent principem, & adjuvantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

III. 39. Weil Tryphon gedachte über Asiam zu herrschen, und die königliche Krone an sich zu ziehen, und seine Hand an den König Antiochum zu legen:

40. Aber er fürchtete, es möchte ihn Jonathas vielleicht daran verhindern, und wider ihn streiten, so suchte er Gelegenheit, ihn zu ergreifen, und um das Leben zu bringen. Und er machte sich auf, und zog gen Bethsan.

41. Da zog ihm Jonathas entgegen mit vierzigtausend Mann, die auserwählt und zum Streit gerüstet waren, und kam gen Bethsan.

42. Als nun Tryphon sah, daß Jonathas mit solchem großen Heere kam, furchte er sich, die Hände an ihn zu legen.

43. Und er empfieng ihn ehrlich, und empfahl ihn allen seinen Freunden, und gab ihm Geschenke: er befahl auch seinen Kriegsleuten, daß sie ihm gehorsam wären, wie ihm selbst.

44. Und er sprach zu Jonathas: Warum hast du das ganze Volk also bemühet, da doch kein Krieg zwischen uns ist?

45. Schicke sie wieder zurück in ihre Häuser, und erwähle dir etliche wenige Männer, die bey dir seyen, und ziehe mit mir gen Ptolemaida, so will ich dir die Stadt, und andere Vestungen übergeben, sammt dem Kriegsheere, und alle, so über die Geschäffte verordnet sind, darnach will ich mich wenden, und abziehen: denn darum bin ich hieher gekommen.

46. Und er glaubte ihm, und that, wie er gesagt hatte: also ließ er das Heer von sich, und sie zogen in das Land Juda.

47. Und er behielt dreytausend Mann bey sich: und von denselbigen schickte er zweytausend zurück in Galiläam, aber tausend zogen mit ihm.

48. Als nun Jonathas zu Ptolemais hineingezogen war, schlossen die von Ptolemais die Thore zu, und nahmen ihn gefangen, und erwürgeten mit dem Schwert alle, die mit ihm hinein gekommen waren.

49. Und Tryphon schickte das Heer, sammt den Reitern in Galiläam, und auf das große Feld, alle, die dem Jonatha zugethan waren, zu vertilgen.

50. Als aber diese hörten, daß Jonathas gefangen, und umgekommen war, sammt allen, die bey ihm gewesen waren, ermahneten sie einander, zogen aus, und rüsteten sich zum Streit.

51. Da nun diejenigen, welche auf sie waren angezogen, sahen, daß sie für ihr Leben streiten wollten, kehrten sie wieder zurück:

52. Und diese kamen alle mit Friede wieder in das Land Juda, und beweineten Jonathan sehr, sammt allen, die bey ihm gewesen waren: und Israel trug Leid mit großem Trauren.

53. Und alle Heyden, die rings um sie her waren, unterstunden sich, sie zu vertilgen: denn sie sprachen:

54. Sie haben keinen Fürsten, noch jemand, der ihnen Beystand thue: derowegen wollen wir sie jetzt bekriegen, und ihr Gedächtniß von den Menschen hinwegnehmen.

CAPUT XIII.

I. Simon suscepto principatu pro fratre Jonatha misit petitam Tryphoni pecuniam, una cum filiis Jonathæ, ad ejus redemptionem: Tryphon accepta pecunia, patrem occidit cum filiis. 1. II. Simon magnificum extruit parentibus ac fratribus sepulchrum in Modin: Tryphon Antiochi regnum invadit; & Simon impetrat a Demetrio litteras fœderis ac immunitatis: 25. III. Expugnat Gazam, & arcem Jerosolymarum; propter quod festum quotannis agi præcipit. 43.

1. Et audivit Simon, quod congregavit Tryphon exercitum copiosum, ut veniret in terram Juda, & attereret eam.

2. Videns, quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Jerusalem, & congregavit populum,

3. Et adhortans, dixit: Vos scitis, quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus:

Das dreyzehnte Capitel.

I. Simon erlangt Jonathä seines Bruders Stelle, und überschickt auf Begehren des Tryphonis, dessen zween Söhne, sammt vielem Gelde zu des Jonathä Erlösung, welche Tryphon wider sein Versprechen umbringet. 8 II. Simon bauet ihnen ein herrliches Grab, auch unterschiedliche Vestungen im Judenlande: und macht Friede mit Demetrio, einem Feinde des Tryphonis, so den jungen Antiochum entleibet hatte: 25. III. Nimmt auch die Stadt Gazam, und das Schloß zu Jerusalem ein, und setzet seinen Sohn, Johannem Hyrcanum, zum Feldherrn 43.

1. Und Simon hörte, daß Tryphon ein sehr großes Heer versammelt hätte, in das Land Juda zu kommen, und dasselbige zu verheeren.

2. Als er aber sah, daß das Volk in Furcht und Schrecken war, zog er hinauf gen Jerusalem, und berief das Volk zusammen,

3. Und ermahnte sie, und sprach: Ihr wisset, wie große Kriege ich und meine Brüder, und meines Vaters Haus, für das Gesetz, und für das Heiligthum geführet, und was für Angst wir ausgestanden haben:

4. Darüber

℣. 49. *Et in campum magnum.* Dictum Esdrelon, & Mageddo.

4. Darüber sind alle meine Brüder umgekommen um Israels willen, und ich allein bin übrig geblieben.

5. Aber das müsse mir ja nicht wiederfahren, daß ich in Zeit einiger Trübsal meines Lebens verschonen sollte: denn ich bin nicht besser als meine Brüder.

6. Derowegen will ich mein Volk, und das Heiligthum, und unsere Weiber und Kinder rächen: denn alle Heyden haben sich zusammengethan, uns aus lauter Feindschaft zu vertilgen.

7. Da nun das Volk diese Worte hörete, ward ihr Herz * zugleich angezündet und feurig: * Geist

8. Und sie antworteten ihm mit lauter Stimme, und sprachen: Du sollt unser Heerführer seyn anstatt Judä und Jonathä deiner Brüder:

9. Führe den Krieg für uns, so wollen wir alles thun, was du uns sagen wirst.

10. Und er brachte alle Kriegsleute zusammen, und eilte, alle Mauren zu Jerusalem auszubauen, und bevestigte die Stadt ringsherum.

11. Und er sandte Jonathan, den Sohn Absalomi, und ein neues Kriegsheer mit ihm gen Joppen, der trieb diejenigen aus, die da waren, und blieb selbst allda.

12. Und Tryphon brach auf von Ptolemaida mit einem großen Heere, in das Land Juda zu ziehen: und er hatte Jonatham bey sich in Verhaftung.

13. Simon aber lagerte sich zu Addus, gegen dem flachen Felde über.

14. Und als Tryphon vernahm, daß Simon anstatt Jonathä seines Bruders aufgestanden war, und daß er ein Treffen mit ihm thun würde, schickte er Gesandten zu ihm,

15. Und sprach: Wir haben deinen Bruder Jonathan angehalten wegen des Geldes, das er in der Rechnung des Königs, bey Verwaltung der Aemter, die er gehabt, schuldig geblieben ist:

16. So schicke nun hundert Pfund Silber, und seine beeden Söhne zu Geißeln, daß er von uns nicht abweichen werde, wenn er wird entlassen seyn, so wollen wir ihn wieder schicken.

17. Wiewohl nun Simon merkte, daß er betrüglich mit ihm redete, so befahl er gleichwohl, das Geld, sammt den beyden Knaben ihm zu liefern: damit er nicht eine große Feindschaft auf sich lud bey dem Volke Israel, daß man sagen möchte:

18. Dieweil er ihm das Geld und die Knaben nicht zugeschicket hat, darum ist Jonathas umgekommen.

19. Also schickte er ihm die Knaben, und die hundert Pfund: aber er hat gelogen, und ließ Jonathan nicht los.

20. Darnach kam Tryphon zum Lande hinein, dasselbige zu verheeren, und drehete sich herum auf den Weg, der gegen Ador führet: und Simon zog ihm allenthalben mit seinem Heere entgegen, wohin sie auch kamen.

21. Aber die in der Burg waren, schickten Gesandten zu Tryphon, daß er in der Eil durch die Wüste käm, und ihnen Lebensmittel zuschickte.

22. Da rüstete Tryphon die ganze Reiterey, daß er in derselben Nacht ankäm: es fiel aber ein sehr großer Schnee, also kam er nicht gen Galaad.

23. Und da er zu Bascama nahete, erwürgte er Jonathan daselbst mit seinen beyden Söhnen.

24. Darnach wandte sich Tryphon um, und zog hinweg in sein Land.

II. 25. Und Simon schickte hin, und nahm die Gebeine

4. Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus.

5. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis.

6. Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natos quoque nostros, & uxores: quia congregatæ sunt universæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia.

7. Et accensus est spiritus populi simul, ut audivit sermones istos:

8. Et responderunt voce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Judæ, & Jonathæ fratris tui:

9. Pugna prælium nostrum, & omnia, quæcumque dixeris nobis, faciemus.

10. Et congregans omnes viros bellatores, acceleravit consummare universos muros Jerusalem, & munivit eam in gyro.

11. Et misit Jonathan, filium Absalomi, & cum eo exercitum novum in Joppen, & ejectis his, qui erant in ea, remansit illic ipse.

12. Et movit Tryphon a Ptolemaida cum exercitu multo, ut veniret in terram Juda: & Jonathas cum eo in custodia.

13. Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi.

14. Et ut cognovit Tryphon, quia surrexit Simon loco fratris sui Jonathæ, & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos,

15. Dicens: Pro argento, quod debebat frater tuus Jonathas in ratione regis, propter negotia, quæ habuit, detinuimus eum:

16. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios ejus obsides, ut non dimissus fugiat a nobis, & remittemus eum.

17. Et cognovit Simon, quia cum dolo loqueretur secum, jussit tamen dari argentum, & pueros: ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israel, dicentem:

18. Quia non misit ei argentum, & pueros, propterea periit.

19. Et misit pueros, & centum talenta: & mentitus est, & non dimisit Jonathan.

20. Et post hæc venit Tryphon intra regionem, ut contereret eam, & gyraverunt per viam, quæ ducit Ador: & Simon, & castra ejus ambulabant in omnem locum, quocumque ibant.

21. Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, ut festinaret venire per desertum, & mitteret illis alimonias.

22. Et paravit Tryphon omnem equitatum, ut veniret illa nocte: erat autem nix multa valde, & non venit in Galaaditim.

23. Et cum appropinquasset Bascaman, occidit Jonathan, & filios ejus illic.

24. Et convertit Tryphon, & abiit in terram suam.

II. 25. Et misit Simon, & accepit ossa Jonathæ fratris

CAPUT XIII.

℣. 5. *Non mihi contingat parcere animæ* i. vitæ, *meæ.*

℣. 11. *Et misit Jonathan, filium Absalomi.* Qui frater erat Mathathiæ.

℣. 13. *Simon autem applicuit in Addus.* Forsan est *Adiada* a Jonatha extructa. *Contra faciem campi*, Esdrelon. Ex quo loco prospectus erat in campestria.

℣. 16. *Mitte argenti talenta centum.* Si fuerunt Atticæ, faciunt sexcenta millia aureorum in auro: sin Hebræa duplam summam.

℣. 20. *Gyraverunt per viam, quæ ducit Ador.* Quæ & *Dora* dicitur, quæque est duplex, una in Idumæa, altera in Phœnicia; eaque est urbs maritima.

℣. 21. *Miserunt ad Tryphonem, ut festinaret venire per desertum* Idumææ.

℣. 22. *Et non venit in Galaaditim.* Ex Græco textu, & Josepho: *Præ nive non potuit venire Jerosolymam.* Sed mutato itinere venit in Galaaditim.

℣. 23. *Cum appropinquasset Bascaman.* Hanc Josephus vocat *Baschon*, seu *Baschat*, Josue 15. *Occidit Jonathan.* Qui fratri Machabæo superstes vixit annos 17. & 7. menses circiter: obtinuitque per annos novem cum uno alterove mense pontificatum.

fratris sui, & sepelivit ea in Modin civitate patrum ejus.

26. Et planxerunt eum, omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos.

27. Et ædificavit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro & ante.

28. Et statuit septem pyramidas, unam contra unam, patri & matri, & quatuor fratribus:

29. Et his circumposuit columnas magnas: & super columnas arma, ad memoriam æternam: & juxta arma naves sculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare.

30. Hoc est sepulchrum, quod fecit in Modin, usque in hunc diem.

† *Anno M.* 3861. 31. Tryphon autem cum iter faceret † cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum.

32. Et regnavit loco ejus, & imposuit sibi diadema Asiæ, & fecit plagam magnam in terra.

33. Et ædificavit Simon præsidia Judææ, muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis, & seris, & posuit alimenta in munitionibus.

34. Et elegit Simon viros, & misit ad Demetrium regem, ut faceret remissionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant gesti.

35. Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei, & scripsit epistolam talem:

36. Rex Demetrius Simoni summo sacerdoti, & amico regum, & senioribus, & genti Judæorum, salutem.

37. Coronam auream, & bahem, quam misistis, suscepimus: & parati sumus facere vobiscum pacem magnam, & scribere præpositis regis remittere vobis, quæ indulsimus:

38. Quæcumque enim constituimus, vobis constant. Munitiones, quas ædificastis, vobis sint.

39. Remittimus quoque ignorantias, & peccata usque in hodiernum diem, & coronam, quam debebatis: & si quid aliud erat tributarium in Jerusalem, jam non sit tributarium.

40. Et si qui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros, conscribantur, & sit inter nos pax.

† *Anno M.* 3861. *Ante Chr.* 143. 41. Anno centesimo septuagesimo † ablatum est jugum gentium ab Israel.

42. Et cœpit populus Israel scribere in tabulis, & gestis publicis: Anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, & principe Judæorum.

III. 43. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam castris, & fecit machinas, & applicuit ad civitatem, & percussit turrem unam, & comprehendit eam.

44. Et eruperant, qui erant intra machinam in civitatem: & factus est motus magnus in civitate.

Jonathä seines Bruders, und begrub dieselbige zu Modin in seiner Väter Stadt.

26. Und ganz Israel beweinete ihn mit großer Klage, und sie trugen Leid über ihn viele Tage lag.

27. Und Simon richtete über dem Grabe seines Vaters, und seiner Brüder, ein hoch und ansehnliches Gebäude, hinten und vorne mit schönen gehauenen Steinen.

28. Und er stellte sieben spitzige Säulen, eine gegen der andern, dem Vater und der Mutter, und seinen vier Brüdern:

29. Er setzte auch große Säulen um dieselbigen her: und auf den Säulen waren Kriegswaffen ausgestochen, zur ewigen Gedächtniß: und neben den Waffen Schiffe, daß sie von allen möchten gesehen werden, die über Meer fuhren.

30. Dieß ist das Grab, das er zu Modin gemacht, und stehet bis auf den heutigen Tag.

31. Als aber Tryphon mit dem Könige Antiocho, dem Jünglinge, auf der Reise war, brachte er ihn mit List um das Leben.

32. Und er regierte an seiner Statt, und setzte ihm selbst die königliche Krone Asiä auf das Haupt, und stellte groß Elend an im Lande.

33. Und Simon bauete die Vestungen im jüdischen Lande, und stärkte sie mit hohen Thürnen, und dicken Mauren, und mit Thoren, und mit Schlössern, und schaffte Vorrath in die Vestungen.

34. Und Simon erwählte etliche Männer, und schickte sie zum Könige Demetrio, daß er dem Lande eine Nachlassung thät: denn alles, was Tryphon gethan hatte, war mit Rauben und Plündern geschehen.

35. Der König Demetrius antwortete ihm auf diese Rede, und schrieb einen solchen Brief:

36. Der König Demetrius wünschet Simoni dem Hohenpriester, dem Freunde der Könige, und den Aeltesten, sammt dem jüdischen Volke, Glück und Heil.

37. Wir haben die goldene Krone, sammt dem Halsbande empfangen, so ihr uns gesandt habt: und sind bereit, großen Frieden mit euch zu machen, auch den Amtleuten des Königs zu schreiben, daß sie von euch nicht fordern, was wir nachlassen:

38. Denn alles, was wir verordnet haben, das bleibet euch noch beständig. Die Vestungen, welche ihr gebauet habt, sollen euer seyn.

39. Wir vergeben euch auch, was ihr aus Unwissenheit bis auf den heutigen Tag gesündiget habt, und erlassen euch die Kronsteuer, die ihr schuldig waret: und was sonsten mehr zu Jerusalem zinßbar war, das soll jetzt nicht mehr zinßbar seyn.

40. Im Fall auch etliche unter euch dazu tauglich sind, daß sie unter den Unsrigen mit eingeschrieben werden, so soll man sie einschreiben, und soll zwischen uns Friede seyn.

41. Im hundert und siebenzigsten Jahre ward das Joch der Heyden von Israel abgenommen.

42. Und das Volk Israel fieng an zu schreiben in Tafeln und öffentlichen Geschichten: Im ersten Jahre, unter Simon dem Hohenpriester, dem großen Heerführer, und Fürsten der Juden.

III. 43. In denselbigen Tagen machte sich Simon an die Stadt Gaza, und schlug sein Lager rings um sie her, und er machte Sturmzeug, und griff die Stadt an, und eroberte einen Thurn mit stürmender Hand, und nahm ihn ein.

44. Und die auf dem Thurne waren, liefen daraus zu der Stadt hinein: und es war ein groß Getümmel in der Stadt.

45. Und

℣. 31. *Tryphon autem, cum iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eum.* Iste Antiochus dictus *Theos*, filius erat Alexandri Balæ.

℣. 32. *Imposuit sibi diadema Asiæ.* Tenuit hoc per triennium, quo evoluto occisus ab *Antiocho Sedete* filio Demetrii Nicanoris, sceptrum Seleucidis restituit.

℣. 34. *Simon misit ad Demetrium regem, ut faceret remissionem.* Tributi ad id tempus debiti: prior enim immunitas a Demetrio concessa effectum non habuerat.

℣. 37. *Coronam auream & bahem - suscepimus.* Bahem quidam baltheum interpretantur: Gr. βαΐνην aut βάϊν, ramum palmæ aureum, 2. Mach. 14. 4.

℣. 41. *Ablatum est jugum gentium.* Ita, ut nec regibus subessent, nec tributum solverent. Hinc annos numerare cœperunt ab anno primo Simonis.

℣. 43. *Ad Gazam.* Ad Gazæ portum.

45. Und die in der Stadt waren, liefen mit ihren Weibern, und Kindern auf den Mauren mit zerrissenen Kleidern, und schryen überlaut, und bathen, daß ihnen Simon die rechte Hand geben wollte,

46. Und sprachen: Wiedergilt uns nicht nach unserer vielfältigen Bosheit, sondern nach deinen Erbarmungen.

47. Da ließ sich Simon bewegen, daß er sie nicht mit Gewalt überfiel: er trieb sie gleichwohl zur Stadt hinaus, und reinigte die Häuser, darinn die Abgötter gewesen waren, darnach zog er mit Lobgesängen hinein, und preisete den HErrn:

48. Und er schaffte alle Unsauberkeit aus der Stadt, und setzte Männer hinein, die das Gesetz hielten: und er bevestigte sie, und bauete ihm eine Wohnung darinnen.

49. Aber die auf der Burg zu Jerusalem waren, wurden inne gehalten, daß sie nicht aus- und zum Lande einziehen, noch kaufen, und verkaufen möchten: und sie litten großen Hunger, daß auch viele von ihnen Hungers starben.

50. Da riefen sie Simon an, daß er ihnen die rechte Hand geben wollte: und er gab sie ihnen, und trieb sie von dannen hinaus, und reinigte die Burg von der Unsauberkeit.

51. Und sie zogen hinein am drey und zwanzigsten Tage des andern Monaths, im hundert und ein und siebenzigsten Jahre, mit Frohlocken, und mit Palmzweigen, und mit Harpfen, und Cymbalen, und Lauten, mit Lobgesängen, und Liedern; dieweil ein großer Feind aus Israel vertilget worden war.

52. Er verordnete auch, daß man diese Tage jährlich mit Freuden halten sollte.

53. Und er bevestigte den Berg des Tempels, der neben der Burg war, und er wohnete allda, er selbst, und die bey ihm waren.

54. Und Simon sah, daß sein Sohn Johannes ein tapferer Mann zum Streit war: und machte ihn zum Heerführer über alles Kriegsvolk: und derselbige wohnete zu Gazara.

Das vierzehente Capitel.

I. Der König Demetrius wird von Arsace, der Perser und Meder König, überwunden, und gefangen. 1. II. Simon verwaltet das Judenland friedlich, und glücklich, und erneuert die Freundschaft mit den Spartanern, und Römern: 4. II. Darum seine herrlichen Thaten in ehrne Tafeln geschnitten, und in dem Tempel aufgehänget werden. 46.

1. Im hundert und zwey und siebenzigsten Jahre versammelte der König Demetrius sein Heer, und zog in Meden, daß er ihm Hülfe zusammen brächte, den Typhon zu bestreiten.

2. Und Arsaces, der König in Persien und Meden, hörete, daß Demetrius in seine Landmarken gezogen wäre, und sandte einen von seinen Fürsten, daß er ihn lebendig fangen, und zu ihm führen sollte.

3. Dieser zog hin, und schlug das Lager Demetrii, und fieng ihn, und führete ihn zu Arsace, der legte ihn in ein Gefängniß.

II. 4. Und das ganze Land Juda war in Ruhe, so lange Simon im Leben war: und er suchte den Nutzen seines Volkes: und seine Regierung, und Herrlichkeit gefiel ihnen wohl alle Tage seines Lebens.

5. Und neben aller seiner Herrlichkeit nahm er auch Joppen zum Meerhaven, und machte eine Einfahrt zu den Inseln des Meers.

6. Und er erweiterte die Gränzen seines Volkes, und er nahm das Land ein.

7. Er brachte auch viele Gefangenen zusammen, und herrschete über Gazara und Bethsura, und über die Burg:

45. Et ascenderunt, qui erant in civitate, cum uxoribus, & filiis supra murum scissis tunicis suis, & clamaverunt voce magna, postulantes a Simone dextras sibi dari,

46. Et dixerunt: Non nobis reddas secundum malitias nostras, sed secundum misericordias tuas.

47. Et flexus Simon, non debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mundavit ædes, in quibus fuerant simulacra, & tunc intravit in eam cum hymnis benedicens Dominum:

48. Et ejecta ab ea omni immunditia, collocavit in ea viros, qui legem facerent: & munivit eam, & fecit sibi habitationem.

49. Qui autem erant in arce Jerusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere ac vendere: & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

50. Et clamaverunt ad Simonem, ut dextras acciperent: & dedit illis, & ejecit eos inde, & mundavit arcem a contaminationibus.

51. Et intraverunt in eam tertia & vigesima die secundi mensis, anno † centesimo septuagesimo primo cum laude, & ramis palmarum, & citharis, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis; quia contritus est inimicus magnus ex Israel. † *Ann. M.* 3862. *Ante Chr.* 142.

52. Et constituit, ut omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.

53. Et munivit montem templi, qui erat secus arcem, & habitavit ibi ipse, & qui cum eo erant.

54. Et vidit Simon Joannem, filium suum, quod fortis prælii vir esset: & posuit eum ducem virtutum universarum: & habitavit in Gazaris.

CAPUT XIV.

I. Demetrius a duce Arsacis devictus, capitur. 1. II. Simon cum populo magna pace fruitur, & mittuntur ad eum litteræ renovati fœderis a Spartiatis & Romanis: 4. III. Ejus heroica facinora Judæi in æs incidunt, & in templo appendunt. 46.

1. Anno † centesimo septuagesimo secundo congregavit rex Demetrius exercitum suum, & abiit in Mediam, ad contrahenda sibi auxilia, ut expugnaret Tryphonem. † *Ann. M.* 3863. *Ante Chr.* 141.

2. Et audivit Arsaces rex Persidis, & Mediæ, quia intravit Demetrius confines suos, & misit unum de principibus suis, ut comprehenderet eum vivum, & adduceret eum ad se.

3. Et abiit, & percussit castra Demetrii, & comprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem, & posuit eum in custodiam.

II. 4. Et siluit omnis terra Juda omnibus diebus Simonis: & quæsivit bona genti suæ: & placuit illis potestas ejus, & gloria ejus omnibus diebus.

5. Et cum omni gloria sua accepit Joppen in portum, & fecit introitum in insulis maris.

6. Et dilatavit fines gentis suæ, & obtinuit regionem.

7. Et congregavit captivitatem multam, & dominatus est Gazaræ, & Bethsuræ, & arci:

℣. 53. *Munivit montem templi.* Ubi erat templum; vel ipsum munivit templum.
℣. 54. *Et posuit eum ducem virtutum.* i. exercituum. Dictus est Joannes Hircanus. *In Gazaris.* Quæ est *Gadara* Straboni, non procul a Gaza.

CAPUT XIV.

℣. 1. *Rex Demetrius -- abiit in Mediam.* Quæ subdita erat Parthis.
℣. 2. *Et audivit Arsaces.* Mithridates Campatii regis filius communi Parthicorum regum cognomine *Arsaces* dictus est, de quo Justin. Lib. 36. c. 1. & 41. cap. 5.
℣. 5. *Accepit Joppen.* Civitatem maritimam. *Et fecit introitum.* Ex hoc portu solvernnt in alias regiones etiam remotissimas.

arci: & abstulit immunditias ex ea, & non erat, qui resisteret ei.

8. Et unusquisque colebat terram suam cum pace: & terra Juda dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum.

9. Seniores in plateis sedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & juvenes induebant se gloriam, & stolas belli.

10. Et civitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas, ut essent vasa munitionis, quoadusque nominatum est nomen gloriæ ejus usque ad extremum terræ.

11. Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna.

12. Et sedit unusquisque sub vite sua, & sub ficulnea sua, & non erat, qui eos terreret.

13. Defecit impugnans eos super terram: reges contriti sunt in diebus illis.

14. Et confirmavit omnes humiles populi sui, & legem exquisivit, & abstulit omnem iniquum & malum.

15. Sancta glorificavit, & multiplicavit vasa sanctorum.

16. Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Jonathas, & usque in Spartiatas: & contristati sunt valde.

17. Ut audierunt autem, quod Simon frater ejus factus esset summus sacerdos loco ejus, & ipse obtineret omnem regionem, & civitates in ea,

18. Scripserunt ad eum in tabulis æreis, ut renovarent amicitias, & societatem, quam fecerant cum Juda, & cum Jonatha fratribus ejus.

19. Et lectæ sunt in conspectu ecclesiæ in Jerusalem. Et hoc exemplum epistolarum, quas Spartiatæ miserunt:

20. SPARTIANORUM principes, & civitates, Simoni sacerdoti magno, & senioribus, & sacerdotibus, & reliquo populo Judæorum, fratribus, salutem.

21. Legati, qui missi sunt ad populum nostrum, nuntiaverunt nobis de vestra gloria, & honore, ac lætitia: & gavisi sumus in introitu eorum.

22. Et scripsimus, quæ ab eis erant dicta in conciliis populi, sic: Numenius, Antiochi, & Antipater, Jasonis filius, legati Judæorum, venerunt ad nos, renovantes nobiscum amicitiam pristinam.

23. Et placuit populo excipere viros gloriose, & ponere exemplum sermonum eorum in segregatis populi libris, ut sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simoni magno sacerdoti.

24. Post hæc autem misit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem. Cum autem audisset populus Romanus

25. Sermones istos, dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, & filiis ejus?

26. Restituit enim ipse fratres suos, & expugnavit inimicos Israel ab eis: & sta-

und schaffte aus ihr die Unsauberkeit hinweg, und es war niemand, der sich ihm widersetzte.

8. Und jedermann bauete seinen Acker mit Frieden: und das jüdische Land brachte sein Gewächs, und die Bäume auf dem Felde ihre Frucht.

9. Die Alten saßen alle auf den Gassen, und redeten miteinander von der Wohlfahrt des Landes, und die Jungen legten herrliche Kleider an, und Kriegsröcke.

10. Er schaffte auch Vorrath an Speisen in die Städte, und versah sie mit Vestungsnothdurft, also, daß der Name seiner Herrlichkeit berühmt ward bis zum Ende der Erde.

11. Er hat auch Friede im Lande gemacht, und darüber hat sich Israel hoch erfreuet.

12. Und ein jeglicher saß unter seinem Weinstocke, und unter seinem Feigenbaume, und war niemand, der sie schreckete.

13. Keiner war auf Erden mehr vorhanden, der Krieg wider sie führete: denn die Könige waren geschlagen in denselbigen Tagen.

14. Und er stärkte alle Unterdrückten unter dem Volke, und trachtete dem Gesetze nach, und schaffte hinweg alle Gottlosen und Bösen.

15. Das Heiligthum brachte er zu hohen Ehren, und machte viele Geschirre zum Heiligthume.

16. Und man hörete zu Rom, daß Jonathas todt war, es kam auch die Zeitung bis gen Sparta: und sie wurden sehr betrübt.

17. Da sie aber höreten, daß Simon sein Bruder an seiner Statt war Hoherpriester worden, und das ganze Land inne hätte, sammt allen Städten, die darinnen sind,

18. Schrieben sie an ihn auf ährinen Tafeln, die Freundschaft und Bindniß zu erneuern, welche sie mit Juda, und mit Jonatha seinen Brüdern gemacht hatten.

19. Und die Schrift ward zu Jerusalem vor der Gemeinde verlesen. Dieß ist aber die Abschrift des Briefes, den die von Sparta gesandt haben:

20. Der Spartianer Fürsten und Städte wünschen Simoni dem Hohenpriester, wie auch den Aeltesten, und Priestern, und dem übrigen Volke der Juden, ihren Brüdern, Glück und Heil.

21. Eure Gesandten, welche zu unserm Volke abgefertiget sind, haben uns Bericht gethan von eurer Herrlichkeit, Ehre, und Wohlstand: darum wir uns bey ihrer Ankunft erfreuet haben.

22. Und was von ihnen geredt worden, das haben wir in die Stadtbücher des Volkes auf diese Weise schreiben lassen: Numenius, der Sohn Antiochi, und Antipater, der Sohn Jasonis, der Juden Gesandten, sind zu uns gekommen, und haben die alte Freundschaft mit uns erneuert.

23. Und dem Volke hat gefallen, daß man diese Männer herrlich empfangen, und die Abschrift ihres Anbringens in absonderliche Bücher des Volkes setzen soll, der Spartianer Volk zum Gedächtniß. Wir haben aber diese Abschrift dem Hohenpriester Simoni zugeschrieben.

24. Darnach sandte Simon Numenium gen Rom, mit einem großen goldenen Schilde von tausend Pfund, den Bund mit ihnen zu bestättigen. Als nun die Römer

25. Diese Rede höreten, sprachen sie: Was für Dankbarkeit sollen wir Simoni, und seinen Nachkömmlingen vergelten?

26. Denn er hat seinen Brüdern wieder aufgeholfen, und hat die Feinde Israel von ihnen vertrieben: und sie beschlossen

---

℣. 9. *Induebant se gloriam.* Ornabant se vestibus pretiosis & spoliis hostium.

℣. 10. *Constituebat*, civitates, *ut essent vasa munitionis.* Hebræis vas dicitur, quidquid usum aliquem præstat.

℣. 14. *Et confirmavit omnes humiles.* Afflictos seu a contribulibus, seu ab hostibus. *Et abstulit iniquum & malum.* Bono publico noxios e medio sustulit.

℣. 15. *Sancta glorificavit.* Auxit gloriam, ornatum, splendorem sanctuarii.

℣. 22. *Scripsimus, quæ ab eis erant dicta in conciliis populi.* Gr. In actis publicis.

℣. 24. *Cum audisset populus Romanus.* Vox *Romanus* deest in Græco: vix tamen alii quam Romani libertatem plenam constituere potuerunt. Serarius existimat hanc vocem e margine in textum irrepsisse, & populum illum Judaicum intelligi oportere, cum Romanorum responsum proximo capite habeatur.

℣. 26. *Restituit enim ipse fratres suos.* Ille & fratres restituerunt Israel. *Et: statuerunt ei libertatem.* Simoni & domui ejus omnem libertatem & potestatem statuerunt. *Et descripserunt.* Prout descripserunt ipsi Judæi.

schlossen, daß er sollte frey seyn, und schrieben dieses auf ährine Tafeln, und hefteten dieselbige auf Säulen auf dem Berge Sion.

27. Dieß ist aber die Abschrift derselbigen Schrift: Am achtzehenten Tage des Monaths Elul, im hundert und zwey und siebenzigsten Jahre, im dritten Jahre unter dem Hohenpriester Simon, ist zu Asaramel,

28. In einer großen Versammlung der Priester, und des Volkes, und der Fürsten des Volkes, und der Aeltesten im Lande, dieß zu wissen und kund gethan: Dieweil in unserem Lande oft Kriege entstanden sind:

29. Simon aber, der Sohn Mathathiä, von den Kindern Jarib, und seine Brüder, sich in die Gefahr begeben, und den Feinden ihres Volkes Widerstand gethan haben, damit ihr Heiligthum und Gesetz in ihrem Stande erhalten würden: so haben sie ihr Volk zu großen Ehren gebracht.

30. Und Jonathas hat sein Volk zusammengebracht, und ist ihr Hoherpriester worden, ist aber hernach zu seinem Volke versammelt worden.

31. Da wollten ihre Feinde ihr Land unter ihre Füße bringen, und zertretten, und die Hände an ihr Heiligthum legen.

32. Und Simon that ihnen damals Widerstand, und stritt für sein Volk, und gab viel Geld aus, und bewaffnete tapfere Männer von seinem Volke, und gab ihnen Besoldung.

33. Und er bevestigte auch die Städte im jüdischen Lande, und Bethsuram, welche an den Gränzen des jüdischen Landes war, da zuvor die Feinde ihre Kriegsrüstung hatten, und legte daselbst eine Besatzung hinein von jüdischen Männern.

34. Ingleichen bevestigte er auch Joppen, welche am Meere gelegen ist: und Gazaram, an den Gränzen Azoti, da die Feinde zuvor wohneten, und legte daselbst auch Juden hinein: und schaffte alles dahin, was zu ihrer Züchtigung dienlich war.

35. Und das Volk sah das Thun Simonis, und die Herrlichkeit, in welche er sein Volk gedachte zu setzen, und machten ihn zu ihrem Fürsten, und zum Hohenpriester, darum, daß er dieß alles gethan, und seinem Volke Gerechtigkeit und Glauben gehalten hat, und auf alle Wege mit Fleiß dahin getrachtet, daß er sein Volk erhöhen möchte.

36. Es ist auch in seinen Tagen glücklich unter seinen Händen gegangen, daß die Heiden aus ihrem Lande hinweggeschafft wurden, wie auch diejenigen, welche zu Jerusalem in der Stadt Davids auf der Burg waren, aus welcher sie heraus fielen, und alles verunreinigten, was um das Heiligthum her war, und dem unbefleckten Orte großen Schaden zufügten.

37. Und er legte jüdische Männer hinein, das Land und die Stadt zu beschirmen, und führete die Mauren zu Jerusalem höher auf.

38. Und der König Demetrius bestättigte ihm das Hohepriesterthum.

39. Darnach machte er ihn zu seinem Freunde, und that ihm sehr große Ehre an.

40. Denn er hatte gehöret, daß die Juden von den Römern Freunde, und Bundesgenossen, und Brüder genannt würden, und daß sie Simonis Gesandten gar herrlich empfangen hätten:

41. Und daß die Juden sammt ihren Priestern, einmüthig verwilliget hätten, er sollte ihr Fürst und Hoherpriester seyn ewiglich, bis an die Zeit, da der treue Prophet aufstehe:

tuerunt ei libertatem, & descripserunt in tabulis æreis, & posuerunt in titulis in monte Sion.

27. Et hoc est exemplum scripturæ: OCTAVA decima die mensis Elul, anno † centesimo septuagesimo secundo, anno tertio sub Simone sacerdote magno in Asaramel, † Anno M. 3863. Ante Chr. 141.

28. In conventu magno sacerdotum, & populi, & principum gentis, & seniorum regionis, nota facta sunt hæc: Quoniam frequenter facta sunt prælia in regione nostra:

29. Simon autem, Mathathiæ filius, ex filiis Jarib, & fratres ejus dederunt se periculo, & restiterunt adversariis gentis suæ, ut starent sancta ipsorum, & lex: & gloria magna glorificaverunt gentem suam.

30. Et congregavit Jonathas gentem suam, & factus est illis sacerdos magnus, & appositus est ad populum suum.

31. Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipsorum, & extendere manus in sancta eorum.

32. Tunc restitit Simon, & pugnavit pro gente sua, & erogavit pecunias multas, & armavit viros virtutis gentis suæ, & dedit illis stipendia.

33. Et munivit civitates Judææ, & Bethsuram, quæ erat in finibus Judææ, ubi erant arma hostium antea, & posuit illic præsidium viros Judæos.

34. Et Joppen munivit, quæ erat ad mare: & Gazaram, quæ est in finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant, & collocavit illic Judæos: & quæcumque apta erant ad correptionem eorum, posuit in eis.

35. Et vidit populus actum Simonis, & gloriam, quam cogitabat facere genti suæ, & posuerunt eum ducem suum, & principem sacerdotum, eo quod ipse fecerat hæc omnia, & justitiam, & fidem, quam conservavit genti suæ, & exquisivit omni modo exaltare populum suum.

36. Et in diebus ejus prosperatum est in manibus ejus, ut tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in civitate David erant in Jerusalem, in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia, quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati.

37. Et collocavit in ea viros Judæos ad tutamentum regionis, & civitatis, & exaltavit muros Jerusalem.

38. Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium.

39. Secundum hæc fecit eum amicum suum, & glorificavit eum gloria magna.

40. Audivit enim, quod appellati sunt Judæi a Romanis amici, & socii, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriose:

41. Et quia Judæi, & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis:

42. Et

℣. 27. *Sub Simone sacerdote magno in Asaramel.* Forsan locus erat publici consilii. Vatablus censet corruptam esse vocem, & legendam esse *Jerusalem.* Serarius opinatur, retentam esse vocem Hebræam, quæ significat: *In princ pe Deo:* quod Simoh dicatur summus sacerdos in Domino. *Anno centesimo septuagesimo secundo.* Monarchiæ græcorum. *Anno tertio.* Pontificatus Simonis desinente, sc. a morte fratris Jonathæ.

℣. 28. *In conventu magno sacerdotum* &c. Hic verborum apparatus pene persuadet hanc non esse promulgationem Romani decreti, sed Judaici.

℣. 29. *Ex filiis Jarib.* Joarib.

℣. 35. *Et quæcumque apta erant ad correptionem eorum.* Ad correctionem, ad morum disciplinam.

℣. 36. *Inferebant plagam magnam castitati.* Loci & cultus divini sanctitati.

℣. 38. *Statuit.* Confirmavit.

℣. 41. *Donec surgat propheta fidelis.* Fide dignus, qui doceret, ad quem sacerdotii dignitas pertineret; quod tunc

42. Et ut sit super eos dux, & ut cura esset illi pro sanctis, & ut constitueret præpositos super opera eorum, & super regionem, & super arma, & super prælidia:

43. Et cura sit illi de sanctis: & ut audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine ejus omnes conscriptiones in regione: & ut operiatur purpura, & auro:

44. Et ne liceat ulli ex populo, & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quæ ab eo dicuntur, aut convocare conventum in regione sine ipso, & vestiri purpura, & uti fibula aurea.

45. Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit.

III. 46. Et complacuit omni populo statuere Simonem, & facere secundum verba ista.

47. Et suscepit Simon, & placuit ei, ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux, & princeps gentis Judæorum, & sacerdotum, & præesset omnibus.

48. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribulo sanctorum, in loco celebri:

49. Exemplum autem eorum ponere in ærario, ut habeat Simon, & filii ejus.

CAPUT XV.

I. Antiochus, Demetrii filius, literas amicitiarum mittit ad Simonem. 1. *II. Romani fœderatos sibi Judæos cæteris nationibus per litteras commendant.* 15. *III. Antiochus per Athenobium multa tamquam debita reposcit; & contra Simonem constituit Cendebæum, ipse vero Tryphonem persequitur.* 26.

† *Anno M. 3864. Ante Chr. 140.*

1. Et misit † rex Antiochus, filius Demetrii, epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Judæorum, & universæ genti.

2. Et erant continentes hunc modum: REX Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Judæorum, salutem.

3. Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo autem vindicare regnum, & restituere illud, sicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & feci naves bellicas.

4. Volo autem procedere per regionem, ut ulciscar in eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui desolaverunt civitates multas in regno meo.

5. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes, quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcumque alia dona remiserunt tibi:

6. Et permitto tibi, facere percussuram proprii numismatis in regione tua:

7. Jerusalem autem sanctam esse, & liberam: & omnia arma, quæ fabricata sunt, & præsidia, quæ construxisti, quæ tenes, maneant tibi.

8. Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi ex hoc, & in totum tempus remittuntur tibi.

9. Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita, ut manifestetur gloria vestra in universa terra.

42. Daß er also ein Fürst über sie seyn sollte, und Sorge tragen für das Heiligthum, und daß er Amtleute verordnen sollte über ihre Geschäffte, und über das Land, und über die Kriegsrüstung, und über die Vestungen:

43. Daß er insonderheit Sorge tragen sollte für das Heiligthum: daß ihm auch jedermann gehorchen sollte, und daß alle Briefe und Verschreibungen im Lande, unter seinem Namen sollten geschrieben werden: daß er sich auch mit Purpur und Gold bekleiden sollte:

44. Zudem, daß niemand vom Volke, und von den Priestern Macht haben sollte, etwas von diesen Stücken abzuschaffen, oder dem zu widersprechen, was von ihm geredt wird, oder eine Versammlung im Lande ohne ihn zusammen zu fodern, oder sich in Purpur zu kleiden, und goldene Haften * zu gebrauchen. * Holebaud

45. Wer sich aber diesem nicht gemäß halten, sondern einiges von diesen Stücken übertretten würde, daß derselbige sollte gestraft werden.

III. 46. Und es gefiel dem ganzen Volke, daß man Simon bestättigen sollte, und thun nach diesen Worten.

47. So nahm es Simon auch an, und es gefiel ihm, daß er das Hohepriesterthum verwaltete, und daß er ein Hauptmann und Fürst wäre über das jüdische Volk, und über die Priester, und daß er ihnen allen vorstund.

48. Und sie sagten, daß man diese Schrift auf ährine Tafeln setzen, und dieselbigen im Umgange des Heiligthums an einem ansehnlichen Orte aufstellen sollte:

49. Aber die Abschrift davon sollte man in die Schatzkammer legen, damit sie Simon, und seine Kinder zur Hand hätten.

Das funfzehente Capitel.

I. Antiochus Sidetes macht einen Bund mit Simon, und verjagt den Tryphonem. 1. II. Des Simonis Gesandte bringen herrliche Verheißungen von Rom zurück. 15. III. Antiochus bricht den Bund, und schickt Cendebäum mit einem Kriegsheere in das Judenland, so darinn übel haußet. 26.

1. Und der König Antiochus, Demetrii Sohn, schickte aus den Inseln des Meeres einen Brief an Simon, den Priester und Fürsten des jüdischen Volkes, und an das ganze Volk.

2. Und dieß war des Briefes Inhalt: Der König Antiochus wünschet Simoni, dem Hohenpriester, und dem jüdischen Volke, Glück und Heil.

3. Dieweil boshafte Leute das Reich unsrer Väter eingenommen haben, so bin ich Vorhabens, dasselbige wieder an mich zu bringen, und in seinen vorigen Stand zu setzen: und habe also ein auserlesenes Heer in guter Anzahl zusammengebracht, und Kriegsschiffe gerüstet.

4. Ich will aber durch das Land ziehen, Rache zu üben an denjenigen, die unsere Landschaft verheeret, und viele Städte in meinem Reiche verwüstet haben.

5. Darum bestättige ich dir hiemit alle Stiftungen, und laß dir alle gutwillige Steuren nach, welche dir alle andere Könige, so vor mir gewesen sind, haben nachgelassen:

6. Ich gestatte dir auch, eine eigene Münze in deinem Lande zu schlagen:

7. Jerusalem aber soll heilig, und frey seyn: es sollen auch alle Kriegsrüstungen, so gemacht sind, und alle Vestungen, die du gebauet, und inne hast *, dein seyn, und verbleiben. * besitzest,

8. Was man auch dem Könige schuldig ist, oder was sonst dem Könige gebühret, das wird dir von nun an zu ewigen Zeiten nachgelassen.

9. Wann wir aber unser Königreich erobert haben, wollen wir dir, und deinem Volke, und dem Tempel große Ehre anthun, also, daß eure Herrlichkeit auf dem ganzen Erdboden soll offenbar werden.

10. Im

---

tunc evidens non erat ob bella & tumultus. Quod si enim id manifestum fuisset, nihil opus erat consensu Judæorum & sacerdotum.

℣. 42. *Ut cura esset illi,* & inspectio, *pro sanctis.*

℣. 48. *Dixerunt* i. concluserunt *ponere eas* tabulas *in peribolo* in porticibus *Sanctorum.* i. templi.

CAPUT XV.

℣. 1. *Misit rex Antiochus* dictus *Sidetes*, a *Sido* Pamphyliæ oppido; filius Demetrii Soteris, frater Demetrii Nicanoris. *Ab insulis maris.* A Seleucia, & Media, quæ non procul est a mari. Hinc enim cœpit bellum. Alii a Rhodo.

10. Im hundert und vier und siebenzigsten Jahre, zog Antiochus heraus in das Land seiner Vater: und alles Kriegsvolk versammelte sich zu ihm, also, daß ihrer wenig bey Tryphone übrig blieben.

11. Und der König Antiochus verfolgte ihn, und er kam flüchtig gen Dora an das Meer.

12. Denn ihm war wohl bewußt, daß sich das Unglück über ihn gehäufet hatte, und daß er vom Kriegsvolke verlassen wäre.

13. Und Antiochus zog vor Dora mit hundert und zwanzigtausend Mann guter Kriegsleute zu Fuß, und mit achttausend Mann zu Roß.

14. Und er umgab die Stadt, und die Schiffe kamen aus dem Meere dazu, und bedrängten die Stadt zu Lande, und zu Wasser, und ließen niemand ein- oder ausziehen.

II. 15. Immittelst kam Numenius, und die mit ihm gewesen waren, von der Stadt Rom, und hatten Briefe bey sich, welche an die Könige, und an die Landschaften geschrieben waren, dieses Inhalts:

16. Lucius, Bürgermeister der Römer, wünschet dem Könige Ptolemäo Glück und Heil.

17. Die Gesandten der Juden, unsere Freunde, sind zu uns gekommen, und haben die alte Freundschaft und Bindniß mit uns erneuert, dazu sie von Simone, dem Hohenpriester, und vom jüdischen Volke ausgesandt worden.

18. Sie haben uns aber auch einen goldenen Schild gebracht von tausend Pfunden.

19. Derowegen haben wir für gut angesehen, den Königen und Landschaften zu schreiben, daß sie ihnen nichts Böses thun, noch sie, und ihre Städte und Landschaften bekriegen: daß sie denen auch keine Hülfe leisten, die Krieg wider sie führen.

20. Es hat uns aber gefallen, den Schild von ihnen anzunehmen.

21. Woferne dann etliche boshaftige Leute aus ihrem Lande zu euch geflohen sind, so übergebet dieselbigen dem Hohenpriester Simoni, daß er an ihnen Rache übe nach ihrem Gesetze.

22. Eben dasselbige ist auch an Demetrium den König, und an Attalum, und Ariarathen, und Arsacen geschrieben worden:

23. Dazu in alle Landschaften: auch gen Lampsacum, und an die Spartaner, und in Delum, und in Myndum, und in Sicion, und in Cariam, und in Samum, und in Pamphyliam, und in Lyciam, und in Alicarnassum, und in Coum, und in Siden, und in Aradon, und in Rhodum, und in Phaselim, und in Gortynam, und in Gnidum, und in Cypern, und in Cyrenen.

24. Was sie nun also schrieben, davon schickten sie dem Hohenpriester Simoni, und dem jüdischen Volke die Abschrift zu.

25. Aber der König Antiochus belagerte Doram zum andernmale, und setzte ihnen immer zu, und machte Sturmzeug zum Anlauf, und beschloß den Tryphon, daß er nicht herauskommen möchte.

III. 26. Und Simon schickte ihm zweytausend auserlesene Mann zu Hülfe, nebst Silber und Gold, und schöne Geschirre in großer Anzahl:

27. Aber er wollte sie nicht annehmen, sondern brach alles, was er zuvor mit ihm hatte eingegangen, und wandte sich von ihm ab.

28. Und er schickte Athenobium, einen von seinen Freunden, zu ihm, daß er mit ihm handeln sollte, und sagen: Ihr habt Joppen inne, und Gazaram, und die Burg, die zu Jerusalem ist, welche Städte zu meinem Königreiche gehören:

10. Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus † in terram patrum suorum: & convenerunt ad eum omnes exercitus, ita, ut pauci relicti essent cum Tryphone. † *Anno M. 3865. Ante Chr. 139.*

11. Et insecutus est eum Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam.

12. Sciebat enim, quod congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus.

13. Et applicuit Antiochus super Doram cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum.

14. Et circuivit civitatem, & naves a mari accesserunt, & vexabant civitatem a terra, & mari, & neminem sinebant ingredi, vel egredi.

II. 15. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab urbe Roma, habentes epistolas regibus, & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc:

16. LUCIUS, consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem.

17. Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, renovantes pristinam amicitiam, & societatem, missi a Simone principe sacerdotum, & populo Judæorum.

18. Attulerunt autem & clypeum aureum, mnarum mille.

19. Placuit itaque nobis scribere regibus, & regionibus, ut non inferant illis mala, neque impugnent eos, & civitates eorum, & regiones eorum: & ut non ferant auxilium, pugnantibus adversus eos.

20. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum.

21. Si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotum, ut vindicet in eos secundum legem suam.

22. Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Arsaci:

23. Et in omnes regiones: & Lampsaco, & Spartiatis, & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam, & Gnidum, & Cyprum, & Cyrenen.

24. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum, & populo Judæorum.

25. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admovens ei semper manus, & machinas faciens, & conclusit Tryphonem, ne procederet.

III. 26. Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copiosa:

27. Et noluit ea accipere, sed rupit omnia, quæ pactus est cum eo antea, & alienavit se ab eo.

28. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis Joppen, & Gazaram, & arcem, quæ est in Jerusalem, civitates regni mei:

---

†. 11. *Venit Tryphon Doram*, quæ & *Adora* dicitur. Urbs est maritima in Phœnicia.

†. 16. *Lucius consul Romanorum.* Quidam legunt *Lepidum.* Qui anno 173. consul fuit. Calphurnius Piso anno 174. erat consul, quem Valer. Maximus, L. 1. cap. 4. vocat *Lucium.* Ita legunt in fastis Onuphrius & alii. Senatus consulti Hebræus scriptor Hebraïs Hellenistis scribens sensum magis quam verba ipsa expressit. Sic enim Senatus consulta incipiebant: *Quod Lucius Furius verba fecit.*

†. 22. *Eadem scripta sunt -- & Arsaci.* Regi Persarum, qui & *Parthes.*

†. 23. *Et Lampsaco.* Urbs erat in Mysia. *Myndum.* Urbem Cariæ portu celebrem. *Sicyonem.* Urbem Peloponesi. *Et in Phaselidem.* Urbs erat maritima in confinio Lyciæ & Pamphyliæ. *Et in Gortynam.* Urbs erat Cretæ.

29. Fines earum desolastis, & feciſtis plagam magnam in terra, & dominati eſtis per loca multa in regno meo.

30. Nunc ergo tradite civitates, quas occupaſtis, & tributa locorum, in quibus dominati eſtis extra fines Judææ.

31. Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminii, quod extermimaſtis, & tributorum civitatum alia talenta quingenta: ſin autem, veniemus, & expugnabimus vos.

32. Et venit Athenobius amicus regis in Jeruſalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro, & argento, & apparatum copioſum: & obſtupuit, & retulit ei verba regis.

33. Et reſpondit ei Simon, & dixit ei: Neque alienam terram ſumpſimus, neque aliena detinemus: ſed hæreditatem patrum noſtrorum, quæ injuſte ab inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt.

34. Nos vero tempus habentes, vindicamus hæreditatem patrum noſtrorum.

35. Nam de Joppe, & Gazara, quæ expoſtulas, ipſi faciebant in populo plagam magnam, & in regione noſtra: horum damus talenta centum. Et non reſpondit ei Athenobius verbum.

36. Reverſus autem cum ira ad regem, renuntiavit ei verba iſta, & gloriam Simonis, & univerſa, quæ vidit, & iratus eſt rex ira magna.

37. Tryphon autem fugit navi in Orthoſiada.

38. Et conſtituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi.

39. Et mandavit illi movere caſtra contra faciem Judææ, & mandavit ei ædificare Gedorem, & obſtruere portas civitatis, & debellare populum. Rex autem perſequebatur Tryphonem.

40. Et pervenit Cendebæus Jamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Judæam, & captivare populum, & interficere, & ædificare Gedorem.

41. Et collocavit illic equites, & exercitum: ut egreſſi perambularent viam Judææ, ſicut conſtituit ei rex.

29. Ihr habt auch ihre Gränzen verwüſtet, und großen Schaden im Lande gethan, und habt euch über viele Orte in meinem Königreiche der Herrſchaft unternommen.

30. So gebet nun die Städte wieder, die ihr eingenommen habt, und alles Einkommen der Orte, die ihr außerhalb des jüdiſchen Landes unter eure Herrſchaft gebracht habt.

31. Wollet ihr aber das nicht thun, ſo gebet mir fünfhundert Pfund Silber dafür, und für die Verwüſtung, die ihr angerichtet habt, und für das Einkommen der Städte, noch andere fünfhundert Pfund: wo nicht, ſo wollen wir kommen, und euch überziehen.

32. Und Athenobius, des Königs Freund, kam gen Jeruſalem, und ſah die Herrlichkeit Simonis, und den Glanz an Gold und Silber, und den großen Vorrath: und er verwunderte ſich hoch, und vermeldete ihm des Königs Worte.

33. Darauf antwortete ihm Simon, und ſprach zu ihm: Wir haben kein fremdes Land eingenommen, wir behalten auch nicht, was andern zugehört: ſondern das Erbtheil unſerer Väter, das unſere Feinde eine Zeitlang wider Recht beſeſſen haben.

34. Aber wenn wir die Gelegenheit der Zeit haben, ſo nehmen wir das Erbtheil unſerer Väter ein.

35. Daß du aber von Joppe und Gazara klageſt, dieſe thaten unter dem Volke in unſerm Lande großen Schaden: jedoch wollen wir dafür hundert Pfund erlegen. Und Athenobius antwortete ihm darauf nicht ein Wort.

36. Er zog aber im Zorne wieder zum Könige, und vermeldete ihm dieſe Worte, und die Herrlichkeit Simonis, und alles, was er geſehen hatte, und der König ward ſehr zornig.

37. Tryphon aber floh in einem Schiffe gen Orthoſiada.

38. Da machte der König Cendebäum zum Oberſten in der Landſchaft am Meere, und gab ihm Kriegsvolk zu Roß und zu Fuß.

39. Er befahl ihm auch, das Heer gegen das jüdiſche Land zu führen, und Gedor zu bauen, und die Pforten der Stadt zu vermachen, und das Volk mit Krieg anzugreifen. Der König aber verfolgte den Tryphon.

40. Und Cendebäus kam gen Jamnia, und fieng an das gemeine Volk zu plagen, und er fiel in das jüdiſche Land, und nahm das Volk gefangen, und erſchlug ſie, und bauete Gedor.

41. Und er legte Reiter dahin, ſammt einem Haufen Fußvolk: daß ſie ausfallen, und die Straßen im jüdiſchen Lande durchſtreifen ſollten, wie ihm der König befohlen hatte.

CAPUT XVI.

I. Simon ſenex mittit cum exercitu filios Judam & Joannem, qui Cendebæum devincunt. 1. II. Ptolemæus, gener Simonis, dominandi ambitione inflammatus, in convivio ſocerum ejusque filios Mathathiam & Judam dolo interficit. 11. III. Joannes nuntios ad ſe interimendum miſſos occidit, & patri in ſummo ſacerdotio ſuccedit. 19.

1. Et † aſcendit Joannes de Gazaris, & nuntiavit Simoni patri ſuo, quæ fecit Cendebæus in populo ipſorum.

† *Anno M.* 3866. *Ante Chr.* 138.

2. Et vocavit Simon duos filios ſeniores Judam, & Joannem, & ait illis: Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnavimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia usque in hunc diem: & proſperatum eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties.

3. Nunc autem ſenui, ſed eſtote loco meo, & fratres mei, & egreſſi pugnate pro

Das ſechszehnte Capitel.

I. Deß Cendebäi Kriegsheer wird von Juda und Johanne, des Simonis Söhne, zertrennet und geſchlagen. 1. II. Ptolemäus, ein Sohn Abobi, ermordet betrüglich auf einer Gaſterey Simonem, und ſeine Söhne Judam und Mathathiam: 11. III. Bewirbt ſich in gleicher Meynung um Johannem vergeblich: welcher nachmalen ſeines Vaters Amt erlanget. 19.

1. Da reiſete Johannes von Gazara hinauf, und gab Simon, ſeinem Vater, zu erkennen, was Cendebäus in ihrem Volke gethan hatte.

2. Und Simon foderte zu ſich ſeine beeden älteſten Söhne, Judam und Johannem, und ſprach zu ihnen: Ich, und meine Brüder, und meines Vaters Haus, haben von Jugend an bis auf den heutigen Tag wider die Feinde Iſrael geſtritten: es iſt auch glücklich gegangen in unſern Händen, daß wir Iſrael etlichemal erlöſet haben.

3. Dieweil ich aber nunmehr alt bin, ſo ſollet ihr an meiner Statt, auch meine Brüder ſeyn, und ausziehen, für un-

ſer

---

†. 37. *Tryphon autem fugit navi in Orthoſiada.* Quæ eſt urbs Phœniciæ.

†. 39. *Mandavit ei ædificare Gedorem.* In tribu Dan. *Et obſtruere portas civitatis.* Vox *civitatis* non eſt in Græco: unde quidam vertunt πύλας, *fauces montium.*

†. 40. *Et cœpit irritare plebem.* Vexare & provocare. *Et conculcare Judæam.* Gr. invadere, ſc. hoſtiliter.

CAPUT XVI.

†. 2. *Et vocavit Simon.* Myſtice Simon eſt prælatus bonus ſubditos ſuos ad prælia ſpiritualia verbis animans & exemplis. Hujus tres ſunt filii. *Mathathias* carnales ſignificat, qui ad ſpiritualia per itus non aſcendunt. *Judas* tepidos: hi aſcendunt, ſed aut moleſtia corporis aut tentatione ſpiritus vulnerati cito deſiſtunt. *Joannes* ferventes & fortes: iſti torrentem Cedron audacter transfretant, nempe omni conſolationi alienæ renuntiant.

†. 3. *Eſtote -- & fratres mei.* Gr. *Fratris mei.* Nempe, Jonathæ.

ser Volk zu streiten: aber die Hülfe vom Himmel wolle bey euch seyn.

4. Und er erwählte aus dem Lande zwanzigtausend Mann guter Kriegsleute, und etliche Reiter; damit zogen sie wider Cendebäum, und ruheten über Nacht zu Modin.

5. Und sie machten sich am Morgen auf, und zogen in das Feld: und siehe, da kam ihnen ein sehr großes Heer zu Roß und zu Fuß entgegen, und es war ein großer Bach zwischen ihnen beyden.

6. Und Johannes rückte mit dem Lager gegen sie, er, und sein Volk, ihnen unter Augen, als er nun sah, daß sich das Volk scheuete, über den Bach zu ziehen, begab er sich zum ersten hinüber: da das die Männer sahen, folgten sie ihm, und setzten hinüber:

7. Darnach theilte er das Volk, und stellte die Reiter mitten zwischen das Fußvolk: aber die Feinde hatten eine sehr große Reiterey.

8. Und sie bließen die heiligen Posaunen, da wandte sich Cendebäus mit seinem Heere in die Flucht, und wurden ihrer viele verwundet und erlegt: aber die übrigen flohen in die Vestung.

9. Und Judas, der Bruder Johannis, ward damals auch verwundet: Johannes aber jagte ihnen nach, bis er gen Cedron kam, die er gebauet hatte.

10. Und sie flohen bis zu den Thürnen, welche im Felde bey Azoto waren: und er zündete dieselbigen mit Feuer an. Und es wurden von ihnen zweytausend Mann erlegt: und er zog wieder in das jüdische Land mit Friede.

II. 11. Und Ptolemäus, der Sohn Abobi, war im Felde Jericho zum Hauptmanne verordnet, der viel Silber, und Gold hatte:

12. Denn er war des Hohenpriesters Tochtermann.

13. Und sein Herz erhub sich, und er gedachte, das Land zu erobern, und Simonem mit seinen Söhnen mit List umzubringen.

14. Simon aber zog durch die Städte herum, die im jüdischen Lande waren: wie er dann Sorge für sie trug: er kam auch hinab gen Jericho, er selbst, und Mathathias sein Sohn, und Judas, im hundert und sieben und siebenzigsten Jahre, im eilften Monathe, das ist der Monath, der Sabath genannt wird.

15. Und der Sohn Abobi nahm sie mit List auf in eine kleine Vestung, welche Doch genannt ward, die er gebauet hatte: und er richtete ihnen ein großes Gastmahl zu, aber er verbarg daselbst etliche Männer.

16. Als nun Simon, und seine Söhne wohl getrunken hatten, stund Ptolemäus mit den Seinigen auf, und sie nahmen ihre Waffen, traten zu dem Gemach hinein, da das Gastmahl war, und erwürgeten ihn, sammt seinen beeden Söhnen, und etlichen seiner Knaben.

17. Diesen großen Betrug begieng er in Israel, und vergalt Gutes mit Bösem.

18. Und Ptolemäus schrieb solches dem Könige zu, und sandte zu ihm, daß er ihm ein Heer zu Hülfe schickte, so wollte er ihm das Land, und ihre Städte, sammt dem Einkommen übergeben.

III. 19. Er schickte auch andere gen Gazara, Johannem umzubringen: und er schrieb an die Hauptleute, daß sie zu ihm kämen, so wollte er ihnen Silber, und Gold und Geschenke geben.

20. Folgends schickte er auch andere aus, Jerusalem, und den Berg des Tempels einzunehmen.

21. Da lief einer geschwind voran, und brachte Johanni die Zeitung zu Gazara, daß sein Vater und seine Brüder umgekommen wären: und daß er auch ausgeschickt hätte, ihn umzubringen.

22. Als er nun solches hörte, ist er heftig erschrocken: und ergriff die Männer, welche gekommen waren, ihn um das Leben zu bringen, und tödtete sie: denn er hatte die Nachricht, daß sie ihn umzubringen suchten.

gente nostra: auxilium vero de cœlo vobiscum sit.

4. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites; & profecti sunt ad Cendebæum, & dormierunt in Modin.

5. Et surrexerunt mane, & abierunt in campum: & ecce, exercitus copiosus in obviam illis peditum, & equitum, & fluvius torrens erat inter medium ipsorum.

6. Et admovit castra contra faciem eorum ipse, & populus ejus, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretavit primus: & viderunt eum viri, & transierunt post eum:

7. Et divisit populum, & equites in medio peditum: erat autem equitatus adversariorum copiosus nimis.

8. Et exclamaverunt sacris tubis *a*, & in fugam conversus est Cendebæus, & castra ejus, & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reliqui autem in munitionem fugerunt.

a De quibus Num. 10.

9. Tunc vulneratus est Judas frater Joannis: Joannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem, quam ædificavit.

10. Et fugerunt usque ad turres, quæ erant in agris Azoti: & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum: & reversus est in Judæam in pace.

II. 11. Et Ptolemæus, filius Abobi, constitutus erat dux in campo Jericho, & habebat argentum, & aurum multum:

12. Erat enim gener summi sacerdotis.

13. Et exaltatum est cor ejus, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum adversus Simonem, & filios ejus, ut tolleret eos.

14. Simon autem, perambulans civitates, quæ erant in regione Judææ: & solicitudinem gerens earum: descendit in Jericho ipse, & Mathathias filius ejus, & Judas, anno † centesimo septuagesimo septimo mense undecimo, hic est mensis Sabath.

† *Anno M. 3869. Ante Chr. 135.*

15. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificavit: & fecit eis convivium magnum, & abscondit illic viros.

16. Et cum inebriatus esset Simon, & filii ejus, surrexit Ptolemæus cum suis, & sumpserunt arma sua, & intraverunt in convivium, & occiderunt eum, & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus.

17. Et fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis.

18. Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi, ut mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum, & tributa.

III. 19. Et misit † alios in Gazaram tollere Joannem: & tribunis misit epistolas, ut venirent ad se, & daret eis argentum, & aurum, & dona.

† *Anno M. 3871. Ante Chr. 133.*

20. Et alios misit occupare Jerusalem, & montem templi.

21. Et præcurrens quidam, nuntiavit Joanni in Gazara, quia periit pater ejus, & fratres ejus: & quia misit te quoque interfici.

22. Ut audivit autem, vehementer expavit: & comprehendit viros, qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognovit enim, quia quærebant eum perdere.

23. Et

℣. 4. *In Modin.* Prope Gedor.

℣. 6. *Et transfretavit primus.* Mystice significatur, quod prælati debeant esse primi, & suo exemplo subjectorum confortare timiditatem, ac sacris tubis, i. dogmatibus exacuere.

℣. 9. *Fugerunt.* In Gedor.

℣. 15. *Suscepit eos filius Abobi.* sc. Ptolemæus, in munitiunculam, quæ vocatur *Doch.*

℣. 16. *Cum inebriatus esset Simon.* Inebriatio pro *satietate* sumitur, non quod mente motus fuerit.

23. Et cætera sermonum Joannis, & bellorum ejus, & bonarum virtutum, quibus fortiter gessit, & ædificii murorum, quos extruxit, & rerum gestarum ejus,

24. Ecce, hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotii ejus; ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

23. Das übrige von den Geschichten Johannis, von seinen Kriegen, und männlichen Thaten, die er mit Tapferkeit ausgerichtet, und von dem Gebäude der Mauren, die er aufgeführet hat, und von seinen Geschichten,

24. Siehe, das ist beschrieben im Buche von den Tagen seines Priesterthums, von der Zeit an, daß er nach seinem Vater Hoherpriester worden ist.

LIBER SECUNDUS MACHABÆORUM.

CAPUT I.

I. Judæi habitantes Jerosolymis scribunt Judæis in Ægypto commorantibus de celebrando festo scenopegiæ. 1. II. De morte Antiochi Sedetis, hortantes, ut celebrent diem scenopegiæ, & diem dati ignis. 10. III. Cujus rei historia narrant cum oratione Nehemiæ. 19.

Fratribus, qui sunt per Ægyptum, Judæis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosolymis, Judæi, & qui in regione Judææ, & pacem bonam.

2. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Jacob servorum suorum fidelium:

3. Et det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti.

4. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem.

5. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo *.

6. Et nunc hic sumus orantes pro vobis.

7. Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono †, nos Judæi scripsimus vobis in tribulatione & impetu, qui supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason a sancta terra, & a regno.

8. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem: & oravimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes.

9. Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu.

II. 10. Anno centesimo octogesimo octavo, ‡ populus, qui est Jerosolymis, & in Judæa, senatusque & Judas, Aristobolo, magistro Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sacerdotum, & his, qui in Ægypto sunt, Judæis salutem, & sanitatem:

11. De magnis periculis a Deo liberati, magnifice gratias agimus ipsi, utpote qui adversus talem regem dimicavimus.

12. Ipse enim ebullire fecit de Persida eos, qui pugnaverunt contra nos, & sanctam civitatem.

13. Nam cum in Persida esset dux ipse, &

† *Æræ contractum, sc. qui sit Anno M. 3861. Ante Chr. 143.*

‡ *Anno M. 3880. Ante Chr. 124. Joannis Hyrcani 11.*

Das zweyte Buch der Machabäer.

Das erste Capitel.

I. Sendschreiben, darinn die Juden zu Jerusalem, die in Aegypten wohnhaften Juden zur Haltung des Festes der Lauberhütten ermahnen. 1. II. Andere Sendschrift, worinn sie dieselben zu Feyrung des Tages, an dem Feuer von Himmel geschickt worden, antreiben. 10. III. Die Historie wird weitläuftiger ausgeführet. 19.

Die Brüder vom jüdischen Volke, welche zu Jerusalem, und im jüdischen Lande wohnen, wünschen ihren Brüdern, den Juden, die in Aegypten sind, Heil und guten Frieden.

2. GOtt wolle euch Gutes thun, und an seinen Bund gedenken, davon er mit Abraham, und Isaac, und Jacob seinen getreuen Knechten geredt hat:

3. Und er gebe euch allen ein Herz, ihm zu dienen, und von ganzer Seele, und freywilligem Gemüthe seinen Willen zu thun.

4. Er eröffne euer Herz in seinem Gesetze, und in seinen Gebothen, und schaffe, daß Friede sey.

5. Er wolle euer Gebeth erhören, und euch wieder gnädig werden, und euch nicht verlassen in böser Zeit.

6. Und wir zwar bitten allhie für euch.

7. Zu der Zeit, da Demetrius regierte, im hundert und neun und sechszigsten Jahre, haben wir Juden an euch geschrieben in unserm Elende, und bey dem Einfall, der in denselbigen Jahren über uns gekommen ist, nachdem sich Jason vom heiligen Lande, und vom Königreiche abgewendet hat.

8. Damals zündeten sie das Thor an, und vergossen unschuldig Blut: und wir betheten zum HErrn, und wurden erhöret, wir opferten auch Schlachtopfer, und Semmelmehl, und zündeten die Lampen an, und legten das Brod auf.

9. So haltet nun die Tage der Lauberhütten im Monathe Casleu.

II. 10. Im hundert und acht und achtzigsten Jahre, schrieb das Volk, das zu Jerusalem, und im jüdischen Lande war, auch der Rath, und Judas, an Aristobolum, den Meister des Königs Ptolemäi, der vom Geschlechte der gesalbten Priester war, und an die Juden in Aegypten, Heil und Wohlfahrt:

11. Dieweil wir von GOtt aus großen Gefährlichkeiten errettet sind, so sagen wir ihm großen Dank, als die wir wider einen solchen König gestritten haben.

12. Denn er hat einen großen Haufen aus Persien geführet, der wider uns, und wider die heilige Stadt gestritten hat.

13. Denn als er selbst der Heerführer war in Persien, und

℣. 23. *Et cætera sermonum Joannis* Hircani. Sic cognominatus, quia Antiochum Sidetem post initam cum eo pacem, comitatus est ad bellum Parthicum.

℣. 24. *Ecce, hæc scripta sunt in libro dierum.* i. annalium.

CAPUT I.

℣. 1. *Dicunt — & pacem bonam.* i. felicem.

℣. 2. *Meminerit* Deus *testamenti sui.* i. pacti.

℣. 7. *Regnante Demetrio.* Nicanore, cujus partes Judæi tum sequebantur, contra Tryphonem. *Scripsimus vobis.* Antiochi & Epiphanis temporibus, postquam Jason recesserat a fide, quam patriæ suæ debebat, & ab amicitia regum Ægypti.

℣. 10. *Et Judas.* Joannis Hircani vices gerens, Joanne in hostes bellum agente. Rupertus existimat Judam hunc fuisse Essenum, qui Antigoni cædem prædixit, ut refert Josephus. *Aristobolo magistro.* Clemens Alexandrinus & Eusebius Cæsarienfis hunc Aristobolum censent Judæum illum Philosophum fuisse, qui commentarios in Moysen scriptos Ptolemæo Philometori olim obtulerat. *Christorum,* i. Unctorum, seu sacerdotum ex stirpe Aaron.

℣. 11. *Adversus talem regem dimicavimus.* Antiochus ille an fuit *Epiphanes*, ut multi opinantur, an potius *Sidetes*, qui anno 188. regnabat. Hic teste Justino L. 36. bis in Persidem irrupit, primum quidem comitante Joanne Hircano, ut diximus, ac forte iterum eo perrexit, cum ab eodem Joanne jam esset alienatus. Mors utriusque Antiochi illustris & Sidetis omnino diversa est, & distincta tempora.

℣. 12. *Ipse enim ebullire fecit de Persida eos.* i. milites adversus Judæos: alii legunt in Persidem & Chaldæam; sed Persidis nomen latius interdum sumitur, & complectitur Parthos & Medos.

℣. 13. *Cum in Persida esset dux ipse.* Hic est Antiochus *Soter*; qui & *Sidetes* frater Demetrii capti a Persis, & filius prioris *Demetrii.* Huic enim omnia conveniunt, quæ hoc in loco referuntur. Hic cum templum *Nanææ* Veneris, ac *Dianæ* (nam utraque ibi colebatur) direptum iret cum exercitu, lapidibus obrutus est.

und ein überaus großes Heer mit ihm, ist er durch den Rath der Priester Naneä betrogen, und im Tempel Naneä erschlagen worden:

14. Denn Antiochus kam mit seinen Freunden dahin, mit ihr * sich zu vermählen, und das große Geld, so daselbst war, für die Morgengabe zu sich zu nehmen. * der Göttin Nanea

15. Als nun das die Priester der Naneä dargelegt, und er mit wenig Personen in den Umgang des Tempels hineingegangen war, schlossen sie den Tempel zu,

16. Nachdem Antiochus hineingetretten war, und thaten eine heimliche Thür am Tempel auf, und warfen den Obersten, sammt denen, die bey ihm waren, mit Steinen zu todt, darnach hieben sie ihnen ihre Häupter ab, zerhaueten sie zu Stücken, und warfen sie hinaus.

17. GOtt sey gelobet in allem, der die Gottlosen also übergeben hat.

18. Dieweil wir uns dann vorgenommen, am fünf und zwanzigsten Tage des Monaths Casleu die Reinigung des Tempels zu begehen, haben wir für eine Nothdurft erachtet, euch solches zu verkündigen, damit ihr auch den Tag der Laubhütten haltet, und den Tag des Feuers, das gegeben ist, nachdem Nehemias den Tempel und den Altar gebauet, und Opfer gethan hat.

III. 19. Denn als unsere Väter in Persien hinweggeführt wurden, haben die Priester, welche damal GOttes Diener waren, das Feuer vom Altare hinweggenommen, und dasselbige heimlich in einem Thale verborgen, da ein tiefer Brunnen war ohne Wasser, darinn haben sie es behalten, also, daß derselbige Ort niemand bekannt war.

20. Nachdem aber viele Jahre vorüber gegangen, und es GOtt gefiel, daß Nehemias vom Könige in Persien gesandt wurde, schickte er die Nachkömmlinge der Priester, die das Feuer verborgen hatten, dasselbige wieder zu suchen: diese aber, wie sie uns erzählt, haben kein Feuer, sondern ein dickes Wasser gefunden.

21. Da befahl er dasselbige zu schöpfen, und zu ihm zu bringen: und der Priester Nehemias befahl die Opfer, welche aufgelegt waren, und das Holz, sammt dem, was darauf gelegt war, mit demselbigen Wasser zu besprengen.

22. Als das nun geschehen, und die Zeit herbeygekommen war, daß die Sonne hervorleuchtete, welche zuvor mit Wolken überzogen war, da ward ein großes Feuer angezündet, also, daß sie sich alle miteinander verwunderten.

23. Aber alle Priester thaten immittelst ihr Gebeth, indem das Opfer verzehret wurde, und Jonathas fieng an, die anderen aber antworteten ihm.

24. Und Nehemias that auch sein Gebeth, das lautete also: O HErr GOtt, du Schöpfer aller Dinge, der du schrecklich, und stark, gerecht, und barmherzig bist, und der du allein ein guter König bist,

25. Allein mild, allein gerecht, und allmächtig, und ewig, der du Israel von allem Bösen erlöset hast, und der du unsere Väter auserwählet, und geheiliget hast:

26. Nimm dieß Opfer an für dein ganzes Volk

cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ:

14. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, & amici ejus, & ut acciperet pecunias multas dotis nomine.

15. Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum fani, clauserunt templum,

16. Cum intrasset Antiochus, apertoque occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & divisérunt membratim, & capitibus amputatis foras projecerunt.

17. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios.

18. Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Casleu purificationem templi, necessarium duximus significare vobis, ut & vos quoque agatis diem scenopegiæ, & diem ignis, qui datus est, quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia.

III. 19. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes, qui tunc cultores Dei erant, acceptum ignem de altari occulte absconderunt in valle, ubi erat puteus altus, & siccus, & in eo contutati sunt eum, ita, ut omnibus ignotus esset locus.

20. Cum autem præterissent anni multi, & placuit Deo, ut mitteretur Nehemias a rege Persidis, nepotes sacerdotum illorum, qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narraverunt nobis, non invenerunt ignem, sed aquam crassam.

21. Et jussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, jussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita.

22. Utque hoc factum est, & tempus affuit, quo sol resulsit, qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita, ut omnes mirarentur.

23. ° Orationem autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Jonatha inchoante, cæteris autem respondentibus. * *SABB. 4. TEMP. QUADR. EPIST.*

24. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum: Domine Deus, omnium creator, terribilis, & fortis, justus, & misericors, qui solus es bonus rex,

25. Solus præstans, solus justus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti patres electos, & sanctificasti eos:

26. Accipe sacrificium pro universo populo tuo

℣. 14. *Etenim cum ea habitaturus.* Id utique usitatum fuit nonnullis regibus, ut cum Deabus matrimonium contraherent: sic honesto prætextu thesauros rapturus venerat Antiochus. Huic persuaserunt sacerdotes, ut templum cum paucis sociis ingrederetur.

℣. 15. *Clauserunt templum.* Quasi sacros ritus facturi, eumque una cum amicis lapidibus obruerunt. Mortem hujus regis alii aliter narrant. Justinus ait, eum a suis desertum & occisum, cum pugnaret adversus Parthos: Appianus scribit, eum sibi ipsi mortem conscivisse. Cædes secreto peracta est: hinc vari rumores de ejus nece sparsi; ac credibile est sacerdotes templi vulgasse regem a numine ipso occisum.

℣. 18. *Ut & vos quoque agatis diem scenopegiæ.* Festum dedicationis vocat *Scenopegiam:* nam ad modum Scenopegiæ celebrabatur. Itaque dies encæniorum is est, de quo 1. Machab. 4. dies vero ignis est dies encæniorum templi secundi: de quo Esdræ, cap. 6. Gr. καὶ τὰ πυρός. *Et diem ignis.* Is dies sacrificiorum congruebat cum tempore festi tabernaculorum, ut videre est Nehemiæ, cap. 8. Ita videtur Grotio, qui dubitat, an ea, quæ sequuntur usque ad c. 2. v. 19. sint interjecta. Verum id est extra omnem dubitationem positum, quæcumque hoc loco referuntur, ab Auctore Hagiographo esse conscripta. Tabernaculorum, aut Scenopegiæ dies ad mensem *Tisri* spectabat, Exodi, cap. 23.

℣. 22. *Tempus affuit, quo sol resulsit.* Ut aqua illa dum a sole absconditio aqua tantum fuit, sed sole illucescente statim in ignem conversa est: sic Judæi peccatis suis Deum a se abalienarunt, & omnis eorum religio instar aquæ fuit, sacrificiis inutilis. Sed ubi divina misericordia iis affulsit, aqua illa in ignem conversa est, ac Deo accepta esse sacrificia declaratum, Ambr. l. 2. de officiis. Hic ignis absconditur captivitatis tempore, quo culpa regnat; tempore autem libertatis revelatur; & licet in aquæ speciem mutatus, tamen servat ignis naturam, ut confirmat sacrificium. S. Ambros. Chrysost. & alii dicunt, hunc ignem esse typum S. Spiritus die Pentecostes forma ignis in Apostolos delapsi.

℣. 23. *Orationem autem faciebant omnes sacerdotes - Jonatha inchoante.* Hic erat præcentor, non Pontifex.

tuo Israel, & custodi partem tuam, & sanctifica.

27. Congrega dispersionem nostram, libera eos, qui serviunt gentibus, & contemptos, & abominatos respice: ut sciant gentes, quia tu es Deus noster. °

28. Afflige opprimentes nos, & contumeliam facientes in superbia.

29. Constitue populum tuum in loco sancto tuo, *a* sicut dixit Moyses.

a Deut.30. 3. & 5. Infr. 2. 18.

30. Sacerdotes autem psallebant hymnos, usquequo consumptum esset sacrificium.

31. Cum autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias jussit lapides majores perfundi.

32. Quod ut factum est, ex eis flamma accensa est: sed ex lumine, quod refulsit ab altari, consumpta est.

33. Ut vero manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum, quod in loco, in quo ignem absconderant hi, qui translati fuerant, sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias, & qui cum eo erant, purificaverunt sacrificia.

34. Considerans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum, ut probaret, quod factum erat.

35. Et cum probasset, sacerdotibus donavit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis.

36. Appellavit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur Purificatio: vocatur autem apud plures Nephi.

CAPUT II.

I. Jeremias sub Babylonicam captivitatem tradito transmigrantibus igne & lege Dei in monte Nebo abscondit tabernaculum, arcam & altare incensi. 1. II. Quinque Jasonis volumina in unum hunc librum de gestis Machabæorum contrahuntur. 20.

1. Invenitur autem in descriptionibus Jeremiæ prophetæ, quod jussit eos ignem accipere, qui transmigrabant, ut significatum est, & ut mandavit transmigratis.

2. Et dedit illis legem, ne obliviscerentur præcepta Domini, & non exerrarent mentibus videntes simulacra aurea, & argentea, & ornamenta eorum,

3. Et alia hujusmodi dicens, hortabatur, ne legem amoverent a corde suo.

4. Erat autem in ipsa scriptura, quomodo tabernaculum, & arcam jussit propheta divino responso ad se facto comitari secum, usquequo exiit in montem, *a* in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem.

a Deut.34.1.

5. Et veniens ibi Jeremias, invenit locum speluncæ, & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostium obstruxit.

6. Et accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum: & non potuerunt invenire.

7. Ut autem cognovit Jeremias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat:

8. Et tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit majestas Domini, & nubes erit, sicut & Moysi manifestabatur, & *b* sicut cum Salo-

b 3. Reg.8. 11. 2. Par.6.14.

Israel, und bewahre, und heilige dein Erbtheil.

27. Bringe uns wieder zusammen, die wir zerstreuet sind, erlöse die, welche den Heyden dienen, und siehe dieselbigen mit Gnaden an, die in Verachtung sind, und von welchen man einen Abscheu hat: damit die Heyden wissen, daß du unser GOtt bist.

28. Plage diejenigen, die uns unterdrücken, und uns Schmach anthun mit Uebermuth.

29. Setze dein Volk wieder ein an deinen heiligen Ort, wie Moyses gesagt hat.

30. Aber die Priester sangen Lobgesänge, bis das Opfer verzehret war.

31. Als nun das Opfer verbrannt war, befahl Nehemias, mit dem übrigen Wasser die größten Steine zu begießen.

32. Und da man das that, ward eine Flamme davon angezündet: aber dieselbige ward verzehrt von dem Lichte, das vom Altare leuchtete.

33. Als aber dieß Werk offenbar ward, ist dem Könige in Persien kund gethan worden, daß an dem Orte, da die hinweggeführten Priester das Feuer verborgen hatten, Wasser gefunden wäre, von welchem Nehemias, sammt denen, die bey ihm gewesen, die Opfer gehalten hätten.

34. Aber der König bedachte es reiflich, und forschte dem Dinge fleißig nach, und machte ihm einen Tempel, diese Geschichte damit zu bezeugen.

35. Und nachdem er es also bezeuget hat, gab er den Priestern große Güter, ja ein Geschenk über das andere, die er mit seiner Hand nahm, und gab sie ihnen.

36. Nehemias aber nannte denselbigen Ort Nephthar, das heißt, wenn man es verdolmetschet, Reinigung: und er wird von vielen Nephi genannt.

Das zweyte Capitel.

I. Der zweyte Theil der obigen Sendschrift wird erkläret, wie der Prophet Jeremias den Tabernacken, die Arche, und den Altar des Rauchwerks auf dem Berge Nebo verborgen habe. 1. II. Die Art und Inhalt dieses andern machabäischen Buches. 20.

1. Man findet auch in den Schriften des Propheten Jeremiä, daß er denjenigen, welche hinweggeführet worden, befohlen habe, das Feuer zu sich zu nehmen, wie angezeiget ist, und er den Hinweggeführten befohlen hatte.

2. Er gab ihnen auch ein Gesetz, daß sie der Gebothe des HErrn nicht vergessen sollten, noch mit ihren Herzen abweichen, wenn sie die goldenen und silbernen abgöttischen Bilder, und ihren Schmuck sehen würden,

3. Und andere dergleichen Dinge sagte er ihnen, und ermahnte sie, das Gesetz nicht aus ihrem Herzen zu lassen.

4. Es war aber auch dieß in derselbigen Schrift, wie der Prophet, nachdem er eine Antwort von GOtt bekommen, befohlen habe, daß der Tabernackel, sammt der Arche mit ihm gehen sollte, bis daß er hinauskäme auf den Berg, darauf Moyses gegangen ist, und die Erbschaft GOttes gesehen hat.

5. Als nun Jeremias dahin kam, fand er daselbst einen Ort in einer Höle, dahin brachte er den Tabernackel sammt der Arche, und dem Altare, darauf man Rauchopfer that, und vermachte den Eingang.

6. Und etliche machten sich auch darzu, die ihm nachgiengen, damit sie den Ort für sich merkten: sie konnten ihn aber nicht finden.

7. Als nun Jeremias solches erfuhr, strafte er sie, und sprach: Dieser Ort soll unbekannt bleiben, bis GOtt sein Volk wieder zusammen bringen, und ihm gnädig seyn wird:

8. Zu der Zeit wird der HErr diese Dinge zeigen, und die Majestät des HErrn wird sich sehen lassen, und es wird eine Wolke seyn, auf die Weise, wie er sich dem Moyse offenbaret

---

¥. 34. *Fecit ei templum.* Forte sacellum, aut potius, ut suspicatur Serarius, *sacrum* adjectum fuit.

CAPUT II.

¥. 1. *Invenitur autem in descriptionibus Jeremiæ.* Liber iste non extat. Quo tempore captivitatis Jeremias ignem, arcam & tabernaculum subduxerit, incertum est.

¥. 7. *Ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi.* Forte sub mundi finem, cum Judæi ad fidem convertentur: alii hæc inventa esse volunt, cum Christus, qui est vera arca, quique verum erexit tabernaculum, gentes congregavit. Hoc facto Deus ostendit fore, ut fides & evangelium ad gentes transferrentur.

baret hat, und wie er ereigte, als Salomon bath, daß der Ort dem großen GOtt geheiliget würde.

9. Denn er gieng mit der Weisheit herrlich um, und dieweil er mit Weisheit begabet war, opferte er das Opfer der Einweihung, und der Vollführung des Tempels.

10. Und gleichwie Moyses sein Gebeth zum HErrn that, darauf das Feuer vom Himmel fiel, und das Brandopfer verzehrete: also bethete Salomon auch, und das Feuer kam vom Himmel, und verzehrete sein Brandopfer.

11. Und gleichwie Moyses sagte: Dieweil das Opfer für die Sünde nicht gegessen ward, so ist es vom Feuer verzehret worden:

12. Also hielt auch Salomon acht Tage lang die Einweihung des Tempels.

13. Aber eben diese Dinge wurden auch in die Schriften, und Bücher Nehemiä eingeschrieben: und wie er eine Bibliothek zugerichtet, und aus allen Landen die Bücher der Propheten, und Davids, und die Sendbriefe der Könige von den Gaben zusammen gebracht hat:

14. Also brachte Judas auch alles zusammen, was bey dem Kriege vorgefallen, und uns wiederfahren war, und wir haben es noch bey uns.

15. Derowegen wenn ihr diese Dinge begehret, so schicket etliche, die sie für euch abholen.

16. Dieweil wir nun entschlossen sind, die Reinigung zu halten, so haben wir euch solches zugeschrieben: und ihr werdet wohl thun, wenn ihr diese Tage auch haltet.

17. Wir hoffen aber, GOtt, der sein Volk erlöset, und ihnen allen die Erbschaft, und das Königreich, und das Priesterthum, und Heiligthum gegeben hat,

18. Wie er dann im Gesetze verheißen, wird sich bald über uns erbarmen, und wird uns aus allen Landen unter dem Himmel, am heiligen Orte zusammen bringen.

19. Denn er hat uns schon aus großen Gefährlichkeiten errettet, und den Ort gereiniget.

II. 20. Aber die Geschichte von Juda dem Machabäer, und von seinen Brüdern, und von der Reinigung des großen Tempels, und wie der Altar geweihet worden:

21. Auch von den Schlachten, die mit Antiocho dem Edeln, und seinem Sohne Eupatore gehalten worden:

22. Und von den Erleuchtungen, so vom Himmel über diejenigen gekommen sind, welche für die Juden sich tapfer gehalten haben, dergestalt, daß sie, ob ihrer wohl wenig waren, gleichwohl das ganze Land erhalten, und eine große Menge der Fremden in die Flucht geschlagen,

23. Auch den allernahmhaftesten Tempel in der ganzen Welt wieder erobert, und die Stadt befreyet, und die Gesetze, welche abgethan waren, wieder aufgebracht haben, dieweil ihnen der HErr mit aller Güte zugethan, und gnädig war:

24. Dieß alles ist von Jasone Cyrenäo in fünf Büchern begriffen, wir aber haben uns unterstanden, solches in ein Buch kürzlich zu verfassen.

25. Denn wir ermaßen die Menge der Bücher, und die Beschwerniß, so denjenigen vorkömmt, welche sich der Geschichterzählung unterfangen, wegen der vielfältigen Sachen:

26. Haben derowegen Fleiß angewendet, daß es denen, die es lesen wollen, eine Erlustigung ihres Gemüthes wäre: die Aemsigen es aber desto leichter in das Gedächtniß fassen, und alle einen Nutzen daraus schöpfen möchten.

27. Wir zwar, die wir vorgenommen haben, dieß Werk in einen kurzen Begriff zu bringen, haben keine leichte Arbeit, ja vielmehr ein Werk voll Wachens und Mühe auf uns genommen.

mon petiit, ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc.

9. Magnifice etenim sapientiam tractabat, & ut sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi.

10. Sicut *c* & Moyses orabat ad Dominum, *c Lev.* 8. 24. & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum: sic *d* & Salomon oravit, & de- *d 2. Par.* 7. 1. scendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum.

11. Et dixit Moyses *e*: Eo quod non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est: *e Lev.* 10. 16. & 17.

12. Similiter & Salomon octo diebus celebravit dedicationem.

13. Inferebantur autem in descriptionibus, & commentariis Nehemiæ hæc eadem: & ut construens bibliothecam congregavit de regionibus libros, & Prophetarum, & David, & epistolas Regum, & de donariis:

14. Similiter autem & Judas ea, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud nos.

15. Si ergo desideratis hæc, mittite, qui perferant vobis.

16. Acturi itaque purificationem, scripsimus vobis: bene ergo facietis, si egeritis hos dies.

17. Deus autem, qui liberavit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem,

18. Sicut *f* promisit in lege, speramus, quod *f Deut.* 30. 3. & 5. cito nostri miserebitur, & congregabit de sub *Sup.* 1. 29. cœlo in locum sanctum.

19. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit.

II. 20. De Juda vero Machabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione:

21. Sed & de prœliis, quæ pertinent ad Antiochum nobilem, & filium ejus Eupatorem:

22. Et de illuminationibus, quæ de cœlo factæ sunt ad eos, qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita, ut universam regionem, cum pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent,

23. Et famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis:

24. Itemque ab Jasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos uno volumine breviare.

25. Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rérum:

26. Curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio: studiosis vero, ut facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus utilitas conferatur.

27. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causa suscepimus, non facilem laborem, immo vero negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus.

28. Si-

℣. 13. *Inferebantur autem.* i. narrabantur. *In descriptionibus & commentariis.* In annalibus; & in diariis. Non quæ nunc extant lib. 2. Esdr. sed quæ olim extiterunt, sed injuria temporum & bellorum jam interciderunt. *Et ut construens bibliothecam.* In ipso templo. *Et de donariis.* Posterior copula, &, abundat.

℣. 14. *Quæ deciderant per bellum.* Quæ per bellum disjecta erant, collegit.

℣. 27. *Negotium plenum vigiliarum & sudoris assumpsimus.* Ex hoc loco Heterodoxi perperam concludunt hunc librum divino afflante Spiritu non esse scriptum. Nam, ut optime respondet Bellarminus, L. 1. de verbo Dei, cap. 15. Deus est auctor omnium scripturarum, sed diversa ratione. Nam Prophetæ non alium habuerunt laborem, quam scribendi, quæ sibi erant revelata. Aliis non semper Deus revelabat verba, sed excitabat eos, ut scriberent, & aderat ne fallerentur in scribendo. Et quidem hujus Libri scriptor nullam deprecatur culpam contra historiæ veritatem:

28. Sicut hi, qui præparant convivium, & quærunt aliorum voluntati parere propter multorum gratiam: libenter laborem sustinemus.

29. Veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam brevitati studentes.

30. Sicut enim novæ domus architecto de universa structura curandum est: ei vero, qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis.

31. Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit auctori:

32. Brevitatem vero dictionis sectari, & executiones rerum vitare, brevianti concedendum est.

33. Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenim est, ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.

28. Jedoch, gleichwie diejenigen, die ein Gastmahl zubereiten, und sich befleißigen, andern ihren Willen, und gütlich zu thun, damit sie vieler Leute Gunst gewinnen: also wollen wir diese Arbeit auch gern tragen.

29. Und wollen die Wahrheit * von jeglichen Dingen bey den Schreibern beruhen lassen, wir aber wollen uns nach der gegebenen Form der Kürze befleißen. * die ausführliche Wahrheit mit den Umständen

30. Denn gleichwie ein Werkmeister, der ein neues Haus bauet, für das ganze Gebäude sorgen muß: der es aber zu malen annimmt, nur dem nachtrachtet, was zur Zierde dienlich ist: eben also muß man dafür halten, daß es mit uns beschaffen sey.

31. Denn wer Historien schreibet, dem gebühret, mit seinem Verstande die Dinge zusammen zu lesen, und die Rede ordentlich stellen, und mit besonderem Fleiß allen und jeden Stücken nachzuforschen:

32. Aber wer ein Ding kurz verfassen will, dem muß man zulassen, kurze Reden zu gebrauchen, und die Weitläuftigkeit der Sachen zu vermeiden.

33. So wollen wir nunmehr den Anfang der Historie machen: es sey dieß genug zur Vorrede gemeldet. Denn es ist närrisch, in der Vorrede der Historie weit ausschweifen, und in der Historie selbst sich enge zusammen halten.

CAPUT III.

I. Simon templi præpositus thesauros ejus Apollonio duci prodit: 1. II. Ad quos rapiendos missus a rege Heliodorus, post susas Judæorum orationes, a Deo percutitur: 7. III. Sed Oniæ pontificis sacrificio ac precibus liberatur actisque Deo & Oniæ gratiis, narrat regi accæteris omnibus Dei magnalia. 31.

1. Igitur cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala,

2. Fiebat, ut & ipsi reges, & principes locum summo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illustrarent:

3. Ita, ut Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.

4. Simon autem de tribu Benjamin, præpositus templi constitutus, contendebat, obsistente sibi principe sacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

5. Sed cum vincere Oniam non posset, venit ad Apollonium, Tharsææ filium, qui eo tempore erat dux Cœlesyriæ, & Phœnicis,

6. Et nuntiavit ei, pecuniis innumerabilibus plenum esse ærarium Jerosolymis, & communes copias immensas esse, quæ non pertinent ad rationem sacrificiorum: esse autem possibile, sub potestate regis cadere universa.

II. 7. Cumque retulisset ad regem Apollonius de pecuniis, quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum, qui erat super negotia ejus, misit † cum mandatis, ut prædictam pecuniam transportaret.

† *Ann. M.* 3828. *Ante Chr.* 176. *sub finem regni Seleuci, ut notat Joseph.*

8. Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Cœlesyriam, & Phœnicen civitates esset peragraturus, revera autem regis propositum perfecturus.

Das dritte Capitel.

I. Simon, ein Vorsteher des Tempels, unterstehet sich, der Juden ruhigen Stand zu betrüben: 1. II. Heliodorus, vom König Seleuco geschickt, die Kirchenschätze zu rauben, wird von Engeln geisselt: 7. III. Welcher, nachdem er durch des Hohenpriesters Oniä Gebeth wieder zu sich kommen, GOttes Gerechtigkeit und Allmacht überall ausbreitet. 31.

1. Als die heilige Stadt in allem Frieden bewohnet ward, und die Satzungen am allerbesten gehalten wurden, wegen der Gottseligkeit Oniä des Hohenpriesters, und weil sonst die gutherzigen Gemüther der Bosheit feind waren,

2. Trug sich zu, daß auch die Könige und Fürsten selbst diesen Ort in sehr hohen Ehren hielten, und den Tempel mit großen herrlichen Geschenken zierten:

3. Also, daß Seleucus, der König in Asia, aus seinen Renthen alle Kosten, so zum Dienste der Opfer gehörten, darreichte.

4. Aber Simon, aus dem Geschlechte Benjamin, der zum Vorsteher des Tempels verordnet war, unterstund sich etwas unbilliges in der Stadt vorzunehmen, darinn ihm der Hohepriester widerstrebte.

5. Dieweil er aber wider Oniam nichts vermochte, kam er zum Apollonio, dem Sohne Tharsiä, der damals in Cölesyrien und Phönicia das Haupt war,

6. Und zeigte ihm an, daß zu Jerusalem in der Schatzkammer eine unzählbare Baarschaft vorhanden wäre, und des gemeinen Geldes sehr viel wäre, so zu der Rechnung der Opfer nicht gehörete: es wäre aber wohl möglich, daß alles in des Königs Gewalt gebracht würde.

II. 7. Nachdem nun Apollonius mit dem Könige von dem Gelde geredet, das angebracht war, foderte er Heliodorum, der über die Geschäffte des Königs war, und fertigte ihn ab, mit Befehl, dasselbige Geld hinüber zu bringen.

8. Da begab sich Heliodorus alsbald auf die Reise, unter dem Scheine, die Städte in Cölesyria und Phönicia zu besuchen, aber in Wahrheit des Königs Vornehmen in das Werk zu richten.

9. Als

---

tem: sed de scribendi ratione tantum loquitur. Aliud est vere, aliud diserte dicere. Deus quidem sic auctores sacros regebat, ut iis styli libertatem & scribendi modum relinqueret. *Negotium.* Ut convivium paranti, ita & ei qui omnium utilitatem spectat, non leve negotium est.

℣. 29. *Veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes.* In Græco, τὸ μὲν διακριβοῦν, *exactam pertractationem: veritatis* nomen deest: circumstantias quidem rerum gestarum Jasoni, qui erat auctor sacer, relinquens, res summatim tractare voluit.

℣. 30. *Architecto de universa structura curandum est.* Jasonem cum architecto comparat, qui ædificii materiam parat, & formam operis animo designat; se vero instar pictoris esse innuit, qui historiam ab alio factam brevitando jucundiorem & utiliorem vult efficere.

℣. 32. *Executiones*, sc. nimis exquisitam *rerum* narrationem *vitare brevianti concedendum est.*

CAPUT III.

℣. 1. *In omni*, i. cum summa, *pace. Propter Oniæ -- pietatem.* Iste est Onias, ad quem scripsit rex Lacedæmoniorum, ut habetur supra 1. Machab. 12. v. 7. Erat ille Simonis secundi filius & patre suo mortuo anno 3805. summum pontificatum per annos 24. obtinuit.

℣. 3. *Ita, ut Seleucus Asiæ rex.* Hinc apparet, hic narrari res priores iis, quæ libro superiori scriptæ sunt. Seleucus iste est 4. hujus nominis Philopator dictus, Antiochi magni seu tertii filius, qui cœpit regnare An. M. 3817. ante Chr. 187. regnavitque annos 12.

9. Als er aber gen Jerusalem gekommen, und in derselbigen Stadt von dem Hohenpriester freundlich empfangen war, vermeldete er, daß vom Gelde Anzeigung geschehen wäre, und entdeckte ihm die Ursache, warum er da wäre: er fragte ihn aber, ob sich dieß also in der Wahrheit befinde?

9. Sed, cum venisset Jerosolymam, & benigne a summo sacerdote in civitate esset exceptus, narravit de dato indicio pecuniarum, &, cujus rei gratia adesset, aperuit: interrogabat autem, si vere hæc ita essent?

10. Da zeigte ihm der Hoheprieſter an, daß es vertrauete Güter wären, zum Unterhalte der Wittwen und Wayſen in Verwahrung hinterlegt:

10. Tunc summus sacerdos ostendit depositа esse hæc, & victualia viduarum, & pupillorum:

11. Und daß ein Theil von den Gütern, die der gottlose Simon angegeben hätte, Hircano, dem Sohne Tobiä, einem sehr fürnehmen Mann: zuachörte: es wäre aber die ganze Summa, vierhundert Mark Silbers, und zweyhundert Mark Goldes.

11. Quædam vero esse Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his, quæ detulerat impius Simon: universa autem argenti talenta esse quadringenta, & auri ducenta.

12. Daß aber diejenigen sollten betrogen werden, die das Ihrige dem Orte, und dem Tempel vertrauet hätten, der durch die ganze Welt seiner Würde und Heiligkeit halber geehret wird, das sey allerdings unmöglich. * * unziemlich.

12. Decipi vero eos, qui credidissent loco, & templo, quod per universum mundum honoratur, pro sui veneratione, & sanctitate omnino impossibile esse.

13. Jener * dagegen sagte, daß demnach, was ihm vom Könige befohlen war, vor allen Dingen alles dem Könige müßte überliefert werden. * Heliodorus

13. At ille pro his, quæ habebat in mandatis a rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda.

14. Nachdem er nun einen Tag bestimmet, gieng Heliodorus zum Tempel hinein, hierüber zu verordnen. Es war aber ein großer Schrecken durch die ganze Stadt.

14. Constituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica vero per universam civitatem erat trepidatio.

15. Und die Priester fielen nieder vor dem Altare, in ihren priesterlichen Kleidern, und riefen den vom Himmel an, der von beygelegten Gütern ein Gesetz gegeben hat, daß er sie denjenigen bewahren wollte, die sie in Verwahrung dahin gelegt hatten.

15. Sacerdotes autem ante altare cum stolis sacerdotalibus jactaverunt se, & invocabant de cœlo eum, qui de depositis legem posuit, ut his, qui deposuerant ea, salva custodiret.

16. Nun aber, wer des Hohenpriesters Angesicht sah, dem ward das Herz verwundet: denn das Angesicht, und die Veränderung der Farbe gab den inwendigen Schmerzen des Gemüthes zu erkennen.

16. Jam vero, qui videbat summi sacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem.

17. Denn es hatte den Mann ein Trauren und Zittern des Leibes eingenommen, dadurch denjenigen, die ihn ansahen, seines Herzens Angst und Leiden offenbar ward.

17. Circumfusa enim erat mœstitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis ejus efficiebatur.

18. Es kamen auch die anderen häufig aus den Häusern, und versammelten sich zum gemeinen Gebethe, darum, dieweil der Ort in Verachtung kommen würde.

18. Alii etiam gregatim de domibus confluebant, publica supplicatione obsecrantes, pro eo, quod in contemptum locus esset venturus.

19. Und die Weiber legten härine Kleider an ihre Brust, und liefen auf der Gasse zusammen. Ja es liefen auch die Jungfrauen heraus, die sonst eingeschlossen waren, etliche zu Onia, die anderen auf die Mauren, etliche sahen auch durch die Fenster hinaus:

19. Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebant. Sed & virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam vero per fenestras aspiciebant:

20. Alle aber streckten die Hände gen Himmel, und betheten.

20. Universæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur.

21. Denn es war erbärmlich, daß das gemeine Volk untereinander vermischet, und der Hoheprieſter, in seiner Angst, also auf die göttliche Hülfe wartete.

21. Erat enim misera commistæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone constituti exspectatio.

22. Und diese zwar riefen GOtt den Allmächtigen an, daß er dasselbige, so ihnen vertrauet war, denen ohne einigen Abbruch verwahren wollte, die es dahin vertrauet hatten.

22. Et hi quidem invocabant omnipotentem Deum, ut credita sibi his, qui crediderant, cum omni integritate conservarentur.

23. Heliodorus aber wollte an demselbigen Orte in das Werk richten, was er vorgenommen hatte: wie er dann selbst mit seinen Trabanten an der Schatzkammer gegenwärtig war.

23. Heliodorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem loco ipse cum satellitibus circa ærarium præsens.

24. Aber der Geist des allmächtigen GOttes ließ sich augenscheinlich sehen, dergestalt, daß alle diejenigen, die sich erkühnet hatten ihm zu gehorsamen, durch GOttes Kraft zu Boden und in Ohnmacht fielen, und mit Schrecken eingenommen wurden.

24. Sed spiritus omnipotentis Dei magnam fecit suæ ostensionis evidentiam, ita, ut omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in dissolutionem, & formidinem converterentur.

25. Denn es erschien ihnen ein Pferd mit sehr schönen Decken gezieret, darauf ein Reiter saß, der schrecklich schien: und das Pferd lief mit Gewalt auf Heliodorum, und trat ihn mit den beyden vordern Füßen zu Boden:

25. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces elisit: qui autem

autem

℣. 10. *Ostendit depositа esse hæc & victualia viduarum* &c. Destinatas esse has opes viduis & pupillis sublevandis.

℣. 12. *Decipi vero eos.* In Græco apertior est sensus; per injuriam autem fraudare eos, qui sanctitati loci, & majestati templi confisi essent, indignum esse nec prorsus fieri debere: quod Latinus interpres minus incommode vertit per *impossibile.* Jurisconsulti *impossibilia* vocant, quæ honeste fieri non possunt.

℣. 13. *Dicebat, omni genere,* omni modo, *regi ea esse deferenda.*

℣. 19. *Et virgines, quæ conclusæ erant.* Alias additur *in thalamis,* intra conclave virginum.

℣. 24. *Sed spiritus omnipotentis Dei.* Gr. Sed spirituum & omnis potestatis dominator magnum fecit ostentum, seu miraculum & signum suæ potentiæ. *In dissolutionem.* Animi forte & membrorum.

℣. 25. *Priores calces* i. ungulas, *elisit.*

autem ei sedebat, videbatur arma habere aurea.

26. Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu: qui circumsteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberantes.

27. Subito autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfusum rapuerunt, atque in sella gestatoria positum ejecerunt.

28. Et is, qui cum multis cursoribus, & satellitibus prædictum ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferente, manifesta Dei cognita virtute:

29. Et ille quidem per divinam virtutem jacebat mutus, atque omni spe, & salute privatus.

30. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum: & templum, quod paulo ante timore, ac tumultu erat plenum apparente omnipotente Domino, gaudio, & lætitia impletum est.

III. 31. Tunc vero ex amicis Heliodori quidam rogabant confestim Oniam, ut invocaret Altissimum, ut vitam donaret ei, qui in supremo spiritu erat constitutus.

32. Considerans autem summus sacerdos, ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum consummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem.

33. Cumque summus sacerdos exoraret, iidem juvenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro, dixerunt: Oniæ sacerdoti gratias age, nam propter eum Dominus tibi vitam donavit.

34. Tu autem a DEO flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei, & potestatem. Et his dictis, non comparuerunt.

35. Heliodorus autem, hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei, qui vivere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad regem.

36. Testabatur autem omnibus ea, quæ sub oculis suis viderat opera magni Dei.

37. Cum autem rex interrogasset Heliodorum, quis esset aptus, adhuc semel Jerosolymam mitti, ait:

38. Si quem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen evaserit: eo quod in loco sit vere Dei quædam virtus.

39. Nam ipse, qui habet in cœlis habitationem, visitator, & adjutor est loci illius, & venientes ad maleficiendum percutit, ac perdit.

40. Igitur de Heliodoro, & ærarii custodia, ita res se habet.

CAPUT IV.

I. Onias ob Simonis detractiones ad Seleucum concedit; sed Jason per pecunias pontificatu accepto, omnem Dei cultum pervertit: 1. II. Hunc pontificatu privat Menelaus: cui succedit Lysimachus: Onias Menelai suasu ab Andronico perimitur. 21. III. Menelaus intercedentibus donis absolvitur, occisis innocentibus ejus accusatoribus. 43.

1. Simon autem prædictus pecuniarum, & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tamquam ipse Heliodorum instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorum:

2. Provisoremque civitatis, ac defensorem

---

26. Auch ließen sich zween andere Jünglinge sehen, stark, schön, und sehr herrlich, auch zierlich angekleidet: diese stunden ihm zu beyden Seiten, und geißelten ihn ohne Unterlaß, und schlugen ihm viele Wunden.

27. Aber Heliodorus fiel urplötzlich zu Boden, und ward mit großer Dunkelheit umgeben, und sie nahmen ihn elends, setzten ihn auf einen Tragsessel, und trugen ihn hinaus.

28. Also ward der, so zuvor mit vielen Verläufern, und Trabanten in die Schatzkämmer hineingegangen war, hinweggetragen, daß ihm niemand helfen mochte, wobey man die Kraft GOttes öffentlich erkennete:

29. Und er lag zwar durch die göttliche Kraft sprachlos, aller Hoffnung, und Hülfe beraubet.

30. Diese aber lobeten den HErrn, daß er seinen Ort herrlich gemacht hatte: und war der Tempel, der kurz zuvor voll Schreckens, und Getümmels gewesen war, nachdem der allmächtige HErr erschienen, mit Freude, und Frohlocken erfüllet.

III. 31. Aber etliche von den Freunden Heliodori baten alsbald Oniam, er wolle den Allerhöchsten anrufen, daß er ihm das Leben schenkte, der schon in den äußersten Zügen lag.

32. Da gedachte der Hohepriester, der König möchte vielleicht den Argwohn gewinnen, als hätten die Jüden an dem Heliodoro eine Bosheit verübet, derowegen opferte er ein heilsames Opfer für den Mann, damit er erhalten werden möchte.

33. Da nun der Hohepriester im Gebeth war, stunden dieselbigen beyden Jünglinge, mit ihren vorigen Kleidern bekleidet, bey dem Heliodoro, und sprachen: Sage dem Priester Onia Dank, denn der HErr hat dir um seinetwillen das Leben geschenket.

34. Du aber, dieweil du von GOtt gegeißelt worden bist, sollst jedermann die Herrlichkeit, und Macht GOttes verkündigen. Da sie das gesaget hatten, ließen sie sich nicht mehr sehen.

35. Aber Heliodorus, nachdem er GOtt ein Opfer geopfert, und große Gelübde demselbigen gethan, der ihm das Leben geschenket hatte, und dem Onia gedanket, nahm sein Heer zu sich, und zog wieder zum Könige.

36. Und erzeugete gegen alle Menschen von den Werken des großen GOttes, die er vor seinen Augen gesehen hatte.

37. Als aber der König Heliodorum fragte, wer doch dienlich dazu wäre, daß man ihn noch einmal gen Jerusalem schicken möchte, sprach er:

38. Hast du jemand, der dein Feind ist, oder der heimlich nach deinem Reiche trachtet, den schicke dahin, so wird er dir wohl gegeißelt wieder heimkommen, wo er anders das Leben davonbringet: darum, daß an demselbigen Orte wahrhaftig eine Kraft GOttes ist.

39. Denn er selbst, der im Himmel seine Wohnung hat, suchet denselbigen Ort heim, und hilft ihm, und schlägt, und vertilget diejenigen, so dahin kommen, Böses zu thun.

40. Diese Beschaffenheit hat es mit dem Heliodoro, und mit der Verwahrung der Schatzkammer.

Das vierte Capitel.

I. Onias, nach fälschlichem Anklagen, wird endlich von seinem Bruder Jason um das Priesterthum gebracht, eben dieser Jason verkehret alle jüdische Gottesfurcht: 1. II. Unterdessen gelanget durch viele Mordthaten das Hohepriesterthum an unterschiedliche Personen. 21. III. Menelaus erkauft sein Leben mit Geld, die gerechten Ankläger aber werden hingerichtet. 43.

1. Aber Simon, von welchem zuvor Meldung geschehen ist, der den Schatz, und sein Vaterland verrathen hat, redete Böses von Onia, als wenn er selbst Heliodorum hierzu angereizet hätte, und ein Anstifter des Unglücks gewesen wäre:

2. Und durfte von dem Manne, so der Stadt wohl vor-

℣. 30. *Dominum benedicebant, quia magnificabat*, i. glorificabat, *locum suum.*

℣. 33. *Oniæ sacerdoti gratias age -- propter eum tibi Dominus vitam donavit.* Disce ex hac historia, quantum Deus zelet res sacras, & quam gratæ sint orationes justorum præcipue sacerdotum.

CAPUT IV.

℣. 2. *Provisoremque civitatis.* Græce, εὐεργέτην, *benefactorem*, bene meritum de civitate. Habes hic exemplum linguæ maledicæ.

vorstund, und ein Beschirmer seines Volkes, und ein Eiferer des Gesetzes GOttes war, sagen, daß er heimlich nach dem Reiche trachtete.

3. Als nun die Feindschaft so weit gieng, daß auch durch etliche des Simons vertrauete Freunde Todtschläge begangen wurden,

4. Bedachte Onias die Gefahr, welche aus diesem Zanke entstehen möchte: und daß Apollonius, als der Hauptmann in Cölesyria, und Phönicia, sehr tobte, die Bosheit Simonis zu stärken, so begab er sich zum Könige:

5. Nicht zwar die Bürger zu verklagen, sondern darum, daß er den gemeinen Nutzen des ganzen Volkes zu Herzen nahm.

6. Denn er sah wohl, daß ohne des Königs Vorsichtigkeit unmöglich wäre, dem gemeinen Wesen Friede zu schaffen, und daß Simon von seiner Thorheit nicht ablassen könnte.

7. Nachdem aber Seleucus mit Tode abgegangen war, und Antiochus, den man den Edeln nennete, das Reich angenommen hatte, trachtete Jason, der Bruder Onia, nach dem Hohenpriesterthum.

8. Und er kam zum Könige, und versprach ihm dreyhundert und sechszig Mark Silbers, dazu aus andern Renthen achtzig Mark:

9. Und über das versprach er ihm noch hundert und fünfzig Mark, wenn ihm die Macht gegeben würde, eine heydnische Schule, und ein Haus, zu Abrichtung der Jugend aufzurichten, und die zu Jerusalem waren, Antiochener zu schreiben.

10. Da nun solches der König eingewilliget, und er das Fürstenthum erhalten hatte, fieng er alsbald an, seine Stammesgenossen auf heydnische Gebräuche zu bringen.

11. Er schaffte auch ab, was von den Königen aus Freundlichkeit den Juden zu halten verordnet war, durch Johannem, den Vater Eupolemi, der bey den Römern seine Gesandtschaft, Freundschaft, und Verbindniß zu machen, nach Gebühr verrichtet hat, und schaffte also der Bürger Recht ab, und führete böse Satzungen ein.

12. Er war auch so kühn, daß er unter der Burg eine Schule aufrichtete, und die schönsten jungen Knaben in die Hurenhäuser führete.

13. Das war nun nicht ein Anfang, sondern ein Zunehmen, und Fortgang der heydnischen, und fremden Sitten, welche durch des gottlosen Jasonis, der nicht Priester war, unsäglichen Muthwillen, und unerhörte Bosheit eingeführet worden:

14. Also, daß die Priester nun nicht mehr geneigt waren, den Dienst des Altars zu verrichten, sondern sie verachteten den Tempel, ließen die Opfer unterweges, und eileten, daß sie sich einfanden in der Fechtschule, und bey seinen ungebührlichen Schauspielen, und Gebrauch der Scheibenschule.

15. Die ehrlichen Sitten der Väter hielten sie für nichts, aber die Herrlichkeit der Griechen sahen sie für das allerbeste an:

16. Deswegen sie auch in einen gefährlichen Streit gerathen: denn sie eiferten nach den Satzungen der Leute, und wollten sich denselbigen in allem durchaus gleich halten, die zuvor ihre Feinde gewesen waren, und sie erwürget hatten.

17. Denn wider das göttliche Gesetz handeln, und ein gottloses Leben führen, das gehet nicht ohne Strafe hin, aber das wird die folgende Zeit erklären.

18. Als aber der fünfjährige Kampf zu Tyro gehalten ward, und der König gegenwärtig war,

19. Schickte der Böswicht Jason lasterhaftige Männer von Jerusalem, welche dreyhundert doppel Drachman Silbers zum Opfer Herculis dahintrugen: jedoch die sie dahinbrachten, begehreten selbst, man wolle sie nicht zum Opfer anwenden, weil sich das nicht gebührete, sondern zu andern Ausgaben verordnen.

gentis suæ, & æmulatorem legis Dei audebat insidiatorem regni dicere.

3. Sed, cum inimicitiæ in tantum procederent, ut etiam per quosdam Simonis necessarios homicidia fierent,

4. Considerans Onias periculum contentionis: & Apollonium insanire, utpote ducem Cœlesyriæ, & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem se contulit:

5. Non ut civium accusator, sed communem utilitatem apud semetipsum universæ multitudinis considerans.

6. Videbat enim, sine regali providentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare a stultitia sua.

7. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Jason, frater Oniæ, summum sacerdotium.

8. Adito † rege, promittens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditibus aliis talenta octoginta: † *Ann. M.* 3829. *ante Chr.* 175.

9. Super hæc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium, & ephebiam sibi constituere, & eos, qui in Jerosolymis erant, Antiochenos scribere.

10. Quod cum rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre cœpit. † *Ann. M.* 3830.

11. Et amotis his, quæ humanitatis causa Judæis a regibus fuerant constituta, per Joannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia, & societate functus est legatione legitima, civium jura destituens, prava instituta sanciebat.

12. Etenim ausus est *a* sub ipsa arce gymnasium constituere, & optimos quosque ephebo- *a* 1. *Mach.* 1. 15.
rum in lupanaribus ponere.

13. Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ conversationis, propter impii, & non sacerdotis Jasonis nefarium, & inauditum scelus:

14. Ita, ut sacerdotes jam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palæstræ, & præbitionis ejus injustæ, & in exercitiis disci.

15. Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur:

16. Quarum gratia periculosa eos contentio habebat: & eorum instituta æmulabantur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes, & peremptores habuerant.

17. In leges enim divinas impie agere, impune non cedit: sed hoc tempus sequens declarabit.

18. Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset,

19. Misit Jason facinorosus ab Jerosolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in sacrificium Herculis: quas postulaverunt hi, qui asportaverant, ne in sacrificiis erogarentur, quia non oporteret, sed in alios sumptus eas deputari.

20. Sed

---

†. 9. *Et eos, qui in Jerosolymis erant, Antiochenos scribere.* Amicos suos civitate Antiochena donare.

†. 13. *Et inauditum scelus.* S. Aug. hic annotat, quod ignis, qui septuaginta annis in aqua vixit, vendente Antiocho Jasoni sacerdotium sit extinctus.

†. 19. *Misit Jason — viros peccatores.* Græce, θεωρὸς, *spectatores.* Qui ad divinarum rerum curam mittebantur. *Didrachmas trecentas.* Suspicatur Grotius *trecentas* pro *ter mille* positas, uti in versiculo proxime sequenti, navium *triremium*, pro *trierium*, ubi erant tres ordines remorum, non tantum tres remi, ut in naviculis.

20. Sed hæ oblatæ sunt quidem ab eo, qui miserat, in sacrificium Herculis: propter præsentes autem datæ sunt in fabricam navium triremium.

20. Also sind sie zwar von dem, der sie gesandt hatte, zum Opfer Herculis überschickt: aber gleichwohl um der Gegenwärtigen willen, zum Bau der Galeeren gegeben worden.

II. 21. Missio autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cum cognovisset Antiochus alienum se a negotiis regni effectum, propriis utilitatibus consulens, profectus inde venit Joppen, & inde Jerosolymam:

II. 21. Nachdem aber Apollonius, der Sohn Mnesthei, von wegen der Fürsten des Königs Ptolemäi Philometoris in Aegypten abgesendet, und Antiochus vernommen, daß er von den Geschäfften des Reichs abgesetzet wäre, suchte er seinen Vortheil, und zog fort auf Joppen, und von dannen kam er gen Jerusalem:

22. Et magnifice ab Jasone, & civitate susceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est: & inde in Phœnicen exercitum convertit.

22. Da er von Jasone, und von der Stadt gar herrlich empfangen ward, und mit Fackeln, und Lobgesängen hineinzog: von dannen wandte er sich, und kam mit seinem Heere in Phönicien.

† *Ann. M.* 3832. *ante Chr.* 172. *post triennium quam pontificat um adeptus est.*

23. Et post triennii tempus † misit Jason Menelaum, supradicti Simonis fratrem portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis responsa perlaturum.

23. Und über drey Jahre hernach schickte Jason Menelaum, den Bruder des vorgedachten Simonis, dem Könige Geld zu liefern, und ihm von etlichen nothwendigen Sachen Antwort zu bringen.

24. At ille commendatus regi, cum magnificasset faciem potestatis ejus, in semetipsum retorsit summum sacerdotium, superponens Jasoni talenta argenti trecenta.

24. Dieser aber, nachdem er dem Könige gerühmet worden, und dessen Macht hoch erhoben, brachte das Hohepriesterthum auf sich selbst, und gab dreyhundert Centner mehr, als Jason.

25. Acceptisque a rege mandatis, venit: nihil quidem habens dignum sacerdotio, animos vero crudelis tyranni, & feræ belluæ iram gerens.

25. Und als er vom Könige Befehl bekommen hatte, kam er: es war aber nichts an ihm, das einem Priester wohl anstunde, sondern sein Gemüth war, wie eines grausamen Tyrannen, und er war grimmig, wie ein wildes Thier.

26. Et Jason quidem, qui proprium fratrem captivaverat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem.

26. Also ward Jason, der zuvor seinen eigenen Bruder gefangen hatte, selbst betrogen, und verstoßen, daß er in das Land der Ammaniter fliehen mußte.

27. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis vero regi promissis, nihil agebat, cum exactionem faceret Sostratus, qui arci erat præpositus:

27. Menelaus aber erhielt zwar das Fürstenthum: aber an Geldern, die er dem Könige versprochen hatte, that er nichts, da Sostratus, der die Burg inne hatte, dasselbige von ihm foderte:

28. (Nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat) quam ob causam utrique ad regem † sunt evocati. †

28. (Denn diesem war die Renthen einzufordern befohlen) derowegen sie beyde vom Könige abgefordert wurden.

† *Ann. M.* 3834. *ante Chr.* 170.

29. Et Menelaus amotus est a sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cypriis.

29. Da ward Menelaus des Priesterthums entsetzt, und Lysimachus sein Bruder kam an seine Stelle: Sostratus aber ward über die in Cypern verordnet.

30. Et cum hæc agerentur, contigit, Tharsenses, & Mallotas seditionem movere, eo quod Antiochidi regis concubinæ dono essent dati.

30. Indem nun dieses geschah, trug sich zu, daß die Tharser, und Malloter einen Aufruhr erweckten, darum, daß sie der Antiochidi, des Königs Kebsweib, geschenket waren.

31. Festinanter itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto uno ex comitibus suis Andronico.

31. Da kam der König eilends, sie zu stillen, und ließ einen von seinen Höflingen Andronicum, zum Statthalter zurück.

32. Ratus autem Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædam vasa e templo furatus donavit Andronico, & alia venditerat Tyri, & per vicinas civitates.

32. Menelaus aber, als er vermeynte, er habe gelegene Zeit bekommen, entfremdete etliche goldene Geschirre aus dem Tempel, und schenkte sie dem Andronico, die andern hatte er zu Tyro, und in den benachbarten Städten verkauft.

33. Quod cum certissime cognovisset Onias, arguebat eum: ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem.

33. Da solches Onias für gewiß erfahren, strafte er ihn: er hielt sich aber auf an einem befreyten Orte bey Antiochia, zu Daphne.

34. Unde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat, ut Oniam interficeret. Qui cum venisset ad Oniam, & datis dextris cum jurejurando (quamvis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus justitiam.

34. Derowegen trat Menelaus zum Andronico, und bath ihn, daß er Oniam tödtete. Welcher, als er zu Onia gekommen war, gab er ihm die rechte Hand, schwur ihm auch einen Eyd, und überredete ihn, (wiewohl er ihm verdächtig war) daß er aus dem befreyten Orte hervorgieng, und er erwürgete ihn alsbald, und sah die Gerechtigkeit nicht an.

35. Ob quam causam non solum Judæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & moleste ferebant de nece tanti viri injusta.

35. Um welcher Ursachen willen nicht allein die Jüden, sondern auch andere Völker zornig wurden, und sehr übel zufrieden waren, daß ein solcher treflicher Mann so unschuldig ermordet wäre.

36. Sed regressum regem de Ciliciæ locis, adierunt Judæi apud Antiochiam, simul

36. Als aber der König aus den Oertern Ciliciä wieder kam, giengen die Jüden zu Antiochia, und zugleich die

---

℣. 21. *Propter primates.* Interpres putat uti superius v. 19. *trecentas* posuit pro *ter mille*, ita hic deberet scribi primatus. Sed Græc. habet, *propter celebritatem:* quæ nimirum acta est Ptolemæi, matre Cleopatra, Antiochi magni filia, & Antiochi Epiphanis sorore, mortua Ann. M. 3831. *Cum cognovisset Antiochus alienum se a negotiis regni effectum.* Græc, Cum cognovisset Antiochus a rebus suis alienum factum Ptolemæum.

℣. 24. *Cum magnificasset faciem potestatis ejus.* Cum ei esset adulatus, atque ei persuasisset quidvis illum in sacra pro libitu posse, summi sacerdotii dignitatem in se transtulit, cum is esset e tribu Benjamin.

℣. 26. *Jason, qui proprium fratrem captivaverat.* Vox Græca ὑπερεθέσατο, etiam significat, *seduxerat*, aut *circumvenerat*; ipse deceptus, quod fecerat fratri, id ipse passus est a fratre altero. En exemplum pœnæ talionis. *Profugus in Ammanitem.* Suspicatur Grotius scripsisse Interpretem in *Ammonitem.*

℣. 29. *Succedente Lysimacho fratre suo.* Gr. Vicarium reliquit fratrem Lysimachum.

℣. 30. *Contigit Tharsenses, & Mallotas seditionem movere. Mallotæ.* Incolæ civitatis, cui nomen *Mallus* in Cilicia.

℣. 33. *Secus Daphnem.* Erat asylum suburbanum.

die Griechen mit ihnen zum Könige, und klagten ihm, daß Onias so unschuldig um das Leben gebracht wäre.

37. Da ward Antiochus herzlich betrübet, um des Onia willen, und zum Mitleiden beweget, daß ihm auch die Augen übergiengen, weil er an die Mäßigkeit, und an das eingezogene Leben des Entleibten gedachte.

38. Und dieweil sein Gemüth erhitzt war, zog er dem Andronico das Purpurkleid aus, und befahl, daß man ihn durch die ganze Stadt herumführen, und an demselbigen Orte da er an dem Onia die Uebelthat begangen hatte, auch diesen Heiligenmörder des Lebens berauben sollte, und ward ihm also vom HErrn die wohlverdiente Strafe wieder vergolten.

39. Nachdem aber Lysimachus, aus Menelai Rath, viel Diebstahls im Tempel begangen, und das Geschrey unter die Leute gekommen war, versammelte sich eine Menge wider Lysimachum, nachdem er schon viel Gold hinausgetragen.

40. Als aber das Volk mehr und mehr aufstund, und die Gemüther mit Zorn eingenommen waren, rüstete Lysimachus bey die dreytausend Mann, und fieng an die gottlosen Hände zu brauchen, unter einem Führer, der ein Tyrann war, und sowohl an Jahren, als auch in der Thorheit wohl zugenommen hat.

41. Da sie aber gewahr wurden, was Lysimachus vorhatte, ergriffen etliche Steine, etliche starke Stangen: andere nahmen Asche, und warfen sie auf Lysimachum.

42. Und es wurden ihrer viel verwundet, auch etliche erlegt, und alle begaben sich in die Flucht: ihn aber, den Kirchenräuber, schlugen sie bey der Schatzkammer todt.

III. 43. Derowegen fieng man an wider Menelaum einen Gerichtshandel anzustellen.

44. Und als der König gen Tyrum kam, haben ihm drey Männer, welche von den Aeltesten gesandt waren, das Werk vorgetragen.

45. Da aber Menelaus überzeuget ward, verhieß er dem Ptolemäo ein großes Geld zu geben, wenn er den König überredete.

46. Derowegen, als der König in einem Saale saß, sich etwas zu erkühlen, trat Ptolemäus zu ihm, und führete ihn ab von seiner Meynung:

47. Daß er Menelaum lossprach, der aller Uebelthat schuldig war, und die elenden Leute zum Tod verdammte, die auch bey den Scythen wären für unschuldig erkannt worden, wenn sie ihre Sache vorgebracht hätten.

48. Also wurden zur Stunde die unschuldigen Leute am Leben gestraft, welche für die Stadt, und für das Volk, und für die heiligen Geschirre die Sache treulich geführet haben.

49. Derowegen auch die zu Tyro sehr übel zufrieden waren, und sich zu ihrer Begräbniß sehr freygebig erzeigten.

50. Aber Menelaus blieb im Regimente, durch den Geiz der Gewaltigen, und nahm in der Bosheit immer zu, den Bürgern mit List nachzustellen.

Das fünfte Capitel.

I. Im Judenlande werden erschreckliche Erscheinungen in der Luft gesehen. 1. II. Jason überwältiget Jerusalem, gehet grausam mit den Bürgern um, und stirbt im Elende. 4. III. Antiochus thut solches viel unmenschlicher: derohalben Judas Machabäus in das Gebirge fliehet. 21.

1. Um dieselbige Zeit rüstete sich Antiochus, den zweyten Zug in Aegypten zu thun.

2. Es begab sich aber, daß man durch die ganze Stadt Jerusalem vierzig Tage lang in der Luft Reiter hin und wieder rennen sah, die goldene Kleider anhatten, und Rottweise mit Spießen bewaffnet waren,

3. Man sah auch, daß die Pferde in einer Ordnung liefen, und daß man von nahem aufeinander gieng, und daß sich auch die Schilde bewegten, und einen Haufen mit Helmen, und gezückten Schwertern, und das Schiessen der Pfeile, und den Glanz der goldenen Rüstung, und allerhand Panzer.

& Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ.

37. Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, & modestiam.

38. Accensisque animis Andronicum purpura exutum, per totam civitatem jubet circumduci, & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita privari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

39. Multis autem sacrilegiis in templo a Lysimacho commissis Menelai consilio, & divulgata fama, congregata est multitudo adversum Lysimachum multo jam auro exportato.

40. Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis fere tribus millibus iniquis manibus uti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter, & dementia provecto.

41. Sed, ut intellexerunt conatum Lysimachi, alii lapides, alii fustes valid. sarripuere: quidam vero cinerem in Lysimachum jecere.

42. Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes vero in fugam conversi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt.

III. 43. De his ergo cœpit judicium adversus Menelaum agitari.

44. Et cum veniisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri a seniobus.

45. Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi.

46. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratia regem adiit, & deduxit a sententia:

47. Et Menelaum quidem universæ malitiæ reum criminibus absolvit, miseros autem, qui, etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes judicarentur, hos morte damnavit.

48. Cito ergo injustam pœnam dederunt, qui pro civitate, & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt.

49. Quamobrem Tyri quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt.

50. Menelaus autem, propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias civium.

CAPUT V.

I. Armati exercitus, ipsorumque congressiones Jerosolymæ in aere conspiciuntur. 1. II. Jasone cives crudeliter trucidans, apud exteros misere moritur. 4. III. Antiochus templum spoliat, & præpositi populum affligunt: Judas vero Machabæus cum suis in desertum secedit. 21.

1. Eodem tempore † Antiochus secundam profectionem paravit in Ægyptum. † *Anno M.* 3834. *Ante Chr.* 170.

2. Contigit autem per universam Jerosolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos,

3. Et cursus equorum per ordines digestos & congressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis districtis, & telorum jactus, & aureorum armatorum splendorem, omnisque generis loricarum.

II. 4. Qua-

℣. 47. *Hos morte damnavit.* Justos accusatores contra jus gentium, & morem etiam Scytharum, barbarumque nationum.

II. 4. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti.

5. Sed cum falsus rumor exisset, tamquam vita excessisset Antiochus, assumptis Jason non minus mille viris, repente aggressus est civitatem: & civibus ad murum convolantibus ad ultimum apprehensa civitate, Menelaus fugit in arcem:

6. Jason vero non parcebat in cæde civibus suis, nec cogitabat prosperitatem adversum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium, & non civium se trophæa capturum.

7. Et principatum quidem non obtinuit; finem vero insidiarum suarum confusionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten.

8. Ad ultimum, in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus odiosus, ut refuga legum & execrabilis, ut patriæ & civium hostis, in Ægyptum extrusus est.

9. Et qui multos de patria sua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione *a* ibi refugium habiturus.

a 1. *Mach.* 12.

10. Et qui insepultos multos abjecerat: ipse & illamentatus, & insepultus abjicitur, sepultura neque peregrina usus, neque patrio sepulchro participans.

11. His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deserturos Judæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis, civitatem quidem armis cepit.

12. Jussit autem militibus interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare.

13. Fiebant ergo cædes juvenum, ac seniorum, & mulierum, & natorum exterminia, virginumque & parvulorum neces.

14. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venumdati.

15. Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare templum universa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor:

16. Et scelestis manibus sumens sancta vasa, quæ ab aliis regibus & civitatibus erant posita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabat indigne & contaminabat.

17. Ita alienatus mente Antiochus, non considerabat, quod propter peccata habitantium civitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio:

18. Alioquin nisi contigisset, eos multis peccatis esse involutos, *b* sicut Heliodorus, qui missus est a Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim adveniens flagellatus, & repulsus utique fuisset ab audacia.

b Sup. 3. 25. & 27.

19. Verum non propter locum, gentem; sed propter gentem, locum Deus elegit.

II. 4. Derowegen bethete jedermann, daß solche Zeichen zum Guten gereichen möchten.

5. Als aber ein falsch Geschrey ausgieng, als wenn der König gestorben wäre, nahm Jason nicht weniger als tausend Mann zu sich, und griff die Stadt unversehens an: da liefen die Bürger geschwind auf die Mauren, doch ward die Stadt endlich eingenommen, und Menelaus floh auf die Burg:

6. Jason aber verschonete seiner Bürger mit Morden nicht, gedachte auch nicht, daß das Glück wider die Verwandten das größte Unglück sey, und ließ sich bedünken, daß er den Sieg von seinen Feinden, und nicht von seinen Bürgern erhalten würde.

7. Und zwar das Fürstenthum erhielt er nicht; zum Ausgange aber seiner heimlichen Anschläge bekam er Schande, und ward abermal flüchtig, und zog in der Ammaniter Land.

8. Zuletzt ward er zu seinem Verderben, von Areta, dem Tyrannen der Araber, umgeben, und floh von einer Stadt zu der andern, allen verhaßt, und ward wie ein Abtrünniger vom Gesetze, und ein verfluchter Mann, und wie ein Feind seines Vaterlandes, und seiner Bürger, in Aegypten verstoßen.

9. Und wie er viele Leute aus ihrem Vaterlande vertrieben hat, also ist er auch an einem fremden Orte gestorben, nachdem er zu den Lacedämonern gezogen, als wenn er daselbst wegen der Verwandtschaft Schutz und Schirm haben würde.

10. Und wie er viele Leute unbegraben hinweggeworfen hatte: also ist er auch selbst unbeweint, und unbegraben dahingeworfen, und ist weder bey den Fremden, noch in seinem väterlichen Grabe begraben worden.

11. Wie nun dieß geschehen, kam der König in den Argwohn, die Juden würden von ihm abweichen: derowegen zog er aus Aegypten mit einem erbitterten Gemüthe, und nahm die Stadt mit gewehrter Hand ein.

12. Er befahl aber den Kriegsleuten, zu tödten, was ihnen entgegen käm, und keines zu verschonen, auch die zu erwürgen, welche oben auf die Häuser stiegen.

13. Also wurden die Jungen und Alten erschlagen, und die Weiber mit den Kindern vertilget, und die Jungfrauen und jungen Knaben um das Leben gebracht.

14. Es wurden aber in dreyen Tagen achtzigtausend Menschen erwürget, und vierzigtausend gefangen, so waren auch der Verkauften nicht weniger.

15. Aber das war ihm nicht genug: sondern er ward auch so kühn, daß er in den allerheiligsten Tempel auf Erden gieng, hineingeführet von Menelao, der am Gesetze, und am Vaterlande zum Verräther worden war:

16. Und er nahm mit seinen gottlosen Händen die heiligen Geschirre hinweg, welche von andern Königen und Städten, den Ort zu zieren, und herrlich zu machen, dahin gegeben waren, die griff er unwürdiglich an, und verunreinigte sie.

17. Also betrachtete der unwitzige Antiochus nicht, daß GOtt um der Sünde willen, über die Inwohner der Stadt ein kleines erzürnet wäre: darum auch dem Orte solche Schmach wiederfuhr:

18. Sonsten, wenn sie mit so vielen Sünden nicht wären behaftet gewesen, so wäre dieser, sobald er angekommen, gegeißelt, und freylich von seiner Kühnheit gewißlich abgehalten worden, wie der Heliodorus, der vom Könige Seleuco die Schatzkammer zu plündern ausgesandt war.

19. Aber GOtt hat das Volk nicht um des Orts willen; sondern den Ort um des Volks willen erwählt.

20. Darum

CAPUT V.

℣. 4. *Omnes rogabant in bonum monstra*, ostenta seu prodigia, *converti*.

℣. 10. *Insepultus abjicitur*. Spartiatæ, cum cognovissent, quæ mala genti suæ intulerat, occisi corpus bestiis devorandum, & avibus discerpendum tradiderunt. Liranus.

℣. 11. *Suspicatus est rex societatem deserturos Judæos*. Quod de morte Antiochi rumorem sparsissent, quod Lysimachum, quem Pontificem constituerat, interfeciissent, quod ipsi adventanti portas occlusissent. Unde pergit Gabriel Angelus apud Danielem: *Et indignabitur contra testamentum sanctuarii*. Contra Jerosolymam & templum, ubi divina lex, quæ est sanctum Dei testamentum, servatur. *Et polluent sanctuarium fortitudinis*. Templum Dei fortissimi. *Et dabunt abominationem in desolationem*. Hebr. *Ponent in templo abominationem desolationis*. Nempe simulacrum Jovis Olympii, ac profanos milites.

℣. 14. *Octoginta millia interfecti*. Grotius putat vocem *interfectos*, poni pro *desideratis*. Sed quæ sequuntur de vinctis & venumdatis suadent 80000. fuisse interfectos.

℣. 19. *Propter gentem, locum Deus elegit*. Hinc propter scelera gentis permisit locum indigne tractari. Colige: non locus facit sanctum, sed sanctus locum sanctificat.

20. Darum auch der Ort selbst ist theilhaftig worden des Unglücks über das Volk: hernach aber wird es auch seiner Güter theilhaftig werden. Und wie es verlassen ist worden im Zorne des allmächtigen GOttes, also wird es wieder durch die Aussöhnung bey dem großen HErrn mit höchster Ehre erhöhet werden.

III. 21. Antiochus aber nahm tausend und achthundert Pfund aus dem Tempel, und zog eilends wieder gen Antiochiam, und vermeynte aus Hoffart und Uebermuth, es dahin zu bringen, daß man mit Schiffen über das Land fahren, und über das Meer zu Fuß reisen möchte.

22. Er ließ aber Befehlhaber zurück, das Volk zu plagen: zu Jerusalem ließ er Philippum, einen aus Phrygia, der in seinem Thun wüthiger war, dann sein Herr, von dem er bestellt war.

23. Zu Garizim aber ließ er Andronicum und Menelaum, welche den Bürgern viel überlästiger waren, dann die anderen.

24. Und weil er einen Haß wider die Juden gefaßt hatte, schickte er den feindseligen Fürsten Apollonium mit einem Heere von zwey und zwanzigtausend Mann, und befahl ihm, alles zu erwürgen, was zum vollkommenen Alter gekommenen war, und die Weiber sammt dem jungen Volke zu verkaufen.

25. Als dieser nun gen Jerusalem kam, nahm er sich an, als wenn es Friede wäre, und hielt sich still, bis auf den heiligen Sabbath: alsdann befahl er seinen Leuten, die Wehr in die Hand zu nehmen, als die Juden feyreten.

26. Und er erwürgete alle die, welche zum Schauspiele hinausgegangen waren: er lief auch mit gewehrter Hand durch die Stadt, und erschlug eine sehr große Menge.

27. Aber Judas Machabäus, so der Zehnte gewesen, war in die Einöde gewichen, und lebte allda mit den Seinigen unter den wilden Thieren, zwischen den Bergen, da hielten sie sich auf: und aßen Gras, auf daß sie der Befleckung nicht theilhaftig würden.

Das sechste Capitel.

I. Obbemeldter Antiochus unterstehet sich, durch Zwang, die Juden zum Heydenthum zu bringen. 1. II. Verfährt erschrecklich mit denen, so das Gesetz halten wollen, und den Götzen nicht opfern 8. III. Der alte Eleazarus weigert sich standhaftig Schweinefleisch zu essen. 18.

1. Nicht lange nach dieser Zeit schickte der König einen alten Mann von Antiochia, daß er die Juden zwingen sollte, von ihren väterlichen Gebräuchen, und vom Gesetze GOttes abzuweichen:

2. Und daß er den Tempel, der zu Jerusalem war, verunreinigen, und Jovis Olympii nennen sollte: aber den Tempel zu Garizim sollte er Jovis des Gastfreyen nennen, wie die waren, so am selbigen Orte wohnten.

3. Es war aber der Gottlosen Anlauf sehr bös, und allen beschwerlich.

4. Denn der Tempel war voller Unzucht und Prasserey der Heyden, die allda Unzucht mit Huren trieben: und die Weiber giengen frey in die heilige Wohnung, und trugen hinein, was sich nicht gebührte.

5. So ward auch der Altar mit unziemlichen Dingen erfüllet, welche im Gesetze verbothen waren.

6. Der Sabbath ward nicht gefeyert, und die hohen Festtage wurden auch nicht gehalten, so von den Vätern hergebracht waren, und niemand durfte sich mehr einen Juden nennen.

7. Sie wurden aber an dem Geburtstage des Königs mit bitterm Nothzwang zu den Opfern geführet: und wann des Bachi Fest gehalten ward, zwang man sie, daß sie Kränze

29. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum. Et qui derelictus in ira Dei Omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

III. 21. † Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans, se præ superbia terram ad navigandum, pelagus vero ad iter agendum deducturum propter mentis relationem. † *Eodem Ann. 3834. Ante Chr. 170.*

22. Reliquit † autem & præpositos ad affligendam gentem: Jerosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso, a quo constitutus est. † *Ann. M. 3836. Ante Chr. 168.*

23. In Garizim autem Andronicum, & Menelaum, qui gravius, quam cæteri imminebant civibus.

24. Cumque appositus esset contra Judæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres, ac juvenes vendere.

25. Qui cum venisset Jerosolymam, pacem simulans, quievit usque ad diem sanctum sabbati: & tunc feriatis Judæis arma capere suis præcepit.

26. Omnesque, qui ad spectaculum processerant, trucidavit: & civitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.

27. Judas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

CAPUT VI.

I. Per ducem a rege missum Judæi a lege Dei arcentur, templumque profanatur. 1. II. Judæi per varias regiones dispersi coguntur idolis sacrificare, sabbatumque celebrantes concremantur. 8. III. Nobile Eleazari senis martyrium. 18.

1. Sed non post multum temporis misit rex † senem quemdam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent a patriis, & Dei legibus: † *Ann. M. 3837. Ante Chr. 167.*

2. Contaminare etiam quod in Jerosolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii: & in Garizim, prout erant hi, qui locum inhabitabant, Jovis hospitalis.

3. Pessima autem & universis gravis erat malorum incursio.

4. Nam templum luxuria, & comessationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus: sacratisque ædibus mulieres se ultro ingerebant, intro ferentes ea, quæ non licebat.

5. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur.

6. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solemnes patrii servabantur, nec simpliciter Judæum se esse quisquam confitebatur.

7. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: & cum Liberi

---

† 23. *In Garizim.* Monte Samariæ. *Qui gravius - - imminebant civibus.* Græc. Habebant inimicam in cives voluntatem.

† 24. *Cumque appositus esset contra Judæos.* Additus perseontoribus, vel oppositus, aut male dispositus erga Judæos. *Misit odiosum.* Græc. codices habent: *Sceleris principem.*

† 27. *Qui decimus fuerat.* An decurio, aut cum decem sociis, aut unus ex decem viris Assidæorum? *Et fœni cibo.* Gramineo victu pasti.

CAPUT VI.

† 2. *Misit contaminare etiam - - templum.* Ut prædictum fuerat a Daniele, cap. 11. 37. *Jovis hospitalis.* Quod Samaritani essent alienigenæ.

† 7. *Cogebantur hedera coronati Libero circuire.* Nam hedera Baccho sacra erat.

Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circuire.

II. 8. Decretum autem exiit in proximas gentilium civitates, suggerentibus Ptolemæis, ut pari modo & ipsi adversus Judæos agerent, ut sacrificarent:

9. Eos autem, qui nollent transire ad instituta gentium, interficerent: erat ergo videre miseriam.

10. Duæ enim mulieres *a* delatæ sunt natos suos circumcidisse: quas, infantibus ad ubera suspensis, cum publice per civitatem circumduxissent, per muros præcipitaverunt.

a 1 *Mach.* 1. 63.

11. Alii vero, ad proximas coeuntes speluncas, & latenter sabbati diem celebrantes: cum indicati essent Philippo, flammis succensi sunt, eo quod verebantur propter religionem & observantiam, manu sibimet auxilium ferre.

12. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter adversos casus, sed reputent, ea, quæ acciderunt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri.

13. Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium.

14. Non enim, sicut in aliis nationibus, Dominus patienter expectat, ut eas, cum judicii dies advenerit, in plenitudine peccatorum puniat.

15. Ita & in nobis statuit, ut peccatis nostris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet:

16. Propter quod numquam quidem a nobis misericordiam suam amovet: corripiens vero in adversis populum suum non derelinquit.

17. Sed hæc nobis ad commonitionem legentium dicta sint paucis: jam autem veniendum est ad narrationem.

III. 18. Igitur Eleazarus unus de primoribus scribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare.

19. At ille glorioſissimam mortem magis, quam odibilem vitam complectens, voluntarie præibat ad supplicium.

20. Intuens autem, quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, destinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.

21. Hi autem, qui astabant, iniqua miseratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secreto rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, ut simularetur manducasse, sicut rex imperaverat de sacrificii carnibus:

22. Ut, hoc facto, a morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

23. At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque a puero optimæ conversationis actus: & secundum sanctæ & a Deo conditæ legis constituta, respondit cito, dicens præmitti se velle in infernum.

von Epheu dem Bacho zu Ehren tragen, und also herumgehen mußten.

II. 8. Es gieng aber auf Eingeben Ptolemäi, an die nächstgelegenen Städte der Heyden ein Geboth aus, daß sie auch auf dieselbige Weise wider die Juden verfahren, und sie zu opfern zwingen sollten:

9. Welche sich aber zu den Satzungen der Heyden nicht begeben wollten, die sollte man tödten: da war nun ein großes Elend zu sehen.

10. Denn es wurden zwo Frauen angegeben, daß sie ihre Söhnlein beschnitten hätten: denselbigen henkten sie die jungen Kindlein an die Brüste, und führten sie öffentlich durch die Stadt herum, und stürzten sie darnach von den Mauren hinab.

11. Andere giengen in die nächstgelegenen Hölen zusammen, und hielten allda heimlich den Sabbath: da sie nun bey Philippo angegeben wurden, sind sie mit Feuer verbrannt worden, dieweil sie der Religion, und des Feyertags halben Scheu trugen, mit der Hand einander zu helfen.

12. Ich bitte aber diejenigen, welche dieß Buch lesen werden, daß sie um der widerwärtigen Fälle willen, keinen Abscheu haben, sondern dafür halten, daß dieselbigen, so uns wiederfahren sind, nicht zum Untergange, sondern zur Züchtigung unserm Geschlechte geschehen seyen.

13. Denn wenn den Sündern nicht lange zugelassen wird, nach ihrem Wohlgefallen zu handeln, sondern alsbald die Rache üben, ist es ein Zeichen einer größern Wohlthat.

14. Denn der HErr wartet nicht mit Geduld auf uns, wie auf andere Völker, daß er sie, wann der Tag des Gerichts ankommen wird, und die Maaß der Sünden erfüllet ist, strafe.

15. Nicht also macht er es mit uns, daß er alsdann endlich strafen muß, nachdem unsere Sünden zum Ende gekommen sind:

16. Derowegen wendet er zwar seine Barmherzigkeit nimmer von uns: wenn er aber strafet, so verläßt er sein Volk doch nicht in der Widerwärtigkeit.

17. Aber dieß habe ich den Lesern zur Erinnerung mit Wenigem vermelden wollen: jetzt kommen wir wieder zur Erzählung der Geschichte.

III. 18. Es war einer von den fürnehmsten Schriftgelehrten, Eleazar genannt, ein alter Mann, und schön von Angesicht, dem ward der Mund mit Gewalt aufgesperrt, daß er Schweinefleisch essen sollte.

19. Er erwählte aber lieber einen ehrlichen Tod, als ein verhaßtes Leben, und gieng freywillig fort zur Marter.

20. Da er nun sah, daß er hinzugehen sollte, trug er es mit Geduld, und nahm ihm vor, nichts unzieuliches, aus Liebe dieses Lebens, zu thun.

21. Aber die dabey stunden, wurden mit unbilligem Mitleiden bewegt, um der Freundschaft willen, die sie eine lange Zeit mit ihm gehabt hatten, und nahmen ihn heimlich auf die Seite, und bathen ihn, er wollte Fleisch bringen lassen, welches ihm zugelassen wäre zu essen, und sich annehmen, als wenn er nach des Königs Befehl Opferfleisch gegessen hätte:

22. Auf daß er durch diese That vom Tode erlößt würde: diese Bescheidenheit erwiesen sie dem Manne, wegen der alten Freundschaft.

23. Er aber fieng an seine Jahre und sein hohes ehrwürdiges Alterthum zu bedenken, darzu sein adelich Herkommen, und seine grauen Haare, und seinen unsträflichen Wandel, den er von seinen kindlichen Tagen an geführet hatte: und antwortete ohne Verzug, wie es dem heiligen Gesetze gemäß war, das von GOtt selbst aufgerichtet ist, und sprach: daß er begehrte vorhin zur Hölle gesandt zu werden.

24. Denn

℣. 8. *Suggerentibus Ptolemæis.* Duo erant Ptolemæi fratres diviso Ægypti regno, ex Justino, L. 34. Quidam in singulari legunt *suggerente Ptolomæo*, Πτολεμαίου ὑποθεμένου, ita codex Alexandrinus. Forte Ptolemæo Dorymenis filio, de quo Lib. 1. Machab. cap. 3. v. 38. *Ut sacrificarent.* Græc. *Ad exta eos adducerent.* Exta enim, seu interiora viscera iis dabantur, qui victimas obtulerant.

℣. 11. *Cum indicati essent Philippo.* Phrygi illi, de quo Sup. c. 5. v. 22.

℣. 14. *Cum judicii dies advenerit*, i. e. mensura judicii, ut Hebræi loquuntur.

℣. 21. *Ut simularetur.* Ut præ se ferret edentem de immolatitiis carnibus.

24. Denn es stehet unserm Alter nicht wohl an, sagte er, daß ich euch heuchle, und daß also viele Junge dafür möchten halten, Eleazar, ein neunzigjähriger Mann, wäre zum heydnischen Leben abgetretten,

25. Und möchten sich also durch meine Heucheley, wegen der kurzen Zeit dieses vergänglichen Lebens, betrügen lassen, dadurch ich auf mein Alter einen Schandflecken, und Fluch ziehen würde.

26. Denn ob ich schon in dieser gegenwärtigen Zeit, von der Pein der Menschen errettet würde, so würde ich doch der Hand des Allmächtigen, weder lebend noch todt entfliehen:

27. Derowegen will ich männlich aus diesem Leben scheiden, und thun, was meinem Alter geziemet:

28. Den Jungen aber werde ich ein kräftiges Exempel hinterlassen, wenn ich mit willigem Herzen, und starken Gemüthe für die heiligsten Gesetze eines ehrlichen Todes sterbe. Da er dieß geredet hatte, ward er alsbald zur Marter hingezogen.

29. Aber die ihn hinführten, und sich kurz zuvor etwas gütig erzeigt hatten, wurden zum Zorne bewegt, von wegen der Worte, die er geredet hat, die sie dafür hielten, als wenn sie aus Hoffart geredet wären.

30. Da er aber todtgeschlagen wurde, seufzete er, und sprach: HErr, der du die heilige Wissenschaft hast, dir ist wohl bewußt, daß ich, da ich vom Tode hätte können errettet werden, schwere Pein an meinem Leibe habe leiden wollen: aber der Seele nach leide ich dieß gerne um deiner Furcht willen.

31. Also ist dieser Mann aus diesem Leben geschieden, und hat nicht allein jungen Leuten, sondern auch dem ganzen Volke das Gedächtniß seines Todes, zum Exempel der Tugend und eines tapfern Gemüths, hinterlassen.

Das siebente Capitel.

Die Tapferkeit der sieben machabäischen Brüder, und ihrer Mutter, in Ueberstehung eines grausamen Todes für das göttliche Gesetz, wird beschrieben.

1. Es begab sich aber, daß auch sieben Brüder zugleich mit ihrer Mutter angehalten, und mit Geißeln, und Riemen geschlagen, vom Könige gezwungen wurden, wider das Gesetz Schweinefleisch zu essen.

2. Und einer von ihnen, so der erste war, sprach also: Was fragest du viel, und was willst du von uns wissen? wir sind bereit, und wollen lieber sterben, als die väterlichen Gesetze GOttes übertretten.

3. Da ward der König zornig, und befahl, Pfannen, und ährine Häfen heiß zu machen, welche, nachdem sie alsobald glüend worden,

4. Befahl er demjenigen, so zuerst geredet hatte, die Zunge heraus zu schneiden, auch die Haut vom Haupte abzuziehen, und die Hände und Füße zu stümpeln, im Angesichte der Mutter, und der andern Brüder.

5. Nachdem er nun aller Dinge untüchtig gemacht war, gab der König Befehl, daß man ihn zum Feuer führen, und weil er noch lebendig war, in der Pfanne rösten sollte: und als er lange darinn gepeiniget ward, ermahneten die übrigen sich untereinander, sammt der Mutter, herzhaftig zu sterben,

6. Und sprachen: GOtt der HErr wird die Wahrheit ansehen, und uns trösten, wie Moyses in seinem Lobgesange bezeuget, und erkläret hat: und er wird seine Knechte trösten.

24. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere, ut multi adolescentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum,

25. Et ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti conquiram.

26. Nam, etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam:

27. Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo:

28. Adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro gravissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis, confestim ad supplicium trahebatur.

29. Hi autem, qui eum ducebant, & paulo ante fuerant mitiores, in iram conversi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.

30. Sed, cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia, cum a morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior.

31. Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solum juvenibus, sed & universæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

CAPUT VII.

Septem fratrum ingentia fortissimeque tolerata supplicia, & constantia matris, quæ suos filios est exhortata.

1. Contigit autem † & septem fratres una cum matre sua apprehensos, compelli a rege edere contra fas carnes porcinas, flagris, & taureis cruciatos. † *Eodem an. 3827. Ante Chr. 167.*

2. Unus autem ex illis, qui erat primus, sic ait: Quid quæris, & quid vis discere a nobis? parati sumus mori magis, quam patrias Dei leges prævaricari.

3. Iratus itaque rex, jussit sartagines, & ollas æneas succendi, quibus statim succensis,

4. Jussit, ei, qui prior fuerat locutus, amputari linguam, & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi, cæteris ejus fratribus, & matre inspicientibus.

5. Et, cum jam per omnia inutilis factus esset, jussit ignem admoveri, & adhuc spirantem torreri in sartagine: in qua cum diu cruciaretur, cæteri una cum matre invicem se hortabantur mori fortiter,

6. Dicentes: Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis *a*, quemadmodum in protestatione cantici declaravit Moyses: & in servis suis consolabitur. *a Deut. 32. 30.*

†. 26. *Sed manum Omnipotentis nec vivus -- effugiam.* Ecce, fidem & timorem de Dei justitia, & pœnis hujus & futuri sæculi.

†. 28. *Confestim ad supplicium trahebatur.* Græce τύμπανον, cujus meminit Apostolus Epist. ad Hebræos, cap. 11. v. 35. cum dicit: *Alii autem distenti sunt.* Gr. ἐτυμπανίσθησαν, quod alii de *fustibus*, alii de *verberibus* explicant; alii denique de *equuleo*, quo supplicio corpus velut tympani corium distendebatur. Calvinus & Beza fatentur Apostolum alludere ad supplicium Eleazari, & Machabæorum martyrium, de quibus cap. 7. proximo.

†. 30. *Propter timorem tuum libenter hæc patior. Securus portus debet esse, non vitæ superioris naufragium.* Ambr. Lib. 2. de Jacob.

CAPUT VII.

†. 1. *Contigit autem & septem fratres -- flagris & taureis cruciatos.* Flagra erant ex nervis taurinis. Augustinus serm. 109. de divers. *Nondum quidem erat mortuus Christus, sed eos martyres fecit moriturus Christus.* *Scutica* dicuntur; ex tauri corio, vel ex nervis taurinis flagra illa erant confecta.

†. 6. *Dominus Deus aspiciet veritatem.* Promissorum suorum. *Et in servis suis consolabitur*, καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις παρακληθήσεται. Ita 70. vertunt hunc cantici Mosaici locum Deuteronom. c. 32. v. 36. ubi Vulgata habet *miserebitur.*

7. Mortuo itaque illo primo, hoc modo, sequentem deducebant ad illudendum: &, cute capitis ejus cum capillis abstracta, interrogabant, si manducaret prius, quam toto corpore per membra singula puniretur?

8. At ille, respondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iste, sequenti loco, primi tormenta suscepit:

9. Et in ultimo spiritu constitutus, sic ait: Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione suscitabit.

10. Post hunc tertius illuditur, & linguam postulatus cito protulit, & manus, constanter extendit:

11. Et cum fiducia ait: E cœlo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero.

12. Ita, ut rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quod tamquam nihilum duceret cruciatus.

13. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant similiter torquentes:

14. Et, cum jam esset ad mortem, sic ait: Potius est ab hominibus morti datos spem expectare a Deo, iterum ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.

15. Et cum admovissent quintum, vexabant eum. At ille, respiciens in eum, dixit:

16. Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis, quod vis: noli autem putare genus nostrum a Deo esse derelictum:

17. Tu autem patienter sustine, & videbis magnam potestatem ipsius, qualiter te, & semen tuum torquebit.

18. Post hunc ducebant sextum, & is, mori incipiens, sic ait: Noli frustra errare: nos enim propter nosmetipsos hæc patimur, peccantes in Deum nostrum: & digna admiratione facta sunt in nobis:

19. Tu autem ne existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tentaveris.

20. Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes septem filios sub unius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spem, quam in Deum habebat:

21. Singulos illorum hortabatur voce patria fortiter: repleta sapientia, & fœmineæ cogitationi masculinum animum inferens,

22. Dixit ad eos: Nescio, qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donavi vobis & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi:

23. Sed enim mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges ejus.

7. Als nun der Erste auf diese Weise gestorben war, führeten sie den Andern herbey, ihren Spott mit ihm zu treiben: und sie streiften ihm die Haut mit dem Haare vom Haupte ab, und fragten ihn, ob er essen wollte, ehe dann sein ganzer Leib an allen Gliedern gepeiniget würde?

8. Er aber antwortete in seiner väterlichen Sprache, und sagte: Ich will es nicht thun. Derowegen ward dieser gleichwie der erste gepeiniget:

9. Und da er in den letzten Zügen war, sprach er: Du Erzböswicht bringest uns zwar jetzt um dieses zeitliche Leben: aber der König der Welt wird uns, die wir für sein Gesetz sterben, in der Auferstehung zum ewigen Leben wieder aufwecken.

10. Nach diesem ward der Dritte verspottet, und als die Zunge von ihm gefodert war, streckte er sie alsbald heraus, desgleichen gab er die Hände beständiglich dahin:

11. Und er sprach unverzagt: Ich habe diese Glieder vom Himmel, aber jetzt achte ich sie nicht, um des göttlichen Gesetzes willen, denn ich habe die Hoffnung, daß ich sie von GOtt wieder bekommen werde.

12. Und der König sammt denen, die bey ihm waren, verwunderten sich über den Muth dieses Jünglings, daß er die Pein für nichts achtete.

13. Nachdem nun dieser auch verschieden war, plagten, und peinigten sie den Vierten gleichergestalt:

14. Und da derselbige nahe bey dem Tode war, sprach er also: Es ist das beste, auf GOtt seine Hoffnung haben, wenn man von den Menschen getödtet wird, und sich dessen getrösten, daß man von ihm wieder werde auferwecket werden: dir aber wird die Auferstehung zum Leben nicht wiederfahren.

15. Da brachten sie den Fünften hinzu, und plagten ihn. Er aber sah Antiochum an, und sprach:

16. Dieweil du unter den Menschen Macht hast, so thust du, was du willst, wiewohl du sterblich bist: so sollst du aber nicht dafür halten, daß unser Geschlecht von GOtt verlassen sey:

17. Habe nur Geduld, und warte, so wirst du seine große Macht sehen, wie er dich, und deinen Saamen strafen wird.

18. Nach diesem führeten sie den Sechsten hinzu, und da er auch nahe bey dem Tode war, sprach er also: Laß dich nicht vergeblich in Irrthum bringen: denn wir leiden dieß um unserer selbst willen, dieweil wir wider unsern GOtt gesündiget haben: wunderwürdige Dinge haben sich zwar mit uns zugetragen:

19. Du aber wollest nicht dafür halten, daß du ungestraft bleiben werdest, dieweil du dich unterstanden hast, wider GOtt zu streiten.

20. Es war aber die Mutter über die maßen hoch verwunderlich, und ist dieselbige wohl werth, daß fromme Leute an sie gedenken, die ihre sieben Söhne auf einen Tag umbringen sah, und übertrug das mit tapferm Gemüthe, von wegen der Hoffnung, die sie auf GOtt gesetzt hatte:

21. Und sie ermahnete einen jeglichen aus ihnen stark in ihrer väterlichen Sprache: wie sie dann mit Weisheit erfüllet war, und ihre weiblichen Gedanken mit männlichem Gemüthe unterbauet,

22. Und sprach zu ihnen: Ich weis nicht, wie ihr in meinem Leibe worden seyd: denn ich habe euch weder Geist, noch Seele, noch das Leben gegeben, so habe ich auch eines jeglichen Glieder nicht selbst zusammengefüget:

23. Sondern, der die Welt erschaffen hat, und des Menschen Geburt gestaltet, und aller Dinge Anfang erfunden hat, der wird euch den Geist, und das Leben in Barmherzigkeit wieder geben, wie ihr jetzt euch selbst um seines Gesetzes willen verachtet.

24. Aber

℣. 17. *Qualiter te & semen tuum.* Antiochum Eupatorem.

℣. 21. *Singulos illorum hortabatur voce patria.* Lingua Hebraica. Vel ut Cornelius a Lap. voce virili, ut Pater, non fœminea, ut Mater.

℣. 22. *Neque ego -- & animam.* Spiritum vitalem, *donavi.*

℣. 23. *Spiritum vobis -- reddet & vitam.* Ita quidem eorum mater. In eandem sententiam secundus e fratribus inter tormenta fidem resurrectionis profitetur v. 10. *Sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æterna vitæ resurrectione suscitabit.* Necminus aperte tertius fidem resurrectionis declarat. Tum enim teste Josepho Sadducæi exorti fuerant, qui animam una cum corpore mori asserebant. Horum pravum dogma martyres in ipso vitæ exitu detestari se, & ea spe animatos ad tormenta perferenda contestantur. *Mater*, inquit August Lib. 1. de anima, cap. 14. *fœcundior virtutibus, quando filii passi sunt, quam fœtibus, quando nati sunt*, eos Dei opus esse his verbis declarat: *Et singulorum membra non ipsa compegi.*

24. Aber Antiochus vermeynte, er werde hiemit verachtet, ließ das Wort mit ihrem Verweise fahren: und weil der jüngste Knabe noch vorhanden war, ermahnte er denselben nicht allein mit Worten, sondern bestättigte es ihm auch mit einem Eyde, daß er ihn reich und glückselig machen wollte, und wenn er von seinem väterlichen Gesetze abweichen würde, für seinen Freund halten, und alle Nothdurft reichen.

25. Als sich aber der Jüngling keineswegs hiedurch bewegen ließ, berufte der König die Mutter, und rieth ihr, daß sie sollte daran seyn, daß der Jüngling bey dem Leben erhalten würde.

26. Und da er sie mit vielen Worten ermahnet hatte, sagte sie ihm zu, ihren Sohn zu bereden.

27. Also neigte sie sich zu ihrem Sohne, und verspottete den grausamen Tyrannen, und redete ihrem Sohne also zu in ihrer väterlichen Sprache: Mein Sohn, erbarme dich über mich, die ich dich neun Monathe in meinem Leibe getragen, und drey Jahre gesäuget, und ernähret, und bis zu diesem Alter erzogen habe.

28. Ich bitte dich, mein Kind, du wollest Himmel und Erde, sammt allem, was darinnen ist, anschauen, und erkennen, daß GOtt diese Dinge, und das menschliche Geschlecht aus Nichts erschaffen hat:

29. Also wirst du dich vor diesem Henker nicht fürchten, sondern würdig seyn, daß du mit deinen Brüdern einen Theil habest: so nimm dann den Tod an, damit ich dich in jener Erbarmung mit deinen Brüdern wieder bekommen möge.

30. Da sie diese Worte noch redete, sprach der Jüngling: Auf wen wartet ihr? ich will dem Gebothe des Königs nicht gehorchen, sondern dem Gebothe des Gesetzes, das uns durch Moysen gegeben ist.

31. Du aber, der du ein Erfinder aller Bosheit wider die Hebräer worden bist, wirst der Hand GOttes nicht entrinnen.

32. Denn wir leiden dieß für unsere Sünden.

33. Und obwohl uns der HErr unser GOtt mit der Strafe und Züchtigung heimsuchet, und ein wenig über uns zürnet, so wird er doch seinen Knechten wieder gnädig werden.

34. Aber du schädlichster und lasterhaftigster unter allen Menschen, erhebe dich nicht vergeblich in der eiteln Hoffnung, in welcher du wider die Diener GOttes entzündet bist.

35. Denn du bist dem Gerichte des allmächtigen GOttes, der alles siehet, noch nicht entgangen.

36. Meine Brüder zwar, weil sie jetzt einen geringen Schmerzen ausgestanden, sind in dem Bunde des ewigen Lebens begriffen: du aber wirst nach dem Gerichte GOttes die gerechte Strafe deiner Hoffart empfangen.

37. Ich aber will meine Seele, und meinen Leib für das väterliche Gesetz auch dargeben, wie meine Brüder gethan haben: und will GOtt bitten, daß er unserem Volk bald wolle gnädig werden, und daß du durch Pein und Schläge gezwungen, bekennen müssest, daß er allein GOtt ist.

38. Es wird aber in mir, und meinen Brüdern, der Zorn des Allmächtigen aufhören, der billig über unser ganzes Geschlecht gekommen ist.

39. Da wurde der König von Zorn entzündet, und wüthete greulicher über diesen, dann über alle die andern, dieweil es ihn verdroß, daß er also verspottet war.

40. Also starb dieser auch unbefleckt, und setzte in allem sein Vertrauen auf den HErrn.

41. Endlich aber ward auch die Mutter nach ihren Söhnen hingerichtet.

24. Antiochus autem, contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta: cum adhuc adolescentior supereſſet, non solum verbis hortabatur, sed & cum juramento affirmabat, se divitem & beatum facturum, & translatum a patriis legibus amicum habiturum, & res necessarias ei præbiturum.

25. Sed ad hæc cum adolescens nequaquam inclinaretur, vocavit rex matrem, & suadebat ei, ut adolescenti fieret in salutem.

26. Cum autem multis eam verbis esset hortatus, promisit suasuram se filio suo.

27. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem istam perduxi.

28. Peto, nate, ut aspicias ad cœlum, & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt, & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus:

29. Ita fiet, ut non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps: suscipe mortem, ut in illa miseratione cum fratribus tuis te recipiam.

30. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adolescens: Quem sustinetis? non obedio præcepto regis, sed præcepto legis, quæ data est nobis per Moysen.

31. Tu vero, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei.

32. Nos enim pro peccatis nostris hæc patimur.

33. Et si nobis propter increpationem, & correptionem Dominus Deus noster modicum iratus est, sed iterum reconciliabitur servis suis.

34. Tu autem, o sceleste, & omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli vanis spebus in servos ejus inflammatus.

35. Nondum enim omnipotentis Dei, & omnia inspicientis, judicium effugisti.

36. Nam fratres mei, modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt: tu vero judicio Dei justas superbiæ tuæ pœnas exolves.

37. Ego autem, sicut & fratres mei, animam, & corpus meum trado pro patriis legibus: invocans Deum maturius genti nostræ propitium fieri, teque cum tormentis, & verberibus confiteri, quod ipse est Deus solus.

38. In me vero, & in fratribus meis desinet Omnipotentis ira, quæ super omne genus nostrum juste superducta est.

39. Tunc rex accensus ira, in hunc super omnes crudelius desævit, indigne ferens se derisum.

40. Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens.

41. Novissime autem post filios & mater consumpta est.

42. Igitur

℣. 24. *Antiochus -- exprobrantis voce despecta.* Gr. *Despiciens*, aut *suspectam habens vocem exprobrantem*, metuens, ne sibi indecorum esset fœminæ verba plusquam sua valere.

℣. 27. *Fili mi, miserere mei.* Aug. ibid. *Qualis collocutio, quam pia, quam materna, quam inter spiritales & carnales affectus in ambiguo suspensa!*

℣. 33. *Deus noster modicum*, ad breve tempus, *iratus est*,

℣. 40. *Et hic itaque mundus obiit.* Græc. pure & sancte.

34. Und als er dieß geredt hatte, gieng er hinweg. Die Priester aber streckten ihre Hände hinauf gen Himmel, und riefen den an, der allezeit ihr Volk beschirmet hatte, und sprachen also:

35. Du HErr aller Creaturen, ob du wohl keines Dinges bedürftig bist, so hast du dannoch gewollt, daß unter uns ein Tempel zu deiner Wohnung gebauet würde:

36. Und nun, o HErr, du Heiliger aller Heiligen, bewahre doch dieß Haus ewiglich unbefleckt, so erst neulich ist gereiniget worden.

III. 37. Es ward aber einer von den Aeltesten zu Jerusalem, Razias genannt, bey dem Nicanore angegeben, welcher ein Liebhaber der Stadt war, und einen sehr guten Namen hatte, und seiner guten Neigung halben ein Vater der Juden genannt ward.

38. Dieser hatte sich eine lange Zeit vorgenommen, seine Reinigkeit im Judenthume zu halten, er war auch bereit, seinen Leib, und sein Leben darzustrecken, und darinn zu verharren.

39. Als aber Nicanor seinen Haß, den er gegen die Juden trug, zu erkennen geben wollte, schickte er fünfhundert Kriegsknechte aus, ihn zu fangen:

40. Denn er vermeynte, wenn er diesen betrogen hätte, so würde er den Juden großen Schaden zufügen.

41. Da sich nun der Haufe unterstund, in sein Haus zu fallen, und die Thür aufzubrechen, und Feuer anzustecken, und er jetzt sollte gefangen werden, wollte er sich selbst mit dem Schwerte erstechen;

42. Und wählte, lieber ritterlich zu sterben, als den Sündern unterworfen seyn, und seinem Herkommen zum Nachtheil, mit unziemlicher Schmach verhöhnet werden.

43. Dieweil er aber wegen Eilfertigkeit einen ungewissen Stich gethan, und der Haufe zu der Thür hinein fiel, lief er kühnlich zurück auf die Mauer, und stürzte sich selbst männlich unter das Volk hinab.

44. Da sie nun seinem Fall geschwind Raum machten, fiel er mitten auf den Hals.

45. Dieweil er aber noch lebte, wurde er in seinem Herzen entzündet, und stund auf: und als sein Blut reichlich von

29. Sed, quia regi resistere non poterat, opportunitatem observabat, qua præceptum perficeret.

30. At Machabæus, videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum congregatis, occultavit se a Nicanore.

31. Quod cum ille cognovit fortiter se a viro præventum, venit ad maximum & sanctissimum templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, jussit sibi tradi virum.

32. Quibus cum juramento dicentibus, nescire se, ubi esset, qui quærebatur, extendens manum ad templum,

33. Juravit, dicens: Nisi Judam mihi vinctum tradideritis, istud Dei fanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo.

34. Et his dictis, abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cœlum, invocabant eum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes:

35. Tu Domine universorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis:

36. Et nunc Sancte sanctorum omnium, Domine, conserva in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est.

III. 37. Razias autem quidam de senioribus ab Jerosolymis delatus est Nicanori, vir amator civitatis, & bene audiens, qui pro affectu pater Judæorum appellabatur.

38. Hinc multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Judaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseverantia.

39. Volens autem Nicanor manifestare odium, quod habebat in Judæos, misit milites quingentos, ut eum comprehenderent:

40. Putabat enim, si illum decepisset, se cladem Judæis maximam illaturum.

41. Turbis autem irruere in domum ejus, & januam disrumpere, atque ignem admovere cupientibus, cum jam comprehenderetur, gladio se petiit;

42. Eligens nobiliter mori potius, quam subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis injuriis agi.

43. Sed, cum per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitavit semetipsum viriliter in turbas:

44. Quibus velociter locum dantibus casui ejus, venit per mediam cervicem.

45. Et cum adhuc spiraret, accensus animo surrexit: & cum sanguis ejus magno fluxu de-

fluc-

℣. 37. *Razias — qui pro affectu*, sc. benevolentia in cives, *pater Judæorum appellabatur.*

℣. 38. *Continentiæ propositum tenuit in Judaismo.* Etiam in persecutione se continuit in avita religione, nec se cum multis ab ea ad gentilismum sub Epiphane apostatantibus commiscuit.

℣. 42. *Eligens nobiliter mori potius, quam subditus fieri peccatoribus.* Hoc quidem Raziæ facinus Augustinus reprehendit L. 2. contra duas epistolas Gaudentii, cap. 23. *Quomodolibet accipiatur a vobis hujus Raziæ vita laudata: non habet mors ejus laudatricem sapientiam, quia non habet dignam Dei famulis patientiam.* Hebræi tamen & multi e Catholicis excusant hoc facinus, quod sacer textus videtur non excusare modo, sed etiam laudare. *Ne subditus fieret peccatoribus.* Ne blanditiis, aut tormentis in fraudem eum inducerent. Unde id potuit fieri peculiari Spiritus sancti impulsu, ut de Samsone legimus; & Aug. Lib. 1. de civit. cap. 2. & 26. de quibusdam virginibus scribit: *Quæ, ut insectatores suæ pudicitiæ devitarent, in flumen se projecerunt.* Sed communis tamen obstat regula, neminem debere peccando aliena peccata impedire, atque ut ait idem Augustinus epist. 61. *Scriptum est, Innocentem & justum ne occidas: si ergo iste innocens & justus non fuit, cur proponitur imitandus? Si autem innocens & justus fuit, quare interfector innocentis & justi insuper putatur esse laudandus?* Et contra epist. Gaudentii: *Hoc facere debuit, quod in iisdem litteris leguntur septem illi fratres matre exhortante feciſſe, ut comprehensus in dolore sustineret, & in humilitate patientiam haberet.* Intentio illius bona fuit, & pia moribundi oratio; sed facinus ipsum nec imitandum est, nec laudandum, nisi Spiritus sancti impulsu id egerit: nam sui ipsius occisio non est generosi & virilis, sed pusilli & abjecti animi.

℣. 44. *Venit per mediam cervicem.* Græce venit per medium ventrem, vel pervenit ad mediam turbæ aream, sc. cadens.

flueret, & graviſſimis vulneribus eſſet ſaucius, curſu turbam pertranſiit,

46. Et ſtans ſupra quamdam petram præruptam: & jam exſanguis effectus, complexus inteſtina ſua, utrisque manibus projecit ſuper turbas, invocans dominatorem vitæ ac ſpiritus, ut hæc illi iterum redderet: atque ita vita defunctus eſt.

ihm floß, wie er dann gar ſchwerlich verwundet war, nahm er einen Lauf durch das Volk,

46. Und ſtellte ſich auf einen gähen Felſen: und nachdem er ſich ganz verblutet hatte, faßte er ſein Eingeweide mit beyden Händen, und warf es über den Haufen, und rief damit den Herrſcher des Lebens und des Geiſtes an, daß er es ihm wieder geben wollte: und alſo ſchied er aus dieſem Leben.

CAPUT XV.

I. Nicanor novis inſtructus copiis Judæos irridet, Dei blasphemans potentiam. 1. II. Judas ſuos contra Nicanorem exhortatur referens viſionem de Jeremia pro populo Iſrael orante; & confidens in Deo ingentem proſternit exercitum: 7. III. Amputatum Nicanoris caput cum manu Jeroſolymæ ſuſpenditur, & lingua ejus blasphema avibus particulatim traditur. 28.

† 1. *Mach.* 7. 26. *Anno M.* 3843. *Ante Chr.* 161.

1. Nicanor autem †, ut comperit Judam eſſe in locis Samariæ, cogitavit cum omni impetu die ſabbati committere bellum.

2. Judæis vero, qui illum per neceſſitatem ſequebantur, dicentibus: Ne ita ferociter & barbare feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & honora eum, qui univerſa conſpicit.

3. Ille infelix interrogavit, ſi eſt potens in cœlo, qui imperavit agi diem ſabbatorum?

4. Et reſpondentibus illis: Eſt Dominus vivus ipſe in cœlo potens, qui juſſit agi ſeptimam diem.

5. At ille ait: Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit, ut conſilium perficeret.

6. Et Nicanor quidem cum ſumma ſuperbia erectus, cogitaverat commune trophæum ſtatuere de Juda.

II. 7. Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxilium ſibi a Deo affuturum:

8. Et hortabatur ſuos, ne formidarent ad adventum nationum, ſed in mente haberent adjutoria ſibi facta de cœlo, & nunc ſperarent ab Omnipotente ſibi affuturam victoriam.

9. Et allocutus eos de lege, & prophetis, admonens etiam certamina, quæ fecerant prius, promptiores conſtituit eos.

10. Et ita animis eorum erectis, ſimul oſtendebat gentium fallaciam, & juramentorum prævaricationem.

11. Singulos autem illorum armavit, non clypei, & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis, & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod univerſos lætificavit.

12. Erat autem hujuscemodi viſus: Oniam, qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum, & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decorum, & qui a puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum.

13. Poſt hoc apparuiſſe, & alium virum ætate, & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum.

Das fünfzehnte Capitel.

I. Nicanor greift die Juden an mit Waffen, und ſchmähet, auch GOtt mit läſtern. 1. II. Judas ſtärket ſeine Untergebenen zum Streit, durch Erzählung eines mächtigen Geſichts, und durch inſtändiges Bethen, und tapferes Fechten, ſchlägt er den Nicanorem: 7. III. Deſſen gotteslästerliche Zunge läßt er zerhacken, und das abgehauene Haupt aufhenken. 28.

1. Als aber Nicanor erfuhr, daß Judas in den Orten Samariä ſich aufhielt, gedachte er mit ganzer Gewalt, auf den Sabbath ein Treffen zu thun.

2. Da nun die Juden ſagten, welche ihm aus Zwang folgen mußten: Handle nicht ſo grauſam und barbariſch, ſondern gieb dem heiligen Tag die Ehre, ja ehre denjenigen, der alles ſiehet.

3. Da fragte der unſelige Menſch: Iſt dann ein Gewaltiger im Himmel, der den Sabbath zu halten befohlen hat?

4. Und da ſie antworteten: Es iſt der lebendige HErr ſelbſt, der mächtig iſt im Himmel, und der befohlen hat, den ſiebenten Tag zu halten.

5. Da ſprach er: So bin ich mächtig auf Erden, und gebiethe euch, zu der Wehr zu greifen, und des Königs Geſchäffte zu verrichten. Aber er erhielt es gleichwohl nicht, daß er ſeinen Anſchlag in das Werk gerichtet hätte.

6. Nicanor zwar, der ſich aus Uebermuth zum höchſten erhub, gedachte ein gemeines Siegeszeichen über Judam aufzurichten.

II. 7. Aber Machabäus hatte für und für ein gutes Vertrauen, mit ganzer Zuverſicht, daß ihm Hülfe von GOtt kommen würde:

8. Er ermahnte auch die Seinigen, ſie wollten ſich vor der Heyden Ankunft nicht fürchten, ſondern in ihrem Herzen an die Hülfe gedenken, die ihnen vom Himmel wiederfahren wäre, und auch jetzt die Hoffnung faſſen, daß ihnen der Sieg von dem Allmächtigen würde beſchehret werden.

9. Er redete ihnen auch zu aus dem Geſetze, und aus den Propheten, und erinnerte ſie zugleich der Streite, die ſie zuvor gehalten hätten, damit er ſie deſto williger machte.

10. Und nachdem er ihre Gemüther dergeſtalt aufgerichtet, hielt er ihnen auch der Heyden Betrug, und Eydbruch vor.

11. Und alſo waffnete er einen jeden aus ihnen, nicht mit Schild und Spieſe, daß ſie damit verſehen wären, ſondern mit den allerherrlichſten Reden und Ermahnungen, und erzählte ihnen einen glaubwürdigen Traum, damit er ſie alle miteinander erfreuete.

12. Es war aber ein ſolches Geſicht: Oniam, der ein Hoherprieſter geweſen war, ein frommer, gütiger Mann, von züchtigem Anſehen, eingezogenen Sitten, und zierlichen Reden, der ſich von ſeiner Kindheit an in allen Tugenden geübet hatte, dieſen ſah er ſeine Hände ausſtrecken, und für das ganze jüdiſche Volk bitten.

13. Darnach war auch ein anderer Mann erſchienen, an Alter und Herrlichkeit wunderbarlich, und mit einer großen Zierde umgeben.

14. Onias

---

†. 46. *Complexus inteſtina ſua.* Id quoque ob ignorantiam eſt excuſabile, adeoque credibile, quod Deus homini errorem ignoverit: quia miſericors eſt, & ille ignorans fecerat, putans ſe bene & fortiter agere.

CAPUT XV.

†. 2. *Qui illum per neceſſitatem.* i. coacti ſequebantur, bello capti, aut deprehenſi in locis, ubi Macedones imperabant.

†. 3. *Si eſt potens in cœlo.* En ſuperbus Deo ſe exæquat, ſibique in terra imperium arrogat. Hinc bene dicit Sapiens, Eccli. 10. *Initium ſuperbiæ non cognoſcere Dominum.*

†. 12. *Oniam.* Ejus nominis tertium, Simonis ſecundi filium, de quo Joſeph. Lib. 12. cap. 4. & 5. & hic ſupra cap. 3. *Virum bonum, & benignum* &c. En deſcriptionem boni ſuperioris, & prælati.

14. Onias aber hatte geantwortet, und gesagt: Dieß ist Jeremias, der Prophet GOttes, ein Liebhaber der Brüder, und des Volks Israel: dieß ist der Mann, der viel bittet für das Volk, und für die ganze heilige Stadt.

15. Jeremias aber hatte seine rechte Hand ausgestrecket, und dem Juda ein goldenes Schwert gegeben, und gesagt:

16. Nimm hin das heilige Schwert, das dir von GOtt geschenket wird, damit wirst du die Feinde meines Volkes Israels niederlegen.

17. Nachdem sie nun dergestalt ermahnet worden, durch die sehr schönen Reden Judä, mit welchen sie zum Angriff beherzt, und die Gemüther der jungen Mannschaft möchten gestärket werden, beschlossen sie zu streiten, und männlich zu fechten, damit die Sachen durch Tapferkeit entschieden würden, dieweil die heilige Stadt, und der Tempel in Gefahr stunden.

18. Denn sie trugen geringere Sorge für ihre Weiber und Kinder, und für ihre Brüder und Verwandten: aber ihre größte und fürnehmste Sorge war für den heiligen Tempel.

19. Also auch, die in der Stadt waren, trugen keine geringe Sorge für diejenigen, welche das Treffen thun würden.

20. Da sie nun alle in Hoffnung stunden, daß ein Urtheil ergehen würde, und die Feinde da waren, und das Heer in die Schlachtordnung gestellet, und die Elephanten, sammt den Reitern, am gelegenen Orte waren angeordnet:

21. Und Machabäus die Ankunft des großen Haufen, und den Aufzug von allerhand Waffen, und das Wüthen der Elephanten erachtete, streckte er seine Hände gen Himmel, und rief den HErrn an, der Wunderzeichen thut, und nicht nach Macht der Waffen, sondern nach seinem Willen den Sieg giebt denen, die es würdig sind.

22. Und da er bethete, sprach er also: O HErr, der du unter Ezechia, dem Könige Juda, deinen Engel gesandt, und von dem Heerlager Sennacherib hundert und fünf und achtzigtausend Mann erschlagen hast:

23. Sende auch jetzt, o du Herrscher über die Himmel, deinen guten Engel vor uns her, in Furcht und Schrecken deines gewaltigen Arms,

24. Damit die ein Schrecken ankomme, welche mit Gotteslästerung wider dein heiliges Volk anziehen. Auf diese Weise vollendete er sein Gebeth.

25. Nicanor aber, und die bey ihm waren, rückten hinzu mit Posaunenklang, und Gesängen.

26. Judas aber mit den Seinigen riefen GOtt an, und stritten mit dem Gebethe:

27. Sie stritten auch wohl mit der Hand, aber mit dem Herzen riefen sie zum HErrn: und erschlugen also nicht weniger, als fünf und dreyßigtausend Mann, und wurden durch die Gegenwart GOttes herrlich erfreuet.

III. 28. Da sie nun zu schlagen aufgehöret, und mit Freuden wiederkehreten, erfuhren sie, daß Nicanor in seiner Rüstung todt geblieben war.

29. Da ward ein groß Geschrey, und erhub sich ein Getümmel, und sie lobeten in ihrer väterlichen Sprache den allmächtigen HErrn.

30. Judas aber, der in allem bereit war, Leib und Leben für seine Bürger darzugeben, gab Befehl, daß man dem Nicanor das Haupt, und die Hand mit der Schulter abhauen, und gen Jerusalem bringen sollte.

31. Als er nun dahin kam, rief er das Volk von seinem Geschlechte, sammt den Priestern, zum Altare zusammen, und foderte auch die dahin, welche auf der Burg waren:

14. Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est, qui multum orat pro populo, & universa sancta civitate, Jeremias propheta Dei.

15. Extendisse autem Jeremiam dextram, & dedisse Judæ gladium aureum, dicentem:

16. Accipe sanctum gladium, munus a Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israel.

17. Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi juvenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter, ut virtus de negotiis judicaret, eo quod civitas sancta, & templum periclitarentur.

18. Erat enim pro uxoribus, & filiis, itemque pro fratrbus, & cognatis minor solicitudo: maximus vero & primus pro sanctitate timor erat templi.

19. Sed & eos; qui in civitate erant, non minima solicitudo habebat pro his, qui congressuri erant.

20. Et, cum jam omnes sperarent judicium futurum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ, equitesque opportuno in loco compositi:

21. Considerans Machabæus adventum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem Dominum invocavit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam.

22. Dixit autem invocans hoc modo *b*: Tu Domine, qui misisti angelum tuum sub Ezechia rege Juda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque millia: *b Sup.* 8. 19.

23. Et nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachii tui,

24. Ut metuant, qui cum blasphemia veniunt adversus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita peroravit.

25. Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admovebant.

26. Judas vero, & qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congressi sunt:

27. Manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes: prostraverunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati.

III. 28. Cumque cessassent, & cum gaudio redirent, cognoverunt Nicanorem ruisse cum armis suis.

29. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant.

30. Præcepit autem Judas, qui per omnia corpore & animo mori pro civibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Jerosolymam perferri.

31. Quo cum pervenisset, convocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersiit & eos, qui in arce erant:

32. Et

℣. 14. *Hic est, qui multum orat pro populo.* Si Sancti in limbo pro vivis in terris orabant, multo magis nunc in cœlo cum Christo regnantes pro eisdem orabunt. Nazianzen. de Basilio ait: *Nunc in cœlis degit, ubique pro nobis sacrificia offert, ac pro populo orat.* Nazianz. orat. 8. in funere Basilii.

℣. 25. *Cum tubis & canticis admovebant*, i. procedebant, accedebant.

℣. 27. *Præsentia Dei.* Græc. Apparitione, q. d. evidenti assistentia.

℣. 31. *Accersiit & eos, qui in arce erant.* Quosdam ex arce vocat ad se velut de pactis quibusdam acturus: nam arcem adhuc tenebant Macedones.

32. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria, quam extendens contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnifice gloriatus est.

33. Linguam etiam impii Nicanoris præcisam jussit particulatim avibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi.

34. Omnes igitur cœli benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus, qui locum suum incontaminatum servavit.

35. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, ut evidens esset, & manifestum signum auxilii Dei.

36. Itaque omnes communi consilio, decreverunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire:

37. Habere autem celebritatem tertia decima die mensis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei.

38. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis civitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis.

39. Et si quidem bene, & ut historiæ competit, hoc & ipse velim: sin autem minus digne, concedendum est mihi.

40. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est; alternis autem uti, delectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

32. Und zeigete das Haupt Nicanoris, und die verfluchte Hand, die er ausgestrecket, und wider das heilige Haus des allmächtigen GOttes höchlich sich berühmet hat.

33. Er ließ auch die Zunge des gottlosen Nicanoris herausschneiden, und befahl, daß man sie zu Stücken zerhacken, und den Vögeln darwerfen sollte: aber die Hand des unwitzigen Menschen ließ er gegen den Tempel über aufhenken.

34. Derowegen lobten sie alle den HErrn des Himmels, und sprachen: Gelobet sey GOtt, der seinen Ort unbefleckt bewahret hat.

35. Aber das Haupt Nicanoris ließ er oben auf der Burg aufhenken, damit es ein augenscheinlich und öffentliches Zeichen der Hülfe GOttes wäre.

36. Und nachdem sie gemeinen Rath gehalten, beschlossen sie insgesammt, daß man diesen Tag keinesweges ohne herrliche Feyer vorübergehen lassen sollte:

37. Man sollte aber die Feyer am dreyzehenten Tage des Monaths Adar halten, den man in syrischer Sprache nennt, den nächsten Tag vor dem Feste Mardochäi.

38. Nachdem sich nun dieses mit Nicanor also zugetragen, und die Hebräer von der Zeit die Stadt im Besitze gehabt, so will ich auch hiemit meiner Rede ein Ende machen.

39. Wenn es nun wohl geredt wäre, wie es sich in Beschreibung der Historien geziemet, das wollte ich selbst wünschen: wo aber nicht nach Gebühr, so muß man mir es für gut halten.

40. Denn gleichwie immer Wein trinken, oder immer Wasser trinken, wider einander ist; aber eines um das andere trinken, anmüthig: also ist auch den Lesern die Rede, wenn sie allezeit gar genau gesucht wird, nicht angenehm. So sey dann hier das Ende.

℣. 32. *Magnifice gloriatus*, i. superbe locutus.

℣. 33. *Manum autem dementis* jussit *contra templum suspendi.* Suspicatur Grotius pro ἐπιχείρα in Græco textu scriptum fuisse ἐπιχειρία, i. e. *præmia* victoriæ de amentia reportatæ testimonium.

℣. 37. *Quod dicitur voce Syriaca*, i. sermone Judaico, quod Judæa esset pars Syriæ.

℣. 39. *Et siquidem bene* &c. Auctor veniam petit, non quod in dubium revocet, quæ hoc in libro narrantur: sed quod stylo forte minus eleganti & polito scripserit.

℣. 40. *Ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus.* Sermo nimis elaboratus & cultus, minus sæpe legentibus arridet. Spiritus sanctus scribentium stylo utitur, qui varius est pro ingeniorum, doctrinæ, & usus varietate. Auctor præ modestia veniam deprecatur, si forte exilior videatur scribendi modus. At frustra Novatores hac excusatione sacri scriptoris abutuntur, ut huic libro auctoritatem detrahant: nam & Paulus Apostolus 2. Corinth. 11. dicere potuisset sibi concedendum esse, quod imperitus esset sermone: nec propterea quidquam de auctoritate Epistolarum Pauli decederet. Græce, sic etiam structura sermonis partim sublimis, quæ vino comparatur, partim tenuior, quæ aquæ, delectat aures eorum, qui historiam legunt. Si quid sublimius dictum, iis acceptum referri debet, unde illud Auctor excerpsit; si quid tenuius, id sibi.

BIBLIA SACRA

LATINO-GERMANICA

COMMENTARIO

P. THOMÆ AQUINATIS ERHARD,

O. S. BENEDICTI,

ILLUSTRATA ET AUCTA.

NOVUM TESTAMENTUM.

BIBLIA SACRA

MUNUS MUTUUM

NOVUM TESTAMENTUM.

Das heilige Evangelium JEſu Chriſti, nach der Beſchreibung Matthäi.

Das erſte Capitel.

I. Die Geburtslinie unſers Seligmachers JEſu Chriſti nach dem Fleiſch, 1. II. Deſſelben Empfängniß durch den heiligen Geiſt, und Geburt aus Maria der Jungfrauen, 18.

Das Buch der Geburt JEſu Chriſti, des Sohns Davids, des Sohns Abrahams.

2. Abraham zeugete Iſaac: Iſaac aber zeugete Jacob: Jacob aber zeugete Judam, und ſeine Brüder.

3. Judas aber zeugete Phares, und Zaram, von der Thamar:
Phares aber zeugete Eſron.
Eſron aber zeugete Aram.

4. Aram aber zeugete Aminadab.
Aminadab aber zeugete Naaſſon: Naaſſon aber zeugete Salmon.

5. Salmon aber zeugete Booz von der Rahab.
Booz aber zeugete Obed von der Ruth.
Obed aber zeugete Jeſſe.
Jeſſe aber zeugete David den König.

6. Aber David der König zeugete Salomon von der, welche des Uriä geweſen war.

7. Salomon aber zeugete Roboam.
Roboam aber zeugete Abiam.
Abias aber zeugete Aſa.

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM ſecundum Matthæum.

CAPUT I.

I. Majores Chriſti ſecundum carnem: 1. II. Angelus inſtruit Joſeph de Conceptione ex Virgine, ejus nativitate & officio, 18.

†INCONC. ET NATIV. B. VIRG.

Liber † generationis Jeſu Chriſti, filii *a* David, filii Abraham.

2. Abraham *b* genuit Iſaac. Iſaac *c* autem genuit Jacob *d*. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus.

3. Judas *e* autem genuit Phares, & Zaram de Thamar.
Phares *f* autem genuit Efron:
Efron autem genuit Aram.

4. Aram autem genuit Aminadab.
Aminadab *g* autem genuit Naaſſon.
Naaſſon autem genuit Salmon.

5. Salmon autem genuit Booz de Rahab.
Booz *h* autem genuit Obed ex Ruth.
Obed autem genuit Jeſſe.
Jeſſe *i* autem genuit David regem.

6. David *k* autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ.

7. Salomon *l* autem genuit Roboam.
Roboam *m* autem genuit Abiam.
Abias *n* autem genuit Aſa.

8. Aſa

a Iac. 3. 31.
b Gen. 21. 2.
c Gen. 25. 25.
d Gen. 29. 35.
e Gen 38. 29. 1. *Par.* 2. 4.
f Ruth. 4. 18. 1. *Par.* 2. 5.
g Num. 7. 12.
h Ruth. 4. 21.
i Ruth. 4. 22. 1 *Reg.* 16. 1. & 2. *Reg.* 12. 24.
l 3. *Reg.* 11. 43.
m 3. *Reg* 14. 31.
n 3. *Reg.* 15. 8.

CAPUT I.

¥. 1. *Liber generationis JESU CHRISTI.* Genealogia Chriſti Domini ſecundum carnem, ſeu Catalogus progenitorum Chriſti. *Filii David, filii Abraham*; hos duos præ cæteris commemorat, quod utrique promiſſio ſpecialis facta fuerit, fore ut Chriſtus ex iis naſceretur, Abrahæ quidem ut gentis totius, Davidi ut familiæ hujus capiti. Ac primo quidem loco Davidem nominat, quod Dei promiſſio non ad gentem tantummodo Judaicam, ſed ad privatam Davidis familiam pertineret. Hæc genealogia incipit ab Abraham, & definit in Joſeph virum Mariæ. Uterque Evangeliſta Matthæus & Lucas non Mariæ, ſed Joſephi ſtirpem expoſuit, cum moris non eſſet apud Judæos, ut mulierum genus deſcriberetur, ſed virorum tantummodo: unde vel nulla, vel Joſephi tantum generis facienda erat deſcriptio; non enim aliam aut Judæi, aut Gentes recepiſſent. Itaque illud apud fideles conſtat, Mariam ut filiam unicam nupſiſſe viro non ſolum ejusdem Tribus, ſed etiam ejusdem familiæ, idque ex lege Dei, cap. 36. Numer. Joſeph & Maria conſobrini fuerunt, quia eumdem habuerunt avum, Mathan nimirum. Unde in eadem ſtirpe ambo conveniunt.

¥. 5. *Salmon autem genuit Booz de Rahab.* Mulieres quædam ex occaſione poſitæ ſunt in genealogia Chriſti, quia de iis peculiare quiddam in Scripturis memoratur.

¥. 7. *Salomon autem genuit Roboam.* Vetus eſt infidelium calumnia duos Evangeliſtas Matthæum & Lucam inter ſe non convenire, cum Matthæus ad Salomonem, Lucas ad Nathan Chriſti genus referant. Communis eſt reſponſio a Matthæo naturalem generationem, a Luca vero legalem proferri, atque hinc nominum & perſonarum diverſitatem manare. Unde Joſeph ex Matthæo filius erat Jacob, ex Luca filius Heli. Hanc conciliandi utrumque Evangeliſtam rationem Julius Africanus ex lege Deuteron. cap. 25. depromit, his verbis: *Quando habitaverunt fratres ſimul*, in eadem regione, in eadem familia, *& unus abſque liberis mortuus fuerit, uxor defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eam frater ejus, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui.* Hinc duo poſſunt eſſe ejusdem filii patres, unus a quo genitus eſt, alter legalis, cujus nomen & bona poſſidet. Exemplum habemus de Obed in libro Ruth. Sic Joſeph fuit filius Jacob, & ſub ea ratione genus ejus ad Davidem per Salomonem refertur; ut filius Heli, per Nathan ad Davidem perducitur. Mathan & Mathat ex eadem uxore filios genuerunt, Mathan quidem Jacob, Mathath autem Heli: Jacob ex uxore Heli ſine liberis defuncti genuit Joſeph natura quidem ſuum, ſed ſecundum legem Heli filium. *Quidam tamen*, ait Mariana in hunc locum, *arbitrantur Matthæum genealogiam Chriſti per Joſeph deduxiſſe, Lucam per Mariam, atque Heli fuiſſe Joachimum patrem virginis, Joſephi ſocerum, quare vocatur ejus pater.* Qua de re nolo hoc loco diſputare: indicaſſe ſatis fuerit hanc utramque ſolutionem. Quod ſi tamen communior & pene recepta ſententia Julii Africani magis arrideat, non intercedam: nam ea veterum traditione nititur & promiſſionibus quæ factæ ſunt Davidi 2. Reg. 7. Pſalmis 88. & 131. ex quibus colligitur regnum Salomonis fore perpetuum, ſemen ejus in æternum manſurum. Quod in Chriſto completum eſt, commutato temporali in ſpiritale regnum. Unde Africanus apud Euſebium hanc traditionem a cognatis Domini acceptam eſſe teſtatur: *Supradictam generis ſeriem ex Ephemeridum libro quam potcrant fideliſſime deſcripſerunt.*

8. Asa autem genuit Josaphat.
Josaphat autem genuit Joram.
Joram autem genuit Oziam.
o 2. *Par.* 26. 23. 9. Ozias *o* autem genuit Joatham.
p 2. *Par.* 27. 9. Joatham *p* autem genuit Achaz.
Achaz *q* autem genuit Ezechiam.
q 2. *Par.* 28. 27. 10. Ezechias *r* autem genuit Manassen.
r 2. *Par.* 32. 33. Manasses *s* autem genuit Amon.
Amon *t* autem genuit Josiam.
s 2. *Par.* 33. 20. 11. Josias *u* autem genuit Jechoniam, & fratres ejus in transmigratione Babylonis.
t 2. *Par.* 33. 25. 12. Et post transmigrationem Babylonis: Jechonias genuit Salathiel.
u 2. *Par.* 36. 1. & 2. Salathiel autem genuit Zorobabel.
13. Zorobabel autem genuit Abiud.
Abiud autem genuit Eliacim.
Eliacim autem genuit Azor.
14. Azor autem genuit Sadoc.
Sadoc autem genuit Achim:
Achim autem genuit Eliud.
15. Eliud autem genuit Eleazar.
Eleazar autem genuit Mathan.
Mathan autem genuit Jacob.
16. Jacob autem genuit Joseph, virum Mariæ, de qua natus est Jesus, qui vocatur Christus.
17. Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim: & a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim.

† IN VIGIL. NATIV. DOM. Item IN FESTO S. JOSEPH.
II. 18. Christi autem generatio sic erat: † *x* Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto.
19. Joseph autem vir ejus cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam.
x Luc. 1. 27.
20. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Joseph

8. Asa aber zeugete Josaphat.
Josaphat aber zeugete Joram.
Joram aber zeugete Oziam.
9. Ozias aber zeugete Joatham: Joatham aber zeugete Achaz.
Achaz aber zeugete Ezechiam.
10. Ezechias aber zeugete Manassen.
Manasses aber zeugete Amon.
Amon aber zeugete Josiam.
11. Josias aber zeugete Jechoniam, und seine Brüder, um die Zeit der babylonischen Gefängniß.
12. Und nach der babylonischen Gefängniß zeugete Jechonias Salathiel.
Salathiel aber zeugete Zorobabel.
13. Zorobabel aber zeugete Abiud.
Abiud aber zeugete Eliacim.
Eliacim aber zeugete Azor.
14. Azor aber zeugete Sadoc.
Sadoc aber zeugete Achim.
Achim aber zeugete Eliud.
15. Eliud aber zeugete Eleazar.
Eleazar aber zeugete Mathan.
Mathan aber zeugete Jacob.
16. Jacob aber zeugete Joseph, den Mann Mariä, von welcher gebohren ist JEsus, der genannt wird Christus.
17. Also sind alle Glieder von Abraham bis auf David, vierzehen Glieder: und von David bis zu der babylonischen Gefängniß, vierzehen Glieder: und von der babylonischen Gefängniß bis auf Christum vierzehen Glieder.
II. 18. Aber mit der Geburt Christi hatte es diese Beschaffenheit. Nachdem seine Mutter Maria dem Joseph vermählet war, befand sich, ehe denn sie zusammen kamen, daß sie schwanger war von dem heiligen Geist.
19. Aber Joseph, ihr Mann, dieweil er gerecht war, und sie nicht berüchtigen wollte, gedachte sie heimlich zu verlassen.
20. Als er aber mit diesen Gedanken umgieng, siehe, da erschien ihm der Engel des HErrn im Schlaf, und sprach:

℣. 8. *Joram autem genuit Oziam.* Cur hic tres omittuntur reges? sc. Ochozias, Joas, & Amasias. Resp. ab Elia Propheta prædictum fuisse Achab, fore ut stirps ejus deficeret: unde & Evangelista ad quartam usque generationem Reges Juda ex Achab impiissimo Rege Israel per fœmineum genus prognatos reticuit, ob maledictionem a Deo per Eliam domui Achab prædictam: insuper quia Evangelistæ propositum erat tres tantum tesseradecades, seu triplicem generationum seriem ab Abraham ad Joseph usque recensere: Quæ autem a Davide usque ad captivitatem Babylonicam numerantur, cum sint 17. tribus his relectis ad 14. rediguntur. Nam postea alias quoque generationes omittit: cum autem ratio illius numeri occulta sit, non est cur eam curiosius scrutemur.

℣. 11. *Josias autem genuit Jechoniam:* Duos fuisse Jechonias, alibi diximus; primus Josiæ filius post primam transmigrationem occisus fuit, qui & Joakim dictus est; alter fuit hujus Jechoniæ filius, quem Evilmerodach habuit in honore, atque hic secundo loco ponitur. Hujus filius, aut nepos fuit Salathiel, qui Zorobabelem genuit. In quibusdam MSS. Græcis inter Josiam & Jechoniam interpositum est nomen Jachim: sed hanc lectionem insuper habuit Hieronymus, quia contraria est optimis exemplaribus & antiquis versionibus. *In transmigratione Babylonis.* Græce sub tempus abductionis.

℣. 12. *Et post transmigrationem.* i. postquam demigrassent.

℣. 13. *Zorobabel autem genuit Abiud.* Lib. 1. Paralip. ponitur Ananias, qui Abulensi videtur esse idem cum Abiud, aut forte Abiud alius est ex filiis Zorobabel, cujus posteritas eo loco Paralip. reticetur. Nam ab Abiud usque ad Joseph nulla in sacris litteris eorum fit mentio. Sed erant in unaquaque familia aliæ genealogiæ, ex quibus hi sumpti sunt ab Evangelista. Deest in hac tertia tessaradecade una generatio, quam expleret Phadajas, quæ vel excidit, vel de industria ille omissus fuit a Matthæo, quod apud Esdram Lib. 1. cap. 3. & L. 2. c. 7. a duobus Prophetis fuerit prætermissus, qui Zorobabel ad templi extructionem excitarunt, patris vero Phadajæ obscuri hominis non meminerint; tametsi quodammodo expressus fuit in tertia tessaradecade, cum 14. generationes numerentur. Unde non abhorret a verosimili eam generationem temporum lapsu excidisse: nec Porphyrius id umquam objecit, unam generationem a Matthæo omissam fuisse, nisi forte Zorobabel alius est ab eo, cujus fit mentio Lib. 1. Paralip. 3. 19.

℣. 16. *JESUS qui vocatur Christus:* Qui est Christus. Idem enim in Scriptura est *vocari* & *esse.*

℣. 18. *Christi autem generatio sic erat.* Quæ referri possunt vel & ad genealogiam Christi jam positam, vel & ad ejus nativitatem, de qua mox dicturus est. Græce, *Christi nativitas hæc erat: Cum esset desponsata:* Sponsi & Sponsæ voces in Scriptura iis tantummodo qui juncti sunt matrimonio, tribuuntur, idque maxime cum matrimonium ratum est. Sic Ecclesia *Sponsa Christi* dicitur, cum sit Christo desponsata: *Despondi enim vos uni viro Virginem castam,* 2. Cor. 11. In veteri Testamento Sponsæ nomen sic usurpatur, ut Deuter. 22. *Si puellam virginem desponderit vir.* Item Osee 4. *Fornicabuntur filiæ vestræ, & Sponsæ vestræ adulterabunt.* Evangelistæ autem Sponsæ nomen, & uxoris Mariæ, ut viri nomen Josepho tribuunt. *Antequam convenirent,* antequam congressi conjugali *convenirent; inventa est in utero habens de Spiritu Sancto.* Nonnulli has voces *antequam convenirent,* sic interpretantur, antequam Maria domum duceretur, atque in easdem ædes convenirent. Ut ut sit, voce illa, *antequam,* quæ in dubium revocari poterat, humanam excludit operationem, more in Scripturis usitato, non quod postea convenerint: non enim ea de re agebatur. *Inventa est,* forsan post reditum Mariæ e domo Elisabeth.

℣. 19. *Et nollet eam traducere,* perspecta quippe illi erat Mariæ virtus. Quo autem honori suo, & saluti conjugis consuleret: *Voluit eam occulte dimittere,* in aliam forte regionem commeando. Silentium Mariæ magnum fuit virtutis ejus documentum, quæ mysterium Josepho non indicavit, nec purgare se festinavit.

℣. 20. *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.* Nam de illa dimittenda cogitabat. *Mariam conjugem tuam;* Hæ voces in sponsalia de futuro ex usitato hominum sermone non conveniunt: sed accipere idem dicit, ac retinere. Quare verum inter eos matrimonium, idque ratum, non consummatum, intercessit. Neque id contrarium fuit continentiæ voto: alioquin & ipsa sponsalia eidem voto opposita quoque fuissent. Itaque Maria cum Joseph vero connubio juncta erat ex divinæ sapientiæ consilio, ut filii & matris honori consultum foret.

sprach: Joseph, du Sohn Davids, fürchte dir nicht, Mariam, dein Gemahl, zu dir zu nehmen: denn was in ihr gebohren ist, das ist vom heiligen Geist.

21. Sie wird aber den Sohn gebähren, und du sollst seinen Namen JEsus nennen: denn er wird sein Volk selig machen von ihren Sünden.

22. Dieses aber ist alles geschehen, auf daß erfüllet würde, was vom HErrn gesaget ist durch den Propheten, der da spricht:

23. Siehe, eine Jungfrau wird schwanger seyn, und den Sohn gebähren: und sie werden seinen Namen Emmanuel nennen, das ist verdollmetschet, GOtt mit uns.

24. Als nun Joseph vom Schlaf aufstund, thät er, wie ihm der Engel des HErrn befohlen hatte, und nahm sein Weib zu sich.

25. Und er erkannte sie nicht, bis sie ihren erstgebohrnen Sohn gebahr: und er nennete seinen Namen JEsus.

Das zweyte Capitel.

I. Die drey Weise bethen Christum an, 1. II. Christus fliehet in Aegypten, 13. III. Herodes läßt die unmündige Kinder tödten, 16. IV. Christus kehret wieder aus Aegypten nach Nazareth, 19.

1. Als nun JEsus gebohren war zu Bethlehem Juda, in den Tagen des Königs Herodis, siehe, da kamen die Weisen vom Aufgang gen Jerusalem,

2. Und sprachen: Wo ist der König der Juden, der da gebohren ist? Denn wir haben seinen Stern im Aufgang * gesehen, und sind kommen ihn anzubethen. * Morgenland.

fili David, noli timere accipere Mariam, conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

21. Pariet autem filium *y*: & vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. *y Luc. 1. 31. Actor. 4. 12.*

22. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem:

23. Ecce *z* virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum Nobiscum Deus. *z Isai. 7. 14.*

24. Exurgens autem Joseph a somno, fecit, sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem suam.

25. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocavit nomen ejus Jesum.

CAPUT II.

I. Magi cum muneribus Christum natum adorant, 1. II. Christus fugit in Ægyptum, 13. III. Herodes in infantes sævit, 16. IV. Christus redit in terram Israel, 19.

1. Cum † ergo natus esset Jesus in Bethlehem Juda in diebus Herodis regis, * ecce, Magi ab Oriente venerunt Jerosolymam, † *IN EPIPH. Luc. 2. 7.* * *Regni ejus ann. 36. editionis Julianæ 41. Per. Jul. 4709. M. 4000. ante æram vulgarem 4.*

2. Dicentes: Ubi est, qui natus est Rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum.

3. Au-

---

foret. Quid enim Judæi adversus Christum non dixissent, si sponsalia tantum, non verum fuisset matrimonium? Eam controversiam erudite pertractat Auctor Analyseos Gallicæ dilert. 2. ac subinde monet hanc quæstionem ortam esse ex homonymia, seu ex *æquivocatione*, ut loqui solemus, earum vocum sponsi & sponsæ, quæ interim pro iis, qui in futurum matrimonium sibi invicem fidem dederunt, interim pro iis, qui reipsa matrimonio juncti sunt, accipiuntur. *Quod enim in ea natum est*, i. e. conceptum, *de Spiritu Sancto est:* non ex fide violata, non ex vi extranea, sed ex virtute Spiritus Sancti in momento formatum est Christi Corpus, natum quodammodo & omnibus suis partibus absolutum.

℣. 21. *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum:* sic explicat etymon nominis & pariter officium JESU, sc. Salvatoris.

℣. 23. *Ecce Virgo in utero habebit &c.* Quæ solus Deus efficere potest. Hoc Isaiæ testimonio evincit Evangelista JEsum esse Messiam & Dei Filium, qui locus expositus fuit cap. 7. Isaiæ. Græce: *Illa virgo:* quo quidem articulo singularem & certam, imo & Beatissimam Virginem designari valde est probabile, uti a viro docto fuit annotatum. *Et vocabitur nomen ejus Emmanuel*, Phrasi Hebraica nomen pro re sumitur: erit verus Emmanuel Deus & homo.

℣. 25. *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum.* Vox, *donec*, id tantum indicat, quod antea factum non fuit, non quod eam postea cognoverit: id unum designat, non eam cognovisse: & illæ particulæ, *antequam, donec*, indefinitum relinquunt, quid postea factum sit. Simile donec invenitur Gen. 8. v. 7. item 2. Reg. 6. v. 23. Sola Virginis fides, cum Spiritus Sancti operatione, quasi umbra, ut ait Angelus Gabriel apud Lucam, in hoc mysterio enituit. *Filium suum primogenitum*, non quod alios habuerit fratres, sed quia nullum ante. Sic omnis unigenitus est primogenitus: Numer. 18. 15. primogenitus est ante quem nullus.

CAPUT II.

℣. 1. *Cum ergo natus esset Jesus — in diebus Herodis Ascalonitæ regis.* Mortuus est Herodes anno correctionis Julianæ 42. ab urbe condita 750. mense Novembri: unde & Christus natus est anno 749. Annus vero æræ vulgaris consulatu Caji Cæsaris, & Æmilii Pauli, incidit in annum 46. correctionis, & 754. urbis conditæ: adeo ut Nativitas Christi antevertat æram communem 4. annis & 7. diebus. Atque hic error in computanda æra Christianorum circa annum 525. Justino imperante irrepsit, cum Dionysius exiguus annos computare cœpit ab Incarnatione Christi, quod huic anno numeri aurei, seu cycli lunaris annum primum illigare voluerit. Nunc vero a primo die Januarii anni 46. Juliani post Nativitatem Christi jam ab aliquot sæculis æra Christiana incipit. Inter eruditos nostræ ætatis illud fere convenit Christum natum esse anno 33. Herodis ab expugnata Hierosolyma, & a capto Antigono, a primo consulatu Augusti 39. qui erat duodecimus ejus consulatus; qua de re alibi fusius. *Ecce Magi:* Sic vocari solebant in Oriente, qui singularem profitebantur *sapientiam, & prudentiam, quæ de terra est*, Baruch 3. Atque in Arabia tam frequentes erant Magi, ut juxta Ptolemæum, L. 6. Geograph. cap. 8. nomen dederint sinui in parte Orientali Arabiæ sito. Utrum reges ii fuerint, an reguli tantummodo & potentes, ut Job. 2. amici ejus reges vocitantur, dubitari solet. Nec fuisse Magos proprie dictos, qui artem magicam exercerent, certum est. Porro, inquit Erasmus, quod Magi nominentur, nemo maleficas artes, quas vulgo magicas dicimus, somniet. Siquidem quos Græci *Sophos*, aut Philosophos, Chaldæi Magos vocant, ut testatur D. Hieronymus in Danielem. Aliis videntur fuisse siderum observatores. Hinc Munsterus: Hi Magi nostri fuerunt præcipue siderum contemplatores, quorum Dominus misertus novam condidit stellam, quæ ipsos ad Christum perduceret. Ac probabilius videtur ex Arabia Magos venisse, quam e Perside, quæ 500. ferme leucis distat Hierosolyma. Dein Prophetia Balaam, Num. 24. *Orietur stella ex Jacob*, quæ suo loco fuit exposita, iis erat notior, quam Persis, aut Chaldæis. Hanc vero Magorum adorationem paucis post Nativitatem diebus factam esse Matthæus his verbis innuere videtur: *Cum natus esset Jesus*, &c. Huic sententiæ favent Justinus Martyr in dialogo cum Tryphone. Tertull. contra Judæos cap. 9. qui hæc verba Psalm. 71. his aptat, *Reges Arabum & Saba munera offerent.* Atque hi reguli insularum reges terræ & maris adumbrarunt, qui Christum postea coluere fide, spe, & charitate.

℣. 2. *Vidimus enim stellam ejus:* Nativitatis ejus indicem. *In Oriente;* Illud est probabilius tum visam fuisse stellam, cum natus est Jesus; Locum inquirunt Magi ubi natus sit Christus, in cujus rei argumentum afferunt ejus stellam a se visam, quam utique viderunt, non ut futuræ, sed ut præteritæ nativitatis indicem. Veteres plerique Magorum historiam post Purificationem contigisse putant, ut vetustissima Evangeliorum concordia, quæ Ammonio tribuitur. S. Leo post Eusebium in Chronico rerum hunc ordinem constituere videtur, cum ait Epist. 16. *Aliud esse tempus, quo infans circumciditur, aliud quo hostia pro eo legalis offertur, aliud cum tres Magi, &c.* Communis tamen sententia est ante diem Purificationis Magos Jesum adorasse, cum ex veteri Ecclesiæ traditione dies sextus Januarii huic manifestationi sit consecratus. Quamquam fatear non satis firmum hinc duci argumentum, eos ante diem Purificationis venisse, quod diem Epiphaniæ sexto Januarii Ecclesia Latina ante 1300. annos celebret. Nam in Oriente festum Nativitatis Domini, & manifestationem, & mysteria pene omnia, quæ ad Christi infantiam pertinent, Baptisma quoque ejus eodem die celebrabant, teste Cassiano, collat. 10. Nunc etiam die 25. Decembris Epiphaniam cum nativitate conjungunt. Ecclesia autem Latina ab initio saltem quinti sæculi Epiphaniam diei sexto Januarii affixit, cui & Baptisma Christi, & miraculum in Cana Galilææ factum adjunxit. Sic

3. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo.

4. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis, ubi Christus nascceretur.

5. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ: Sic enim scriptum est per Prophetam:

a Mich. 5. 2. *Joan.* 7. 42. 6. Et *a* tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

7. Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis:

8. Et mittens illos in Bethlehem, dixit: Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum.

9. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos, usquedum veniens staret supra, ubi erat puer.

10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio magno valde.

11. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: *b* & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum, thus, & myrrham.

b Psalm. 71. 10.

12. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

SS. INNOCENTIUM. II. 13. Qui cum recessissent, ecce ✝ Angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & esto ibi, usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

14. Qui consurgens accepit puerum, & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum:

15. Et erat ibi usque ad obitum Herodis: ut adimpleretur, quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: *c* Ex Ægypto vocavi filium meum.

c Ose 11. 1.

III. 16. Tunc Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus a bimatu & infra, secundum tempus, quod exquisierat a Magis.

17. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Jeremiam Prophetam dicentem:

d Jer. 31. 15. 18. Vox *d* in Rama audita est, ploratus & ululatus multus; Rachel plorans fi-

3. Da dieses aber der König Herodes hörete, erschrack er, und ganz Jerusalem mit ihm.

4. Und er versammelte alle Obersten der Priester, und die Schriftgelehrten des Volks, und erforschete von ihnen, wo Christus sollte gebohren werden.

5. Sie aber sprachen zu ihm: Zu Bethlehem Juda: Denn also stehet geschrieben durch den Propheten:

6. Und du Bethlehem im Lande Juda, bist mit nichten die geringste unter den Fürsten Juda: Von dir wird ausgehen der Herzog, der mein Volk Israel regieren soll.

7. Da forderte Herodes die Weisen heimlich, und erkundigte mit Fleiß von ihnen die Zeit, in der ihnen der Stern erschienen war:

8. Und er sandte sie gen Bethlehem, und sprach: Ziehet hin, und fraget mit Fleiß nach dem Kind: Und wenn ihrs gefunden habt, so thut mirs zu wissen, daß ich auch komme, und es anbethe.

9. Als sie nun den König gehöret hatten, zogen sie hin. Und siehe, der Stern, den sie im Aufgang gesehen hatten, gieng vor ihnen her, bis daß er kam, und stund oben darüber, da das Kind war.

10. Da sie aber den Stern sahen, wurden sie sehr hoch erfreuet.

11. Und sie giengen in das Haus, und funden das Kind mit Maria seiner Mutter: und fielen nieder, und betheten es an. Und sie thäten ihre Schätze auf, und opferten ihm Gaben, Gold, Weyhrauch, und Myrrhen.

12. Und nachdem sie eine Antwort * im Schlaf empfangen hatten, daß sie zu Herode nicht wiederum kehren sollten, zogen sie durch einen andern Weg wiederum in ihr Land.

* Unterricht.

II. 13. Als sie nun hinweggeschieden waren, siehe, da erschien der Engel des HErrn dem Joseph im Schlaf, und sprach: Stehe auf, und nimm das Kind, und seine Mutter, und fliehe in Aegypten, und bleibe allda, bis ich dir es sage. Denn es wird geschehen, daß Herodes das Kind suchen wird, dasselbige zu tödten.

14. Da stund er auf, und nahm das Kind, und seine Mutter bey der Nacht, und entwich in Aegypten:

15. Und er war allda bis zum Tod Herodis: auf daß erfüllet würde, was vom HErrn gesaget ist durch den Propheten, der da spricht: aus Aegypten habe ich meinen Sohn berufen.

III. 16. Als Herodes nun sahe, daß er von den Weisen betrogen war, ward er sehr zornig, und schickte aus, und tödtete alle Kinder, die zu Bethlehem waren, und in allen ihren Gränzen, welche zwey Jahre alt, und darunter waren, nach der Zeit, die er von den Weisen erforschet hatte.

17. Da ward erfüllet, was gesagt ist durch den Propheten Jeremiam, der da spricht:

18. Es ward zu Rama eine Stimme gehöret, viel Weinens und Heulens: Rachel beweinete ihre Kinder, und wollte

---

Sic & Innocentes die 28. Decembris occisi non sunt, tametsi is dies eorum martyrio consecretur. Probabilius tamen videtur paucis ante Purificationem diebus Magos advenisse.

℣. 4. *Et congregans omnes principes Sacerdotum*, 24. familiarum sacerdotalium principes, qui primi erant inter sacerdotes.

℣. 6. *Et tu Bethlehem terra Juda.* Sic locus ille Michææ 5. 2. profertur a scribis, ut pro *Ephrata* posuerint *terra Juda*, & pro *minima es*, *nequaquam minima es.* Scribæ & Pharisæi explicare maluerunt, quod sentit Propheta, quam sensum ejus subobscurum reddere. In Hebræo, & in 70. deest negatio: sic habet Propheta: *Et tu Bethlehem Ephrata*, quæ alio nomine vocaris Ephrata, cum esset altera Bethlehem in tribu Zabulon: *Parvulus es*, Matth. 2. *Nequaquam minima es.* Sunt qui ob eam rationem hunc locum a Judæis corruptum velint; alii legunt per interrogationem, *numquid parvula es?* Isidorus L. 1. contra Judæos, cap. 11. Sic tamen commode potest explicari, licet sis exigua civium numero, ex te tamen dux magnus orietur, nec dignitate parva es. *In millibus Juda*, in oppidis Juda. Matth. 2. *In principibus Juda;* vox Hebræa utroque modo verti potest. Idem est Bethlehem esse in principibus, & in millibus exiguam comparate ad urbes majores, non minimam dignitate; exiguum licet oppidum, insignem tamen dabis principem. Tribus Juda in cœtus 1000. hominum distincta erat.

℣. 7. *Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit.* En ambitiosi Regis studia & fictiones.

℣. 11. *Et intrantes domum.* i. Stabulum, quia Hebræi, mansionem etiam bestiarum vocant domum. *Procidentes adoraverunt eum.* Ergo Christus ubicumque sit, est adorandus, & in Eucharistia maxime sub speciebus panis, & vini.

℣. 12. *Et responso accepto in somnis*, divinitus moniti.

℣. 13. *Apparuit in somnis Joseph.* sc. post aliquot mensium moram in Nazareth.

℣. 15. *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Sumitur hic locus ex Osee cap. 11. v. 1. sed juxta alios ex cap. 23. v. 22. Numeror. Quem locum etsi ad litteram de reditu Israelitarum ex Ægypto interpretari licet, optime tamen de Christi reditu intelligitur, saltem per allegoriam, cum sit verus Dei Filius.

℣. 16. *Occidit omnes pueros — a bimatu & infra.* Ex ipso tempore, quo visa est stella, Herodes constituit occidere infantes a bimatu & infra, ne forte is, quem timebat, ante hoc tempus a Magis indicatum illius sævitiam eluderet: non autem post tempus visæ stellæ editos jussit occidi: id enim erat prorsus inutile.

℣. 18. *Vox in Rama audita est.* Jerem. 31. Rama urbs erat in excelso loco posita in finibus Benjamin. Rachel mater Benjamin sepulta fuit in via quæ ducit Bethlehem paucis milliaribus ab urbe Rama. Per hanc urbem in tribu Benjamin sitam ductus est populus in captivitatem Babylonicam, tumque eam urbem ululatus captivorum imple-

wollte sich nicht trösten lassen, dieweil sie nicht mehr vorhanden sind.

IV. 19. Nachdem aber Herodes gestorben war, siehe, da erschien der Engel des HErrn dem Joseph im Schlaf in Aegypten,

20. Und sprach: Stehe auf, und nimm das Kind, und seine Mutter, und ziehe in das Land Israel: denn sie sind gestorben, die dem Kind nach dem Leben stellten.

21. Da stund er auf, und nahm das Kind, und seine Mutter, und kam in das Land Israel.

22. Da er aber hörete, daß Archelaus im jüdischen Lande an seines Vaters Herodis Statt regierte, fürchtete er sich dahin zu ziehen: Und nachdem er im Schlaf erinnert worden, wiche er in die Oerter des galiläischen Landes.

23. Und er kam, und wohnete in der Stadt, welche Nazareth genennet wird: damit erfüllet wurde, was durch die Propheten gesagt ist: Daß er ein Nazareer sollte genennet werden.

Das dritte Capitel.

I. Johannes der Taufer prediget Buße, und taufet das Volk, 1. II. Strafet die Phartsäer, und Sadducäer, 7. III. Macht einen Unterschied zwischen seiner, und Christi Taufe, 11. IV. Taufet Christum, über welchen der heilige Geist erscheinet, und die Stimme des himmlischen Vaters gehöret wird, 13.

1. Aber in denselbigen Tagen kam Johannes der Taufer, und predigte in der Wüsten des jüdischen Landes,

2. Und sprach: Thut Buße, denn das Himmelreich ist nahe herbeykommen.

3. Denn dieser ists, von welchem gesaget ist durch den Propheten Isaiam, der da spricht: Eine Stimme des Rufenden in der Wüste: Bereitet den Weg des HErrn: machet richtig seine Wege.

4. Er aber Johannes selbst ward bekleidet von Cameelshaaren, und hatte eine Gürtel von einem Fell um seine Lenden, aber seine Speise war Heuschrecken, und wild Honig.

5. Da gieng Jerusalem zu ihm hinaus, und das ganze jüdische Land, und die ganze Gegend am Jordan,

6. Und ließen sich im Jordan von ihm taufen, und bekannten ihre Sünden.

lios suos, & noluit consolari, quia non sunt.

IV. 19. † Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in Ægypto. † *IN VIGIL. EPIPH.*

20. Dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem ejus, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.

21. Qui consurgens, accepit puerum, & matrem ejus, & venit in terram Israel.

22. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Judæa pro Herode patre suo: timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.

23. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.°

CAPUT III.

I. Joannes Baptista pœnitentiam in deserto prædicat: 1. II. Reprehendit Pharisæos una cum Sadducæis, 7. III. Docet, quantum suus a Christi baptismo differat; 11. IV. Super Christum baptizatum descendit Spiritus sanctus, & vox Patris cælitus auditur, 13.

1. In diebus † autem illis venit Joannes Baptista, prædicans in deserto Judææ. † *Ann. M. 4032. inchoato. æræ vulg. 28.*

2. Et dicens: *a* Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. *a Marc. 1. 4. Luc. 3. 3.*

3. Hic est enim, qui dictus est per Isaiam Prophetam dicentem: *b* Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas ejus. *b Isaiæ 40. 3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4.*

4. Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem ejus erat locustæ & mel silvestre.

5. Tunc *c* exibat ad eum Jerosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem; *c Marc. 1. 5.*

6. Et baptizabantur ab eo in Jordane, confitentes peccata sua.

implevit. Unde hæc Prophetia ex parte impleta est tempore Nabuchodonosoris, sed ultimum habuit complementum in ipso infanticidio. Macrob. Lib. 2. Saturnal. cap. 4. *Cum audiisset*, inquit, *Augustus inter pueros, quos in Syria Herodes rex Judæorum intra bimatum jussit occidi, filium quoque ejus occisum, ait: Melius est Herodis porcum esse quam filium.* Non quod Antipater Herodis filius una cum Innocentibus occisus fuerit: sed Augustus illius necem simul accepit cum infanticidio, ac jam alios ejus liberos neci datos noverat. Josephus hujus nefarii sceleris nullam facit mentionem, quod forte id parvi duxerit, infantes illius urbis occisos fuisse; vel quod Nicolaus Damascenus, qui Herodi erat ab intimis, eam necem silentio prætermiserit.

℣. 20. *Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.* Numerus pluralis pro singulari, quæ est enallage numeri.

℣. 22. *Secessit in partes Galileæ.* Ubi imperabat Herodes Antip.

℣. 23. *Quoniam Nazaræus vocabitur.* Vox in Scripturis usitata, Deo consecratum & a sæculo secretum significat: utrumque Christo optime convenit. *Quod dictum est per Prophetas*; per unum e Prophetis forma loquendi usitata. Joan. 6. 45. *Est scriptum in Prophetis, erunt omnes docibiles Dei*, Isaiæ 54. Sic Act. 13. 40. *Dictum est in Prophetis, videte contemptores*, Habacuc 1. 5. *Nazaræus vocabitur*, ad Isaiæ c. 11. alludit, *& flos de radice ejus ascendet*, Hebraice *Nezer*. Christus *flos ille* fuit, qui virtutum & doctrinæ suæ odore totum implevit orbem. In Syriaca versione, *dictum est per Prophetam:* Quamvis Scriptura sæpe numerum pluralem pro singulari usurpet. Vox etiam *Nazaraus* de Christo ab ipsa urbe *Nazareth* ducitur. Antiqui *Nazaræi* a verbo *Nazar*, hoc est, separare, dicti sunt.

CAPUT III.

℣. 1. *In diebus autem illis venit Joannes.* Euthymius notat, persæpe hunc loquendi modum continuatam temporum seriem non designare.

℣. 2. *Pœnitentiam agite.* Non solam fidem prædicat, sed legationem suam a prædicatione pœnitentiæ auspicatur. Cum apud infideles agitur, tum a fide ipsa incipiendum, ut Apostoli in Actis præstiterunt: sed apud Judæos, qui verum Deum colebant, a pœnitentia exordium sumitur. Christus nondum erat manifestatus, ac fides in Christum paulatim erat declaranda.

℣. 3. *Vox clamantis in deserto.* Locus ex cap. 40. Isaiæ desumitur, ubi nonnulli sic legunt, *vox clamantis in deserto: Parate viam Domino*, scilicet Christo venturo: sed communis lectio est apertior. Quatuor Evangelistæ Præcursoris acta referunt, quæ ad hæc summa capita referuntur. 1. Ad ministerium ejus, prædicationem scilicet & Baptismum, 2. Ad vitæ austeritatem, 3. Ad fructum prædicationis, 4. Ad ea, quæ unicuique hominum conditioni dabat vitæ regendæ consilia, 5. Ad complura, eaque de Christo illustria testimonia referuntur.

℣. 4. *Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum.* Vestitus non instar cilicii textilis, vulgo *du Camelot*, sed ex pellibus camelorum consutis, ut olim Prophetæ, ait vir doctus R. Simo: victum & vestitum Joannis describit Matthæus. Instar Eliæ vestitus primum Christi adventum annuntiabat, ut Elias secundum præmuntiabit. *Esca autem ejus erat locustæ:* Levit. 11. 22. inter volucres mundas locustæ recensentur. Bothardus in descriptione terræ sanctæ ait, in Palæstina herbas esse eo nomine ad Jordanem, illis vesci Monachos. Communior sententia est fuisse veras locustas, quibus sale conditis multis in regionibus vesci pauperes testatur Plinius, L. 6. cap. 30. & L. 7. cap. 2. *Mel Silvestre* est mel ab apibus agrestibus, arborum truncis, aut rupibus repositum. Non magis ille verbis quam durioris vitæ genere & exemplo suo ad pœnitentiam hortabatur.

℣. 6. *Et baptizabantur ab eo.* Baptisma Joannis velut medio erat loco inter baptismata Judæorum, seu legales ablutiones omnino steriles, & baptisma Christi, quod solum justitiam confert. Ad hoc Baptisma Joannes præparabat Judæos, & pœnitentiæ prædicatione disponebat, *ut remissionem* peccatorum acciperent a Christo. *Confitentes peccata sua:* Falsa est calumnia Protestantium Catholicos doctores ex hoc loco probare Confessionem Sacramen-

11. 7. Videns autem multos Phariſæorum, & Sadducæorum, *d* venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira?

d Luc. 3. 7.

8. Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

9. Et ne velitis dicere intra vos *e*: Patrem habemus Abraham, dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ.

e Joan. 8. 39.

10. Jam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

III. 11. Ego *f* quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portare: ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni,

f Marc. 1. 8. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 26. *Actor.* 1. 5.

12. Cujus ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam: & congregabit triticum ſuum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

IV. 13. Tunc *g* venit Jeſus a Galilæa in Jordanem ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.

g Marc. 1. 9. *Anno M.* 4033. *ætatis Chr.* 34. *inchoato, ætæ vul.* 30.

14. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?

15. Reſpondens autem Jeſus, dixit ei: Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem juſtitiam. Tunc dimiſit eum.

h Luc. 3. 22.

16. Baptizatus autem Jeſus *h*, confeſtim aſcendit de aqua, & ecce aperti ſunt ei cœli: & vidit Spiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe.

i Luc. 9. 35. *2. Pet.* 1. 17.

17. Et *i* ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAPUT IV.

I. Chriſtus in deſerto poſt jejunium quadraginta dierum vincit diaboli tentationes: 1. *II. Capto Joanne ſecedens in Capharnaum, pœnitentiam prædicat:* 12. *III. Piſcatores Petrum & Andream, Jacobum & Joannem Zebedæi vocat:* 18. *IV. Annuntians Galilæis Evangelium, varias curat infirmitates,* 23.

† *DOM. I. QUAD. Marci* 1. 12. *Luc.* 4. 1.

1. Tunc † Jeſus ductus eſt in deſertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo.

11. 7. Als er aber viele Phariſäer, und Sadducäer zu ſeiner Taufe kommen ſah, ſprach er zu ihnen: Ihr Natterzucht, wer hat euch angezeiget, dem künftigen Zorn zu entfliehen?

8. Derowegen thut würdige Früchte der Buße.

9. Und wollet bey euch ſelbſt nicht ſagen: Wir haben Abraham zum Vater, denn ich ſage euch, GOtt kann dem Abraham auch aus dieſen Steinen Kinder erwecken.

10. Denn die Art iſt ſchon an die Wurzel der Bäume geſetzt: Ein jeglicher Baum, der nicht gute Frucht bringet, wird abgehauen, und in das Feuer geworfen werden.

III. 11. Ich zwar taufe euch mit Waſſer zur Buße: Der aber nach mir kommen wird, der iſt ſtärker, denn ich, deſſen Schuhe ich auch nicht werth bin zu tragen. Derſelbige wird euch mit dem heiligen Geiſt, und mit Feuer taufen.

12. Er hat ſeine Wurfſchaufel in ſeiner Hand, und er wird ſeine Tenne durchfegen: und wird ſeinen Waizen in die Scheuern ſammeln: aber die Spreu wird er mit einem unauslöſchlichen Feuer verbrennen.

IV. 13. Damals kam JEſus aus Galiläa an den Jordan zu Johanne, auf daß er von ihm getaufet würde.

14. Johannes aber wehrete ihm, und ſprach: Ich ſoll billig von dir getaufet werden, und du kommeſt zu mir?

15. JEſus aber antwortete, und ſprach zu ihm: Laß es jetzt geſchehen, denn alſo gebühret es ſich, daß wir alle Gerechtigkeit erfüllen. Da ließ ers ihm zu.

16. JEſus aber, da er getaufet war, ſtieg alsbald herauf aus dem Waſſer: und ſiehe, die Himmel wurden ihm aufgethan: und er ſahe den Geiſt GOttes wie eine Taube herabfahren, und auf ihn kommen.

17. Und ſiehe, eine Stimme vom Himmel herab ſprach: Dieſer iſt mein geliebter Sohn, an welchem ich ein Wohlgefallen habe.

Das vierte Capitel.

I. Chriſtus faſtet in der Wüſte vierzig Tage und Nächte, und wird vom böſen Feind verſucht, 1. II. Fänget an, nachdem Johannes gefangen worden, in der Stadt Capharnaum zu predigen, 12. III. Beruſet Petrum, Andream, Jacobum und Johannem, 18. IV. Prediget in Galiläa, heilet allerhand Krankheiten, und treibet Teufel aus, 23.

1. Da ward JEſus vom Geiſt in die Wüſte geführet, auf daß er vom Teufel verſucht würde.

2. Und

---

mentalem: non enim Sacramenta novæ legis inſtituta ſunt vivo Joanne. Sed hinc colligitur quamdam peccatorum Confeſſionem tum in uſu fuiſſe, eamque ſingillatim factam. Hoc enim proprie eſt confiteri peccata ſua, non univerſim peccatorem ſe eſſe profiteri; Neque id erat Joannis munus, ut novæ legis Sacramenta inſtitueret, ſed ut viam ad illa muniret; ac baptiſmus Joannis erat externa quædam pœnitentiæ profeſſio; cumque conſilium vitæ in melius mutandæ a Joanne peterent, actus vitæ præteritæ exponebant.

℣. 7. *Progenies viperarum*, malorum parentum pejores filii, pleni iniquitatis veneno. *Quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira.* i. Ab ultione vobis imminente.

℣. 8. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.* Ergo ſola fides non ſufficit, ſed bonis operibus eſt ſocianda.

℣. 9. *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ:* In dativo caſu: poteſt Deus alios ſuſcitare Abrahæ filios, gentes nimirum, & promiſſionem ei factam implere.

℣. 10. *Jam enim ſecuris &c.* Inſtat ultio divina: Iterum bona commendat opera, ut neceſſaria, non ſolum in teſtimonium, & profeſſionem fidei.

℣. 11. *Cujus non ſum dignus calceamenta portare.* Alii Evangeliſtæ, *corrigiam calceamenti ſolvere*, in eamdem ſententiam. *Potuit ſic dicere, cujus non ſum dignus corrigiam calceamenti ſolvere, nec calceamenta portare: ut unus Evangeliſtarum hinc aliud, alii vero aliud, omnes tamen verum narraverint*, inquit Aug. Lib. 2. de conſ. cap. 12. idque eo in libro ſæpius inculcat, quod *non tam verborum, quam rerum quærenda, vel ampleſtenda eſt veritas.* Hinc Maldonatus in cap. 21. Joannis: *Per ſanctos ſcriptores ita accommode locutus eſt Spiritus Sanctus, ac ſi ipſi ſuo modo, conceptu, voce, loquerentur & ſcriberent.* Baptiſmus merſionem ſignificat. *Baptizabit;* Quod nunc confero baptiſma, externum eſt tantummodo, idque ad aliud præparat longe præſtantius, quod purgabit animam, & jus illi in cœleſtem hæreditatem dabit, purificando donis Spiritus S. & igne charitatis. Joannes baptiſmo ſuo & prædicatione excitabat ad pœnitentiam, non peccata auferebat.

℣. 12. *Paleas autem comburet igni inextinguibili:* Supplicium æternum hoc in loco indicat: nec tamen, inquit Eſtius, pœna ignis materialis hinc aperte colligitur, cum totus ſermo ſit metaphoricus.

℣. 13. *Venit Jeſus — ut baptizaretur.* Ut baptiſmo Joannis auctoritatem daret, aquam ſanctificaret, ac manifeſtus fieret populo.

℣. 14. *Ego a te debeo baptizari*, mundari: Baptiſmo Chriſti opus habebat, ſaltem inviſibili.

℣. 15. *Sic enim decet nos implere omnem juſtitiam*, ſc. perfectam juſtitiam, ut Jacobi 1. 2. *Omne gaudium:* Decet nos omne, quod juſtum eſt. *Dimiſit*, ſivit eum facere.

℣. 16. *Et vidit Spiritum Dei deſcendentem:* An Chriſtus ipſe? tum vero legendum eſſet, ut in vulgata, *deſcendentem ſuper ſe.* An Joannes: tumque legendum eſſet, *ſuper ipſum*, ut eſt in Græco & in Syro. Ex Marco cap. 1. Jeſus ipſe vidit cœlos apertos, &c. Sed & Joannes ipſe vidit, ex Joan. cap. 1.

℣. 17. *In quo mihi complacui:* Qui mihi ſingulari modo gratus eſt, & acceptus. In Græco: *Ille filius meus*, non adoptivus, ſed naturalis, ex me genitus. Quod Patris de Filio teſtimonium repetitur cap. 17. idque non ſolum a tribus Evangeliſtis, ſed etiam a Petro Apoſtolo 2. Epiſt. c. 1. refertur, ut res maximi momenti.

CAPUT IV.

℣. 1. *Tunc Jeſus ductus eſt in deſertum a Spiritu*, ſc. Sancto, cujus mentio facta eſt in fine ſuperioris capitis: docere nos voluit, quibus armis tentationes ſuperentur, jejunio nimirum, oratione, & Scripturarum meditatione. Deſertum illud, in quod ſe recepit Jeſus, inter mare mortuum & urbem Jericho ſitum eſt, idque poſtea vocatum fuit deſertum tentationis. Tentavit diabolus, non ſolum, ut probaret, ſed etiam ut in peccatum induceret.

2. Und als er vierzig Tage und vierzig Nächte gefastet hatte, darnach hungerte ihn.

3. Und der Versucher tratt hinzu, und sprach zu ihm: Bist du GOttes Sohn, so sprich: daß diese Steine Brod werden.

4. Er antwortete, und sprach: es stehet geschrieben: Der Mensch lebet nicht allein vom Brod, sondern von einem jeglichen Worte, das aus dem Munde GOttes hergehet.

5. Da nahm ihn der Teufel mit sich in die heilige Stadt, und stellete ihn auf die Zinne des Tempels.

6. Und sprach zu ihm: Bist du GOttes Sohn, so lasse dich hinab. Denn es stehet geschrieben: Er hat seinen Engeln von dir befohlen, und sie werden dich auf den Händen tragen, damit du nicht etwan deinen Fuß an einen Stein stoßest.

7. JEsus sprach zu ihm: Es stehet wieder geschrieben: Du sollst GOtt deinen HErrn nicht versuchen.

8. Abermal nahm ihn der Teufel mit sich auf einen sehr hohen Berg, und zeigete ihm alle Königreiche der Welt, und ihre Herrlichkeit.

9. Und sprach zu ihm: Dieses alles will ich dir geben, wenn du niederfälleſt, und mich anbetheſt.

10. Da sprach JEsus zu ihm: Gehe hinweg Satan: denn es stehet geschrieben: Du sollst den HErrn deinen GOtt anbethen, und ihm allein dienen.

11. Da verließ ihn der Teufel, und siehe, die Engel traten hinzu, und dieneten ihm.

II. 12. Nachdem aber JEsus gehöret hatte, daß Johannes überantwortet war, zog er in Galiläam.

13. Und er verließ die Stadt Nazareth, und kam, und wohnete zu Capharnaum, welche am Meer gelegen ist, an den Gränzen Zabulon, und Nephthalim:

14. Damit erfüllet würde, was durch den Propheten Isaiam gesagt ist:

15. Das Land Zabulon, und das Land Nephthalim, der Weg am Meer, jenseit des Jordans, Galiläa: darinnen die Heyden wohnen,

16. Das Volk, so in der Finsterniß saß, hat ein großes Licht gesehen, und denen ist ein Licht aufgegangen, welche saßen im Lande, da der Schatten des Todes ist.

17. Von der Zeit an fieng JEsus an zu predigen, und zu sagen: Thut Buße: denn das Himmelreich ist nahe herbeykommen.

III. 18. Als aber JEsus am galiläischen Meer wandelte,

2. Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

3. Et accedens tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.

4. Qui respondens dixit; scriptum est *a*: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *a Deut.* 8. 3. *Luc.* 4. 4.

5. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.

6. Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim *b*: Quia angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. *b Psalm.* 90. 11.

7. Ait illi Jesus: Rursum scriptum est *c*: Non tentabis Dominum Deum tuum. *c Deut.* 6. 16.

8. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

9. Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.

10. Tunc dicit ei Jesus: Vade Satana: Scriptum est enim: *d* Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. *d Deut.* 6. 13.

11. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

II. 12. Cum autem audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, *e* secessit in Galilæam: *e Marc.* 1. 14.

13. Et, relicta civitate Nazareth, venit, & habitavit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon, & Nephthalim: *Luc.* 4. 14. *Joan.* 4. 43.

14. Ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam:

15. Terra *f* Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium. *f Isaiæ* 9. 1.

16. Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

17. Exinde *g* cœpit Jesus prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquavit enim regnum cœlorum. *g Marc.* 1. 15.

III. 18. ✝ Ambulans autem Jesus juxta mare Gali- ✝ *IN FESTO S. ANDREÆ.*

℣. 2. *Cum jejunasset -- postea esuriit.* Antea non esurierat: Diabolus cognoscere voluit, an esset vere Filius Dei: ac forte non dubitabat, quin esset Filius Dei post tam illustre Patris æterni in baptismo testimonium: sed incertus erat, an naturalis esset Dei Filius, an per adoptionem quamdam excellentem. Christus sic eum repulit, ut in eadem illum ambiguitate reliquerit.

℣. 4. *Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo.* In omni re: *Quod procedit*, quod jubetur a Deo: sic pro *re*, sæpe ponunt *verbum*. Assumpsit ut duceret eum supra *pinnaculum templi*. Illud verisimile est pinnaculum templi, aut loricam fuisse, Gallice *vulgo le Parapet*, in summo templi fastigio positam; aut potius porticus ad meridiem sitæ tectum, vel solarium pinnis, seu lorica septum indicat. Quæ porticus altero tanto aliis sublimior erat; vallis profunda erat huic subjecta. *Mitte te deorsum*, coram omni populo, ut credat te Messiam esse Patribus a Deo promissum.

℣. 6. *Angelis suis mandavit.* Græcus & 70. mandabit.

℣. 7. *Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.* Deuteron. 6. Is Deum tentat, qui potentiæ divinæ vult facere periculum, aut quærit miraculum, cum nihil opus est.

℣. 8. *Ostendit ei omnia regna mundi:* An digito designans, aut narrando, aut per species objectas oculis Christi subjiciens? Græce, *in momento temporis*, seu brevissimo temporis spatio. Sunt qui mundi nomine Romanum interpretantur imperium.

℣. 10. *Et illi* (Deo tuo) *soli servies.* Vox Græca cultum uni Deo debitum significat. Deuter. 6. sic habetur, *Dominum tuum timebis:* timere Deum est eum colere. Christus sensum reddidit magis quam verba. Prima quidem tentatio eam præseferebat speciem, ut instanti necessitati fieret satis; secunda ad vanam curiositatem, tertia ad idololatriam inducebat. Primo tentavit ut Filium Dei, secundo ut Prophetam, tertio ut hominem e vulgo. August. Lib. 2. de consensu Evang. cap. 16. *Totum hoc similiter Lucas narrat, etsi non eodem ordine: unde incertum est, quid prius factum sit, utrum regna prius demonstrata sint ei, & postea in pinnam templi levatus sit; an hoc prius, & illud postea: nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit.* Quæ Joannes refert quatuor primis capitibus, omittuntur.

℣. 11. *Et accesserunt Angeli.* Corporali specie, *& ministrabant ei*, cibos.

℣. 12. *Secessit in Galilæam*, cedens invidiæ Pharisæorum, qui Joannem tradiderant. Sermo autem est de Galilæa gentium, quæ erat extra ditionem Herodis.

℣. 13. *Et habitavit in Capharnaum.* Urbs erat in ditione Philippi, qui a Josepho ut pacis amans, modestus, & justus describitur. Unde Jesus in ejus tetrarchia diutius est commoratus, in finibus Zabulon & Nephthali, juxta Prophetiam Isaiæ, cap. 9. ex qua Matthæus ea tantum citat, quæ sunt necessaria.

℣. 15. *Via maris*, Gr. *Juxta viam maris.* Ibi patens erat via mercatoribus a Syria & Arabia profectis: adeo ut populi ex variis nationibus eo confluerent, ac merces suas Ptolemaida comportarent. *Trans Jordanem*; vox Græca ripam fluminis citeriorem, aut ulteriorem perinde significat; citeriorem, habita ratione Hierosolymæ; ulteriorem, si spectemus nomen inditum ab Israelitis, cum ingressi sunt Palæstinam.

℣. 16. *Sedentibus in regione umbræ mortis*, sc. umbræ mortiferæ ob densissimas ignorantiæ tenebras. *Lux orta est eis.* Lux Evangelii.

℣. 17. *Appropinquavit enim regnum cœlorum.* Messiæ cœleste & spirituale.

℣. 18. *Vidit duos fratres, Simonem -- & Andream*, quos jam ad familiaritatem suam admiserat, Joan. 1. 37.

k Marc. 1. 16. *Luc.* 5. 2. Galilææ *k*, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores.)

19. Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

20. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi, & Joannem, fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocavit eos.

22. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

IV. 23. Et circuibat Jesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni; & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curavit eos:

i Marc. 3. 7. *Luc.* 6. 17. 25. Et *i* secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Jerosolymis, & de Judæa, & de trans Jordanem.

CAPUT V.

I. Ostio tradit beatitudines: 1. *II. Apostolos salem terræ & lucem mundi dicit:* 13. *III. Explicat Decalogum, docens nec irascendum, nec concupiscendam mulierem, non jurandum, inimicos diligendos esse,* 17.

†*SS. OMNIUM. Item PLURIM. MART.* 1. Videns †autem Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus.

2. Et aperiens os suum docebat eos dicens:

a Luc. 6. 20. 3. Beati *a* pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

b Psalm. 36. 11. 4. Beati *b* mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

c Isai. 61. 2. 5. Beati *c*, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

6. Beati, qui esuriunt, & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

7. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

d Psal. 23. 4. 8. Beati *d* mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

9. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.

e 1. *Pet.* 2. 20. 3. 14. & 4. 14. 10. Beati *e*, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

11. Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me:

12. Gaudete, & exultate, quoniam mer-

sahe er zween Brüder, Simonem, der Petrus genannt wird, und Andream seinen Bruder: die warfen ihr Netze ins Meer, (denn sie waren Fischer.)

19. Und sprach zu ihnen: Folget mir nach, so will ich euch zu Menschenfischern machen.

20. Sie aber verließen alsbald ihre Netze, und folgeten ihm nach.

21. Und als er von dannen fortgieng, sahe er zween andere Brüder, Jacobum, den Sohn Zebedäi, und Johannem, seinen Bruder, die waren im Schiffe mit ihrem Vater Zebedäo, und flickten ihre Netze: und er rief ihnen:

22. Sie aber verliessen alsbald ihre Netze, samt ihrem Vater, und folgeten ihm nach.

IV. 23. Und JEsus gieng herum im ganzen Lande Galiläa, und lehrete in ihren Synagogen, und predigte das Evangelium des Reichs: Er heilete auch alle Krankheit, und alle Schwachheit unter dem Volke.

24. Und das Gerücht von ihm gieng aus in ganz Syrien, und sie brachten zu ihm alle Kranken, welche mit allerhand Schwachheit, und Plagen behaftet waren: und die von Teufeln besessen, und mondsüchtig, und gichtbrüchig waren, und er machte sie gesund.

25. Und es folgete ihm eine große Menge Volks nach aus Galiläa, und aus den zehen Städten, und aus Jerusalem, und aus dem jüdischen Lande, und von jener Seite des Jordans.

Das fünfte Capitel.

I. Christus lehret auf dem Berge die acht Seligkeiten, 1. II. Vergleichet die Apostel mit dem Salz der Erde, und mit dem Licht der Welt, 13. III. Leget die zehen Gebothe vollkommentlich aus, als in welchen nicht allein die äußerliche sündliche Werke, sondern auch die innerliche sträfliche Begierden verbothen werden, 17.

1. Da nun JEsus die Schaaren sahe, gieng er auf einen Berg, und nachdem er sich niedergesetzet hatte, traten seine Jünger zu ihm.

2. Und er that seinen Mund auf, lehrete sie, und sprach:

3. Selig sind die Armen im Geiste: denn ihr ist das Himmelreich.

4. Selig sind die Sanftmüthigen, denn sie werden das Erdreich besitzen.

5. Selig sind, die Leide tragen: denn sie sollen getröstet werden.

6. Selig sind, die Hunger und Durst haben nach der Gerechtigkeit, denn sie sollen ersättiget werden.

7. Selig sind die Barmherzigen: denn sie werden Barmherzigkeit erlangen.

8. Selig sind, die rein von Herzen sind, denn sie werden GOtt anschauen.

9. Selig sind die Friedsamen, denn sie sollen Kinder GOttes genennet werden.

10. Selig sind, die Verfolgung leiden um der Gerechtigkeit willen: denn ihr ist das Himmelreich.

11. Selig seyd ihr, wenn euch die Menschen schmähen, und verfolgen, und alles Böses wider euch reden, und lügen, um meinetwillen:

12. Freuet euch, und frohlocket: denn eure Belohnung ist

---

37. Hæc enim fuit Petri & Andreæ secunda vocatio. August. loco citato cap. 17. *Proinde fieri potest ut postea narraverit, non quod postea factum erat, sed quod prius prætermiserat, ut cum illo intelligantur venisse Capharnaum, quo Joannes dicit & ipsum, & matrem ejus, & discipulos venisse.*

℣. 23. *Et circuibat Jesus prædicans Evangelium regni.* sc. bonum nuntium de cœlesti regno.

℣. 24. *Obtulerunt ei — & lunaticos &c.* Comitiali morbo laborantes: qui morbus cum lunæ incremento, aut decremento solet ingravescere.

CAPUT V.

℣. 1. *Ascendit in montem,* sc. oraturus & Apostolos electurus.

℣. 2. *Aperiens os suum:* quod indicat prolixiorem fore sermonem. Vide eandem phrasim. Job. 3. Dan. 10.

℣. 3. *Beati pauperes spiritu.* Beatos esse testatur, qui vulgo miseri habentur, si modo voluntate sint pauperes. Aug. Lib. de Sermone Domini in monte: *Recte intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflantem spiritum.* Ii sunt pauperes spiritu, qui omnem affectum divitiarum exuerunt, & propter Deum paupertatem patienter tolerant.

℣. 4. *Beati mites:* August. *Mites sunt qui cedunt improbitatibus, & non resistunt malo, sed vincunt in bono malum.*

℣. 5. *Beati qui lugent,* propter justorum calamitates.

℣. 6. *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam,* qui studio virtutis & justitiæ ardent. Aug. *Istos amatores dicit veri & inconcussi boni.*

℣. 8. *Beati mundo corde.* Aug. *Hoc est mundum cor, quod est simplex cor; & quemadmodum lumen hoc videri non potest nisi oculis mundis, ita nec Deus videtur, nisi mundum sit illud, quo videri potest.*

℣. 9. *Beati pacifici.* Gr. Qui pacem inter homines conciliant.

℣. 11. *Adversum vos mentientes propter me.* Si falsum dixerint maledicentes, magna vos merces manet, si propter Deum hæc patiamini.

ist sehr groß im Himmel. Denn also haben sie die Propheten auch verfolget, welche vor euch gewesen sind.

11. 13. Ihr seyd das Salz der Erden. Wenn aber das Salz seine Kraft verlieret, womit soll man denn salzen? Es tauget zu weiter nichts, als daß es hinausgeschüttet, und von den Leuten zertretten werde.

14. Ihr seyd das Licht der Welt. Eine Stadt, welche auf einem Berge lieget, mag nicht verborgen werden.

15. So zündet man auch nicht ein Licht an, und setzt es unter einen Metzen, sondern auf einen Leuchter, damit es denen allen leuchte, die im Hause sind.

16. Also lasset euer Licht leuchten vor den Menschen, daß sie eure gute Werke sehen, und preisen euren Vater, der im Himmel ist.

III. 17. Ihr sollet nicht vermeynen, daß ich gekommen bin das Gesetz und die Propheten aufzulösen: Ich bin nicht gekommen aufzulösen, sondern zu erfüllen.

18. Denn wahrlich sage ich euch, bis daß Himmel und Erde vergehen, wird nicht der geringste Buchstab, noch ein einiges Pünktlein vom Gesetz vergehen, bis daß es alles vollzogen werde.

19. Wer denn eines von diesen geringsten Gebothen auflöset, und die Menschen also lehret, der wird der Geringste im Himmelreich genennet werden: Wer es aber thut, und lehret, der wird groß im Himmelreich genennet werden.

20. Denn ich sage euch, es sey dann, daß eure Gerechtigkeit vollkommener sey, denn der Schriftgelehrten und Pharisäer, so werdet ihr zum Himmelreich nicht eingehen.

21. Ihr habt gehöret, daß zu den Alten gesagt ist: Du sollst nicht tödten: wer aber tödtet, der soll des Gerichts schuldig seyn.

ces vestra copiosa est in cœlis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

11. 13. † Vos estis sal terræ *f*. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. † *IN FESTO UNIUS DOC.* *f Marc.* 9. 49. *Luc.* 24. 34.

14. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita.

15. Neque *g* accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. *g Marc.* 4. 2. *Luc.* 8. 16. & 11. 33.

16. Sic *h* luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. *h* 1. *Pet.* 2. & 12.

III. 17. Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas: non veni solvere, sed adimplere.

18. Amen *i* quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, jota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. *i Luc.* 16. 17.

19. Qui *k* ergo solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum. *k Luc.* 2. 10.

20. † Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra *l* plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. † *DOM.* 5. *POST PENTEC.* *l Luc.* 11. 39.

21. Audistis, quia dictum est antiquis *m*: Non occides: qui autem occiderit, reus erit judicio. *m Exod.* 20. 13. *Deut.* 5. 17.

22. Ego

℣. 13. *Vos estis Sal terræ.* Aug. *Ostendens fatuos esse judicandos, qui temporalium bonorum vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes, amittunt æterna, quæ nec dari ab hominibus possunt, nec auferri.* Vos eitis condiendis animis & corruptione vindicandis destinati. *Quod si sal evanuerit;* si insipidum factum fuerit, & saporem amiserit: *ad nihilum valet, nisi ut mittatur foras:* sed foras projicitur, phrasi Hebraica. *In quo salietur?* Quo alio sale condietur, aut reparabitur sal ipsum? Quid ei reddet acumen pristinum?

℣. 14. *Vos estis lux mundi.* Sal ad mores, lux ad doctrinam pertinet.

℣. 17. *Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut prophetas.* Legem implevit hanc observando, gratiam nobis impertiendo, figuras omnes ad veteris legis significationem in seipso, & in Ecclesia exprimendo, quæ tacite tantum in lege continebantur, quique verus esset legis sensus, demonstrando.

℣. 18. *Donec transeat cœlum & terra.* a præsenti statu. *Jota unum aut unus apex non præteribit.* August. *Quibus verbis ostendit, in lege ad effectum etiam minima quæque perduci.* Vox Græca littera apicem significat.

℣. 19. *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis.* Quæ tradituras sum, quæque Pharisæis videntur minima: vel qui doctrinam divinam corruperit: aut loquitur de solutione mandatorum, quæ fit per solam transgressionem. *Qui prædicas non furandum furaris,* Roman. 2. Hic Dei judicio vilis erit & in Ecclesia: *Vocabitur,* futurus est, vel non erit in regno cœlorum, seu in regno Dei.

℣. 20. *Quia nisi abundaverit justitia vestra:* Nisi mandata Dei longe melius quam Pharisæi custodiatis.

℣. 21. *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides.* Aug. *Justitia Pharisæorum est, ut non occidant, justitia eorum, qui intraturi sunt in regnum cœlorum, ut non irascantur sine causa.* Illud præceptum, non occides, ut alia quæque præcepta, non exteriori modo actione, sed & interiore animi motu violari nos docet. Pharisæi in gratiam eorum, qui ulciscendi libidine ardebant, ea quæ sequuntur, addebant ad præcepta divina: *Qui autem occiderit, reus erit judicio:* Nempe in judicium vocabitur, ut causam perpetrati homicidii dicat; iræ vero & odii nullam habebant rationem. Christus quod ipsius præcepti verbis deesse videbatur, quodque necessarium effecerat prava Pharisæorum interpretatio, supplet, alludens ad ipsam Judæorum politiam, antequam Romanorum ditioni subderentur. Triplex enim erat apud eos tribunal: primum trium virorum in singulis oppidis, cum numerus civium erat saltem 120. hominum. Secundum erat Synedrii parvi in majoribus oppidis, idque constabat e 23. judicibus: hoc concilium appellatur. Tertium erat magni concilii in urbe Jerusalem constituti, ad quod majores causæ referri solebant. Primi tribunalis nullam hoc loco rationem videtur habere Christus Dominus, sed secundi tantum & tertii, quod concilium vocat. Ad utrumque pertinebat litis discussio, & sententia. Pharisæi & Scribæ homicidia legi divinæ subjiciebant; iram vero & convicia, quæ ad homicidia viam sternunt, pro nihilo habebant. Christus Dominus hanc traditionem in eo ipso emendat, quod hujus criminis horrorem animis, ut par est, non incuteret: ac tribunalium distinctioni apud Judæos usitatæ doctrinam suam sic accommodat, ut a dispositione magis remota, quæ tamen homines sæpe ad homicidia ducit, initium capiens, eam divinæ justitiæ tamquam 23. judicum tribunali subjiciat, nempe ut reus, seu accusatus rationem reddat, an justam habuerit irascendi causam, & pœnam subeat peccato debitam. Nam in Christiana Religione non tam iræ motus, quam causa ipsa expenditur. Itaque varios iræ gradus sic distinguit Dominus, ut eam judicio, cum est vehemens, subjiciat: 2. Cum in vocem contemptus & convicii erumpit: *Qui dixerit fratri suo, Raca,* quæ vox in Hebræo & in Græco nullum habet significatum, & commoti tantum animi affectum significat, ut pleræque interjectiones, uti Hebræus quidam Augustino respondit interroganti. Sunt qui sputum ea voce designari putent. 3. *Qui autem;* vox illa fatuus in Scripturis interdum pro impio sumitur. *In judicio,* ait Aug. cap. 9. *adhuc defensioni datur locus; in concilio autem quamquam & judicium esse soleat; tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctio, videtur ad concilium pertinere sententiæ prolatio . . . Gehenna vero ignis certa est & damnatio & pœna damnati.* Videtur Augustinus judicium a concilio hac in re distinguere, quod priori solam discussionem; seu institutionem litis, posteriori sententiam definitivam tribuat: tametsi satis est probabile hæc tribunalia ex causarum, de quibus judicabant, diversitate distingui; aut certe una erat inferior jurisdictio, & subalterna; altera superior. Græce additur; εἰκῆ, temere, sine causa: Hieron. negat in vetustioribus codicibus hanc vocem reperiri. Sensus quoque hic verborum esse potest: Vos dicitis, qui occiderit, reus erit judicio: Ego, qui irascitur, reus erit judicio, &c. Alii tamen negant Dominum hoc in loco constituere gradus & incrementa peccati, sed legem explicare. Ego dico vobis quod non solum qui occiderit, sed etiam qui voluntatem habuerit occidendi, vel grave malum inferendi proximo, & sese vindicandi, is judicio, seu condemnatione dignus sit: ut qui videt mulierem ad concupiscendum eam. Ita quidem Estius in hunc locum: sed prior sententia magis recepta est. Docet quidem Christus graviores pœnas deberi peccatis, quam vulgo crederent. Non omnes qui aliquo iræ impetu commoventur, aut levem inferunt contumeliam, æternæ mortis pœna sunt puniendi: sed de iis, qui consensu deliberato irascuntur personæ, non vitiis, eamque ex ira contumeliis afficiunt, sermonem habet Dominus: ita Menochius.

22. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.

22. Ich aber ſage euch: daß ein jeglicher, der mit ſeinem Bruder zürnet, des Gerichts wird ſchuldig ſern. Wer aber zu ſeinem Bruder ſaget, Raca, der wird des Raths ſchuldig ſeyn. Wer aber ſaget, du Narr, der wird des hölliſchen Feuers ſchuldig ſeyn.

23. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adverſum te:

23. Derowegen, wenn du deine Gabe auf dem Altar opferſt, und wirſt allda eingedenk, daß dein Bruder etwas wider dich habe:

24. Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

24. So laß deine Gabe allda vor dem Altar, und gehe zuvor hin, und verſöhne dich mit deinem Bruder: und alsdann komm, und opfere deine Gabe.

n Luc.12.58. 25. Eſto *n* conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via cum eo: ne forte tradat te adverſarius judici, & judex tradat te miniſtro: & in carcerem mitteris:

25. Vereinige dich mit deinem Widerſacher ohne Verzug, dieweil du mit ihm auf dem Wege biſt: damit dich der Widerſacher nicht etwan dem Richter überantworte: und der Richter überantworte dich dem Diener, und werdeſt in den Kerker geworfen.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas noviſſimum quadrantem.

26. Wahrlich ſage ich dir, du wirſt von dannen nicht herauskommen, bis du den letzten Häller bezahleſt.

o Exod.20.14. 27. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis *o*: Non mœchaberis.

27. Ihr habt gehört, daß zu den Alten geſagt iſt: Du ſollſt nicht ehebrechen.

28. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

28. Ich aber ſage euch: Daß ein jeglicher, der ein Weib anſiehet, ihrer zu begehren, der hat ſchon die Ehe mit ihr gebrochen in ſeinem Herzen.

p Marc.9.46. Infr.18.9. 29. Quod *p* ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.

29. Wenn dich aber dein rechtes Auge ärgert, ſo reiſſe es aus, und wirfs von dir: denn es dir nützer iſt, daß eines von deinen Gliedern verderbe, denn daß dem ganzen Leib in die Hölle geworfen werde.

30. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

30. Und wenn dich deine rechte Hand ärgert, ſo haue ſie ab, und wirf ſie von dir: denn es iſt dir beſſer, daß eines von deinen Gliedern verderbe, denn daß dein ganzer Leib zur Hölle hineingehe.

q Deut.24.1. Infr.19.7. 31. Dictum eſt autem: *q* Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, det ei libellum repudii.

31. Es iſt auch geſagt: Wer ſein Weib von ſich läſſet, der ſoll ihr einen Scheidebrief geben.

r Marc.10.11. Luc.16.18. 1. Cor.7.10. 32. Ego autem dico vobis: *r* Quia omnis, qui dimiſerit uxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

32. Ich aber ſage euch: daß ein jeglicher, der ſein Weib von ſich läſſet, ausgenommen des Ehebruchs halben, der machet, daß ſie die Ehe bricht: und wer eine Abgeſchiedene zur Ehe nimmt, der begehet einen Ehebruch.

33. Iterum audiſtis, quia dictum eſt antiquis: *s* Non perjurabis: reddes autem Domino juramenta tua.

33. Wiederum habt ihr gehöret, daß zu den Alten geſaget iſt: Du ſollſt keinen falſchen Eid ſchwören: aber dem HErrn ſollſt du halten, was du geſchworen haſt.

s Exod.20.7. Levit.19.12. Deut.5.11. Jac.5.12. 34. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt,

34. Ich aber ſage euch, ihr ſollet gar nicht ſchwören: weder bey dem Himmel, denn er iſt der Thron GOttes,

35. Neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum ejus: neque per Jeroſolymam, quia civitas eſt magni regis:

35. Noch bey der Erde, denn ſie iſt der Schemmel ſeiner Füße, noch bey Jeruſalem, denn ſie iſt eine Stadt des großen Königs:

36. Auch

℣. 23. *Si ergo offers munus tuum ad altare.* Quod huic malo ſit adhibendum remedium, mox ſubjicit, ut qui proximum læſerit verbis, aut factis, quamprimum illi ſatisfaciat. Aug. cap. 10. *Si in mentem venerit, quod aliquid habeat adverſum nos frater, id eſt, ſi eum in aliquo læſimus: tunc enim ipſe habet adverſum nos. Nam nos adverſus illum habemus, ſi ille nos læſerit.* Id autem faciendum ſaltem dilectionis affectu, ſi aliter fieri non expedit, aut non poteſt.

℣. 25. *Eſto conſentiens adverſario tuo cito, dum es in via, cum eo.* Græci *aſſori.* Quo quidem ſermone parabolico nos admonet Dominus inimicis noſtris ante nos reconciliari oportere, quam ad Deum judicem veniatur. Quamdiu vivimus, in via ſumus: trahi ad judicem eſt Dei juſtitiam experiri. Exactores ſunt miniſtri juſtitiæ divinæ; carcer, gehenna inferorum, aut purgatorii, penes culpæ gravitatem; nec reus inde exibit, niſi debitum omne ante ſolverit.

℣. 27. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis.* Scribæ opus tantum externum prohiberi cenſebant; Chriſtus Dominus omnem impudicitiam vetari hoc præcepto docet.

℣. 28. *Ego autem dico vobis: quia omnis qui viderit mulierem ac concupiſcendam eam.* Deliberato concupiſcentiæ affectu. Auguſt. cap. 12. *Hoc fine, & hoc animo attenderit, ut eam concupiſcat: quod jam non eſt titillari delectatione carnis, ſed plene conſentire libidini, ita ut non refrænetur illicitus appetitus, ſed ſi facultas data fuerit, ſatietur.* Tum docet tria eſſe, quibus impletur peccatum, *ſuggeſtione, delectatione, & conſenſione . . . Ut quaſi a ſerpente fiat ſuggeſtio, & quædam ſuaſio; in appetitu autem carnali tamquam in Eva delectatio; in ratione vero tamquam in viro conſenſio . . . Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum pervenitur, ſuggeſtione, delectatione, conſenſione; ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto, in conſuetudine; tamquam tres mortes. Una quaſi in domo, id eſt, cum in corde conſentitur libidini; altera jam prolata, quaſi extra portam, cum in factum procedit aſſenſio; tertia, cum ei conſuetudinis malæ tamquam mole terrena premitur animus quaſi in ſepulchro jam putens. Quæ tria genera mortuorum Dominum reſuſcitaſſe, quisquis Evangelium legit, agnoſcit.*

℣. 29. *Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te.* Aug. cap. 13. *Quidquid eſt, quod ſignificat oculus, ſine dubio tale eſt, quod vehementer diligitur. Quidquid nobis charum eſt, aut neceſſarium, ſi pietati obſit, omnino eſt abjiciendum. Oculus etiam ſumi poteſt pro re omni, quæ videtur, ut manus pro re, quæ tangitur.* Multa ſunt per Epitaſim, vel exaggerationem intelligenda. Non enim jubet Dominus ut eruamus oculos; ſed ut id omne abjiciamus, quod exitii eſt occaſio, ſeu eruamus moraliter, cohibendo a turpi & omni periculoſo aſpectu.

℣. 31. *Dictum eſt autem: Quicunque dimiſerit uxorem ſuam.* Permiſit olim Deus, non præcepit dimittere uxorem, idque non licebat niſi dato libello repudii, quo alteri viro ſuæ uxoris poteſtatem faciens avocaretur a divortio, atque ut ait Auguſt. cap. 14. *Ut iracundiam temerariam projicientis uxorem, libelli cogitatio temperaret.* Qui ergo dimittendi moram quæſivit, ſignificavit quantum potuit duris hominibus ſe nolle diſſidium. *Quantumvis enim durus eſſet, qui vellet dimittere uxorem, cum cogitaret libello repudii dato jam ſine periculo eam poſſe nubere alteri, facile placaretur.*

℣. 34. *Ego autem dico vobis, non jurare omnino.* Aug. cap. 17. *Ita ergo intelligitur* præcepiſſe *Dominum, ne juretur, ne quisquam ſicut bonum appetat jusjurandum, & aſſiduitate jurandi ad perjurium per conſuetudinem delabatur . . . Sed nemo novit, niſi qui expertus eſt, quam ſit difficile & conſuetudinem jurandi extinguere, & numquam temere facere, quod nonnumquam facere neceſſitas cogit. Neque per cælum,* Auguſt. ibidem. *Credo propterea, quia non putabant Judæi ſe teneri jurejurando, ſi per iſta juraſſent: cum tamen per Deum juretur, cujus ſunt omnia, cum juratur per creaturas.*

36. Auch sollst du bey deinem Haupt nicht schwören, denn du kannst doch nicht ein einziges Haar weiß, oder schwarz machen.

37. Eure Rede aber soll seyn: Ja, Ja, Nein, nein: was aber darüber ist, das ist vom Bösen. * * Argen.

38. Ihr habt gehöret, daß gesaget ist: Auge um Auge, und Zahn um Zahn.

39. Ich aber sage euch, ihr sollet dem Bösen nicht widerstreben: sondern wenn dich jemand auf deinen rechten Backen schläget, so reiche ihm den andern auch dar:

40. Will auch jemand mit dir zu Gericht gehen, und deinen Rock hinwegnehmen, so laß ihm auch den Mantel folgen.

41. Und wenn dich jemand eine Meile Wegs nöthiget, so gehe noch zwo Meilen Wegs mit ihm.

42. Wer von dir etwas begehret, dem gieb es, und wende dich nicht von dem, der von dir entlehnen will.

43. Ihr habt gehöret, daß gesaget ist: Du sollst deinen Nächsten lieben, und hassen deinen Feind.

44. Ich aber sage euch: Liebet eure Feinde: thut Gutes denen, die euch hassen, und bittet für die, die euch verfolgen, und beleidigen.

45. Auf daß ihr Kinder seyd eures Vaters, der im Himmel ist: der seine Sonne über die Gute und Böse aufgehen lässet, und Regen giebt über die Gerechte, und Ungerechte.

46. Denn so ihr diejenigen liebet, die euch lieben, was werdet ihr für Belohnung haben? Thun das nicht auch die Publicanen?

47. Und so ihr eure Brüder allein grüßet, was thut ihr mehr? Thun das nicht auch die Heyden?

48. Derowegen sollet ihr vollkommen seyn, wie auch euer himmlischer Vater vollkommen ist.

Das sechste Capitel.

I. Christus lehret, in guten Werken keine eitele Ehre zu suchen, und zwar erstlich, wie man soll Almosen geben, 1. II. Wie man soll bethen, das Vater unser sprechen, und vergeben, 5. III. Wie man soll fasten, 16. IV. Wie man Schätze im Himmel soll sammeln, und das Auge reinigen, 19. und die überflüßige Sorge für das Zeitliche meiden, 24.

1. Sehet zu, daß ihr eure Gerechtigkeit nicht thut vor den Menschen, damit ihr von ihnen gesehen werdet, sonst werdet ihr keine Belohnung haben bey eurem Vater, der im Himmel ist.

2. Derowegen, wenn du Almosen giebst, so sollst du die Posaune vor dir nicht blasen lassen, wie die Heuchler in den Synagogen, und auf den Gassen thun, damit sie von den Menschen gepriesen werden: Wahrlich sage ich euch, sie haben ihren Lohn schon empfangen.

36. Neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.

37. Sit *t* autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est. *t Jac. 5. 12.*

38. Audistis, quia dictum est *u*: Oculum pro oculo, & dentem pro dente. *u Exod. 21. 24. Lev. 24. 20. Deut 19 21.*

39. Ego autem dico vobis, non resistere malo: *x* sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam: præbe illi & alteram: *x Luc. 6. 29.*

40. Et ei *y*, qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. *y 1. Cor. 6. 7.*

41. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo.

42. Qui *z* petit a te, da ei: & volenti mutuari a te, ne avertaris. *z Deut. 15 8.*

43. † Audistis, quia dictum est *a*: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. † *FER. 6. POST CINER. a Lev. 19. 18.*

44. Ego autem dico vobis: *b* Diligite inimicos vestros, benefacite *c* his, qui oderunt vos, & *d* orate pro persequentibus, & calumniantibus vos: *b Luc. 6. 27. c Rom. 12. 20. d Luc. 23. 34. Act. 7. 59.*

45. Ut sitis filii patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super justos & injustos.

46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?

47. Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt?

48. Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

CAPUT VI.

I. Docet de bonis operibus, primo quo modo facienda sit eleemosyna, 1. II. Tradit formam orandi, & offensas condonandi: 5. III. Quo modo sit jejunandum: 16. IV. Quod non in terra sed in cœlo thesaurizandum, oculus mundandus, 19. Anxia solicitudo de victu, vestitu, & de crastino cavenda, 24.

1. Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est.

2. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

3. Te

℣. 36. *Neque per caput tuum juraveris.* Quasi tuum sit. *Quid enim poterat quisque magis ad se pertinere arbitrari, quam caput suum? Sed quomodo nostrum est, ubi potestatem faciendi unius capilli albi, aut nigri non habemus?* Non ergo debes caput tuum quasi temere devovere.

℣. 37. *Sit autem sermo vester, est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est,* vel alieno propter incredulitatem alterius, aut proprio, cum temere juratur: aut a Diabolo, qui ad ea peccata instigat maxime, in quibus honor Dei aliquo modo læditur.

℣. 38. *Audistis quia dictum est: oculum pro oculo &c.* restituet. Aug. cap. 19. *Pharisæorum justitia minor est non excedere vindictæ modum, ne plus rependat quisque quam accepit; & magnus hic gradus est. Nemo enim facile invenitur, qui pugno accepto pugnum reddere velit . . . Talem animum magna ex parte refrænavit . . . ut vindicta non transeat, & hæc est pacis inchoatio: perfecta autem pax est talem penitus nolle vindictam.* Scribæ & Pharisæi hoc præceptum sic intelligebant, quasi liceret eam vindictam a judice petere, cum lex ad solum judicem referatur, & ipsa doceat contrarium, Levit. 19. *Non quæras ultionem.*

℣. 39. *Ego autem dico vobis, non resistere malo.* Non quidem ex præcepto sed consilio. Ut ira deferveat: vult tantum ut nullis injuriis a fraterna concordia abducamur. *In dexteram maxillam,* Illatam patienter feras injuriam. Eam tum fuisse loquendi rationem, quæ in proverbium abierat, admodum est verisimile.

℣. 40. *Qui vult tecum judicio contendere, dimitte ei & pallium.* Aug. *Ad præparationem cordis, non ad ostentationem operis, præceptum recte intelligitur.* Tunica interiorem vestem, pallium exteriorem significat: hoc quoque forsan erat usu tritum proverbium.

℣. 41. *Et quicunque te anguriaverit mille passus, vade &c.* Aug. *Et hoc utique non tam pedibus agas, quam ut animo sis paratus. Nam in ipsa Christiana historia, in qua est auctoritas, nihil tale invenies factum a sanctis.*

℣. 42. *Qui petit a te, da ei.* Indigenti da, quod ei convenit accipere, & tibi dare. Aug. *Omni petenti,* inquit, *non omnia petenti, ut id des, quod dare honeste, & juste potes . . . Et cui juste negaveris quod petit, indicanda est ipsa justitia. ut non eum inanem dimittas. Ne avertaris,* vultu tristi, aut usuras exigendo: ne repellas eum, qui a te mutuo petit.

℣. 47. *Quid amplius facitis?* Græce. Quid eximium facitis?

CAPUT VI.

℣. 1. *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus.* Gr. *Eleemosynam,* quæ est quoddam genus justitiæ, & omne opus bonum complectitur.

℣. 2. *Receperunt mercedem suam.* i. Vanam gloriam hominum.

3. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua:

4. Ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

II. 5. Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

6. Tu autem, cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

7. Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici: putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.

8. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

a Luc. 11. 2. 9. Sic ergo vos orabitis: *a* Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum.

10. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.

12. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

13. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

b Eccli. 28. 3. 4 & 5. Infr. 18. 35. Marc. 11. 25. 14. Si *b* enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra.

15. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.

† FER. 4. CINERUM. III. 16. † Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes: Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam.

17. Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava,

18. Ne videaris hominibus jejunans, sed

3. Wenn du aber Almosen giebst, so laß deine linke Hand nicht wissen, was deine rechte Hand thut:

4. Damit dein Almosen im Verborgenen sey, und dein Vater, der im Verborgenen siehet, wird dirs vergelten.

II. 5. Und wenn ihr bethet, alsdann sollet ihr nicht seyn, wie die Heuchler, welche gerne in den Synagogen, und an den Ecken der Gassen stehen, wenn sie bethen, damit sie von den Menschen gesehen werden. Wahrlich sage ich euch, sie haben ihren Lohn schon empfangen.

6. Du aber, wenn du bethest, so gehe in deine Schlafkammer, und schließ die Thüre zu, und bethe zu deinem Vater im Verborgenen: und dein Vater, der im Verborgenen siehet, wird dirs vergelten.

7. Wenn ihr aber bethet, sollet ihr nicht viel Worte machen, wie die Heyden, denn sie vermeynen, daß sie darum erhöret werden, wenn sie viel Worte machen.

8. Darum sollet ihr ihnen nicht gleich werden. Denn euer Vater weis wohl, was euch vonnöthen ist, ehe dann ihr ihn bittet.

9. Derowegen sollet ihr also bethen: Vater unser, der du bist in den Himmeln: geheiliget werde dein Name.

10. Zukomme dein Reich. Dein Will geschehe, wie im Himmel, also auch auf Erden.

11. Unser täglich überwesentliches Brod gieb uns heute.

12. Und vergieb uns unsere Schulden, als auch wir vergeben unsern Schuldigern.

13. Und führe uns nicht in Versuchung. Sondern erlöse uns von dem Uebel, Amen.

14. Denn so ihr den Menschen ihre Sünden vergebet, so wird euch euer himmlischer Vater eure Uebertretung auch vergeben.

15. Wo ihr aber den Menschen nicht vergebet, so wird euch euer Vater eure Sünden auch nicht vergeben.

III. 16. Wenn ihr aber fastet, so sollet ihr euch nicht traurig stellen, wie die Heuchler: denn sie verstellen ihre Angesichter, auf daß sie vor den Menschen scheinen mit ihrem Fasten. Wahrlich sage ich euch, sie haben ihren Lohn schon empfangen.

17. Du aber, wenn du fastest, so salbe dein Haupt, und wasche dein Angesicht,

18. Damit du vor den Menschen nicht scheinest, wenn du

℣. 3. *Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua.* Omnis ostentatio in bonis operibus fugienda est: hyperbolica quædam locutio est. Si oculos haberet manus sinistra videre non deberet, quæ facit dextera.

℣. 4. *Ut sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus, qui videt in abscondito reddet tibi.* Aug. *Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non potest, nec verbis aperiri? Reddet tibi*, Gr. addit, *in aperto*; Lucas, *in resurrectione mortuorum:* jubet tantummodo ut inanem gloriam fugiamus, & reddet mercedem plenam.

℣. 6. *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum.* i. Fuge publicum, & quære secessum. *Clauso ostio.* Aug. cap. 3. „Parum est intrare cubicula, si ostium pateat importunis, per quod ostium ea, quæ foris sunt, improbe se „immergunt, & interiora nostra appetunt. Foris autem diximus esse omnia temporalia & visibilia, quæ per ostium, „id est, per carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phantasmatum orantibus ob„strepunt.

℣. 7. *Orantes autem, nolite multum loqui sicut Ethnici.* Ne verba futilia profundatis. Aug. „Et revera omne „multiloquium a gentilibus venit, qui exercendæ linguæ potius, quam mundando animo dant operam. Et hoc „nugatorii studii genus etiam ad Deum prece flectendum transferre conantur. Arbitrantes Deum sicut hominem „judicem verbis adduci in sententiam . . . Fit ergo in oratione conversio cordis ad eum, qui semper dare paratus „est, si nos capiamus, quod dederit. Itaque animus ipsa oratione purgatur, & fit capacior ad ea excipienda quæ dare vult Deus. Nam qui orat ut debet, jam aliquo modo dignus est, qui accipiat.

℣. 9. *Sic ergo vos orabitis: Pater noster*, Aug. cap. 4. *Quo nomine & charitas excitatur. Quid enim charius filiis esse potest, quam pater? Et supplex affectus. Quid enim jam non det filio, cum hoc ipsum ante dederit, ut sui essent?* Quæ vox patris communis est toti Trinitati, ac Deus est pater noster non solum creatione, sed etiam adoptione. *Qui es in cælis*, ubi præsentem se exhibet; *noster*, & non *meus*, ut intelligamus nos omnes fratres esse, unius patris filios; *Sanctificetur*, Sancte colatur. Aug. *Quod non sic petitur, quasi non sit sanctum nomen Dei; sed ut sanctum habeatur ab hominibus, non in Judæa, sed in universa terra.*

℣. 10. *Adveniat regnum tuum.* Gr. *Veniat:* Regnes in omnibus. *Sicut in cœlo & in terra.* Ut ab Angelis, sic ab hominibus voluntas tua impleatur. Tres primæ petitiones ad glorificandum Deum pertinent: petimus primo, ut nomen ejus quaquaversum celebretur, longe lateque propagetur, & promoveatur, fidelium augeatur numerus: 2. ut homines perfecte Deo subjiciantur. Innoc. III. Lib. 5. Myster. Missæ, cap. 25. *Fiat voluntas tua, id est, opere compleatur quod præcipis, quod consulis, quod suades.* Aug. L. de dono perlever. cap. 7. ex hac petitione statuit gratiæ necessitatem.

℣. 11. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Gr. ἐπιούσιον, eamdem vocem Interpres apud Lucam *quotidianum* vertit; ac dicitur supersubstantialis loco substantialis.

℣. 12. *Et dimitte nobis debita nostra.* Lucæ 11. *Peccata*, pœnas quoque culpis debitas. S. Petrus Chrysol. Serm. 71. *Homo, tu tibi misericordiæ factus es ipse mensura; quantum quæris misericordiæ, fac tantum.*

℣. 13. *Et ne nos inducas in tentationem.* Aug. *Multi dicunt, ne nos patiaris induci in tentationem . . . Non enim per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eum, quem suo auxilio deseruerit:* cum scilicet a nobis ante deseritur. Græci addunt, *Quoniam tuum est regnum*, &c. Quæ verba textui inserta esse ex Græcorum liturgiis verisimile est.

℣. 16. *Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes.* Gr. tetrici. *Exterminant*, Gr. obscurant, deformant, corrumpunt.

℣. 17. *Cum jejunas unge caput tuum:* more Orientalium: ab iis Judæi jejunii tempore abstinebant. Unctio fiebat sine vestium injuria, quod balsamum non macularet. Nec jubet Christus, ut caput ungant, sed ut hilaritatem potius quam tristitiam vultus præseferant.

du fastest, sondern vor deinem Vater, der im Verborgenen ist: und dein Vater, der im Verborgenen siehet, wird dirs vergelten.

IV. 19. Ihr sollet euch nicht Schätze sammeln auf Erden, da sie der Rost, und die Motten verderben: und sie die Diebe ausgraben, und stehlen.

20. Sammelt euch aber Schätze im Himmel: da sie weder Rost, noch Motten verderben, und da sie die Diebe nicht ausgraben, noch stehlen.

21 Denn, wo dein Schatz ist, da ist auch dein Herz.

22. Das Licht deines Leibes ist dein Auge. Wenn nun dein Auge einfältig ist, so wird dein ganzer Leib licht seyn.

23. Wenn aber dein Auge schalkhaftig ist, so wird dein ganzer Leib finster seyn. Derowegen, wenn das Licht, das in dir ist, Finsterniß ist, wie groß wird dann die Finsterniß selbsten seyn?

24. Niemand kann zweyen Herren dienen: Denn er wird entweder den einen hassen, und den andern lieb haben: oder er wird den einen dulden, und den andern verachten. Ihr könnet nicht GOtt dienen, und dem Mammon.

25. Darum sage ich euch, sorget nicht für euer Leben, was ihr essen werdet, noch für euren Leib, womit ihr euch bekleiden sollet. Ist nicht das Leben mehr, denn die Speise, und der Leib mehr, denn die Kleidung?

26. Sehet an die Vögel des Himmels, denn sie säen nicht: sie ärnten auch nicht, und sammeln nicht in die Scheuern, und euer himmlischer Vater ernähret sie. Seyd ihr dann nicht viel mehr, als sie?

27. Wer ist aber unter euch, der mit seinen Gedanken* seiner Länge eine Ele zusetzen möge? *Sorgen.

28. Und warum sorget ihr für die Kleidung? Schauet mit Fleiß an die Lilien auf dem Felde, wie sie wachsen, sie arbeiten nicht, und spinnen auch nicht.

29. Doch sage ich euch, daß auch Salomon in aller seiner Herrlichkeit nicht bekleidet gewesen ist, wie eine von denselbigen.

30. So denn GOtt das Gras auf dem Felde also bekleidet, das doch heute stehet, und morgen in den Ofen geworfen wird, wie vielmehr wird er das euch thun, o ihr Kleinglaubige?

31. Darum sollet ihr nicht sorgfältig seyn, und sagen: Was sollen wir essen, oder was sollen wir trinken, oder womit sollen wir uns bekleiden?

32. Denn nach diesem allen trachten die Heyden. Denn euer Vater weis, daß ihr dieses alles bedürfet.

33. Derowegen suchet am ersten das Reich GOttes, und seine Gerechtigkeit, so wird euch dieses alles zugeworfen werden.

34. Darum sorget nicht für den andern Morgen. Denn der morgende Tag wird für sich selbst sorgen. Es ist genug, daß ein jeglicher Tag sein eigenes Uebel habe.

patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

IV. 19. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: ubi ærugo, & tinea demolitur: & ubi fures effodiunt, & furantur.

20. Thesaurizate *c* autem vobis thesauros in cœlo: ubi neque ærugo, neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. *c Luc.* 12. 33. 1. *Tim.* 6. 19.

21. Ubi enim est thesaurus tuus ibi est & cor tuum.

22. Lucerna *d* corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. *d Luc.* 11. 34.

23. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt?

24. † Nemo *e* potest duobus dominis servire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire, & mammonæ. † *DOM.* 14. *POST PENT.* *e Luc.* 16. 13.

25. Ideo *f* dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam vestimentum? *f Psalm.* 54. 23. *Luc.* 12. 22. *Phil.* 4. 6. 1. *Tim.* 6. 7. 1. *Pet.* 5. 7.

26. Respicite volatilia cœli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis?

27. Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

28. Et de vestimento, quid soliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent.

29. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis.

30. Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei?

31. Nolite ergo soliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur?

32. Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis.

33. Quærite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis.

34. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit diei malitia g sua. *g Luc.* 6. 37. *Rom.* 2. 1.

℣. 19. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi ærugo, & tinea demolitur.* Gr. Erosio, adesio; neque est vermiculi nomen.

℣. 21. *Ubi enim thesaurus tuus.* Seu summum bonum, quod maxime diligis. *Ibi est & cor tuum.* Ibi debet esse & omnis cura & affectio tua.

℣. 22. *Lucerna corporis tui est oculus tuus,* intentio. *Corpus,* sunt opera. Aug. cap. 23. *Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intentionem.*

℣. 24. *Nemo potest duobus dominis servire &c.* Dissidentibus & contraria imperantibus: Gr. Uni adhærebit. Aug. *Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur: congruit & Punicum nomen: Nam lucrum punice mammon dicitur.*

℣. 25. *Nonne anima plus est quam esca;* animam pro vita: qui vitam dedit, escam non negabit: anxiam damnat solicitudinem, non providam diligentiam. Aug. cap. 14. *Ut tu intelligas eum, qui dedit animam, multo facilius escam esse daturum.* Non id prohibet, ut honesto labore victus quæratur: sed inordinatam vetat solicitudinem. *Nonne vos magis pluris estis?* i. longe præstantiores.

℣. 27. *Quis autem vestrum cogitans.* Gr. solicite agens, *potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?* Si Deus efficit, quæ minus sunt necessaria citra operam nostram, multo magis corpus & animum ipse tuebitur.

℣. 28. *Non laborant, neque nent.* Nec ad instar virorum nec etiam mulierum se occupant.

℣. 30. *Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur.* Vox Hebræa, inquit Mariana, frumentum significat: nam fœni nullus est usus in clibano, Ps. 103. *Et fœnum servituti hominum.* Quamquam arentes stipulæ mittuntur in clibanum, ad calefaciendum.

℣. 32. *Hæc — gentes inquirunt.* Cum nimia & imprudenti sollicitudine.

℣. 33. *Quærite enim primum regnum Dei, & justitiam ejus.* Gr. αὐτῦ, Dei justitiam, quæ nobis est a Deo. Quam Deus nobis præscribit mandatorum observationem. *Et hæc omnia adjicientur.* i. Auctarii loco vobis dabuntur.

℣. 34. *Sufficit diei malitia sua,* afflictio & molestia quam affert dies. Aug. *Sufficit quod sumere urgebit necessitas ipsa.*

CAPUT VII.

I. Docet non temere judicandum: sanctum non dandum canibus; 1. *II. Perseverandum in oratione: faciendum aliis, quod nobis fieri volumus:* 7. *III. Angustam esse portam ad vitam:* 13. *IV. Falsos Prophetas cavendos:* 15. *V. Constantiam esse tenendam,* 24.

1. Nolite judicare, ut non judicemini.

2. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: *a* & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

a Marc.4.24.

3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides?

4. Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine, ejiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo?

5. Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.

6. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.

II. 7. Petite *b*, & dabitur vobis: quærite & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

b Infr.21.22. Marc.11.24. Luc.11.9. Joan.14. 13. Jac.1.6.

8. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur.

9. Aut *c* quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?

c Luc.11.11.

10. Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?

11. Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester, qui in cœlis est, dabit bona petentibus se?

12. Omnia *d* ergo quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetæ.

d Tob.4.16. Luc.6.31.

III. 13. Intrate *e* per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam.

e Luc.13.24

14. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inveniunt eam!

IV. 15. † Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces:

† DOM. 7. POST PENT.

16. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus?

17. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

Das siebente Capitel.

I. Christus lehret, daß man nicht freventlich soll urtheilen, 1. II. Daß man in dem Gebeth soll verharren, und dem Nächsten thun, was wir wollen, daß uns geschehe, 7. III. Von dem engen Weg zum Himmel, 13. IV. Von den falschen Propheten, 15. V. Nicht auf Sand, sondern auf einen Felsen soll man bauen, 24.

1. Ihr sollet nicht richten, auf daß ihr nicht gerichtet werdet.

2. Denn mit was Urtheil ihr richtet, damit sollet ihr auch gerichtet werden: und mit was Maaß ihr messet, damit wird euch wiederum gemessen werden.

3. Was siehest du aber einen Splitter * in deines Bruders Auge, und siehest den Balken in deinem Auge nicht?

* Arges.

4. Oder, wie sprichst du zu deinem Bruder: Laß mich den Splitter aus deinem Auge ziehen: und siehe, es ist ein Balke in deinem Auge?

5. Du Häuchler, ziehe zuvor den Balken aus deinem Auge, und hernach besiehe, wie du den Splitter aus deines Bruders Auge bringest.

6. Ihr sollet das Heilige den Hunden nicht geben, noch eure Perlen vor die Schweine werfen: damit sie dieselbige nicht etwan mit ihren Füßen zertretten, und sich wenden, und euch zerreissen.

II. 7. Bittet, so wird euch gegeben werden: suchet, so werdet ihr finden: klopfet an, so wird euch aufgethan werden.

8. Denn ein jeglicher, der bittet, der bekömmt, und wer suchet, der findet, und wer anklopfet, dem wird aufgethan werden.

9. Oder welcher Mensch ist unter euch, so ihn sein Sohn um ein Brod bittet, der ihm einen Stein reiche?

10. Oder, wenn er um einen Fisch bittet, daß er ihm eine Schlange reiche?

11. Wenn denn nun ihr, die ihr doch böse seyd, wisset euren Kindern gute Gaben zu geben: wie vielmehr wird euer Vater, der im Himmel ist, denenjenigen Gutes geben, die ihn bitten.

12. Darum alles, was ihr wollet, das euch die Menschen thun sollen, das thut ihnen auch. Denn das ist das Gesetz, und die Propheten.

III. 13. Gehet hinein durch die enge Pforte: denn die Pforte ist weit, und der Weg ist breit, der zum Verderben führet, und ihrer sind viele, welche dadurch eingehen.

14. Aber wie eng ist die Pforte, und wie schmal ist der Weg, der zum Leben führet, und ihrer sind wenig, die ihn finden.

IV. 15. Sehet euch für vor den falschen Propheten, die zu euch kommen in Schafskleidern, aber inwendig sind sie reissende Wölfe:

16. An ihren Früchten sollet ihr sie erkennen. Sammelt man auch Trauben von den Dörnern, oder Feigen von den Disteln?

17. Also ein jeglicher guter Baum bringet gute Früchte, aber ein böser Baum bringet böse Früchte.

18. Ein

CAPUT VII.

℣. 1. *Nolite judicare temere, ut non judicemini,* a Deo. August. cap. 18. „Hoc loco nihil aliud nobis præcipi „ existimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur . . . Maxime „ autem hi temere judicant de incertis, & facile reprehendunt, qui magis amant vituperare, & damnare, quam „ emendare, atque corrigere: quod vitium vel superbiæ est, vel invidentiæ. Vox judicare, eadem condemnare „ significat.

℣. 2. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini,* a Deo semper, ab hominibus sæpe: proverbium est Hebræorum in Lib. Zoar. Deus enim peccata suppliciis compensat, ac mensura eadem est, si minus grado, saltem proportione quadam: dure & sine misericordia judicabitur, qui in judicando proximo durum se præbuerit.

℣. 3. *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui.* Leviorem iræ motum, leviores in fratre defectus. Aug. c. 19. „Ut si forte ille ira peccavit, tu odio reprehendas. Quantum autem inter festucam & trabem, quasi tantum „ inter iram distat & odium. Odium enim est ira inveterata; & tamen peccator admonens ex sincera charitate, „ non facit contra hoc præceptum: sed prius ejicere debet trabem ex oculo cognitam a fratre, & ostendere se vere „ esse conversum, ne videatur ex fastu fratrem corripere.

℣. 5. *Ejice primum trabem de oculo tuo.* Aug. *Primo abs te expelle odium, deinde jam poteris eum, quem diligis, emendare.*

℣. 6. *Nolite dare sanctum canibus:* Aug. „ cap. 20. Sanctum est, quod violare atque corrumpere nefas est, „ uti Evangelium, Mysteria & Sacramenta . . . . Ante porcos, Aug. „ Canes ergo pro oppugnatoribus veritatis, „ porcos pro contemptoribus positos non incongrue accipimus. Doctrina cœlestis oblatrantibus, aut impuris hominibus prostitui non debet.

℣. 7. *Petite, & dabitur vobis.* Aug. „ Perseverantia opus est, ut accipiamus, quod petimus, & inveniamus, „ quod quærimus, & quod pulsamus aperiatur: non semper id quod petimus, accipimus; sed vel illud ipsum, vel „ aliud bonum, si petimus, sicut oportet.

℣. 12. *Hæc est enim lex, & prophetæ:* Ut diligamus proximum propter Deum: huc lex omnis dirigitur.

℣. 15. *Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium.* A se ipsis, non a Deo missi. *In-dumentis ovium;* Pellibus ovium, quibus Prophetæ indui solebant, ait vir doctus.

18. Ein guter Baum kann nicht böse Früchte bringen: und ein böser Baum kann nicht gute Früchte bringen.
19. Ein jeglicher Baum, der nicht gute Früchte bringet, wird ausgehauen, und ins Feuer geworfen werden.
20. Derowegen sollet ihr sie an ihren Früchten erkennen.
21. Nicht ein jeglicher, der zu mir saget: HErr, HErr, wird zum Himmelreich hineingehen, sondern wer den Willen meines Vaters thut, der im Himmel ist, der wird ins Himmelreich eingehen.
22. Es werden viele zu mir sagen an jenem Tage: HErr, HErr, haben wir nicht geweissaget in deinem Namen? Haben wir in deinem Namen nicht Teufel ausgetrieben? Haben wir nicht in deinem Namen viel kräftige Zeichen gethan?
23. Alsdann werde ich ihnen bekennen: Ich habe euch niemal gekennet, weichet von mir, ihr Uebelthäter.
V. 24. Darum ein jeglicher, der diese meine Worte höret, und thut sie, der wird mit einem weisen Manne verglichen werden, der sein Haus auf einen Felsen gebauet hat.
25. Da fiel ein Platzregen herab, und kamen Wasserfluthen, auch bliesen die Winde, und stießen auf dasselbige Haus, und es fiel gleichwol nicht, denn es war auf einem Felsen gegründet.
26. Aber ein jeglicher, der diese meine Worte höret, und sie nicht thut, der wird einem thorrechten Mann verglichen werden, der sein Haus auf den Sand gebauet hat.
27. Da fiel ein Platzregen herab, und kamen Wasserfluthen, auch bliesen die Winde, und stießen auf dasselbige Haus, und es fiel nieder, und sein Fall war sehr groß.
28. Und es begab sich, da JEsus diese Worte vollendet hatte, verwunderte sich das gemeine Volk über seine Lehre.
29. Denn er lehrete sie, als einer, der Gewalt hatte, und nicht, wie ihre Schriftgelehrte, und Pharisäer.

Das achte Capitel.

I. Christus heilet einen Aussätzigen, 1. Macht des Hauptmanns Diener gesund, 5. und erlediget die Schwieger Petri vom Fieber, 14. II. Zwey, so ihm zu folgen begehren, ermahnet er, allem Hab und Gut, auch den Eltern abzusagen, 19. III. Stillet das ungestümme Meer, 23. IV. Treibet zween Teufel aus, und erlaubet ihnen, in die Schweine zu fahren, 28.

1. Als er aber vom Berg herabkam, folgete ihm eine große Schaar Volkes nach:
2. Und siehe, ein Aussätziger kam, bethete ihn an, und sprach: HErr, so du willst, kannst du mich reinigen.
3. Und JEsus streckete seine Hand aus, rührete ihn an, und sprach: Ich will. Sey gereiniget. Und alsbald ward sein Aussatz gereiniget.
4. Und JEsus sprach zu ihm: Siehe zu, daß du es niemand sagest: sondern gehe hin, und zeige dich dem Priester, und opfere die Gabe, welche Moyses befohlen hat ihnen zum Zeugniß.
5. Da er aber zu Capharnaum hineingegangen war, trat ein Hauptmann zu ihm, bath ihn,

18. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere:
19. Omnis *f* arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. *f Supr. 3. 10.*
20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.
21. Non *g* omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei; qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. *g Infr. 25. 11. Luc. 6. 46.*
22. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & *h* in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? *h Act. 19. 13.*
23. Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: *i* discedite a me, qui operamini iniquitatem. *i Psalm. 6. 9. Infr. 25. 41. Luc. 13. 27.*
V. 24. Omnis *k* ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, *k Luc. 6. 48. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22.*
25. Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat super petram.
26. Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam:
27. Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.
28. Et factum est: cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus.
29. Erat *l* enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum, & Pharisæi. *l Marc. 1. 22. Luc. 4. 32.*

CAPUT VIII.

I. Jesus curat leprosum: 1. Sanat puerum Centurionis, 5. & Socrum Simonis Petri, aliosque plurimos; 14. II. Scribam sequi volentem rejicit, alium vero patre insepulto mox sequi jubet: 19. III. Mare tranquillat, 23. IV. Duos dæmoniacos liberat, permittens dæmonibus intrare in porcos, 28.

1. Cum † autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ: † *DOM. 3. POST EPIPH. vel 24. POST PENT.*
2. Et *a* ecce leprosus veniens, adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. *a Marc. 1. 40. Luc. 5. 12.*
3. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens: Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra ejus.
4. Et ait illi Jesus: Vide, nemini dixeris: sed vade *b*, ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis. *b Lev. 14. 2.*
5. Cum *c* † autem introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio, rogans eum, *c Luc. 7. 1.* † *FER. 5.*
6. Et *POST CINER.*

℣. 18. *Neque arbor mala.* Perseverans in sua malitia, *bonos fructus facere.*
℣. 21. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine,* mihi credens, & me invocans, sed aut nihil aut male operans; nam Deus fructus ipsos, non folia tantum; opera, non verba exigit.
℣. 22. *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus,* i. docuimus. Publicæ functiones in malis ministris vim habent & efficaciam, ac vera fides sine charitate esse potest. Aug. *Non ergo cognoscet nisi eum, qui operatur æquitatem.*
℣. 23. *Confitebor.* Palam declarabo me eos pro meis non agnoscere, sc. notitia approbationis.
℣. 24. *Qui ædificavit — supra Petram.* i. Ecclesiam & fidem bonis operibus solidatam.
℣. 26. *Qui ædificavit — super arenam.* Super fidem fluxam ac sterilem.

CAPUT VIII.

℣. 1. *Cum autem descendisset de monte,* Luc. cap. 6. ait stetisse eum in loco campestri. Utrum idem sit sermo habitus a Domino, qui a Matthæo commemoratur, dubitat Aug. quod Matthæus dicat in *monte* hunc habitum „ esse sermonem a Domino sedente, Lucas autem in loco campestri a Domino stante . . . Quamquam etiam illud „ posset occurrere in aliqua excelsiore parte montis primo cum solis discipulis Dominum fuisse, quando ex eis illos „ duodecim elegit; deinde cum eis descendisse, non de monte, sed de ipsa montis celsitudine in campestrem lo„ cum, id est, in aliquam æqualitatem, quæ in latere montis erat, & multas turbas capere poterat, atque ibi ste„ tisse, donec ad eum turbæ congregarentur. Ac postea cum sedisset, accessisse propinquius discipulos ejus, at„ que ita illis, cæterisque turbis præsentibus unum habuisse sermonem, quem Matthæus Lucasque narraverunt, „ diverso narrandi modo, sed eadem veritate rerum & sententiarum, quas ambo dixerunt, L. 2. de consensu Evang. cap. 19.
℣. 3. *Dicens: Volo: Mundare.* Mundus esto.
℣. 4. *Nemini dixeris.* Exemplum fugiendæ jactantiæ præbere voluit. *Munus, quod præcepit Moyses,* Levit. 14. *Duos passerculos, &c. In testimonium:* quemadmodum præcepit Moyses: vel *in testimonium;* ut eorum incredulitas hoc miraculo revincatur; aut *in testimonium,* quod Christus servaret legem, non destrueret.
℣. 5. *Accessit ad eum centurio,* per amicos, qui, ut notat Aug. est usitatus loquendi modus: non enim expri-

6. Et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur.

7. Et ait illi Jesus: ego veniam, & curabo eum.

d Luc. 7. 6. 9. Et respondens Centurio, ait: *d* Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

9. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit: & servo meo: Fac hoc, & facit.

10. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel.

e Malac. 1. 11. 11. Dico autem vobis, quod multi *e* ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cœlorum.

12. Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium.

13. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. *

14. Et cum venisset Jesus in domum Petri: vidit socrum ejus jacentem, & febricitantem:

15. Et tetigit manum ejus, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.

f Marc. 1. 32. 16. Vespere *f* autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & ejiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curavit:

g Isai. 53. 4. *1. Petr.* 2. 24. 17. Ut adimpleretur, quod dictum est per g Isaiam Prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portavit.

18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum.

II. 19. Et accedens unus Scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocumque ieris.

h Luc. 9. 58. 20. Et dicit ei Jesus: *h* Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet.

21. Alius autem de discipulis ejus ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum.

22. Jesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

i Marc. 4. 36. *Luc.* 8. 22. † *DOM.* + *POST EPIPH. vel* 25. *POST PENTEC.* III. 23. Et *i* † ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus:

6. Und sprach: HErr, mein Knabe liegt zu Hause, und ist gichtbrüchig, und leidet große Quaal.

7. Und JEsus sprach zu ihm: Ich will kommen, und ihn gesund machen.

8. Und der Hauptmann antwortete, und sprach: HErr! ich bin nicht würdig, daß du unter mein Dach eingehest: sondern sprich nur ein Wort, so wird mein Knabe gesund werden.

9. Denn ich bin auch ein Mensch der Obrigkeit unterworfen, und habe Kriegsknechte unter mir, und wenn ich zu diesem sage: Gehe hin, so gehet er hin, und zu einem andern: Komm her, so kommet er, und zu meinem Knecht: Thue das, so thut ers.

10. Da nun JEsus das hörete, verwunderte er sich, und sprach zu denen, die ihm nachfolgeten: Wahrlich sage ich euch, solchen großen Glauben habe ich in Israel nicht gefunden.

11. Aber ich sage euch, daß viele kommen werden vom Aufgang und Niedergang, und werden mit Abraham, und Isaac, und Jacob im Himmelreich zu Tische sitzen.

12. Aber die Kinder des Reichs werden hinausgeworfen werden in die äußerste Finsterniß: da wird Weinen seyn, und Zähnklappern.

13. Und JEsus sprach zu dem Hauptmann: Gehe hin, dir geschehe, wie du geglaubet hast. Und der Knabe ward gesund in selbiger Stunde.

14. Und als JEsus in das Haus Petri kam, sahe er, daß seine Schwieger zu Bette lag, und hatte das Fieber.

15. Und er rührete ihre Hand an, da verließ sie das Fieber, und sie stund auf, und dienete ihnen.

16. Da es nun war Abend worden, brachten sie viele zu ihm, die von bösen Geistern besessen waren: und er trieb die Geister mit dem Worte aus: er machte auch alle Kranke gesund.

17. Auf daß erfüllet würde, was gesaget ist durch den Propheten Isaiam, der da spricht: Er hat unsere Schwachheiten auf sich genommen, und unsere Krankheiten hat er getragen.

18. Als aber JEsus sahe, daß eine große Schaar Volks um ihn her war, befahl er über den See zu fahren.

II. 19. Und es trat einer von den Schriftgelehrten herzu, und sprach zu ihm: Meister, ich will dir nachfolgen, wohin du auch gehen wirst.

20. Und JEsus sprach zu ihm: die Füchse haben die Löcher, und die Vögel des Himmels haben Nester: aber des Menschen Sohn hat nicht, da er sein Haupt hinlehne.

21. Aber ein anderer von seinen Jüngern sprach zu ihm: HErr, laß mir zu, daß ich zuvor hingehe, und meinen Vater begrabe.

22. JEsus aber sprach zu ihm: folge mir nach, und laß die Todten ihre Todten begraben.

III. 23. Und als er in das Schifflein trat, folgeten ihm seine Jünger nach:

24. Und

---

primit, an per se, aut per alios accesserit. Quod Matthæus breviter, Lucas distinctius enarrat, cap. 7. Centurio typum populi gentilis gessit, qui propius accessit ad Christum absentem, quam Judæi ad præsentem. Nihil in Scriptura usitatum magis, quam id homini tribuere, quod per alios facit.

℣. 7. *Ego veniam & curabo eum.* Si volueris: quod cum ex humilitate recusasset Centurio, Dominus puerum sanavit absens. *Dic verbo*, Tantum impera: Gr. Dic tantum unum verbum.

℣. 9. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade & vadit.* Etenim absens sanare poteris, qui nulli subditus es, cum ego vel absens imperare soleam, tametsi alienæ potestati subditus: *Et dico*, cum dico, *Vade*, obedit mihi, multo magis ad imperium tuum fiet, quidquid volueris.

℣. 10. *Audiens Jesus miratus est*, fiduciam Centurionis, & fidem: nam postea Christus addidit v. 13. *Vade, & sicut credidisti, fiat tibi.* Miratus est Christus illam fidem, non ex ignoratione causæ, nihil enim eum fugiebat; sed in modum admirantis se composuit, & hoc egit, quod admirantes solent. *Non inveni tantam fidem:* tacita est exprobratio in populum Judaicum.

℣. 11. *Multi ab Oriente, &c.* i. ex omnibus terræ partibus, *venient* ad Ecclesiam. *Recumbent cum Abraham, & Isaac, & Jacob in regno cælorum,* Christus figuratis utitur locutionibus, quæ tum erant in usu. Judæi rerum omnium abundantiam sub Messia futuram animo præconceperant.

℣. 12. *Filii autem regni*, qui sc. primi ad regnum fuere vocati. *Ejicientur in tenebras exteriores.* Quæ sunt extra lucem & regnum.

℣. 14. *Et cum venisset Jesus in domum Petri*, Aug. loco citato: *Hoc quando factum sit, id est, post quid, vel ante quid, non expressit Matthæus. Non enim post quod narratur, post hoc etiam factum necesse est, ut intelligatur:* Ac verisimile est, quæ sequuntur usque ad v. 35. capitis sequentis, ante Sermonem Domini in monte acta inde.

℣. 17. *Ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam:* Verba Isaiæ, cap. 53. juxta textum Hebræum potius citantur, quam juxta 70. *Ipse infirmitates nostras accepit:* in se suscepit, ac pertulit, ut loquitur Petrus 1. Epist. 2. Et morbos peccatorum effectus sustulit.

℣. 18. *Jussit ire trans fretum.* Gr. *Trans lacum*, ubi erat solitudo. Hinc Marcus & Lucas scribunt eum in desertum secessisse.

℣. 19. *Et accedens unus scriba, ait illi:* Miraculis commotus Christum sequi affectabat, cujus ambitionem & dolosum animum Dominus perstringit: nam gloria & lucri cupiditate tenebatur.

℣. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos:* non prohibet officium pietatis, sed Evangelizandi officium præferendum insinuat. Ac forte petiit ille, ut patris curam gereret usque ad ejus mortem: mortui penes animam mortuos corpore sepeliant: tu quæ magis sunt necessaria, cura. Prius illi dixerat Christus, *Sequere me*, Lucæ 9. ideo petit facultatem patris sepeliendi.

24. Und siehe, es erhub sich ein sehr ungestümmes Wetter auf dem Meer, also, daß das Schifflein mit Wellen bedecket ward: Er aber schlief.

25. Und seine Jünger traten zu ihm, und weckten ihn auf, und sprachen: HErr, erhalte uns, wir gehen zu grunde.

26. Und JEsus sprach zu ihnen: was seyd ihr so furchtsam, ihr Kleinglaubige? Darnach stund er auf, und geboth den Winden, und dem Meer, und es ward eine große Stille.

27. Aber die Menschen verwunderten sich, und sprachen: Was ist dieses für einer, daß ihm auch die Winde und das Meer gehorsam sind?

IV. 28. Nachdem sie nun hinüber gekommen waren in die Landschaft der Gerasener, da liefen ihm zween entgegen, welche von bösen Geistern besessen waren, die kamen aus den Gräbern, und waren überaus grimmig: also, daß niemand durch denselbigen Weg vorübergehen konnte.

29. Und siehe, sie riefen, und sprachen: JEsu, du Sohn GOttes, was haben wir mit dir zu schaffen? Bist du hieher gekommen, uns vor der Zeit zu peinigen?

30. Es war aber nicht fast weit von ihnen eine große Heerde Schweine auf der Weide.

31. Und die bösen Geister bathen ihn, und sprachen: Willst du uns von hinnen austreiben, so laß uns in die Heerde Schweine fahren.

32. Und er sprach zu ihnen: Fahret hin: Sie aber fuhren aus, und fuhren in die Schweine. Und siehe, die ganze Heerde lief ungestümmiglich zum Meer hinein, und sie starben im Wasser.

33. Aber die Hirten flohen, und da sie in die Stadt kamen, verkündigten sie alles, auch wie es mit denen ergangen war, so von den bösen Geistern besessen gewesen.

34. Und siehe, die ganze Stadt gieng heraus JEsu entgegen, und da sie ihn sahen, bathen sie ihn, daß er aus ihren Gränzen weichen wollte.

Das neunte Capitel.

I. Christus heilet einen Gichtbrüchigen, und verzeihet ihme seine Sünden. 1. II. Beruset Matthäum, und die Sünder, und widerleget das Murren der Pharisäer. 9. III. Erlediget ein Weib vom Blutgang, und erwecket Jairi Tochter vom Tod. 18. IV. Macht zwey Blinde sehend, und einen Stummen redend, prediget in Städten und Flecken, heilet alle Krankheiten, und wünschet viele Arbeiter in die Aernte. 27.

1. Und er trat in das Schifflein, und fuhr hinüber, und kam in seine Stadt.

2. Und siehe, sie brachten einen Gichtbrüchigen zu ihm, der auf einem Bette lag. Da nun JEsus ihren Glauben sah, sprach er zu dem Gichtbrüchigen: Sey getröst, mein Sohn, dir werden deine Sünden vergeben.

3. Und siehe, etliche von den Schriftgelehrten sprachen bey sich selbst: Dieser lästert GOtt.

24. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipse vero dormiebat.

25. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.

26. Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc surgens, imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

27. Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?

IV. 28. Et *k* cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. *k Marc.* 5. 1. *Luc.* 8. 26.

29. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos?

30. Erat *l* autem non longe ab illis grex multorum porcorum pascens. *l Marc.* 5. 11. *Luc.* 8. 32.

31. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

32. Et ait illis: Ite: At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.

33. Pastores autem fugerunt, & venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

34. Et ecce, tota civitas exiit obviam Jesu, & *m* viso eo rogabant, ut transiret a finibus eorum. *m Marc.* 5. 17. *Luc.* 8. 37.

CAPUT IX.

I. Paralyticum curat dicens: remissa illi peccata, hinc Scribæ murmurant. 1. *II. Vocat Matthæum, & respondet Pharisæis murmurantibus.* 9. *III. Mulierem a sanguinis profluvio liberat: filiam principis mortuam suscitat.* 18. *IV. Vitu duobus cæcis restituto, dæmoniacum mutum sanat; & ubique omnes sanat infirmitates, dolens paucos esse operarios.* 27.

1. Et † ascendens in naviculam, transfretavit, & venit in civitatem suam. † *DOM 18. POST PENTEC.*

2. Et ecce offerebant ei *a* paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *a Marc.* 2. 3. *Luc.* 5. 18.

3. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.

4. Et

℣. 24. *Ipse vero dormiebat*, Somno voluntario, ut ad illius opem discipuli confugerent, & suæ fidei tenuitatem agnoscerent. Atque hoc loco fides non sumitur pro fiducia, cum res ipsis desperata videretur.

℣. 28. *Cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum*, Græce *Gergesenorum*. Deut. 7. v. 1. Marcus & Lucas Gadarenorum, Genes. 10. *Gergeseni* vocantur in textu Hebræo, quam vocem retinuit Matthæus qui scripsit Hebraice. Urbs autem *Gergesa* nulla amplius tum erat; prope illam Syri condiderunt Gerasam, ut eam vocat Josephus L. 2. belli Judaici, cap. 35. ac primis Ecclesiæ temporibus sic vocata est: Unde vulgata editio regionem Gerasenorum vertit. Lucas vero Antiochensis regionem Gadarenorum Græce scripsit. Hoc enim nomine apud Syro-Macedonas nota erat, inter præcipuas urbes Decapoleos. Nam regio Gerasenorum a Pompeji temporibus subdita erat Gadarenis, quorum urbem Pompejus instaurari jusserat, in gratiam Demetrii liberti sui hinc oriundi. Ita Pezronius Abbas, qui addit in eam regionem gentium se contulisse Dominum, quod ibi plures essent Judæi, in quos humaniores erant Geraseni, ex Josepho L. citato, cap. 33. & 35. Decapoleos autem quinque urbes sitæ erant prope Jordanis fontes, aliæ ultra lacum, atque hæ urbes ad Græcos Syriæ pertinebant, ex Plinio L. 5. cap. 18. Unius tantum energumeni mentionem faciunt Marcus & Lucas, quod forte alter ex iis multo notior esset, in quo erat legio dæmonum, uti respondet Augustinus; aut quod hic solus a Christo curatus fuerit.

℣. 29. *Quid nobis, & tibi, Jesu fili Dei?* ex miraculis suspicabantur esse Filium Dei. *Venisti huc ante tempus*, ante ultimum judicii diem; vel quia non putabant tam cito Christum venturum.

℣. 32. *Et ait illis: Ite.* Permisit Christus, tum ut ostenderet quantum dæmones in homines sævirent, si Deus sineret; tum ut liqueret contra Sadducæos extare spiritus. Quod male petebant dæmones, ut nocerent; permittit Christus, ut illustrius fieret miraculum: Dæmones vero id petierunt, ut regionis illius incolæ damno porcorum affecti Dominum non reciperent. Si cupis plura, vid. Tirin.

CAPUT IX.

℣. 1. *Et venit in civitatem suam.* Capharnaum, ubi frequentius habitabat. Civitas ejus dicitur ratione habitationis, ut Nazareth ratione educationis.

℣. 2. *Dixit Paralytico*, utique pœnitenti: *Remittuntur tibi peccata tua.* Hanc potestatem se habere probat, sanitatem homini solo jussu impertiendo.

℣. 3. *Dixerunt intrà se*, cogitarunt in mente sua. *Hic blasphemat:* Sibi tribuendo, quod solius Dei proprium est.

4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?

5. Quid est facilius, dicere: Dimittuntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, & ambula?

6. Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

7. Et surrexit, & abiit in domum suam.

8. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

b Marc.2.14. Luc.5.27. II. 9. Et *b*, cum transiret inde Jesus †, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me! & surgens, secutus est eum. † *SANCT. MATTH.*

10. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes, discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus.

11. Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester?

12. At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus:

c Ose 6 6. Infr. 12.7. 13. Euntes autem discite quid est: *c* Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare justos, *d* sed peccatores.

d 1. Tim. 1. 15.

14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: *e* Quare nos, & Pharisæi, jejunamus

e Marc.2.18. Luc.5.33. frequenter: discipuli autem tui non jejunant?

15. Et ait illis JESUS: Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies; cum auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt.

16. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus a vestimento, & pejor scissura fit.

17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres; alioquin rumpuntur utres, & vinum effunditur, & utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, & ambo conservantur.

f Marc.5.22. Luc.8.41. III. 18. Hæc *f* † illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit, & adorabat eum dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & vivet. † *DOM. 23. POST PENT.*

19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, & discipuli ejus.

g Marc.5.25. Luc.9.43. 20. Et *g* ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus.

21. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero.

22. At Jesus conversus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora.

4. Und da JEsus ihre Gedanken sah, sprach er: Warum gedenket ihr Böses in euren Herzen?

5. Welches ist leichter zu sagen: Dir werden deine Sünden vergeben; oder zu sagen: stehe auf, und wandele?

6. Damit ihr aber wisset, daß des Menschen Sohn auf Erden Macht hat, die Sünden zu vergeben, so sprach er zu dem Gichtbrüchigen: Stehe auf, nimm dein Bett, und gehe in dein Haus.

7. Und er stund auf, und gieng hinweg in sein Haus.

8. Da aber das Volk dieses sah, fürchteten sie sich, und preiseten GOtt, der solche Macht den Menschen gegeben hat.

II. 9. Und als JEsus von dannen fortgieng, sah er einen Menschen am Zoll sitzen, dessen Name war Matthäus. Und er sprach zu ihm: Folge mir nach! Und er stund auf, und folgete ihm nach.

10. Und es begab sich, als er im Hause zu Tische saß, siehe, da kamen viele Publicanen und Sünder, und saßen mit JEsu zu Tische, und mit seinen Jüngern.

11. Da das die Pharisäer sahen, sprachen sie zu seinen Jüngern: Warum isset euer Meister mit den Publicanen und Sündern?

12. Als nun JEsus das hörete, sprach er: die Gesunden bedürfen des Arztes nicht, sondern die Kranken:

13. Gehet aber hin, und lernet, was das sey: Ich will Barmherzigkeit, und nicht Opfer. Denn ich bin nicht gekommen, die Gerechte zu berufen, sondern die Sünder.

14. Da tratten die Jünger Johannis zu ihm, und sprachen: Warum fasten wir, und die Pharisäer, so oft, aber deine Jünger fasten nicht?

15. Und JEsus sprach zu ihnen: Können auch die Kinder des Bräutigams Leid tragen, so lange der Bräutigam bey ihnen ist? Es werden aber die Tage kommen, daß der Bräutigam von ihnen wird genommen werden: alsdann werden sie fasten.

16. Niemand aber setzet einen Lappen von neuem Tuch auf ein altes Kleid: denn der Lappe reisset doch wieder vom Kleid, und der Riß wird viel länger.

17. So thut man auch keinen neuen Wein in alte Schläuche; sonst zerreissen die Schläuche, und der Wein wird verschüttet, und die Schläuche verderben. Sondern neuen Wein thut man in neue Schläuche, so werden sie beyde zusammen erhalten.

III. 18. Indem er solches zu ihnen redete, siehe, da kam ein Oberster zu ihm, und bethete ihn an, und sprach: HErr! meine Tochter ist jetzt gestorben: aber komm und lege deine Hand auf sie, so wird sie leben.

19. Und JEsus stund auf, und folgete ihm nach, samt seinen Jüngern.

20. Und siehe, ein Weib, das zwölf Jahre lang den Blutgang gelitten hatte, trat von hinten herzu, und rührete den Saum seines Kleides an.

21. Denn sie sprach bey ihr selbst: Wenn ich nur sein Kleid anrühren möchte, so würde ich gesund werden.

22. JEsus aber wandte sich um, und als er sie sah, sprach er: Sey getröst Tochter, dein Glaube hat dir geholfen. Und das Weib war gesund von derselbigen Stunde.

23. Und

---

†. 5. *Quid est facilius, dicere*, cum simul res executioni mandetur.

†. 6. *Quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata*, Divinam, qua etiam Paralyticum mox erat sanaturus.

†. 8. *Videntes autem turbæ timuerunt*, Gr. *Admirati sunt:* Qui duo affectus sunt cognati maxime. Quædam exemplaria Latina cum Græcis consentiunt. *Qui dedit potestatem talem.* Messiam tam potentem.

†. 9. *Vidit hominem sedentem in telonio;* Locus erat Capharnai, ubi vectigalia solvebantur. Aug. libro citato, cap. 26. *Hinc autem probabilius videtur, quod hæc prætermissa recordando Matthæus commemorat; quia utique ante illum sermonem habitum in monte credendum est vocatum esse Matthæum. In eo quippe monte tunc Lucas commemorat omnes duodecim ex pluribus discipulis electos, quos & Apostolos nominavit.*

†. 10. *Discumbente eo in domo*, Matthæi: Lucas & Marcus id apertissime testantur.

†. 13. *Euntes autem discite.* i. expendite. *Non enim veni vocare justos*, Justitiæ falsa persuasione inflatos.

†. 14. *Discipuli autem tui non jejunant.* Non tam frequenter ac Pharisæi: non enim hic de jejuniis a lege præscriptis agitur.

†. 15. *Numquid possunt filii sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus?* Gr. *Filii thalami nuptialis;* qui cum novo sponso versantur, filii nuptiarum dicuntur Hebræa phrasi, ut filius pacis. Hac comparatione uti voluit Dominus loquens ad discipulos Joannis, ut insinuaret se esse verum Ecclesiæ sponsum, & ad testimonium Joannis de se respexit.

†. 16. *Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus:* Gr. Additamentum, *Panni rudis*, nondum a fullone subacti: *Tollit enim plenitudinem ejus*, integritatem panni lacerat. Discipulis meis nondum impono graviora præcepta, donec sint ad ea excipienda paratiores.

†. 18. *Domine, filia mea modo defuncta est:* Marcus cap. 5. in extremis fuisse ait. Rogavit primo pro filia animam agente, deinde nuntiata ejus morte, pro mortua deprecatus est. Matthæus uno verbo utrumque significavit brevitatis causa: aut dixit mortuam esse, quod adeo male affectam reliquerit, ut eam expirasse crederet.

23. Und als JEsus in des Obersten Haus kam, und sahe die Schalmeyer, und das Getümmel des Volkes,
24. sprach er: Weichet: denn das Mägdlein ist nicht todt, sondern es schläfet. Und sie verlachten ihn.
25. Als aber das Volk ausgetrieben war, gieng er hinein, und rührete ihre Hand an: da stund das Mägdlein auf.
26. Und dieses Gerücht gieng aus in dasselbige ganze Land.
IV. 27. Und als JEsus von dannen fortgieng, folgeten ihm zwey Blinde nach, die riefen, und sprachen: Du Sohn Davids, erbarme dich unser.
28. Da er aber ins Haus gekommen war, tratten die Blinde zu ihm. Und JEsus sprach zu ihnen: Glaubet ihr, daß ich euch solches thun kann? Sie sprachen zu ihm: Ja, HErr.
29. Da rührete er ihre Augen an, und sprach: Euch geschehe nach eurem Glauben.
30. Und ihre Augen wurden aufgethan: und JEsus bedrohete sie, und sprach: Sehet zu, daß es niemand erfahre.
31. Sie aber giengen hinaus, und machten ihn ruchtbar in demselbigen ganzen Lande.
32. Als sie aber hinausgegangen waren, siehe, da brachten sie einen Menschen zu ihm, der stumm, und vom bösen Geist besessen war,
33. Und da der böse Geist ausgetrieben war, redete der Stumme, und das Volk verwunderte sich, und sprach: deßgleichen ist in Israel niemals geschen worden.
34. Aber die Pharisäer sprachen: Er treibet die Teufel aus durch den Obersten der Teufel.
35. Und JEsus gieng umher durch alle Städte und Flecken, und lehrete in ihren Synagogen, und predigte das Evangelium des Reichs, und heilete alle Krankheit, und alle Schwachheit.
36. Als er aber das Volk sahe, erbarmete er sich desselbigen: denn sie waren geplagt, und lagen zerstreuet, wie Schafe die keinen Hirten haben.
37. Da sprach er zu seinen Jüngern: Die Aernte ist zwar groß, aber der Arbeiter sind wenig.
38. Derowegen bittet den HErrn der Aernte, daß er Arbeiter sende in seine Aernte.

Das zehente Capitel.

I. Christus giebt seinen Jüngern Gewalt, die Teufel auszutreiben, und die Kranke zu heilen, 1. II. Sendet sie aus, das Evangelium zu predigen, und versiehet sie mit schönen Lehrstücken, 5. III. Saget ihnen vor viele Verfolgungen, 17. und stärket sie zu einer unerschrockenen Bekenntniß des Glaubens, und Ausbreitung desselbigen, 26. IV. Verspricht denjenigen, so seine Jünger werden aufnehmen, große Belohnung, 40.

1. Und er berief seine zwölf Jünger zusammen, und gab ihnen Gewalt über die unreinen Geister, dieselbige auszutreiben, auch alle Krankheit, und alle Schwachheit zu heilen.
2. Die Namen aber der zwölf Apostel sind diese: Der erste ist Simon, der Petrus genennet wird, und Andreas sein Bruder.
3. Jacobus, Zebedäi Sohn, und Johannes sein

23. Et cum venisset Jesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat:
24. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.
25. Et cum ejecta esset turba, intravit: & tenuit manum ejus. Et surrexit puella.
26. Et exiit fama hæc in universam terram illam.
IV. 27. Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri fili David.
28. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis, quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine.
29. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.
30. Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Jesus, dicens: Videte, ne quis sciat.
31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa.
32. Egressis autem illis, *h* ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. *h Infr. 12. 22. Luc. 11. 14.*
33. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Numquam apparuit sic in Israel.
34. Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones.
35. Et *i* circuibat Jesus omnes civitates, & castella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem. *i Marc. 6. 6.*
36. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, & jacentes sicut oves non habentes pastorem.
37. Tunc dicit discipulis suis *k*: Messis quidem multa, operarii autem pauci. *k Luc. 10. 2.*
38. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

CAPUT X.

I. Duodecim Apostolis dat potestatem curandi dæmoniacos, infirmosque, 1. II. Tradit illis necessaria documenta mittens eos ad evangelizandum Judæis, 5. III. Armat adversus mala imminentia, 17. Hortatus ad constantem sui confessionem, & prædicationem, 26. IV. Honoranti discipulos suos propter se liberalem mercedem promittit, 40.

1. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, *a* ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. *a Marc. 3. 13. Luc. 6. 13. & 9. 1.*
2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus.
3. Jacobus Zebedæi, & Joannes frater ejus;

℣. 23. *Cum vidisset tibicines, & turbam tumultuantem:* iste fuit mos antiquorum, ut ad funus lamentatrices & tibicines adhiberent.

℣. 24. *Non est enim mortua, sed dormit.* Quod tam facile posset illam a morte, quam a somno excitare, vel quod ea esset statim suscitanda, velut a somno, vel quod ipsi non sit mortua, cui omnia vivunt.

℣. 27. *Miserere nostri fili David.* Messia Davidi promisse.

℣. 31. *Diffamaverunt eum.* Miraculum divulgando.

℣. 32. *Ecce obtulerunt ei hominem mutum;* Vox Græca surdum potius quam mutum significat: quod hæc duo sint inter se conjuncta: nam qui surdi sunt a nativitate, iidem sunt muti: is vero alius est ab eo, cujus fit mentio Matth. 12. & Lucæ 11.

℣. 33. *Nunquam apparuit sic.* i. Talia faciens.

℣. 35. *Et prædicans Evangelium regni,* sc. cœlestis. *Et curans — omnem infirmitatem.* Syr. dolorem.

CAPUT X.

℣. 1. *Et convocatis duodecim discipulis suis.* Electio Apostolorum e discipulis facta refertur Lucæ 6. 13. quos verisimile est electos fuisse anno 2. a prædicatione Christi incœpta, circa mensem Januarium. *Potestatem,* contra spiritus immundos. *Et curarent,* quæ potestas extraordinaria missionis Apostolicæ erat argumentum.

℣. 2. *Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc: Primus, Simon,* Primus dignitate. Nam Andreas ejus frater prius vocatus dicitur a Joanne. Primatus autem ille non fuit datus, cum hæc facta sunt, sed cum ab Evangelista scriptum est. Evangelistæ eum primo loco recensent ob ejus primatum. *Qui dicitur Petrus,* postea sic dictus cap. 16. Philippus & Bartholomæus, hic interpretatur, Filius Tolmai, seu Ptolemæi. *Simon,* Qui & Zelotes, e vico *Cana,* qui Syriace *Zelum* significat. *Thaddæus,* qui & Judas, & Lebbæus, frater Jacobi Alphæi, Christi consanguineus; *Et Judas Iscariotes,* Filius Simonis, e vico Carioth in tribu Juda, cujus fit mentio Josue 15. Is Hebr. virum significat.

ejus, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi, & Thaddæus,

4. Simon Chananæus, & Judas Iscariotes, qui & tradidit eum.

II. 5. Hos duodecim misit Jesus; præcipiens eis, dicens: In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis:

b Act. 13.46. 6. Sed potius ite *b* ad oves, quæ perierunt domus Israel.

7. Euntes autem prædicate, dicentes: quia appropinquavit regnum cœlorum.

8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.

c Marc. 6. 8. *Luc.* 9. 3. & 10. 4. 9. Nolite *c* possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.

10. Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus enim est operarius cibo suo:

11. In quamcunque autem civitatem, aut castellum intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit, & ibi manete, donec exeatis.

12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

13. Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos.

14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.

15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati.

d Luc. 10. 3. ✝ *S. BARN. AMBROS. Item Commm. S. PAULI.* 16. Ecce *d* ✝ ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

III. 17. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos:

18. Et ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.

e Luc. 12. 11. 19. Cum *e* autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

20. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

21. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent

Bruder, Philippus und Bartholomäus, Thomas, und Matthäus der Publican, Jacobus, Alphäi Sohn, und Thaddäus,

4. Simon von Chana, und Judas Iscariot, der ihn auch verrathen hat.

II. 5. Diese zwölfe sandte JEsus, und geboth ihnen, sprechend: Gehet nicht auf dem Weg der Heyden, und ziehet nicht hinein in die Städte der Samariter:

6. Sondern gehet vielmehr zu den verlohrnen Schafen des Hauses Israels.

7. Gehet aber hin, prediget und saget: Das Himmelreich ist nahe herbeykommen.

8. Machet die Kranken gesund, erwecket die Todten, reiniget die Aussätzigen, treibet die Teufel aus: umsonst habt ihrs empfangen, so gebts auch umsonst.

9. Ihr sollet weder Gold, noch Silber, noch Geld zum Eigenthum haben in euren Gürteln.

10. Auch keine Taschen auf dem Weg, noch zween Röcke, noch Schuhe, noch Stab: denn ein Arbeiter ist seiner Speise werth:

11. Aber zu welcher Stadt oder Flecken ihr hineinziehet, daselbst fraget, wer darinnen sey, der es werth ist, und bleibet allda, bis ihr von dannen ziehet.

12. Wenn ihr aber zu einem Hause hineingehet so grüßet dasselbige, und sprecht: der Friede wiederfahre diesem Hause.

13. Und wo es das Haus werth * ist, so wird euer Friede über dasselbige kommen: Ist es aber dessen nicht werth, so wird sich euer Friede wiederum zu euch wenden.

* würdig.

14. Wer euch aber nicht aufnehmen, noch eure Rede hören wird: so gehet aus demselbigen Hause, oder aus der Stadt hinaus, und schlaget den Staub ab von euren Füßen.

15. Wahrlich sage ich euch: Es wird dem Lande deren zu Sodoma, und Gomorrha, am Tage des Gerichts erträglicher fallen, denn derselbigen Stadt.

16. Siehe, ich sende euch wie Schafe mitten unter die Wölfe. Darum seyd klug, wie die Schlangen, und einfältig, wie die Tauben.

III. 17. Hütet euch aber vor den Menschen. Denn sie werden euch überantworten in den Versammlungen, und werden euch geisseln in ihren Synagogen:

18. Man wird euch vor Landpfleger, und vor Könige führen, um meinetwillen, ihnen, und den Heyden zum Zeugniß.

19. Wenn sie euch aber überantworten werden, so sorget nicht, wie, oder was ihr reden sollet: denn es wird euch in derselbigen Stunde gegeben werden, was ihr reden sollet.

20. Denn ihr seyd es nicht, die da reden, sondern der Geist eures Vaters, der in euch redet.

21. Es wird aber ein Bruder den andern zum Tode überantworten, und der Vater den Sohn: und die Kin-

der

℣. 5. *In viam gentium*, quæ ducit ad gentes, *Ne abieritis:* Quia Judæis primum prædicare Evangelium oportuit.

℣. 8. *Gratis accepistis, gratis date.* Ratio affertur, cur gratis miracula patrare debeant, quod gratis hanc potestatem acceperint. Sic amputat vanam gloriam, insinuando, quod ex se nil habeant, Sic avaritiam, & simoniam coërcet. *Mortuos suscitate;* hinc sequitur quosdam mortuos ab Apostolis esse suscitatos.

℣. 9. *Neque pecuniam in zonis vestris:* Gr. Neque æs, neque ullam aliam pecuniam: ea quippe ex auro, argento, vel ære conflatur. Sensus est: Cum ad prædicandum Evangelium proficiscemini, ne sitis soliciti de cibo, potu, & aliis necessariis: ea quippe vobis suppeditabunt, quibus annuntiabitis Evangelium. Quod præceptum Christus dedit Apostolis ad tempus missionis, quotiescumque iter susciperent ad prædicandum Evangelium: ea vero commemorat, quæ viatores secum deferre solent.

℣. 10. *Non peram in via.* Non circumferatis cibos, Gr. *Ad viam* comparetis, aut pocula. *Neque virgam,* Matth. 6. *Sed virgam* tantum. Maldonatus putat, Evangelistas non numerasse verba, sed sensum exhibuisse. Dominus enim id tantum vetuit, ne Apostoli quicquam ferrent, præter ea, quæ essent in præsentem usum necessaria. Quædam editiones Græcæ habent, *Neque virgas:* Sic Matth. habet *Neque calceamenta:* Marcus, cap. 6. v. 9. *Calceatos sandaliis.* Itaque Christus præcipit, ut virgam tantum seu baculum viatorium, sandalia, & tunicam secum ferant, non superflua, aut duo calceamenta. Hinc Juvencus L. 2. Hist. Evangel. *Nec plantis tegmina plura.* Virgæ etiam nomine intelligi potest virga ferro præfixa, qua se tuerentur. *Operarius;* ergo ut operario merces debetur, sic prædicatori stipendium: neque adeo proventus Ecclesiastici sunt meræ eleemosynæ intuitu paupertatis concessæ, sed ut laborum stipendia honoraria.

℣. 11. *Interrogate quis in ea dignus sit:* Qui famæ commendatione dignus sit hospitio vestro: ne forte labes in vos redundet, si ex fama laboret. *Donec exeatis,* e civitate, aut e pago: ne temere mutetis hospitium.

℣. 12. *Intrantes autem in domum &c.* Hæc desunt in Græco vulgari: sed in plerisque exemplaribus occurrunt.

℣. 14. *Excutite pulverem de pedibus* — in signum anathematis & maledictionis.

℣. 16. *Et simplices sicut columbæ.* Gr. *Sine cornibus,* innoxii, ut agni: itaque malum vobis illatum non referatis.

℣. 17. *Tradent enim vos in conciliis:* in synedria. Sæpe Apostoli coram Senatu magno adducti sunt, ut fidei suæ rationem redderent.

℣. 19. *Nolite cogitare quomodo,* Gr. *Ne soliciti sitis & anxii;* non præparationem, sed anxietatem prohibet.

℣. 20. *Non enim vos estis, qui loquimini:* Vox negativa sæpe comparationem significat. Spiritus sanctus magis loquetur in vobis, quam vos ipsi.

der werden sich auflehnen wider die Aeltern, und werden sie zum Tode bringen,

22. Und ihr werdet bey jedermann verhaßt seyn, um meines Namens willen: wer aber verharren wird bis zum Ende, der wird selig werden.

23. Wenn sie euch aber in einer Stadt verfolgen, so fliehet in eine andere. Wahrlich sage ich euch, ihr werdet die Städte Israels nicht vollenden, bis der Sohn des Menschen komme.

24. Der Jünger ist nicht über den Meister, noch der Knecht über seinen Herrn.

25. Es ist einem Jünger genug, daß er sey wie sein Meister, und dem Knecht, daß er sey, wie sein Herr: Haben sie den Hausvater Beelzebub geheissen: wie vielmehr werden sie seine Hausgenossen also heissen?

26. Derowegen sollet ihr sie nicht fürchten. Denn es ist nichts verborgen, das nicht wird offenbar werden, und ist nichts heimlich, das man nicht wissen wird.

27. Was ich euch im Finstern sage, das redet im Licht: und was ihr ins Ohr höret, das prediget auf den Dächern.

28. Und fürchtet euch nicht vor denen, die den Leib tödten, die Seele aber nicht können tödten: sondern fürchtet euch vielmehr vor dem, der beyde, Seele und Leib, zur Hölle hinein kann verderben.

29. Kaufet man nicht zween Spatzen um einen Schilling: * und gleichwol fället keiner von denselbigen auf die Erde ohne euren Vater? * Pfennig.

30. Es sind aber alle Haare eures Hauptes gezählet.

31. Derowegen fürchtet euch nicht: ihr seyd viel besser, denn die Spatzen.

32. Darum, wer mich bekennen wird vor den Menschen, den will ich auch bekennen vor meinem Vater, der im Himmel ist.

33. Wer mich aber verläugnen wird vor den Menschen, denselbigen will ich auch verläugnen vor meinem Vater, der im Himmel ist:

34. Ihr sollet nicht vermeynen, daß ich gekommen bin, Friede zu senden auf Erden: Ich bin nicht gekommen, Friede zu senden, sondern das Schwert.

35. Denn ich bin gekommen abzusöndern, den Menschen wider seinen Vater, die Tochter wider ihre Mutter, und die Schnur wider ihre Schwieger.

36. Und des Menschen Feind werden seine eigene Hausgenossen seyn.

37. Wer Vater und Mutter mehr liebet, denn mich, der ist meiner nicht werth: und wer seinen Sohn oder Tochter mehr liebet, denn mich, der ist meiner nicht werth.

38. Und wer sein Creuz nicht auf sich nimmt, und mir nachfolget, der ist meiner nicht werth.

39. Wer seine Seele findet, der wird sie verliehren: und wer seine Seele verliehren wird um meinet willen, der wird sie finden.

IV. 40. Wer euch aufnimmt, der nimmt mich auf, und wer mich aufnimmt, der nimmt denjenigen auf, der mich gesandt hat.

41. Wer einen Propheten aufnimmt, im Namen eines Propheten, der wird eines Propheten Lohn empfangen: und wer einen Gerechten aufnimmt, im Namen eines Gerechten, der wird eines Gerechten Lohn empfangen.

filii in parentes, & morte eos afficient,

22. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. °

23. Cum † autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel, donec veniat filius hominis. † *SANCT. ATHAN. EPISC.*

24. Non *f* est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. *f Luc.* 6. 40. *Joan.* 13. 16. 15. 20.

25. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus: & servo, sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt: quanto magis domesticos ejus?

26. Ne ergo timueritis eos: *g* † Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum quod non scietur. *g Marc.* 4. 22. *Luc.* 8. 17. & 12. 2. † *UNIUS MART. NON PONTIF.*

27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

28. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. °

29. Nonne *h* duo passeres asse væneunt: & unus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? *h 2. Reg.* 14. 11. *Act.* 27. 35.

30. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.

31. Nolite ergo timere; multis passeribus meliores estis vos.

32. Omnis *i* ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est: *i Marc.* 8. 38. *Luc.* 9. 26. & 12. 8. *2. Tim.* 2. 12.

33. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui in cœlis est. °

34. Nolite *k* † arbitrari, quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium. *k Luc.* 12. 51. † *UNIUS MART. NON PONTIF.*

35. Veni enim separare hominem adversus patrem suum, & filiam adversus matrem suam: & nurum adversus socrum suam.

36. Et *l* inimici hominis, domestici ejus. *l Mich* 7. 6.

37. Qui *m* amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus. *m Luc.* 14. 26.

38. Et *n*, qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. *n Infr.* 16. 24. *Marc.* 8. 34. *Luc.* 14. 27.

39. Qui invenit animam suam, perdet illam: & qui *o* perdiderit animam suam propter me inveniet eam. • *Luc.* 9. 24. & 17. 33. *Joan.* 12. 25.

IV. 40. Qui *p* recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. *p Luc.* 10. 16. *Joan.* 13. 20.

41. Qui recipit Prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.

42. Et

℣. 23. *Fugite in aliam.* Non debetis temere adire vitæ pericula, nec persequentium furorem manendo accendere, nisi salus aliquorum ex vestra fuga in periculum vocetur: qua de re Aug. Epist. 18. ad Honoratum. Non propterea missionem vestram deseratis, sed in alias urbes migrate. *Donec veniat filius hominis*, donec adsit vobis. Alii de Spiritus Sancti missione id interpretantur: Donec veniam ad vos per Spiritum Paracletum.

℣. 34. *Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terram:* Futurum erat, ut doctrina Christi Judæis & Gentibus annuntiata in familias divisionem & discordiam induceret, aliis credentibus, aliis incredulis.

℣. 36. *Et inimici hominis domestici ejus:* propinqui infideles. Venit Christus non ut pacem terrenam, in qua non habetur ratio pietatis, stabiliret: dissentio vero illa, cujus meminit, non est seditiosa, sed patiens injuriarum; ex parte infidelium impia, ex parte fidelium justa & sancta. Christus dissentionum occasio fuit, non causa: eventum sæpe Scriptura, non intentionem, aut causam profert.

℣. 37. *Qui amat Patrem.* Appretiative, *plusquam me*, plusquam meam fidem, & legem, *non est me dignus*, i. meo nomine, gratia & regno est indignus.

℣. 38. *Qui non accipit crucem suam*, qui non patienter adversa perfert. Qua locutione Christus primus usus est, eaque crucis mysterium commendavit. Eadem vox Hebræa utrumque significat, accipere & ferre.

℣. 39. *Qui invenit animam suam:* Phrasi Hebraica invenire est acquirere, aut servare.

℣. 41. *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ*, qui eo nomine Prophetam suscipit, quod sit Propheta, mercedem accipiet, non in pari gradu, sed juxta affectus & officii magnitudinem: *Prophetæ* nomine doctor, aut prædicator Evangelii recte intelligitur.

q *Marc.* 9. 40. 42. Et *q* quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

CAPUT XI.

I. Joannes de carcere nuntios mittit ad Jesum: 1. *II. Quibus abeuntibus, ipse coram turbis laudat Joannem:* 7. *Judæos vero pueris in foro invicem acclamantibus assimilat,* 15. *III. Exprobrat civitatibus obstinatis, in quibus plurimas fecerat virtutes:* 21. *IV. Patrem laudat: oneratos ad se vocat, dicens jugum suum esse suave,* 25.

1. Et factum est, cum consummasset Jesus præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret, & prædicaret in civitatibus eorum.

a *Luc.* 7. 18. † *DOM.* 2. *ADVENT.* 2. Joannes *a* † autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis,

3. Ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

4. Et respondens Jesus ait illis: Euntes renuntiate Joanni, quæ auditis, & vidistis.

b *Isaiæ* 35. 5. c *Isaiæ* 61. 1. 5. Cæci *b* vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, *c* mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:

6. Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.

d *Luc.* 7. 24. II. 7. Illis *d* autem abeuntibus, cœpit JESUS dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

8. Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

9. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam Prophetam.

e *Malach.* 3. 1. *Marc.* 1. 2. *Luc.* 7. 27. 10. Hic est enim, de quo scriptum est: *e* Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno cœlorum, major est illo.

12. A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

13. Omnes enim prophetæ & lex, usque ad Joannem prophetaverunt:

42. Wer auch einem von diesen Geringsten wird einen Becher kaltes Wasser zu trinken reichen, auch nur im Namen eines Jüngers: Wahrlich sage ich euch, der wird seinen Lohn nicht verliehren.

Das eilfte Capitel.

I. Johannes läßt durch seine Jünger von Christo fragen, ob er der Meßias sey, 1. II. Christus lobet Johannem, daß kein Größerer erstanden sey, 7. Strafet die Juden, daß sie sowol ihn, als Johannem verachtet, 15 III. Drohet den Städten Corozain, Bethsaida, und Capharnaum, von wegen ihres Unglaubens, 21. IV. Preiset den Vater, und ladet die Mühselige zur Ruhe, und Erquickung, 25.

1. Und es begab sich, da JESUS vollendet hatte, seinen zwölf Jüngern zu gebiethen, gieng er von dannen fort, in ihren Städten zu lehren, und zu predigen.

2. Als aber Johannes im Gefängniß die Werke Christi hörete, sandte er zween aus seinen Jüngern,

3. Und sprach zu ihm: Bist du derselbige, der kommen soll, oder sollen wir auf einen andern warten?

4. Und JESUS antwortete, und sprach zu ihnen: Gehet hin, und verkündiget Johanni wiederum, was ihr gesehen, und gehöret habt.

5. Die Blinden sehen, die Lahmen gehen, die Aussätzigen werden gereiniget, die Tauben hören, die Todten stehen auf, den Armen wird das Evangelium geprediget:

6. Und selig ist, der sich an mir nicht ärgert.

11. 7. Als aber diese hinweggiengen, da fieng JEsus an zum Volke von Johanne zu reden: was seyd ihr in die Wüste hinausgegangen zu sehen? Ein Rohr, das vom Wind hin und her getrieben wird?

8. Aber was seyd ihr hinausgegangen zu sehen? Einen Menschen, der mit weichen Kleidern bekleidet ist? Siehe, die weiche Kleider tragen, sind in den Häusern* der Könige. * Höfen.

9. Aber was seyd ihr ausgegangen zu sehen? Einen Propheten? Ja, ich sage euch, der auch mehr ist, denn ein Prophet.

10. Denn dieser ists, von welchem geschrieben stehet: Siehe, ich sende meinen Engel vor deinem Angesicht her, der deinen Weg vor dir bereiten soll.

11. Wahrlich sage ich euch, unter denen, die von Weibern gebohren sind, ist keiner aufgestanden, der größer sey, denn Johannes der Täufer: wer aber der Kleinste ist im Himmelreich, der ist größer, denn er.

12. Aber von den Tagen Johannis des Täufers an, bis hieher, leidet das Himmelreich Gewalt, und die Gewalt brauchen, die reissens zu sich.

13. Denn alle Propheten, und das Gesetz, haben geweissaget bis auf Johannem:

14. Und

ỳ. 42. *Quicumque potum dederit uni ex minimis* in nomine discipuli: Quia discipulus est. Hæc Christi documenta in monte ipso inter Capharnaum & Bethsaidam data sunt, cum Apostolos elegit.

CAPUT XI.

ỳ. 1. *Transiit ut -- & prædicaret in civitatibus eorum*, Judæorum. Quid autem fecerint Apostoli a Christo dimissi, Marcus cap. 6. & Lucas cap. 9. referunt.

ỳ. 3. *Tu es, qui venturus es?* Juxta prophetarum oracula. Joannes tum in carcere, in arce Macheronta, ubi Herodes Antipas hujus anni initium exegit, duos e discipulis suis misit ad Christum: non quod dubitaret, an is esset Messias: *Tu es, qui venturus es? ἐρχόμενος*, tu es Messias? sed ut discipuli ea de re convicti non dubitarent.

ỳ. 5. *Cæci vident, &c.* alludit ad cap. 35. & 61. Isaiæ, ubi hæc de Christo prædicuntur. *Mortui resurgunt:* hinc nonnulli colligunt plures quam tres mortuos a Christo fuisse suscitatos. *Pauperes evangelizantur:* Humilibus Evangelium annuntiatur.

ỳ. 6. *Et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me.* Qui offensus non fuerit vitæ meæ & mortis humilitate. Beatus, cui non fuero scandali & ruinæ occasio.

ỳ. 7. *Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatam?* Num hominem levem & inconstantem? ne forte existimarent Joannem mutasse sententiam: non frustra Joannem adiistis.

ỳ. 9. *Et plus quam Prophetam.* Aliis Prophetis excellentiorem: præsentem vidit, & nondum a populo agnitum demonstravit.

ỳ. 10. *Hic est enim.* Ille Angelus & legatus.

ỳ. 11. *Non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista.* Lucas 7. 28. *Major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptista nemo est.* De Sanctis veteris Testamenti id intelligit Maldonatus, si fiat comparatio in sanctitate, vel ad munus prophetandi non surrexit major.

ỳ. 12. *Regnum cœlorum vim patitur.* Primus Joannes pœnitentiam prædicavit, & docuit homines regnum cœlorum vi quadam rapi. *Major est illo;* juxta communiorem interpretationem, quanto Joannes alios Prophetas superavit, tanto novi fœderis Prophetæ Joannem notitia Mysteriorum post descensum Spiritus Sancti superarunt. Alii Prophetæ quasi eminus futura bona, & liberationem mundi viderunt: sed ex quo Joannes apparuit, jam promissa divina impleri cœperunt; cœlum ante occlusum apertum est; *Et violenti rapiunt illud*, dum libidines vincunt suas, & intellectum redigunt in obsequium fidei, carnis & diaboli tentationes elidunt, & cœlum expugnant quasi arcem munitissimam. Regnum cœlorum sæpe potest pro Ecclesia, aut pro vita æterna. Ex quo venit Joannes, mutata sunt tempora; non jam terrena, sed cœlestia, & majori vigilantia quærenda sunt; novam legem veteri videtur opponere.

ỳ. 13. *Omnes enim Prophetæ & lex usque ad Joannem prophetaverunt.* Loquitur de Prophetis, qui primum Christi adventum prædixere, quique extiterunt usque ad Joannem: ex quo regnum cœlorum omnibus est patefactum.

14. Und so ihrs annehmen wollet, ist er Elias, der kommen wird.

15. Wer Ohren hat zu hören, der höre.

16. Wem soll ich aber dieses Geschlecht gleich achten? Es ist den Kindern gleich, welche auf dem Markte sitzen, und ihren Gesellen zuschreyen,

17. Und sagen: Wir haben euch gepfiffen, und ihr habt nicht getanzet: Wir haben geklaget, und ihr habt nicht geweinet.

18. Denn Johannes ist gekommen, und hat weder gegessen, noch getrunken, und sie sagen: Er hat den Teufel.

19. Des Menschen Sohn ist gekommen, der isset, und trinket, und sie sagen: Siehe, dieser Mensch ist ein Fraß, und Weinsaufer, ein Freund der Publicanen, und Sünder. Und ist also die Weisheit gerechtfertiget von ihren Kindern.

20. Damals fieng er an, den Städten, in welchen seine Wunderthaten am meisten geschehen waren, zu verweisen, daß sie nicht Buße gethan hatten.

III. 21. Wehe dir Corozain, wehe dir Bethsaida: denn wenn zu Tyro, und Sidon die Wunderthaten geschehen wären, die unter euch geschehen sind, sie hätten vorlängst im härenen Kleid, und in der Asche Buße gethan.

22. Aber ich sage euch: Es wird Tyro und Sidon erträglicher fallen am Tage des Gerichts, denn euch.

23. Und du Capharnaum, wirst du bis an den Himmel erhoben werden? Du wirst bis in die Hölle hinunterfahren: denn wenn zu Sodoma die Wunderthaten geschehen wären, welche in dir geschehen sind, so wär sie vielleicht geblieben bis auf den heutigen Tag.

24. Aber ich sage euch: Es wird dem Lande deren zu Sodoma, am Tage des Gerichts erträglicher fallen, denn dir.

IV. 25. Zu derselbigen Zeit antwortete JEsus, und sprach: Ich preise dich Vater, du HErr des Himmels, und der Erden, daß du dieses vor den Weisen, und Verständigen verborgen hast, und hast es den Kleinen offenbaret.

26. Ja Vater: denn also ist es wohlgefällig gewesen vor dir.

27. Alle Dinge sind mir übergeben von meinem Vater. Und niemand kennet den Sohn, als der Vater: Niemand kennet auch den Vater, als der Sohn, und wem es der Sohn will offenbaren.

28. Kommet alle zu mir, die ihr mit Mühe und Arbeit beladen seyd, und ich will euch erquicken.

29. Nehmet mein Joch auf euch, und lernet von mir, denn ich bin sanftmüthig, und demüthig von Herzen: so werdet ihr Ruhe finden für eure Seelen.

14. Et si vultis recipere, *f* ipse est Elias, qui venturus est. *f Malach. 4. 5.*

15. Qui habet aures audiendi, audiat.

16. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus,

17. Dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis.

18. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet.

19. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis.

20. Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus, quia non egissent pœnitentiam.

III. 21. Væ *g* tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. *g Luc. 10. 13.*

22. Verumtamen dico vobis: Tyro, & Sidoni remissius erit in die judicii, quam vobis.

23. Et tu Capharnaum, numquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes: quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usque in hanc diem.

24. Verumtamen dico vobis: quia terræ Sodomorum remissius erit in die judicii, quam tibi.

IV. 25. † In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. † *SANCT. MATTH. APOST. item S. FRANC. CONFESSOR. PLUR. MART.*

26. Ita Pater: quoniam sic fuit placitum ante te.

27. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et *h* nemo novit filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi filius, & cui voluerit filius revelare. *h Joan 6. 46. 7. 28. 8. 19. & 10. 15.*

28. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

29. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & *i* invenietis requiem animabus vestris. *i Jerem. 6. 16.*

30. Jugum

℣. 14. *Et si vultis recipere, ipse est Elias:* Si bene accipitis quod dico, *Ipse est Elias, qui venturus est*, præcursoris officio: Ut Elias secundum, sic Joannes primum Christi adventum prævertit; ipse est Elias vestitu, vita, spiritu.

℣. 15. *Qui habet aures audiendi*, donum intelligentiæ; Qui docilis est, audiat.

℣. 16. *Cui autem similem æstimabo generationem istam?* Hoc ipsum egerunt Judæi, quod solent pueri. Joannes clamavit, & Judæi, non ut par erat, responderunt.

℣. 17. *Cecinimus vobis, & non saltastis:* Iis exprobrat, quod Joannem rejecerint propter severioris vitæ genus: ac similitudinem affert puerorum, qui in duos distributi choros, alii aliis exprobrant, quod præ morositate sua neque cantus lugubres, seu nænias occinere noluerint, neque ad tibiæ sonum saltare. Si Pharisæi plerique nec Christum ob communis vitæ institutum, nec Joannem propter austerioris vitæ rationem audire voluerunt: Similes morosis pueris, quibus nulla placet cantilena, seu læta, seu tristis.

℣. 18. *Venit enim Joannes neque manducans neque bibens.* i. perparum. Parum autem communi modo loquendi pro nihilo reputatur.

℣. 19. *Et justificata est sapientia a filiis suis.* sc. Laudata contra reprehensiones scribarum a sapientibus seu probis discipulis. i. Divinæ sapientiæ, & consiliorum erga Judæos ratio declarata & approbata fuit ab Apostolis, & ab iis omnibus, qui crediderunt: tametsi pars major divinum hoc beneficium rejecit. Quod utique & civitatibus exprobrat, quæ post tot prodigia a se visa, nec crediderunt, neque egerunt pœnitentiam. Particula, *&*, videtur disjunctiva potius, quam copulativa: ita ut vim habeat particulæ, *sed*. Mox idem exprobrat urbi Corozain, quæ in lacus Genezareth ingressu sita erat ultra Jordanem, e regione Capharnaum, ut Bethsaida citra Jordanem.

℣. 21. *Olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent:* Non sine speciali Dei auxilio, quod daturus iis fuisset. Alii id populariter intelligendum volunt, adeo ut dixerit Dominus, quod humano judicio omnino erat probabile futurum fuisse: sed Judæos arguit ob duritiem cordis, quæ in iis major erat, quam in Tyriis, & Sidoniis. Hæc durities erat omnino voluntaria; pravam vivendi rationem harum civitatum insinuat simplici illa comparatione cum Tyriis & Sidoniis.

℣. 22. *Tyro & Sidoni remissius erit.* Mitius punientur.

℣. 23. *Numquid usque in cælum exaltaberis?* Gr. *Exaltata es*, prædicatione mea, & miraculis illustrata. Bethsaida & Corozain cum Tyriis & Sidoniis, Capharnaitas cum Sodomitis comparat, & graviores eos daturos pœnas denuntiat, quod tam præclaras salutis occasiones spreverint. *Forte mansissent:* Græce ἄν, vox est inquiunt nonnulli, potentialis, manere potuissent; sed ea potius videtur, ut loquuntur Grammatici, expletiva, *utique & sine dubio* significat. Existimat R. Simo non aliud quam summam Judæorum improbitatem usitati sermonis more hoc in loco exprimi.

℣. 25. *In illo tempore respondens Jesus dixit:* Sermonem suam prosequens, phrasi Hebraica. *Confiteor*, Gratias ago. Respondere is dicitur, qui non solum ad interrogata sermonem suum convertit, sed etiam qui institutum sermonem continuat, aut in ea verba erumpit, quæ præviæ cogitationi respondent. *Parvulis*, Humilibus, & Simplicibus. Sa.

℣. 29. *Tollite jugum meum super vos.* i. Subditi estote legi Evangelicæ.

30. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve.*

CAPUT XII.

I. Discipulos spicas Sabbatho vellentes excusat. 1. *II. Manum aridam Sabbatho curat: Pharisæorum machinationi occurrens, implet Isaiæ vaticinium.* 9. *III. Dæmoniacum curat, & Pharisæos refutat, dicens blasphemiam in Spiritum sanctum esse irremissibilem.* 22. *IV. Scribis & Pharisæis signum petentibus, dicit dandum signum Jonæ.* 38. *V. Docet, quæ mater & fratres ipsius sint.* 46.

a Marc. 2. 23. *Luc.* 6. 1. 1. In illo tempore abiit JESUS *a* per sata Sabbatho: discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.

2. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt, quod non licet facere Sabbathis.

b 1. *Reg.* 21. 6. 3. At ille dixit eis: Non legistis *b* quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant:

4. Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat *c Lev.* 24. 9. ei edere, neque his, qui cum eo erant, *c* nisi solis sacerdotibus?

d Num. 28. 9. 5. Aut non legistis in lege, *d* quia Sabbathis sacerdotes in templo Sabbathum violant, & sine crimine sunt?

6. Dico autem vobis, quia templo major est hic.

e 1. *Reg.* 15. 22. *Eccles.* 4. 17. *Osee.* 6 6. *Sup.* 9. 13. 7. Si autem sciretis, quid est: *e* Misericordiam volo, & non sacrificium: numquam condemnassetis innocentes:

8. Dominus enim est filius hominis etiam Sabbathi.

II. 9. Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.

f Marc. 3. 1. *Luc.* 6. 6. 10. Et *f* ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet Sabbathis curare? ut accusarent eum.

g Deut. 22. 4. 11. Ipse autem dixit illis: *g* Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc Sabbathis in foveam, nonne tenebit, & levabit eam?

12. Quanto magis melior est homo ove? itaque licet Sabbathis benefacere.

13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum.

15. Jesus autem sciens recessit inde. Et secuti sunt eum multi, & curavit eos omnes:

16. Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent.

17. Ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam dicentem:

h Isaiæ 42. 1. 18. Ecce *h* puer meus, quem elegi, dilectus

30. Denn mein Joch ist süß, und meine Bürde ist leicht.

Das zwölfte Capitel.

I. Christus entschuldiget seine Jünger, daß sie am Sabbath die Aehren ausgerupfet. 1. II. Heilet eine verdorrete Hand, und erweiset, daß es nicht wider das Geboth sey, am Sabbath gesund zu machen. 9. III. Treibet einen Teufel aus, und widerlegt der Pharisäer Gotteslästerung, daß er die Teufel nicht durch Beelzebub austreibe. 22. IV. Den Schriftgelehrten verspricht er das Zeichen Jonä. 38. V. Nennet diejenigen seine Mutter und Brüder, so den Willen seines Vaters thun. 46.

1. Zu derselbigen Zeit gieng JESUS durch die Saat * am Sabbath: seine Jünger aber waren hungerig, und fiengen an die Aehren auszurupfen, und zu essen. * besäete Aecker.

2. Als nun die Pharisäer das sahen, sprachen sie zu ihm: Siehe, deine Jünger thun, das ihnen nicht gezimet zu thun am Sabbath.

3. Er aber sprach zu ihnen: habt ihr nicht gelesen, was David that, da ihn hungerte, samt denen, die bey ihm waren:

4. Wie er zum Hause GOttes hineingieng, und aß die Schaubrode, welche ihm doch nicht geziemten zu essen, noch denen, die bey ihm waren, sondern allein den Priestern?

5. Oder habt ihr nicht gelesen im Gesätz, daß die Priester am Sabbath im Tempel den Sabbath brechen, und sind gleichwohl ohne Schuld?

6. Ich sage euch aber, daß allhier einer ist, der grösser ist denn der Tempel.

7. Wenn ihr aber wüßtet, was das sey: Ich will Barmherzigkeit, und nicht Opfer: so würdet ihr die Unschuldigen nimmer verdammet haben.

8. Denn des Menschen Sohn ist auch ein HErr des Sabbaths.

II. 9. Als er nun von dannen fortgieng, kam er in ihre Synagoge.

10. Und siehe, es war ein Mensch, der hatte eine verdorrete Hand, und sie fragten ihn, und sprachen: mag man auch am Sabbath gesund machen? auf daß sie ihn beschuldigen möchten.

11. Er aber sprach zu ihnen: Welcher Mensch ist unter euch, der ein Schaf hat, und wenn ihm dasselbige am Sabbath in eine Grube fället, wird er es nicht ergreifen, und aufheben?

12. Wie viel besser ist nun der Mensch, denn ein Schaf? derowegen mag man wohl Gutes thun am Sabbath.

13. Da sprach er zu dem Menschen: Strecke deine Hand aus. Und er streckte sie aus, und sie ward ihm wiederum gesund, gleich der andern.

14. Die Pharisäer aber giengen hinaus, und hielten einen Rath wider ihn, wie sie ihn ums Leben brächten.

15. Aber JEsus, dieweil er solches wußte, wich von dannen. Und es folgeten ihm viele nach, und er machte sie alle gesund:

16. Und er befahl ihnen, daß sie ihn nicht offenbaren sollten.

17. Damit erfüllet würde, was gesaget ist durch den Propheten Isaiam, der da spricht:

18. Siehe, das ist mein Knecht, den ich auserwählet habe,

℣. 30. *Jugum enim meum suave est, & onus meum leve:* Quod unctio gratiæ sublevat, & amore ipso sustinetur. Sed mitis & humilis corde is esse debet, qui ad Christum vult pertinere.

CAPUT XII.

℣. 4. *Quomodo intravit in domum Dei*, Panes præbente Sacerdote accepit, oblatos postea comedit extra domum Dei: *Panes propositionis*, seu propositos, aut expositos. Panes quorum hoc in loco fit mentio, erant in domo summi Sacerdotis.

℣. 5. *Quia Sabbathis sacerdotes in templo Sabbathum violant.* Vitulos mactando, excoriando &c. Non cessant ab opere, quod facere non liceret, nisi id præceptum esset, atque ad cultum Dei pertineret; eaque est compendiaria quædam locutio.

℣. 6. *Quia templo major est hic*, qui est hoc in loco.

℣. 7. *Misericordiam volo:* Charitatem erga proximos malim, quam sola sacrificia.

℣. 8. *Dominus enim est filius hominis, etiam Sabbathi.* Qui Sabbathum instituit, quique illud abrogare potest.

℣. 9. *Cum inde transisset*, tum forte Christus adhuc erat circa Judææ confinia, atque inde in Galilæam migraturus.

℣. 16. *Et præcepit eis, ne manifestum eum facerent.* Ante resurrectionis suæ tempus, atque ut hominum turbam declinaret.

℣. 18. *Ecce puer meus*, vox Hebræa *Hebed*, עבד, *servum* significat, quod servi formam assumpserit. *Nuntiabit*, Veram annuntiabit religionem. Ministerium ejus his verbis prænuntiat: *Et judicium meum*; Non Judæorum tantum, sed & gentium legislator futurus est.

habe, mein Geliebter, an welchem meine Seele ein Wohlgefallen hat. Ich will meinen Geist auf ihn legen, und er wird den Heyden das Recht verkündigen.

19. Er wird nicht zanken, noch schreyen, und niemand wird seine Stimme auf den Gassen hören.

20. Ein zerstossenes Rohr wird er nicht zerbrechen, und einen rauchenden Dacht wird er nicht auslöschen, bis daß er das Gericht zum Sieg ausführe:

21. Und die Heyden werden auf seinen Namen hoffen.

III. 22. Da ward einer zu ihm gebracht, der vom Teufel besessen, auch blind und stumm war, und er half ihm, also daß er redete, und sah.

23. Und das ganze Volk entsetzte sich, und sie sprachen: Ist dieser nicht der Sohn Davids?

24. Da es aber die Pharisäer höreten, sprachen sie: Dieser treibet die Teufel nicht anders aus, als durch Beelzebub, den Obersten der Teufel.

25. Dieweil aber JESUS ihre Gedanken wußte, sprach er zu ihnen: Ein jedes Reich, daß wider sich selbst zertrennet ist, wird verwüstet werden: und eine jegliche Stadt, oder Haus, so wider sich selbst zertrennet ist, wird nicht bestehen.

26. So denn ein Teufel den andern austreibet, so ist er wider sich selbst zertrennet: wie mag denn sein Reich bestehen?

27. Und so ich durch Beelzebub die Teufel austreibe, durch wen treiben sie denn eure Kinder aus? Darum werden sie auch eure Richter seyn.

28. So ich aber durch den Geist GOttes die Teufel austreibe, so ist ja das Reich GOttes zu euch kommen.

29. Oder, wie kann jemand in eines Starken Haus kommen, und seinen Hausrath rauben, es sey denn, daß er zuvor den Starken gebunden habe? alsdann wird er sein Haus plündern.

30. Wer nicht mit mir ist, der ist wider mich: und wer nicht mit mir sammelt, der zerstreuet.

31. Darum sage ich euch: Alle Sünde und Lästerung wird den Menschen vergeben, aber die Lästerung wider den Geist wird nicht vergeben werden.

32. Und wer ein Wort redet wider des Menschen Sohn, das wird ihm vergeben werden: wer aber wider den heiligen Geist redet, das wird ihm nicht vergeben werden, weder in dieser, noch in der künftigen Welt.

33. Machet entweder den Baum gut, und seine Frucht gut: oder machet den Baum böß, und seine Frucht böß: sintemal der Baum an der Frucht erkannt wird.

34. Ihr Natterzucht, wie könnet ihr Gutes reden,

meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit.

19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus.

20. Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium:

21. Et in nomine ejus gentes sperabunt.

III. 22. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret.

23. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David?

24. Pharisæi *i* autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. *i Sup. 9. 34. Marc. 3. 22. Luc. 11. 15.*

25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis *k*: Omne regnum divisum contra se, desolabitur: & omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit. *k Luc. 11. 17.*

26. Et si Satanas Satanam ejicit, adversus se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus?

27. Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt.

28. Si autem ego in spiritu Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

29. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet.

30. Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.

31. Ideo *l* dico vobis: Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, Spiritus autem blasphemia non remittetur. *l Marc. 3. 28. & 29. Luc. 12. 10.*

32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.

33. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.

34. Progenies viperarum, quomodo potestis

℣. 19. *Non contendet*, Non erit contentiosus, aut clamosus: moderationem & mansuetudinem Christi exprimit. *Non contendet*, cum adversariis, *non clamabit*, ut, qui rixantur, solent.

℣. 20. *Arundinem quassatam non confringet*, non opprimet, non dejiciet. *Linum fumigans non extinguet*, licet naribus molestum: quibus omnibus Christi lenitatem, & charitatem erga infirmos commendat. *Donec ejiciat*, in extremo judicio adversarios vincat, ubi terribilis inimicis suis videbitur, & Evangelio toto orbe prædicato victor appareat.

℣. 21. *In nomine ejus gentes sperabunt.* Interim propagato Evangelio Gentes in eo spem omnem suam collocabunt.

℣. 23. *Nunquid hic est filius David.* Messias Davidi promissus.

℣. 26. *Et si Satanas Satanam ejicit.* sc. ut vos dicitis.

℣. 27. *Et si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt?* Vestri discipuli, aut exorcistæ, quorum fit mentio Act. 19. vel discipuli Christi, quorum multi erant aut familiares, aut agnati calumniantium Pharisæorum: nam 72. discipuli ex Lucæ cap. 10. ejiciebant dæmonia, quorum obsessiones tum erant frequentiores. Cur me potius quam filios vestros dicitis in Beelzebub ejicere dæmonia? Verisimile est Christum loqui de exorcistis Judæorum, quorum multi erant e secta Pharisæorum. Hi, teste Irenæo L. 2. cap. 5. dæmones ejiciebant, Altissimi & Omnipotentis invocatione: ac suis adhuc temporibus Judæos ita dæmones ejicere solitos ait: *Judæi*, inquit, *usque nunc hac ipsa advocatione dæmones effugant.*

℣. 28. *Si autem ego in Spiritu.* Et virtute Spiritus Dei.

℣. 29. *Aut quomodo potest -- vasa ejus diripere.* i. Instrumenta & arma.

℣. 30. *Qui non est mecum, contra me est.* Aug. Aut Dei sumus, aut diaboli, nihil medium. *Et qui non congregat mecum:* Qui homines colligit non mihi, spargit.

℣. 31. *Spiritus autem blasphemia*, sc. blasphemia contra Spiritum, qua Spiritus Sancti opera dæmoni tribuuntur; *Non remittetur*, vix & ægre dimittitur: raro ejusmodi peccatores pœnitet, ut par est; hæc peccata nihil fere in homine relinquunt, ex quo sperari possit vera pœnitentia. Pharisæi dæmoni tribuebant, quæ certo sciebant a solo Deo proficisci posse.

℣. 32. *Non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Ergo quædam peccata remittuntur in futuro sæculo, ut ex hoc loco probat August. L. 21. de civit. cap. 24. & Gregorius L. 4. dialog. cap. 39. alioqui superflua esset ista adjectio. Christi temporibus futuram aliam vitam agnoscebant Judæi.

℣. 33. *Aut facite arborem bonam.* Quod si ad præcedentia id referatur: cum me reprehendere non possitis, nec opera mea, quid est cur me non recipiatis? vel me cum operibus laudate, vel si me damnatis, opera ipsa condemnate.

℣. 34. *Progenies viperarum.* Qui venenum invidiæ a parentibus trahitis. *Quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* Id neque est usitatum, neque diuturnum, ut mali bona proferant, & loquantur.

m *Luc.* 6. 45. ſtis bona loqui, cum ſitis mali? *m* ex abundantia enim cordis os loquitur.

35. Bonus homo de bono theſauro profert bona: & malus homo de malo theſauro profert mala.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otioſum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

37. Ex verbis enim tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

† *FER. 4. QUAT. TEMP. QUADR.* IV. 38. Tunc † reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus a te ſignum videre.

n *Infr.* 16. 4. *Luc.* 11. 29. 1. *Cor.* 1. 22. o *Jon.* 2. 1. 39. Qui reſpondens ait illis *n*: Generatio mala, & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum *o* Jonæ Prophetæ.

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

p *Jon.* 3. 5. 41. Viri *p* Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas hic.

42. Regina Auſtri ſurget in judicio cum ge-

q 3. *Reg.* 10. 1. 2. *Par.* 9. 1. neratione iſta, & condemnabit eam *q*: quia venit a finibus terræ, audire ſapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic.

r *Luc.* 11. 24. 43. Cum *r* autem immundus ſpiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.

44. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, ſcopis mundatam, & ornatam.

45. Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & intrantes habi-

s 2. *Pet.* 2. 20. tant ibi: *s* & fiunt noviſſima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic peſſimæ.

t *Marc.* 3. 31. *Luc.* 8. 19. V. 46. Adhuc *t* eo loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

47. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.

48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?

49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

dieweil ihr böß ſeyd? denn aus der Völle des Herzens redet der Mund.

35. Ein guter Menſch bringet aus ſeinem guten Schatz Gutes hervor: und ein böſer Menſch bringet aus ſeinem böſen Schatz Böſes hervor.

36. Ich ſage euch aber, daß die Menſchen von einem jeglichen unnützen Wort, das ſie geredet haben, am Tage des Gerichts werden Rechnung geben müſſen.

37. Denn aus deinen Worten wirſt du gerechtfertiget werden, und aus deinen Worten wirſt du verdammt werden.

IV. 38. Da antworteten ihm etliche aus den Schriftgelehrten und Phariſäern, und ſprachen: Meiſter, wir begehren ein Zeichen von dir zu ſehen.

39. Und er antwortete, und ſprach zu ihnen: Das böſe und ehebrecheriſche Geſchlecht ſuchet ein Zeichen: und es wird ihm kein anderes Zeichen gegeben werden, als das Zeichen Jonä des Propheten.

40. Denn gleichwie Jonas drey Tage, und drey Nächte im Bauche des Wallfiſches geweſen iſt: alſo wird auch des Menſchen Sohn drey Tage, und drey Nächte im Herzen der Erde ſeyn.

41. Die Männer zu Ninive werden im Gericht wider dieſes Geſchlecht aufſtehen, und es verdammen: denn ſie haben auf die Predigt Jonä Buße gethan. Und ſiehe, es iſt hier mehr, dann Jonas.

42. Die Königinn von Mittag wird im Gericht wider dieſes Geſchlecht aufſtehen, und daſſelbige verdammen: denn ſie iſt vom Ende der Erde gekommen, die Weisheit Salomonis zu hören: und ſiehe, es iſt hier mehr dann Salomon.

43. Wenn aber der unreine Geiſt vom Menſchen ausfähret, ſo wandelt er durch dürre Oerter, und ſuchet Ruhe, und findet ſie nicht.

44. Alsdann ſpricht er: Ich will wieder umkehren in mein Haus, daraus ich gegangen bin. Und wenn er kömmt, ſo findet ers müßig, mit Beſen gekehret, und geſchmücket.

45. Darauf gehet er hin, und nimmt ſieben andere Geiſter zu ſich, welche ärger ſind, dann er ſelbſt, und wenn ſie hineinkommen, wohnen ſie allda: und es wird das Letzte deſſelbigen Menſchen ärger, dann das Erſte. Alſo wirds auch ſeyn mit dieſem allerärgſten Geſchlecht.

V. 46. Und als er noch alſo zu dem Volke redete, ſiehe, da ſtunden ſeine Mutter, und ſeine Brüder drauſſen, und begehreten ihn anzuſprechen.

47. Und einer ſprach zu ihm: Siehe, deine Mutter und deine Brüder ſtehen drauſſen, und ſuchen dich.

48. Er aber antwortete, und ſprach zu dem, der es ihm anſagte: Wer iſt meine Mutter, und welche ſind meine Brüder?

49. Und er ſtreckte die Hand aus über ſeine Jünger, und ſprach: Siehe, da iſt meine Mutter, und meine Brüder.

50. Denn wer den Willen thut meines Vaters, der im Himmel iſt, derſelbige iſt mein Bruder, und Schweſter, und Mutter.

Das

℣. 35. *Bonus homo de bono theſauro profert bona.* Gr. additur καρδίας, cordis.

℣. 36. *Omne verbum otioſum.* Si de verbo otioſo, quod ſine utilitate audientis, aut loquentis dicitur, ratio reddenda eſt, quanto magis, de blaſphemia? Chryſoſtomus otioſum verbum non inutile modo, ſed & falſum, & cum calumnia conjunctum interpretatur.

℣. 37. *Ex verbis tuis juſtificaberis.* i. Juſtus declaraberis. *Et ex verbis tuis condemnaberis.* Non quod ſola verba unumquemque aut juſtificent, aut condemnent: ſed ad complures puniendos aut juſtificandos ſufficiunt, tametſi ex multis aliis prodire ſoleat juſtificatio, aut condemnatio.

℣. 39. *Generatio mala & adultera ſignum quærit:* Quod Chryſoſtomus ad eorum infidelitatem refert, aut ita vocatur, quæ fruſtra Abrahamum & alios jactabat Patriarchas. *Niſi ſignum,* Non dabo aliud ſignum, niſi mortem & reſurrectionem meam. *In corde terræ,* In ſepulchro.

℣. 41. *Viri Ninivitæ ſurgent in judicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam:* Eorum condemnationi inſtabunt.

℣. 42. *Regina Auſtri ſurget:* E confiniis Arabiæ felicis verſus Oceanum ad Auſtrum poſitis. Unde a finibus terræ veniſſe dicitur.

℣. 44. *Et veniens invenit — ſcopis mundatam & ornatam.* i. vanæ gloriæ aulæis.

℣. 45. *Et aſſumit ſeptem alios.* i. multos.

℣. 47. *Ecce Mater tua & fratres tui foris ſtant.* i. conſobrini ſeu cognati.

℣. 48. *Quæ eſt Mater mea?* ſc. Non negat cognationem naturæ, ſed præfert conjunctionem gratiæ, & ſpiritualem conjunctionem carnali. Hinc beatior eſt Virgo, quod mente, quam quod carne Chriſtum conceperit.

Das dreyzehente Capitel.

I. Christus erkläret die Kraft, Frucht, und Verhinderung des Evangeliums, erstlich durch die Gleichniß des Saamen, 3. und Unkrauts, 24. II. Durch die Gleichniß des Senfkörnleins, 31. des Sauerteigs, 33. verborgenen Schatzes, 44. köstlichen Perleins, 45. III. Und des Fischnetzes. 47. Diese leget er aus, 49.

1. An demselbigen Tage gieng JEsus aus dem Hause, und setzte sich ans Meer.

2. Und es versammelte sich viel Volks zu ihm, also, daß er in ein Schifflein tratt, und sich niedersetzte: und alles Volk stund am Ufer:

I. 3. Und er redete viel zu ihnen in Gleichnissen, und sprach: Siehe, ein Säemann gieng aus zu säen.

4. Und indem er säete, fiel etliches an den Weg, und die Vögel des Himmels kamen, und fraßen dasselbige.

5. Das andere aber fiel auf einen steinichten Grund, da es nicht viel Erde hatte: und es gieng alsbald auf, dieweil es die Tiefe der Erde nicht hatte.

6. Als aber die Sonne aufgegangen war, da verhitzte es, und verdorrete, dieweil es keine Wurzel hatte.

7. Das andere aber fiel unter die Dörner: und die Dörner wuchsen auf, und erstickten es.

8. Das andere aber fiel auf ein gutes Land, und brachte Frucht: etliches hundertfältige, etliches sechzigfältige, etliches dreyßigfältige.

9. Wer Ohren hat zu hören, der höre.

10. Und die Jünger tratten hinzu, und sprachen zu ihm: warum redest du zu ihnen durch Gleichnisse?

11. Er antwortete, und sprach zu ihnen: Darum, daß euch gegeben ist, die Geheimnisse des Himmelreichs zu verstehen; ihnen aber ist es nicht gegeben.

12. Denn wer hat, dem wird gegeben werden, und er wird die Fülle haben: wer aber nicht hat, von demselbigen wird auch genommen werden, was er hat.

13. Darum rede ich zu ihnen durch Gleichnisse: dieweil sie sehend nicht sehen, und hörend nicht hören, noch verstehen.

14. Und es wird an ihnen erfüllet die Weissagung Isaiä, der da spricht: Mit dem Gehör werdet ihrs hören, und nicht verstehen; und mit Augen werdet ihrs sehen, und doch nicht sehen:

15. Denn das Herz dieses Volkes ist verstockt, und sie hören schwerlich mit den Ohren, und thun ihre Augen zu, auf daß sie es nicht dermaleins mit den Augen sehen, und mit den Ohren hören, und mit dem Herzen verstehen, und sich bekehren, damit ich sie gesund mache.

16. Aber selig sind eure Augen, dieweil sie sehen, und eure Ohren, dieweil sie hören.

17. Denn wahrlich sage ich euch, daß viele Propheten und Gerechte begehret haben zu sehen, was ihr sehet, und haben es nicht gesehen, und zu hören, was ihr höret, und haben es nicht gehöret.

18. So höret ihr nun das Gleichniß vom Säemann.

CAPUT XIII.

I. Sedens in navicula explicat virtutem, fructus & impedimenta Evangelii primo per parabolas seminantis, 3. ac zizaniorum, 24. II. Per parabolas de grano sinapis, 31. de fermento, 33. de thesauro, 44. de margarita, 45. III. Et de reti in mare misso, 47. Hanc declarat ipse, 49.

1. In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare.

2. Et *a* congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita, ut in naviculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore: *a Marc. 4. 1. Luc. 8. 4.*

I. 3. Et locutus est eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit, qui seminat, seminare.

4. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea.

5. Alia autem ceciderunt in petrosa, ubi non habebant terram multam: & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ.

6. Sole autem orto æstuaverunt, & quia non habebant radicem, aruerunt.

7. Alia autem ceciderunt in spinas: & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea.

8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum: aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimum.

9. Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?

11. Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum: illis autem non est datum.

12. Qui *b* enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. *b Infr. 25. 29.*

13. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

14. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicentis: *c* Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. *c Isaiæ 6. 9. Matt. 4. 12. Luc. 8. 10. Joan 12. 40. Acts 28. 26. Rom. 11. 8.*

15. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

16. Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt.

17. Amen *d* quippe dico vobis, quia multi Prophetæ, & justi cupierunt videre, quæ videtis: & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. *d Luc. 10. 24.*

18. Vos ergo audite parabolam seminantis.

19. Omnis

CAPUT XIII.

℣. 3. *Locutus est eis multa in parabolis*, Tres sunt velut partes parabolæ; proœmium, quod sæpe omittitur, ut in hac parabola de semine. Secunda est fabula; tertia applicatio. In nonnullis argumentum sumitur a similibus, ut in hac parabola de semine; in aliis ex dissimilitudine, argumento sumpto, vel a minori affirmative, ut Lucæ 11. vel a majori negative, ut Lucæ cap. 16. de divite epulone. In Evangelio sæpe dicitur: *Simile est regnum cælorum*; non quod Ecclesia cum iis rebus conferatur: sed quia in Ecclesia tale aliquid contingit. Sic in hoc capite, v. 24. fator non comparatur regno cœlorum, sed rem ita se habere docet Dominus, ut si aliquis serat, &c. Marci cap. 4. apertius id exprimitur: *Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat semen in terram.* Hæc omnibus quæ sequuntur parabolis vir doctus in suis regulis profetre operæ pretium duxit, ad earum faciliorem intelligentiam: prima parabola fuit de semine, quod ut terra varie erat disposita, sic diversam habuit sortem, eaque ad verbum Dei pertinet, quod penes diversam animorum dispositionem varie procedit.

℣. 5. *Quia non habebant altitudinem terræ.* i. Profunditatem.

℣. 6. *Sole autem orto æstuaverunt.* Æstu percussa sunt, & exusta. *Audiendi*, Aures mentis ad intelligendum.

℣. 11. *Vobis datum est; illis autem non.* i. Indignis & incredulis.

℣. 12. *Qui enim habet*, quod habere debet, & eo bene utitur, plus meretur, *dabitur ei; & abundabit: Qui autem non habet:* quia indignus est ut habeat. Proverbium usu tritum, ditioribus dari, pauperibus auferri. Quæ proverbia negat vir doctus summo jure accipi oportere.

℣. 13. *Quia videntes non vident.* Cum videant miracula, iis nolunt credere: unde in pœnam incredulitatis obscure loquitur; sic tenebræ tenebris, & obscuritas voluntariæ cæcitati redditur.

℣. 14. *Auditu audietis, & non intelligetis:* Ex Isaiæ cap. 6. 9. juxta 70. versionem; *Non videbitis*, Non intelligetis. Matthæus causam affert cur non intelligant, nec credant, Marcus & Lucas eventum, *Ut videntes non videant.*

℣. 15. *Oculos suos clauserunt.* Lumini & doctrinæ Christi.

℣. 16. *Vestri autem beati oculi quia vident*, oculi & corporis & mentis; quod quidem non adversatur verbis Christi Joan. 20. *Beati, qui non viderunt:* sensus enim hic est; Ii Deo sunt gratiores, qui non visis, nec ratione naturali demonstratis crediderunt, sed propter auctoritatem divinam.

19. Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus, & rapit, quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est.

20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud:

21. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur.

22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & solicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

23. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud vero trigesimum.

e Marc.4.26. 24. Aliam *e* parabolam proposuit illis, dicens: † Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo:

† DOM. 5. POST EPIPH. vel 26. POST PENTEC.

25. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit.

26. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

27. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?

28. Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea?

29. Et ait: Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.

30. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.*

f Marc.4.31. Luc. 13. 19. 31. Aliam *f* parabolam proposuit eis dicens: † Simile est regnum cœlorum grano synapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo:

† DOM. 6. POST EPIPH. vel 27. PENTEC.

32. Quod minimum quidem est omnibus seminibus: cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cœli veniant, & habitent in ramis ejus.

g Luc.13.21. 33. Aliam parabolam locutus est eis. *g* Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.

19. Wenn jemand das Wort vom Reiche höret, und nicht verstehet, alsdann kömmt der Böse, und reisset hinweg, was in seinem Herzen gesäet war: dieser ist es, der an dem Weg gesäet ist.

20. Der aber auf den steinichten Grund gesäet ist, das ist der, so das Wort höret, und dasselbige alsbald mit Freuden annimmt:

21. Er hat aber in ihm selbst keine Wurzel, sondern hält sich eine zeitlang. Wenn aber Trübsal und Verfolgung sich erhebet, um des Worts willen, so ärgert er sich alsbald.

22. Der aber unter die Dörner gesäet ist, ist der, so das Wort höret, und die Sorge dieser Welt, und der Betrug des Reichthums ersticket das Wort, und es wird unfruchtbar.

23. Der aber in das gute Land gesäet ist, ist der, so das Wort höret, und dasselbige verstehet, und Frucht bringet, da giebt eines hundertfältig, das andere aber sechzigfältig, und das dritte dreyßigfältig.

24. Er hielt ihnen auch ein anderes Gleichniß vor, und sprach: Das Himmelreich ist gleich worden einem Menschen, der guten Saamen auf seinen Acker säete:

25. Als aber die Leute schliefen, da kam sein Feind, und säete Unkraut unter den Waizen, und gieng hinweg.

26. Als nun das Kraut wuchs, und Frucht brachte, ließ sich das Unkraut sehen.

27. Da tratten die Knechte des Hausvaters herzu, und sprachen zu ihm: Herr, hast du nicht guten Saamen auf deinen Acker gesäet? Woher hat er denn das Unkraut?

28. Und er sprach zu ihnen: Das hat der Feind gethan. Die Knechte aber sprachen zu ihm: willst du, daß wir hingehen, und es versammeln? * * ausreuten.

29. Und er sprach: nein: damit ihr nicht vielleicht, wenn ihr das Unkraut sammelt, mit demselbigen auch den Waizen zugleich ausrupfet.

30. Lasset beyde miteinander wachsen, bis zu der Aernte, und zur Zeit der Aernte will ich zu den Schnittern sagen: Sammelt erstlich das Unkraut, und bindet dasselbige in Bündelein zu verbrennen, aber den Waizen sammelt in meine Scheuern.

31. Er hielt ihnen auch ein anderes Gleichniß vor, und sprach: Das Himmelreich ist gleich einem Senfkörnlein, das ein Mensch nahm, und säet es auf seinen Acker:

32. Welches zwar das kleineste ist unter allen Saamen: aber wenn es gewachsen ist, so ist es größer, denn alle Kräuter, und es wird ein Baum daraus, also, daß auch die Vögel des Himmels kommen, und wohnen unter seinen Zweigen.

33. Er sagte ihnen auch ein anderes Gleichniß. Das Himmelreich ist gleich einem Sauerteig, den ein Weib nahm, und verbarg ihn in drey Oester * Mehls, bis daß es durchaus gesäuret war. * Metzen.

34. Die

℣. 19. *Omnis, qui audit verbum regni.* Omnis, παντὸς; Phrasis est Hebraica, qua antecedenti posito fine dictione regente, attexitur relativum. Sensus est: De corde cujuscumque hominis audientis, & non intelligentis, i. e. non fide suscipientis, venit diabolus, qui rapit quod seminatum est; *Verbum regni*, Evangelii.

℣. 20. *Qui autem super petrosa seminatus est:* Seminatum esse, ad personam refertur, instar agri, aut terræ secus viam positæ.

℣. 21. *Sed est temporalis.* i. inconstans. *Facta autem tribulatione — scandalizatur.* Discedit a doctrina & lege.

℣. 23. *Et fructum affert, & facit aliud quidem centesimum*, ecce gradus meritorum. Hieron. L. 1. contra Jovinianum: *Triginta referuntur ad nuptias, sexaginta vero ad viduas: porro centesimus numerus exprimit virginitatis coronam.*

℣. 24. *Simile factum regnum cœlorum homini*, simile quiddam, contingit in Ecclesia.

℣. 25. *Cum autem dormirent homines;* Cum præpositi Ecclesiæ negligentius se haberent: *Superseminavit zizania*, malos, aut hæreticos latentes. Vid. v. 38. Mala eorum opera, hæreses & schismata.

℣. 28. *Vis, imus, & colligimus ea?* Non statim, nec mali omnes eradicandi: multi sunt occulte mali, multi non ita perversi, quin speranda sit eorum salus, neque adeo possibile est, imo nec expedit malos omnes a bonis separare; sed per disciplinam Ecclesiasticam & civilem sic agendum, ut atrocia quæque plectantur scelera.

℣. 31. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Profectum doctrinæ Evangelicæ, & illius efficaciam, hac parabola designat.

℣. 32. *Quod minimum quidem est omnibus seminibus.* Proportione quadam: nam pro mole sua magnam producit plantam, præsertim in locis calidioribus, uti in Palestina: Proverbium est apud Judæos usitatum, ut rem minimam granum sinapis vocitent.

℣. 33. *Simile est regnum cœlorum fermento.* Hæc parabola uti & præcedens progressum Ecclesiæ a tenuibus initiis & vim illius demonstrat. *Quod acceptum mulier.* i. Divina sapientia. *Abscondit:* S. Chrysologus serm. 99. *Res de usu geritur, vir in agro sinapis arborem serit; domi mulier fermentum procurat, & panes præparat alimonia: quia virum foris expectat labor, intus mulierem domestica cura constringit. In farinæ satis tribus:* tria sata efficiebant mensuram Ephi, quæ simul pinsi solebat, Genes. 18. vel ut aliis placet, Ephi tantum capiebat, quantum homo humeris suis portare poterat.

34. Dieses alles redete JEsus zum Volk durch Gleichnisse: und ohne Gleichnisse redete er nichts zu ihnen.

35. Damit erfüllet würde, was gesaget ist durch den Propheten, der da spricht: Ich will meinen Mund aufthun mit Gleichnissen, und aussprechen verborgene Dinge vom Anfang der Welt.

36. Da ließ er das Volk von sich, und kam ins Haus: und seine Jünger tratten zu ihm, und sprachen: Erkläre uns das Gleichniß vom Unkraut auf dem Acker.

37. Und er antwortete, und sprach zu ihnen: Der den guten Saamen säet, ist des Menschen Sohn:

38. Aber der Acker ist die Welt. Und der gute Saame sind die Kinder des Reichs. Das Unkraut aber sind die schalkhaften Kinder.

39. Der Feind aber, der es säet, ist der Teufel. Und die Aernte ist das Ende der Welt. Die Schnitter aber sind die Engel.

40. Gleichwie nun das Unkraut versammelt, und mit Feuer verbrannt wird: also wirds auch am Ende der Welt zugehen.

41. Des Menschen Sohn wird seine Engel ausschicken, die werden alle Aergernisse aus seinem Reiche versammeln, und diejenigen, so Ungerechtigkeit üben:

42. Und werden sie in den Feuerofen werfen. Da wird seyn Heulen, und Zähnklappern.

43. Alsdann werden die Gerechten leuchten, wie die Sonne im Reiche ihres Vaters. Wer Ohren hat zu hören, der höre.

44. Das Himmelreich ist gleich einem Schatz, der im Acker verborgen ist: welchen ein Mensch, der ihn findet, verbirget, und vor Freuden darüber hingehet, und verkaufet alles, was er hat, und kaufet denselbigen Acker.

45. Abermal ist das Himmelreich einem Kaufmanne gleich, der gute Perlen suchet.

46. Da er aber ein köstliches Perle gefunden hatte, gieng er hin, und verkaufte alles, was er hatte, und kaufte dasselbige.

III. 47. Abermal ist das Himmelreich gleich einem Netz, das ins Meer geworfen wird, und allerhand Gattungen der Fische zusammenziehet;

48. Und da es voll war, zogen sie es heraus, und setzten sich an das Ufer, und lasen die guten Fische in Gefäße zusammen, aber die bösen warfen sie hinweg.

49. Also wird es auch am Ende der Welt zugehen: die Engel werden ausgehen, und werden die Bösen absondern aus dem Mittel der Gerechten.

50. Und werden sie in den Feuerofen werfen: da wird seyn Heulen, und Zähnklappern.

51. Habt ihr dieses alles verstanden? Sie sprachen zu ihm: Ja.

52. Und er sprach zu ihnen: Darum ein jeglicher Schriftgelehrter, der gelehrt ist im Himmelreich, ist einem Hausvater gleich, der neues und altes aus seinem Schatz hervorbringet.

53. Und es begab sich, da JEsus diese Gleichnisse vollendet hatte, gieng er von dannen.

54. Und als er in sein Vaterland kam, lehrete er sie in ihren Synagogen, also, daß sie sich verwunderten, und sprachen: Woher kömmt diesem solche Weisheit, und kräftige Thaten?

55. Ist dieser nicht eines Zimmermanns Sohn? Heisset seine Mutter nicht Maria, und seine Brüder Jacob, und Joseph, und Simon, und Judas?

56. Und sind nicht seine Schwestern alle bey uns? Woher kömmt ihm dann dieses alles?

34. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis.

35. Ut impleretur, quod dictum erat per Prophetam dicentem *h*: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. ✠ *h Psalm 77. 2.*

36. Tunc *i*, dimissis turbis, venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. *i Marc. 4. 34.*

37. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis:

38. Ager autem, est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem, filii sunt nequam.

39. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. *k* Messis vero, consummatio sæculi est. Messores autem angeli sunt. *k Apoc. 14. 15.*

40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione sæculi.

41. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem:

42. Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, & stridor dentium.

43. Tunc *l* justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. *l Sap. 8. 7. Dan. 12. 3.*

44. † Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa, quæ habet, & emit agrum illum. † *PRO VIRG. ET MART.*

45. Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

46. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia, quæ habuit, & emit eam. ✠

III. 47. Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti;

48. Quam cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.

49. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum.

50. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium.

51. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam.

52. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patri familias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.

53. Et factum est, cum consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.

54. Et *m* veniens in patriam suam docebat eos in Synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & virtutes? *m Marc. 6. 1. Luc. 4. 16.*

55. Nonne *n* hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas? *n Joan. 6. 42.*

56. Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?

℣. 34. *Et sine parabolis non loquebatur eis:* Idque ut plurimum.

℣. 35. *Ut impleretur*, ita ut illud impletum fuerit, quod Ptal. 77. scriptum est, *Aperiam in parabolis os meum;* mysteria nemini adhuc referata.

℣. 38. *Hi sunt filii regni.* Justi, ad regnum cœleste præparati. *Filii sunt nequam.* i. mali, filii diaboli.

℣. 41. *Scandala*, Qui aliis sunt scandalo.

℣. 44. *Thesauro;* nunc pretium Evangelicæ doctrinæ ostendit.

℣. 47. *Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare*, Gallice, une seine. Sagena est Ecclesia, quæ sinu suo bonos & malos complectitur.

℣. 48. *Malos*, Minutiores pisces, viles & nullius pretii, piscatores foras mittunt.

℣. 52. *Qui profert de thesauro suo nova & vetera.* Cuncta alendæ familiæ necessaria, vel *doctus in regno cælorum*, seu Doctor in lege Evangelica. *Profert — nova & vetera.* i. documenta varia.

℣. 54. *In patriam suam*, Nazareth; *Synagogis*, Gr. Synagoga.

57. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis: Non est Propheta sine honore, nisi in Patria sua, & in domo sua.

58. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

CAPUT XIV.

I. Caput Joannis datur puellæ saltatrici. 3. II. Jesus quinque virorum millia in deserto quinque panibus & duobus piscibus satiat. 13. III. Super mare ambulans discipulos tempestate agitatos confortat, & Petrum a submersione liberat. 22 IV. In terra Genesar varios tactu fimbriæ curat languores. 43.

a Marc. 6. 14. Luc. 9. 7. 1. In illo tempore audivit *a* Herodes tetrarcha famam Jesu:

2. Et ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit a mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

b Marc. 6. 17. Luc. 3. 19. I. 3. Herodes *b* enim tenuit Joannem, & alligavit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem, uxorem fratris sui.

4. Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam.

5. Et volens illum occidere, timuit populum: *c* quia sicut Prophetam eum habebant.

c Infr. 21. 26.

6. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi:

7. Unde cum juramento pollicitus est ei dare, quodcumque postulasset ab eo.

8. At illa præmonita a matre sua: Da mihi, inquit, hic in disco caput Joannis Baptistæ.

9. Et contristatus est rex: propter juramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, jussit dari.

10. Misitque, & decollavit Joannem in carcere.

11. Et allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ.

12. Et accedentes discipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud: & venientes nuntiaverunt Jesu.

57. Und sie ärgerten sich an ihm. JEsus aber sprach zu ihnen: Ein Prophet ist nirgends weniger geehret, dann in seinem Vaterlande, und in seinem Hause.

58. Und er thät daselbst nicht viele Wunderthaten, von wegen ihres Unglaubens.

Das vierzehente Capitel.

I. Herodes Antipas läßt Johannem enthaupten. 3. II. Christus begiebt sich in die Wüste, und speiset allda mit fünf Broden, und zween Fischen, fünftausend Mann. 13. III. Wandelt auf dem Meer, stärket seine Jünger, errettet Petrum, als er anfieng zu sinken, und stillet das Meer. 22. IV. Macht im Lande Genesar, durch Anrührung des Saums seines Kleides, viele Kranke gesund. 34.

1. Zu derselbigen Zeit hörete Herodes der Vierfürst das Gerücht von JEsu:

2. Und er sprach zu seinen Dienern: Dieser ist Johannes der Taufer: er ist von den Todten auferstanden, und darum wirken durch ihn die mächtige Wunderthaten.

I. 3. Denn Herodes hatte Johannem gegriffen, und ihn gebunden, und ins Gefängniß geleget, um der Herodias willen, des Weibes seines Bruders.

4. Denn Johannes sprach zu ihm: Es geziemet dir nicht, daß du sie habest.

5. Und als er ihn tödten wollte, fürchtete er sich vor dem Volke: denn sie hielten ihn, wie einen Propheten.

6. Aber am Geburtstage Herodis tanzete die Tochter Herodiadis mitten im Gemach, und es gefiel dem Herodi sehr wohl:

7. Darum verhieß er ihr mit einem Eide, er wollte ihr geben, was sie von ihm begehren würde.

8. Sie aber sprach, nachdem sie zuvor von ihrer Mutter unterrichtet worden: Gieb mir allhier in einer Schüssel das Haupt Johannis des Taufers.

9. Und der König ward traurig: jedoch um des Eides willen, und um deren willen, die mit zu Tische saßen, befahl er es zu geben.

10. Und er schickte hin, und enthauptete Johannem im Kerker.

11. Und sein Haupt ward hergebracht in einer Schüssel, und es ward dem Mägdlein gegeben, und es brachte dasselbige ihrer Mutter.

12. Und seine Jünger kamen dahin, und nahmen seinen Leib, und begruben ihn; und sie kamen, und thäten es JEsu zu wissen.

℣. 57. *Et scandalizabantur in eo*, offendebantur ob generis, ut iis videbatur, humilitatem. *Non est Propheta sine honore*, Nusquam minus est in honore. Videtur Christus Dominus tum in civitatem suam tertio venisse cum discipulis, ex quo ministerium suum incœperat. Consobrini ejus hoc loco, & Marci cap. 6. recensentur: *Jacobus minor*, Episcopus Hierosolymitanus, cujus est epistola Canonica: *Et Joseph*, Græce *Joses*: *Et Simon*, Cleophæ filius: *Et Judas*, qui & Thaddæus; *Et sorores ejus*, cognatæ, forte filiæ fratris Joseph. Aut certe Mariæ Cleophæ, Mariæ soror, vel sponsi soror, quæ primum Alphæo Jacobi & Josephi patri, tum Cleophæ nupserat: cujus filii fuerunt Judas Apostolus & Simeon secundus Episcopus Hierosolymæ, adeo ut hi quatuor fuerint Christi Domini consobrini; iique interdum dicuntur fratres, ex patribus Alphæo, & Cleopha. Ita Pezronius Abbas in Historia Evangelica, qui in ea quoque est sententia, Christum non statim ex urbe Capharnaum se Nazareth contulisse. Nam ex Marco cap. 4. & 6. discimus, Christum eo ipso die quo parabolas exposuit, in lacum una cum discipulis esse profectum, ubi jussu suo tempestatem sedavit: tum in regionem Gerasenorum appulit, legionem dæmonum ejecit, & statim citra lacum reversus est. Quare Matthæus videtur per anticipationem locatus cap. 8. de sedata tempestate, & profectione ad Gerasenos.

CAPUT XIV.

℣. 1. *Audivit Herodes Tetrarcha famam Jesu.* Herodes Antipas filius Herodis magni, cui regni paterni pars quarta obtigerat. Hic ante annum duxerat in uxorem Herodiadem neptem Herodis magni, ex Aristobulo prognatam. Hæc Philippum conjugem fratris Herodis Antipæ, sed ex alia matre natum, deseruerat, ut nuptas lege divina prohibitas cum Herode Antipa contraheret. Quod Judæis omnibus magno fuit scandalo: id enim Levit. 18. omnino erat prohibitum. Propterea is fuit a Joanne graviter reprehensus. In carcerem conjecit Joannem in arce Macheronta, atque Herodiadis artibus die ipso natalis Antipæ neci datus est, uti in hoc capite Matthæus a v. 3. ad 14. usque, Marcus cap. 6. & Lucas cap. 9. fusius referunt.

℣. 2. *Et ait pueris suis*, domesticis: *Hic est Joannes Baptista:* Lucas eum dubitasse ait; si fieri potest ut primum addubitaverit, tum id ipsum in animum induxerit suum: nisi forte id legendum sit per interrogationem. Aut certe quæ Herodes & Judæi de resurrectione acceperant e Scripturis, cum Philosophorum quorumdam placitis de transmigratione animorum confundere potuerunt. *Operantur:* vox Græca efficaciam in miraculis patrandis designat. Illud prorsus stupendum videtur, Herodi ante Joannis mortem Jesum plane fuisse incognitum. Sed Chrysostomus præclare advertit Homil. 49. in Matth. id solemne esse multis principibus, ut ad ea quæ ad Deum tantummodo & religionem spectant, non magnopere attendant animum. Videre postea cupiebat Jesum, mera curiositate adductus.

℣. 3. *Et alligavit eum*, sibi traditum a scribis supra Matth. 4. v. 12. *Et posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui*, Philippi, a quo Herodes Tetrarcha eam abduxerat.

℣. 6. *Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis.* Hæc Salome dicta est e priori connubio cum Philippo nata. Qui Philippus non fuit Tetrarcha Trachonitidis, sed alius Herodis M. Filius ex Mariamne uxore. Hæc Salome postea nupsit Philippo Tetrarchæ, ex Josepho L. 18. cap. 7. qui cum sine liberis obiisset, Aristobolo regi Chalcidis nupsit. Circa mensem Februarium Joannis necem contigisse, ex ipsa rerum serie conjicit Pezronius, anno Christi 32. adeo ut per 7. aut 8. menses Joannes carcere conclusus videatur. Hanc necem Joannis factam esse Macherontæ, & adeo iniquam Judæis esse visam testatur Josephus, ut Herodis exercitum post aliquot annos ab Areta rege Arabum penitus deletum fuisse in pœnam hujus nefarii sceleris persuasum habuerint.

℣. 8. *At illa præmonita.* i. prius instructa.

II. 13. Als nun JEsus das hörete, wich er von dannen in einem Schifflein, in eine Wüste allein: und da solches das Volk erfuhr, folgeten sie ihm zu Fuße nach aus den Städten.

14. Und als er hervorgieng, sah er eine große Schaar, und er erbarmete sich über sie, und machte ihre Kranken gesund.

15. Nachdem es aber war Abend worden, tratten seine Jünger zu ihm, und sprachen: Dieses ist eine Wüste, so ist auch die Stunde schon vorüber: Laß das Volk von dir, damit sie hingehen in die Flecken, und ihnen Speise kaufen.

16. JEsus aber sprach zu ihnen: Es ist nicht vonnöthen, daß sie hingehen: gebet ihr ihnen zu essen.

17. Sie antworteten ihm: Wir haben allhier nicht mehr, dann fünf Brod, und zween Fische.

18. Und er sprach zu ihnen: Bringet sie mir her.

19. Nachdem er nun befohlen hatte, daß sich das Volk sollte niedersetzen auf das Gras, nahm er die fünf Brode, und die zween Fische, und sahe auf gen Himmel, segnete sie, und brach die Brode, und gab sie den Jüngern, die Jünger aber gaben sie dem Volke.

20. Und sie aßen alle, und wurden satt. Und sie huben die Brocken auf, welche übrig geblieben waren, zwölf Körbe voll.

21. Aber die Anzahl derjenigen, welche gegessen hatten, waren fünftausend Mann, ohne die Weiber und Kinder.

III. 22. Und alsbald trieb JEsus seine Jünger, daß sie in das Schifflein tratten, und vor ihm überfuhren, bis er das Volk von sich ließ.

23. Und nachdem er das Volk von sich gelassen hatte, gieng er auf einen Berg allein zu bethen. Da es nun Abend worden, war er daselbst allein.

24. Das Schifflein aber war mitten auf dem Meer von den Wellen hin und hergeworfen: denn der Wind war ihnen zuwider.

25. Aber in der vierten Nachtwache kam JESUS zu ihnen, und wandelte auf dem Meer.

26. Und als sie ihn sahen auf dem Meer gehen, entsatzten sie sich, und sprachen: es ist ein Gespenst. Und sie schryen aus Furcht.

27. Und JEsus redete alsbald mit ihnen, und sprach: Seyd getröst: ich bins, fürchtet euch nicht.

28. Petrus aber antwortete, und sprach: HErr, bist du es, so heiß mich zu dir kommen auf dem Wasser.

29. Er aber sprach: Komm. Und Petrus stieg aus dem Schiff, und gieng auf dem Wasser, daß er zu JEsu käme.

30. Als er aber einen starken Wind sah, fürchtete er sich: und da er anfieng zu sinken, rief er, und sprach: HErr, hilf mir.

31. Und JEsus streckte alsbald seine Hand aus, ergriff ihn: und sprach zu ihm: Du Kleingläubiger, warum hast du gezweifelt?

II. 13. Quod *d* cum audisset Jesus, secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum: & cum audissent turbæ, secutæ sunt eam pedestres de civitatibus. *d Marc.* 6. 31. *Luc.* 9. 10. *Joan.* 6. 3.

14. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curavit languidos eorum.

15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in castella, emant sibi escas.

16. Jesus autem dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare.

17. Responderunt ei: *e* Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. *e Joan.* 6. 9.

18. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.

19. Et cum jussisset turbam discumbere super fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, aspiciens in cœlum, benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis.

20. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

21. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis.

III. 22. Et *f* statim compulit Jesus discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. *f Marc.* 6. 45.

23. Et dimissa turba *g*, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi. *g Joan.* 6. 15. *Marc.* 6. 46.

24. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare.

26. Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est. Et præ timore clamaverunt.

27. Statimque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum, nolite timere.

28. Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.

29. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum.

30. Videns vero ventum validum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac.

31. Et continuo Jesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti?

32. Et

℣. 13. *Secessit inde in navicula.* Tum Jesus in Galilææ civitatibus verbum prædicabat: paulo ante miserat Apostolos, qui regnum Dei annuntiarent: jam ad eum redierant, cum illi mors Joannis Baptistæ fuit annuntiata, & legationis suæ rationem reddiderant, uti ex cap. 6. Marci discimus; & convenientes Apostoli ad Jesum renuntiaverunt ei omnia, quæ egerant. Christus itaque secessit una cum Apostolis in desertum Bethsaidæ, ex Lucæ cap. 9. v. 10. Hoc desertum ultra lacum Genesareth patebat. Christus Herodis sævitiam, & Pharisæorum insidias vitare voluit, quod nondum venisset hora ejus. Aliam quoque hujus secessus rationem Marcus affert, quod discipuli ex sua legatione fatigati rediissent, & requie indigerent, quam ibi consequi non poterant ob hominum frequentiam. *Turbæ secutæ sunt eum pedestres de civitatibus.* Quocirca videtur Dominus non integrum lacum trajecisse, sed sinum ejus tantummodo, ac turbas pedibus juxta lacus littora eo venisse: imo quidam prævenerunt, ex Marci cap. 6. adeo ut Christus & Apostoli videantur paulisper in littore consedisse, priusquam in desertum se conferrent.

℣. 14. *Et exiens vidit turbam multam*, Exiens e navi.

℣. 15. *Vespere*, Inclinata die, quæ post meridiem jam processerat. Sequitur insigne miraculum de multiplicatione quinque panum, quod ab omnibus Evangelistis enarratur. Joannes cap. 6. v. 4. tempus ipsum designat: *Erat autem proximum Pascha Judæorum.* Quare ineunte Martio hoc factum videtur miraculum: nam eo anno Pascha die 25. Martii contigisse existimat Pezronius: atque hinc necem Joannis Baptistæ circa mensem Februarium evenisse colligit.

℣. 21. *Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum.* Gr. *Quasi quinque millia*, uti & Marc. 6. 44.

℣. 22. *Compulit discipulos ascendere:* quod solus orare vellet, ac se populo subducere. *Et præcedere eum trans fretum;* e Galilæa exire, & Herodis insidias fugere.

℣. 23. *Vespere autem facto solus erat ibi.* Duplicem vesperam Judæi solent distinguere: prioris fit mentio v. 15. ab hora tertia de meridie incipit; hoc loco secunda vespera commemoratur sub occasum solis.

℣. 24. *Navicula autem in medio mari* (Galilææ) *jactabatur.* Hinc *venit ad eos* juvandos; ipsi vero turbati dixerunt: *Phantasma est*, seu spectrum.

℣. 28. *Jube me ad te venire*, efficaciter, ut jussioni respondeat eventus.

℣. 31. *Quare dubitasti.* Vacillans in fide. *Et cum ascendissent.* sc. Christus & Petrus.

32. Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus.

33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: Vere Filius Dei es.

h Marc. 6. 53. IV. 34. Et *h* cum transfretassent, venerunt in terram Genesar.

35. Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes:

36. Et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

CAPUT XV.

I. Arguit Pharisæorum traditiones, quas Dei mandatis præponebant. 1. *Docet, quæ non coinquinant, & quæ sint coinquinantia hominem.* 10. *II. Chananæa filiam a dæmonio liberat.* 21. *Et juxta mare Galilææ varios curat languores.* 29. *III. Quatuor virorum millia septem panibus, paucisque piscsiculis satiat.* 32.

† *FER. 4. POST DOM. 3. QUADR.* 1. Tunc † accesserunt ad eum ab Jerosolymis *a* Scribæ & Pharisæi, dicentes:

2. Quare *b* discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas, cum panem manducant.

a Marc. 7. 1. *b Marc.* 7. 5.

3. Ipse autem respondens ait illis: quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit:

c Exod. 20. 12. *Deut.* 5. 16. *Ephes.* 6. 2. *d Exod.* 21. 17. *Lev.* 20. 9. *Proverb.* 20. 20.

4. Honora *c* patrem & matrem. Et *d*: Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

5. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri: Munus, quodcumque est ex me, tibi proderit.

6. Et non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

7. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Isaias dicens:

e Isaiæ 29. 13. *Marc.* 7. 6.

8. Populus *e* hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me.

9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

10. Et convocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite.

11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis, quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt?

32. Und da sie in das Schiff getretten waren, legte sich der Wind.

33. Die aber im Schiff waren, kamen, und betheten ihn an, und sprachen: Du bist wahrhaftig GOttes Sohn.

IV. 34. Und als sie mit dem Schiff hinübergefahren waren, kamen sie in das Land Genesar.

35. Da nun die Leute desselbigen Orts seiner gewahr wurden, schickten sie hinaus in dasselbige ganze Land, und brachten alle Kranken zu ihm:

36. Und sie bathen ihn, daß sie nur den Saum seines Kleides anrühren möchten. Und alle, die denselbigen anrühreten, die wurden gesund.

Das fünfzehente Capitel.

I. Christus strafet die verkehrten Satzungen der Schriftgelehrten, und Pharisäer. 1. Lehret, daß, was zum Munde eingehe, den Menschen nicht verunreinige. Erkläret Petro, womit eigentlich der Mensch verunreiniget werde. 10. II. Macht des Chananäischen Weibleins Tochter gesund. 21. Heilet Stumme, Blinde, Lahme, und andere Kranke. 29. III. Speiset mit sieben Broden viertausend Mann. 32.

1. Da kamen zu ihm von Jerusalem die Schriftgelehrten und Pharisäer, und sprachen:

2. Warum übertretten deine Jünger die Satzung der Aeltesten? denn sie waschen ihre Hände nicht, wenn sie das Brod essen.

3. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: warum übertrettet ihr auch das Geboth GOttes um eurer Satzung willen? Denn GOtt hat gesagt:

4. Du sollst Vater und Mutter ehren. Und: Wer seinem Vater oder Mutter fluchet, der soll des Todes sterben.

5. Ihr aber saget: Wer zum Vater, oder zur Mutter spricht, alles, was von mir geopfert wird, das wird dir nutzen.

6. Und er soll seinen Vater, oder seine Mutter nicht ehren: und habt also GOttes Geboth vernichtet, um eurer Satzung willen.

7. Ihr Häuchler, es hat Isaias wohl von euch geweissaget, da er spricht:

8. Dieses Volk ehret mich mit seinen Lippen*: aber ihr Herz ist weit von mir. * Lefzen.

9. Sie dienen mir, aber vergeblich, dieweil sie Menschen Lehren und Gebothe lehren.

10. Und er rief das Volk zu sich, und sprach zu ihnen: Höret zu, und verstehet es wohl.

11. Was zum Munde hineingehet, das verunreiniget den Menschen nicht: sondern was aus dem Munde herausgehet, das verunreiniget den Menschen.

12. Da tratten seine Jünger herzu, und sprachen zu ihm: Weißt du auch, daß sich die Pharisäer geärgert haben, da sie dieses Wort höreten?

13. Er

℣. 36. *Salvi facti sunt.* i. Sani.

CAPUT XV.

℣. 2. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum?* Antiquorum, qui ante nos fuerunt, quæ partim erant præter legem a Deo datam, & nihil ad pietatem conferentes, partim contra legem. *Lavant;* crebras enim manuum lotiones induxerant, etiam inter edendum. Hujusmodi *traditiones* legis erant explicationes quædam a doctoribus legis factæ, quas *legem oris* vocitabant.

℣. 3. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram?* Querelam levem solida reprehensione repellit, quod præceptum Dei de colendis parentibus per suas traditiones violarent.

℣. 5. *Munus quodcumque est ex me,* quod Deo vovi, æque tibi proderit, ac si tibi dedissem. Sic egenis parentibus nullam ferebant opem. Alii aliter hunc locum exponunt, ex cap 7. Marci. *Et ultra non dimittitis eum quidquam facere Patri suo.* Id videtur colligi, Pharisæorum hoc fuisse dogma, ut filii aliquid donarent parentibus, sed non quantum pietas erga parentes, aut eorum necessitas exigebat. Locus est obscurior, qui Christi temporibus erat apertior. Est enim sententia tum nota, quæ non tota profertur. *Tibi proderit,* seu prosit. Præceptum de colendis parentibus implet.

℣. 6. *Non honorificabit.* Etsi non juvet eum.

℣. 8. *Populus hic labiis me honorat.* i. Cultu præcise externo.

℣. 9. *Sine causa autem colunt me.* Gr. Frustra, & sine fullo fructu. Hunc locum perperam detorquent Novatores contra constitutiones Ecclesiasticas: cum eadem ratione principum leges vel optime constitutas convellant. Itaque mandata hominum vocat Dominus, quæ pietati nihil conferunt, aut quæ legi divinæ adversantur.

℣. 11. *Non quod intrat in os, coinquinat hominem:* Nisi forte ob intemperantiam, aut scandalum, idque ratione circumstantiarum. *Sed quod procedit ex ore:* Marcus, *ex homine:* Matthæus ad retinendam antithesim posuit *ex ore.* Itaque synecdoche est, os pro homine, & os cordis recte intelligitur. Unde subdit, *homicidia, adulteria, fornicationes,* ut falsam quorumdam Judæorum opinionem rejiciat, qui simplicem fornicationem inter peccata non annumerabant. Hinc primo loco posuit cogitationes malas, simul ostendens omnium scelerum fontem. Quod cum minus intelligerent discipuli, postea Christus iis exposuit v. 17. 18. & 19. *Quia omne quod in os intrat;* Marcus, *& non intrat in cor ejus:* quod animum non afficit. Cum discipuli ex vultu Pharisæorum colligerent illos hinc offendi, idque forsan ipsi ægre ferrent, quod eorum Magister tam libere Pharisæos increparet, Christus illis respondens ait: *Omnis plantatio, &c.* doctrina omnis a Deo non profecta delebitur. Sic Pharisæorum doctrina extinguetur aliquando. Christiana religio perpetuo futura est: quia hæc Deum habet auctorem, non item illa. Vel omnis plantatio ad Pharisæos refertur, de quibus minime curandum est. Nam melius est ut scandalum oriatur, quam veritas relinquatur, ut ait Gregorius. Et scandalo accepto, non dato, angi non oportere hinc liquet: tamen infirmorum magna est habenda ratio, iique sunt instruendi, cum ex ignorantia vel bonæ actiones illos offendunt.

13. Er aber antwortete, und sprach: Eine jegliche Pflanze, die mein himmlischer Vater nicht gepflanzet hat, wird ausgereutet werden.

14. Lasset sie gehen: sie sind blind, und Führer der Blinden. Wenn aber ein Blinder den andern führet, so fallen sie beyde in die Grube.

15. Aber Petrus antwortete, und sprach zu ihm: Erkläre uns dieses Gleichniß.

16. Er aber sprach: Seyd ihr auch noch ohne Verstand?

17. Verstehet ihr nicht, daß alles, was zum Munde hineingehet, in den Bauch kömmt, und wird durch den natürlichen Gang ausgeworfen?

18. Was aber aus dem Mund hergehet, das kömmt aus dem Herzen, und dasselbige machet den Menschen unrein.

19. Denn aus dem Herzen gehen böse Gedanken, Todschläge, Ehebruch, Unzucht, Dieberey, falsche Zeugnisse, Gotteslästerungen.

20. Dieses sind die Dinge, welche den Menschen verunreinigen. Aber essen mit ungewaschenen Händen, das verunreiniget den Menschen nicht.

II. 21. Und JEsus gieng von dannen hinaus, und kam in die Gegend Tyri und Sidon.

22. Und siehe, ein chananäisches Weib kam aus denselbigen Gränzen, rief, und sprach zu ihm: HErr, du Sohn Davids, erbarme dich meiner: meine Tochter wird vom Teufel übel geplaget.

23. Und er antwortete ihr nicht ein Wort. Und seine Jünger traten herzu, bathen ihn, und sprachen: laß sie von dir, denn sie uns nachschreyet.

24. Er aber antwortete, und sprach: Ich bin nicht gesandt, als allein zu den verlohrnen Schafen des Hauses Israel.

25. Sie aber kam, und bethete ihn an, und sprach: HErr, hilf mir.

26. Er antwortete, und sprach: Es ist nicht gut, daß man den Kindern ihr Brod nehme, und werfe es vor die Hunde.

27. Sie aber sprach: Ja, HErr: denn die Hündlein essen auch von den Brosamen, welche von ihrer Herren Tische fallen.

28. Da antwortete JEsus, und sprach zu ihr: O Weib! dein Glaube ist groß: dir geschehe, wie du willst. Und von derselbigen Stunde an ward ihre Tochter gesund.

29. Und als JEsus von dannen fortgieng, kam er an das galiläische Meer: und er gieng auf einen Berg, und setzte sich daselbst nieder.

30. Und es kam viel Volks zu ihm, die hatten bey sich Stumme, Blinde, Lahme, Schwache, und viele andere: und sie legten sie zu seinen Füßen, und er machte sie gesund:

31. Also, daß sich das Volk verwunderte, da sie sahen, die Stummen reden, die Lahmen gehen, und die Blinden sehen: und sie preiseten den GOtt Israel.

III. 32. JEsus aber rief seine Jünger zusammen, und sprach: Mich erbarmet das Volk, denn sie nun drey Tage bey mir verharren, und haben nichts zu essen: so will ich sie auch nicht hungerig von mir lassen, damit sie auf dem Wege nicht erliegen.

33. Da sprachen seine Jünger zu ihm: Wo sollen wir dann in der Wüste so viel Brod nehmen, daß wir eine solche große Menge sättigen?

34. Und JEsus sprach zu ihnen: Wie viel Brod habt ihr? Sie aber sprachen: Sieben, und ein wenig Fischlein.

13. At ille respondens, ait *f*: Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur. *f Joan. 15. 2.*

14. Sinite illos *g*: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt. *g Luc. 6. 39.*

15. Respondens *h* autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. *h Marc. 7. 17.*

16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis?

17. Non intelligitis, quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?

18. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem:

19. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

20. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

II. 21. Et † *i* egressus inde Jesus secessit in partes Tyri & Sidonis. † *FER. 5. POST DOM. 1. QUADR.*

22. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine, fili David: filia mea male a dæmonio vexatur. *i Marc. 7. 24.*

23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos.

24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus, nisi *k* ad oves, quæ perierunt domus Israel. *k Sapr. 10. 6. Joan. 10. 3.*

25. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine, adjuva me.

26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

28. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

29. Et cum transisset inde Jesus: venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.

30. Et *l* accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos: *l Isaiæ 35. 5.*

31. Ita, ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel.

III. 32. Jesus *m* autem, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo jam perseverant mecum, & non habent, quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. *m Marc. 8. 1.*

33. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

34. Et ait illis Jesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos piscículos.

35. Et

℣. 21. *Et egressus inde Jesus, secessit in partes Tyri, & Sidonis.* In tribum *Aser*; quo nondum venerat.

℣. 22. *Miserere;* Hæc mulier constantia, humilitate, fervore, fide ipsa impetravit filiæ sanitatem, eaque gentium vocationi præludere visa est, & exemplo suo Judæos confundere.

℣. 23. *Qui non respondit ei verbum:* Ut constantiam & fidem ejus exerceret, eamque in exemplum proponeret.

℣. 24. *Non sum missus nisi ad oves.* Ante mortem suam ad Judæos solos missus est a Patre, ut sua corporali præsentia & prædicatione reduceret.

℣. 26. *Mittere canibus;* Sic Judæi gentiles vocabant ob impuros mores.

℣. 30. *Debiles,* Membris mulctatos, Gr. κυλλοὺς, *mutilos.* Sic cap. 18. 8.

℣. 31. *Et magnificabant Deum.* Gr. glorificabant.

35. Et præcepit turbæ, ut discumberent super terram.

36. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.

37. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod supersuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.

38. Erant autem, qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra parvulos, & mulieres.

39. Et dimissa turba, ascendit in naviculam: & venit in fines Magedan.

CAPUT XVI.

I. Jesus Pharisæos signum petentes arguit. 1. II. Jubet discipulos cavere a fermento Pharisæorum ac Sadducæorum. 5. III. Ipsos interrogat, quem ipsum esse dicant: & Petro post responsionem promittit claves regni cælorum. 13. IV. Suam passionem prædicit, docens crucem tollendam. 21. Se unicuique juxta sua opera redditurum. 27.

a Marc.8.11. 1. Et accesserunt ad eum *a* Pharisæi, & Sadducæi tentantes: & rogaverunt eum, ut signum de cœlo ostenderet eis.

b Luc.12.54. 2. At ille respondens, ait illis *b*: Facto vespere dicitis: serenum erit, rubicundum est enim cœlum.

3. Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum.

4. Faciem ergo cœli dijudicare nostis: signa autem temporum non potestis scire? *c* Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, *d* nisi signum Jonæ Prophetæ. Et relictis illis, abiit.

c Sup.12.39.

d Jonæ 2.1.

II. 5. Et cum venissent discipuli ejus trans fretum, obliti sunt panes accipere.

e Marc.8.15. Luc. 12. 1. 6. Qui dixit illis *e*: Intuemini, & cavete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum.

7. At illi cogitabant intra se dicentes: Quia panes non accepimus.

8. Sciens autem Jesus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis?

9. Nondum intelligitis, neque recordamini *f* quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos sumpsistis?

f Sup.14.17. Joan.6.9.

g Sup.15.34. 10. Neque *g* septem panum in quatuor millia hominum, & quot sportas sumpsistis?

11. Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum?

12. Tunc intellexerunt, quia non dixerit, cavendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum, & Sadducæorum.

h Marc.8.27. ✝ CATHEDR. ROM. S. PETR. III. 13. Venit *h* ✝ autem Jesus in partes Cæsareæ

35. Und er geboth dem Volke, daß sie sich auf die Erde niedersetzten.

36. Und er nahm die sieben Brode, samt den Fischen, dankete, und brach sie, und gab sie seinen Jüngern, und die Jünger gaben sie dem Volke.

37. Und sie aßen alle, und wurden satt. Und was von den Stücklein übrig geblieben war, das huben sie auf, sieben Körbe voll.

38. Es waren aber, die da gegessen hatten viertausend Mann, ohne Kinder, und Weiber.

39. Und er ließ das Volk von sich, und tratt in ein Schifflein: und kam in die Gegend Magedan.

Das sechszehente Capitel.

I. Christus giebt den Pharisäern das Zeichen des Propheten Jonä. 1. II. Warnet seine Jünger vom Sauerteig der Pharisäer, und Sadducäer. 5. III. Fraget, für wen ihn die Menschen hielten: und auf die Bekenntniß Petri verspricht er ihm die Gewalt über seine Kirche. 12. IV. Weissaget sein Leiden, und ermahnet alle zum Creutz, und Abtödtung seiner selbst. 21. Er werde einem jeden nach seinen Werken vergelten. 27.

1. Aber die Pharisäer, und Sadducäer tratten zu ihm, und versuchten ihn: und sie batten ihn, daß er sie ein Zeichen vom Himmel sehen ließe.

2. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: Wenn es Abend worden ist, so saget ihr: es wird ein schöner Tag seyn, denn der Himmel ist roth.

3. Und des Morgens saget ihr: es wird heute ein Ungewitter seyn, denn der Himmel scheinet roth, und ist trüb.

4. Also könnet ihr die Gestalt des Himmels unterscheiden: könnet ihr dann nicht auch die Zeichen der Zeit erkennen? Das böse und ehebrecherische Geschlecht suchet ein Zeichen: aber es wird ihm kein Zeichen gegeben werden, dann das Zeichen Jonä des Propheten. Und er verließ sie, und gieng davon.

II. 5. Und als seine Jünger über den See gekommen waren, hatten sie vergessen Brod mit sich zu nehmen.

6. Und er sprach zu ihnen: Sehet zu, und hütet euch vor dem Sauerteig der Pharisäer, und Sadducäer.

7. Sie aber gedachten bey ihnen selbst, und sprachen: Wir haben kein Brod mit uns genommen.

8. JESUS aber, dieweil ihm solches bewußt war, sprach: Ihr Kleinglaubigen, was bekümmert ihr euch, daß ihr kein Brod habt?

9. Verstehet ihr es noch nicht, gedenket ihr auch nicht an die fünf Brode unter die fünftausend Mann, und wie viel Körbe voll ihr aufhubet?

10. Auch nicht an die sieben Brode unter viertausend Mann, und wie viel Körbe voll ihr aufhubet?

11. Warum verstehet ihr dann nicht, daß ich euch nicht vom Brod gesagt: Hütet euch vor dem Sauerteig der Pharisäer, und Sadducäer?

12. Da verstunden sie, daß er nicht gesagt hatte, daß sie sich hüten müßten vor dem Sauerteig des Brods, sondern vor der Lehre der Pharisäer, und Sadducäer.

III. 13. JEsus aber kam in die Gegend der Stadt Cäsa-

rea

℣. 36. *Et gratias agens, fregit.* Quod apud unum Evangelistam dicitur *benedicere*, apud alium *gratias agere* interdum ponitur: Neque hæc duo sunt omnino diversa: Græce, *cum gratias egisset:* simul gratias agebat, & benedicebat.

℣. 39. *Et dimissa turba ascendit in naviculam*: Aut Magadan, Græce *Magdala;* ita forte a Syris vocabatur. Marcus cap. 8. in partes *Dalmanutha:* duo erant vici inter Juliadem & Gerasam siti & vicini ultra lacum Genesareth.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes:* Ut periculum facerent potentiæ ejus, & eum calumniarentur, si id, quod petebant, non efficeret.

℣. 4. *Et signum non dabitur ei.* Signa adventus mei a Prophetis prædicta, ut tempus a Daniele definitum, cap. 9. locum nativitatis a Michæa designatum, miracula a Prophetis omnibus prænuntiata, quæ Christus discipulis Joannis ex Isaia, ut signa manifesta suæ Missionis protulit. *Nisi Jonæ Prophetæ:* Signum illud fuit resurrectio Christi. Duplex signorum genus iis exhibuit, unum Pharisæis, alterum Sadducæis: illis Prophetarum oracula, quæ jam impleri cœperant. Usus est illorum studio in prænuntiandis aëris mutationibus, quo tempus rebus suis faciendis opportunum observabant, cum interim negligerent, quæ ad salutem pertinebant. Sadducæis vero, qui negabant resurrectionem corporum, Jonæ figuram in signum resurrectionis suæ dedit.

℣. 6. *Et cavete a fermento Pharisæorum.* Hinc occasionem cœpit Dominus discipulos admonendi, ne prava Pharisæorum dogmata admitterent. Hi quidem in sua origine nihil habebant damnabile, sed sanctioris vitæ institutum profitebantur. Unde Pharisæi quasi a vulgo separati dicebantur. Sed postea traditiones hominum, & varias observationes induxere, & per hypocrisin se plebi insinuarunt. Hac metaphorica *fermenti* voce Judæi uti solent in malam partem.

℣. 13. *Venit autem in partes Cæsareæ Philippi:* Quæ urbs sita est ad radices montis Libani. Syromacedones eam *Paneada* ante appellarunt, a Deo *Pan*, quem in speluncis vicinis colebant. Philippus Tetrarcha hanc instauraverat, & in honorem Tiberii Cæsaream vocaverat: ut Cæsarea ad mare mediterraneum posita, quæ ante turris Stratonis dicebatur, ab Herode seniore in honorem Augusti eo nomine fuerat insignita. *Interrogabat discipulos suos;* non ut disceret, quid aliis videretur, sed ut eos doceret, quis esset.

rea Philippi: und er fragte seine Jünger, und sprach: Was sagen die Leute von dem Sohn des Menschen?

14. Sie aber sprachen: Etliche sagen, er sey Johannes der Taufer, etliche aber, er sey Elias, andere aber, er sey Jeremias, oder einer aus den Propheten.

15. Und JEsus sprach zu ihnen: wen saget ihr aber, daß ich sey?

16. Da antwortete Simon Petrus, und sprach: Du bist Christus, der Sohn des lebendigen GOttes.

17. JEsus aber antwortete, und sprach zu ihm: Selig bist du Simon Bar-Jona: denn Fleisch und Blut hat dir das nicht offenbaret, sondern mein Vater, der im Himmel ist.

18. Und ich sage dir: Du bist Petrus, und auf diesen Felsen will ich meine Kirche erbauen, und die Pforten der Höllen sollen sie nicht überwältigen.

19. Und dir will ich die Schlüssel des Himmelreichs geben. Was du binden wirst auf Erden, das soll auch im Himmel gebunden seyn: und was du wirst lösen auf Erden, das soll auch im Himmel gelöset seyn.

20. Da befahl er seinen Jüngern, sie sollten es niemand sagen, daß er JEsus Christus wäre.

IV. 21. Von der Zeit an fieng JEsus an seinen Jüngern anzuzeigen, daß er gen Jerusalem gehen müßte, und viel leiden von den Aeltesten, und von den Schriftgelehrten, und von den Hohenpriestern, und getödtet werden, und am dritten Tage wiederum auferstehen.

22. Und Petrus nahm ihn zu sich, und fieng an ihn zu strafen, und sprach: HErr, solches sey weit von dir: das soll dir nicht wiederfahren.

23. Und er wandte sich um, und sprach zu Petro: Weiche von mir zurück Satan, du bist mir ein Aergerniß: denn du bist das nicht gesinnet, was GOttes ist, sondern das, was der Menschen ist.

24. Da sprach JEsus zu seinen Jüngern: So mir jemand will nachfolgen, der verläugne sich selbst, und nehme sein Kreuz auf sich, und folge mir nach.

25. Denn wer seine Seele erhalten will, der wird sie verliehren: wer aber seine Seele verliehren wird um meinetwillen, der wird sie finden.

Philippi: & interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis?

14. At illi dixerunt: *i* Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis.

15. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis?

16. Respondens Simon Petrus, dixit *k*: Tu es Christus, filius Dei vivi.

17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui in cœlis est.

18. Et *l* ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.

19. Et *m* tibi dabo claves regni cœlorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cœlis.

20. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Jesus Christus.

IV. 21. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Jerosolymam, & multa pati a senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere.

22. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum dicens: Absit a te, Domine: non erit tibi hoc.

23. Qui conversus, dixit Petro: *n* Vade post me Satana, scandalum es mihi: quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed ea, quæ hominum.

24. Tunc Jesus dixit discipulis suis † *o*: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

25. Qui *p* enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

26. Quid-

Item IN FESTO APOST. PET. ET PAULI.

i Marc. 8. 28. *Luc.* 9. 19.

k Joan. 6. 70.

l Joan. 1. 42.

m Isaiæ 22. 22. *Joan* 20. 23.

n Marc. 8. 33.

† *UNIUS MART. PONTIF*

o Sup 10. 38. *Luc.* 9. 23. & 14. 27.

p Luc. 17. 33. *Joan.* 12. 25.

℣. 14. *At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam*, ut Herodes cum suis: vivente adhuc Joanne nondum Jesus erat adeo celebratus, & cognitus.

℣. 16. *Tu es Christus filius Dei vivi.* Non adoptione, sed generatione, ac Deus de Deo. Petrus de filio hominis interrogatus, agnoscit filium hominis esse filium Dei: sic Nestorii hæresim in antecessum destruxit, unum & eumdem filium hominis & filium Dei professus. Non solum ut cæteris promptior & fervidior ita respondit, sed ut caput visibile Ecclesiæ destinatum, & sublimius sentiens quam qui Christum filium Dei ante professi erant, ita respondit.

℣. 17. *Beatus es Simon Bar-Jona:* Filius Joannis: nam Johanna contrahitur in Jona ex usu illorum temporum.

℣. 18. *Quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Allusio est ad confessionem Petri, cui hæc velut merces redditur a Christo, quod sit *Petrus*, seu *Petra:* hæ quippe voces apud Hebræos & Syros rem eamdem significant. Ego te Petrum, seu Petram voco, *& super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam:* Quæ præcedunt & sequuntur, ad Petrum referuntur, tamquam explicatio quædam nominis a Christo impositi. Dominus confessionem Petri insigni prærogativa remunerat. Christus quidem est Petra solidissima Ecclesiæ, lapis angularis, & fundamentum principale: sed caput ministeriale, & visibile constituit Petrum, cui potestatis suæ ministerium tradidit; idque merito fidei tam vivæ, & confessionis adeo glorioſæ illi concessum est, ut ædificium Ecclesiæ visibile, & in omnes ætates duraturum visibili quoque fundamento & firmo superstrueretur, quod ad Petri successores pertineret. Christus quidem solus est pastor, solus est fundamentum: Si quidem *fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus*, 1. Cor. 3. 11. sed participatione quadam ministerii alii sunt pastores, & alii fundamenta, Apocal. 21. v. 12. Apostoli dicuntur esse fundamenta novæ civitatis. Particula conjunctiva, uti & pronomen demonstrativum, *hanc*, manifeste ostendunt Christum loqui de Petro. *Adversus eam*, scilicet Ecclesiam. Qui perversis doctrinis homines inficiunt, ut hæretici, ii portas inferni hominibus in errorem inductis aperiunt: sed stabit semper Ecclesia Petræ firmitate fundata, & conatus omnes diaboli irriti sunt. Quidquid urbis, aut societatis defensioni utile est, id per metaphoram portæ nomen usurpare potest. *Qui confregit portas æreas:* per eas quippe partes firmissimæ civitatis designantur. Præcipuus earum usus est, ut apertæ liberum civibus præbeant aditum, & claudantur adversus hostium impetus. Ecclesiæ perpetuitas his vocibus omnino designatur.

℣. 19. *Et tibi dabo claves regni cœlorum.* Non solam remittendi peccata potestatem, quæ communis fuit omnibus Apostolis, sed primatum in Ecclesiæ regimine, qui ad successores Petri pertinet, ut firmum sit ac stabile illud regimen. *Et quodcumque ligaveris;* alia utitur metaphora, qua excellentiam illius potestatis declarat. Vincula sunt peccata, quæ remittuntur, pœnæ satisfactoriæ injunctio, aut relaxatio legitima, leges & præcepta, quæ fideles obligant.

℣. 20. *Præcepit — ut nemini dicerent.* sc. illo tempore.

℣. 23. *Vade post me Satana.* Satan. s significat adversarium, qui resistit in re aliqua: *Non est Satan, neque occursus malus*, 3. Reg. 5. 4. *Non sapis ea, quæ Dei sunt:* Humana sapis; nec consilium Dei intelligis, dum mortem & opprobria reformidas, quæ futura sunt salutis humanæ instrumenta. Cum discipulorum animos firmaret, tum aperte mortem suam & passionem futuram prænuntiavit: cui Petrus ut dignitate, sic amore in Christum princeps, *Absit*, inquit, *Domine, non erit tibi hoc:* Christus Petrum objurgat, quod voluntati Dei, & generis humani redemptioni adversetur.

℣. 24. *Abneget semetipsum.* Propriam scilicet voluntatem, quatenus Dei voluntati repugnat; *Et tollat crucem suam:* patienter ferat hujus vitæ incommoda, & ea maxime, quæ propter me patietur: alludit quoque ad genus mortis, quod perpessurus erat.

26. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?

27. Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum angelis suis: *q* & tunc reddet unicuique secundum opera ejus.*

28. Amen dico vobis *r*: sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo.

q Actor. 17. 31. *Rom.* 2. 6.
r Marc. 8. 39. *Luc.* 9. 27.

26. Denn was nützet es einem Menschen, wenn er die ganze Welt gewönne, aber Schaden litte an seiner Seele? Oder was kann der Mensch zum Werth geben für seine Seele, sie wiederum einzutauschen?

27. Denn des Menschen Sohn wird in der Herrlichkeit seines Vaters kommen mit seinen Engeln: und alsdann wird er einem jeglichen vergelten nach seinen Werken.

28. Wahrlich sage ich euch: es sind etliche von denen, die hier stehen, welche den Tod nicht schmecken werden, bis daß sie des Menschen Sohn sehen kommen in seinem Reich.

CAPUT XVII.

I. Christus in monte transfiguratur. 1. *II. Eliam dicit venturum, imo jam venisse, sed cognitum non fuisse, nempe Joannem Baptistam.* 10. *III. Puerum lunaticum curat, quem discipuli ob modicam fidem curare non poterant; ostendens, quantæ sint virtutis, fides, jejunium & oratio.* 14. *IV. Iterum passionem suam prædicit.* 21. *V. Pro se & Petro didrachma solvit, invento in ore piscis statere.* 23.

Das siebenzehente Capitel.

I. Christus wird auf dem Berg verkläret. 1. II. Lehret, daß Elias (nämlich Johannes der Taufer) theils schon q kommen sey: theils (nämlich der Prophet Elias vor dem Jüngsten Tag noch kommen werde. 10. III Treibet von einem mondsüchtigen Knaben den bösen Geist aus, welches seine Jünger aus Mangel starken Glaubens nicht haben thun können. 14. IV. Saget abermal sein Leiden vor. 21. V. Zahlet für sich und Petro den Zinsgroschen, giebt zu verstehen, daß er solchen zu zahlen nicht schuldig sey. 23.

‡ SABB. 4. TEMP. QUADR. a Marc. 9. 1. *Luc.* 9. 28.

1. Et post dies sex ‡ assumit Jesus *a* Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelsum seorsum:

2. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.

3. Et ecce, apparuerunt illis Moyses, & Elias, cum eo loquentes.

4. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum.

5. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. *b* Et ecce, vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

b Sup. 3. 17. *2. Pet.* 1. 17.

6. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde.

7. Et accessit Jesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

8. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum.

9. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis a mortuis resurgat.*

1. Und nach sechs Tagen nahm JEsus zu sich Petrum, und Jacobum, und Johannem seinen Bruder, und führete sie absonderlich auf einen sehr hohen Berg:

2. Und er ward vor ihnen verkläret. Und sein Angesicht glänzete wie die Sonne: Seine Kleider aber wurden weiß, wie der Schnee.

3. Und siehe, da erschien ihnen Moyses, und Elias, die redeten mit ihm.

4. Petrus aber antwortete, und sprach zu JEsu: HErr, hier ist gut uns zu seyn: Willst du, so laß uns hier drey Tabernackel machen, dir einen, und Moysi einen, und Elia einen.

5. Als er noch im reden war, siehe, da überschattete sie eine lichte Wolke, und siehe, es kam eine Stimme aus der Wolke, und sprach: Dieser ist mein geliebter Sohn, an welchem ich ein Wohlgefallen habe: den sollt ihr hören.

6. Da das die Jünger höreten, fielen sie auf ihr Angesicht, und fürchteten sich sehr.

7. Und JEsus tratt hinzu, rührete sie an, und sprach zu ihnen: Stehet auf, und fürchtet euch nicht.

8. Als sie aber ihre Augen aufhuben, sahen sie niemand, als JEsum allein.

9. Und da sie vom Berg herabgiengen, befahl ihnen JEsus, und sprach: Ihr sollet dieses Gesicht niemand sagen, bis der Sohn des Menschen von den Todten auferstanden ist.

¥. 28. *Sunt quidam de hic stantibus.* An de transfiguratione sua post paucos dies futura loquitur? An de Ecclesiæ regno post Jerosolymæ & Synagogæ destructionem? An demum de regno gloriæ suæ, quod post resurrectionem est adeptus, cum in cœlum gloriosus ascendit? Hæc quidem omnia commode intelligi possunt.

CAPUT XVII.

¥. 1. *Et post Dies sex assumit Jesus Petrum &c.* Post sex integros dies, & partem utriusque extremi. Hinc Lucas cap. 9. post dies fere octo id factum ait. *Et duxit eos in montem excelsum seorsum:* communis est opinio montem illum fuisse Thabor. Fr. Lucas Brugensis existimat hunc montem fuisse Libanum. Priori opinioni id favet, quod in Galilæa hæc transfiguratio facta videatur. Nam in hoc capite v. 21. id habemus, *Conversantibus autem eis in Galilæa:* Thabor in medio Galilææ situs est. Sed posterior opinio ex superiori capite magnam habet probabilitatem, quod Christus prope Cæsaream Philippi versaretur, cum Petro promisit claves regni cœlorum, nec videtur hinc recessisse. Cæsarea autem ad radices montis Libani, vel potius Antilibani sita est. Marcus post historiam transfigurationis, & mox subsecutam Lunatici curationem statim hæc subjicit: *Et inde profecti pertransibant Galilæam;* adeo ut quæ superius narrantur, non videantur facta in Galilæa.

¥. 2. *Et transfiguratus est ante eos.* Testes hujus miraculi adhibuit Petrum, Jacobum & Joannem, ut regni cœlestis quod promittebat, specimen daret coram tribus testibus, qui rem ipsam post resurrectionem vulgarent. Alios Apostolos non duxit secum in montem; excludendus enim erat Judas ab hoc spectaculo, quod occultum esse voluit, donec resurgeret: nec solus excludi poterat sine offensione. Hoc autem specimen gloriæ suæ dare voluit, *ut de cordibus discipulorum crucis scandalum tolleretur*, ait Leo M. Homil. de Transfiguratione. Secundam addit rationem non minus gravem: *Sed non minore providentia spes Ecclesiæ sanctæ fundabatur, ut totum Christi corpus agnosceret, quali esset commutatione donandum; ut ejus sibi honoris consortium membra promitterent, qui in capite præfulsisset.*

¥. 3. *Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias.* In majestate, Luc. 9. Lex & Prophetæ. Duo illi erant veteris Testamenti inter Prophetas præcipui, qui de morte Christi cum eo differebant, atque ex illo colloquio Apostoli eos agnoverunt. Elias in proprio corpore, Moyses in assumpto, aut resuscitato, (utrumque enim æque facile est Deo) apparuerunt. Sic Dominus paulatim Apostolos suos instituebat, ut mortis brevi post tempore futuræ eventum ex æterno Dei consilio constitutum, atque iisdem Prophetarum oraculis annuntiatum, quæ ejus promiserant salutarem adventum, intelligerent.

¥. 5. *Ecce nubes lucida obumbravit eos:* Lucida erat, non densa & caliginosa, ut in veteri Testamento. Neque illud existimare debemus, eos nube circumfusos fuisse, sed eorum capitibus nubes insedit instar tabernaculi. Unde Apostoli viderunt Moysen & Eliam nubem subeuntes: ita ut ambo sublati in nubem ex Apostolorum oculis evanuerint. *Et ecce vox;* extra nubem erant Apostoli. *Ipsum audite*, ut Magistrum.

¥. 6. *Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: Quia humana fragilitas*, ait Hieron. *conspectum majoris gloriæ ferre non sustinet.*

¥. 8. *Levantes autem oculos suos*, Ne, si Moyses & Elias perseverassent cum Domino, Patris vox videretur incerta, cui potissimum daret testimonium; ait idem Hieronymus.

¥. 9. *Nemini dixeritis visionem*, Pergit Hieron. Non vult hoc in populos prædicari, ne & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.

II. 10. Und seine Jünger fragten ihn, und sprachen: Was sagen denn die Schriftgelehrten, Elias müsse zuvorkommen?

11. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: Elias wird zwar kommen, und wird alles wiederum zurecht bringen.

12. Ich sage euch aber, daß Elias schon gekommen ist, und sie haben ihn nicht erkannt, sondern haben an ihm gethan, was sie wollten. Also wird auch der Sohn des Menschen von ihnen leiden.

13. Da verstunden die Jünger, daß er von Johanne dem Taufer zu ihnen geredet hatte.

III. 14. Und da er wiederum zum Volke kam, tratt ein Mensch zu ihm, und fiel vor ihm auf die Knye, und sprach: HErr, erbarme dich über meinen Sohn, denn er ist mondsüchtig, und wird übel geplaget: denn er fällt oft ins Feuer, und vielmals ins Wasser:

15. Und ich habe ihn zu deinen Jüngern gebracht, aber sie haben ihm nicht helfen können.

16. JEsus aber antwortete, und sprach: O du unglaubiges und verkehrtes Geschlecht, wie lange soll ich bey euch seyn? Wie lange soll ich euch dulden? Bringet ihn hieher zu mir.

17. Und JEsus bedrohete ihn, und der Teufel fuhr von ihm aus, und von derselbigen Stunde ward der Knabe gesund.

18. Da tratten die Jünger in geheim zu JEsu, und sprachen: Warum haben wir ihn nicht austreiben können?

19. JEsus sprach zu ihnen: Um eures Unglaubens willen. Denn wahrlich sage ich euch, so ihr einen Glauben habt, wie ein Senfkörnlein, so werdet ihr zu diesem Berg sagen: Erhebe dich von hier dorthin, und er wird sich erheben, und euch wird kein Ding unmöglich seyn.

20. Aber diese Art wird nicht ausgetrieben, als durch Bethen und Fasten.

IV. 21. Dieweil sie sich aber in Galiläa aufhielten, sprach JEsus zu ihnen: Des Menschen Sohn wird in die Hände der Menschen überantwortet werden:

22. Und sie werden ihn tödten, und er wird am dritten Tage wiederum auferstehen. Und sie wurden sehr betrübet.

V. 23. Und als sie gen Capharnaum kamen, da tratten zu Petro, die den Zollgroschen einnahmen, und sprachen zu ihm: Bezahlet euer Meister den Zollgroschen nicht?

24. Er sprach: Ja. Da er nun zum Haus hinein gekommen war, kam ihm JEsus vor, und sprach: Was dünket dich, Simon? von wem nehmen die Könige auf Erden Zoll, oder Zins? von ihren Kindern, oder von Fremden?

25. Und er sprach: von Fremden. Da sprach JEsus zu ihm: So sind die Kinder frey.

26. Damit wir sie aber nicht ärgern, so gehe hin an das Meer, und wirf den Angel aus: und nimm den Fisch, der am ersten herauffährt, und eröffne seinen Mund, so wirst du einen silbernen Groschen finden: denselben nimm, und gieb ihnen, für mich, und für dich.

II. 10. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes *c*: Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire? *c Marc.* 9. 10.

11. At *d* ille respondens ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. *d Malach.* 4. 5.

12. Dico autem vobis *e*, quia Elias *f* jam venit, & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo, quæcumque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. *e Sup.* 11. 14. *f Sup.* 14. 10.

13. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixisset eis.

III. 14. Et *g* cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam: *g Marc.* 9. 16. *Luc.* 9. 38.

15. Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

16. Respondens autem Jesus, ait: O generatio incredula, & perversa, quousque ero vobiscum? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.

17. Et increpavit illum Jesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

18. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus ejicere illum?

19. Dixit illis Jesus: Propter incredulitatem vestram. *h* Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis. *h Luc.* 17. 6.

20. Hoc autem genus non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.

IV. 21. Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jesus: *i* Filius hominis tradendus est in manus hominum: *i Infr.* 20. 18. *Marc.* 9. 30. *Luc.* 9. 44.

22. Et occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

V. 23. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma?

24. Ait: Etiam. Et cum intrasset in domum, prævenit eum Jesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis?

25. Et ille dixit: ab alienis. Dixit illi Jesus: Ergo liberi sunt filii.

26. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me, & te.

℣. 10. *Quod Eliam oporteat primum venire?* Cum Eliam una cum Moyse discedentem vidissent, neque id conciliare possent cum iis quæ acceperant a doctoribus de Elia venturo, qui Messiæ adventum anteverteret, Christum interrogant: *Quid ergo, &c.* Christus Dominus Malachiæ Prophetiam iis expositit, atque id futurum docuit, ut Elias posteriori adventui præcurreret. *Et restituet omnia*, Judæos scilicet in Ecclesiam adducendo, ut Henoch gentiles. Pharisæi autem & Scribæ negabant Messiam advenisse, quod nondum venisset Elias, iique primum adventum cum secundo confundebant. Judæorum libri, ait vir doctus R. Simo, ubique Eliæ adventum ante Messiam insinuant, qui eos edoceat quid faciendum sit.

℣. 11. *Elias quidem venturus est*, ante adventum meum ad judicium. *Et restituet omnia.* Cuncta in ordinem disponet.

℣. 12. *Jam venit*; Quasi diceret, Eliam vultis Messiæ adventum prævertere, jam is venit, nimirum Joannes Baptista in spiritu Eliæ. *Quæcumque voluerunt*; Hinc colligimus infidis & invidia Pharisæorum Joannem traditum & occisum fuisse.

℣. 14. *Lunaticus est, & male patitur:* Sic dicuntur vexati a Dæmone certis Lunæ temporibus.

℣. 16. *Quousque ero vobiscum?* Non quod tædio superatus sit, ait Hieron. mansuetus ac mitis: sed quod in similitudinem medici, si ægrotum videat contra sua præcepta se gerere, dicat: Usquequo accedam ad domum istam? quousque artis perdam industriam, me aliud jubente, te aliud perpetrante? Hæc verba non ad Apostolos, sed ad patrem Lunatici, & ad Judæos diriguntur.

℣. 19. *Dixit illis Jesus: propter incredulitatem vestram*, Fidem minorem quam oporteret. *Granum Sinapis*, Fervens & acre: ad captum eorum se demittens, rei omnino spiritali molem tribuit. *Si habueritis fidem.* i. Fiduciam humilem & fervidam. *Sicut granum sinapis*, licet minimam dummodo perfectam.

℣. 20. *Hoc autem genus non ejicitur:* Eos consolatur quod puerum coram tanta multitudine sanare non potuerint: videtur Christus de peculiari aliquo genere dæmonum obstinatiore loqui.

℣. 23. *Accesserunt qui didrachma accipiebant*, seu dimidium sicli. Hoc tributum non Romanis, sed templo solvebatur, ex Josepho L. 18. cap. 12. didrachma quod more patrio Deo solent offerre. Nec Romani in Galilæa, & Trachonitide tributa exigebant. Capharnaum vero in ditione erat Philippi tetrarchæ. Vespasianus e debellatis Judæis hoc tributum ab iis postea solvi jussit.

℣. 25. *Ergo liberi sunt filii.* Regum sc. cum familia sua.

CAPUT XVIII.

I. Proposito parvulo, docet fugiendam esse superbiam. 1. *& a pusillorum scandalo cavendum* 6 *II. Declarat ordinem fraternæ correctionis, & quod Ecclesiam non audiens pro ethnico habendus sit.* 15. *III. Potestatem ligandi atque solvendi discipulis tradit, & docet, quæ sit apud Deum efficax petitio.* 18. *IV. Quod fratri in nos peccanti iterum iterumque sit ignoscendum, ostendit parabola de rege rationem cum servis suis ineunte.* 21.

1. In illa hora † accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas, major est in regno cœlorum?

† *S. MICHAEL ARCHANGEL.*

2. Et *a* advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum.

a Infr. 19. 14.

3. Et dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & *b* efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

b 1. *Cor.* 14. 20.

4. Quicumque ergo humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic est major in regno cœlorum.

5. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.

6. Qui *c* autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

c Marc. 9. 41. *Luc.* 17. 2.

7. Væ mundo a scandalis. Necesse est enim, ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit.

8. Si *d* autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te: bonum tibi est, ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

d Sup. 5. 30. *Marc.* 9. 42.

9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi est, cum uno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

10. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis *e*, quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.

e Psal 33. 8.

11. Venit *f* enim filius hominis salvare, quod perierat.

f Luc. 19. 10.

12. Quid *g* vobis videtur? si fuerint alicui centum oves, & erraverit una ex eis: nonne relinquit nonaginta novem in montibus, & vadit quærere eam, quæ erravit?

g Luc. 15. 4.

13. Et si contigerit, ut inveniat eam: Amen dico vobis, quia gaudet super eam magis quam super nonaginta novem, quæ non erraverunt.

14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis.

Das achtzehente Capitel.

I. Christus lehret, daß, wer in Himmel eingehen, und groß will werden, müsse sich demüthigen. 1. Befiehlt, die Kleinen nicht zu ärgern. 6. II. Erweiset, was für eine Ordnung in der brüderlichen Strafe zu halten 15. III Giebt allen Jüngern die geistliche Gewalt, zu binden, und zu lösen, und lehret, welches Gebeth kräftig sey. 18. IV. Daß man dem Nächsten sieben und siebenzigmal, oder aber und abermal soll verzeihen, erkläret solches durch das Gleichniß des schuldigen Knechts. 21.

1. In derselbigen Stunde traten die Jünger zu JEsu, und sprachen: Wer meynest du, daß der Größte sey im Himmelreich?

2. Da rief JEsus ein Kind zu sich, und stellete dasselbige mitten unter sie.

3. Und sprach: Wahrlich sage ich euch, es sey dann, daß ihr euch bekehret, und werdet wie die Kinder, so werdet ihr ins Himmelreich nicht eingehen.

4. Wer sich dann selbst demüthiget, wie dieses Kind, der ist der Größte im Himmelreich.

5. Und wer ein solches Kind aufnimmt in meinem Namen, der nimmt mich auf.

6. Wer aber einen ärgert von diesen Kleinen, welche an mich glauben, dem wäre besser, daß ihm ein Mühlstein an seinen Hals gehenket würde, und er in die Tiefe des Meeres versenket würde.

7. Wehe der Welt von wegen der Aergernissen. Denn es müssen zwar Aergernissen kommen: aber wehe dem Menschen, durch welchen Aergerniß kömmt.

8. Wenn dich aber deine Hand, oder dein Fuß ärgert, so haue ihn ab, und wirf ihn von dir: es ist dir besser, daß du mangelhaft, oder lahm zum Leben eingehest, denn daß du zwo Hände habest, oder zween Füße, und werdest in das ewige Feuer geworfen.

9. Und wenn dich dein Auge ärgert, so reiß es aus, und wirfs von dir: es ist dir besser, mit einem Auge zum Leben eingehen, denn daß du zwey Augen habest, und werdest in das höllische Feuer geworfen.

10. Sehet zu, daß ihr nicht jemand von diesen Kleinen verachtet: Denn ich sage euch, ihre Engel im Himmel sehen allezeit das Angesicht meines Vaters, der im Himmel ist.

11. Denn des Menschen Sohn ist kommen selig zu machen, das verlohren war.

12. Was dünket euch? Wenn irgend einer hundert Schafe hätte, und eines von denselbigen hätte sich verirret: läßet er nicht die neun und neunzig auf den Bergen, und gehet hin, das verirrte Schaf zu suchen?

13. Und wenn es sich zuträgt, daß er es findet: Wahrlich sage ich euch, daß er sich über dasselbige mehr erfreuet, denn über die neun und neunzig, welche nicht geirret haben.

14. Also ist es auch der Wille nicht vor eurem Vater, der im Himmel ist, daß jemand von diesen Kleinen verlohren werde.

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Quis, putas, major est in regno cœlorum?* In via contenderant inter se Apostoli, quis eorum esset major: nondum enim intelligebant quodnam illud esset regnum cœlorum, idque fingebant animo, ut quoddam hujus mundi imperium. Itaque vocati a Domino, & interrogati qua de re in via contendissent, hi vicissim a Domino petierunt, quis major esset in regno cœlorum. Hujus contentionis occasio hinc videtur orta, quod superiori capite Christus se moriturum & tertia die resurrecturum dixisset: hinc prope ad futurum hoc regnum animum induxerant. *In regno cœlorum*, quod splendidum fore & glorioſum una cum Judæis opinabantur.

℣. 2. *Et advocans Jesus parvulum*, non infantem, sed grandiusculum, qui vocatus venire posset, imo & credere. Hunc in exemplum veræ humilitatis proposuit, simplicem, innoxium, ab omni ambitione remotum, cedentem omnibus, de aliis bene sentientem.

℣. 3. *Nisi conversi fueritis*, ab ista ambitione, qua superiorem quæritis locum in regno meo: quamvis non esset peccatum damnabile, gravem tamen merebatur increpationem. *Et efficiamini sicut parvuli*, præ morum innocentia, & humilitate, quales sunt parvuli per ætatem. *In regnum cœlorum*, quod humilibus tantum destinatur. Deinde quam pernicioſum sit scandalum, quo infirmi ad peccatum inducuntur aut exemplo, aut consilio, aut doctrina, ostendit: quo sibi caveant, ne aliis sint offendiculo.

℣. 6. *Expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus.* Mola quam asinus agebat in pristino obductis oculis, quæque longe major erat, quam mola brachiis hominum circumacta. *Et demergatur in profundum maris*, ut scelus suum hic eluat.

℣. 7. *Væ mundo a scandalis.* Quæ mundus per superbiam bonis creat. *Necesse*; ea quippe est bonorum & malorum permistio, ut vitari vix possint. Sed Deus illa scandala in Ecclesiæ & electorum bonum convertit.

℣. 8. *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te.* Tibi est ruinæ occasio.

℣. 10. *Videte, ne contemnatis*, id nos admonet Christus, ut eos revereamur, quorum tutelæ Angeli sunt præpositi, quippe exitium animabus illatum ulciscuntur. Quin & illud animo reputandum, propter eorum salutem Verbum Dei incarnatum fuisse, nec velle quemquam eorum perire.

℣. 11. *Venit enim filius hominis salvare quod perierat.* Ingentem suum in homines amorem exemplo pastoris exprimit. Nam pastor optimus innumerabiles Angelorum in cœlo exercitus reliquit, ut naturam humanam, quæ perierat, repararet, de cujus salute majorem capit lætitiam, quam de Angelorum in bono perseverantia.

II. 15. Wenn aber dein Bruder wider dich sündiget, so gehe hin, und strafe ihn zwischen dir, und ihm allein. Höret er dich nun, so hast du deinen Bruder gewonnen.

16. Höret er aber dich nicht, so nimm noch einen, oder zween zu dir, auf daß die ganze Sache auf zweener, oder dreyer Zeugen Mund bestehe.

17. Wenn er die nicht höret: so sage es der Kirche an. Wenn er aber die Kirche nicht höret, so halte ihn wie einen Heyden, und Publicanen.

III. 18. Wahrlich sage ich euch, alles, was ihr auf Erden binden werdet, das wird auch im Himmel gebunden seyn: und alles, was ihr auf Erden werdet lösen, das wird auch im Himmel gelöset seyn.

19. Abermal sage ich euch, wo zween von euch auf Erden sich vereinigen über ein Ding, was sie auch bitten werden, dasselbige wird ihnen wiederfahren von meinem Vater, der im Himmel ist.

20. Denn wo zween oder drey versammelt sind in meinem Namen, daselbst bin ich mitten unter ihnen.

IV. 21. Da trat Petrus zu ihm, und sprach: HErr, wann mein Bruder wider mich sündiget, wie oft soll ich ihm dann vergeben? zu siebenmal?

22. JEsus sprach zu ihm: Ich sage dir, nicht zu siebenmal, sondern zu siebenzigmal siebenmal.

23. Darum ist das Himmelreich gleich einem König, der Rechnung halten wollte mit seinen Knechten.

24. Und als er anfieng die Rechnung zu halten, kam ihm einer vor, der war ihm zehentausend Pfund schuldig.

25. Als er aber nicht hatte, davon er möchte bezahlen, befahl sein Herr zu verkaufen ihn selbst, und sein Weib, und seine Kinder, und alles, was er hatte, und zu bezahlen.

26. Aber derselbige Knecht fiel nieder, bath ihn, und sprach: Habe Geduld mit mir, so will ich dir alles bezahlen.

27. Da erbarmete sich der Herr desselbigen Knechts, und ließ ihn loß, und die Schuld ließ er ihm auch nach.

28. Als aber derselbige Knecht hinausgieng, fand er einen von seinen Mitknechten, der war ihm hundert Pfenning schuldig: und er griff ihn, und würgete ihn, und sprach: Bezahle mir, was du schuldig bist.

29. Da fiel sein Mitknecht nieder, bath ihn, und sprach: Habe Geduld mit mir, so will ich dir alles bezahlen.

30. Er aber wollte nicht: sondern gieng hin, und warf ihn in das Gefängniß, bis daß er die Schuld bezahlete.

31. Als aber seine Mitknechte sahen, was sich zutrug, wurden sie sehr betrübt: und sie kamen, und vermeldeten ihrem Herrn alles, was sich zugetragen hatte.

II. 15. Si † *h* autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. † *FERIA 3. POST DOM. 3. QUADR.*

16. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos *i*, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.

17. Quod *k* si non audierit eos: dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

III. 18. Amen *l* dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

19. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est.

20. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo; ibi sum in medio eorum.

IV. 21. Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies?

22. Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.

23. Ideo † assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. † *DOM. 21. POST PENTEC.*

24. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat ei decem millia talenta.

25. Cum autem non haberet, unde redderet, jussit eum dominus ejus vænundari, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi.

26. Procidens autem servus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

27. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

28. Egressus autem servus ille invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde, quod debes.

29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

30. Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum.

31. Videntes autem conservi ejus, quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narraverunt domino suo omnia, quæ facta fuerant.

h Lev. 19. 17. Eccli 19. 13. Luc. 17. 3. Jac. 5. 19. i Deut. 19. 15. Joan. 8. 17. 2. Cor. 13. 1. Hebr. 10. 28. k 1. Cor. 5 9. 2. Thess. 3. 13. l Joan. 20. 23.

32. Tunc

℣. 15. *Si autem peccaverit in te frater tuus*, si te læserit, aut peccando scandalum fecerit. A scandalis quæ proximo bona spiritalia adimunt, ad eas descendit injurias, quæ honori, aut bonis corporis vim afferunt: satisfaciendi necessitatem in eo qui læsit, & paratum ad ignoscendum animum in eo qui læsus est, exigit. *Corripe*, famæ illius consule, & peccatum corrige: seorsum ante monendus est, quam deferatur ad Ecclesiam. Consimile quid Levit. 19. 17. præcipitur, ut omne odium inter privatos deleatur.

℣. 16. *Si autem te non audierit.* Hic est secundus correptionis gradus; adhibendi sunt testes. *Stabit omne verbum:* ut de re ipsa constet, ac duorum testimonio revinci possit. Cum scilicet peccatum pluribus potest innotescere, saltem per iterationem facti, ut exponit Augustinus in Regula. Nam si crimen est occultum, quod tu solus scias, nec iteretur, quomodo adhibebis testes, ut coram iis moneas, & qua utilitate, cum palam sit negaturus, & te odio magis sit habiturus ob injuriam. Sunt tamen peccata quædam occulta, Ecclesiæ, vel reipublicæ perniciosa, quæ sunt pensitanda.

℣. 17. *Dic Ecclesiæ:* Tertius est correptionis gradus, cum in detrimentum communitatis damnum cedit, nec locus est secretæ admonitioni, nec spes ulla correctionis: tum enim ei, qui curam gerit Ecclesiæ, denuntiandum. Quartus erit correptionis gradus ejectio ab Ecclesia, seu excommunicatio, si Ecclesiam non audierit. Tum eo loco habendus est, quo Judæi solebant Ethnicos & publicanos.

℣. 18. *Quæcumque alligaveritis super terram*, ne scilicet peccatores pastorum judicia spernant, declarat Dominus fore, ut quæcumque Apostoli & eorum successores ligaverint, aut solverint, seu interius in foro conscientiæ absolvendo, aut retinendo peccata; seu in foro exteriori per excommunicationem, soluta sint, aut ligata in cœlo.

℣. 19. *Iterum dico vobis*, non solum id vobis promitto, sed quod amplius est, id quoque efficiam, ut quidquid per me, & propter me petieritis, id fiat vobis, cum ea petieritis, quæ ad salutem spectant, idque meo nomine.

℣. 22. *Non dico tibi usque septies; sed usque septuagies septies.* Si convertatur. Luc. 17. v. 4. Numerus finitus pro infinito: Quoties peccaverit: nullum enim in offensis fratrum veniæ terminum præfigi oportere docet, & confirmat parabola regis, cui servus debebat 10000. talenta; seu maximam pecuniæ vim, quæcumque illa sit. Sa dicit sexies mille millia aureorum fuisse. Quo quidem hominem designat, qui innumeris peccatis Deum offendit, quique conservo suo debitum noluit dimittere. *Sed usque;* Non quod redeant dimissa peccata, sed durius ille punietur ob male memorem animum, æternas dabit pœnas ob inhumanitatem. Hoc ad eos imprimis spectat, qui morti proximi veniam petunt, sed ubi convaluere, tanti beneficii immemores inopina morte opprimuntur.

℣. 28. *Et tenens.* Injecta in collum manu.

32. Tunc vocavit illum dominus ſuus: & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me:

33. Nonne ergo oportuit & te miſereri conſervi tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?

34. Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet univerſum debitum.

35. Sic & Pater meus cœleſtis faciet vobis ſi non remiſeritis unusquisque fratri ſuo de cordibus veſtris.

CAPUT XIX.

I. Matrimonium ex ſua inſtitutione eſſe indiſſolubile: inter varios eunuchos laudat illos, qui ſe caſtrarunt propter regnum cælorum. 3. *II. Parvulis manus imponit.* 13. *III. Dives Adoleſcens, audito Chriſti conſilio de omnibus vendendis abit triſtis.* 16. *Hinc Chriſtus difficile aſſerit divitem intrare regnum cælorum.* 23. *IV. Promittit magna præmia, qui omnibus relictis ipſum ſequuntur.* 27.

1. Et factum eſt, cum conſummaſſet Jeſus ſermones iſtos, migravit a Galilæa, &
a Marc. 10.1. *a* venit in fines Judææ trans Jordanem.

2. Et ſecutæ ſunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi.

b Marc 10.2. † *SANCT. ACHAT.* I. 3. Et *b* † acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem ſuam, quacumque ex cauſa?

4. Qui reſpondens ait eis: Non legiſtis,
c Gen. 1. 27. quia *c* qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos, & dixit:

d Gen. 2.24. *1. Cor.* 6. 16. *Epheſ.* 5.31. 5. Propter *d* hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.

6. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet.

e Deut. 24. 1. 7. Dicunt illi: *e* Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii, & dimittere?

8. Ait illis: Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere uxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic.

f Supr. 5.32. *Marc.* 10.11. *Luc.* 16. 18. *1. Cor.* 7. 10. 9. Dico *f* autem vobis, quia quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.

32. Da forderte ihn ſein Herr, und ſprach zu ihm: Du ſchalkhaftiger Knecht, ich habe dir die ganze Schuld nachgelaſſen, dieweil du mich batheſt:

33. Sollteſt dich dann nicht auch erbarmet haben über deinen Mitknecht, wie ich mich über dich erbarmet habe?

34. Und ſein Herr ward zornig, und überantwortete ihn den Peinigern, bis daß er die ganze Schuld bezahlete.

35. Alſo wird euch mein himmliſcher Vater auch thun, wo ihr nicht, ein jeglicher ſeinem Bruder, von eurem Herzen vergeben werdet.

Das neunzehente Capitel.

I. Chriſtus lehret, wie die Ehe nicht könne geſchieden werden: daß dreyerley Beſchnittene ſeyn, und der ledige Stand der Keuſchen beſſer ſey, als der Eheſtand. 3. II. Segnet die kleinen Kinder. 13. III. Befiehlt dem Jüngling, die Gebothe GOttes zu halten, und wenn er wolle vollkommen ſeyn, alles zu verlaſſen. 16. Zeigt an, wie ſchwer es ſey, daß ein Reicher ſelig werde. 23. IV. Verſpricht ſeinen Jüngern, und andern, ſo ihm nachfolgeten, hundertfältige Belohnung, und das ewige Leben. 27.

1. Und es begab ſich, da JEſus dieſe Rede vollendet hatte, zog er aus Galiläa, und kam in die Gränzen des Jüdiſchen Landes, über den Jordan.

2. Und es folgte ihm viel Volks nach, und er machte ſie allda geſund.

I. 3. Da tratten zu ihm die Phariſäer, verſuchten ihn, und ſprachen: Iſt es erlaubt, daß ein Mann ſein Weib von ſich laſſe, um einer jeglichen Urſache willen?

4. Er antwortete, und ſprach zu ihnen: Habt ihr nicht geleſen, daß, der den Menſchen erſchaffen hat von Anbeginn, ſie beyde, Mann und Weib, erſchaffen hat, und geſagt:

5. Darum wird der Menſch Vater und Mutter verlaſſen, und ſeinem Weib anhangen, und werden die zwey ein Fleiſch ſeyn.

6. Derowegen ſind ſie nicht mehr zwey, ſondern ein Fleiſch. Was nun GOtt zuſammengefüget hat, das ſoll der Menſch nicht ſcheiden.

7. Und ſie ſprachen zu ihm: Warum hatt dann Moyſes befohlen, einen Scheidebrief zu geben, und das Weib von ſich zu laſſen?

8. Er ſprach zu ihnen: Zwar Moyſes hat euch erlaubt, eure Weiber von euch zu laſſen, um eures Herzens Härtigkeit willen: aber von Anfang iſt es nicht alſo geweſen.

9. Ich aber ſage euch, wer ſein Weib von ſich läßt, es ſey dann um Ehebruchs willen, und nimmt eine andere, der bricht die Ehe: und wer die Abgeſcheidete nimmt, der bricht die Ehe.

10. Da

---

†. 34. *Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus*, ut eas ſubeat pœnas, quibus obnoxii erant, qui creditores fraudaverant.

†. 35. *Sic & Pater meus.* Vid. v. 22.

CAPUT XIX.

†. 1. *Et venit in fines Judææ trans Jordanem*, non in Judæam, ſed in fines Judææ, in Peræam nempe e regione Jericho, uti ex Marci cap. 10. diſcimus: ſed eo tamen non pervenit, niſi poſt feſtum tabernaculorum, adeo ut Capharnaum & Galilæam non amplius rediturus omnino reliquerit menſe Auguſto, paucis poſt transfigurationem diebus, atque in confiniis Galilææ, & Judææ prædicaverit usque ad feſtum tabernaculorum, quod circa 19. Septembris eo anno celebratum fuiſſe exiſtimat Pezronius. Poſt feſtum tabernaculorum urbem Hieroſolymam adiit, ubi multa cum Judæis diſſeruit, quæ a Joanne referuntur: in Peræam poſtea ſe recepit. Non enim vita illius in tuto erat Hieroſolymæ, neque in Judæa, neque in Galilæa, ubi erat Herodes Antipas, qui Sephoris Galilææ in urbe habitabat. Quare in Peræam ſe contulit, ubi nondum Evangelium annuntiatum fuerat: ſed prius quaſi iter agendo in Galilææ & Judææ finibus ea fecit & dixit, quæ Lucas a cap. 9. v. 51. ad caput usque 14. proſequitur, quæque ſuis locis exponentur. Nunc ſeriem narrationis Matthæi retexamus. Itaque poſt feſtum Tabernaculorum, cum in ejus necem Judæi conjuraſſent, ultra Jordanem ſe recepit verſus Bethabara, non procul Jericho, ubi Joannes baptizaverat per duos menſes usque ad feſtum Encœniorum, ibi commoratus ad finem usque Novembris. Hinc Joannes cap. 10. 40. docet eum *abiiſſe iterum trans Jordanem*, quod jam ante eſſet profectus: non enim in Judæa moratus eſt. In Peræam itaque *ſecutæ ſunt eum turbæ.*

†. 3. *Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes eum.* Chriſti reſponſio matrimonii leges ad primam ſui inſtitutionem revocat: Deus enim uni viro unam deſtinavit uxorem, non plures; is adeo indiſſolubilem inter eos ſocietatem conſtituit.

†. 5. *Et erunt duo in carne una.* Gr. *In carnem unam.* in Hebræo: *Et erunt in carnem unam.* 70. addiderunt, *duo*, & ſenſus ipſe id exigit: nam dictum erat: *& adhærebit uxori ſuæ*, non uxoribus. Hebræi ſæpe carnis nomine totum hominem intelligunt.

†. 6. *Homo non ſeparet.* Contra Dei inſtitutionem.

†. 7. *Quid ergo Moyſes mandavit dare libellum repudii?* Chriſtus Dominus aperte diſtinguit, quæ illi confundebant. Repudio conditionem neceſſariam præſcripſit Deus per Moyſen, non illud præcepit. *Et ad duritiam cordis veſtri;* ſed ad præcavenda majora mala. Neque Adamo, neque Patriarchis illud permiſit divortium. Sæpe vox illa *præcepit*, aut *mandavit*, permiſſionem tantummodo ſignificat.

†. 9. *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem:* Aut gravius illud crimen. *Mœchatur.* Quod videtur ad novam legem pertinere, & revocare matrimonium ad primam ſui inſtitutionem: nam ſi in veteri lege licebat plures ducere uxores, priori retenta, cur non etiam dimiſſa? Adulterium uxoris divortium excuſare poteſt, ſed ſecundas nuptias non efficit legitimas, quamdiu ambo conjuges vivunt. Quamobrem exceptio illa, *niſi ob fornicationem*, ad divortium omnino pertinet, quod immediate præcedit; non ad integram propoſitionem, quæ

10. Da sprachen seine Jünger zu ihm: Stehet die Sache eines Mannes mit dem Weibe also, so ist es nicht gut heyrathen.

11. Und er sprach zu ihnen: Dieses Wort fasset nicht jedermann, sondern denen es gegeben ist.

12. Denn es sind Verschnittene, welche aus Mutterleib also gebohren sind: und sind Verschnittene, welche von Menschen sind verschnitten worden: auch sind Verschnittene, die sich selbst verschnitten haben, um des Himmelreichs willen. Wer es fassen kann, der fasse es.

II. 13. Da wurden kleine Kinder ihm dargebracht, daß er ihnen die Hände auflegte, und bethete. Die Jünger aber schalten sie.

14. JEsus aber sprach zu ihnen: Lasset die kleinen Kinder bleiben, und wehret ihnen nicht, zu mir zu kommen: denn solcher ist das Himmelreich.

15. Und als er ihnen die Hände aufgeleget hatte, gieng er von dannen.

III. 16. Und siehe, es tratt einer herzu, und sprach zu ihm: Guter Meister, was soll ich Gutes thun, damit ich das ewige Leben habe?

17. Er sprach zu ihm: Was fragest du mich um das Gute? Einer ist gut, nämlich GOtt. Willst du aber zum Leben eingehen, so halte die Gebothe.

18. Er sprach zu ihm: Welche? JEsus aber sprach: Du sollst nicht tödten: Du sollst nicht ehebrechen: Du sollst nicht stehlen: Du sollst keine falsche Zeugniß geben:

19. Ehre deinen Vater, und deine Mutter: und liebe deinen Nächsten, als dich selbst.

20. Der Jüngling sprach zu ihm: Dieses alles habe ich von meiner Jugend auf gehalten, was mangelt mir noch?

21. JEsus sprach zu ihm: Willst du vollkommen seyn, so gehe hin, verkaufe, was du hast, und giebs den Armen, so wirst du einen Schatz im Himmel haben: und komm, und folge mir nach.

22. Als nun der Jüngling dieses Wort hörete, gieng er traurig hinweg: denn er hatte viele Güter.

23. JEsus aber sprach zu seinen Jüngern: Wahrlich sage ich euch, daß ein Reicher schwerlich zum Himmelreich wird eingehen.

24. Ja, ich sage euch abermal: Es ist leichter, daß ein Cameel durch ein Nadelohr hindurchgehe, dann daß ein Reicher zum Himmelreich eingehe.

25. Da solches aber seine Jünger höreten, verwunderten sie sich, und sprachen: Wer kann dann selig werden?

26. JEsus aber sahe sie an, und sprach zu ihnen: Bey den Menschen ist dieses unmöglich: aber bey GOtt sind alle Dinge möglich.

10. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.

11. Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

12. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.

II. 13. Tunc *g* oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. *g Marc.* 10. 13. *Luc.* 18. 15.

14. Jesus vero ait eis *h*: Sinite parvulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum. *h Sup.* 18. 3.

15. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

III. 16. Et *i* ecce unus accedens ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? *i Marc.* 10. 17. *Luc.* 18. 18.

17. Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Unus est bonus, Deus: Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata.

18. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: *k* Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices: *k Exod.* 20. 13.

19. Honora patrem tuum, & matrem tuam: & diliges proximum tuum, sicut teipsum.

20. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deest?

21. Ait illi Jesus: Si vis perfectus esse, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.

22. Cum audisset autem adolescens verbum abiit tristis: erat enim habens multas possessiones.

23. Jesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cœlorum.

24. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.

25. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse?

26. Aspiciens autem Jesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt.

quæ repudium & novum matrimonium complectitur. Christus Dominus, quæ apud Judæos invaluerat, duplicem consuetudinem condemnat, unam repudiandi uxorem quacumque ex causa; hanc vero licentiam ad adulterium restringit, & accurata ejus responsio id exigebat, ut exceptio fornicationis ad ipsum repudium pertineret. Alteram quoque consuetudinem novi ineundi matrimonii damnat; priorem cap. 5. *Omnis qui dimiserit uxorem suam, facit eam mœchari;* posteriorem hoc loco: *Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur; & qui dimissam duxerit, mœchatur:* Quod prius matrimonium adhuc perstet; nec divortio solvatur quoad vinculum matrimonii, sed tantum quoad thorum, seu cohabitationem. Idem docet Marci cap. 10. & Lucæ cap. 16.

℣. 10. *Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Si ea mariti conditio, ut non liceat pro arbitrio uxorem dimittere. Hinc Dominus occasionem sumit commendandæ virginitatis.

℣. 11. *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Continentiam esse peculiare Dei donum non omnibus datum insinuat, sed solum rite petentibus.

℣. 12. *Sunt enim eunuchi:* Tria Eunuchorum distinguit genera: Nam alii ita nati sunt; alii ex necessitate, & vi extraria; alii demum ex voluntate sua propter regnum cœlorum. *Qui potest capere, capiat;* Qui possunt perpetuam servare continentiam, seu ex voto, seu ex devotione, opus præstantissimum exerunt, omni concupiscentiæ usu detracto. Divina adjuti gratia ita se gerunt, ac si a natura facti essent ad matrimonii usum inhabiles, aut a vi quadam extraria.

℣. 13. *Tunc oblati sunt ei parvuli, ut manus eis imponeret,* more tum usitato: nam Judæi manus imponebant benedicturi.

℣. 17. *Quid me interrogas de bono?* Græc. *Quid me dicis bonum? unus bonus Deus,* natura & per essentiam: cur me bonum dicitis, cum me Deum esse non credatis, qui solus bonus est? Ambrosius in hunc locum: *Non ergo bonum se negat, sed Deum signat.*

℣. 21. *Si vis perfectus esse,* in charitate, *vade, & vende &c.* Marcus & Lucas: *Unum tibi deest,* quod addictus sis divitiis; hoc tibi deest ad salutem. *Sed da pauperibus, & habebis thesaurum,* i. insigne præmium.

℣. 23. *Quia dives difficile intrabit in regnum cœlorum.* Quæ sequuntur sententiæ, ex hac ipsa exponi debent: nam impossibile rectius per difficile, quam vice versa intelligitur. Res est valde difficilis divitibus non confidere in divitiis, & affectum erga eas deponere.

℣. 24. *Facilius est camelum:* Bene vertit vulgata *camelum:* nam κάμιλος per jotâ, significat *rudentem,* aut funem crassiorem. Proverbium erat tum apud Judæos usitatum, cum rem impossibilem esse affirmabant; idque in vetustioribus eorum libris occurrere testatur Ricardus Simo.

℣. 26. *Apud homines hoc impossibile est:* Potest Deus gratiæ suæ vi cupiditatem illam, abusum, corruptionem ab ipsis divitiis divellere, & contemptum earum impertiri.

IV. 27. Tunc † respondens Petrus dixit ei: Ecce, nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

28. Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim judicantes duodecim tribus Israel.

29. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. °

30. Multi *l* autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.

† *CONVERS. S. PAULI. Item UNIUS ABBAT.*

l Infr. 20. 16. *Marc.* 10. 31. *Luc.* 13. 30.

CAPUT XX.

I. Operariis in vineam conductis; ultimis datur denarius cum primis. 1. *II. Iterum discipulis passionem ac resurrectionem suam prædicit.* 17. *III. Filios Zebedæi docet, quod non potestate, sed officio ministerii debeant esse majores.* 20. *IV. Egrediens Jericho duos cæcos illuminat.* 29.

1. Simile † est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

† *DOM. SEPTUAG.*

2. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam.

3. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos,

4. Et dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod justum fuerit, dabo vobis.

5. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam, & nonam horam, & fecit similiter.

6. Circa undecimam vero exiit, & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die otiosi?

7. Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

8. Cum sero autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos.

9. Cum venissent ergo, qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.

10. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios.

11. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias,

12. Dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstus.

13. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam: nonne ex denario conveniisti mecum?

IV. 27. Da antwortete Petrus, und sprach zu ihm: Siehe, wir haben alles verlassen, und sind dir nachgefolget: was wird uns nun dafür werden?

28. JEsus aber sprach zu ihnen: Wahrlich sage ich euch, daß, die ihr mir seyd nachgefolget, in der Wiedergeburth, wann des Menschen Sohn auf dem Stuhl seiner Majestät sitzen wird, auch ihr sitzen werdet auf zwölf Stühlen, und richten die zwölf Geschlechte Israel.

29. Und ein jeglicher, der sein Haus verläßt, oder Brüder, oder Schwestern, oder Vater, oder Mutter, oder Weib, oder Kinder, oder Aecker, um meines Namens willen, der wird es hundertfältig wiederum bekommen, und das ewige Leben besitzen.

30. Aber viele, welche die Ersten sind, werden die Letzten seyn, und die Letzten die Ersten.

Das zwanzigste Capitel.

I. Christus lehret durch das Gleichniß der Arbeiter im Weinberg, daß die Letzten werden bey GOtt die Ersten seyn. 1. II. Saget abermal sein Leiden vor, samt seiner Auferstehung. 17. III. Straft den Ehrgeiz der Söhne Zebedäi, und lehret sie die Geduld und die Demuth. 20. IV. Macht zween Blinde sehend. 29.

1. Das Himmelreich ist gleich einem Hausvater, der am Morgen früh ausgieng, Arbeiter zu dingen in seinen Weinberg.

2. Als er aber mit den Arbeitern eins worden um einen Groschen zum Tagelohn, sandte er sie in seinen Weinberg.

3. Und er gieng aus um die dritte Stunde, und sahe andere auf dem Markte müßig stehen,

4. Und sprach zu ihnen: Gehet ihr auch hin in meinen Weinberg, und was recht seyn wird, das will ich euch geben.

5. Und sie giengen hin. Abermal gieng er aus um die sechste und neunte Stunde, und thät desgleichen.

6. Aber um die eilfte Stunde gieng er aus, und fand andere stehen, und sprach zu ihnen: Was stehet ihr hier den ganzen Tag müßig?

7. Sie sprachen zu ihm: Niemand hat uns gedinget. Und er sprach zu ihnen: Gehet ihr auch hin in meinen Weinberg.

8. Da es nun war Abend worden, sprach der Herr des Weinbergs zu seinem Schaffner: Rufe die Arbeiter, und gieb ihnen den Lohn, und hebe an von den Letzten, bis zu den Ersten.

9. Als nun die kamen, welche um die eilfte Stunde angekommen waren, empfiengen sie ein jeglicher einen Groschen.

10. Als aber auch die Ersten kamen, vermeynten sie, daß sie etwas mehr bekommen würden: aber sie empfiengen auch ein jeglicher einen Groschen.

11. Und da sie den empfiengen, murreten sie wider den Hausvater, und sprachen:

12. Diese Letzten haben nur eine Stunde gearbeitet, und du hast sie uns gleich gemacht, die wir des Tages Last und Hitze getragen haben.

13. Er aber antwortete einem unter ihnen, und sprach: Mein Freund, ich thue dir kein Unrecht: bist du nicht um einen Groschen mit mir eins worden?

14. Nimm

℣. 27. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* August. Epist. ad Paulinum: *Revera omnia contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit, habere contemnit.*

℣. 28. *Vos, qui sequuti estis me in regeneratione.* i. In universali resurrectione.

℣. 29. *Centuplum accipiet:* multo plura est accepturus, tranquillitatem videlicet animi, spem magnam salutis, internas consolationes: parva & pauca relicturus, magna & multa est accepturus. Centuplum accipiet non in bonis temporalibus, sed in cœlesti delectatione, & in firma spe æternæ beatitudinis.

℣. 30. *Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi.* Quod forte ad eos pertinet, qui omnia reliquerunt actu, non affectu; vel potius, multi, qui nunc opibus præstant, erunt vilissimi, & contra. Judæi, qui se populum Dei jactabant, infimo loco futuros insinuat.

CAPUT XX.

℣. 1. *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias*, Gr. *Simile est enim:* superioris sententiæ quasi ratio redditur. Paterfamilias Deus est, forum mundus, in quo ante vocationem Dei omnes erant pene otiosi, & inutiles; vinea est Ecclesia; fidelis quisque est velut palmes; operarii vocantur & conducuntur, Prophetæ & Apostoli; procurator domus est Christus ipse, qui unicuique operario mercedem tribuit.

℣. 2. *Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno*, dando pro opera unius diei. Denarius vitam æternam significat: cum dispares sint meritis, omnes tamen sunt beati, non quod omnium sit par felicitas. Ex hac parabola hæc colliguntur. 1. Bona opera esse vitæ æternæ meritoria: *Voca operarios, & redde illis mercedem.* 2. Temporis diuturnitatem, molestiæ & laboris magnitudinem, ad majorem mercedem per se non valere, nisi major adsit charitas.

℣. 6. *Quid hic statis tota die otiosi?* Gentiles novissima hora vocantur: nam dies singuli in 12. horas erant divisi, adeo ut horæ æstate essent longiores.

℣. 7. *Ite & vos*, i. Gentiles, *in vineam meam.* i. Ecclesiam.

℣. 10. *Acceperunt singulos denarios.* sc. gratiæ & gloriæ.

℣. 11. *Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias*, in cœlo admirationi, sed nullus erit obmurmurationi locus, neque ulla erit querelæ causa. Hoc murmur Judæis adversus Gentiles convenit.

14. Nimm, was dein ist, und gehe hin: ich will aber diesem Letzten auch geben, wie dir.

15. Oder habe ich nicht Macht zu thun, was ich will? ist dein Auge darum schalkhaftig, daß ich so gütig bin?

16. Also werden die Letzten die Ersten, und die Ersten die Letzten seyn. Denn viel sind berufen, aber wenig sind auserwählet.

II. 17. Und als JESUS gen Jerusalem hinaufzog, nahm er die zwölf Jünger in geheim zu sich, und sprach zu ihnen:

18. Siehe, wir ziehen hinauf gen Jerusalem, und des Menschen Sohn wird den Hohenpriestern und Schriftgelehrten überantwortet werden, und sie werden ihn zum Tod verdammen.

19. Und werden ihn den Heyden überantworten, zu verspotten, und zu geißeln, und zu creuzigen, und er wird am dritten Tage wiederum auferstehen.

III. 20. Da tratt zu ihm die Mutter der Kinder Zebedäi mit ihren Söhnen, bethete ihn an, und begehrte etwas von ihm.

21. Und er sprach zu ihr: Was willst du? Sie sprach zu ihm: Sage, daß diese meine zween Söhne sitzen, der eine zu deiner Rechten, der andere zur Linken in deinem Reiche.

22. JEsus aber antwortete, und sprach: Ihr wisset nicht, was ihr bittet. Könnet ihr den Kelch trinken, den ich trinken werde? Sie sprachen zu ihm: Wir können es.

23. Und er sprach zu ihnen: Meinen Kelch werdet ihr zwar trinken: aber das Sitzen zu meiner Rechten, oder Linken, ist nicht mein, euch zu geben, sondern denen es bereitet ist von meinem Vater.

24. Da das die Zehen höreten, wurden sie unlustig * über die zween Brüder. *zornig.

25. JEsus aber forderte sie zu sich, und sprach: Ihr wisset, daß die Fürsten der Heyden über sie herrschen: und die Vornehmsten brauchen sich ihrer Gewalt unter ihnen.

26. Nicht also soll es unter euch seyn: sondern wer unter euch der Vornehmste seyn will, der soll euer Diener seyn:

27. Und wer unter euch der Erste seyn will, der soll euer Knecht seyn.

28. Wie des Menschen Sohn nicht kommen ist, ihm dienen zu lassen, sondern zu dienen, und seine Seele zur Erlösung für viele zu geben.

IV. 29. Als sie nun von Jericho auszogen, folgete ihm viel Volks nach:

30. Und siehe, zween Blinde saßen am Wege: und da sie höreten, daß JEsus vorüber gienge, riefen sie, und sprachen: HErr, du Sohn Davids, erbarme dich unser.

31. Das Volk aber schalt sie, daß sie schweigen sollten. Sie aber riefen vielmehr, und sprachen: HErr, du Sohn Davids, erbarme dich unser.

32. Und JEsus stund stille, rief ihnen, und sprach: Was wollet ihr, daß ich euch thun soll?

33. Sie sprachen zu ihm: HErr, daß unsere Augen aufgethan werden.

14. Tolle, quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi.

15. Aut non licet mihi, quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?

16. Sic *a* erunt novissimi primi, & primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. ° *a Sup. 19. 30. Marc. 10. 31. Luc. 13. 30.*

II. 17. Et *b* † ascendens Jesus Jerosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis: *b Marc. 10. 31. Luc. 18. 31. † FER. 4. POST DOM. 2. QUADR.*

18. Ecce ascendimus Jerosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte.

19. Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

III. 20. Tunc *c* † accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. *c Marc 10. 35. † S. JOAN Ante PORT. LATIN. Item, S. JACOBI APOST.*

21. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.

22. Respondens autem Jesus, dixit: Nescitis, quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus.

23. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam vel sinistram, non est meum, dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. °

24. Et *d* audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. *d Marc. 10. 41.*

25. Jesus *e* autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis, quia principes gentium dominantur eorum: & qui majores sunt, potestatem exercent in eos. *e Luc. 22. 25.*

26. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister:

27. Et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.

28. Sicut *f* filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, redemptionem pro multis. *f Phil. 2. 7.*

IV. 29. Et *g* egredientibus illis ab Jericho, secuta est eum turba multa: *g Marc. 10. 46.*

30. Et ecce, duo cæci sedentes secus viam, audierunt, quia Jesus transiret, & clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. *Luc. 18. 35.*

31. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David.

32. Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis, ut faciam vobis?

33. Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34. Miser-

℣. 15. *An oculus tuus nequam est?* Invidus est & malus, phrasi Hebraica: An illis meam benignitatem invides?

℣. 16. *Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi*, eos sic vocat, non quibus pars minor, sed quibus nulla felicitas futura est. *Multi enim sunt vocati;* quamvis multi sint vocati, primi & novissimi dicuntur respectu Dei & hominum: multi judicio hominum primi erunt, coram Deo novissimi.

℣. 17. *Ascendens*, ex civitate Ephrem, Joan. 11.

℣. 21. *Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo:* In regno illo, quod terrenum fore existimabant.

℣. 22. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Ferre tormenta, quæ ego passurus sum: ea est una assequendi quod cupitis ratio. *Possumus;* nec poterant tamen, nondum enim eas acceperant vires, quibus Christum sequerentur usque ad mortem, & biberent calicem passionis ejus.

℣. 23. *Sed quibus paratum est a Patre:* Nisi his quibus paratum est a Patre meo: etsi hæc vox, *vobis*, in Græco deest, & in Syriaco: *Non est meum*, quatenus homo sum.

℣. 25. *Scitis, quia principes gentium dominantur eorum.* Earum gentium, cum potestate & ambitione: ac subinde monet sacerdotum imperium benignum esse oportere, & modestum: simul docet, discipulos, non aliud spectare oportere quam salutem subditorum, & eorum utilitati servire.

℣. 28. *Et dare animam suam, redemptionem pro multis.* Vox Græca λύτρον, *pretium* significat: *pro multis*, pro omnibus; sic Rom. 5. 19. *Peccatores constituti sunt multi*, i. e. omnes.

℣. 30. *Et ecce, duo cæci sedentes secus viam:* Unius tantum mentionem faciunt Marcus & Lucas, qui erat notior altero. Deinde Marcus unius tantum meminit, quem Dominus sanavit exiens ex urbe, cum alterum sanasset in ipso ingressu: utrumque conjungit Matthæus.

34. Misertus autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum.

34. JEsus aber erbarmete sich über sie, und rührete ihre Augen an. Und sie wurden alsbald sehend, und folgeten ihm nach.

CAPUT XXI.

I. Jesus Jerusalem cum triumpho ingreditur. 1. II. Negotiatores de templo ejicit. 12. III. Pharisæis de triumpho indignantibus respondet. 15. IV. Discipulis de ficulnea Christi verbo arefacta mirantibus declarat fidei efficaciam 18. V. Interrogationem de sua potestate retundit quæstione de Joannis baptismo. 23. VI. Parabola de duobus filiis. 28. Per patremfamilias, cujus vinitores, etiam filium vineæ hæredem occidunt, prædicit regnum Dei a Judæis ad Gentes transferendum. 33.

†*IN BENEDICT. PALM.* *Marc.* 11. 1. *Luc.* 19. 29.

1. Et † cum appropinquassent Jerosolymis, & venissent Bethphage ad montem oliveti: tunc Jesus misit duos discipulos,

2. Dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim invenietis asinam alligatam, & pullum cum ea: solvite, & adducite mihi:

3. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.

4. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem:

a Isaiæ 62. 11. *Zach.* 9. 9. *Joan.* 12. 15.

5. Dicite *a* filiæ Sion: Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullam filium subjugalis.

6. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus.

7. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

8. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via:

9. Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio David *b*: Benedictus, qui venit in nomine Domini °: Hosanna in altissimis.

b Psalm. 117. 26. *Matt.* 11. 10. *Luc.* 19. 38.

10. Et † cum intrasset Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic?

† *FER* 3. *POST DOM. I QUADR.*

11. Populi autem dicebant: Hic est Jesus, Propheta a Nazareth Galilææ.

II. 12. Et *c* intravit Jesus in templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes, & ementes in templo: & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit,

c Marc. 11. 15 *Luc* 19. 45. *Joan.* 2. 14.

13. Et dicit eis: Scriptum est: *d* Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.

d Isaiæ 56. 7. *Jerem.* 7. 11. *Luc.* 19. 46.

14. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanavit eos.

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. Christus hält seinen Einritt in Jerusalem. 1. II. Treibt die Käufer und Verkäufer aus dem Tempel. 12. III. Stopfet den Pharisäern das Maul. 15. IV. Verflucht den unfruchtbaren Feigenbaum. 18. V. Die Frage der Hohenpriester von seiner Gewalt widerlegt er mit einer andern Frage von der Taufe Johannis. 23. VI. Durch die Gleichniß der zween Söhne, eines gehorsamen, und eines ungehorsamen. 28. Und der Weingärtner, so des Hausvaters Sohn tödten, deutet er an, daß GOttes Reich von den Juden auf die Heyden kommen werde. 33.

1. Und als sie sich zu der Stadt Jerusalem naheten, und gen Bethphage kommen waren an den Oelberg: da sandte JEsus zween seiner Jünger hin,

2. Und er sprach zu ihnen: Gehet hin in den Flecken, der gegen euch über ist, und alsbald werdet ihr eine Eselinn angebunden finden, und ein Füllen bey ihr: löset sie auf, und führet sie zu mir:

3. Und so euch jemand etwas sagen wird, so sprechet: Der HErr hat ihrer vonnöthen: und alsbald wird er sie euch lassen.

4. Dieses ist aber alles geschehen, damit erfüllet würde, was gesagt ist durch den Propheten, der da spricht:

5. Saget der Tochter Sion: Siehe, dein König kömmt zu dir sanftmüthig, und sitzet auf einer Eselinn, und auf einem jungen Füllen der jochbaren Eselinn.

6. Die Jünger aber giengen hin, und thaten, wie ihnen JEsus befohlen hatte.

7. Und sie brachten die Eselinn mit dem Füllen: und legten ihre Kleider auf dieselbige, und setzten ihn oben darauf.

8. Aber gar viel Volks breiteten ihre Kleider auf den Weg: andere aber hieben Zweige von den Bäumen, und streueten sie auf den Weg:

9. Das Volk aber, das vorangieng, und nachfolgete, rief, und sprach: Hosanna dem Sohn Davids: Gebenedeyet sey, der da kömmt im Namen des HErrn: Hosanna in der Höhe.

10. Als er nun zu Jerusalem hineinzog, war die ganze Stadt bewegt, und sprach: Wer ist dieser?

11. Das Volk aber sprach: Dieser ist JEsus, der Prophet von Nazareth in Galiläa.

11. 12. Und JEsus gieng in den Tempel GOttes, und trieb hinaus alle, die verkauften und kauften im Tempel: und er stieß die Tische der Wechsler um, und die Stühle derjenigen, so die Tauben verkauften,

13. Und er sprach zu ihnen: Es stehet geschrieben: Mein Haus soll ein Bethhaus genennet werden: ihr aber habt eine Mördergrube daraus gemacht.

14. Und es kamen zu ihm die Blinden und Lahmen im Tempel: und er machte sie gesund.

III. 15.

CAPUT XXI.

℣. 1. *Et venissent Bethphage*, vicus erat ad pedem montis oliveti.

℣. 2. *Ite in castellum*, in eundem vicum.

℣. 3. *Dicite, quia Dominus his opus habet.* Quia Dominus his vult uti ad glorioſum ingreſſum ſuum in Jeraſalem.

℣. 4. *Ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetam:* Teſtimonium hoc partim ex Iſaia c. 62. partim e Zacharia cap. 9. deſumptum eſt.

℣. 5. *Dicite filiæ Sion.* Civibus Jeruſalem; frequens Hebraiſmus, quo civitates filiæ appellantur. *Mansuetus*; vox Hebræa *Hanav*, עני, *manſuetum* & *pauperem* ſignificat. *Sedens ſuper aſinam & pullum*, viciſſim. Aſina inſidens in aſcenſu montis; pullo, in deſcenſu. Alii Evangeliſtæ ſolius pulli mentionem faciunt: cum eadem vox apud Hebræos & aſino & aſinæ communis ſit, quidam putant per appoſitionem, aſinam appellari & pullam. Aut certe cum tres Evangeliſtæ pulli mentionem faciant, ſaltem aſina ſequebatur, juxta Matthæum, & Prophetiam Zachariæ, cap. 9. juxta verſionem 70. ac frequens eſt in Scriptura uſus pluralis pro ſingulari. *Filium ſubjugalis*, aſſuetæ ſub jugo incedere.

℣. 7. *Et imposuerunt super eos vestimenta sua*, Gr. Super ſummas veſtes, ſeu pallia.

℣. 9. *Turbæ, quæ præcedebant, & -- sequebantur.* Allegorice fideles utriusque Teſtamenti intelliguntur. *Clamabant dicentes: Hosanna filio David:* Salvum fac filium David. Id ſumptum eſt e Pſalm. 117. Verbum Hebræum regit dativum, atque hunc Hebraiſmum interpretes retinuerunt. *Hosanna in altissimis*, tu qui habites in altiſſimis, vel *in*, ponitur pro de altiſſimis.

℣. 12. *Intravit in templum Dei*, in atrium templi, ut probabile eſt, in atrium Iſraelitarum; vel, ut aliis placet, gentilium: *Et ejiciebat omnes vendentes;* Licebat quidem hoſtias emere, ſed non in templo. Cum autem aliqui non haberent unde emerent, ſacerdotes conſtituerant nummularios, qui darent mutuo pecuniam, accepta cautione. In feſtis ſolemnibus atrium, vulgo *le parvis*, erat inſtar fori, ubi venibant quæque ſacrificiis neceſſaria.

℣. 13. *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum*, ex Jerem. cap. 7. quod vendentes plus juſto venderent, atque ad ſacerdotes turpis hujus lucri pars melior rediret.

III. 15. Da nun die Hohenpriester und Schriftgelehrten die Wunderthaten sahen, die er that, daß auch die Kinder im Tempel riefen, und sprachen: Hosanna dem Sohn Davids: wurden sie unlustig,* * zornig.

16. Und sprachen zu ihm: Hörest du auch, was diese sagen? JEsus aber sprach zu ihnen: Ja freylich. Habt ihr niemals gelesen: Aus dem Munde der Unmündigen und Säuglingen hast du das Lob zubereitet?* * vollkommen gemacht.

17. Und er verließ sie, und gieng zur Stadt hinaus gen Bethania, und hielt sich daselbst auf.

V. 18. Als er aber des Morgens wiederum in die Stadt gieng, hungerte ihn.

19. Und er sah einen Feigenbaum am Weg, und tratt zu demselbigen: und er fand nichts daran, dann allein Blätter, und sprach zu ihm: es soll auf dir keine Frucht mehr wachsen in Ewigkeit. Und der Feigenbaum verdorrete zur Stunde.

20. Da das seine Jünger sahen, verwunderten sie sich, und sprachen: Wie ist er so bald verdorret?

21. JEsus aber antwortete, und sprach zu ihnen: Wahrlich sage ich euch, wenn ihr Glauben habt, und nicht zweifelt, so werdet ihr nicht allein thun, was am Feigenbaum geschehen ist, sondern auch, wenn ihr zu diesem Berg sagen werdet: Erhebe dich, und wirf dich ins Meer, so wird es geschehen.

22. Und alles, was ihr bitten werdet im Gebeth, wenn ihr glaubet, so werdet ihr es empfangen.

V. 23. Und als er in den Tempel kam, tratten zu ihm, da er lehrete, die Hohenpriester, und die Aeltesten des Volks, und sprachen: Durch welche Macht thust du diese Dinge? Und wer hat dir diese Macht gegeben?

24. JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Ich will euch auch um ein Wort fragen: wenn ihr mir dasselbige saget, so will ich euch auch sagen, durch welche Macht ich diese Dinge thue.

25. Woher war die Taufe Johannis? war sie vom Himmel, oder von den Menschen? Sie aber gedachten bey sich selbst, und sprachen:

26. Sagen wir vom Himmel: so wird er uns sagen: Warum habt ihr ihm dann nicht geglaubet? Sagen wir aber, von den Menschen, so fürchten wir uns vor dem Volk: denn sie hielten Johannem alle für einen Propheten.

27. Und sie antworteten JEsu, und sprachen: Wir wissens nicht. Da sprach er auch zu ihnen: So sage ich euch auch nicht, durch welche Macht ich diese Dinge thue.

VI. 28. Was dünket euch aber? Ein Mensch hatte zween Söhne, und er gieng zum Ersten, und sprach: Mein Sohn, gehe heute hin, und arbeite in meinem Weinberg.

29. Er aber antwortete, und sprach: Ich will es nicht thun. Hernach aber reuete es ihn, und er gieng hin.

30. So gieng er zu dem andern, und sprach eben also. Er antwortete aber, und sprach: Herr, ich will gehen, und gieng gleichwohl nicht.

31. Welcher unter beyden hat des Vaters Willen gethan? Sie sprachen zu ihm: Der Erste. Da sprach JEsus zu ihnen: Wahrlich sage ich euch, die Publicanen und Hurer gehen vor euch her in das Reich GOttes.

32. Denn Johannes ist auf dem Wege der Gerechtigkeit zu euch gekommen, und ihr habt ihm nicht geglaubet: aber die Publicanen und Huren haben ihm geglaubet: ihr aber habt es gesehen, und habt gleichwohl hernach nicht Buße gethan, daß ihr ihm geglaubet hättet.

III. 15. Videntes autem principes sacerdotum, & scribæ mirabilia, quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt,

16. Et dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique. Numquam legistis *e*: Quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? *e Psalm. 8. 3.*

17. Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit.*

IV. 18. Mane autem revertens in civitatem, esuriit.

19. Et *f* videns sici arborem unam secus viam, venit ad eam: & nihil invenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Et aresacta est continuo ficulnea. *f Marc. 11. 13.*

20. Et *g* videntes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? *g Marc. 11. 20.*

21. Respondens autem Jesus, ait eis: Amen dico vobis; si habueritis fidem, & non hæsitaveritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: Tolle, & jacta te in mare, fiet.

22. Et *h* omnia, quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. *h Sup. 7. 7. Marc. 11. 24. Joan. 14. 13. 16. 23.*

V. 23. Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes: *i* In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? *i Marc. 11. 28.*

24. Respondens Jesus dixit eis: Interrogabo vos & ego unum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in qua potestate hæc facio. *Luc. 20. 2.*

25. Baptismus Joannis unde erat? e cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes:

26. Si dixerimus e cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam: *k* omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam. *k Sup. 14. 5.*

27. Et respondentes Jesu dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

VI. 28. Quid autem vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie, operare in vinea mea.

29. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus, abiit.

30. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo domine, & non ivit.

31. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Jesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

32. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei: Publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

℣. 15. *Dicentes: Hosanna.* Est solennis gratulatio. q. d. salva quæso.

℣. 16. *Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* Perfectam laudem consecutus es.

℣. 17. *Mansit*, pernoctavit.

℣. 19. *Et videns fici arborem unam secus viam:* Ut multa dixit Dominus parabolice, ita & fecit, hoc imprimis, ut sterilitatem Synagogæ insinuaret.

℣. 25. *Baptismus Joannis.* Prædicatio & Doctrina ejus.

℣. 28. *Operare in vinea mea.* Judaicum populum designat, qui legem profitebatur divinam, sed huic non parebat.

℣. 31. *Dicunt ei: Primus.* Iste designat publicanos & meretrices; alter vero Scribas & Pharisæos.

℣. 32. *Publicani autem & meretrices crediderunt ei.* Pœnitentiam præfert simulatæ justitiæ. *In via justitiæ;* in quo nihil erat, quod reprehendi merito posset.

l Isaiæ 5. 1. Jerem. 2. 21. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9.

33. Aliam parabolam audite: *l* † Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est.

† FERIA 6. POST DOM. 2. QUADR.

34. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus.

35. Et agricolæ, apprehensis servis ejus, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt.

36. Iterum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.

37. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum.

m Infr. 26. 3. & 27. 2. Joan. 11. 53.

38. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: *m* Hic est hæres, venite, & occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus.

39. Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt.

40. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

41. Ajunt illi: Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

n Psal. 117. 22. Actor. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

42. Dicit illis Jesus: Numquam legistis in Scripturis: *n* Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris:

43. Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.

44. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.

45. Et cum audissent principes sacerdotum, & Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt, quod de ipsis diceret.

46. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut Prophetam eum habebant.*

CAPUT XXII.

I. Parabola de rege, qui fecit nuptias filio suo, seu vocatione Judæorum & Gentium 1. Ac discumbente absque veste nuptiali. 11. II. De censu dando Cæsari. 15. III. Sadducæis mortuorum resurrectionem demonstrat. 23. IV. Super magno legis mandato tentatur. 34. V. Vicissim interrogat Pharisæos, cujus filius sit Christus? 41.

† DOM. 10. POST PENTEC. a Luc 14. 16. Apoc. 19. 9.

1. Et respondens Jesus †, dixit iterum in parabolis eis, dicens:

2. *a* Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

3. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias: & nolebant venire.

33. Höret ein anderes Gleichniß: Es war ein Hausvater, der pflanzete einen Weinberg, und führete einen Zaun darum, und grub eine Kälter darinnen, und bauete einen Thurn, und verleihete ihn den Bauleuten, und reisete in ein anderes Land.

34. Als aber die Zeit der Früchten herbey gekommen war, schickte er seine Knechte zu den Bauleuten, seine Früchten zu empfangen.

35. Und die Bauleute griffen seine Knechte an: den einen schlugen sie, den andern tödteten sie, den dritten aber steinigten sie.

36. Abermal schickte er andere Knechte, mehr, dann die ersten waren, und sie thaten ihnen deßgleichen.

37. Endlich aber schickte er seinen Sohn zu ihnen, und sprach: Sie werden sich vor meinem Sohn scheuen.

38. Als aber die Bauleute den Sohn sahen, sprachen sie untereinander: Dieser ist der Erbe, kommet, lasset uns ihn tödten, so werden wir sein Erbtheil für uns haben.

39. Und sie griffen ihn an, und stießen ihn zum Weinberg hinaus, und tödteten ihn.

40. Wenn nun der Herr des Weinbergs kommen wird, was wird er diesen Bauleuten thun?

41. Sie sprachen zu ihm: Er wird die bösen Leute übel umbringen, und seinen Weinberg andern Bauleuten verleihen, welche ihm die Früchte zu seiner Zeit geben.

42. Und JEsus sprach zu ihnen: Habt ihr niemals gelesen in der Schrift: Der Stein, den die Bauleute verworfen haben, derselbige ist zum Eckstein worden? Das ist vom HErrn geschehen, und ist wunderlich in unsern Augen:

43. Derowegen sage ich euch: das Reich GOttes wird von euch genommen werden, und einem Volk gegeben werden, so damit seine Früchte bringet.

44. Und wer auf diesen Stein fallen wird, der wird zerfallen: auf welchen er aber fallen wird, den wird er zerschmettern.

45. Als nun die Hohenpriester und Pharisäer seine Gleichnisse höreten, verstunden sie, daß er von ihnen redete.

46. Und sie suchten Gelegenheit, ihn zu fangen, und fürchteten sich vor dem Volke: denn sie hielten ihn gleichwie einen Propheten.

Das zwey und zwanzigste Capitel.

I. Die Lehre Christi vom Beruf der Juden und Heyden, durch das Gleichniß eines Königs, der seinem Sohne Hochzeit hält 1. Von dem hochzeitlichen Kleid. 11. II. Vom Zins, den man dem Kayser soll geben. 15. III. Von Auferstehung der Todten, wider die Sadducäer. 23. IV. Von dem fürnehmsten Gebot 34. V. Fraget die Pharisäer, wie Christus ein Sohn, und zugleich ein HErr Davids sey? 41.

1. Und JEsus antwortete, und redete mit ihnen abermal in Gleichnissen, und sprach:

2. Das Himmelreich ist gleich worden einem König, der seinem Sohne Hochzeit machte.

3. Und er sandte seine Knechte aus, daß sie die geladene Gäste zur Hochzeit beriefen: und sie wollten nicht kommen.

4. Aber-

¥. 33. *Qui plantavit vineam.* Synagogam: *Vinea Domini exercituum domus Israel est.* Isai. 5. 7. *Sepem circumdedit*, præcepta legis, aut divinæ providentiæ protectionem: *& fodit in ea torcular*, Marcus *Lacum*, qui expressum vinum excipiebat: Isaias habet, *Torcular extruxit. Ædificavit turrim*, templum, *& locavit eam agricolis*, Judæis dedit Synagogam, seu Ecclesiam.

¥. 34. *Misit servos*, Prophetas & Apostolos.

¥. 38. *Hic est hæres.* i. Filius Dei & Messias.

¥. 39. *Ejecerunt extra vineam*, extra civitatem, in montem Calvariæ.

¥. 42. *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes*, ex Psal. 117. Hebraismus, pro *lapis.*

¥. 43. *Auferetur a vobis Regnum Dei*, vera religio: *Et dabitur genti facienti fructus ejus*, non ex se, sed ex gratia Dei.

¥. 44. *Qui ceciderit super lapidem istum.* Qui persequetur Doctrinam Christi. *Confringetur*, ex parte lædetur. *Super quem vero ceciderit*, lapis sua ultione; *conteret eum*, irreparabiliter.

CAPUT XXII.

¥. 1. *Et respondens Jesus*, Hebraismus: Sermonem exorsus, vel præcedentibus hæc subjiciens.

¥. 2. *Simile factum est regnum cœlorum homini regi.* Idem evenit in Ecclesia, ac si quis rex fecerit nuptias filio suo. Eo spectat parabola, ut multos ad Ecclesiam vocari, paucos ad eam venire insinuet, & inter eos, qui invitati veniunt, perpaucos esse cœlesti convivio dignos, ac veste nuptiali, seu charitate indutos, aut vitæ integritate præditos. Judæi primum invitati venire noluerunt: Gentes postea vocatæ sunt. Quod unus tantum notetur veste nuptiali destitutus, non propterea sequitur inter invitatos unum tantummodo fuisse indignum: non enim unus dicitur, sed homo, & verba regis ad unum aptius diriguntur, quam ad multos. Nuptiæ illæ propter Christi & Ecclesiæ conjugium per Incarnationem sunt celebratæ. Misit primum Prophetas, qui Judæos ad nuptias invitarent; post Ascensionem misit Apostolos, qui dicerent invitatis, *prandium meum paratum est:* Christiana religio est constituta, aditus in cœlum reseratus, æterna felicitas omnibus exposita, agnus occisus, corpus ejus in altaris Sacramento manducandum, & sanguis potandus, & omnis generis gratiæ expositæ.

4. Abermal sandte er andere Knechte aus, und sprach: Saget den geladenen Gästen: Siehe, ich habe meine Mahlzeit bereitet, meine Ochsen, samt dem Mastvieh sind geschlachtet, und alles ist bereit: kommet zur Hochzeit.

5. Sie aber versäumeten es: und giengen hin, einer auf seinen Mayerhof, der andere aber zu seiner Handthierung:

6. Die übrigen aber hielten seine Knechte, thaten ihnen Schmach an, und tödteten sie.

7. Da das aber der König hörete, ward er zornig: und sandte seine Kriegsheere aus, und brachte die Mörder um, und zündete ihre Stadt an.

8. Darnach sprach er zu seinen Knechten: Die Hochzeit ist zwar bereit, aber die geladenen Gäste waren es nicht werth.

9. Derowegen gehet auf die Landstraßen, und ladet zur Hochzeit, wen ihr auch findet.

10. Und seine Knechte giengen hinaus auf die Straßen, und brachten zusammen alle, die sie fanden, sowol die Bösen, als die Guten: und die Hochzeit war mit Gästen erfüllet.

11. Der König aber gieng hinein, die Gäste zu besehen: und er sahe daselbst einen Menschen, der hatte kein hochzeitliches Kleid an:

12. Und er sprach zu ihm: Freund, wie bist du herein gekommen, und hast kein hochzeitliches Kleid an? er aber verstummete.

13. Da sprach der König zu den Dienern: Bindet ihm seine Hände und Füße, und werfet ihn in die äusserste Finsterniß: da wird seyn Heulen, und Zähnklappern.

14. Denn viele sind berufen, aber wenige auserwählet.

II. 15. Da giengen die Phariséer hin, und hielten einen Rath, wie sie ihn in der Rede fangen möchten.

16. Und sie sandten zu ihm ihre Jünger, samt den Herodianern *, und sprachen: Meister, wir wissen, daß du wahrhaftig bist, und lehrest den Weg GOttes in der Wahrheit, du fragest auch nach niemand: denn du siehest die Person der Menschen nicht an:

* Herodis Dienern.

17. Derowegen sage uns, was dünket dich, ist es zulässig, daß man dem Kayser Zins * gebe, oder nicht?

* Steuer.

18. Da aber JEsus ihre Schalkheit merkte, sprach er: Ihr Häuchler, was versuchet ihr mich?

19. Zeiget mir die Zinsmünze. Und sie reichten ihm dar einen Groschen.

20. Da sprach JEsus zu ihnen: Wessen ist dieses Bild, und die Ueberschrift?

21. Sie sprachen zu ihm: des Kayfers. Da sprach er zu ihnen: So gebet dem Kayser, was des Kayfers ist, und GOtt, was GOttes ist.

22. Da sie das höreten, verwunderten sie sich, und verliessen ihn, und giengen hinweg.

III. 23. An demselbigen Tage tratten zu ihm die Sadducäer, welche sagen: es sey keine Auferstehung:

24. Und sie fragten ihn, und sprachen: Meister, Moyses hat gesagt: Wenn einer stirbt, der keinen Sohn hat, daß alsdann sein Bruder sein Weib nehmen soll, und seinem Bruder Saamen erwecken.

25. Es waren aber bey uns sieben Brüder: und der

4. Iterum misit alios servos, dicens: Dicite invitatis: Ecce, prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias.

5. Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam:

6. Reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumeliis affectos, occiderunt.

7. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit.

8. Tunc ait servis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui invitati erant, non fuerunt digni.

9. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inveneritis, vocate ad nuptias.

10. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes, quos invenerunt, malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

11. Intravit autem rex, ut videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali:

12. Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.

13. Tunc dixit rex ministris: *b* Ligatis manibus, & pedibus ejus, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. *b Sup.* 8. 12. & 13. 42. *Infr.* 25. 30.

14. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*

II. 15. Tunc *c* † abeuntes Pharisæi, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. *c Marc.* 12. 13. *Luc.* 20. 20.

16. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: † *DOM.* 22. *POST PENTEC.*

17. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non?

18. Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

19. Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

20. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, & superscriptio?

21. Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: *d* Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* *d Rom.* 13. 7.

22. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

III. 23. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt *e*: non esse resurrectionem: & interrogaverunt eum, *e Act.* 23. 6.

24. Dicentes: Magister, Moyses dixit: *f* Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater ejus uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. *f Deut.* 25. 5. *Marc.* 12. 19. *Luc.* 20. 28.

25. Erant autem apud nos septem fratres: & pri-

℣. 5. *Illi autem neglexerunt & abierunt*, quo sua quemque vocabat libido.

℣. 7. *Missis exercitibus suis.* i. Plagis, peste, fame, & bello. *Civitatem illorum succendit*, sub Vespasiano & Tito.

℣. 10. *Et bonos*, nulla conditionis habita ratione; bonos secundum officia virtutum.

℣. 11. *Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Solebant in his conviviis indui certis vestibus. Per istum hominem intelligitur malus Christianus, sub quo comprehenduntur omnes ei similes, qui sc. privati sunt veste nuptiali gratiæ & charitatis.

℣. 12. *At ille obmutuit;* nulla erit in die judicii apud Deum excusatio: nam veritas ipsa judex erit, vestis nuptialis bona opera designat.

℣. 14. *Multi sunt vocati:* Ad superiorem parabolam hæc referuntur, atque unus ejectus reproborum typus est.

℣. 16. *Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis*, ex aula forte Herodis, qui tributum Cæsari persolvendum censebant; quique erant secta Sadducæi, aut potius qui partes Herodis sequebantur. *Scimus, quia — viam Dei*, qua ad Deum pervenitur, *doces, nec respicis personam.* i. Qualitatem personæ, quæ extra causam est.

℣. 19. *Ostendite mihi numisma census.* Quod solet pro censu dari, & Cæsaris imagine percussum est.

℣. 21. *Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.* Nam eo ipso, quod externi principis nummo utebantur, se illi subditos profitebantur: non enim propriam monetam cudebant. Quemadmodum Cæsar a vobis exigit impressionem imaginis suæ, sic & Deus; atque ut illi redditur nummus, sic Deo anima lumine ejus signata, ex Aug. in Psal. 4.

℣. 24. *Suscitet semen*, seu filium procreet fratri.

℣. 25. *Erant autem apud nos septem fratres:* Huic Sadducæorum argumento respondere non poterant Pharisæi, quod post resurrectionem putarent fore vitam animalem, in qua conjugia jungerentur, & liberis procreandis operam darent. Solvit autem Christus uno verbo, quod homines futuri sint immortales, nec ulla opus sit generatione.

& primus, uxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

26. Similiter secundus, & tertius usque ad septimum.

27. Novissime autem omnium & mulier defuncta est.

28. In resurrectione ergo cujus erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.

29. Respondens autem Jesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.

30. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut angeli Dei in cœlo.

31. De resurrectione autem mortuorum non legistis, quod dictum est a Deo dicente vobis:

g Exod. 3.6. 32. Ego *g* sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium.

33. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina ejus.

IV. 34. Pharisæi autem audientes, quod silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum:

h Marc. 12. 28. *Luc.* 10. 25. † *DOM.* 17. *POST PENT.* 35. Et *h* † interrogavit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum:

36. Magister, quod est mandatum magnum in lege?

i Deut. 6. 5. 37. Ait illi Jesus: *i* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

38. Hoc est maximum, & primum mandatum.

k Lev. 19. 18. *Marc.* 12 31. 39. Secundum autem simile est huic: *k* Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

40. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetæ.

V. 41. Congregatis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus,

42. Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cujus filius est? Dicunt ei: David.

l Luc. 20. 41. 43. Ait illis *l*: Quomodo ergo David in spiritu vocat eum Dominum, dicens:

m Psa. 109. 1. 44. Dixit *m* Dominus Domino meo: Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

45. Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?

46. Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. *

erste nahm ein Weib, und starb: und dieweil er keinen Saamen hatte, so hinterließ er sein Weib seinem Bruder.

26. Deßgleichen thät auch der andere, und der dritte, bis zum siebenten.

27. Endlich aber starb auch das Weib nach ihnen allen.

28. Nun in der Auferstehung, wessen von den sieben wird sie, das Weib, seyn? denn sie alle haben sie zum Weibe gehabt.

29. JEsus aber antwortete, und sprach zu ihnen: Ihr irret, und verstehet die Schrift nicht, noch die Kraft GOttes.

30. Denn in der Auferstehung werden sie weder heyrathen, noch verheyrathet werden: sondern sie werden seyn, wie die Engel GOttes im Himmel.

31. Habt ihr aber von der Auferstehung der Todten nicht gelesen, was von GOtt gesagt ist, da er zu euch spricht:

32. Ich bin der GOtt Abrahams, und der GOtt Isaacs, und der GOtt Jacobs? Nun ist GOtt nicht ein GOtt der Todten, sondern der Lebendigen.

33. Und da das Volk solches hörete, verwunderten sie sich über seine Lehre.

IV. 34. Als aber die Pharisäer höreten, daß er den Sadducäern den Mund gestopfet hätte, kamen sie zusammen:

35. Und einer von ihnen, ein Lehrer des Gesetzes, fragte, und versuchte ihn, und sprach:

36. Meister, welches ist das größte Geboth im Gesetz?

37. Und JEsus sprach zu ihm: Du sollst den HErrn deinen GOtt lieben, von ganzem deinem Herzen, und von ganzer deiner Seele, und von deinem ganzen Gemüthe.

38. Dieses ist das größte, und fürnehmste Geboth.

39. Das andere aber ist diesem gleich: Du sollst deinen Nächsten lieben, als dich selbst.

40. In diesen beeden Gebothen hanget das ganze Gesetz, und die Propheten.

V. 41. Da nun die Pharisäer beyeinander waren, fragte sie JEsus,

42. Und sprach: Was dünket euch von Christo? wessen Sohn ist er? Sie sprachen zu ihm: Davids.

43. Da sprach er zu ihnen: Wie nennet ihn dann David im Geist einen HErrn, da er spricht:

44. Der HErr hat gesagt zu meinem HErrn: Setze dich zu meiner Rechten, bis daß ich deine Feinde zum Schemmel deiner Füße lege?

45. So nun David ihn einen HErrn nennet, wie ist er dann sein Sohn?

46. Und niemand konnte ihm ein Wort antworten: und durfte ihn auch niemand von demselbigen Tage an hinfüro mehr fragen.

Das

℣. 29. *Erratis nescientes — virtutem Dei:* potentiam infinitam.

℣. 32. *Non est Deus mortuorum, sed viventium.* Nemo dicitur dominus rei, quæ omnino periit: Ergo Abraham, Isaac, & Jacob vivi sunt, non corpore, sed anima: immortalitas animæ, quam negabant Sadducæi, probat corporis resurrectionem: utrumque enim est pars hominis. Vid. 2. Mach. cap. 12. Cum Sadducæi non reciperent alios libros præter legem Moysis, inde Christus protulit argumentum. Dicitur Deus Abraham, cujus vivit anima; & corpus ad vitam destinatum vivit Deo: cum autem dicatur esse Deus vivorum, palam est, Abraham, Isaac & Jacob adhuc vivere, & Deo subditos esse. Ita August. q. 5. in Deuteron. Præcipuus error Sadducæorum is erat, quod negarent immortalitatem animorum, atque hinc resurrectionem ut impossibilem concludebant. Contra Christus hinc resurrectionem esse possibilem probat, quod post mortem animi sint incorrupti. Animas autem non interire evincit ex iis Scripturæ locis, *ego sum Deus Abraham, &c.* Atqui non est Deus rerum creatarum, quæ omnino periere, & in nihilum redactæ sunt: Ergo illi adhuc vivunt Patriarchæ, & possunt resurgere: siquidem animam cum corpore iterum conjungi nihil vetat.

℣. 36. *Quod est magnum mandatum in lege?* Positivum pro superlativo, quo Hebræi carent.

℣. 37. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,* in diversos amores non distracto, nec languido: quod his verbis exprimitur, *& in tota anima tua*; ita ut nullus alius amor ei præferatur, vel æquetur.

℣. 39. *Secundum autem simile est huic,* quoad dilectionem & objectum formale.

℣. 40. *In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetæ.* Hæc est totius Scripturæ summa: ad hæc duo referuntur Lex & Prophetæ: nam plenitudo legis est dilectio. *Proximum diliges sicut teipsum;* diligis nolens tibi fieri injuriam, & volens ab aliis tibi bene fieri. Estque præceptum legis naturæ, quod a Christianis supernaturali modo observari debet: in charitate scilicet ad vitam æternam nobis a Christo promissam.

℣. 42. *Quid vobis videtur de Christo?* Occasionem iis præbere voluit inquirendi, an non ipse esset Christus. De Joanne id quæsivistis, quem sciebatis non esse Filium David: de me, quem tot miraculis claresce re videtis, cui tam illustre testimonium perhibuit Joannes ipse, cur non id quæritis?

℣. 43. *Quomodo ergo David in Spiritu vocat eum Dominum,* dicens, Spiritu Dei afflatus: dixit Deus Christo filio suo: quem idcirco Deum agnovit.

℣. 44. *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis,* ad dexteram meam: ratione humanitatis divinitati conjunctæ. Messiam non modo Davidis filium, sed etiam Dei filium, atque habere Davidis Dominum, probat Christus alium a Davide Patrem, Deum scilicet, a quo genitus est in splendoribus Sanctorum. Hinc Calvinus ipse in hunc locum: Fatemur quidem hic diserte, & ad verbum non exprimi divinam ejus essentiam, sed inferre promptum est Deum esse, qui supra omnes creaturas locatur.

℣. 46. *Et nemo poterat ei respondere verbum:* Ex adversariis: *Neque ausus est quisquam,* illorum, *interrogare,* ut solebant, ad illius sapientiam explorandam.

Das drey und zwanzigste Capitel.

I. Christus befiehlt, daß man der Schriftgelehrten und Pharisäer Lehre, nicht aber ihren Sitten, folgen soll 1. II. Verschreibt, und straft derselben böse Werke und Sitten. 4. III. Drohet ihnen derentwegen ihrer Gleißnerey, Geiz, Hoffart, und anderen Lastern 13. IV. Saget ihnen vor, daß nach Erfüllung der Maaß ihrer Laster, die Stadt Jerusalem soll zerstöhret werden. 32.

1. Da redete JEsus zu dem Volke, und zu seinen Jüngern,

2. Und sprach: Auf dem Stuhl Moysis sitzen die Schriftgelehrten, und Pharisäer.

3. Derowegen haltet, und thut alles, was sie euch sagen: aber nach ihren Werken sollet ihr nicht thun: denn sie sagen es wohl, und thun es nicht.

II. 4. Denn sie binden schwere und unerträgliche Bürden, und legen sie den Menschen auf die Achseln: sie aber wollen dieselbigen mit ihrem Finger nicht bewegen.

5. Sie thun aber alle ihre Werke, auf daß sie von den Menschen gesehen werden: denn sie machen ihre Denkzettel gar breit, und die Säume machen sie groß.

6. Sie sitzen gerne oben auf den Gastmahlen, und haben gerne den ersten Sitz in den Synagogen,

7. Und daß man sie auf dem Markte grüße, und daß sie von den Menschen Rabbi genennet werden.

8. Ihr aber sollet euch nicht Rabbi nennen lassen: denn einer ist euer Meister, aber ihr alle seyd Brüder.

9. Und ihr sollet euch keinen Vater nennen auf Erden: denn einer ist euer Vater, der im Himmel ist.

10. Lasset euch auch nicht Meister nennen: denn einer ist euer Meister, Christus.

11. Wer der Größte ist unter euch, der soll euer Diener seyn.

12. Wer sich aber selbst erhöhet, der soll erniedriget werden: und wer sich selbst erniedriget, der soll erhöhet werden.

III. 13. Aber wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: denn ihr schließet das Himmelreich zu vor den Menschen. Denn ihr selbst gehet nicht hinein, und die hinein begehren, die lasset ihr nicht hineingehen.

14. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: denn ihr fresset der Wittwen Häuser, dieweil ihr lange Gebethe bethet: darum werdet ihr ein schweres Urtheil empfangen.

15. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: denn ihr gehet am Meer, und auf dem Lande

CAPUT XXIII.

I. Scribis & Pharisæis super Cathedram Moysi sedentibus præcipit Jesus obedire, ipsorum autem opera non imitari. 1. II. Reprehendit ipsorum hypocrisin & ambitionem, contrariam docens humilitatem. 4. III. Multiplex væ illis ob hypocrisin denuntiatur. 13. IV. Prædicit eos Patrum suorum mensuram impleturos, ac Jerusalem deserendam. 32.

1. Tunc ✠ Jesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, ✠ *FER. 2. POST DOM. 2. QUADR. a 2. Esdr.*

2. Dicens: Super cathedram Moysi sederunt *a* Scribæ, & Pharisæi. 8. 4.

3. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

I. 4. Alligant *b* enim onera gravia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere. *b Luc. 11. 46. Actor. 15. 10.*

5. Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: *c* dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. *c Num. 15. 38. Deut. 6. 8. & 22. 12.*

6. Amant *d* autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in Synagogis, *d Marc. 12. 39. Luc. 11. 43. & 20. 46.*

7. Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

8. Vos *e* autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. *e Jac. 3. 1.*

9. Et *f* patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cœlis est. *f Malach. 1. 6.*

10. Nec vocemini magistri: quia Magister vester unus est, Christus.

11. Qui major est vestrum, erit minister vester.

12. Qui *g* autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. *g Luc 14. 11. & 18. 14.*

III. 13. Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec introeuntes sinitis intrare.

14. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: *h* quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis judicium. *h Marc. 12. 40. Luc. 20. 47.*

15. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis

CAPUT XXIII.

℣. 2. *Super cathedram Moysi sederunt.* Præteritum pro præsenti, sedent cum auctoritate, Greg. Lib. 13. Mor. cap. 35. *Malis Doctoribus bonus sermo datur* in auditorum gratiam.

℣. 3. *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis*, quæcumque præceperint vobis, phrasi Hebraica, nisi lex superior obstet, qualis est illa, obediendum esse magis Deo quam hominibus. Quo quidem modo illud Apostoli Coloss. 3. intelligendum: *Filii obedite parentibus per omnia.* Nam in rebus evidenter malis nemini credendum est: in dubiis obsequi oportet præpositis a Deo, quorum vita perversa nos non eximit ab obsequio; dignitati quippe debetur reverentia.

℣. 4. *Alligant enim onera gravia*, minuta quæque legis severe exigunt, præcipua vero negligunt: sed ad vitandum scandalum, & omnem rebellionis speciem, etiam leviora servanda sunt, salva lege divina & naturali.

℣. 5. *Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias.* Membranæ erant, quibus præcepta Decalogi erant inscripta, quas brachiis & fronti circumligatas gerebant, ex Deuter. 6. 8. male intellecto; quo quidem jubebantur præcepta divina semper ante oculos habere, ut ea factis & operibus præstarent. *Et magnificant*; magnas faciunt fimbrias, quas e pallii quatuor angulis suspendebant, eæque filis hyacinthini coloris textæ erant, cap. 15. Numer.

℣. 8. *Vos autem nolite vocari Rabbi:* Nolite delectari hujusmodi titulis, ut Pharisæi, qui ambitiose sic appellari cupiebant. *Unus enim Magister vester*, qui docet omnes scientiam, & novit omnia: vos autem omnes fratres estis, & discipuli sub uno Patre & Magistro. Itaque non vetat vocari patres & magistros: nam & Paulus hos dignitatis titulos sibi sumit, & se magistrum gentium appellat; nec damnat titulos eruditionis, qui usurpantur in Academiis: sed comparate ad Deum loquitur: omnes enim sunt unius magistri, qui veritatem intus docet, discipuli, uti August. Lib. de magistro fuse prosequitur: cum alii foris tantum admoneant. *Intus is docet, qui solus cathedram habet in cælo.*

℣. 12. *Qui autem se exaltaverit, humiliabitur.* Non qui exaltatur, sed qui se exaltat, humiliabitur: nec qui humiliatur, sed qui se humiliat, exaltabitur.

℣. 13. *Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ.* Non est dicenda contumelia, sed zelus justus, cum superior increpat manifestum, & incorrigibilem peccatorem, ut alii timeant, & sibi caveant. Præterquam Christus non solum prædicere, sed etiam æternum *Væ* inferre poterat propter Pharisæorum flagitia. *Qui clauditis regnum cælorum*, a fide in Christum avocatis: Lucas 11. 12. *Tulistis clavem scientiæ.* Ii prætendebant neminem nisi ipsis aperientibus & docentibus intrare posse. Sic traditiones suas ut gravia onera imponebant, & falsa interpretatione Prophetias de Messia eludebant.

℣. 14. *Quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes*, simulatione sanctitatis. Facultates viduarum, quæ facilius decipiuntur, in rem vestram vertere soletis obtentu longarum orationum, quas pro iis fundi-tis, ut Marcus habet cap. 12. *Et propter hoc*, amplius accipietis judicium, seu majorem damnationem, quam cæteri, quia viduas exhauritis, pietate simulata.

℣. 15. *Circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & — facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.* Nam offensi perversa Pharisæorum vita & hypocrisi redibant ad idololatriam: aut exemplo eorum superstitiosiores facti magis resistebant doctrinæ Evangelicæ.

ciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.

16. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit in auro templi, debet.

17. Stulti, & cæci: Quid enim majus est, aurum, an templum, quod sanctificat aurum?

18. Et quicumque juraverit in altari, nihil est, quicumque autem juraverit in dono, quod est super illud, debet.

19. Cæci: Quid enim majus est, donum, an altare, quod sanctificat donum?

20. Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus, quæ super illud sunt.

21. Et quicumque juraverit in templo, jurat in illo, & in eo, qui habitat in ipso:

22. Et qui jurat in cœlo, jurat in throno Dei, & in eo, qui sedet super eum.

i Luc.11.42. 23. Væ *i* vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis, quæ graviora sunt legis, *k* judicium, & misericordiam, & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

k Mich.6. 8. Zach. 7.9.

24. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

25. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia mundatis, quod deforis est calicis, & paropsidis: intus autem pleni estis rapina, & immunditia.

26. Pharisæe cæce, munda prius, quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat id, quod deforis est, mundum.

27. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia.

28. Sic & vos aforis quidem paretis hominibus justi: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate.

29. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta justorum,

30. Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine prophetarum.

31. Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt.

IV. 32. Et vos implete mensuram patrum vestrorum.

l Sup. 3. 7. 33. Serpentes *l* genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ?

† S. STEPHAN. PROTOMART. 34. Ideo † ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem:

herum, damit ihr einen Judengenossen machet: und wann er es worden ist, so machet ihr ihn zum Kinde der Höllen zweyfach mehr, dann ihr seyd.

16. Wehe euch, ihr blinde Führer, die ihr saget: Wer bey dem Tempel schwöret, das ist nichts: wer aber bey dem Gold des Tempels schwöret, der ist schuldig.

17. Ihr Thoren und Blinde: Denn was ist größer, das Gold, oder der Tempel, der das Gold heiliget?

18. Wer auch bey dem Altar schwöret, das ist nichts: wer aber bey der Gabe schwöret, welche auf demselbigen ist, der ist schuldig.

19. Ihr Blinde: Denn was ist größer, die Gabe, oder der Altar, der die Gaben heiliget?

20. Darum, wer bey dem Altar schwöret, der schwöret bey demselbigen, und bey allem, was darauf ist.

21. Wer auch bey dem Tempel schwöret, der schwöret bey demselbigen, und bey dem, der darinnen wohnet:

22. Und wer bey dem Himmel schwöret, der schwöret bey dem Throne GOttes, und bey dem, der darauf sitzet.

23. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten und Pharisäer, ihr Häuchler: die ihr verzehendet * die Krausenmünz, Aniß, und Kümmel, und lasset die wichtigere ** Stücke des Gesetzes dahinten, nämlich das Gericht und Barmherzigkeit, und Glauben. Dieses sollte man thun, und jenes nicht unterlassen. * gebt Zehend von ꝛc. ** nothwendigste.

24. Ihr blinden Führer, die ihr eine Mücke seiget, aber ein Cameel verschlucket.

25. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: denn ihr reiniget, was auswendig am Becher, und an der Schüssel ist: aber inwendig seyd ihr voll Raubs und Unsauberkeit.

26. Du blinder Pharisäer, reinige zum ersten das inwendige im Becher, und in der Schüssel, damit auch sauber werde, was auswendig ist.

27. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: denn ihr seyd gleich den überweißneten Gräbern, welche von aussen vor den Leuten fein scheinen, aber inwendig sind sie voller Todtenbeine, und aller Unsauberkeit.

28. Also scheinet ihr auch wohl auswendig vor den Menschen gerecht: aber inwendig seyd ihr voller Häucheley, und Ungerechtigkeit.

29. Wehe euch, ihr Schriftgelehrten, und Pharisäer, ihr Häuchler: die ihr die Gräber der Propheten aufbauet, und zieret die Gräber der Gerechten,

30. Und saget: Wenn wir in den Tagen unserer Väter gewesen wären, so wollten wir mit ihnen am Blute der Propheten nicht theilhaftig gewesen seyn.

31. Derowegen seyd ihr euch selbst zum Zeugniß, daß ihr Kinder seyd derjenigen, welche die Propheten getödtet haben.

IV. 32. So erfüllet ihr nun auch die Maaß eurer Väter.

33. Ihr Schlangen, und Natterzucht, wie wollet ihr dem Urtheil des höllischen Feuers entrinnen?

34. Darum sehet, ich sende zu euch Propheten, und Weise, und Schriftgelehrte, und von denselbigen werdet ihr etliche tödten, und kreuzigen, und etliche von ihnen werdet ihr geisseln in euren Synagogen, und werdet sie verfolgen aus einer Stadt in die andere:

35. Da-

---

†. 16. *Quicunque juraverit per templum, nihil est.* Juxta vestram opinionem non tenentur juramento. *Qui in auro templi*, seu in templo oblato.

†. 18. *Quicunque — juraverit in dono*, seu facta oblatione.

†. 20. *Quid — majus est?* Quid sanctius & pluris faciendum?

†. 23. *Qui decimatis mentham, & anethum*, qui decimas non præceptas solvitis: non erat in lege præceptum solvere ejusmodi decimas, sed tantum ex area & torculari: *& reliquistis, quæ graviora sunt legis*, ut in jure reddendo; *judicium*, in servandis pactis fidem violando.

†. 24. *Duces cæci, excolantes culicem*, vinum per linteum trajicientes, ne forte immunda animalcula una cum vino haurirent, sc. minima observantes, & maxime necessaria negligentes.

†. 25. *Quod deforis est — paropsidis.* Disci seu Patinæ.

†. 27. *Quæ aforis parent.* i. apparent.

†. 29. *Qui ædificatis sepulchra prophetarum*, Græce, *quia ædificatis*: non ut malam reprehendit constructionem, aut instaurationem sepulchrorum: sed quod ex hypocrisi id facerent, & in Christum eamdem exercerent sævitiam, quam majores eorum in prophetas, nec recederent ab eorum crudelitate. Quamvis ex Luca verba illa: *Et testimonio estis vobis*, magis ad facta, quam ad dicta Pharisæorum referantur. Prophetarum sepulchra ædificantes, ab eorum doctrina penitus erant alieni, Christum persequentes.

†. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Imperat prophetice, seu prædicit: implebitis, & nolo ut Deus impedire.

†. 33. *Genimina*; ut e viperis nascuntur viperæ, sic ex homicidis homicidæ.

35. Damit über euch komme alles gerechte Blut, so vergossen ist worden auf Erden, von dem Blut an, Abels des Gerechten, bis auf das Blut Zachariä, des Sohns Barachiä, den ihr getödtet habt zwischen dem Tempel, und dem Altar.

36. Wahrlich sage ich euch, dieses alles wird über dieses Geschlecht kommen.

37. Jerusalem, Jerusalem, die du die Propheten tödtest, und steinigest, die zu dir sind gesandt worden, wie oft habe ich deine Kinder versammeln wollen, wie eine Henne ihre junge Hühnlein unter die Flügel sammelt, und du hast nicht gewollt?

38. Siehe, euer Haus soll euch wüste gelassen werden.

39. Denn ich sage euch, ihr werdet mich von nun an nicht sehen, bis daß ihr saget: Gebenedeyet sey, der da kömmt im Namen des HErrn.

Das vier und zwanzigste Capitel.

I. Christus weissaget den Untergang des Tempels, und der Stadt Jerusalem, hernach der ganzen Welt, und erzählet viele Zeichen, so vorher gehen werden. 1. II. Zeiget an, daß dieser Tag und Stunde verborgen sey, auf daß man allezeit wachen, und zur Ankunft des HErrn sich bereiten soll. 36.

1. Und JEsus gieng von dem Tempel, und gieng hinaus. Und seine Jünger tratten zu ihm, daß sie ihm das Gebäude des Tempels zeigeten.

2. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: Sehet ihr dieses alles? Wahrlich sage ich euch, es wird allhie kein Stein auf dem andern gelassen werden, der nicht zerbrochen werde.

3. Als er aber auf dem Oelberg saß, tratten seine Jünger in geheim zu ihm, und sprachen: Sage uns, wann wird dieses geschehen? Und welches wird das Zeichen seyn deiner Zukunft, und des Endes der Welt?

4. Und JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Sehet zu, daß euch niemand verführe.

5. Denn es werden viele kommen unter meinem Namen, und sagen: Ich bin Christus: und sie werden viele Leute verführen.

6. Ihr werdet aber Krieg hören, und Geschrey von Kriegen. Sehet zu, daß ihr euch nicht erschrecket. Denn dieses muß also geschehen, aber das Ende ist noch nicht da.

7. Denn es wird ein Volk wider das andere aufstehen, auch ein Königreich wider das andere, und es wird Pestilenz seyn, und Hunger, und Erdbeben hin und wieder.

8. Aber dieses alles ist ein Anfang der Bedrängniß.

9. Alsdann werden sie euch in Trübsal überantworten, und werden euch tödten: und alle Völker werden euch hassen, um meines Namens willen.

10. Es werden sich alsdann auch viele ärgern, und einer wird den andern verrathen, und sie werden sich untereinander hassen.

35. Ut veniat super vos omnis sanguis justus, qui effusus est super terram *m*, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem *n* Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare.

m Gen. 4. 8. Hebr. 11. 14.
n 2. Par. 24. 22.

36. Amen dico vobis, vénient hæc omnia super generationem istam.

37. Jerusalem *o*, Jerusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti?

o Luc. 13. 34.

38. Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.

39. Dico enim vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.*

CAPUT XXIV.

I. Prædicit templi, urbis & orbis eversionem; prænuntians bella, persecutiones, ac pseudoprophetas; denique adventum filii hominis, & præcedentia signa. 1. II. Omnibus ignotum dicit diem judicii: fideli igitur servo docet semper esse vigilandum. 36.

1. Et egressus *a* Jesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationes templi.

a Marc. 13. 1. Luc. 21. 5.

2. Ipse autem respondens dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis *b*, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur.

b Luc. 19. 44.

3. Sedente † autem eo super montem Olivéti, accesserunt ad eum discipuli secreto, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum adventus tui, & consummationis sæculi?

† *PLURIM. MART.*

4. Et *c* respondens Jesus, dixit eis: Videte, ne quis vos seducat.

c Ephes. 5. 6. Coloss. 2. 18.

5. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus: & multos seducent.

6. Audituri enim estis prælia, & opiniones prœliorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis.

7. Consurget enim gens in gentem & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terræ motus per loca.

8. Hæc autem omnia initia sunt dolorum.

9. Tunc *d* tradent vos in tribulationem & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.

d Supr. 10. 17. Luc 21. 22. Joan. 15. 20. & 16. 2.

10. Et tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem.

11. Et

---

†. 35. *Filii Barachiæ.* Qui, ut probabile videtur, erat filius Jojadæ: hic potuit etiam vocari Barachias. Tres Zachariæ filii Barachiæ in Scripturis nominantur; primus Isaiæ 8. 2. vir magnus, de cujus morte nulla fit mentio; alius est inter minores Prophetas, qui in pace quievit; tertius est apud Josephum, L. 4. de bello Judaico, cap. 5. Zacharias filius Baruch, quem in templo Zelotæ occiderunt. Dubitant nonnulli, an forte Christus de illo more prophetico, futurum per præteritum exprimens loquatur, ut cædes omnes usque ad templi excidium comprehendat. *Barachia*, Hebr. benedictum Domini significat.

†. 37. *Et noluisti*, tu obstinata & refractaria.

†. 38. *Ecce relinquetur — domus deserta.* Civitas seu regio.

†. 39. *Non me videbitis amodo*, benignum, ut modo; sed ut severum judicem in secundo adventu, cum vel inviti gloriam meam agnoscetis.

CAPUT XXIV.

†. 1. *Egressus Jesus de templo, ibat.* Gr. *Abibat e templo. Ut ostenderent.* Forte dubitabant de his, quæ dixerat Dominus de ejus ruina: ille vero excidium mox futurum prædicit. Mirabilis erat structura templi e lapidibus duris, & candidis, ferro & plumbo ita connexis, ut in omne ævum duraturi viderentur. Vide Josephum L. 15. cap. 14.

†. 3. *Quando hæc erunt?* Hæc mala, quæ urbi & templo eventura prædixisti: *Et quod signum adventus tui?* existimabant enim hæc pene iisdem temporibus eventura ante terrenum Christi regnum, quod vehementer optabant.

†. 4. *Et respondens Jesus dixit:* Respondit Dominus non præcise ad id, quod rogabant, sed ad ea, quæ scire eorum plurimum intererat. August. Epist. 80. censet Christum Dominum permixtim agere de excidio Jerosolymæ, & de extremo judicio. Illud Judæis persuasum erat tempus adesse adventus Messiæ: hanc occasionem arripuerunt seductores se pro Messia venditandi. Inter eos fuerunt Judas, Theudas, tum Simon magus, postremo temporibus Adriani Barcochebas.

†. 6. *Audituri enim estis prælia.* Pseudoprophetas, persecutores, bella, & magnam morum mutationem fore prædicit: quæ signa communia sunt urbis excidio, & mundi consummationi. *Oportet enim hæc fieri.* sc. supposita hominum malitia sed juxta ordinem divinæ providentiæ. *Sed nondum est finis*, malorum, quæ Judæis eventura sunt ante urbis ruinam.

†. 9. *Et eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* Hæc omnia Apostolis & aliis discipulis evenerunt ante urbem expugnatam.

11. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos.

12. Et quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

13. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

14. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.

† *DOM. ULT. POST PENTEC.* 15. Cum † *e* ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele prophe-
e Marc. 13. 14. *Luc.* 21. 20. ta, stantem in loco sancto: Qui legit, intelligat:

16. Tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes:

17. Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua:

18. Et qui in agro, non revertatur tollere tunicam suam.

19. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

20. Orate autem, ut non fiat fuga vestra in
f Matt. 1. 12. hyeme *f*, vel Sabbato.

21. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.

22. Et nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.

g Marc. 13. 21. 23. Tunc *g* si quis vobis dixerit: Ecce, hic est Christus, aut illic: nolite credere.

Luc. 17. 23. 24. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia, ita, ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.

25. Ecce prædixi vobis.

26. Si ergo dixerint vobis: Ecce, in deserto est, nolite exire: ecce, in penetralibus, nolite credere.

27. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem: ita erit & adventus Filii hominis.

h Luc. 17. 37. 28. Ubicúmque *h* fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ.

i Isaiæ 13. 10. *Ezech.* 32. 7. *Joel.* 2. 10. *& 3.* 15. *Marc.* 13. 24. *Luc.* 21. 25. 29. Statim *i* autem post tribulationem

11. Und es werden viele falsche Propheten aufstehen, und viele Leute verführen.

12. Und weil die Ungerechtigkeit wird überhand nehmen, so wird die Liebe in vielen verkalten.

13. Wer aber verharret bis zum Ende, der wird selig werden.

14. Und dieses Evangelium des Reichs wird in der ganzen Welt geprediget werden, allen Völkern zum Zeugniß: und alsdann wird das Ende kommen.

15. Darum, wenn ihr den Greuel der Verwüstung sehen werdet, davon gesaget ist durch den Propheten Daniel, daß er stehet an dem heiligen Ort: Wer das lieset, der verstehe es:

16. Welche alsdann im jüdischen Lande sind, die sollen fliehen auf die Berge:

17. Und wer auf dem Dache ist, der steige nicht herunter, etwas aus seinem Hause zu holen:

18. Und wer auf dem Felde ist, der kehre nicht wieder um, seinen Rock zu holen.

19. Wehe aber den Schwangern, und Säugenden in denselbigen Tagen.

20. Bittet aber, daß eure Flucht nicht im Winter, oder am Sabbath geschehe.

21. Denn es wird alsdann eine große Trübsal seyn, dergleichen vom Anfang der Welt nicht gewesen ist, bis auf diese Zeit, und wird auch nicht werden.

22. Und wo dieselbigen Tage nicht wären verkürzet worden, so würde kein Mensch selig: aber um der Auserwählten willen werden dieselbigen Tage verkürzet werden.

23. Wenn alsdann jemand zu euch sagen wird: Siehe, hier ist Christus, oder dort ist er: so glaubet es nicht.

24. Denn es werden falsche Christi, und falsche Propheten aufstehen: und werden große Zeichen, und Wunder thun, also, daß auch die Auserwählten, (wenn es möglich wäre,) in Irrthum möchten verführet werden.

25. Siehe, ich habe es euch vorgesaget.

26. Darum, wann sie zu euch sagen werden: Siehe, er ist in der Wüste: so gehet nicht hinaus: siehe, er ist in den Kammern, so glaubet es nicht.

27. Denn gleichwie der Blitz ausgehet vom Aufgang, und leuchtet bis zum Niedergang: also wird auch die Zukunft des Sohns des Menschen seyn.

28. Wo der Leichnam seyn wird, da werden sich auch die Adler versammeln.

29. Aber bald nach der Trübsal derselbigen Tagen, wird

℣. 14. *Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe.* Apud omnes gentes notas prædicatum est Evangelium ante excidium Jerosolymæ: *In testimonium omnibus gentibus.* Ad testificandam gentibus veritatem Evangelii: *Et tunc veniet consummatio*, Gr. *finis*, urbis primo, tum orbis. Unde primum quæstionem solvit Dominus de excidio Jerosolymæ. Priusquam id evenerit, in magna orbis parte prædicatum est Evangelium, & ante extremum judicium in universo orbe prædicabitur; & quidem hæc omnia ante urbis ruinam evenerunt, & lex vetus in iis ruinis sepulta est.

℣. 15. *Cum ergo videritis abominationem desolationis.* Abominatio, Hebræis est idolum. An Caji Caligulæ statuæ, quæ in templo posita est, ex Josepho Lib. 2. de bello Jud. cap. 8.? An templi profanatio facta a Zelotis intelligitur, ex Josepho Lib. 6. cap. 1.? Lucas exercitum Romanum indicat, cum Cestius Florus cinxit Jerosolymam. *Stantem:* Quæ abominatio erat in loco sancto.

℣. 16. *Fugiant ad montes.* In speluncis montium se abscondant. Christiani in urbem ditionis Agrippæ se receperunt, Pellam nomine. *Abominatio desolationis*, desolatio abominabilis, phrasi Hebraica. *Qui legit, intelligat:* nam intellectus ejus est multiplex, & difficilis.

℣. 17. *Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.* In loco munito maneat, vel non descendat, ut sarcinas colligat, sed ut fugiat quam citissime.

℣. 20. *Orate autem, ut non fiat fuga vestra in hieme, vel Sabbato.* In tempore minus commodo, ut libere fugere liceat: loquitur de Sabbatho juxta vulgarem Judæorum sententiam: non enim die Sabbati longum iter facere licebat.

℣. 21. *Erit enim tunc tribulatio magna*, genti Judææ, mystice Christianis sub persecutione Antichristi.

℣. 22. *Non fieret salva omnis caro.* Nullus Judæorum supereset, nisi accelerata esset urbis obsidio. Ex mutuis cædibus, vel ex fame omnes absumpti fuissent, si diutius obsidio esset protracta: *Propter electos*, qui tum erant, vel qui nascituri erant.

℣. 23. *Tunc si quis vobis dixerit:* Videtur de regno Messiæ ab excidio Jerusalem ad finem usque mundi jam loqui, quasi futurus sit brevi secundus illius adventus, ut eum semper expectarent. Nam mille anni apud Deum quasi unus dies: vel forte adhuc de excidio urbis differit usque ad v. 29.

℣. 24. *Et dabunt signa magna, & prodigia*, sed mendacia ex Apostolo 2. Thessal. 2. Ita ut sæpe electi in errorem inducantur ad tempus: qui in eo errore non perstiterunt, cum innumerabiles Judæi ante bellum Romanum fidem Christi amplexi fuerint; & hi fortasse vocantur electi.

℣. 26. *Ecce in penetralibus, nolite credere*, quia secundus meus adventus erit manifestus & glorioſus.

℣. 28. *Ubicumque fuerit corpus*, Gr. Cadaver. Quod si adhuc est sermo de excidio Hierosolymæ, ubicumque cadavera fuerint, statim vultures & aquilæ aderunt. Adventus Romanorum exercitus certum excidii signum futurum est: horum vexilla erant aquilæ. Nam hunc locum de corpore mortuo, seu de cadavere plerique intelligunt. Alii de Christo ipso, qui ubicumque fuerit, ad eum justi quasi aquilæ congregandi sunt, eaque est proverbialis locutio.

℣. 29. *Statim autem post tribulationem dierum illorum.* Nunc sine dubitatione de secundo adventu Dominus sermonem instituit, ac de signis, quæ diem judicii præcedent. *Statim autem*, post ea tempora, quibus surgent Pseudoprophetæ. Sermo ille cum sit propheticus, nihil mirum est si sit obscurior, & ab uno ad aliud remotius transeat.

wird die Sonne verfinstert werden, und der Mond wird seinen Schein nicht geben, und die Sterne werden vom Himmel fallen, und die Kräften der Himmeln werden sich bewegen.

30. Und alsdann wird das Zeichen des Sohns des Menschen am Himmel erscheinen: und alsdann werden heulen alle Geschlechter auf Erden: und sie werden des Menschen Sohn kommen sehen in den Wolken des Himmels mit großer Kraft und Herrlichkeit.

31. Und er wird seine Engel senden mit der Posaune, und mit großem Schall: und sie werden seine Auserwählten von den vier Winden versammeln, und von einem Ende des Himmels, bis zum andern.

32. Vom Feigenbaum aber lernet ein Gleichniß: wann sein Zweig jetzt zart wird, und die Blätter gewachsen sind, so wisset ihr, daß der Sommer nahe ist:

33. Also auch, wann ihr dieses alles sehen werdet, so wisset, daß er nahe vor der Thür ist.

34. Wahrlich sage ich euch, dieses Geschlecht wird nicht vergehen, bis alles dieses geschehe.

35. Der Himmel und die Erde werden vergehen, aber meine Worte werden nicht vergehen.

II. 36. Jedoch von demselbigen Tage, und von der Stunde weiß niemand, auch die Engel der Himmeln nicht, sondern der Vater allein.

37. Aber, gleichwie es war in den Tagen Noä, also wird auch die Zukunft des Sohns des Menschen seyn.

38. Denn, gleichwie sie in den Tagen vor dem Sündfluß aßen und tranken, sie nahmen, und gaben zur Ehe, bis an den Tag, da Noa zu der Arche hineingieng:

39. Sie wußtens * auch nicht, bis der Sündfluß kam, und nahm sie alle hinweg: also wird auch die Zukunft des Menschen Sohns seyn.

* erkannten es nicht.

40. Alsdann werden zween auf dem Felde seyn: einer wird aufgenommen, und der andere verlassen werden.

41. Zwo werden mahlen in der Mühle: eine wird aufgenommen, und die andere verlassen werden.

42. Darum wachet, denn ihr wisset nicht, zu welcher Stunde euer HErr kommen werde.

43. Das sollet ihr aber wissen: wenn ein Hausvater wüßte, zu welcher Stunde der Dieb kommen würde, so würde er freylich wachen, und sein Haus nicht durchgraben lassen.

44. Derowegen seyd ihr auch bereit: denn des Menschen Sohn wird in der Stunde kommen, die ihr nicht wisset.

45. Wer meynest du aber sey ein getreuer, und vorsichtiger Knecht, den sein Herr über sein Hausgesind verordnet, daß er ihnen Speise gebe zu rechter Zeit?

46. Selig ist derselbige Knecht, den sein Herr, wann er kömmt, findet also thun.

47. Wahrlich sage ich euch, er wird ihn über alle seine Güter setzen.

48. Wenn aber ein böser Knecht in seinem Herzen sagen wird: Mein Herr verzieht noch lange zu kommen:

49. Und fähet an seine Mitknechte zu schlagen, und zu fressen, und zu saufen mit den Trunkenen:

50. So wird der Herr desselbigen Knechtes kommen an dem Tage, da ers nicht versiehet *, und in der Stunde, die er nicht weis:

* hoffet.

51. Und wird ihn abscheiden, und ihm sein Theil

dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commovebuntur:

30. Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: *k* & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & majestate. *k Apoc. 1. 7.*

31. Et *l* mittet Angelos suos cum tuba & *l 1. Cor. 15.* voce magna: & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cœlorum usque ad terminos eorum. 52. *1. Thess. 4.* 15.

32. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, scitis, quia prope est æstas:

33. Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in januis.

34. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.

35. Cœlum *m* & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. * *m Marc. 13.* 31.

II. 36. De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus Pater.

37. Sicut *n* autem in diebus Noe, ita erit & adventus Filii hominis. *n Gen. 7. 7. Luc. 17. 26.*

38. Sicut enim erant in diebus ante diluvium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem, quo intravit Noe in arcam:

39. Et non cognoverunt donec venit diluvium, & tulit omnes: ita erit & adventus Filii hominis.

40. Tunc duo erunt in agro: unus assumetur, & unus relinquetur.

41. Duæ molentes in mola: una assumetur, & una relinquetur.

42. Vigilate † ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. † *UNIUS CONF. PONTIF.*

43. Illud autem scitote *o*, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non fineret perfodi domum suam. *o Marc. 13.* 33. *Luc. 12. 39.*

44. Ideo & vos estote parati: quia, qua nescitis hora, Filius hominis venturus est.

45. Quis, putas, est fidelis servus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore?

46. Beatus *p* ille servus, quem cum venerit dominus ejus, invenerit sic facientem. *p Apoc. 16.* 15.

47. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. *

48. Si autem dixerit malus servus ille in corde suo: Moram facit dominus meus venire:

49. Et cœperit percutere conservos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis:

50. Veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, & hora, qua ignorat:

51. Et dividet eum, partemque ejus ponet

transeat. *Stellæ cadent de cœlo*, retrahent lumen suum. *Et virtutes cœlorum commovebuntur*; Gr. Cœlorum cardines trement, vel, ut aliis placet, Angeli obstupescent. Isa. 13. *Stellæ cœli non expandent lumen suum.* Alii de malis Angelis, qui sunt *aëreæ* potestates, & nequitiæ spirituales in cœlestibus, id satis commode intelligunt: hi quippe turbabuntur, quod eorum instet judicium, & possessione sua dejiciantur.

℣. 30. *Et tunc parebit signum Filii hominis in cœlo:* Vexillum crucis, vel majestas ejus.

℣. 31. *Voce magna*, Gr. *Cum tuba vocis magna.* Vox magna erit instar tubæ.

℣. 33. *Scitote quia prope est in januis.* Proverbialis locutio: Prope est redemptio vestra, judex, & regnum meum glorioſum.

℣. 34. *Non præteribit generatio*, gens Judaica, quæ ad finem usque mundi permanebit. Quod si de excidio urbis sermo fiat, generatio hæc erit hominum ætas usque ad eversionem civitatis, quo videtur redire sermo Domini.

℣. 35. *Cœlum & terra transibunt.* In alium statum reformata & igne conflagrationis repurgata: vel citius cœlum & terra transierint quam verba mea.

℣. 36. *Nisi solus Pater*, nisi solus Deus.

℣. 39. *Et non cognoverunt*, cognoscere noluerunt impii.

℣. 45. *Quis — est fidelis servus*, qui non decipiat, *& prudens*, nec decipiatur.

℣. 51. *Et dividet eum*, ab officio amovebit: Phrasi Hebraica dividere interdum pro interficere, aut dispergere sumitur: ut 1. Paral. 13.

q Sup. 13.42. *Inf.* 25.30. cum hypocritis. *q* Illic erit fletus & stridor dentium.

CAPUT XXV.

I. Adstruit futuram retributionem in judicio per parabolam decem virginibus. 1 *II. De talentis distributis servis, quorum dominus singulos præmiat, aut punit juxta ipsorum merita.* 14. *III. Extremum judicium & causas præmiationis bonorum, ac punitionis malorum ob oculos ponit.* 31.

† PRO VIRGINE ET MART.

1. Tunc † simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obviam sponso, & sponsæ.

2. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.

3. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum:

4. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.

5. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt.

6. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei.

7. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornaverunt lampades suas.

8. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur.

9. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.

10. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua.

11. Novissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis.

12. At ille respondens ait: Amen dico vobis, nescio vos.

a Marc. 13. 33. 13. Vigilate *a* itaque, quia nescitis diem, neque horam. *

b Luc. 19.12. *† CONFESS. PONTIF.* II. 14. Sicut *b* enim † homo peregre proficiscens, vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua.

15. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum: unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim.

16. Abiit autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque.

17. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo.

18. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

19. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis.

20. Et accedens, qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce, alia quinque superlucratus sum.

geben mit den Häuchlern. Da wird Heulen seyn, und Zähnklappern.

Das fünf und zwanzigste Capitel.

I. Christus lehret, daß ein jeder am jüngsten Tage nach seinen Verdiensten werde belohnet werden: Beweiset solches erstlich durch das Gleichniß der Jungfrauen. 1. II. Hernach durch das Gleichniß des Herrn, der seinen Knechten seine Güter Centnerweis ausgetheilet. 14. III. Setzet hinzu die Form, und den Proceß des letzten Gerichts. 31.

1. Alsdann wird das Himmelreich zehen Jungfrauen gleich seyn, die ihre Ampeln nahmen, und giengen aus, dem Bräutigam, und der Braut entgegen.

2. Aber fünf unter ihnen waren thorrecht, und fünf waren weiß.

3. Und die fünf Thorrechten nahmen ihre Ampeln, und nahmen kein Oel mit sich:

4. Die Weisen aber nahmen Oel in ihre Gefäße, mit ihren Ampeln.

5. Da nun der Bräutigam etwas verzog, wurden sie alle schläferig, und entschliefen.

6. Aber zu Mitternacht war ein Geschrey: Siehe, der Bräutigam kömmt, gehet heraus ihm entgegen.

7. Da stunden alle diese Jungfrauen auf, und rüsteten ihre Ampeln zu.

8. Aber die Thorrechten sprachen zu den Weisen: Gebet uns von eurem Oel: denn unsere Ampeln verlöschen.

9. Da antworteten die Weisen, und sprachen: Damit es vielleicht nicht uns, und euch gebreche *, so gehet vielmehr hin zu denen, die es verkaufen, und kaufet für euch.

* mangele.

10. Indem sie aber hingiengen zu kaufen, kam der Bräutigam, und welche bereit waren, die giengen mit ihm hinein zur Hochzeit, und die Thür ward zugeschlossen.

11. Endlich aber kamen auch die andere Jungfrauen, und sprachen: HErr, HErr, thue uns auf.

12. Er aber antwortete, und sprach: Wahrlich sage ich euch, ich kenne euch nicht.

13. Darum wachet, denn ihr wisset weder den Tag, noch die Stunde.

II. 14. Denn es ist gleichwie ein Mensch, der über Feld zog, und rief seinen Knechten, und übergab ihnen seine Güter.

15. Einem gab er fünf Centner, und dem andern zween, dem dritten aber einen: einem jeglichen nach seinem eigenen Vermögen: und zog alsbald hinweg.

16. Da gieng der hin, der die fünf Centner empfangen hatte, und handelte mit denselbigen, und gewann andere fünf Centner.

17. Deßgleichen auch, der die zween Centner empfangen hatte, gewann damit zween andere.

18. Der aber einen empfangen hatte, der gieng hin, und machte eine Grube in die Erde, und verbarg das Geld seines Herrn.

19. Ueber eine lange Zeit aber hernach kam der Herr dieser Knechte, und hielt Rechnung mit ihnen.

20. Da tratt herzu, der die fünf Centner empfangen hatte, und brachte dar fünf andere Centner, und sprach: Herr, du hast mir fünf Centner übergeben, siehe, ich habe darüber fünf andere gewonnen.

21. Und

CAPUT XXV.

℣. 1. *Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus*, a superiore capite pendet sententia trium, quæ sequuntur parabolarum, atque eo spectat, ut vigilantes, & bonis operibus intenti adventum Domini expectemus. Hic veniet ut sponsus, quem virgines, seu fideles expectant; ut dominus, qui a servis rationem exigit; ut judex, qui bonos a malis secernet. *Lampades suas;* Lampadis nomine fides intelligitur omnibus communis. *Vel simile erit &c.* sc. Ecclesia militans *sponso* Christo, & *sponsæ* B. Virgini aut Ecclesiæ triumphanti.

℣. 3. *Non sumpserunt oleum secum:* Fidem habentes sine charitate: virgines dicuntur ob fidei puritatem.

℣. 9. *Ne forte non sufficiat* -- sic dixerunt irridendi causa, *emite vobis*, sed nimis sero.

℣. 12. *Nescio vos.* Vos ut virgines ad nuptias vocatas non novi.

℣. 14. *Sicut enim;* videtur suspensa oratio, & ita subintelligendum: Sic faciet Christus, qui in cœlum ascendet, multo post tempore ad judicium rediturus.

℣. 15. *Et uni dedit quinque talenta.* Talenti nomine non gratia gratum faciens, sed gratis data intelligi debet, quæ ad aliorum utilitatem conceditur. *Virtutem:* Gr. *facultatem:* non quod dona supernaturalia dentur a Deo secundum vires naturales: sed more humano loquitur, quod homines soleant pecuniam servis ad lucrum faciendum distribuere, spectata singulorum industria. Quamquam plerumque gratiæ gratis datæ ad aliorum utilitatem concessæ pro ratione facultatis naturalis dari solent, ut scientia major iis, qui plus ingenio valent: sed ipse nos ad accipienda dona facit idoneos.

℣. 18. *Fodit in terram,* solis terrenis se occupavit.

21. Und sein Herr sprach zu ihm: Ey, du frommer, und getreuer Knecht, dieweil du über wenig getreu gewesen bist, so will ich dich über viel setzen, gehe ein in die Freude deines Herrn.

22. Da tratt auch herzu, der die zween Centner empfangen hatte, und sprach: Herr, du hast mir zween Centner übergeben: siehe, ich habe damit zween andere gewonnen.

23. Und sein Herr sprach zu ihm: Ey, du frommer, und getreuer Knecht, dieweil du über wenig getreu gewesen, so will ich dich über viel setzen, gehe ein in die Freude deines Herrn.

24. Es tratt aber auch herzu, der einen Centner empfangen hatte, und sprach: Herr, ich weis, daß du ein harter Mensch bist: du schneidest, da du nicht gesäet hast, und sammelst, da du nicht gestreuet hast:

25. Darum fürchtete ich mir, und gieng hin, und verbarg deinen Centner in die Erde: siehe, da hast du, was dein ist.

26. Sein Herr aber antwortete, und sprach zu ihm: Du boshaftiger, und fauler Knecht, hast du gewußt, daß ich schneide, da ich nicht gesäet habe, und sammle, da ich nicht gestreuet habe:

27. So solltst du mein Geld zu den Wechslern gethan haben, und ich hätte, wann ich gekommen wäre, was mein ist, mit Gewinn wiederum zu mir genommen.

28. Darum nehmet den Centner von ihm, und gebet ihn dem, der zehen Centner hat.

29. Denn einem jeglichen, der da hat, wird man geben, und er wird die Menge haben: wer aber nicht hat, von dem wird auch genommen werden, was er vermeynt zu haben.

30. Und den unnützen Knecht werfet hinaus in die äusserste Finsternis: da wird seyn Heulen, und Zähnklappern.

III. 31. Wenn aber des Menschen Sohn in seiner Herrlichkeit kommen wird, und alle Engel mit ihm, alsdann wird er auf dem Stuhl seiner Herrlichkeit sitzen:

32. Und es werden alle Völker vor ihm versammelt werden, und er wird sie voneinander scheiden, wie ein Hirte die Schafe von den Böcken scheidet:

33. Und wird sie stellen, die Schafe zwar zu seiner Rechten, die Böcke aber zur Linken.

34. Alsdann wird der König sagen zu denen, welche werden zu seiner Rechten sitzen: Kommet her, ihr Gebenedeyten meines Vaters, besitzet das Reich, das euch bereitet ist von Anbeginn der Welt.

35. Denn ich bin hungerig gewesen, und ihr habt mich gespeiset: ich bin durstig gewesen, und ihr habt mich getränket: ich bin ein Gast gewesen, und ihr habt mich beherberget:

36. Ich bin nackend gewesen, und ihr habt mich gekleidet: ich bin krank gewesen, und ihr habt mich besuchet: ich bin im Kerker gewesen, und ihr seyd zu mir gekommen.

37. Alsdann werden ihm die Gerechten antworten, und sagen: HErr, wann haben wir dich hungerig gesehen, und haben dich gespeiset: oder durstig, und haben dich getränket?

38. Wann haben wir dich einen Gast gesehen, und haben dich beherberget: oder nackend, und haben dich bekleidet?

39. Oder wann haben wir dich krank gesehen, oder im Kerker, und sind zu dir gekommen?

21. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

22. Accessit autem, & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce, alia duo lucratus sum.

23. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui.°

24. Accedens autem, & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio, quia homo durus es: metis, ubi non seminasti, & congregas, ubi non sparsisti:

25. Et timens abii, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod tuum est.

26. Respondens autem dominus ejus dixit ei: Serve male, & piger, sciebas, quia meto, ubi non semino, & congrego, ubi non sparsi:

27. Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis, & veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura.

28. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei, qui habet decem talenta.

29. Omni *c* enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem, qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. *c Sup. 13. 12. Marc. 4. 25. Luc. 8. 18. & 19. 26.*

30. Et inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.

III. 31. Cum autem † venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ: † *FERIA 2. POST DOM. I. QUADR.*

32. Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis:

33. Et statuet oves quidem a dextris suis, hœdos autem a sinistris.

34. Tunc dicet rex his, qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.

35. Esurivi *d* enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: *d Is. 58. 7. Ezech. 18. 7 & 16.*

36. Nudus, & cooperuistis me: *e* infirmus & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. *e Eccli. 7. 39.*

37. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum?

38. Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum & cooperuimus te?

39. Aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere, & venimus ad te?

40. Et

℣. 21. *Intra in gaudium Domini tui.* Intra in domum, ut sis particeps gaudii mei: fruere bonis meis, super quæ te constituo.

℣. 24. *Metis, ubi non seminasti.* Calumnia pigrorum est, quasi Deus nimis gravia jubeat.

℣. 27. *Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis*, more humano loquitur, ut solent domini divites & avari. Deus a nobis exigit lucrum non usurarium, ut ille dives, sed verum & sanctum: cui plus datum, ab eo plus requiritur. *Cum usura.* Malus ille servus hero sævitiam & avaritiam exprobrando se excusatum putabat: in quo ipse condemnabat: nam si ita res erat, debuit trapezitis pecuniam tradere, ut exinde haberet lucrum sine labore.

℣. 29. *Omni enim habenti dabitur*, merces ampla dabitur pro bono usu talenti a Deo accepti.

℣. 32. *Et congregabuntur*, sc. ministerio Angelorum.

℣. 34. *Tunc dicet rex his.* Etsi hæc narratio est captui nostro accommodata, non dubium tamen est, quin Christus hæc & alia ejusmodi sit dicturus.

℣. 35. *Esurivi;* hæc ad solos qui crediderunt, & secundum fidem non vixerunt, pertinere, Aug. L. de fide & operibus cap. 15. existimat. *Hospes eram*, i. peregrinus. *Et collegistis me.* Sic omnia virtutum opera commendabit saltem spirituali & interna locutione.

40. Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui a sinistris erunt: *f* Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

f Psalm. 6. 9. Sup. 7. 23. Luc. 13. 27.

42. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum:

43. Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me.

44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?

45. Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.

g Joan. 1. 5. 29. Dan. 12. 2.

46. Et *g* ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam.

CAPUT XXVI.

I. Consultant principes sacerdotum de occidendo Jesu. 1. II. Qui unguento pretioso a muliere perfunditur, & a Juda venditur. 6. III. De sui proditione in cæna paschali loquitur. 17. IV. Panem in corpus suum, & vinum in sanguinem transubstantiata discipulis porrigit. 26. V. Prædicit omnes scandalizandos, & trinam Petri negationem. Capitur a Judæis: accusatur, conspuitur, cæditur, & ter a Petro negatur. 30.

1. Et factum est, cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis:

2. Scitis *a* †, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur.

a Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.

† *PASSIO DOM. PALM. quartum & ultimum Paschæ ministerii Christi. an. M. 4036. æræ vulg. 33. ætatis Christi 37.*

3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas,

4. Et consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occiderent.

5. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

40. Und der König wird antworten, und zu ihnen sagen: Wahrlich sage ich euch, was ihr gethan habt einem aus diesen meinen geringsten Brüdern, das habt ihr mir gethan.

41. Alsdann wird er auch zu denen sagen, welche zur Linken seyn werden: Gehet hinweg von mir, ihr Vermaledeyte, in das ewige Feuer, so dem Teufel und seinen Engeln bereitet ist.

42. Denn ich bin hungerig gewesen, und ihr habt mich nicht gespeiset: ich bin durstig gewesen, und ihr habt mich nicht getränket:

43. Ich bin ein Gast gewesen, und ihr habt mich nicht beherberget: ich bin nackend gewesen, und ihr habt mich nicht bekleidet: ich bin krank, und im Kerker gewesen, und ihr habt mich nicht heimgesucht.

44. Alsdann werden sie ihm auch antworten, und sagen: HErr, wann haben wir dich hungerig, oder durstig, oder einen Gast, oder nackend, oder krank, oder gefangen gesehen, und haben dir nicht gedienet?

45. Alsdann wird er ihnen antworten, und sagen: Wahrlich sage ich euch, was ihr nicht gethan habt einem von diesen Geringsten, das habt ihr mir auch nicht gethan.

46. Und diese werden gehen in die ewige Pein: die Gerechten aber in das ewige Leben.

Das sechs und zwanzigste Capitel.

I. Christus verkündiget seinen Jüngern seinen Tod, worüber die Hohenpriester Rath halten. 1. II Wird von Maria Magdalena gesalbet, und von Juda verkauft. 6. III Isset mit seinen Jüngern das Osterlamm. 17. IV. Hält, und stiftet das heilige Abendmahl ein, in welchem er das Brod in sein Fleisch, und den Wein in sein Blut verwandelt, und den Jüngern darreichet ꝛc. 26. V. Gehet an den Oelberg, wird von den Juden gefangen. ꝛc 30.

1. Und es begab sich, da JEsus alle diese Reden vollendet hatte, sprach er zu seinen Jüngern:

2. Ihr wisset, daß nach zween Tagen Ostern wird, und des Menschen Sohn wird überantwortet werden, daß man ihn kreuzige.

3. Da versammelten sich die Hohenpriester, und die Aeltesten des Volks, in dem Saal des Hohenpriesters, der Cayphas genennet ward,

4. Und sie hielten einen Rath, wie sie JEsum mit List greifen *, und tödten möchten. * fangen.

5. Sie sprachen aber: Nicht auf den Festtag, damit nicht etwa ein Aufruhr unter dem Volk entstehe.

II. 6. Als

℣. 40. *Quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis.* Gr. *In quantum fecistis.*
℣. 41. *Discedite a me.* Pœna damni hac voce exprimitur, ut pœna sensus per ignem paratum diabolo.
℣. 43. *Hospes eram, & non collegistis me &c.* ut opera misericordiæ laudabit, ita reliqua virtutum opera neglecta exprobrabit.
℣. 45. *Quamdiu non fecistis.* Græc. Quatenus non fecistis.

CAPUT XXVI.

℣. 2. *Scitis, quia post biduum Pascha fiet*, sub finem feriæ tertiæ, aut initium quartæ, ut nonnullis placet. Eo anno Pascha erat feria sexta: unde feria quinta ab hora nona ad undecimam usque immolabatur agnus. Id enim nobis longe probabilius videtur Christum una cum discipulis, pridie quam moreretur, agnum paschalem comedisse ex legis præscripto. Nam Matthæus, Marcus, & Lucas id apertissime testantur: *Quo vis eamus, & paremus tibi, ut manduces Pascha?* Item, *tempus meum prope est, apud te faciam Pascha.* Vox illa *Pascha*, iteratur, & eamdem habet significationem, seu de ejus præparatione, seu de immolatione, seu demum de manducatione agatur; ubique agni immolationem, vel esum significat. Sic v. 17. 18. & 19. hujus capitis primus dies Azymorum erat feria quinta, & dies decimus quintus a vespere hujus diei incipiebat. Sic dies secundus Azymorum erat dies 16. ex Josepho L. 3. c. 10. dies festi incipiebat a vespere diei præcedentis: tametsi Judæi, ut omnes fere nationes, diem civilem a media nocte præcedentis diei ad subsequentis mediam usque noctem protendebant. Hinc Pererius in cap. 1. Genes. prope certum est, & si id nunc ageretur, multis exemplis Scripturarum, multisque argumentis probari posset, apud Judæos fuisse olim in usu triplex genus dierum, diem scilicet legalem a vespera in vesperam, diem naturalem ab ortu solis in ortum, diem usualem a media nocte ad mediam noctem; & quidem voces usitatæ, *pridie*, *hodie*, *cras*, non ex vespere, sed ex media nocte distinguuntur. Si quid actum fuerit post solis occasum, nemo dixerit id factum fuisse hesterno die. Quare primus dies Paschalis usualis non a vespera, sed a media nocte incipiebat. Unde Agnus Paschalis extrema parte diei 14. lunæ immolabatur, & prima parte diei 15. edebatur: adeo ut duo illi dies sibi succedentes idem sibi nomen communicarent ex communi loquendi usu; & pars extrema diei 14. celebris ob manducationem agni & festi Azymorum nomen interdum tribuebat diei integro 14. breviandi sermonis causa. Unde Evangelistæ potuerunt vocare diem Azymorum primum diem 14. in quo necesse erat occidere Pascha, & extensione quadam nominis pars illius diei quarta in totum diem refluebat. Nec tamen festus erat dies ad sextam usque horam. Aliis tamen videtur, primum diem Azymorum, qui præ cæteris festis erat solemnis, fuisse Sabbatum; neque eo ipso die Christum Dominum morti fuisse condemnatum: cui sententiæ videtur favere Joannes Evangelista, ut suo loco dicemus. Atque ii videntur satis apte tres Evangelistas cum Joanne conciliare, qui duos proxime sibi dies consequentes Azymorum a Judæis observatos volunt, cum alii & plebs ipsa a conjunctione lunæ cum sole, alii a prima lunæ phasi mensem inciperent. Unde priores die Jovis sub vesperam, posteriores, iique magis spectabiles, ut sacerdotes, Pharisæi & Scribæ a vespera die Veneris diem primum Azymorum numerabant, ut ex Joanne Evangelista colligi videtur. Unde & usus Judæorum duplex Pascha induxerat, quod incertus esset dies primus lunæ, & innumerabilis multitudo tum Jerosolymam conveniret.

℣. 5. *Non in die festo.* Et tamen in die festo Christus voluit occidi juxta communiorem sententiam, non item si Christus Pascha, seu agnum Paschalem una cum discipulis manducavit die Jovis, & sacerdotes die tantum Veneris, ut viris pereruditis videtur, seu de primo die lunæ inter Judæos non convenerit: adeo ut alii a medio

lunæ

11. 6. Als aber JEsus zu Bethania war, im Hause Simons des Aussätzigen,

7. Da trat ein Weib zu ihm, die hatte eine alabasterne Büchse mit köstlicher Salbe, und sie schüttete dieselbige aus über sein Haupt, da er zu Tische saß.

8. Da solches aber die Jünger sahen, wurden sie unwillig, und sprachen: Wozu dienet dieser Verlurst?

9. Denn diese Salbe hätte man theuer verkaufen, und den Armen geben können.

10. JEsus aber, der solches wußte, sprach zu ihnen: Was seyd ihr diesem Weib überlästig? denn sie hat ein gutes Werk an mir verrichtet:

11. Denn die Armen habt ihr allezeit bey euch: mich aber habt ihr nicht allezeit.

12. Denn daß sie diese Salbe auf meinen Leib hat ausgegossen, das hat sie gethan, mich zu begraben.*

*zum Grabe zu bereiten.

13. Wahrlich sage ich euch, wo dieses Evangelium wird geprediget werden in der ganzen Welt, da wird man auch sagen, was sie gethan hat, zu ihrem Gedächtniß.

14. Da gieng einer von den Zwölfen, der Judas Iscarioth genennet war, zu den Hohenpriestern,

15. Und sprach zu ihnen: Was wollet ihr mir geben, so will ich ihn euch verrathen? Sie aber setzten ihm dreyßig Silberlinge.

16. Und von dem an suchte er Gelegenheit, ihn zu verrathen.

III. 17. Aber am ersten Tage der ungesäuerten Brode, tratten die Jünger zu JEsu, und sprachen: Wo willst du, daß wir dir bereiten, das Osterlamm zu essen?

18. JEsus aber sprach: Gehet hin in die Stadt zu einem, und saget ihm: Der Meister spricht: Meine Zeit

11. 6. Cum *b* autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi, *juxta multorum supputationem. Per. Jul. 4746. urbis cond. 784. an. Jul. 78. imp. Tiber. 19.*

7. Accessit ad eum mulier, habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis:

8. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: Ut quid perditio hæc?

9. Potuit enim istud venumdari multo, & dari pauperibus.

10. Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me:

11. Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

13. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.

14. Tunc *c* abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum,

15. Et ait illis; Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

16. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet.

III. 17. Prima *d* autem die azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis, paremus tibi comedere Pascha?

18. At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum

b Joan. 11. 2. & 12. 3. Marc. 14. 8.

c Marc. 14. 10. Luc. 22. 3.

d Marc. 14. 12. Luc. 22. 7.

---

lunæ motu, alii a vero motu eum designaverint; aut potius quidam ab ipsa syzygia, seu a conjunctione, alii a prima lunæ phasi mensem inchoarint, & Christus Dominus priori computandi ratione usus fuerit, quod legi esset magis consentanea: seu potius, ut visum est Ruperto, Petavio, & nuper Auctori Analyseos Gallicæ, sacerdotes ex traditione quadam festum Paschatis, quod die Veneris inciderat, in Sabbatum transtulerint, ne duo festa proxime consequentia populo essent impedimento. Hoc enim præter alia habebat incommodi, ut mortuorum cadavera in fervidis illis regionibus diu manerent insepulta. Utcumque ea res sit, Christus cum voluit, occisus est, etiam die festo, cum ejus inimicis tam commode oblata esset occasio: nec tanta erat religio Judæorum in festis observandis, atque in Sabbato, cum in festis diebus ea pararent, quæ ad vescendum erant necessaria, uti ex cap. 34. Exodi colligitur. Nec festivi diei religione, sed metu populi, ne tumultus fieret, id ab initio decreverant, ut in die festo Christum non interficerent. Sed oblata ea occasione prius consilium deservuerunt. Verum ea est constans veterum sententia, Christum una cum discipulis agnum Paschalem manducasse, antequam institueret Eucharistiam, quæ est verum Pascha Christianorum.

℣. 6. *Cum autem Jesus esset in Bethania:* Sexto nimirum ante die, puta die Sabbati præcedente: quod ab Evangelista per recapitulationem memoratur, ut quid Judæ proditioni occasionem dederit, aperiat. *In domo Simonis Leprosi.* An Simon ille fuerit olim Leprosus, an familiæ cognomen fuerit, incertum.

℣. 7. *Accessit ad eum mulier*, Maria soror Marthæ, & Lazari: *Habens alabastrum unguenti pretiosi;* Pyxidem ex alabastrite lapide, qui a Plinio Lib. 36. cap. 8. onyx appellatur, quod unguem colore & lævitate sua referat. Alii tamen ἀλάβαστρον, Græce dictum volunt, quod vas esset sine ansa, idque e materia fragili conflatum, ut cum opus esset, effunderetur liquor subtilis & quasi aqueus in eo contentus. Marcus ait, *Nardi pistici*, i. e. Sinceri; non factitii.

℣. 8. *Videntes autem discipuli, indignati sunt*, aut solus Judas, per syllepsim, discipuli pro discipulus, vel is præcipue, & eo impellente alii quidam obmurmurabant.

℣. 11. *Me autem non semper habetis.* Pro habebitis, humana & visibili carne indutum.

℣. 12. *Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Non quod ea de re cogitaverit Maria, sed ignara mysterii, impellente Spiritu sancto, quod postea facere non potuit, ut ungeret Corpus Christi, tum prævertit.

℣. 13. *Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.* En illustre Christi Domini vaticinium, quod paucis post annis Matthæus æternæ mandavit memoriæ, & eventu ipso est comprobatum.

℣. 14. *Tunc abiit unus de duodecim*, Judas offensus tam pretiosi unguenti jactura adiit ad Sacerdotes congregatos, idque feria quarta, nempe biduo ante Pascha.

℣. 15. *Quid vultis mihi dare?* En avaritia eum impulit. *At illi constituerunt ei triginta argenteos.* Operam suam locavit triginta argenteis, seu siclis. Nonnullis videtur nummos fuisse aureos, quibus cœmetrium peregrinorum emi potuit, iique communi & usitata voce argentei dicti sunt. Sed ager sterilis & desertus potuit etiam tam vili pretio æstimari.

℣. 17. *Prima autem die Azymorum.* Feria quinta, sub finem lunæ 14. cum usus Azymorum futurus erat, & agnus Paschalis occidendus, sc. per Synecdochen, ea die, a cujus sequenti vespera incipiebat Pascha seu prima dies Azymorum. Hinc patet contra græcos Christum in institutione Eucharistiæ usum fuisse Azymo. ita Tirin. Utrum vero Christus diem Paschatis præverterit, tum ut eo ipso die & eadem hora, qua Judæi agnum typicum occidebant, ipse in cruce moreretur, tum forte quia cum multis aliis, quem lex præscribebat, diem observare voluit, non ausim ea de re præcipitare sententiam, cum utrimque probabiles non desint rationes. Quæ ab Auctore Analyseos Gallicæ proferuntur dissert. 32. minime sunt contemnendæ. His adducitur, ut putet Judæos die tantum Veneris Pascha immolasse, ne duo festi dies proxime consequerentur. Atque ita omnis, quæ prima specie apparet inter Joannem & tres alios Evangelistas, tollitur repugnantia. Hi quippe Pascha a Domino celebratum memorant, Joannes de hoc Paschate nihil scripsit: ac forte alii aliter diem Azymorum, seu 15. lunæ designabant. Cum autem Joannes sic ait: *Ante diem festum Paschæ.* De Paschate a Domino & ab Apostolis celebrato non videtur loqui, cum illud jam a Domino factum esset, quando Eucharistiam instituit. Sed Paschatis, uti a sacerdotibus, & magna parte populi celebratum fuit, mentionem habet. Nec abhorret a verosimili Deum permisisse, ut quod animo conceperant, Juda prodente perficerent, & eadem hora Christus occideretur, qua sacerdotes agnum typicum immolabant. Sed ea de re jam diximus, & identidem recurret sermo. Nunc historiam Passionis Dominicæ prosequamur. *Accesserunt discipuli ad Jesum:* Vocati ab eo, nempe Petrus & Joannes. Lucæ 22. 8.

℣. 18. *Ite in civitatem ad quemdam*, Gr. πρὸς τὸν δεῖνα, *Ad certum quemdam*, eumque designaverat.

meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

19. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha.

e Marc. 14. 17. Luc. 22. 14. 20. Vespere *e* autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.

21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis *f*, quia unus vestrum me traditurus est.

f Joan. 13. 21.

22. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine?

23. At ipse respondens ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

g Psa. 40. 10. 24. Filius quidem hominis vadit, *g* sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

25. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

h 1. Cor. 11. 24. IV. 26. Cœnantibus *h* autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.

27. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes:

28. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

29. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.

V. 30. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliveti.

ist nahe herbeykommen, bey dir will ich Ostern mit meinen Jüngern halten.

19. Und die Jünger thaten, wie ihnen JEsus befohlen hatte, und bereiteten das Osterlamm.

20. Als es nun war Abend worden, setzte er sich zu Tische mit seinen zwölf Jüngern.

21. Und da sie aßen, sprach er: Wahrlich sage ich euch, einer unter euch wird mich verrathen.

22. Da wurden sie sehr betrübet, und fiengen an, ein jeglicher für sich zu sagen: HErr, bin ichs?

23. Er aber antwortete, und sprach: Der die Hand mit mir in die Schüssel tunket, derselbige wird mich verrathen.

24. Des Menschen Sohn gehet zwar hin, wie von ihm geschrieben ist: wehe aber demselbigen Menschen, durch welchen des Menschen Sohn wird verrathen werden: es wäre ihm besser, daß derselbige Mensch nicht gebohren wäre.

25. Judas aber, der ihn verrathen hatte, antwortete, und sprach: Bin ichs Rabbi? Und er sprach zu ihm: Du hast es gesagt.

IV. 26. Da sie aber zu Nacht aßen, nahm JEsus das Brod, und segnete es, und brach es, und gab es seinen Jüngern, und sprach: Nehmet hin, und esset, das ist mein Leib.

27. Und er nahm den Kelch, und sagte Dank, und gab ihnen den, und sprach: Trinket alle daraus:

28. Denn dieses ist mein Blut des neuen Testaments, das für viele wird vergossen werden zur Vergebung der Sünden.

29. Ich sage euch aber: daß ich von nun an von diesem Gewächs des Weinstocks nicht trinken werde, bis an den Tag, da ich mit euch das Neue trinken werde im Reiche meines Vaters.

V. 30. Und als sie den Lobgesang gesprochen hatten, giengen sie hinaus an den Oelberg.

31. Da

℣. 20. *Vespere autem facto*, Post occasum solis. *Discumbebat.* Romano more, qui a Persis ad Hebræos olim transierat. Nec lege constitutum erat, ut agnus a stantibus comederetur: discumbere etiam vel accumbere dicimus, ad mensam cum aliis accedere.

℣. 21. *Edentibus illis*, Post institutam Eucharistiam: Lucas rerum ordinem videtur servasse, Matthæus vero & Marcus anticipatione usi: in Græco, *cum edissent:* nam post cœnam agni hæc de proditore dixit Dominus.

℣. 23. *Qui intingit mecum manum in paropside.* Judas prope Christum videtur accubuisse: unde & alii non audierunt, vel non attenderunt ad ea verba, *Tu dixisti.* v. 25. Qui modus loquendi est Hebræis familiaris: voce summissa locutus est Dominus. S. Leo serm. 7. de Passione Domini: Ecce parcit auribus tuis Dominus, & nulli te nisi tibi indicat Christus; nec nomen tuum, nec persona detegitur; sed veritatis & misericordiæ verbo cordis tui tantum arcana tanguntur.

℣. 26. *Cœnantibus autem eis*, Gr. *Cum ederent:* Tres fuisse cœnas plerique interpretes docent, esum agni admodum frugalem, cœnam communem, & Sacramenti sumptionem. *Benedixit*, Græce: *Cum benedixisset*, per gratiarum actionem, & invocationem Dei pro institutione tanti Sacramenti: unum pro altero usurpari solet, benedictio pro gratiarum actione: *Deditque discipulis suis*, i. e. porrexit: nondum enim illum discipuli habebant in manibus, quando dixit: *Hoc est corpus meum*, &c. Quæ est oratio simul enuntiativa, & efficax ejus, quod enuntiatur, enuntiatio nempe operatrix: ut si quis voluntate donandi dicat, hic est ager tuus; aut cum Dominus aquam convertit in vinum, si dixisset, hoc est vinum: tum enim vera est hujusmodi propositio, cum id fit, quod dicitur, hinc Christus, quod dixit, effecit.

℣. 27. *Gratias egit*, Gr. καὶ εὐχαριστήσας, unde & dicta est *Eucharistia*, ob præviam gratiarum actionem.

℣. 28. *Hic est enim sanguis meus novi Testamenti*, quo sancitur novum Testamentum. Alludit ad hæc verba Exodi 24. *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum.* Sed cum eo discrimine, quod in veteri Testamento Deus promiserit se illis daturum terram Chananæorum, & Israelitæ sese obstrinxerint ad servandam legem Moysis: in novo Testamento Christus promittit æternam hæreditatem, nos vero ipsos de lege nova observanda obstringimus. *Effundetur*, Gr. *Effunditur.* Pro vobis Deo libatur & offertur. Potest etiam intelligi, effundetur in cruce cruente, in ultima cœna incruente. Illud vero ex perpetua & constanti Ecclesiæ traditione constat, Christum Dominum Eucharistiam non solum ut Sacramentum, sed etiam ut sacrificium instituisse, quod in Ecclesia pro vivis & mortuis semper oblatum est. *Ipse sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, Sacerdotes constituit Apostolos, qui alios sibi successuros ordinarent. His autem verbis a Luca relatis eos consecravit Sacerdotes, *Hoc facite in meam commemorationem.* Hanc fidem ut acceptam a Domino, Paulus Corinthiis, & alii Apostoli omnibus fidelibus tradiderunt.

℣. 29. *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*, quod nimirum fuit materia consecrationis: ex Lucæ narratione, qui rerum ordinem descripsit, de calice profano, non de consecrato ea verba intelliguntur. Cyrillus L. 7. in Levit. hinc colligit Christum non bibisse ex calice, quem discipulis propinavit. *Cum illud bibam vobiscum novum*, spiritale nempe & cœleste. Transit a significatione vini propria ad metaphoricam & figuratam, qualis futura est, cum nos inebriabit ubertate cœlestis beatitudinis. Alii tamen per fructum vitis proprium Christi sanguinem intelligi oportere existimant, cum sit ipse vitis vera, idque futurum polliceatur, ut novum bibat cum discipulis, postquam resurrexerit. Verba quidem Lucæ 22. de legali calice, quem paterfamilias bibendum porrigebat, accumbentibus, sunt intelligenda, cum ante consecrationem prolata fuerint, & ad Eucharistiæ mysterium præpararent Apostolorum animos, uti & hæc verba Christi, quæ ad agnum Paschalem referuntur: *Dico enim vobis*, &c. ad corporis sui consecrationem præparabant. Itaque negant viri docti utriusque Evangelistæ textus suis locis dimoveri oportere. Sic præparatis animis per agni Paschalis esum, & calicis legalis potum, ita ut non amplius cum discipulis vinum bibiturus esset, Eucharistiæ Sacramentum instituit. Siquidem per hæc verba: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis*, non absolute, sed cum restrictione loquitur, *de hoc genimine*, pronomen demonstrativum adhibens. Deinde certum prætigit tempus, cum ex illo bibiturus esset una cum discipulis suis: quod postea bibit, novum illud fuit, & incorruptum. Observat illud vir doctus Judæos *novum* appellare quidquid præcellit. Regnum Patris est status gloriæ, quem Christus post resurrectionem suam adeptus est.

℣. 30. *Et hymno dicto*, Erasmus vertit, *Cum hymnum cecinissent:* August. in Psal. 72. docet de ratione hymni esse, ut cantetur in gratiarum actionem sc. post duplex epulum agni & Eucharistiæ.

31. Da sprach JEsus zu ihnen: Ihr werdet euch in dieser Nacht alle an mir ärgern. Denn es stehet geschrieben: Ich will den Hirten schlagen, und die Schafe der Heerde werden sich zerstreuen.

32. Wenn ich aber wiederum auferstehen werde, so will ich vor euch hergehen in Galiläam.

33. Petrus aber antwortete, und sprach zu ihm: Wenn sich schon alle an dir ärgern würden, so will ich mich doch nimmer ärgern.

34. JEsus sprach zu ihm: Wahrlich sage ich dir, du wirst mich in dieser Nacht, ehe der Hahn krähet, dreymal verläugnen.

35. Da sprach Petrus zu ihm: Wenn ich schon mit dir sterben müßte, so will ich dich doch nicht verläugnen. Deßgleichen sagten auch alle Jünger.

36. Da kam JEsus mit ihnen in den Bauhof, der Gethsemani genennet wird, und sprach zu seinen Jüngern: Setzet euch allhier nieder, bis daß ich dorthin gehe, und bethe.

37. Und er nahm Petrum zu sich, samt den beeden Söhnen Zebedäi, und fieng an sich zu betrüben, und traurig zu werden.

38. Da sprach er zu ihnen: Meine Seele ist betrübt bis in den Tod: bleibet hie, und wachet mit mir.

39. Und er gieng ein wenig fort, und fiel nieder auf sein Angesicht, bethete und sprach: Mein Vater, ist es möglich, so laß diesen Kelch von mir gehen: doch nicht wie ich will, sondern wie du willst.

40. Und er kam zu seinen Jüngern, und fand sie schlafend, und sprach zu Petro: Habt ihr dann nicht eine Stunde mit mir wachen können?

41. Wachet und bethet, auf daß ihr nicht in Versuchung fallet. Der Geist ist zwar willig, aber das Fleisch ist schwach.

42. Abermal, und zum andern gieng er hin, bethete, und sprach: Mein Vater, kann dieser Kelch nicht vorübergehen, ich trinke ihn denn, so geschehe dein Wille.

43. Und er kam wiederum, und fand sie schlafend: denn ihre Augen waren mit Schlaf beschweret.

44. Und er verließ sie, und gieng abermal hin, und bethete zum drittenmal, und redete eben dieselbigen Worte.

45. Da kam er zu seinen Jüngern, und sprach zu ihnen: Schlafet nun, und ruhet: sehet, die Stunde ist herbeygekommen, und des Menschen Sohn wird in die Hände der Sünder überantwortet werden.

46. Stehet auf, lasset uns gehen: sehet, es ist nahe herzugekommen, der mich verrathen wird.

47. Und als er noch redete, siehe, da kam Judas, einer von den Zwölfen, und mit ihm eine große Schaar, mit Schwertern und Stangen, welche von den Hohenpriestern, und von den Aeltesten des Volks gesandt waren.

48. Aber der ihn verrieth, der hatte ihnen ein Zeichen gegeben, und gesagt: Welchen ich küssen werde, der ist es, den greifet.* * fanget und haltet.

31. Tunc dicit illis Jesus: *i* Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim: *k* Percutiam Pastorem, & dispergentur oves gregis.

32. Postquam autem resurrexero *l*, præcedam vos in Galilæam.

33. Respondens autem Petrus, ait illi: Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.

34. Ait illi Jesus: *m* Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.

35. Ait illi Petrus: *n* Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

36. Tunc venit Jesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc, & orem.

37. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse.

38. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum.

39. Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

40. Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & dicit Petro: Sic non potuistis una hora vigilare mecum?

41. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

42. Iterum secundo abiit, & oravit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio, eundem sermonem dicens.

45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite jam & requiescite: ecce, appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Surgite eamus: ecce, appropinquavit, qui me tradet.

47. Adhuc *o* eo loquente, ecce, Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi.

48. Qui autem tradidit eum dedit illis signum dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

49. Et

i Marc. 14. 27. *Joan.* 16. 32. *k Zach.* 13. 7. *l Marc.* 14. 28. & 16. 7. *m Marc.* 14. 30. *Joan* 13. 38. *n Marc.* 14. 31. *Luc.* 22. 33. *o Marc.* 14. 43. *Luc.* 22. 47. *Joan.* 18. 3.

℣. 31. *Omnes vos scandalum patiemini in me*, Non solum fugiendo, sed etiam spem resurrectionis amittendo. *Percutiam Pastorem.* Zachar. 13. *Percute Pastorem:* quod dicitur ad frameam Domini, de qua illud præcessit: *Suscitare framea.*

℣. 33. *Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor.* In eo peccat Petrus, quod Domino contradicat, quod se aliis præponat, ac de viribus suis nimium præsumat.

℣. 34. *Quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis.* Marcus cap. 14. *Priusquam gallus his vocem dederit:* Joannes cap. 13. *Antequam gallus cantet, ter me negabis:* antequam gallus compleat cantum, seu ante gallicinium, paulo ante diluculum: tametsi etiam galli media nocte cantare solent: quod tempus non dicitur gallicinium.

℣. 36. *Tunc venit Jesus cum illis in villam*, Gr. εἰς χωρίον, in locum, seu in prædium ad radices montis Oliveti positum.

℣. 38. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Ex viva apprehensione passionis & mortis.

℣. 39. *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste:* Lucæ 22. Christus sciebat conditionem non subsistere, sed voluit sic orare institutionis & consolationis nostræ causa: neque inefficax illud desiderium non moriendi, aut declaratio naturalis desiderii, pugnat cum efficaci voluntate moriendi. *Verumtamen non sicut ego volo,* desiderio naturali. *Sed sicut tu*, id volo voluntate rationali & deliberata, quæ semper est divinæ voluntati conformis, & naturalis desiderii voluntati perfecte dominatur. Unde nulla est inter utramque pugna; nec voluntas illa desiderii naturalis erat absoluta, sed tantum conditionalis. Naturæ ipsius sensum & carnis innoxiæ, ut a morte tam acerba immunis esset, Patri exponit: sed divinæ voluntati suam statim subjicit.

℣. 41. *Spiritus quidem promptus est.* Quamvis fitis prompto & alacri animo ad subeunda mortis pericula, caro tamen est imbecilla, ac proinde vobis necessarium est orationis præsidium.

℣. 45. *Dormite jam*, si potestis: nam statim erant excitandi. Per Ironiam dictum putant aliqui, jam sc. tempus est dormiendi, cum hostis imminet. Alii legunt per interrogationem: An dormitis?

℣. 46. *Surgite eamus.* Obviam nempe hostibus.

49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

50. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum.

51. Et ecce, unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum & percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam ejus.

52. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium
p Gen. 9. 6. tuum in locum suum. *p* Omnes enim, qui ac-
Apoc. 13. 10. ceperint gladium, gladio peribunt.

53. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum?

q Isa. 58. 10. 54. *q* Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

55. In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.

r Thr. 4. 20. 56. Hoc autem totum factum est, *r* ut adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, *s* relicto eo, fugerunt.

s Marc. 14. 50.

57. *t* At illi tenentes Jesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant.

t Luc. 22. 54. Joan. 18. 24.

58. Petrus autem sequebatur eum a longe, usque in atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, ut videret finem.

59. Principes autem sacerdotum, & omne concilium, quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent:

60. Et non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Novissime autem venerunt duo falsi testes,

u Joan. 2. 19. 61. Et dixerunt: Hic dixit: *u* Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.

62. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti adversum te testificantur?

63. Jesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei?

64. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Verumtamen dico vobis: *x* Amodo videbitis filium
x Sup. 16. 27. Rom. 14. 10. 1. Thess. 4. 15. hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

65. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam:

66. Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis.

y Isai. 50. 6. Marc. 14. 65. 67. *y* Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt,

49. Und alsbald tratt er zu JEsu, und sprach: Sey gegrüßt Rabbi. Und er küssete ihn.

50. JEsus aber sprach zu ihm: Freund, wozu bist du gekommen? Da tratten sie hinzu, und legten die Hände an JEsum, und griffen ihn.

51. Und siehe, einer von denen, welche mit JESU waren, streckte seine Hand aus, und zog sein Schwert aus, und schlug des Hohenpriesters Knecht, und hieb ihm ein Ohr ab.

52. Da sprach JEsus zu ihm: Stecke dein Schwert an seinen Ort. Denn alle, die das Schwert nehmen, die werden durch das Schwert umkommen.

53. Oder meynest du, daß ich meinen Vater nicht bitten könne, daß er mir jetzt mehr dann zwölf Legionen Engel zuschicke?

54. Wie würden dann die Schriften erfüllet werden, denn es muß also geschehen?

55. In derselbigen Stunde sprach JESUS zu den Schaaren: Ihr seyd gleichwie zu einem Mörder ausgegangen mit Schwertern und Stangen, mich zu greifen: bin ich doch täglich bey euch im Tempel gesessen, und habe gelehret, und ihr habt mich nicht ergriffen.

56. Aber das alles ist geschehen, damit die Schriften der Propheten erfüllet würden. Da verließen ihn alle seine Jünger, und flohen davon.

57. Aber sie griffen JEsum, und führeten ihn zu Caipha dem Hohenpriester, da sich die Schriftgelehrten und Aeltesten versammelt hatten.

58. Petrus aber folgete ihm nach von ferne, bis in des Hohenpriesters Hof. Und er gieng hinein, und setzte sich nieder mit den Dienern, damit er das Ende sehe.

59. Aber die Hohenpriester, samt dem ganzen Rath, suchten ein falsches Zeugniß wider JEsum, damit sie ihn zum Tode bringen möchten:

60. Und sie funden keine, wiewol viele falsche Zeugen herzutratten. Zum letzten aber kamen zween falsche Zeugen,

61. Und sprachen: Dieser hat gesagt: Ich kann den Tempel GOttes abbrechen, und denselben in dreyen Tagen wiederum aufbauen.

62. Da stund der Hohepriester auf, und sprach zu ihm: Antwortest du nicht auf die Dinge, so diese wider dich zeugen?

63. JEsus aber schwieg stille. Und der Hohepriester sprach zu ihm: Ich beschwöre dich bey dem lebendigen GOtt, daß du uns sagest, ob du Christus seyest, der Sohn GOttes?

64. JEsus sprach zu ihm: Du hast es gesagt. Aber ich sage euch: Ihr werdet von nun an des Menschen Sohn sitzen sehen zu der Rechten der Kraft GOttes, und kommen in den Wolken des Himmels.

65. Da zerriß der Hohepriester seine Kleider, und sprach: Er hat GOtt gelästert: was bedürfen wir weiter Zeugen? siehe, ihr habt die Gotteslästerung jetzt gehöret:

66. Was dünket euch? Sie aber antworteten, und sprachen: Er ist des Todes schuldig.

67. Da speyeten sie in sein Angesicht, und schlugen ihn mit Fäusten, etliche aber gaben ihm Backenstreiche ins Angesicht,

68. Und

℣. 49. *Ave Rabbi. Et osculatus est eum.* Ex usu Judæorum osculo se invicem salutabant. Lucæ 7. *Osculum mihi non dedisti.*

℣. 51. *Amputavit auriculam ejus.* Ictu aberrante.

℣. 52. *Omnes enim, qui acceperint gladium,* privata auctoritate, il mori debent, ex lege sancita Gen. 9. mortis rei sunt. Id fecit Petrus per modum defensionis, sed non expectato Domini responso, cujus forte silentium pro consensu accipiebat. Verba autem illa: *Omnes enim, qui acceperint gladium,* sic intelligenda sunt, ut Deo, aut hominibus dent pœnas, & sæpissime violenta morte pereant, qui privata auctoritate humanum fundunt sanguinem.

℣. 56. *Ut adimplerentur Scripturæ,* seu dispositiones Divini consilii in Scripturis expressæ.

℣. 57. *Duxerunt ad Caipham.* Prius ad Annam Caiphæ socerum duxerant, quem ille ad Caipham misit.

℣. 60. *Cum multi falsi testes accessissent.* Qui eo animo venerant, ut Christum perderent. Verba ejus immutabant, quodque de templo corporis sui dixerat, ad templum ipsum materiale prave detorquent. Joan. 2. *Solvite templum hoc,* i. e. si solveritis, *in tribus diebus excitabo illud;* quod utique objectum fuit imprimis Christo, ut exosus plebi fieret.

℣. 63. *Jesus autem tacebat.* Nam sciebat nihil profuturam responsionem. *Adjuro te:* Christus ob Patris reverentiam silentium abrumpit.

℣. 64. *Amodo videbitis filium hominis sedentem:* inchoate post meam mortem, perfecte in judicio singulorum particulari, complete in judicio extremo seu universali. *A dextris virtutis Dei,* ad dextram Dei omnipotentis.

℣. 67. *Tunc expuerunt in faciem ejus:* Gravissimum ignominæ genus, ex Numer. cap. 12. v. 14.

68. Und sprachen: Weissage uns Christe, wer ist es, der dich geschlagen hat?

69. Petrus aber saß draußen im Hof: und eine Magd tratt zu ihm, und sprach: Du warest auch bey JEsu, dem Galiläer.

70. Er aber läugnete es vor ihnen allen, und sprach: Ich weis nicht, was du sagest.

71. Als er aber zur Thür hinausgieng, sah ihn eine andere Magd, und sprach zu denen, so allda waren: Dieser war auch bey JEsu von Nazareth.

72. Und er läugnete es abermal, auch mit einem Eyd, und sprach: Ich kenne den Menschen nicht.

73. Und über ein wenig hernach tratten herzu, die da stunden, und sprachen zu Petro: Wahrlich, du bist auch einer von denen: denn auch deine Sprache machet dich offenbar.

74. Da fieng er an sich zu verfluchen, und zu schwören, daß er den Menschen nicht kenne. Und alsbald krähete der Hahn.

75. Da gedachte Petrus an das Wort JEsu, daß er gesagt hatte: Ehe der Hahn krähet, wirst du mich dreymal verläugnen. Und er gieng hinaus, und weinete bitterlich.

Das sieben und zwanzigste Capitel.

I. Christus wird dem Pilato vorgestellet: worüber sich Judas erhenket. 1. II. Wird von Pilato für unschuldig erkennet, jedoch Barabbä nachgesetzet, gegeisselt, mit Dörnern gekrönet, und verspottet. 11. III. Wird mit dem Kreuz zur Schädelstatt geführet, mit Essig und Galle getränket, getreuziget, und gelästert. 31. IV. Giebt nach dreystündiger Finsternis seinen Geist auf, worüber die Erde erzittert, ꝛc. der Hauptmann, und andere bekennen ihn als den wahren Sohn GOttes, 45. V. Sein Leichnam wird von Joseph begraben, und von den Hütern verwahrt. 57.

1. Da es aber Morgen worden war, hielten alle Hohenpriester und Aeltesten des Volks einen Rath wider JEsum, daß sie ihn zum Tode übergeben möchten.

2. Und sie führeten ihn gebunden hin, und übergaben ihn Pontio Pilato dem Landpfleger.

3. Da das Judas sah, der ihn verrathen hatte, daß er zum Tode verdammet wäre, reuete es ihn, und brachte die dreyßig Silberlinge den Hohenpriestern und Aeltesten wiederum,

4. Und sprach: Ich hab gesündiget, daß ich das unschuldige Blut verrathen habe. Sie aber sprachen: Was gehet uns das an? da siehe du zu.

5. Und er warf die Silberlinge in den Tempel, und machte sich davon: und er gieng hin, und erhenkte sich selbst mit einem Strick.

68. Dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit?

69. z Petrus vero sedebat foris in atrio: & z *Luc.22.55.* accessit ad eum una ancilla, dicens: Et tu *Joan.18.17.* cum Jesu Galilæo eras.

70. At ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio, quid dicis.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Jesu Nazareno.

72. Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem.

73. Et post pusillum accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.

74. Tunc cœpit detestari, & jurare, quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit.

75. Et recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat: Prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

CAPUT XXVII.

I. Christus Pilato traditur: Judas relatis argenteis, laqueo se suspendit. 1. II. Jesus coram Pilato accusatur, uxor Pilati dicit ipsum justum: ille tamen Barabbæ postponitur, flagellatur ac multipliciter illuditur. 11. III. Ducitur ad crucifigendum, felleo vino potatur, inter latrones crucifigitur, & blasphemiis afficitur. 31. IV. Suboriuntur tenebræ, & Jesus aceto potatus, cum clamore expirat, terra concutitur, centurio & alii compunguntur. 45. V. Corpus Jesu a Joseph sepultum, custoditur a militibus. 57.

1. Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent.

2. Et *a* vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. *a Marc.15.1. Luc.23.1. Joan.18.28.*

3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quod damnatus esset; pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus,

4. Dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

5. Et projectis argenteis in templo, recessit: *b* & abiens laqueo se suspendit. *b Act.1.18.*

℣. 69. *Petrus vero sedebat foris in atrio.* Joannes cap. 18. v. 25. ait eum stetisse: utrumque verum est: ad ignem, ut fit, modo stans, modo sedens, una cum servis & ministris.

℣. 70. *Nescio, quid dicis.* Non intelligo quid dicas: quæ fuit prima negatio. Ancilla ostiaria quæ illum introduxerat, ad lumen eum videns interrogavit obiter, & quasi aliud agens, ex Luca: *Numquid & tu ex discipulis es hominis istius?* Quod & postea confirmavit, ex Matthæo & Marco: *Et tu cum Jesu Galilæo eras.* Petrus se eum nosse negavit primo: tum exiit ex atrio, non e domo. Marcus, *ante aulam*, i. e. in atrii vestibulum; tumque gallus primum cantavit circa mediam noctem: nisi forte post secundam negationem, aut paulo ante gallus cantaverit: nam ex Marco, jam Petrus vestibulum domus ingressus fuerat.

℣. 71. *Vidit eum alia ancilla*, Et alius quidam, ex Luca: & ait ancilla circumstantibus: *Et hic erat cum Jesu Nazareno.* Quidam verbis ancillæ moti Petrum ad ignem reversum interrogaverunt: *Numquid tu ex discipulis ejus es?* ex Joanne, cum urgeretur Petrus.

℣. 73. *Et post pusillum dixerunt: Vere & tu ex illis es.* Alius affirmabat eum cum Jesu vere fuisse, Lucæ 22. 59. alii, qui itidem adstabant, id ipsum ex ejus loquela confirmabant, & cognatus Malchi imprimis, ut refert Joannes; is tamen ignorabat cæsum fuisse a Petro cognatum: id enim illi objecisset.

℣. 74. *Tunc cœpit detestari*, Gr. Mala imprecari, mendacio adjicens perjurium.

℣. 75. *Et recordatus est Petrus verbi Jesu:* Jesus respexit Petrum, cor ejus ad pœnitentiam movendo.

CAPUT XXVII.

℣. 1. *Consilium inierunt omnes principes sacerdotum.* Cum de crimine, cui judicium mortis erat addictum, agebatur: si ad legem Moysis id pertineret, de illo judicium ferre poterant; sed executioni illud mandare citra præsidis auctoritatem non licebat. Jam utique statuerant Christum occidere: sed mane facto, de mortis genere & modo deliberant; insuper aliquam juris formulam servare voluerunt, ne judicium illud de nocte factum, violentæ potius & tumultuosæ necis speciem, quam veri Judicii formam habere videretur. Unde mane in templum convenerunt, ubi Synedrion erat congregatum.

℣. 3. *Pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos.* Hic forte speraverat fore ut Jesus aliquo miraculo Sacerdotum consilium eluderet. *Pœnitentia ductus*, sed infructuosa, non salutari, vel ex eo maxime, quod esset spe veniæ & amore Dei destituta: nam ut pulchre S. Leo: *Nihil præter suum facinus cogitabat, habens timorem, non quo fides vera justificatur, sed quo conscientia iniqua torquetur.* Infidelis sæpe ex conscientiæ stimulo dolet, idque maxime, si hominem innocentem & de se optime meritum insigni injuria affecerit. Cum essent in templo congregati, argenteos projecit ante pedes ministrorum. Idque longe est probabilius factum fuisse ante mortem Christi: non enim ait Evangelista Judam vidisse, quod Christus esset mortuus, sed damnatus, scilicet in concilio Judæorum. Atque ex hoc Judæ facto colligitur, Synedrion, cui præerat Annas, in templo fuisse coactum.

℣. 4. *Tradens sanguinem justum.* i. Hominem innocentem.

℣. 5. *Et abiens* desperabundus *laqueo se suspendit.* Petrus Act. 1. id supplet, quod deest narrationi Matthæi, & hujus facti finem exprimit, cujus initium Matthæus enarravit.

6. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium ſanguinis eſt.

7. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum.

c Act. 1. 19. 8. Propter *c* hoc vocatus eſt ager ille, Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis, usque in hodiernum diem.

9. Tunc impletum eſt, quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Iſrael:

10. Et dederunt eos in agrum figuli, ſicut conſtituit mihi Dominus.

d Marc. 15. 2. Luc. 23. 3. Joan. 18. 33. II. 11. Jeſus autem ſtetit ante præſidem, *d* & interrogavit eum præſes, dicens: Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jeſus: Tu dicis.

12. Et cum accuſaretur a principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil reſpondit.

13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta adverſum te dicunt teſtimonia?

14. Et non reſpondit ei ad ullum verbum, ita, ut miraretur præſes vehementer.

15. Per diem autem ſolemnem conſueverat præſes populo dimittere unum vinctum, quem voluiſſent.

16. Habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas.

17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis, dimittam vobis: Barabbam, an Jeſum, qui dicitur Chriſtus?

18. Sciebat enim, quod per invidiam tradidiſſent eum.

19. Sedente autem illo pro tribunali, miſit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & juſto illi. Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum.

e Marc. 15. 11. Luc. 23. 18. Joan. 18. 40. Actor. 3. 14. 20. Principes *e* autem ſacerdotum, & ſeniores perſuaſerunt populis, ut peterent Barabbam, Jeſum vero perderent.

21. Reſpondens autem præſes, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jeſu, qui dicitur Chriſtus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præſes: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes: Crucifigatur.

24. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret: accepta

6. Aber die Hohenprieſter nahmen die Silberlinge, und ſprachen: Es geziemet ſich nicht, daß man ſie in den Gotteskaſten werfe, denn es iſt Blutgeld.

7. Sie fanden aber einen Rath, und kauften darum eines Hafners Acker, zur Begräbniß der Fremden.

8. Dahero iſt derſelbige Acker genennet worden Haceldama, das iſt, der Blutacker, bis auf den heutigen Tag.

9. Da iſt erfüllet worden, was durch den Propheten Jeremiam geſagt iſt, der da ſpricht: Und ſie haben dreyßig Silberlinge genommen, den Werth deſſen, der geſchätzet war, den ſie von den Kindern Iſrael erkauft haben:

10. Und haben ſie um eines Hafners Acker gegeben, wie mir der HErr befohlen hat.

II. 11. JEſus aber ſtund vor dem Landpfleger, und der Landpfleger fragte ihn, und ſprach: Biſt du der König der Juden? JEſus ſprach zu ihm: Du ſageſt es.

12. Und als er von den Hohenprieſtern und Aelteſten verklaget ward, antwortete er nichts.

13. Da ſprach Pilatus zu ihm: Höreſt du nicht, wie große Zeugniſſe ſie wider dich führen?

14. Und er antwortete ihm nicht ein einiges Wort, alſo, daß der Landpfleger ſich ſehr verwunderte.

15. Auf dem hohen Feſttag aber pflegte der Landpfleger dem Volk einen Gefangenen loßzugeben, welchen ſie wollten.

16. Er hatte aber damals einen ausbündigen Gefangenen, der Barabbas genennet war.

17. Da ſie nun beyſammen waren, ſprach Pilatus: Welchen wollet ihr, daß ich euch loßgeben ſoll: Barabbam, oder JEſum, der genennet wird Chriſtus?

18. Denn er wußte wohl, daß ſie ihn aus Neid übergeben hatten.

19. Als er aber auf dem Richtſtuhl ſaß, ſchickte ſein Weib zu ihm, und ließ ihm ſagen: Habe du nichts zu ſchaffen mit dieſem Gerechten. Denn ich habe heute viel im Traum gelitten von ſeinetwegen.

20. Aber die Hohenprieſter, und Aelteſten überredeten das Volk, daß ſie Barabbam loßbitten, und JEſum tödten ſollten.

21. Der Landpfleger aber antwortete, und ſprach zu ihnen: Welchen wollet ihr, daß man euch unter dieſen beeden loßgeben ſoll? Und ſie ſprachen: Barabbam.

22. Pilatus ſprach zu ihnen: Was ſoll ich dann mit JEſu machen, der genennet wird Chriſtus?

23. Sie ſprachen alle: Er ſoll gekreuziget werden. Der Landpfleger ſprach zu ihnen: Was hat er denn übels gethan? Sie aber riefen vielmehr, und ſprachen: Er ſoll gekreuziget werden.

24. Als aber Pilatus ſahe, daß er nichts ausrichtete, ſondern, daß ein viel größeres Getümmel war: nahm er Waſſer,

---

℣. 6. *Non licet eos mittere in corbonam:* Corban קָרְבָּן, Hebr. & Syr. donum ſacrum ſignificat: eaque vox ad gazophylacium, ubi ſacra dona erant repoſita, translata eſt.

℣. 7. *Emerunt ex illis agrum figuli.* Illud admodum veriſimile eſt, hoc factum fuiſſe poſt mortem Chriſti: ager autem ille exigui fuit pretii, quod exhauſtus eſſet & inutilis prorſus.

℣. 8. *Propter quod vocatus eſt, ager ille Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis.* Suſpicatur Mariana, hanc vocem ex Act. 1. inſertam fuiſſe narrationi Matthæi, cum deſit in exemplaribus Græcis & Syriacis: *Usque in hodiernum diem.* Perpetuo vocatus eſt, quaſi monimentum publicum iniquitatis.

℣. 9. *Tunc impletum eſt quod dictum eſt per Jeremiam Prophetam.* Plerique putant, *Jeremiæ* nomen loco *Zachariæ*, cujus hoc eſt vaticinium cap. 11. incuria exſcriptorum irrepſiſſe: alii nec Jeremiam, nec Zachariam ab Evangeliſta nominatum, ſed ut plerumque alias, ſcriptum eſſe *per Prophetam dicentem.* Sic legitur in textu Syriaco, & quidam codices olim ita habuerunt, ex Auguſt. L. 3. de conſenſu Evangeliſtarum cap. 7. Alii id prius dictum eſſe a Jeremia volunt. Sed pro Zacharia ſcribas poſuiſſe Jeremiam veriſimilius eſt, quod apud eum cap. 32. v. 9. fiat venditi agri mentio; cumque in translatione 70. vix ullum hujus teſtimonii veſtigium reperirent. *Quem appretiaverunt*, ſeu æſtimaverunt: *Sicut præcepit mihi Dominus*, ut figura eſſet ejus, quod aliquando futurum erat in paſſione Chriſti: adeo ut Zacharias hac in re fuerit typus Chriſti Domini, cujus pretium datum eſt figulo. Ac ſemper extiterunt codices, quibus nomen *Jeremiæ* deeſt, neque in Syriacis illud occurrit. Fieri etiam poteſt, ut compendiaria ſcriptione pro ζρίου, facta ſit ἱρίου lectio; aut quod videtur Sanctio, pars Prophetiæ extet apud Jeremiam, unde ſolum Jeremiam Matthæus citaverit, quod in aliis Evangeliſtis occurrit. Hujus vero Prophetiæ ſenſum magis quam verba reddidit Evangeliſta.

℣. 11. *Dicit illi Jeſus: Tu dicis.* Hebraismus. Vere dicis: ſed hoc ipſum interpretatur apud Joannem, *Regnum meum non eſt de hoc mundo.* Interrogationibus a Pilato idemtidem repetitis ſic Chriſtus ſuas aptavit responſiones, ut quæ vera erant, licet Judæis odioſa, fateretur; calumnias judicio præſidis relinqueret; quæ ad cauſam nihil pertinebant, ſilentio involveret.

℣. 14. *Ut miraretur præſes* — Chriſti generoſam patientiam.

℣. 16. *Habebat — vinctum inſignem*, & notum flagitiis.

℣. 17. *Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Jeſum?* ſceleratum, an innoxium.

℣. 19. *Hodie;* Somnium terroribus plenum Deus huic mulieri injecerat, non ut Jeſum a morte eximeret, ſed ut ejus innocentiam hoc teſtimonio comprobaret.

℣. 23. *Dicunt omnes: crucifigatur.* Quod ſupplicium erat Romanis uſitatum adverſus ſeditioſos.

℣. 24. *Innocens ſum a ſanguine.* i. a cæde. q. d. ego non occido illum, ſed vos.

Wasser, und wusch seine Hände vor dem Volke, und sprach: Ich bin unschuldig an dem Blute dieses Gerechten: Sehet ihr zu.

25. Da antwortete das ganze Volk, und sprach: Sein Blut komme über uns, und über unsere Kinder.

26. Da gab er ihnen Barabbam los: JEsum aber, nachdem er ihn geisseln lassen, überantwortete er ihnen, daß er gekreuziget würde.

27. Da nahmen die Kriegsknechte des Landpflegers JEsum zu sich in das Richthaus, und versammelten zu ihm die ganze Schaar:

28. Und sie zogen ihn aus, und legten ihm einen Purpurmantel an,

29. Und flochten eine Krone von Dörnern, und satzten sie auf sein Haupt, und gaben ihm ein Rohr in seine rechte Hand. Und sie bogen die Knie vor ihm, und verspotteten ihn, und sprachen: Sey gegrüßt du König der Juden.

30. Und sie speyeten auf ihn, und nahmen das Rohr, und schlugen sein Haupt damit.

III. 31. Und nachdem sie ihn verspottet hatten, nahmen sie ihm den Mantel ab, und thaten ihm seine Kleider an, und führeten ihn hin, daß sie ihn kreuzigten.

32. Indem sie aber hinausgiengen, fanden sie einen Menschen von Cyrene, mit Namen Simon: diesen zwangen sie, daß er sein Kreuz trüge.

33. Und sie kamen zu dem Ort, das Golgotha genennet wird, das ist Schädelstatt.

34. Und sie gaben ihm Wein zu trinken, der mit Galle vermischet war. Und als er denselben kostete, wollte er ihn nicht trinken.

35. Nachdem sie ihn aber gekreuziget hatten, theilten sie seine Kleider, und warfen das Loos darum: damit erfüllet würde, was gesagt ist durch den Propheten, der da spricht: Sie haben meine Kleider unter sich getheilet, und haben über mein Gewand das Loos geworfen.

36. Und sie saßen, und hatten acht auf ihn.

37. Und sie hefteten oben zu seinem Haupte die Ursache seines Todes, die also geschrieben war: Dieser ist JEsus, der Juden König.

38. Es wurden auch damals zween Mörder mit ihm gekreuziget: einer zur Rechten, und der andere zur Linken.

39. Die aber vorübergiengen, lästerten ihn, und schüttelten ihre Köpfe,

40. Und sprachen: Pfuy, der du den Tempel GOttes zerstöreſt, und denselbigen in dreyen Tagen wiederum aufbaueſt: Hilf dir selbst: bist du GOttes Sohn, so steige vom Kreuz herab.

41. Deßgleichen spotteten sein auch die Hohenpriester, samt den Schriftgelehrten, und Aeltesten, und sprachen:

42. Er hat andern geholfen, und kann ihm selbst nicht helfen. Ist er der König Israel, so steige er jetzt vom Kreuz herab, so wollen wir ihm glauben:

43. Er vertrauet auf GOtt: der erlöse ihn nun, wo er ein Wohlgefallen an ihm hat: denn er hat gesagt: Ich bin GOttes Sohn.

44. Eben dasselbige warfen ihm auch die Mörder lästerlich vor, welche mit ihm gekreuziget waren.

IV. 45. Aber von der sechsten Stunde an war eine Fin-

aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum a sanguine justi hujus: Vos videritis.

25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

26. Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis, ut crucifigeretur.

27. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, *f* congregaverunt ad eum universam cohortem: *f Marc.* 15. 16. *Psal.* 21. 17.

28. Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei,

29. Et *g* plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum illudebant ei, dicentes: Ave rex Judæorum. *g Joan.* 19. 2.

30. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.

III. 31. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent.

32. *h* Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt, ut tolleret crucem ejus. *h Marc.* 15. 21. *Luc.* 23. 26.

33. *i* Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus. *i Marc.* 15. 22.

34. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere. *Luc.* 23. 33. *Joan* 19 17.

35. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt *k* vestimenta ejus, sortem mittentes: ut impleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem: *l* Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. *k Marc.* 15. 24. *Luc* 23. 34. *Joan* 19. 23. *l Psal.* 21. 19.

36. Et sedentes servabant eum.

37. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: HIC EST JESUS REX JUDÆORUM.

38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus a dextris, & unus a sinistris.

39. Prætereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua,

40. Et dicentes: *m* Vah, qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: Salva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. *m Joan.* 2. 19.

41. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus dicebant:

42. Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. *n* Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei: *n Sup.* 2. 18.

43. Confidit *o* in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia Filius Dei sum. *o Psal.* 21. 9.

44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

IV. 45. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt

℣. 25. *Super nos.* Mors ejus vindicetur in nos, & filios nostros, si hic est innocens: quæ ultio est consecuta.

℣. 26. *Flagellatum*, more Romanorum.

℣. 27. *Universam cohortem.* Cohors erat pars decima legionis.

℣. 28. *Et exuentes eum*, omnibus vestibus. Sa. *Chlamydem*, Vestis erat regia & militaris, ut verisimillimum est, valde detrita.

℣. 32. *Invenerunt hominem*, Rusticum: vox Syriaca oppidum, aut villam significat.

℣. 34. *Vinum*, Myrrhatum, ait Marcus, nempe amarum valde, & forsan absynthio, imo & felle mistum: Gr. acetum forte, aut vinum evanidum myrrha dilutum.

℣. 35. *Postquam autem crucifixerunt eum.* Quatuor clavis ferreis affixerunt: non enim ligabant pedes & manus, sed figebant, suppedaneo subjecto. Plautus in Mostellaria actu 2. Ego dabo ei talentum primus, qui in crucem excurrerit, sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia. Cum hæc verba, *ut impleretur*, desint in plerisque MSS. Græcis, multi existimant ex Joannis cap. 19. ea esse desumpta. *Diviserunt sibi vestimenta ejus*; nudus adeo crucifixus est, & impleta est Prophetia Psalmi 21. & Isaiæ 53. *Et cum iniquis deputatus est.*

℣. 40. *Descende de cruce.* Non fecit, quod petebant, ut nos salvos faceret, & majus aliquid facturus erat e sepulchro surrecturus. Quin etiam si de cruce descendisset, non propterea credidissent, cum non crediderint resurgenti, & tot miraculis in cruce factis.

℣. 43. *Confidit in Deo, liberet nunc, si vult eum:* Gr. *Si diligit eum. Latrones*, sub initium fortasse, aut per syllepsim pluralis numerus pro singulari usurpatur.

℣. 45. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt.* In ipso meridie: *Super universam terram*, cujus rei meminit Pilegon Adriani libertus apud Eusebium. Item S. Dionys. etiam extra Judæam tenebras fuisse factas asserit.

sunt super universam terram, usque ad horam nonam.

46. Et circa horam nonam clamavit Jesus
p Psal. 21. 2. voce magna, dicens: *p* Eli, Eli, lamma sabacthani: hoc est: Deus meus! Deus meus! ut quid dereliquisti me?

47. Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.

48. Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.

49. Cæteri vero dicebant: Sine, videamus, an veniat Elias liberans eum.

50. JESUS autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

q 2. *Par.* 3. 14. 51. Et *q* ecce, velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt,

52. Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

53. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis.

54. Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere Filius Dei erat iste.

55. Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ secutæ erant Jesum a Galilæa, ministrantes ei:

56. Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Joseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

r Marc. 15. 42. *Luc.* 23. 50. *Joan.* 19. 38. V. 57. Cum *r* autem sero factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathæa, nomine Joseph, qui & ipse discipulus erat Jesu.

58. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit, reddi corpus.

59. Et accepto corpore, Joseph involvit illud in sindone munda,

60. Et posuit illud in munumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit.

61. Erat autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

62. Altera autem die, quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum,

63. Dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam.

64. Jube ergo, custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis: & erit novissimus error pejor priore.

stermiß über den ganzen Erdboden, bis zu der neunten Stunde.

46. Und um die neunte Stunde rief JEsus mit lauter Stimme, und sprach: Eli, Eli, lamma sabacthani: das ist: Mein GOtt! mein GOtt! warum hast du mich verlassen?

47. Etliche aber, welche daselbst stunden, und das höreten, sprachen: Dieser rufet dem Elia.

48. Und alsbald lief einer von ihnen, nahm einen Schwamm, und füllete ihn mit Essig, und heftete ihn an ein Rohr, und gab ihm zu trinken.

49. Die anderen aber sprachen: Halt, lasset uns sehen, ob Elias komme, und ihn errette.

50. JEsus rief abermal mit lauter Stimme, und gab den Geist auf.

51. Und siehe, der Vorhang des Tempels zerriß in zwey Stücke, von oben an, bis unten aus, und die Erde erbebete, und die Felsen zerrissen,

52. Und die Gräber wurden eröffnet: und viele Leiber der Heiligen, die da schliefen, stunden auf.

53. Und sie giengen aus den Gräbern, nach seiner Auferstehung, und kamen in die heilige Stadt, und erschienen vielen.

54. Der Hauptmann aber, samt denen, die bey ihm waren, und JEsum bewahreten, da sie das Erdbeben sahen, und was geschahe, fürchteten sie sich sehr, und sprachen: Dieser ist wahrhaftig GOttes Sohn gewesen.

55. Es waren aber daselbst viele Weiber, welche von ferne zusahen, die JEsu nachgefolget waren aus Galiläa, und hatten ihm gedienet:

56. Unter welchen war Maria Magdalena, und Maria Jacobi, und die Mutter Joseph, auch die Mutter der Kinder Zebedäi.

V. 57. Nachdem es nun war Abend worden, kam ein reicher Mann von Arimathäa, mit Namen Joseph, der auch selbst ein Jünger JEsu war.

58. Dieser tratt zu Pilato, und bath ihn um den Leib JEsu. Da befahl Pilatus, daß man ihm den Leib geben sollte.

59. Und Joseph nahm den Leib, und wickelte ihn in reine Leinwad,

60. Und legte ihn in sein eigenes neues Grab, daß er in einem Felsen ausgehauen hatte. Und er wälzete einen großen Stein vor die Thür des Grabes, und gieng hinweg.

61. Es war aber daselbst Maria Magdalena, und die andere Maria, die gegen dem Grabe über saßen.

62. Aber des andern Tages, der nach dem Rüsitag folgete, kamen die Hohenpriester und Pharisäer sämmtlich zu Pilato,

63. Und sprachen: Herr, wir haben uns erinnert, daß dieser Verführer sprach, da er noch im Leben war: Ich will nach dreyen Tagen wiederum auferstehen.

64. Derowegen befiehl, daß man das Grab verwahre, bis auf den dritten Tag: damit nicht etwan seine Jünger kommen, und ihn stehlen, und sagen hernach zum Volk: Er ist von den Todten auferstanden: und würde also der letzte Irthum ärger seyn, dann der erste.

65. Pila-

ỿ. 46. *Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna.* Voce magna: ut palam faceret se sua voluntate mori: *Eli, Eli, lamma sabacthani*, quod est initium Psalmi 21. ut omnes intelligerent Psalmum integrum ad se pertinere. Vulgari idiomate hæc verba Jesus protulit: quem nec milites, qui aderant, nec Judæi peregrini, seu Hellenistæ intelligebant. *Eli* אלי, *Lamma* למא, *Sebach* שבק, voces illæ erant Syriacæ, non Hebraicæ, quales sunt in Psalmo 21.

ỿ. 48. *Acceptam spongiam implevit aceto*, quam arundini imposuit, ut vitam ejus produceret, expectans an veniret Elias ad deponendum eum.

ỿ. 51. *Et terra mota est.* Toto orbe: ut de Bithynia testatur Phlegon apud Eusebium. *Et velum*, quod erat ante propitiatorium, magno argumento Judaicas cæremonias, & sacrificia cessasse, velamen legis sublatum, cœlum antea clausum per Christi mortem esse apertum.

ỿ. 52. *Et monumenta aperta sunt, & qui dormierant, surrexerunt*, cum Christo primogenito mortuorum. Non veterum Sanctorum, qui agniti non fuissent, sed eorum, qui in Christum crediderant, nec ita pridem mortui fuerant, quique post resurrectionem Christi multis apparuerunt. Erant apud Judæos sepulchra communia, quæ aperta sunt in morte Christi: post resurrectionem quidam ex iis, qui fideles erant, multis apparuerunt ingressi civitatem.

ỿ. 54. *Centurio*, seu præfectus Rom. militum.

ỿ. 56. *Inter quas erat Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Joseph mater.* Gr. Ἰωσῆ, Jose; *Mater filiorum Zebedæi*, quæ a Marco *Salome* appellatur: ut Maria mater Jacobi minoris, Maria Cleophæ.

ỿ. 57. *Venit quidam homo dives ab Arimathæa.* Aliqui putant esse Ramatha patriam Samuelis.

ỿ. 60. *Et posuit illud in monumento novo:* Quare in novo? Resp. Ambrosius scribens in Lucam: Ne alius suscitatus a perfidis diceretur. *Quod exciderat*, seu excidi curaverat.

ỿ. 63. *Recordati sumus* Joan. 2. *Solvite templum hoc.* Vel ex fama ab Apostolis sparsa: recordati sunt Judæi non fide, sed metu inducti. *Pejor priore*, Firmior ex resurrectionis persuasione.

65. Pilatus sprach zu ihnen: Da habt ihr die Hüter, gehet hin, und verwahret das Grab, wie ihr wisset.

66. Sie aber giengen hin, und verwahreten das Grab mit Hütern, und versiegelten den Stein.

Das acht und zwanzigste Capitel.

I. Magdalena mit andern Weibern besucht das Grab: der Engel wälzet den Stein vom Grabe, und verkündiget die Auferstehung Christi. 1. II. Christus erscheinet den Weibern, und befiehlt ihnen, seine Auferstehung den Jüngern zu verkündigen. 8. III. Die Hohenpriester bestechen die Hüter mit Geld, daß sie solten ausgeben, der Leichnam Christi wäre gestohlen worden. 11. IV. Christus erscheinet seinen Jüngern in Galiläa, und sendet sie aus, alle Völker zu lehren, und zu taufen. 16.

1. Am Ende aber des Sabbaths, der zu Morgen anbricht, an dem ersten Tage des Sabbaths *, kam Maria Magdalena, und die andere Maria, das Grab zu besehen.

* der Woche.

2. Und siehe, es geschah ein großes Erdbeben. Denn der Engel des HErrn stieg vom Himmel herab: und trat hinzu, und wälzete den Stein ab, und setzte sich darauf:

3. Aber seine Gestalt war wie der Blitz: und sein Kleid war wie der Schnee.

4. Die Hüter aber erschracken aus Furcht vor ihm, und wurden, als wenn sie todt wären.

5. Aber der Engel antwortete, und sprach zu den Weibern: Fürchtet euch nicht: denn ich weis, daß ihr JEsum suchet, der gekreuziget ist:

6. Er ist nicht hie: denn er ist auferstanden, wie er gesagt hat. Kommet, und sehet den Ort, da der HErr hingelegt war.

7. Und gehet eilends hin, und saget seinen Jüngern, daß er sey auferstanden: und siehe, er gehet vor euch her in Galiläam: daselbst werdet ihr ihn sehen. Siehe, ich habe es euch zuvorgesagt.

II. 8. Und sie giengen eilends vom Grabe hinweg, mit Furcht, und großer Freude, und liefen, seinen Jüngern solches zu verkündigen.

9. Und siehe, JEsus begegnete ihnen, und sprach:

65. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis.

66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.*

CAPUT XXVIII.

I. Facto terræ motu, exterritisque custodibus Angelus mulieribus narrat Christi resurrectionem. 1. II. Christus ipsis apparens jubet, ut discipulis nuntient, quod Dominum in Galilæa visuri sint. 8. III. Milites sepulchri custodes, pecunia corrupti, dicunt corpus Christi furto sublatum. 11. IV. Discipuli videntes in Galilæa Dominum, jubentur ire ad docendas & baptizandas omnes gentes. 16.

1. Vespere † autem sabbati, *a* quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, & altera Maria, videre sepulchrum.

† *SABBATO SANCTO*

a Marc. 16. 1. Joan. 20. 11.

2. Et ecce, terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo: & accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum:

3. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur: & vestimentum ejus sicut nix.

4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

5. Respondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quæritis:

6. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus.

7. Et cito euntes, dicite discipulis ejus, quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Ecce, prædixi vobis.*

II. 8. Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus.

9. Et ecce, Jesus occurrit illis dicens: Avete.

ỳ. 66. *Munierunt sepulchrum*, militari custodia, *signantes lapidem*, sigillo, immo & vinculis ferreis. Tirin.

CAPUT XXVIII.

ỳ. 1. *Vespere autem Sabbati.* Gr. Sero Sabbatorum, dies hebdomadæ, dies Sabbatorum dicuntur. Itaque sub finem hebdomadæ, vel *vespere*, i. e. de nocte, *quæ lucescit in prima Sabbati*, sub finem noctis. Gr. *illucescente*, nimirum die, *in primam Sabbatorum*, seu in primum hebdomadæ diem; vel illucescente diluculo in prima Sabbati. *Et altera Maria.* Ambros. L. 3. de virginitate, existimat eam fuisse Matrem Domini. Alii matrem Jacobi esse censent, ex Luca cap. 24. 10. Matthæus duas tantum commemorat, Marcus his addit Mariam Salome: Lucas hoc pietatis officium iis tribuit mulieribus, quæ a Galilæa secutæ erant Jesum. Habita ratione temporis, quo profectæ sunt, nulla est inter Evangelistas dissensio. Matthæus scribit, eas advenisse *nocte Sabbatorum*, ut dictum est, aut exacto die Sabbati; Joannes, *cum adhuc tenebræ essent*, quod de profectione earum est intelligendum: ex Luca & Marco profectæ sunt valde mane: Marcus addit eas advenisse *orto jam sole*, nempe jam de die.

ỳ. 2. *Et ecce, terræ motus factus est magnus*, factus fuerat. *Descendit.* Descenderat, ut veritatem resurrectionis demonstraret, & sanctis mulieribus aditum ad sepulchrum pararet. Nam Christus e sepulchro clauso, ex omnium SS. Patrum consensu resurrexit.

ỳ. 4. *Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes*, non Christo resurgente: neque enim congruum erat, ut impia illa militum turba Christum gloriose resurgentem primum videret: sed Angelo viso, & terræ motu sunt exterriti, quasi viso spectro.

ỳ. 5. *Respondens autem Angelus dixit mulieribus.* Quæ ex Marco ingressæ erant monumentum, seu anteriorem cryptam: nam duplici crypta sepulchrum constabat.

ỳ. 6. *Surrexit enim:* redivivus & immortalis. *Ubi positus erat Dominus.* i. Corpus Domini.

ỳ. 7. *Ecce prædixi vobis.* Marcus, *Sicut dixit vobis:* Matth. εἶπον, *dixi*, forte pro εἶπεν, *dixit*; non enim Angelus prædixerat. *Præcedit.* Mox præcessurus est.

ỳ. 8. *Et exierunt — cum timore*, ob admiranda, quæ viderant, *& gaudio magno*, ob læta quæ audierant. *Currentes nuntiare discipulis ejus.* A monumento redeuntibus. Voluit Dominus resurrectionem primum discipulis innotescere per mulieres, ut haberent causam dubitandi & explorandi antequam crederent, & per illorum dubitationem fides resurrectionis magis in nobis firmaretur: quæ autem viderint piæ mulieres, ad Apostolos referunt. Summa est, *Angelum descendisse*; duos esse visos Angelos scribunt Lucas & Joannes: sed Matthæus & Marcus illius tantum meminere, qui mulieres est allocutus. Et quidem ea est commoda rem omnem, ut gesta fuit, disponendi ratio, quam auctor Analyseos Gallicæ sic exponit: Cum mulieres ad sepulchrum venissent, & intrassent, neminem viderunt; nam Angelus, qui super lapidem sedebat, iis se manifestum non fecit. Ingressæ in monumentum, & non invento Christi corpore, quid agerent, incertæ prorsus erant. Maria Magdalene, relictis aliis ad sepulchrum, cucurrit ad Petrum & Joannem, ut legimus Joan. 20. alio translatum corpus existimabat. Tum exiit Petrus cum Joanne, & ambo venerunt ad monumentum, quos secuta est Maria: illi sudarium & linteamina separatim posita invenerunt, tum domum rediere relictis mulieribus. Maria longius in hortum progressa, si forte locum, ubi corpus Domini abscondissent, inveniret. Aliæ mulieres paulo post exeuntes, in priori spelunca, seu in vestibulo offenderunt Angelos. Maria postquam frustra quæsiisset corpus Christi, rediit ad monumentum, cum aliæ mulieres jussu Angelorum ad Apostolos nuntiatum ivissent, quæ ab Angelis acceperant. Cum Maria inclinata vidisset Angelos, existimavit hos esse homines eo missos, postquam ipsa egressa fuerat. Cum reverteretur, vidit Jesum, quem hortulanum esse credidit, cum aliæ mulieres essent adhuc in via.

ỳ. 9. *Et ecce, Jesus occurrit illis*, Maria interim superveniens, earum testimonio suum quoque adjecit. Sic omnia sibi constant: obscurior autem visa est rei gestæ historia, quod citius, quam par esset, Angelos mulieribus

te. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

III. 11. Quæ cum abiissent, ecce, quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant.

12. Et congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,

13. Dicentes: Dicite, quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus:

14. Et si hoc auditum fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.

15. At illi accepta pecunia, fecerunt, sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem.

IV. 16. † Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Jesus.

17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.

18. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: † Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra.

19. Euntes *b* ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:

20. Docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi.*

† *FER. 6. POST PASCH.*

† *IN FE-STO SS. TRIN.*

a Marc. 16. 15.

Seyd gegrüsset. Sie aber tratten hinzu, und ergriffen seine Füße, und betheten ihn an.

10. Da sprach JEsus zu ihnen: Fürchtet euch nicht. Gehet hin, und verkündiget es meinen Brüdern, daß sie hingehen in Galiläam, daselbst werden sie mich sehen.

III. 11. Da diese nun hingegangen waren, siehe, da kamen etliche von den Hütern in die Stadt, und verkündigten den Hohenpriestern alles, was sich zugetragen hatte.

12. Und sie kamen zusammen mit den Aeltesten, und, nachdem sie Rath gehalten, gaben sie den Kriegsknechten vieles Geld,

13. Und sprachen: Saget, daß seine Jünger bey der Nacht gekommen sind, und haben ihn gestohlen, indem wir schliefen:

14. Und wo dieses dem Landpfleger zu Ohren kommen wird, so wollen wir ihn wohl bereden, und schaffen, daß ihr sicher seyn sollet.

15. Sie aber nahmen das Geld, und thäten, wie sie angelehret waren. Und das Wort ist bey den Juden ruchtbar worden, bis auf den heutigen Tag.

IV. 16. Aber die eilf Jünger giengen hin in Galiläam, auf den Berg, dahin sie JESUS beschieden hatte.

17. Und als sie ihn sahen, betheten sie ihn an: etliche aber zweifelten.

18. Und JEsus tratt hinzu, redete mit ihnen, und sprach: Mir ist alle Gewalt gegeben, im Himmel, und auf Erden.

19. Darum gehet hin, und lehret alle Völker, und taufet sie im Namen des Vaters, und des Sohnes, und des heiligen Geistes:

20. Und lehret sie halten alles, was ich euch befohlen habe. Und siehe, ich bin bey euch alle die Tage, bis zum Ende der Welt.

---

ribus apparuisse, & Magdalenam semper cum iis fuisse plerique existimarint. Sed expectato reditu ejus ad sepulchrum, res suo quæque ordine rite disponuntur. Alii paulo aliter seriem ipsam narrationis pertexunt, consensus quidem Evangelistarum non minus est perspicuus ingressis mulieribus in sepulchri anterius cubiculum; Angelus specie juvenis apparuit, qui ita illas est affatus: *Nolite timere*, Matth. v. 5. & sequentibus: cum autem in sepulchrum ipsum introeuntes corpus Domini non invenirent, in ipso egressu duos viderunt Angelos lumine fulgentes, qui illas sic affati sunt, ut habemus Lucæ 24. 6. tum eæ metu & gaudio concussæ cito abierunt Jerosolymam, quæque viderant & audierant, Apostolis narravere. *Et visa sunt ante illos sicut deliramentum.* Lucæ 24. Ex cap. 20. 2. Joannis, Maria Magdalene venit ad Petrum & Joannem, tum ambo Apostoli cucurrerunt, eaque rursus ad monumentum rediit orto jam sole, ubi vidit duos Angelos sedentes in sepulchro, qui eam rogarunt cur fleret; tum ea e specu egressa Jesum vidit, quem hortulanum putabat. Unde Marcus cap. 16. ait, Jesum apparuisse primo Mariæ Magdalenæ, tum aliis mulieribus, vel prope sepulchrum, vel in via. *Dicens: avete.* Syriace pax vobis.

℣. 10. *Nuntiate fratribus meis.* Discipulos jam fratres vocat.

℣. 11. *Nunciaverunt — omnia*, de sublato sc. lapide, viso Angelo &c.

℣. 15. *Et divulgatum est verbum.* Mendacium.

℣. 16. *Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam* cum multis aliis. Ea videtur solemnis apparitio, in qua visus est plus quingentis fratribus. 1. Cor. 15. 6.

℣. 17. *Quidam autem dubitaverunt.* Vel est enallage, pluralis numerus pro singulari; vel alii ab Apostolis dubitaverunt.

℣. 18. *Data est mihi omnis potestas:* Super omnem Ecclesiam. *Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam*, Ephes. 1. 22. Data quidem illi est potestas, *& constitutus est rex super Sion montem sanctum ejus, in ipsa Incarnatione, cum Verbum caro factum est*; tum enim rex & sacerdos fuit constitutus. Sed executio utriusque potestatis in opportunum tempus dilata est. Atque hujus potestatis participes fecit Apostolos, & ejus successores, non regni temporalis, quod regnum Pilato dixit non esse de hoc mundo.

℣. 19. *Euntes ergo docete omnes gentes* &c. Apostolicas functiones his verbis complectitur; potestatem docendi non solum quæ ad fidem, sed etiam quæ ad mores pertinent.

℣. 20. *Omnia quæcunque mandavi vobis*, ut administrationem Sacramentorum, quorum primum & maxime necessarium est Baptismus. *In nomine Patris*, in virtute, efficacia, auctoritate, ut Marci 16. *In nomine meo ejicient dæmonia.* Gr. εἰς τὸ ὄνομα, in nomen Patris, adscribentes eorum numero: *Et incorporantes* eos, qui SS. Trinitatis fidem profitentur; idque invocato nomine Patris, &c. Quæ est forma Apostolis usitata. *Et ecce, ego vobiscum sum.* Adest in Ecclesia perpetua successio & promissio, qua se adfuturum Ecclesiæ ad finem usque mundi pollicetur. Quæ promissio Synagogæ numquam facta fuit. Promissio est absoluta, non ex conditione suspensa: hæc cum ad fidei integritatem, tum ad vitæ sanctitatem pertinet, cum utraque ad salutem sit necessaria.

Das heilige Evangelium JEſu Chriſti, nach der Beſchreibung Marci.

Das erſte Capitel.

I. Das Predigamt, und ſtrenge Leben Johannis des Täufers. 1. II. Chriſtus wird von Johanne getauft, und faſtet vierzig Tage, und Nächte, und wird verſucht. 9. III. Predigt, und beruft Petrum, Andream, Jacobum, und Johannem. 14. IV. Treibt einen Teufel aus. 23. V. Macht die Schwieger Petri, und viele andere Kranke geſund, und befreyet die Beſeſſenen. 29. Reiniget einen Ausſätzigen. 40.

Der Anfang des Evangeliums JEſu Chriſti, des Sohnes GOttes.

2. Wie geſchrieben ſtehet in dem Propheten Iſaia: Siehe, ich ſende meinen Engel vor deinem Angeſicht her, der deinen Weg vor dir bereiten wird.

3. Eine Stimme des Rufenden in der Wüſte: Bereitet den Weg des HErrn, machet ſeine Fußſteige richtig.

4. Johannes taufte in der Wüſte, und predigte die Taufe der Buße, zur Vergebung der Sünden.

5. Und das ganze Jüdiſche Land gieng zu ihm hinaus, ſammt allen, die zu Jeruſalem wohneten, und ließen ſich im Fluß Jordan von ihm taufen, und bekenneten ihre Sünden.

6. Und Johannes war bekleidet mit Cameelhaaren, und hatte einen Gürtel von einem Fell um ſeine Lenden, und aß Heuſchrecken, und wild Honig. Und er predigte, und ſprach:

7. Es kömmt einer nach mir, der ſtärker iſt, dann ich: und ich bin nicht werth, daß ich mich niederbücke, und ſeine Schuhriemen auflöſe.

8. Ich habe euch mit Waſſer getaufet, er aber wird euch mit dem heiligen Geiſt taufen.

II. 9. Und es begab ſich, daß JEſus in denſelbigen Tagen von Nazareth aus Galiläa kam, und von Johanne im Jordan getaufet ward.

10. Und er kam alsbald aus dem Waſſer herauf, und ſah die Himmel offen, und den Geiſt, wie eine Taube, herabkommen, und auf ihm bleiben.

11. Und es geſchah eine Stimme vom Himmel: Du biſt mein geliebter Sohn, an dir habe ich ein Wohlgefallen.

12. Und der Geiſt trieb ihn alsbald hinaus in die Wüſte.

13. Und er war in der Wüſte vierzig Tage, und vierzig Nächte, und ward vom Satan verſucht: und er war bey den wilden Thieren, und die Engel dieneten ihm.

III. 14. Nachdem aber Johannes überantwortet war, kam JEſus in Galiläam, und predigte das Evangelium des Reichs GOttes,

15. Und ſprach: Die Zeit iſt erfüllet, und das Reich GOttes iſt nahe herbeykommen: thut Buße, und glaubet dem Evangelio.

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM secundum Marcum.

CAPUT I.

I. Joannes in auſteritate vitæ prædicat, ac baptizat aqua. 1. *II. Chriſtus a Joanne baptizatus, poſt jejunium quadraginta dierum a ſatana tentatur.* 9. *III. Joanne tradito, prædicat in Galilæa, & diſcipulos vocat.* 14. *IV. Damonium pellit.* 23. *V. Curat ſocrum Simonis, dæmoniacos, aliosque male habentes.* 29. *Denique leproſum.* 40.

Initium Evangelii JESU Chriſti, Filii Dei.

2. Sicut ſcriptum eſt in Iſaia Prophe-
ta: *a* Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. *a Mal.* 3. 1.

3. Vox *b* clamantis in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus. *b Iſa.* 40. 3. *Matth.* 3 3. *Luc* 3. 4. *Joan* 1. 23.

4. Fuit † Joannes in deſerto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. † *Ann. M.* 4032.

5. Et *c* egrediebatur ad eum omnis Judææ regio, & Jeroſolymitæ univerſi, & baptizabantur ab illo in Jordanis flumine, confitentes peccata ſua. *Ære vulg.* 28. *c Matth.* 3. 5.

6. Et *d* erat Joannes veſtitus pilis camelli, & zona pellicea circa lumbos ejus, *e* & locuſtas, & mel ſilveſtre edebat. Et prædicabat, dicens: *d Matth.* 3. 4. *e Lev.* 11. 22.

7. Venit *f* fortior me poſt me: cujus non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum ejus. *f Matth.* 3. 11. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 27.

8. Ego *g* baptizavi vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu ſancto. *g Act.* 1. 5. & 2. 4. &

II. 9. Et factum eſt, in diebus illis venit Jeſus a Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt a Joanne in Jordane. 11. 10. & 19. 4.

10. Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit cœlos apertos, *h* & Spiritum tamquam columbam deſcendentem, & manentem in ipſo. *h Luc.* 3. 22. *Joan* 1. 32.

11. Et vox facta eſt de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.

12. Et *i* ſtatim ſpiritus expulit eum in deſertum. *i Matth.* 4. 1. *Luc.* 4. 1.

13. Et erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur a ſatana: eratque cum beſtiis, & Angeli miniſtrabant illi.

III. 14. Poſtquam *k* autem traditus eſt Joannes, venit Jeſus in Galilæam, prædicans Evangelium regni Dei, *k Matth.* 4. 12. *Luc.* 4. 14. *Joan.* 4 43.

15. Et dicens: Quoniam impletum eſt tempus, & appropinquavit regnum Dei: pœnitemini, & credite Evangelio.

16. Et

CAPUT I.

℣. 1. *Initium Evangelii Jeſu Chriſti, Filii Dei.* Hic titulus Libri videtur eſſe, cujus hæc eſt ſententia: Hoc Evangelium, ſeu Evangelica prædicatio incipit ab eo ipſo, quod ſcriptum eſt in Iſaia Propheta; vel prædicatio Evangelica hoc habuit principium, quod Prophetæ Iſaias nimirum & Malachias habiturum eſſe prædixerant. Nam, quæ referuntur verba, in Iſaia & in Malachia occurrunt. Unde Græci codices habent: In Prophetis. Pars prior eſt Malachiæ: *Ego mitto Angelum meum*, &c. Pars poſterior Iſaiæ, quem ſolum codices Latini nominant, quod vis probationis præcipue his verbis contineatur: *Vox clamantis in deſerto*, quæ ex cap. 40. Iſaiæ deſumuntur. Suſpicatur Mariana has voces *in Prophetis*, & *in Iſaia* ex margine tranſiiſſe in contextum, quod codex Gothicus & vetus, quo utebatur, hoc tantum habeat, *Sicut ſcriptum eſt*. Sed utriusque Prophetæ teſtimonium cum idem ſit, potuit illi Prophetæ attribui, qui antiquior eſt tempore, Iſaiæ nimirum.

℣. 2. *Ecce, ego mitto.* i. mittam.

℣. 4. *Et prædicans baptismum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Ut peccatorum remiſſionem conſequerentur per Chriſtum, per Baptismum cum pœnitentia conjunctum, nimirum una cum peccatorum confeſſione, & actionibus exterioribus pœnitentiæ.

℣. 12. *Et ſtatim ſpiritus expulit eum.* Non vim, ſed efficaciam Spiritus, quo agebatur, deſignat.

℣. 15. *Quoniam impletum eſt tempus:* a Prophetis prædictum, tempus nimirum adventus Meſſiæ. Gen. 49. v. 10. Dan. 9. v. 25.

l Matth. 4. 18. Luc. 5. 2.

16. Et *l* prætereiens secus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream, fratrem ejus, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores,)

17. Et dixit eis Jesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

18. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum.

19. Et progressus inde pusillum, vidit Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus, & ipsos componentes retia in navi:

20. Et statim vocavit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in navi cum mercenariis, secuti sunt eum.

m Matth. 4. 13. Luc. 4. 31.

21. Et *m* ingrediuntur Capharnaum: & statim Sabbatis ingressus in Synagogam, docebat eos.

n Matth. 7. 28. Luc. 4. 32.

22. Et *n* stupebant super doctrina ejus: erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ.

o Luc. 4. 33.

IV. 23. Et *o* erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamavit,

24. Dicens: Quid nobis, & tibi Jesu Nazarene: venisti perdere nos? scio, qui sis, Sanctus Dei.

25. Et comminatus est ei Jesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine.

26. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.

27. Et mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc nova? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.

28. Et processit rumor ejus statim in omnem regionem Galilææ.

p Matth. 8. 14. Luc. 4. 38.

V. 29. Et *p* protinus egredientes de Synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Jacobo, & Joanne.

30. Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa.

31. Et accedens elevavit eam, apprehensa manu ejus: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis.

32. Vespere autem facto, cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes.

33. Et erat omnis civitas congregata ad januam.

q Luc. 4. 41.

34. Et curavit multos, qui vexabantur variis languoribus, *q* & dæmonia multa ejiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

35. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum, ibique orabat.

36. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant.

37. Et cum invenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te.

38. Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & civitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

39. Et erat prædicans in Synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia ejiciens.

r Matth. 8. 2. Luc. 5. 12.

40. Et *r* venit ad eum leprosus deprecans eum: & genu flexo dixit ei: Si vis, potes me mundare.

41. Jesus autem misertus ejus, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare.

16. Und als er am Galiläischen Meer vorübergieng, sah er Simonem, und Andream, seinen Bruder, daß sie ihre Netze ins Meer warfen, (denn sie waren Fischer,)

17. Und JEsus sprach zu ihnen: Folget mir nach, so will ich euch zu Menschenfischer machen.

18. Und alsbald verließen sie ihre Netze, und folgeten ihm nach.

19. Und er gieng von dannen ein wenig fort, und sahe Jacobum Zebedäi, und Johannem, seinen Bruder, welche auch die Netze im Schiffe zusammen richteten:

20. Und alsbald rief er ihnen. Und sie verließen ihren Vater Zebedäum im Schiff, mit den Taglöhnern, und folgeten ihm nach.

21. Und sie giengen zu Capharnaum hinein: und er gieng alsbald am Sabbath in die Synagoge, und lehrete sie.

22. Und sie entsatzten sich über seine Lehre: denn er lehrete sie, als einer, der Gewalt hatte, und nicht, wie die Schriftgelehrten.

IV. 23. Und es war ein Mensch in ihrer Synagoge, der hatte einen unreinen Geist: und er rief laut,

24. Und sprach: Was haben wir mit dir zu schaffen, JEsu von Nazareth: bist du gekommen, uns zu verderben? ich weis, wer du bist, der Heilige GOttes.

25. Und JEsus bedrohete ihn, und sprach: Verstumme, und fahre aus von dem Menschen.

26. Und der unreine Geist zerriß ihn, und rief mit lauter Stimme, und fuhr von ihm aus.

27. Und sie verwunderten sich alle, dergestalt, daß sie sich untereinander befragten, und sprachen: Was ist das? und was ist dieses für eine neue Lehre? daß er mit Gewalt auch den unreinen Geistern gebiethet, und sie sind ihm gehorsam.

28. Und das Gerücht von ihm gieng zur Stunde aus in das ganze Galiläische Land.

V. 29. So bald sie aus der Synagoge giengen, kamen sie in das Haus Simonis und Andreä, mit Jacobo und Johanne.

30. Aber die Schwieger Simonis lag zu Bette, und hatte das Fieber: und alsbald sagten sie ihm von ihr.

31. Und er trat hinzu, richtete sie auf, und hielt sie bey der Hand: und zur Stunde verließ sie das Fieber, und sie dienete ihnen.

32. Da es nun Abend worden, und die Sonne untergegangen war, brachten sie zu ihm alle, die mit Krankheiten behaft, und die von bösen Geistern besessen waren.

33. Und die ganze Stadt war an der Thür versammelt.

34. Und er machte viele gesund, welche mit allerley Schwachheiten geplaget waren, auch trieb er viele Teufel aus, und ließ sie nicht reden, denn sie kenneten ihn.

35. Und er stund des Morgens sehr früh auf, gieng hinaus, und kam an ein wüstes Ort, und bethete daselbst.

36. Und Simon eilete ihm nach, samt denen, die bey ihm waren.

37. Und als sie ihn fanden, sprachen sie zu ihm: Sie suchen dich alle miteinander.

38. Und er sprach zu ihnen: Lasset uns in die nächstgelegene Flecken, und Städte gehen, auf daß ich daselbst auch predige: denn dazu bin ich gekommen.

39. Und er predigte in ihren Synagogen, und im ganzen Lande Galiläa, und trieb die Teufel aus.

40. Und es kam ein Aussätziger zu ihm, der bath ihn: und fiel auf seine Knye, und sprach zu ihm: Wenn du willst, kanst du mich reinigen.

41. JEsus aber erbarmete sich über ihn, und streckte seine Hand aus: rührete ihn an, und sprach zu ihm: Ich will; Sey gereiniget.

42. Und

V. 22. *Erat enim docens eos, quasi potestatem habens*, In docendi modo, & auctoritate cum miraculis conjuncta.

V. 23. *Homo in spiritu immundo*; qui ad libidines & spurcitias incitabat.

V. 24. *Scio, qui sis.* Vehementer suspicabatur eum filium Dei esse. Gr. *Ille sanctus.*

V. 25. *Obmutesce.* Nolebat se mendacis dæmonis testimonio approbari.

V. 26. *Exclamans voce magna*, sed nihil significante. Sa.

V. 32. *Cum occidisset sol*; & Sabbatum transiisset, ut jam eo tempore liceret operari.

V. 34. *Et curavit multos.* Matth. 8. 16. Gr. *Omnes*, qui sese offerebant. *Et non sinebat ea loqui.* sc. Non decebat Christum a dæmonibus prædicari.

42. Und als er das gesagt hatte, gieng alsbald der Aussatz von ihm, und er war gereiniget.

43. Und er bedrohete ihn, und trieb ihn alsbald von sich,

44. Und sprach zu ihm: Siehe zu, daß du es niemand sagest: sondern gehe hin, und zeige dich dem obersten Priester, und opfere für deine Reinigung, was Moyses befohlen hat, ihnen zum Zeugniß.

45. Da er aber hinauskam, fieng er an zu rühmen, und die Rede ruchtbar zu machen, also, daß er *nun nicht mehr öffentlich in die Stadt gehen mochte, sondern draussen war an wüsten Oertern: und sie kamen zu ihm von allen Seiten.

*JEsus.

Das zweyte Capitel.

I. JEsus gehet nach Capharnaum, und heilet einen Gichtbrüchigen an Leib und Seele. 1. II. Beruft Matthäum vom Zoll zum Apostelamt. 14. Isset mit den Sündern, 16. und vertheidiget seine Jünger wider die Pharisäer, daß sie nicht fasten, 18. III. und daß sie am Sabbath Aehren ausrupfen. 23.

1. Und nach etlichen Tagen gieng er abermal zu Capharnaum hinein,

2. Und es war ruchtbar, daß er im Hause war, und es kamen ihrer viele zusammen, also, daß sie auch draussen an der Thür keinen Raum hatten, und er predigte ihnen das Wort.

3. Und sie kamen zu ihm, und brachten einen Gichtbrüchigen, der von vieren getragen ward.

4. Und dieweil sie ihn nicht zu ihm bringen konnten, um des Volks willen, entdeckten sie das Dach, da er war: und machten es auf, und ließen das Bett hinab, darauf der Gichtbrüchige lag.

5. Als aber JEsus ihren Glauben sah, sprach er zu dem Gichtbrüchigen: Mein Sohn, dir werden deine Sünden vergeben.

6. Es saßen aber daselbst etliche von den Schriftgelehrten, und gedachten in ihrem Herzen:

7. Wie redet dieser also? er lästert GOtt. Wer kann die Sünden vergeben, außer GOtt allein?

8. Dieses erkannte alsbald JEsus durch seinen Geist, daß sie also bey sich selbst gedachten, und sprach zu ihnen: Warum gedenket ihr solches in euren Herzen?

9. Was ist leichter, dem Gichtbrüchigen sagen: Dir werden deine Sünden vergeben; oder sagen: Stehe auf, nimm dein Bett, und wandele?

10. Damit ihr aber wisset, daß des Menschen Sohn Macht habe, die Sünden auf Erden zu vergeben, sprach er zu dem Gichtbrüchigen:

11. Ich sage dir: Stehe auf, nimm dein Bett, und gehe in dein Haus.

12. Und alsbald stund er auf, und nahm sein Bett, und gieng hin vor ihnen allen, also, daß sie sich alle verwunderten, und preiseten GOtt, und sprachen: Wir haben deßgleichen niemal gesehen.

II. 13. Und er gieng abermal hinaus an das Meer: und die ganze Schaar kam zu ihm, und er lehrete sie.

14. Und als er vorübergieng, sahe er Levi, den Sohn Alphäi, am Zoll sitzen, und sprach zu ihm: Folge mir nach. Und er stund auf, und folgete ihm nach.

15. Und es begab sich, da er in seinem Haus zu Tische saß, satzten sich viele Publicanen und Sünder mit JEsu, und mit seinen Jüngern zu Tische: denn ihrer waren viele, die ihm nachfolgeten.

42. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.

43. Et comminatus est ei, statimque ejecit illum,

44. Et dicit ei: Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, *s* quæ præcepit Moyses in testimonium illis. *s Lev. 14. 2.*

45. At ille egressus cœpit prædicare, & dissamare sermonem, ita ut jam non posset manifeste introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset: & conveniebant ad eum undique.

CAPUT II.

I. Paralytico remittit peccata, & jubens ferre grabatum, sanat eum. 1. II. Levi vocat, 14. & discumbens cum publicanis, rationem dicit, quare cum peccatoribus conversetur. 16. & cur ipsius discipuli non jejunent. 18. III. Eosdem spicas sabbato vellentes excusat. 23.

1. Et iterum intravit Capharnaum post *a* dies, *a Matth. 9. 1.*

2. Et auditum est quod in domo esset, & convenerunt multi, ita ut non caperet neque ad januam, & loquebatur eis verbum.

3. Et *b* venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. *b Luc. 5. 18.*

4. Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudaverunt tectum, ubi erat: & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus jacebat.

5. Cum autem vidisset Jesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

6. Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis:

7. Quid hic sic loquitur? blasphemat. *c* Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? *c Joh. 14. 4. Isa. 43. 25.*

8. Quo statim cognito Jesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

9. Quid est facilius dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata; an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

10. Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico:

11. Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

12. Et statim surrexit ille: &, sublato grabato, abiit coram omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia numquam sic vidimus.

II. 13. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

14. Et cum præteriret, vidit Levi Alphæi sedentem *d* ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. *d Matth. 9. 9. Luc. 5. 27.*

15. Et factum est, cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Jesu, & discipulis ejus: erant enim multi, qui & sequebantur eum.

℣. 44. *Ostende te Principi*, Gr. *Sacerdoti:* nam jus illud erat cujuslibet Sacerdotis. *Nemini dixeris.* Hæc verba non sunt prohibentis, sed ad instructionem nostram dicta, ne quæramus humanam gloriam.

℣. 45. *Diffamare*, est *publicare.*

CAPUT II.

℣. 2. *Ita ut non caperet neque ad januam*, Gr. *Nec quæ ad januam*, loca caperent eos, qui aderant.

℣. 4. *Nudaverunt.* Gr. *Detexerunt.*

℣. 8. *Quo statim cognito Jesus spiritu suo*, Spiritu Sancto, aut suo, non alieno: nemo enim id illi renuntiare potuit quod cogitabant. Quod magnum erat divinitatis argumentum, aliorum cogitationes spiritu suo cognoscere.

℣. 9. *Quid est facilius dicere paralytico* &c. Ut autem sciatis me id posse facere, ac dimittere ejus peccata, mox id effectum dabo, idque signo manifesto. Loquitur secundum eorum opinionem. Aperte demonstrari non poterat dimissa esse peccata; sed dicendo, *Surge & ambula*, adeo ut dictum res sequeretur, difficilius iis videbatur: cum tamen sanare ægrotum facilius esset, quam peccata dimittere.

℣. 14. *Vidit Levi Alphæi sedentem*, Matthæum filium Alphæi. Hoc nomine Marcus & Lucas Matthæum designant. *Ad telonium*, i. ad mensam, seu locum, in quo vectigal colligebatur.

16. Et Scribæ, & Pharisæi videntes, quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat & bibit Magister vester?

e 1. *Tim.* 1. 15. 17. Hoc *e* audito Jesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent: non enim veni vocare justos, sed peccatores.

18. Et erant discipuli Joannis, & Pharisæi jejunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Joannis, & Pharisæorum jejunant, tui autem discipuli non jejunant?

19. Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu sponsus cum illis est, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare.

f *Matth.* 9. 15. *Luc.* 5. 35. 20. Venient *f* autem dies, cum auferetur ab eis sponsus: & tunc jejunabunt in illis diebus.

21. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum novum a veteri, & major scissura fit.

22. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin dirumpet vinum utres, & vinum effundetur, & utres peribunt: sed vinum novum in utres novos mitti debet.

g *Matth.* 12. *Luc.* 6. 1. III. 23. Et *g* factum est iterum, cum Dominus Sabbatis ambularet per sata, & discipuli ejus cœperunt progredi, & vellere spicas.

24. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt Sabbatis, quod non licet?

h 1. *Reg.* 21. 6. 25. Et ait illis: *h* Numquam legistis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, & esuriit ipse, & qui cum eo erant?

26. Quomodo introivit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducavit, quos non licebat manducare *i* *Levit.* 24. 9. *i*, nisi sacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant?

27. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter Sabbatum.

28. Itaque Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati.

CAPUT III.

I. Christus manum aridam curat. 1. *II. Pharisæorum cedens machinationi secedit, turbis ad ipsum confluentibus, infirmos sanat.* 6. *III. Duodecim a se electos mittit ad prædicandum, data ipsis potestate super infirmitates ac dæmonia.* 13. *IV. Scribas blasphemantes refutat, dicens blasphemiam in Spiritum Sanctum irremissibilem.* 22. *V. Declarat, quæ sit mater, & fratres ejus.* 32.

a *Matth.* 12. 10. *Luc.* 6. 6. 1. Et introivit *a* iterum in Synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

2. Et observabant eum, si Sabbatis curaret, ut accusarent illum.

3. Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.

4. Et dicit eis: Licet Sabbatis benefacere,

16. Da nun die Schriftgelehrten und Pharisäer sahen, daß er mit den Publicanen und Sündern aß, sprachen sie zu seinen Jüngern: Warum isset und trinket euer Meister mit den Publicanen, und Sündern?

17. Als JEsus das hörete, sprach er zu ihnen: Die Gesunden bedürfen keines Arztes, sondern die Kranken: denn ich bin nicht gekommen, die Gerechten zu berufen, sondern die Sünder.

18. Weil die Jünger Johannis, wie auch die Pharisäer fasteten: so kamen sie, und sprachen zu ihm: Warum fasten die Jünger Johannis, und der Pharisäer, aber deine Jünger fasten nicht?

19. Und JEsus sprach zu ihnen: Können die Kinder der Hochzeit wohl fasten, so lange der Bräutigam bey ihnen ist? Die Zeit über, daß sie den Bräutigam bey sich haben, können sie nicht fasten.

20. Es werden aber die Tage kommen, daß der Bräutigam wird von ihnen genommen werden, alsdann werden sie fasten in denselbigen Tagen.

21. Niemand setzet einen Fleck von neuem Tuch an ein altes Kleid: denn er reisset doch den neuen Fleck vom alten, und der Riß wird größer.

22. Niemand fasset auch den neuen Wein in alte Schläuche: sonst zerreisset der Wein die Schläuche, so wird der Wein verschüttet, und die Schläuche verderben: sondern man soll neuen Wein in neue Schläuche fassen.

III. 23. Und es begab sich, da der HErr abermal am Sabbath durch besäete Aecker gieng, daß seine Jünger anfiengen im Fortgehen die Aehren auszurupfen.

24. Die Pharisäer aber sprachen zu ihm: Siehe, warum thun sie am Sabbath, das nicht zulässig ist?

25. Und er sprach zu ihnen: Habt ihr niemal gelesen, was David that, da er es vonnöthen hatte, und ihn hungerte, samt denen, die bey ihm waren?

26. Wie er unter dem Hohenpriester Abiathar in das Haus GOttes gieng, und aß die Schaubrode, welche zu essen niemand gezieint, dann nur den Priestern, und wie er auch denen davon gab, die bey ihm waren?

27. Und er sprach zu ihnen: Der Sabbath ist um des Menschen willen gemacht, und nicht der Mensch um des Sabbaths willen.

28. Derowegen ist des Menschen Sohn auch ein HErr über den Sabbath.

Das dritte Capitel.

I. JEsus heilet am Sabbath eine verdorrete Hand. 1. II. Entweichet dem bösen Rath der Pharisäer, und macht viele Kranke und Besessene gesund. 6. III. Erwählet zwölf Apostel, und sendet sie aus zu predigen, und gesund zu machen. 13. IV. Widerlegt die Pharisäer, daß er die Teufel nicht durch Beelzebub austreibe. 22. V. Erkläret, daß seine Mutter, Brüder, und Schwestern seyen, so den Willen seines Vaters vollbringen. 32.

1. Und er gieng abermal in die Schule: und es war allda ein Mensch, der hatte eine verdorrete Hand.

2. Und sie gaben acht auf ihn, ob er ihn auch am Sabbath gesund machte, damit sie ihn anklagen möchten.

3. Und er sprach zu dem Menschen, der die verdorrete Hand hatte: Tritt hervor.

4. Und er sprach zu ihnen: Mag man am Sabbath Gutes,

℣. 17. *Non enim veni vocare justos.* Justos vocat, qui se justos putabant. *Sed peccatores*, qui remedium quærebant, & animæ salutem. Gr. additur, *ad pœnitentiam.*

℣. 18. *Tui autem discipuli non jejunant.* Sermo est de iis, quæ præscriptis a Moyse jejuniis addebant discipuli Joannis, & Pharisæi.

℣. 19. *Numquid possunt filii nuptiarum;* qui nuptiis intersunt. Qua quidem parabola Christus se sponsum esse a Joanne designatum insinuat.

℣. 21. *Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri.* His quidem centonis & vini novi similitudinibus insinuat, rudibus & imperfectis severum vivendi genus præcipi non oportere, aut certe moribus novis & Evangelio non bene convenire veteris legis instituta. *Alioqui aufert supplementum.* Pars novi panni aufert aliquid de veteri. *Et major scissura fit.* Gr. pejor.

℣. 22. *Nemo — vinum novum.* Seu mustum.

℣. 23. *Et factum est iterum.* Ea vox additur propter calumniam e spicis evulsis captatam.

℣. 26. *Quomodo introivit in domum Dei sub Abjathar principe sacerdotum.* L. 2. Reg. 8. & 1. Paral. 18. Pater filii nomine vocatur, & vicissim, quod hæc nomina utrisque fuerint communia: aut certe Achimelech dedit panes Davidi, 1. Reg. 21. quia cum patre summus sacerdos erat Abjathar.

℣. 27. *Sabbatum propter hominem factum est.* Institutum fuit Sabbatum, ut bene sit homini, ut quiescat, & vacet cultui Dei, non ut pereat.

℣. 28. *Itaque*, i. denique.

CAPUT III.

℣. 2. *Observabant eum.* Pharisæi sc.

℣. 4. *Licet Sabbatis benefacere.* Gr. Prodesse, beneficium conferre, homini ægroto, aut debili subvenire.

Gutes, oder Böſes thun? eine Seele erhalten, oder verderben? Sie aber ſchwiegen ſtill.

5. Und er ſah ſie umher an mit Zorn, und bekümmerte ſich über die Blindheit ihres Herzens, und ſprach zu dem Menſchen: Strecke deine Hand aus. Und er ſtreckte ſie aus, und die Hand ward ihm wiederum geſund.

II. 6. Die Phariſäer aber giengen hinaus, und hielten alsbald mit den Herodianern einen Rath wider ihn, wie ſie ihn umbrächten.

7. Aber JEſus entwich mit ſeinen Jüngern an das Meer: und es folgete ihm nach vieles Volk aus Galiläa, und aus dem Jüdiſchen Lande,

8. Und von Jeruſalem, und aus Idumäa, und von jener Seite des Jordans: und die um Tyrum und Sidon wohneten, eine große Menge, ſo höreten, was er für Thaten thät, kamen zu ihm.

9. Und er ſagte ſeinen Jüngern, daß ein Schifflein auf ihn warten ſollte, um des Volks willen, damit ſie ihn nicht drungen:

10. Denn er machte ihrer viele geſund, dergeſtalt, daß alle die, welche mit Plagen behaftet waren, ihn überfielen, damit ſie ihn anrührеten.

11. So fielen auch die böſen Geiſter vor ihm nieder, wenn ſie ihn ſahen: und ſie riefen, und ſprachen:

12. Du biſt der Sohn GOttes. Und er bedrohete ſie hart, daß ſie ihn nicht offenbar machen ſollten.

III. 13. Und er gieng auf einen Berg, und berief zu ſich, welche er ſelbſten wollte: und ſie kamen zu ihm.

14. Und er verordnete, daß zwölfe bey ihm wären: und daß er dieſelbige ausſende zu predigen.

15. Und er gab ihnen Macht die Krankheiten zu heilen, und die Teufel auszutreiben.

16. Und er gab Simoni den Namen, Petrus:

17. Auch verordnete er Jacobum, den Sohn Zebedäi, und Johannem, den Bruder Jacobi, und gab ihnen den Namen, Boanerges, das iſt, Kinder des Donners:

18. Und Andream, und Philippum, und Bartholomäum, und Matthäum, und Thomam, und Jacobum, den Sohn Alphäi, und Thaddäum, und Simonem von Cana,

19. Und Judam Iſcarioth, der ihn auch verrathen hat.

20. Und ſie kamen nach Haus: da kam abermal das Volk zuſammen, alſo, daß ſie auch das Brod nicht eſſen konnten.

21. Und da es ſeine Verwandten höreten, giengen ſie aus, ihn zu ergreifen: denn ſie ſprachen: Er iſt raſend worden.

IV. 22. Und die Schriftgelehrten, welche von Jeruſalem herabgekommen waren, ſprachen: Er hat den Beelzebub, darum treibet er die Teufel aus durch den Oberſten der Teufel.

23. Und er berief ſie zuſammen, und ſprach zu ihnen in Gleichniſſen: Wie kann ein Satan den andern austreiben?

24. Und wenn ein Reich unter ſich getrennet wird, ſo kann daſſelbige Reich nicht beſtehen.

an male? animam ſalvam facere, an perdere? At illi tacebant.

5. Et circumſpiciens eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus illi.

II. 6. Exeuntes *b* autem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſilium faciebant adverſus eum, quomodo eum perderent. *b Matth.* 12. 14.

7. Jeſus autem cum diſcipulis ſuis receſſit ad mare: & multa turba a Galilæa & Judæa ſecuta eſt eum,

8. Et ab Jeroſolymis, & ab Idumæa, & trans Jordanem: & qui circa Tyrum, & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

9. Et dixit diſcipulis ſuis, ut navicula ſibi deſerviret propter turbam, ne comprimerent eum:

10. Multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tangerent, quotquot habebant plagas.

11. Et ſpiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes:

12. Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum.

III. 13. Et *c* aſcendens in montem vocavit ad ſe, quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. *c Matth.* 10. 1. *Luc.* 6. 13. & 9. 1.

14. Et fecit, ut eſſent duodecim cum illo: & ut mitteret eos prædicare.

15. Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & ejiciendi dæmonia.

16. Et impoſuit Simoni nomen Petrus:

17. Et Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt, Filii tonitrui:

18. Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Jacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananæum.

19. Et Judam Iſcariotem, qui & tradidit illum.

20. Et veniunt ad domum: & convenit iterum turba, ita ut non poſſent neque panem manducare.

21. Et cum audiſſent ſui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem verſus eſt.

IV. 22. Et Scribæ, qui ab Jeroſolymis deſcenderant, dicebant: *d* Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. *d Matth.* 9. 34.

23. Et convocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſatanas ſatanam ejicere?

24. Et ſi regnum in ſe dividatur, non poteſt regnum illud ſtare.

25. Et

℣. 5. *Et circumſpiciens eos cum ira*, quæ in Chriſto nec prævertebat, nec turbabat rationem, ut in nobis: ſed menti ſubjecta erat, & ad ejus imperium excitata; peccatis condolens, vitiis iraſcens, non hominibus. *Super cæcitate:* Vox Græca πώρωσις, *obdurationem* etiam & pertinaciam ſignificat.

℣. 6. *Cum Herodianis.* Qui Herodem pro Chriſto ſuſceperant. S. Hieron. Sa.

℣. 9. *Ut navicula ſibi deſerviret.* Gr. *Ut navicula ibi remaneret ipſi*, ad uſum ſuum.

℣. 10. *Plagas.* Gr. *Flagella:* quotquot morbis vexabantur.

℣. 13. *Vocavit ad ſe, quos voluit ipſe*, Diſcipulos: nam reliquam plebem in planitie reliquerat.

℣. 14. *Et fecit*, elegit, inſtituit.

℣. 16. *Impoſuit Simoni nomen Petrus*, quod eſt novum, & deſumitur a Petra, quia debet eſſe fundamentum Eccleſiæ ſecundarium. Hoc nomen forte jam impoſitum erat, ex Joanne, cap. 1. v. 42. quod a Marco hic repetitur, ut a Matth. cap. 16. aut certe Joannis 1. id promiſerat Chriſtus, quod hoc loco præſtat: atque ut Dei benedicere eſt benefacere, ita conferre nomen, eſt rem nomine ſignificatam largiri, ut Abrahamo benedictionem gentium, Petro fidei firmitatem.

℣. 17. *Et impoſuit eis nomina Boanerges.* Seu *Filios tonitrui*, quaſi tonantes Divina dogmata. Vox eſt Syriaca, quæ eos prædicatione Evangelii inſignes futuros deſignabat. His ſolis mutavit nomina, quos regni ſui columnas fecit.

℣. 19. *Et Judam Iſcariotem*, a vico ſic dicto, aut a tribu Iſſachar. Nam Joan. 6. vocatur filius Simonis.

℣. 21. *Et cum audiſſent ſui*, propinqui. *In furorem verſus eſt.* Gr. ἐξέστη, extra ſe factus eſt quaſi mente alienatus, quod nova & inaudita doceret, & faceret. Sic populus ſanctos homines inſanire putat. An forte, ut aliis videtur, ejus cognati finxerunt furorem, ut periculo, quod a Phariſæis imminere exiſtimabant, eum eriperent?

℣. 24. *Et ſi regnum in ſe*, i. contra ſe.

25. Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare.

26. Et si Satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet.

27. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum ejus diripiet.

e Matth. 12. 31. *Luc.* 12. 10. 1. *Joan.* 5. 16.

28. Amen *e* dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemaverint:

29. Qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

30. Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

f Matth. 12. 46. *Luc.* 8. 19.

V. 31. Et *f* veniunt mater ejus & fratres: & foris stantes miserunt ad eum, vocantes eum:

32. Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei: Ecce, mater tua, & fratres tui foris quærunt te.

33. Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea, & fratres mei?

34. Et circumspiciens eos, qui in circuitu ejus sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei.

35. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus, & soror mea, & mater est.

CAPUT IV.

I. Ecclesiæ suæ qualitatem & statum explicat per parabolam de seminatore. 1. II. De lucerna super candelabrum, onerata, & de semine quod crescit dormiente eo, qui seminavit. 21. III. De grano sinapis: Discipulis seorsim omnia interpretatur. 30. IV. In navi tempestatem maris sedat. 35.

a Matth. 13. 2. *Luc.* 8. 5.

1. Et iterum cœpit *a* docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita ut navim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat:

2. Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua:

3. Audite: Ecce, exiit seminans ad seminandum,

4. Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cœli, & comederunt illud.

5. Aliud vero cecidit super petrosa, ubi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ.

6. Et quando exortus est sol, exæstuavit, &, eo quod non habebat radicem, exaruit.

7. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocaverunt illud, & fructum non dedit.

8. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem, & crescentem: & afferebat unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

9. Et dicebat: Qui habet aures audiendi, audiat.

10. Et cum esset singularis, interrogaverunt eum hi, qui cum eo erant duodecim, parabolam.

11. Et dicebat eis: Vobis datum est nosse

25. Und wenn ein Haus in sich selbst getrennet wird, so kann dasselbige Haus nicht bestehen.

26. Wenn sich nun der Satan wider sich selbst auflehnet, so ist er getrennet, und wird nicht bestehen können, sondern es hat mit ihm ein Ende.

27. Niemand kann dem Starken ins Haus kommen, und seinen Hausrath rauben, er habe dann zuvor den Starken gebunden, und alsdann wird er sein Haus plündern.

28. Wahrlich sage ich euch, alle Sünden werden den Menschenkindern vergeben werden, als die Lästerungen, damit sie gelästert haben:

29. Wer aber wider den heiligen Geist lästert, der wird keine Vergebung haben ewiglich, sondern ist einer ewigen Sünde schuldig.

30. Denn sie sagten: Er hat einen unreinen Geist.

V. 31. Und es kamen seine Mutter, und Brüder: und stunden draußen, und schickten zu ihm, und ließen ihn rufen:

32. Das Volk aber saß um ihn her: und sie sprachen zu ihm: Siehe, deine Mutter, und deine Brüder sind draußen, und suchen dich.

33. Und er antwortete ihnen, und sprach: Wer ist meine Mutter, und meine Brüder?

34. Und er sah die rings herum an, so um ihn her saßen, und sprach: Siehe meine Mutter, und meine Brüder.

35. Denn wer den Willen GOttes thut, der ist mein Brüder, und meine Schwester, und meine Mutter.

Das vierte Capitel.

I. Christus erkläret die Beschaffenheit seiner Kirche, und des Reichs GOttes, erstlich durch das Gleichniß vom Säemann. 1. II. Durch das Gleichniß, vom angezündeten Licht, so man auf den Leuchter setzet, und stets wachsenden Saamen. 21. III. Durch Gleichniß vom Senfkörnlein. 30. IV. Stillet die Ungestümmigkeit des Meers. 35.

1. Und er fieng abermal an zu lehren am Meer: und es kam viel Volks zu ihm zusammen, also daß er in ein Schiff tratt, und saß auf dem Meer, und das ganze Volk war am Meer auf dem Lande:

2. Und er lehrete sie viele Dinge durch Gleichnisse, und sprach zu ihnen in seiner Lehre:

3. Höret zu: Siehe, ein Säemann gieng aus zu säen,

4. Und indem er säete, fiel ein Theil an den Weg, da kamen die Vögel des Himmels, und fraßen d sel ge.

5. Ein Theil aber fiel auf einen felsichten Grund, da es nicht viel Erde hatte: und es gieng alsbald auf, denn es hatte die Tiefe der Erde nicht:

6. Und da die Sonne aufgieng, war es verhitzet, und verdorrete, dieweil es keine Wurzel hatte.

7. Und ein Theil fiel unter die Dörner: und die Dörner wuchsen auf, und erstickten es, und brachte keine Frucht.

8. Und ein Theil fiel auf ein gutes Land: und brachte Frucht, welche aufgieng, und wuchs: und etliches trug dreyßigfältig, etliches sechzigfältig, etliches aber hundertfältig.

9. Und er sprach: Wer Ohren hat zu hören, der höre.

10. Und als er allein war, fragten ihn die Zwölfe, welche bey ihm waren, um das Gleichniß.

11. Und er sprach zu ihnen: Euch ist gegeben das Geheimniß

V. 25. *Et si domus super semetipsam*, contra semetipsam.
V. 27. *Nemo potest vasa.* Instrumenta sc. bellica.
V. 29. *Non habebit remissionem in æternum*, id est, fere numquam: sunt enim obdurati: *Sed reus erit æterni delicti.* Gr. *Judicio*, æternæ pœnæ obnoxius erit ob delictum. Aliud est peccatum in Spiritum sanctum, quod fit ex certa & destinata malitia; aliud blasphemia in Spiritum sanctum, quale est convicium illud Scribarum, quo Dei opera tribuuntur dæmoni.

CAPUT IV.

V. 1. *Et iterum cœpit docere.* Iterum docuit, ut in multis aliis Evangelii locis. *Ad mare*, i. prope mare.
V. 2. *In doctrina sua:* more solito docens, nempe in parabolis.
V. 5. *Quoniam non habebat altitudinem terræ.* Solum profundum non erat.
V. 6. *Exæstuavit.* Æstu solis adustum est.
V. 8. *Dabat fructum.* Numerorum diversitas ad meritorum distinctionem pertinet.
V. 10. *Et cum esset singularis*, Gr. Solitarie, solus extra turbas. *Duodecim*, Gr. *Qui circa eum erant, cum duodecim*, nempe discipuli præter duodecim Apostolos.
V. 11. *Vobis datum est nosse mysterium.* i. Arcanum. *Qui foris sunt*, extraneis, extra cœtum vestrum. *In parabolis omnia fiunt*, proponuntur.

heimniß des Reichs GOttes zu wissen: jenen aber, die draussen sind, widerfährt alles in Gleichnissen.

12. Daß sie es sehend sehen, und doch nicht sehen: und hörend hören, und doch nicht verstehen: damit sie sich nicht dermaleins bekehren, und ihnen die Sünden vergeben werden.

13. Und er sprach zu ihnen: Verstehet ihr dieses Gleichniß nicht? wie werdet ihr dann alle Gleichnisse verstehen?

14. Der Säemann säet das Wort.

15. Diese aber sind es, welche am Wege sind, wo das Wort gesäet wird, und wann sie es gehöret haben, so kömmt der Satan alsbald, und nimmt das Wort hinweg, das in ihre Herzen gesäet war.

16. Ingleichen sind diese, welche auf einen felsichten Grund gesäet werden: wenn sie das Wort gehöret haben, so nehmen sie es alsbald mit Freuden an:

17. Aber sie haben keine Wurzel in sich, sondern sie halten eine Zeitlang: darnach, wann sich Trübsal, und Verfolgung um des Worts willen erhebet, so ärgern sie sich zur Stunde.

18. Und die anderen sind, welche unter die Dörner gesäet werden: das sind diese, so das Wort hören.

19. Aber die Bekümmerniß dieser Welt, und der Betrug der Reichthümer, und viele andere Lüsten zu andern Dingen, gehen hinein, und ersticken das Wort, und also wird es unfruchtbar.

20. Welche aber auf ein gutes Land gesäet sind, sind diese, so das Wort hören, und dasselbige annehmen, und Frucht bringen, etliches dreyßigfältig, etliches sechzigfältig, und etliches hundertfältig.

II. 21. Und er sprach zu ihnen: Kömmt auch ein Licht, daß man es unter einen Sümmer *, oder unter ein Bett setze? Kömmt es nicht darum, daß man es auf einen Leuchter setze?

* Metzen.

22. Denn es ist nichts verborgen, das nicht offenbar werde: und geschiehet nichts heimliches, welches nicht herfürkomme.

23. Wer Ohren hat zu hören, der höre.

24. Und er sprach zu ihnen: Sehet zu, was ihr höret. Mit welcher Maaß ihr messen werdet, damit wird man euch wiederum messen, und man wird euch etwas zugeben.

25. Denn wer da hat, dem wird man geben: und wer nicht hat, dem wird man auch abnehmen, was er hat.

26. Und er sprach ferner: Es ist mit dem Reiche GOttes eben, als wenn ein Mensch Saamen wirft in die Erde,

27. Und er schläfet, und stehet auf zu Nacht und Tag, und der Saame grünet, und wächset auf, daß ers nicht weis.

28. Denn die Erde bringet Frucht hervor von sich selbst, zum ersten grünes Kraut, darnach die Aehren, und darnach den vollen Waizen in den Aehren.

29. Und wenn sie die Früchte hervorgebracht hat, so schicket er alsbald die Sichel dahin, denn die Aernte ist da.

mysterium regni Dei: illis autem, qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt.

12. Ut *b* videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando convertantur, & dimittantur eis peccata.

b Isai. 6. 9. *Matth.* 13. 14. *Joan.* 12. 40. *Actor.* 28. 26. *Rom.* 11. 8.

13. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

14. Qui seminat, verbum seminat.

15. Hi autem sunt, qui circa viam, ubi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum.

16. Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur: qui, cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:

17. Et non habent radicem in se, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum, confestim scandalizantur.

18. Et alii sunt, qui in spinis seminantur: hi sunt, qui verbum audiunt.

19. Et ærumnæ sæculi, & *c* deceptio divitiarum, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur.

c 1. Tim. 6. 17.

20. Et hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructificant, unum triginta, unum sexaginta, & unum centum.

II. 21. Et *d* dicebat illis: Numquid venit lucerna, ut sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne ut super candelabrum ponatur?

d Matth. 5. 15. *Luc.* 8. 16. & 11. 33.

22. Non *e* est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed ut in palam veniat.

e Matth. 10. 26. *Luc.* 8. 17.

23. Si quis habet aures audiendi, audiat.

24. Et dicebat illis: Videte, quid audi. tis. *f* In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adjicietur vobis.

f Matth. 7. 2. *Luc.* 6. 38.

25. Qui *g* enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.

g Matth. 13. 12. & 25. 29. *Luc.* 8. 18. & 19. 26.

26. Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat sementem in terram,

27. Et dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat, dum nescit ille.

28. Ultro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

29. Et cum produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

III. 30.

℣. 12. *Nequando convertantur.* Gr. μήποτε: quidam exponunt, si quando, ut 2. Timoth. 2. *Nequando det eis Deus pœnitentiam.* Sed ex Matth. cap. 13. videtur esse sensus negans: Matthæus causam, Marcus eventum affert, ob eorum peccata, & obstinationem.

℣. 15. *Ubi seminatur*, seu in quibus.

℣. 17. *Sed temporales sunt*, ad breve tempus credunt; in se non habent radicem, sed superficie tenus emolliti videntur.

℣. 19. *Et ærumnæ sæculi.* Gr. Solicitudines; *& deceptio divitiarum:* fallaces divitiæ; *& introeuntes*, supercrescentes; *concupiscentiæ*, circa reliqua, quæ non habemus; *solicitudines*, circa ea, quæ habemus; utræque nocent, & suffocant verbum.

℣. 21. *Numquid venit lucerna*, numquid accenditur, *ut sub modio ponatur*, quæ vos in secreto doceo, erunt aliquando hominibus per vos publicanda, neque manebunt occulta.

℣. 22. *Nec factum est occultum*, ut occultum maneat, sed ut palam fiat: ea quæ dixi vobis, ne occulta retineatis, sed prædicate publice.

℣. 24. *Videte, quid audiatis.* Attendite ad ea, quæ dico. *In qua mensura*, hoc in bonis intelligitur. Nam operanti juxta illa salutis monita, quæ diligenter sunt audienda & servanda, remetietur præmium juxta ejus meritum.

℣. 25. *Qui enim habet, dabitur illi:* qui bene utitur dono sibi concesso, dabitur ei præmium; qui autem non utitur, talentum etiam ei commissum auferetur ab eo. Figuratus est sermo, qui tamen ab usitato loquendi modo non est alienus. Nam is non habere dicitur, qui non utitur, eum, qui non loquitur, ubi opus est, dicimus non habere linguam, ut pigrum non habere manus aut pedes.

℣. 26. *Sic est regnum Dei*, simile quiddam accidit in regno Dei, seu in Ecclesia. Hæ duæ similitudines vim & efficaciam Evangelii, aut Verbi divini indicant, quod per gratiam in corde operatur, & paulatim crescit, sine cura satoris, dum ad maturitatem perveniat: simul Ecclesiam a parvis initiis magna capere incrementa insinuat.

℣. 27. *Et dormiat, & exurgat:* secure agat, dormiat nocte, surgat die; vel dum aliud agit, semen occulta naturæ vi crescit. *Dum nescit ille*, Gr. *Quomodo nescit ille.*

℣. 28. *Ultro enim terra fructificat.* Ubi cor est bene dispositum. *Deinde plenum frumentum*, perfectum. Herba fidem, aut timorem Dei, plenum frumentum charitatem, spica spem significat.

℣. 29. *Statim mittit falcem.* sc. Dominus agri.

III. 30. Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

b Matth. 13. 31. 31. Sicut *b* granum sinapis: quod, cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus *Luc.* 13. 19. seminibus, quæ sunt in terra:

32. Et cum seminatum fuerit, ascendit, & fit majus omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves cœli habitare.

33. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire:

34. Sine parabola autem non loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

IV. 35. Et ait illis in illa die, cum sero esset factum: Transeamus contra.

i Matth. 8. 23. *Luc.* 8. 22. 36. Et *i* dimittentes turbam, assumunt eum, ita ut erat in navi: & aliæ naves erant cum illo.

37. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in navim, ita ut impleretur navis.

38. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?

39. Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessavit ventus: & facta est tranquillitas magna.

40. Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quia & ventus, & mare obediunt ei?

CAPUT V.

I. In regione Gerasenorum dæmoniacum curat a legione dæmonum; permittens illos in porcos ingredi. 1. *II. Curat mulierem a profluvio sanguinis.* 22. *III. Jairi filiam resuscitat.* 35.

a Luc. 8. 26. 1. Et venerunt *a* trans fretum maris in regionem Gerasenorum.

2. Et exeunti ei de navi, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo:

3. Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis jam quisquam poterat eum ligare:

4. Quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare.

5. Et semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus.

6. Videns autem Jesum a longe, cucurrit, & adoravit eum:

7. Et clamans voce magna, dixit: Quid mihi, & tibi, Jesu Fili Dei altissimi? Adjuro te per Deum, ne me torqueas.

8. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

9. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen

III. 30. Und er sprach ferner: Wem sollen wir das Reich GOttes vergleichen? oder mit welchem Gleichniß sollen wir es vorbilden?

31. Es ist gleich wie ein Senfkörnlein: wenn das in die Erde gesäet wird, so ist es das kleinste unter allen Saamen, die auf Erden sind:

32. Und wenn es gesäet ist, so wächst es hinauf, und wird größer, denn alle Kohlkräuter, und gewinnet große Zweige, also, daß auch die Vögel des Himmels unter seinem Schatten wohnen können.

33. Und er redete das Wort zu ihnen durch viele solche Gleichnisse, nachdem sie es hören konnten:

34. Er redete aber nichts zu ihnen ohne Gleichniß. Aber hernach legete er alles seinen Jüngern absonderlich aus.

IV. 35. Und an demselbigen Tage, da es nun war Abend worden, sprach er zu ihnen: Lasset uns hinüber fahren.

36. Und sie ließen das Volk hingehen, und nahmen ihn zu sich, wie er im Schiff war: und es waren mehr andere Schiffe bey ihm.

37. Und es erhub sich ein großer Sturmwind, und schlug die Wellen zum Schiff hinein, daß also das Schiff voll ward.

38. Er aber war hinten auf dem Schiff, und schlief auf einem Küssen: und sie weckten ihn auf, und sprachen zu ihm: Meister, fragest du nichts darnach, daß wir verderben?

39. Und er stund auf, und bedrohete den Wind, und sprach zum Meer: Schweig, verstumme. Und der Wind legte sich: und es ward eine große Stille.

40. Und er sprach zu ihnen: was seyd ihr so furchtsam? Habt ihr noch keinen Glauben? Und sie fürchteten sich sehr, und sprachen einer zum andern: Wer meynest du, daß dieser sey, denn auch der Wind, und das Meer sind ihm gehorsam?

Das fünfte Capitel.

I. JEsus treibt eine ganze Legion Teufel aus, und erlaubet ihnen, in eine Heerde Schweine zu fahren. 1. II. Heilet ein blutflüßiges Weib. 22. III. Erwecket des Jairi Tochter vom Tod. 35.

1. Und sie kamen über das Meer, in die Landschaft der Gerasener.

2. Und als er aus dem Schiff tratt, kam ihm alsbald ein Mensch aus den Gräbern * entgegen, der mit einem unreinen Geist besessen war: * Hölen.

3. Der in den Gräbern seine Wohnung hatte, und niemand konnte ihn mehr mit Ketten binden:

4. Dieweil er oftmals mit Fesseln und Ketten gebunden, die Ketten zerbrochen, und die Fesseln zu Stücken zerschlagen hatte, und niemand konnte ihn zwingen. * * bändigen.

5. Und er war allezeit Tag und Nacht in den Gräbern, und auf den Bergen, rief auch, und schlug sich selbst mit Steinen.

6. Als er aber JEsum von ferne sah, lief er hinzu, und bethete ihn an:

7. Und schrye mit lauter Stimme, und sprach: Was habe ich mit dir zu schaffen, o JEsu! du Sohn des allerhöchsten GOttes? Ich beschwöre dich bey GOtt, daß du mich nicht peinigest.

8. Denn er sprach zu ihm: Fahre aus von dem Menschen, du unreiner Geist.

9. Und er fragte ihn: Wie ist dein Name? und er

℣. 32. *Ita ut sub umbra — aves cœli habitare.* i. sc. Sub ramis ejus nidificare.

℣. 34. *Sine parabola autem non loquebatur eis:* Doctrinam suam parabolis tegebat fere semper.

℣. 35. *In illa die*, in illo tempore, quo prædicavit in Galilæa: vel in quadam die; aliis aliter videtur. Quæ de re alibi diximus. *Transeamus contra*, i. in adversam ripam.

℣. 36. *Assumunt eum, ita ut erat in navi.* Matthæi cap. 8. in altum ducunt, in eo situ, quo erat in navi, docens plebem e navi.

℣. 37. *Et fluctus mittebat in navim.* sc. Procella.

℣. 38. *Erat ipse in puppi super cervical dormiens.* Seu pulvillum capiti ejus suppositerint, seu lignum in puppi positum, in quod caput posset reclinari.

℣. 39. *Et comminatus est.* Gr. Increpavit. *Tace*, quiesce.

℣. 40. *Necdum habetis fidem?* sc. perfectam. *Quis, putas*, i. quisnam.

CAPUT V.

℣. 2. *Statim occurrit de monumentis homo.* E loco ubi erant monumenta, quem locum diabolus elegerat, ut magis terreret homines. *In spiritu immundo.* Matthæus c. 8. v. 28. ait duos occurrisse, sed Marcus meminit celebrioris, in quo legio dæmonum erat.

℣. 7. *Adjuro te.* i. obtestor.

℣. 9. *Legio mihi nomen est.* i. Sumus velut legio, vel possumus vocari legio; hinc non determinatus aliquis numerus, sed numerosa multitudo hoc nomine designatur, quo ut beneficii magnitudo, ita & Christi potentia declaratur.

er ſprach zu ihm: Legion iſt mein Name, denn unſerer ſind viele.

10. Und er bath ihn ſehr, daß er ihn nicht aus der Landſchaft trieb.

11. Es war aber daſelbſt am Gebürge eine große Heerde Schweine in der Weide.

12. Und die Teufel bathen ihn, und ſprachen: Sende uns in die Schweine, daß wir in ſie fahren.

13. Und JEſus ließ es ihnen alsbald zu. Da fuhren die unreinen Geiſter aus, und fuhren in die Schweine: und die Heerde ſtürzte ſich mit großer Ungeſtümmigkeit in das Meer bey die zweytauſend, und ſie erſoffen im Meer.

14. Aber die ſie weideten, nahmen die Flucht, und verkündigten ſolches in der Stadt, und auf dem Lande. Und ſie giengen heraus zu ſehen, was geſchehen war:

15. Und ſie kamen zu JEſu: und ſahen denſelbigen, der vom Teufel war geplaget worden, daß er da ſaß, und war bekleidet, und hatte ſeinen Verſtand, und ſie fürchteten ſich.

16. Und die es geſehen hatten, erzehleten ihnen, wie es demſelbigen ergangen wäer, der beſeſſen war geweſen, und von den Schweinen.

17. Und ſie fiengen an ihn zu bitten, daß er aus ihren Gränzen hinweggienge.

18. Da er nun in das Schiff tratt, fieng ihn der Menſch an zu bitten, der vom Teufel war geplaget worden, daß er bey ihm ſeyn möchte.

19. Und er ließ es ihm nicht zu, ſondern ſprach zu ihm: Gehe hin in dein Haus zu den Deinigen, und verkündige ihnen, wie große Dinge der HErr an dir gethan, und ſich deiner erbarmet habe.

20. Da gieng er hin, und fieng an auszurufen in den zehen Städten, wie große Dinge JEſus an ihm gethan hätte: und alle Menſchen verwunderten ſich.

21. Und als JEſus im Schiff wiederum hinübergefahren war, verſammelte ſich vieles Volk zu ihm, und er war an dem Meer.

II. 22. Und es kam einer von den Oberſten der Synagoge, mit Namen Jairus; und da er ihn ſah, fiel er nieder zu ſeinen Füßen,

23. Und bath ihn ſehr, und ſprach: Meine Tochter iſt in den letzten Zügen, komm doch, und lege deine Hand auf ſie, damit ſie geſund werde, und lebe.

24. Und er gieng mit ihm, und es folgete ihm vieles Volk nach, und ſie drungen ihn.

25. Und es war ein Weib, die zwölf Jahre lang den Blutgang gehabt,

26. Und viel gelitten hatte von vielen Aerzten, und hatte alles das Ihrige darauf gewendet, und es hatte ſie nichts geholfen, ſondern es war viel ärger mit ihr worden.

27. Als die von JEſu hörete, kam ſie unter dem Volk von hinten zu, und rührete ſein Kleid an:

28. Denn ſie ſprach: Wenn ich nur ſein Kleid anrühren mag, ſo werde ich geſund.

29. Und alsbald vertrocknete der Brunn ihres Bluts: und ſie fühlete am Leibe, daß ſie von der Plage geſund wäre worden.

30. Und JEſus erkannte alsbald in ihm ſelbſt die Kraft, welche von ihm ausgegangen war, und er wandte ſich zu dem Volk, und ſprach: Wer hat meine Kleider angerühret?

31. Und ſeine Jünger ſprachen zu ihm: Du ſieheſt, daß dich das Volk dringet, und ſprichſt: Wer hat mich angerühret?

32. Und er ſchauete herum, damit er dieſelbige ſehe, die dieſes gethan hatte.

eſt? Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.

10. Et deprecabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem.

11. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, paſcens.

12. Et deprecabantur eum ſpiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, ut in eos introeamus.

13. Et conceſſit eis ſtatim Jeſus. Et exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare ad duo millia, & ſuffocati ſunt in mari.

14. Qui autem paſcebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt videre, quid eſſet factum:

15. Et veniunt ad Jeſum: & vident illum, qui a dæmonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſanæ mentis, & timuerunt.

16. Et narraverunt illis, qui viderant, qualiter factum eſſet ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis.

17. Et rogare cœperunt eum, ut diſcederet de finibus eorum.

18. Cumque aſcenderet navim, cœpit illum deprecari, qui a dæmonio vexatus fuerat, ut eſſet cum illo.

19. Et non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi Dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

20. Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta ſibi feciſſet Jeſus: & omnes mirabantur.

21. Et cum tranſcendiſſet Jeſus in navi rurſum transfretum, convenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

II. 22. Et *b* venit quidam de archiſynagogis nomine Jairus: & videns eum, procidit ad pedes ejus, *b Matth. 9. 18. Luc. 8. 41.*

23. Et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis eſt, veni, impone manum ſuper eam, ut ſalva ſit, & vivat.

24. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

25. Et mulier, quæ erat in profluvio ſanguinis annis duodecim,

26. Et fuerat multa perpeſſa a compluribus medicis, & erogaverat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deterius habebat.

27. Cum audiſſet de Jeſu, venit in turba retro, & tetigit veſtimentum ejus:

28. Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimentum ejus tetigero, ſalva ero.

29. Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis ejus: & ſenſit corpore, quia ſanata eſſet a plaga.

30. Et ſtatim Jeſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem, quæ exierat de illo, converſus ad turbam, ajebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

31. Et dicebant ei diſcipuli ſui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?

32. Et circumſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.

33. Mu-

℣. 13. *Præcipitatus eſt in mare.* Geneſareth.
℣. 14. *Nuntiaverunt — & in agros*, i. in pagos.
℣. 15. *Et timuerunt.* Gr. *Admirati ſunt.*
℣. 17. *Ut diſcederet*; perculſi forte damni magnitudine, & graviora mala metuentes, quod gentiles eſſent.
℣. 19. *Et non admiſit eum*, non permiſit. Quod magis expediret eum apud ſuos manere, ut ad Chriſti fidem perpetua quadam hujus miraculi commemoratione populares ſuos excitaret, ſimul ut nos admoneret vitari oportere omnem inanis gloriæ ſpeciem.
℣. 20. *Prædicare in Decapoli.* Eſt regio decem civitatum.
℣. 27. *Tetigit veſtimenta ejus.* Fimbriam pallii: id fecit clam, quod immunda eſſet ex lege.
℣. 29. *Siccatus eſt fons.* i. Scaturigo.
℣. 30. *Quæ exierat*, ſeu virtutis effectum: Gr. *ex ſemetipſo.*

33. Mulier vero timens, & tremens, sciens, quod factum esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

c Luc. 7. 50. & 8. 48. 34. Ille autem dixit ei: *c* Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace, & esto sana a plaga tua.

III. 35. Adhuc eo loquente, veniunt a archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid ultra vexas Magistrum?

36. Jesus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede.

37. Et non admisit quemquam se sequi, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem, fratrem Jacobi.

38. Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ejulantes multum.

39. Et ingressus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non est mortua, sed dormit.

40. Et irridebant eum. Ipse vero ejectis omnibus assumit patrem, & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingreditur, ubi puella erat jacens.

41. Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge.

42. Et confestim surrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno.

43. Et præcepit illis vehementer, ut nemo id sciret: & dixit, dari illi manducare.

CAPUT VI.

I. Christi doctrina in ipsius patria contemnitur, ubi pauca edidit miracula. 1. II. Apostolos mittens ad prædicandum, & jejunandum instruit. 7. III. Herodes, audita Christi fama, dicit: Joannem Baptistam resurrexisse, cujus caput postulanti saltatrici tradiderat. 14. IV. In deserto quinque panibus quinque millia virorum satiat. 30. V. Super mare ambulans tempestatem sedat. 45. VI. In terra Genesareth plurimos tactu fimbriæ vestimenti sanat. 53.

a Matth. 13. 54. *Luc.* 4. 16. 1. Et egressus *a* inde, abiit in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui:

2. Et facto Sabbato cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Unde huic hæc omnia? & quæ est sapientia, quæ data est illi: & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur?

b Joan. 6. 42. 3. Nonne *b* hic est faber, filius Mariæ, frater Jacobi, & Joseph, & Judæ, & Simonis? nonne & sorores ejus hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.

c Matth. 1. 57. *Joan.* 4. 44. *Luc.* 4. 24. 4. Et dicebat illis Jesus: *c* Quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.

5. Et non poterat ibi virtutem ullam facere,

33. Das Weib aber fürchtete sich, und zitterte, dieweil sie wohl wußte, was an ihr geschehen war, kam derowegen, und fiel vor ihm nieder; und sagte ihm die ganze Wahrheit.

34. Er aber sprach zu ihr: Meine Tochter, dein Glaube hat dich gesund gemacht: gehe hin im Frieden, und sey gesund von deiner Plage.

III. 35. Da er noch im Reden war, kamen etliche von dem Obersten der Synagoge, und sprachen: Deine Tochter ist gestorben: was bemühest du den Meister noch weiter?

36. Als aber JEsus das Wort hörete, das geredet ward, sprach er zu dem Obersten der Synagoge: Fürchte dich nicht: glaube allein.

37. Und er ließ sich niemand nachfolgen, als Petrum, und Jacobum, und Johannem, den Bruder Jacobi.

38. Und sie kamen in das Haus des Obersten der Synagoge, und er sah das Getümmel, und die da sehr weineten, und heuleten.

39. Und er gieng hinein, und sprach zu ihnen: Warum seyd ihr so unruhig, und weinet? das Mägdlein ist nicht todt, sondern es schläft.

40. Und sie verlachten ihn. Er aber trieb sie alle miteinander hinaus, und nahm den Vater, und die Mutter des Mägdleins, samt denen, die bey ihm waren, zu sich, und gieng in das Gemach, da das Mägdlein lag.

41. Und er hielt die Hand des Mägdleins, und sprach zu ihr: Talitha cumi, das ist verdolmetschet: Mägdlein (ich sage dir) stehe auf.

42. Und das Mägdlein stund alsbald auf, und wandelte: es war aber zwölf Jahre alt: und sie entsatzten sich mit großem Schrecken.

43. Und er verboth ihnen ernstlich, daß es niemand wissen sollte: und sagte, man sollte ihr zu essen geben.

Das sechste Capitel.

1. JESU Lehre wird von den Innwohnern zu Nazareth verachtet. 1. II. Er sendet seine Apostel aus zu predigen, und Kranke zu heilen. 7. III. Herodes vermeynet, Johannes der Taufer, den er enthaupten lassen, sey wiederum auferstanden. 14. IV. JESUS speiset in der Wüste fünftausend Mann. 30. V. Gehet auf dem Meer, und legt den Wind. 45. VI. Heilet viele Kranken durch Anrührung des Saums seines Kleides. 53.

1. Und er gieng von dannen hinaus, und kam in sein Vaterland: und seine Jünger folgeten ihm nach:

2. Und da der Sabbath kam, fieng er an in der Synagoge zu lehren; und viele, die ihn höreten, verwunderten sich über seine Lehre, und sprachen: Woher kömmt diesem dieses alles? und was ist für eine Weisheit, die ihm gegeben ist: und daß solche Wunder durch seine Hände ausgerichtet werden?

3. Ist dieser nicht ein Zimmermann, der Sohn Mariä, ein Bruder Jacobi, und Josephs, und Judä, und Simonis? sind auch seine Schwestern nicht allhier bey uns? Und sie ärgerten sich an ihm.

4. Und JEsus sprach zu ihnen: Ein Prophet ist nirgends weniger geehret, dann in seinem Vaterlande, und in seinem Haus, und in seiner Verwandtschaft.

5. Und er konnte daselbst nicht ein einiges Wunderwerk thun,

℣. 34. *Vade in pace.* i. quieto animo. *Et esto sana a plaga tua.* Sunt verba non sanantis, sed sanitatem confirmantis.

℣. 35. *Veniunt ab Archisynagogo.* i. a domo Archisynagogi.

℣. 39. *Non est mortua.* Christo non erat mortua, sed instar dormientis; nec parenti, cui mox erat restituenda.

℣. 41. *Talitha*, puella, *cumi*, surge. Ut & Marcus exsplicat.

℣. 43. *Et dixit dari.* Jussit dari.

CAPUT VI.

℣. 1. *Abiit in patriam suam.* Non statim, sed multis interjectis diebus Capharnao in patriam suam Nazareth se contulit, ut ex Matth. cap. 13. perspicuum est.

℣. 3. *Nonne hic est faber, filius Mariæ?* Matth. 13. *Nonne hic est fabri filius?* Forte utrumque dicebant. Ipse cum Joseph & matre victum opere aliquo honesto quæsivit, & laborem manuum exemplo suo docuit. *Frater Jacobi*, consobrinus Jacobi minoris, *& Joseph*, Gr. *Joses*, *& Judæ*, qui & Thaddæus, *& Simonis*, aut Simeonis, qui secundus fuit Jerosolymæ Episcopus. *Et scandalizabantur in illo*, ob educationis, & generis, ut ipsis videbatur, humilitatem; ac propterea non credebant eum esse Messiam. Fratres quatuor, seu consobrinos Domini numerant. Maria Cleophæ, ut videtur viris doctis, seu ea soror Joseph, aut matris Domini fuerit, duos videtur habuisse maritos, Alphæum primo Jacobi minoris & Josephi, seu Joses patrem, deinde Cleopham, qui Judam Apostolum, & Simeonem secundum Jerosolymæ Episcopum genuit, adeo ut quatuor illi fratres uterini fuerint.

℣. 5. *Et non poterat ibi virtutem ullam facere.* Non erat illi animus miracula faciendi: quasi non posset, ita se gerebat; vel ipse noluit, quod populares se indignos præstiterint hac gratia ob incredulitatem, ut ex versu 6. colligitur. Vel denique *non poterat*, quia non expediebat. Sic dicimus sæpe *nos non posse*, quod justa ex causa facere nolumus.

thun, als daß er auf etliche wenige Kranke die Hände legte, und machte sie gesund:

6. Und er verwunderte sich wegen ihres Unglaubens, und er zog durch die Flecken rings herum, und lehrete.

II. 7. Und er berief die Zwölfe: und fieng an sie auszusenden, je zween und zween, und er gab ihnen Gewalt über die unreinen Geister.

8. Und er befahl ihnen, daß sie nichts auf den Weg nehmen sollten, als allein einen Stab, keine Taschen, kein Brod, auch kein Geld in der Gürtel,

9. Sondern daß sie geschuhet seyn sollten mit Solen, und sollten nicht zween Röcke anziehen.

10. Und er sprach zu ihnen: Wo ihr in ein Haus eingehen werdet, daselbst bleibet, bis ihr von dannen hinwegziehet:

11. Welche aber euch nicht aufnehmen, noch hören werden, da gehet von dannen hinaus, und schlaget * den Staub von euren Füßen, ihnen zum Zeugniß. * schüttelt

12. Und sie giengen hinaus, und predigten, daß die Leute Buße thun sollten:

13. Und sie trieben viele Teufel aus, und salbeten viele Kranke mit Oel, und machten sie gesund.

III. 14. Und der König Herodes hörete dieses (denn sein Name war kundbar worden) und sprach: Johannes der Taufer ist wiederum auferstanden von den Todten: und darum würken durch ihn die kräftigen Wunderthaten.

15. Und etliche sprachen: Er ist Elias. Andere aber sprachen: Er ist ein Prophet, wie einer aus den Propheten.

16. Als dieses Herodes hörete, sprach er: Johannes, den ich enthauptet hab, ist von den Todten wiederum auferstanden.

17. Denn er, Herodes selbst, hatte ausgesandt, und Johannem angreifen, auch in Kerker legen lassen, um der Herodias willen, des Weibes seines Bruders Philippi, denn er hatte sie zum Weibe genommen.

18. Denn Johannes sprach zu Herode: Es gezimet dir nicht, daß du deines Bruders Weib habest.

19. Herodias aber stellete ihm nach, und wollte ihn tödten, aber sie konnte nicht.

20. Denn Herodes fürchtete Johannem, weil er wußte, daß er ein gerechter, und heiliger Mann war: und er hielt ihn in guter Hut, und that viel, wie er ihn gehöret hatte, und er hörete ihn gern.

21. Als nun ein gelegener Tag gekommen war, gab Herodes seinen Fürsten, und Hauptleuten, und den Fürnehmsten in Galiläa, an seinem Geburtstage ein Abendmahl.

22. Da tratt der Herodias Tochter hinein, und tanzte, und es gefiel Herodi wohl, samt denen, die mit zu Tische saßen. Und der König sprach zu dem Mägdlein: Bitte von mir, was du willst, und ich will dir es geben.

23. Er schwur ihr auch einen Eyd: Was du auch bitten wirst, das will ich dir geben, wenn es schon die Hälfte meines Königreichs wäre.

24. Da gieng sie hinaus, und sprach zu ihrer Mutter: Was soll ich bitten? Sie aber sprach: Das Haupt Johannis des Taufers.

25. Und sie gieng alsbald in der Eil zum König hinein, bath ihn, und sprach: Ich will, daß du mir zur Stunde das Haupt Johannis des Taufers in einer Schüssel gebest.

26. Und der König ward traurig: jedoch von wegen des Eydes, und derjenigen, die mit zu Tische saßen, wollte er sie nicht betrüben:

nisi paucos infirmos impositis manibus curavit:

6. Et mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens.

II. 7. Et *d* vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. *d Matth.* 10. 1. *Sup.* 3. 15. *Luc.* 9. 1.

8. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs,

9. Sed *e* calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. *e Actor.* 12. 8.

10. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum, illic manete, donec exeatis inde:

11. Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos *f*, exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. *f Matth.* 10. 14. *Luc.* 9. 5. *Act* 13. 51. & 18 6.

12. Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent:

13. Et dæmonia multa ejiciebant, g & ungebant oleo multos ægros, & sanabant. *g Jacob.* 5. 14.

III. 14. Et *h* audivit Rex Herodes (manifestum enim factum est nomen ejus) & dicebat: Quia Joannes Baptista resurrexit a mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. *h Matth.* 14. *Luc.* 9. 7.

15. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii vero dicebant: Quia Propheta est, quasi unus ex Prophetis.

16. Quo audito Herodes ait: Quem ego decollavi Joannem, hic a mortuis resurrexit.

17. Ipse *i* enim ✝ Herodes misit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem, uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. *i Luc* 3. 19. ✝ *INDE-COLL. S. JOAN. BAPT.*

18. Dicebat enim Joannes Herodi: *k* Non licet tibi habere uxorem fratris tui. *k Lev.* 18. 16.

19. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.

20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum: & custodiebat eum, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.

21. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

22. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus. Rex ait puellæ: Pete a me, quod vis, & dabo tibi:

23. Et juravit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

24. Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Joannis Baptistæ.

25. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo, ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ.

26. Et contristatus est rex propter jusjurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare:

℣. 7. *Dabat — potestatem spirituum immundorum.* i. contra spiritus immundos.

℣. 8. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via:* præter ea quæ erant usus quotidiani. *Nisi virgam tantum,* seu baculum viatorium, ad sustentandum corpus. Nam Matth. 10. vetat ferre virgam ferro præfixam ad sui defensionem: noluit enim Christus hac de re eos esse solicitos; quod ejus præsidio satis essent tuti. *Non peram,* cibis circumferendis.

℣. 9. *Sed calceatos sandaliis,* quæ plantas tegunt, non calceis, quibus pedes toti muniuntur. *Et ne induerentur duabus tunicis,* mutatoriis vestibus. Quod præceptum iis ad tempus datum est, cum primo missi sunt.

℣. 13. *Et ungebant oleo multos ægros.* Quæ unctio cum corporis sanitate aliquid animæ conferebat. *Et sanabant:* seu ea tum fuerit Sacramenti unctionis institutio, a Jacobo postea promulgata; seu unctionis infirmorum ea typica fuerit significatio, & quasi præambula: nondum enim Apostoli erant sacerdotes.

℣. 15. *Quia Propheta est.* Unus aliquis ex Prophetis revixit.

℣. 19. *Herodias autem insidiabatur illi.* Gr. *Exitio ejus imminebat.*

℣. 20. *Herodes enim metuebat Joannem,* propter ejus auctoritatem apud populum. *Et custodiebat eum.* Gr. Observabat, reverebatur, aut conservabat, ne ab Herodiade interficeretur. *Et multa faciebat,* non tamen omnia.

℣. 21. *Et cum dies opportunus,* sc. Herodiadis proposito vel convivio.

27. Sed misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere,

28. Et attulit caput ejus in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.

l Matth. 14. 12. 29. Quo *l* audito, discipuli ejus venerunt, & tulerunt corpus ejus, & posuerunt illud in monumento.

m Luc. 9. 10. IV. 30. Et *m* convenientes Apostoli ad Jesum, renuntiaverunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.

n Matth. 14. 13. *Joan.* 6. 1. *Luc.* 9. 10. 31. Et ait illis: *n* Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim, qui veniebant, & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant.

32. Et ascendentes in navim, abierunt in desertum locum seorsum.

33. Et viderunt eos abeuntes, & cognoverunt: multi & pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt illuc, & prævenerunt eos.

o Matth. 9. 36. *&* 14. 14. 34. Et *o* exiens vidit turbam multam Jesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa.

35. Et cum jam hora multa fieret, accesserunt discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus hic, & jam hora præteriit:

p Luc. 9. 12. 36. Dimitte *p* illos, ut euntes in proximas villas, & vicos, emant sibi cibos, quos manducent.

37. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis manducare.

38. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cum cognovissent, dicunt: Quinque, & duos pisces.

q Joan. 6. 10. 39. Et *q* præcepit illis, ut accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum.

40. Et discubuerunt in partes per centenos, & quinquagenos.

41. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in cœlum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos: & duos pisces divisit omnibus.

42. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

43. Et sustulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

44. Erant autem, qui manducaverunt quinque millia virorum.

V. 45. Et statim coëgit discipulos suos ascendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.

46. Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare.

† *SABB. POST CINER.* *r Matth.* 14. 24. 47. Et † cum sero esset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra.

48. Et *r* videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præterire eos.

49. At illi, ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt.

50. Omnes enim viderunt eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite: ego sum, nolite timere.

27. Sondern schickte den Henker, und befahl, sein Haupt in einer Schüssel herzubringen. Der enthauptete ihn im Kerker,

28. Und brachte sein Haupt in einer Schüssel, und gab es dem Mägdlein, und das Mägdlein gab es seiner Mutter.

29. Da das seine Jünger höreten, kamen sie, und nahmen seinen Leib hinweg, und legten ihn in ein Grab.

IV. 30. Und die Apostel kamen zu JESU zusammen, und verkündigten ihm alles, was sie gethan, und gelehret hatten.

31. Und er sprach zu ihnen: Kommet her beyseits in eine Wüste, und ruhet ein wenig. Denn ihrer waren viele, welche ankamen, und wiederum ausgiengen: und sie hatten auch nicht Zeit genug, zu essen.

32. Und sie tratten in ein Schiff, und fuhren beyseits in eine Wüste.

33. Und das Volk sah sie hinwegfahren, und viele erfuhren es: und liefen zu Fuß dahin zusammen aus allen Städten, und kamen ihnen vor.

34. Und als JEsus herausgieng, sah er ein grosses Volk: und er erbarmete sich über sie, denn sie waren wie Schafe, die keinen Hirten haben, und er fieng an sie viele Dinge zu lehren.

35. Als nun viele Stunden verlaufen waren, da tratten seine Jünger hinzu, und sprachen: Dieses ist eine Wüste, so ist auch die Zeit schon verlaufen:

36. Laß sie von dir, daß sie hingehen zu den nächsten Dörfern, und Flecken, und Brod für sich kaufen, daß sie essen.

37. Und er antwortete, und sprach zu ihnen: Gebet ihr ihnen zu essen. Und sie sprachen zu ihm: Laßt uns dahingehen, und Brod kaufen für zweyhundert Pfennige, so wollen wir ihnen zu essen geben.

38. Und er sprach zu ihnen: Wie viel Brode habt ihr? gehet hin, und sehet darnach. Und da sie es erkundiget hatten, sprachen sie: Fünfe, und zween Fische.

39. Und er befahl ihnen zu verschaffen, daß sie sich alle nach der Ordnung niedersetzten auf das grüne Gras.

40. Und sie satzten sich nieder in getheilte Haufen, je hundert und hundert, fünfzig und fünfzig.

41. Und er nahm die zwölf Brode, und die zween Fische, sah hinauf gen Himmel, und segnete es, und brach die Brode, und gab sie seinen Jüngern, daß sie dieselben ihnen vorlegten: auch theilete er die zween Fische unter sie alle.

42. Und sie aßen alle, und wurden satt.

43. Und sie huben von den übrigen Stücklein auf, und von den Fischen, zwölf Körbe voll.

44. Es waren aber, die da gegessen hatten, fünftausend Mann.

V. 45. Und alsbald nöthigte er seine Jünger, daß sie zu Schiff giengen, und vor ihm her gen Bethsaida hinüberfuhren, bis daß er das Volk von sich ließ.

46. Und als er sie von sich gelassen hatte, gieng er auf einen Berg zu bethen.

47. Da es nun Abend worden, war das Schiff mitten auf dem Meer, und er war auf dem Land allein.

48. Und er sah, daß sie große Mühe hatten im rudern, (denn der Wind war ihnen zuwider) und um die vierte Wacht der Nacht kam er zu ihnen, und wandelte auf dem Meer, und wollte vor ihnen vorübergehen.

49. Als sie ihn aber auf dem Meer wandeln sahen, vermeyneten sie, es wäre ein Gespenst, und riefen laut.

50. Denn sie sahen ihn alle, und wurden erschrocken. Und er redete zur Stund mit ihnen, und sprach zu ihnen: Seyd getröst: ich bins, fürchtet euch nicht.

51. Und

℣. 27. *Misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco.* Prætoriano satellite: sic dicti custodes corporis, quod spicula, seu lanceas gestarent.

℣. 31. *Requiescite pusillum.* i. Parumper.

℣. 35. *Et cum hora multa fieret.* Cum jam sero esset.

℣. 37. *Emamus — panes.* i. Cibos.

℣. 39. *Ut accumbere facerent omnes secundum contubernia.* Gr. Convivia, divisi in multas turmas.

℣. 40. *In partes.* Gr. *In areolas:* inter singulas spatia erant, per quæ transiri posset. *Per centenos, & quinquagenos.* sc. Ut facile numerentur.

51. Und er tratt zu ihnen in das Schiff, und der Wind legte sich. Und sie entsatzten sich noch mehr bey ihnen selbst:

52. Denn sie hatten es nicht verstanden von den Broden: dieweil ihr Herz verblendet war.

VI. 53. Und da sie hinübergefahren, kamen sie in die Landschaft Genesareth, und ländeten an.

54. Als sie nun aus dem Schiff tratten, erkannten sie ihn alsbald:

55. Und sie liefen durch dieselbige ganze Landschaft, und fiengen an die Kranken auf den Betten herumzutragen, wo sie höreten, daß er war.

56. Und wo er in die Flecken, oder in die Dörfer, oder Städte hineingieng, da legten sie die Kranken auf die Gassen, und bathen ihn, daß sie nur den Saum seines Kleides anrühren möchten, und alle, die ihn anrühreten, wurden gesund.

Das siebente Capitel.

I. Die Pharisäer tadeln die Jünger Christi, daß sie mit ungewaschenen Händen essen: Christus aber straft die Pharisäer wegen ihrer Häucheley, und verkehrten Satzung. 1. II. Lehret, was den Menschen verunreinige. 14. III. Erlediget der Syrophönissin Tochter vom bösen Geist. 24. IV. Heilet einen Tauben, und Stummen. 31.

1. Und es versammelten sich zu ihm die Pharisäer, und etliche von den Schriftgelehrten, so von Jerusalem kamen.

2. Und da sie sahen, daß etliche von seinen Jüngern mit gemeinen, das ist, mit ungewaschenen Händen, das Brod aßen, strafeten sie dasselbige.

3. Denn die Pharisäer, und alle Juden essen nicht, sie haben dann die Hände zum öftern gewaschen; halten also die Satzung der Aeltesten:

4. Und wenn sie vom Markt kommen, so essen sie nicht, sie haben sich dann zuvor gewaschen: und sind viele andere Dinge, welche ihnen zu halten verordnet sind, nämlich, das Waschen der Trinkgeschirre, und der Krüge, und der ährinen Gefäße, und der Bettladen.

5. Und die Pharisäer, und Schriftgelehrten fragten ihn: Warum wandeln deine Jünger nicht nach der Satzung der Aeltesten, sondern essen das Brod mit gemeinen Händen?

6. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: Wohl hat Isaias von euch Häuchlern geweissaget, wie geschrieben stehet: Dieses Volk ehret mich mit den Lefzen, aber ihr Herz ist weit von mir.

7. Sie dienen mir aber vergeblich, dieweil sie Menschen Lehre, und Gebothe lehren.

8. Denn ihr verlasset das Geboth GOttes, und haltet der Menschen Satzung, nämlich das Waschen der Krüge, und der Trinkgeschirre, und thut dergleichen viele andere Dinge.

9. Und er sprach zu ihnen: Wahrlich, ihr vernichtet das Geboth GOttes, auf daß ihr eure Satzung haltet.

10. Denn Moyses hat gesagt: Du solist deinen Vater, und deine Mutter ehren. Und wer dem Vater, oder der Mutter fluchet, der soll des Todes sterben.

11. Ihr aber saget: Wenn ein Mensch zum Vater, oder zu der Mutter spricht: Corban, (das ist eine Gabe) so von mir herkömmt, das wird dir auch nutzen:

12. Und überdas lasset ihr ihn seinem Vater, oder seiner Mutter nichts mehr thun.

13. Und hebet also das Wort GOttes auf, durch eure Satzung, die ihr aufgerichtet habt: und thut dergleichen Dinge vielmehr.

51. Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus. Et plus magis intra se stupebant:

52. Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

VI. 53. Et *s* cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. *s Matth.* 14. 34.

54. Cumque egressi essent de navi, continuo cognoverunt eum:

55. Et percurrentes universam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, ubi audiebant, eum esse.

56. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent, & quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

CAPUT VII.

I. Pharisæos arguentes discipulos, cum illotis ederent manibus redarguit, quod Dei mandata ob suas traditiones transgrederentur. 1. *II. Declarat, quænam hominem coinquinent.* 14. *III. Syrophœnissæ filiam a dæmonio liberat.* 24. *IV. Surdum ac mutum sanat.* 31.

1. Et conveniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jerosolymis.

2. Et *a* cum vidissent quosdam ex discipulis ejus communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperaverunt. *a Matth.* 15. 2.

3. Pharisæi enim, & omnes Judæi, nisi crebro laverint manus, non manducant; tenentes traditionem seniorum:

4. Et a foro nisi baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum.

5. Et interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?

6. At ille respondens dixit eis: Bene prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: *b* Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. *b Isa.* 29. 13.

7. In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.

8. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum, & calicum, & alia similia his facitis multa.

9. Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis.

10. Moyses enim dixit: *c* Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et: *d* Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. *c Exod.* 20. 12. *Deut.* 5. 16. *Ephes.* 6. 2. *d Exod.* 21. 17. *Lev.* 20. 9. *Prov.* 20. 20.

11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, (quod est donum) quodcumque ex me, tibi profuerit:

12. Et ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri.

13. Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis: & similia hujusmodi multa facitis.

℣. 51. *Plus magis intra se stupebant:* edito miraculo. Matth. 14. 28. *Et plus magis;* supra modum stupebant.
℣. 52. *Non enim intellexerunt de panibus.* Præmentis tarditate magis obstupescebant, quod ambularet super aquas, quam quod tam paucis panibus tot homines pavisset. *Obcæcatum,* quasi obductis oculis.

CAPUT VII.

℣. 2. *Communibus manibus, id est non lotis.* Immundis manibus: quæ ab omnibus cum Judæis, tum gentilibus contrectari solent.
℣. 4. *Et a foro* rerum venalium, ubi facile contaminabantur rerum immundarum contactu: *nisi baptizentur:* manus lavent. *Baptismata,* ablutiones, *& lectorum.* i. Tabularum lecti.
℣. 6. *Bene prophetavit Isaias de vobis.* Bene, valde, aut ironice dictum, vos admodum religiosi estis.
℣. 7. *In vanum autem me colunt,* sine ullo fructu, seu vano cultu.
℣. 11. *Si dixerit homo patri, aut matri, Corban.* Supplendum videtur, bene facit, aut legi satisfacit. Corban est etiam idem ac donum, *quodcumque ex me,* Deo offertur.
℣. 12. *Et ultra non dimittitis,* juvando parentes: nihil ei opus est; ut adjuvet parentes, quoniam Deo vovit facultates suas.

e Matth. 15. 10.

11. 14. Et *e* advocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.

15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt, illa sunt, quæ communicant hominem.

16. Si quis habet aures audiendi, audiat.

17. Et cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli ejus parabolam.

18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare:

19. Quia non intrat in cor ejus, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas?

20. Dicebat autem: Quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem.

f Gen. 6. 5.

21. Ab intus *f* enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,

22. Furta, avaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.

23. Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem.

g Matth. 15. 21.

III. 24. Et *g* inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: ingressus domum, & neminem voluit scire; & non potuit latere.

25. Mulier enim statim, ut audivit de eo, cujus filia habebat spiritum immundum, intravit, & procidit ad pedes ejus.

26. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum, ut dæmonium ejiceret de filia ejus:

27. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

28. At illa respondit, & dixit illi: Utique Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.

29. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium a filia tua.

30. Et cum abiisset domum suam, invenit puellam jacentem supra lectum, & dæmonium exiisse.

† DOM. 11. POST PENT.

IV. 31. Et iterum † exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

h Matth. 9. 32. Luc. 11. 14.

32. Et *h* adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum.

33. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens, tetigit linguam ejus:

11. 14. Und er rief das Volk abermals zu sich, und sprach zu ihnen: Höret mir alle zu, und verstehet es wohl.

15. Es ist nichts ausser dem Menschen, das ihn verunreinigen könne, wenn es in ihn gehet, sondern die Dinge, welche vom Menschen ausgehen, dieselbige sind es, so den Menschen gemein * machen. * unrein.

16. Hat jemand Ohren zu hören, der höre.

17. Und da er vom Volk in das Haus eingegangen war, fragten ihn seine Jünger um dieses Gleichniß.

18. Und er sprach zu ihnen: Seyd ihr dann auch so unverständig? Verstehet ihr nicht, daß alles, so von aussen in Menschen eingehet, ihn nicht kann gemein machen:

19. Denn es gehet nicht in sein Herz, sondern es kömmt in den Bauch, und gehet durch den natürlichen Gang hinaus, der alle Speisen ausfeget. * * reiniget.

20. Und er sprach ferner: Aber die Dinge, welche vom Menschen herausgehen, dieselbige machen den Menschen gemein.

21. Denn von innen aus dem Herzen der Menschen, gehen hervor böse Gedanken, Ehebruch, Hurerey, Todschläge,

22. Diebstähle, Geiz, Schalkheit, Betrug, Unzucht, ein neidisch Auge, Lästerung, Hofarth, Thorheit.

23. Alle diese böse Stücke gehen von innen hervor, und machen den Menschen gemein.

g Matth. 15. 21.

III. 24. Und er machte sich auf, und gieng von dannen in die Gränzen Tyri, und Sidon: und er gieng in ein Haus, und wollte, daß es niemand sollte erfahren; aber er konnte nicht verborgen seyn.

25. Denn es war ein Weib, dero Tochter einen unreinen Geist bey sich hatte, so bald diese von ihm hörete, gieng sie hinein, und fiel nieder zu seinen Füßen:

26. Es war aber ein heydnisch Weib, aus Syrophönicia gebürtig. Und sie bath ihn, daß er den Teufel von ihrer Tochter austreiben wollte:

27. Und er sprach zu ihr: Laß zuvor die Kinder satt werden: denn es ist nicht gut, daß man das Brod der Kinder nehme, und werfe es vor die Hunde.

28. Sie aber antwortete, und sprach zu ihm: Ja HErr, denn die Hündlein essen auch unter dem Tische von den Brosamen der Kinder.

29. Und er sprach zu ihr: Um dieser Rede willen, gehe hin, der Teufel ist von deiner Tochter ausgefahren.

30. Und als sie hingieng in ihr Haus, befand sie, daß auf dem Bett das Mägdlein lag, und daß der Teufel ausgefahren war.

† DOM. 11. POST PENT.

IV. 31. Und als er abermal aus den Gränzen Tyri gieng, kam er durch Sidon an das Galiläische Meer, mitten an die Gränze der zehen Städte.

h Matth. 9. 32. Luc. 11. 14.

32. Und sie führeten einen zu ihm, der taub und stumm war, und bathen ihn, daß er die Hand auf ihn legte.

33. Und er nahm ihn von dem Volk beyseits, und legte ihm seine Finger in seine Ohren: und er spyete aus, und rührete seine Zunge an:

34. Und

℣. 15. *Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare.* Voluntas est fons omnis immunditiei: quod eam non attingit, non eam coinquinat. Ecclesia nullos cibos prohibet tamquam immundos vel natura, vel contrectatione; sed quosdam prohibet certis diebus, carnis domandæ studio, ut liberius serviamus Deo: cum autem homo eas leges transgreditur præ intemperantia, aut contumacia, non cibus proprie coinquinat hominem, sed superbia, aut scandalum, aut inobedientia, & voluntas utendi his cibis, cum non licet. Hinc *quæ procedunt de homine*, ejus corde, voluntate & anima, *illa sunt quæ communicant* hominem, seu animam hominis communem & immundam faciunt.

℣. 18. *Non potest eum communicare*, i. e. inquinare.

℣. 19. *Quia non intrat in cor.* i. voluntatem. *In secessum.* Gr. *In latrinam. Purgans omnes escas:* purgatos relinquit cibos nutritioni destinatos.

℣. 22. *Nequitiæ.* Syr. Injuriæ. *Oculus malus*, invidus, vel cupidus. *Stultitia.* Græc. immodestia, seu petulantia.

℣. 24. *Neminem voluit scire.* Id fecit quod faciunt homines, qui latere volunt: hi clanculum se subducunt: fecit quantum voluit, non quantum potuit; voluit voluntate signi, non absoluta.

℣. 25. *Intravit.* Gr. Veniens: nam extra domum factum est miraculum, ex cap. 15. Matthæi.

℣. 26. *Erat enim mulier Gentilis.* Gr. Ἑλληνὶς, seu Græca, quo nomine gentile; a Judæis tum secernebantur.

℣. 31. *Iterum exiens de finibus Tyri.* Gr. Tyri, & Sidonis, venit ad mare. Non erat iter faciendum per Sidonem, nisi forte intelligamus per loca Sidoni vicina. Nam verisimile est Christum urbem non ingressum fuisse. *Inter medios fines Decapoleos;* quæ partim erat cis Jordanem, partim ultra.

℣. 32. *Et adducunt ei surdum, & mutum.* Vox Græca μογιλάλον, hominem fere mutum, & verba vix proferentem significat.

℣. 33. *Expuens, tetigit linguam ejus.* Tetigit digito suo saliva tincto.

34. Und sah auf gen Himmel, seufzete, und sprach zu ihm: Ephphetha, das ist, thue dich auf.

35. Und alsbald wurden seine Ohren aufgethan, und das Band seiner Zunge ward loß, und er redete recht.

36. Und er verboth es ihnen, sie sollten es niemand sagen. Aber je mehr er es ihnen verboth, je mehr sie es ausbreiteten.

37. Und je mehr verwunderten sie sich darüber, und sprachen: Er hat alle Dinge wohl gethan: die Tauben hat er hörend gemacht, und die Sprachlosen redend.

Das achte Capitel.

I. JEsus speiset viertausend Menschen mit sieben Broden. 1. II. Will den Pharisäern kein Zeichen geben. 11. III. Warnet seine Jünger vor dem Sauerteig der Pharisäer. 14. Macht einen Blinden sehend. 22. IV. Fraget seine Jünger, wer des Menschen Sohn sey: weissaget von seinem Leiden, und straset Petrum, der ihn davon will abhalten. 27. V. Prediget von Verläugnung seiner selbst, und Aufnehmung des Kreuzes. 34.

1. In denselbigen Tagen als abermal viel Volk beyeinander war, und nichts zu essen hatten: rief JEsus seine Jünger zusammen, und sprach zu ihnen:

2. Mich erbarmet das Volk: denn siehe, sie haben nun drey Tage bey mir verharret, und haben nichts zu essen.

3. Und wenn ich sie ungespeiset von mir nach Hause gehen lasse, so werden sie auf dem Wege erliegen: *denn etliche unter ihnen sind von ferne gekommen. *verschmachten.

4. Und seine Jünger antworteten ihm: Woher möchte man sie mit Brod ersättigen allhier in der Wüste?

5. Und er fragte sie: Wie viel Brode habt ihr? Sie sprachen: Sieben.

6. Und er befahl dem Volke, daß sie sich niedersetzten auf die Erde. Und er nahm die sieben Brode, und dankete, und brach sie, und gab sie seinen Jüngern, vorzulegen, und sie legten dieselbe dem Volke vor.

7. Und sie hatten ein wenig Fischlein: dieselbigen segnete er auch, und befahl sie vorzulegen.

8. Und sie aßen, und wurden satt, und sie huben auf, was von Stücklein übrig geblieben war, sieben Körbe voll.

9. Aber deren, so da geessen hatten, waren bey viertausend: und er entließ sie von sich.

10. Und tratt alsbald in ein Schiff mit seinen Jüngern, und kam in die Gegend Dalmanutha.

II. 11. Und die Pharisäer giengen heraus, und fiengen an mit ihm sich zu befragen: und sie begehrten ein Zeichen vom Himmel, und versuchten ihn.

12. Und er seufzete im Geist, und sprach: Was suchet doch dieses Geschlecht ein Zeichen? Wahrlich sage ich euch, es wird diesem Geschlecht kein Zeichen gegeben werden.

13. Und er verließ sie, und tratt wiederum in das Schiff, und fuhr hin über das Meer.

III. 14. Und sie vergaßen Brod mit sich zu nehmen: und hatten nicht mehr dann nur ein Brod bey sich im Schiff.

15. Und er befahl ihnen, und sprach: Sehet zu, und hütet euch vor dem Sauerteig der Pharisäer, und vor dem Sauerteig Herodis.

16. Und sie gedachten untereinander, und sprachen: Das ist, daß wir kein Brod haben.

17. Da solches JEsus vernahm, sprach er zu ihnen: Was bekümmert ihr euch, daß ihr kein Brod habt? erken-

34. Et suspiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire.

35. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte.

36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.

37. Et eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.*

CAPUT VIII.

I. Septem panibus satiat quatuor hominum millia. 1. II. Negat Pharisæis signum. 11. III. Discipulos a fermento Pharisæorum cavere jubet. 14. Cæcum sensim curat. 22. IV. Petrus confitetur ipsum esse Christum: sed paulo post satana ab eo dicitur, quod increparet illum, dum suam prædiceret passionem. 27. V. Christus exhortatur ad tollendam crucem, & curam animæ, seu salutis. 34.

1. In diebus illis iterum † cum turba multa esset, nec haberent, quod manducarent: convocatis discipulis *a*, ait illis: † *DOM. 6. POST PENT.*

2. Misereor super turbam: quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent, quod manducent. *a Matth. 15. 32.*

3. Et si dimisero eos jejunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

4. Et responderunt ei discipuli sui: Unde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

5. Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

6. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerent, & apposuerunt turbæ.

7. Et habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit, & jussit apponi.

8. Et manducaverunt, & saturati sunt, & sustulerunt, quod superaverat de fragmentis, septem sportas.

9. Erant autem qui manducaverant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.*

10. Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

II. 11. Et *b* exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere cum eo: quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum. *b Matth. 16. 1. Luc. 11. 54.*

12. Et ingemiscens spiritu ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

13. Et dimittens eos, ascendit iterum navim, & abiit trans fretum.

III. 14. Et *c* obliti sunt panes sumere: & nisi unum panem non habebant secum in navi. *c Matth. 16. 5.*

15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete a fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

16. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: Quia panes non habemus.

17. Quo cognito, ait illis Jesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cogno-

---

ỳ. 34. *Ingemuit*, commiseratione humanæ miseriæ motus. *Ephpheta, Etpheta*, אתפתה, Syr. apertus esto, quoad aures & linguam. Quas cæremonias in Baptismo adhibet Ecclesia: ingemiscit ut homo, imperat ut Deus.

CAPUT VIII.

ỳ. 2. *Ecce jam triduo sustinent me*, permanent mecum. Quæ historia jam exposita fuit Matthæi 15.

ỳ. 6. *Et apposuerunt turbæ*, panes, qui continuato miraculo primum in Christi, discipulorum, deinde in comedentium manibus multiplicati sunt.

ỳ. 10. *Venit in partes Dalmanutha.* Matth. 15. 39. *In fines Magedan:* duo sunt oppida inter Juliadem & Gerasam sita: multi codices habent Magedan, atque eumdem esse vicum existimat August. L. 2. de consensu Evang. cap. 51.

ỳ. 11. *Et cœperunt conquirere cum eo*, disputare: *Tentantes eum*, signum ab eo petentes, non ut crederent, sed ut potentiam ejus experirentur.

ỳ. 12. *Si dabitur generationi isti signum.* Non dabitur, Phrasi Hebræis usitata: *Si David mentiar.* Non mentiar Davidi. Psal. 86.

ỳ. 15. *Cavete a fermento Pharisæorum, & fermento Herodis:* qui Sadducæis favebat. Quod enim Matthæus cap. 16. posuit, a fermento Sadducæorum, Marcus dixit, a fermento Herodis: adeo ut in Herodis aula Sadducæorum doctrina vigeret.

ỳ. 17. *Nec intelligitis.* sc. potentiam meam.

cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

18. Oculos habentes, non videtis? & aures
d Sup.6.41. habentes, non auditis? *d* nec recordamini,
Joan.6.11. 19. Quando quinque panes fregi in quinque millia, quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.

20. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem.

21. Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?

22. Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum, ut illum tangeret.

23. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus, impositis manibus suis, interrogavit eum, si quid videret?

24. Et aspiciens ait: Video homines velut arbores ambulantes.

25. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre. Et restitutus est ita, ut clare videret omnia.

26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris.

e Matth. 16. 13. *Luc.* 9. 18. IV. 27. Et *e* egressus est Jesus, & discipuli ejus in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines?

28. Qui responderunt illi, dicentes: Joannem Baptistam, alii Eliam, alii vero quasi unum de Prophetis.

29. Tunc dicit illis: Vos vero quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.

30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

31. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari a senioribus, & a summis sacerdotibus, & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere.

32. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum.

33. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me Satana, quoniam non sapis, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

V. 34. Et convocata turba cum discipulis
f Matth. 10. 38. & 16.24. *Luc.* 9. 23. & 14.27. suis, dixit eis: *f* Si quis vult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

*g Luc.*17.33. *Joan.*12.25. 35. Qui *g* enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & Evangelium, salvam faciet eam.

36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat?

net, und verstehet ihr es noch nicht? Habt ihr noch ein verblendetes Herz in euch?

18. Habt ihr Augen, und sehet nicht? und habt ihr Ohren, und höret nicht?

19. Seyd ihr auch nicht eingedenk, da ich die fünf Brode unter fünftausend brach, wie viel Körbe voll Stücklein habt ihr damals aufgehoben? Sie sprachen zu ihm: Zwölfe.

20. Und da ich die sieben Brode unter viertausend brach, wie viel Körbe voll Brocken habt ihr aufgehoben? Sie sprachen zu ihm: Sieben.

21. Und er sprach zu ihnen: Wie verstehet ihr dieses dann noch nicht?

22. Und sie kamen gen Bethsaida, da brachten sie einen Blinden zu ihm, und bathen ihn, daß er ihn anrührete.

23. Und er nahm den Blinden bey der Hand, und führete ihn aus dem Flecken: und er spye in seine Augen, und legte seine Hände auf ihn, und fragte ihn, ob er etwas sehe?

24. Und er sah auf, und sprach: Ich siehe die Menschen dahergehen, wie Bäume.

25. Darnach legte er abermal die Hände auf seine Augen: und er fieng an zu sehen. Und es war wiederum gut mit ihm, also, daß er alles klärlich sah.

26. Und er schickte ihn heim, und sprach: Gehe hin in dein Haus: und wenn du zum Flecken hineinkommen wirst, so sage es niemand.

IV. 27. Und JEsus gieng hinaus, und seine Jünger, in den Flecken der Stadt Cäsarea Philippi: und auf dem Wege fragte er seine Jünger, und sprach zu ihnen: Wer sagen die Leute, daß ich sey?

28. Sie antworteten ihm, und sprachen: Sie sagen du seyest Johannes der Taufer, andere sagen, du seyest Elias, andere aber, du seyest etwan einer aus den Propheten.

29. Da sprach er zu ihnen: Wer saget ihr aber, daß ich sey? Petrus antwortete, und sprach zu ihm: Du bist Christus.

30. Und er bedrohete sie, daß sie solches niemand von ihm sagen sollten.

31. Und er fieng an, sie zu berichten, daß des Menschen Sohn viel leiden müßte, und verworfen werden von den Aeltesten, und Hohenpriestern, und Schriftgelehrten, und getödtet werden, und nach dreyen Tagen wiederum auferstehen.

32. Und er redete das Wort öffentlich. Da nahm ihn Petrus zu sich, und fieng an ihn zu strafen.

33. Und er wandte sich um, und sah seine Jünger an, und bedrohete Petrum, und sprach: Weiche hinter mich, Satan, denn du fassest nicht, was GOttes ist, sondern was der Menschen ist.

V. 34. Und er rief das Volk zusammen, samt seinen Jüngern, und sprach zu ihnen: So mir jemand will nachfolgen, der verläugne sich selbst, und nehme sein Kreuz auf sich, und folge mir nach.

35. Denn wer seine Seele erhalten will, der wird sie verliehren: wer aber seine Seele verliehret um meinetwillen, und um des Evangelii willen, der wird sie erhalten.

36. Denn was wird es dem Menschen nützen, wenn er die ganze Welt gewönne: und Schaden leidete an seiner Seele?

37. Oder

℣. 22. *Adducunt ei cæcum*, non a nativitate. Sa.
℣. 23. *Eduxit eum extra vicum*, extra suburbia & fines Bethsaidæ.
℣. 24. *Video homines velut arbores ambulantes.* Primum subobscure homines ambulantes videbat eos arborum specie.
℣. 25. *Et cœpit videre*, perfecte. Paulatim eum curavit, ut fidem ejus accenderet.
℣. 28. *Alii Eliam.* Pharisæi quidam transmigrationem animorum crediderunt, ex Josepho L. 2. de bello Judaico cap. 7. *Quasi Prophetam.* Vox, *quasi*, deest in Græco.
℣. 29. *Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.* Marcus omittit magnifica promissa Petro a Christo facta, quæ alii Evangelistæ commemorant, quæque ad Petri prærogativam referuntur: sed Petrus forsan præ humilitate & modestia noluit ea referri a Marco. Ita Eusebius L. 3. Demonstr. Evangelicæ, cap. 7.
℣. 30. *Et comminatus est eis:* quia prius oportuit impleri mysterium redemptionis. Veritatis doctorem & Prophetam se dici voluit; Messiam vero se esse paucis aperuit.
℣. 31. *Et post tres dies resurgere:* id est, tertio die; more Hebræorum, qui post tempus aliquod factum dicunt, quod fit eo tempore: Exibit tertius dies.
℣. 32. *Cœpit increpare eum.* Ex amore, non ex indignatione.
℣. 33. *Comminatus est Petro.* i. Increpavit eum. *Vade Satana.* Hoc nomine in Scripturis designari solet, qui alteri obsistit. Nam *adversarium* significat, seu diabolus sit, seu homo.
℣. 35. *Qui autem perdiderit animam suam propter me & Evangelium.* Ob Evangelii fidem, aut bona, quæ per Evangelium annuntiantur.

37. Oder was kann der Mensch zur Lösung geben für seine Seele?

38. Denn wer sich meiner, und meiner Worte schämen wird, unter diesem ehebrecherischen, und sündigen Geschlecht, dessen wird sich der Sohn des Menschen auch schämen, wenn er in der Herrlichkeit seines Vaters mit den heiligen Engeln kommen wird.

39. Und er sprach zu ihnen: Wahrlich sage ich euch, es sind etliche unter denen, die hier stehen, welche den Tod nicht schmecken werden, bis sie das Reich GOttes in der Kraft kommen sehen.

Das neunte Capitel

I. JEsus verkläret sich vor seinen Jüngern. 1. II. Saget, daß Elias kommen werde; theils schon gekommen sey. 10. III. Macht einen Tauben, Stummen, und Besessenen gesund. 14. IV. Weissaget von seinem Leiden. 30. V. Strafet der Jünger Ehrgeiz, und lehret demüthig zu seyn. 33. VI. Lehret, was für ein großes Uebel die Aergerniß sey, und wie diese mit dem höllischen Feuer gestrafet werde. 41.

1. Und nach sechs Tagen nahm JEsus zu sich Petrum, und Jacobum, und Johannem, und führete sie auf einen hohen Berg besonders allein, und er war vor ihnen verkläret.

2. Und seine Kleider wurden glänzend, und sehr weiß, wie der Schnee, daß sie kein Walker auf Erden so weiß machen könnte.

3. Und es erschien ihnen Elias mit Moyse: und redeten mit JEsu.

4. Und Petrus antwortete, und sprach zu JESU: Rabbi, es ist gut, daß wir hier sind: Laß uns drey Tabernackel machen, Dir einen, und Moysi einen, und Eliä einen.

5. Denn er wußte nicht, was er redete: dieweil sie von Furcht erschrocken waren.

6. Und es kam eine Wolke, und überschattete sie: und aus der Wolke kam eine Stimme, und sprach: Dieses ist mein liebster Sohn: den sollet ihr hören.

7. Und alsbald, da sie herumschaueten, sahen sie niemand mehr, als JEsum allein bey ihnen.

8. Als sie nun vom Berg herabgiengen, befahl er ihnen, daß sie niemand sagen sollten, was sie gesehen hätten: bis daß der Sohn des Menschen von den Todten wiederum wäre auferstanden.

9. Und sie behielten das Wort bey sich, und befragten sich miteinander, was das wäre: Wenn er von den Todten wiederum wäre auferstanden.

II. 10. Und sie fragten ihn, und sprachen: Was sagen dann die Pharisäer, und Schriftgelehrten, daß Elias zuvorkommen müsse?

11. Er antwortete, und sprach zu ihnen: Wenn Elias zuvorkommen wird, so wird er alles wiederum zurechtbringen: und wie geschrieben ist von des Menschen Sohn, daß er viel leiden soll, und verachtet werden.

12. Aber ich sage euch, daß Elias schon gekommen ist, (und sie haben ihm gethan, was sie wollten,) wie dann von ihm geschrieben stehet.

13. Und als er zu seinen Jüngern kam, sah er eine

37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?

38. Qui *h* enim me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. *h Matth. 10. 33. Luc. 9. 26. & 12. 9.*

28. Da ward die Schrift erfüllet, die spricht: Er ist unter die Uebelthäter gerechnet worden.

29. Und

℣. 6. *Per diem autem Festum.* Paschatis: Syriace tamen legitur: *In omni Festo.*

℣. 8. *Cum ascendisset turba.* Græc. *Acclamasset.* Interpres forte pro ἀναξοήσας legit ἀναβήσας, vel populus cœpit cum acclamatione petere, ut Pilatus pro more dimitteret reum.

℣. 11.—*Ut magis.* i. Potius.

℣. 16. *In atrium prætorii.* Intro addunt Græc.

℣. 17. *Et imponunt ei plectentes spineam coronam.* Circumponunt ei coronam spineam, quam plexuerant.

℣. 21. *Et angariaverunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum.* Simon ille ex filiis suis nominatur, qui celebres fuerunt inter Christianos: quod tamen aliquibus incertum est; probabilius ambo erant Christi discipuli.

℣. 23. *Et dabant vinum myrrhatum.* i. Amarissimum, seu myrrha mistum, quod solebat damnatis dari, ut minus dolerent. *Et non accepit.* Non bibit, sed solum gustavit, ut ait Matth.

℣. 25. *Erat autem hora tertia.* Sic designat spatium temporis inter horam tertiam & sextam interjectum. Hieron. vel quisquis alius in Psal. 77. putat errore scriptorum pro *sexta* positum, *tertia*, quod numerorum notæ Græce sint similes. Ex Joanne, Christus condemnatus fuit hora quasi sexta, seu hora sexta incipiente: tenebræ factæ sunt hora sexta: jam per aliquod temporis spatium Christus affixus erat cruci: neque id abhorret a verisimili, quod conjicit Auctor Analyseos Gallicæ post Petavium, Librarium loco ἕκτης, seu sexta, posuisse τρίτης. Quod statim Marcus subjecerit. *Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt;* eamdem horam statim repetitam non fuisse forsan existimavit.

29. Und die vorübergiengen, lästerten ihn, und schüttelten ihre Häupter, und sprachen: Pfui! der du den Tempel GOttes zerstöreſt, und ihn in dreyen Tagen wiederum aufbaueſt:

30. Hilf dir selbst, und steige herab vom Kreuz.

31. Ingleichen verspotteten ihn auch die Hohenprieſter, samt den Schriftgelehrten, und sprachen untereinander: Er hat andern geholfen, und kann sich selbst nicht helfen.

32. Christus, der König Israel, steige jetzt vom Kreuz herab, daß wir sehen, und glauben. So schmäheten ihn auch, die mit ihm gekreuziget waren.

III. 33. Als aber die sechste Stunde gekommen war, da war eine Finsterniß über den ganzen Erdboden, bis um die neunte Stunde.

34. Und um die neunte Stunde rief JEsus mit lauter Stimme, und sprach: Eloi, Eloi, Lamma sabacthani! das ist verdollmetschet: Mein GOtt! mein GOtt! warum hast du mich verlassen?

35. Und etliche von denen, welche dabeystunden, da sie das höreten, sprachen sie: Siehe, er ruset dem Elia.

36. Einer aber lief hin, und füllete einen Schwamm mit Essig, und heftete ihn an ein Rohr, und gab ihm zu trinken, und sprach: Halt, lasset uns sehen, ob Elias komme, ihn herabzunehmen.

37. JESUS aber schrye laut, und gab den Geist auf.

38. Und der Vorhang des Tempels zerriß in zwey Stücke, von oben an, bis unten aus.

39. Der Hauptmann aber, der gegen ihm über stund, da er sah, daß er also rufend den Geist aufgegeben hatte, sprach er: Wahrlich, dieser Mensch war GOttes Sohn.

40. Es waren aber auch Weiber da, welche von ferne zusahen: unter welchen war Maria Magdalena, und Maria Jacobi, des Kleinern, und Josephs Mutter, und Salome:

41. Welche ihm auch nachgefolget waren, da er in Galiläa war, und hatten ihm gedienet, samt vielen andern, die zugleich mit ihm hinauf gen Jerusalem gekommen waren.

IV. 42. Und als es nun war Abend worden, (dieweil es der Rüsttag war, der vor dem Sabbath ist.)

43. Da kam Joseph von Arimathäa, ein vornehmer Rathsherr, welcher auch selbst auf das Reich GOttes wartete, und gieng kühnlich zu Pilato hinein, und bath um den Leib JEsu.

44. Pilatus aber verwunderte sich, daß er schon verschieden wäre. Und er forderte den Hauptmann, und fragte ihn, ob er schon gestorben wäre.

45. Und nachdem er es vom Hauptmann vernommen hatte, schenkte er Joseph den Leichnam.

46. Joseph aber kaufte Leinwad, und nahm ihn ab, und wickelte ihn in die Leinwad, und legte ihn in ein Grab, das aus einem Felsen ausgehauen war, und wälzete einen Stein vor die Thür des Grabes.

47. Aber Maria Magdalena, und Maria Joseph sahen zu, wo er hingeleget wurde.

Das sechszehente Capitel.

I. Magdalena, und andere fromme Weiber, verstehen vom Engel seine Auferstehung 1. II. Christus erscheinet Magdalenä, und den Jüngern, so nach Emaus giengen. 9. III. Erscheinet den eilf Aposteln, die er aussendet in alle Welt, zu predigen, und zu taufen, und die Lehre mit Zeichen zu bestättigen. 15. IV. Fähret auf gen Himmel. 19.

29. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: i Vah! qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: i *Joan. 2. 19.*

30. Salvum fac temetipsum descendens de cruce.

31. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.

32. Christus, rex Israel, descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

III. 33. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam.

34. Et hora nona exclamavit Jesus voce magna, dicens: k Eloi, eloi, lamma sabacthani! quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? *k Psal. 21. 2. Matth. 27. 46.*

35. Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce, Eliam vocat.

36. Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus, si veniat Elias ad deponendum eum.

37. Jesus autem emissa voce magna expiravit.

38. Et velum templi scissum est in duo, a summo usque deorsum.

39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Vere hic homo Filius Dei erat.

40. Erant l autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Joseph mater, & Salome: *l Matth. 27. 55.*

41. Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, m & ministrabant ei, & aliæ multæ, quæ simul cum eo ascenderant Jerosolymam. *m Luc. 8. 2.*

IV. 42. Et n cum jam sero esset factum (quia erat parasceve, quod est ante sabbatum.) *n Matth. 27. 57. Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.*

43. Venit Joseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.

44. Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset. Et accersito centurione, interrogavit eum, si jam mortuus esset.

45. Et cum cognovisset a centurione, donavit corpus Joseph.

46. Joseph autem mercatus sindonem, & deponens eum involvit sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum de petra, & advolvit lapidem ad ostium monumenti.

47. Maria autem Magdalene, & Maria Joseph aspiciebant, ubi poneretur.

CAPUT XVI.

I. Mulieribus Angelus resurrectionem Christi annuntiat. 1. II. Qui primum Magdalenæ apparet, deinde duobus discipulis in alia effigie. 9. III. Undecim recumbentibus apparens, mittit eos, ut in universo mundo prædicent promittens signa, quæ sequentur. 15. IV. In cælum ascendit. 19.

1. Et

¥. 29. *Vah! qui destruis.* Jactas te posse destruere.

¥. 33. *Tenebræ factæ — per totam terram.* Per subtractionem solarium radiorum.

¥. 37. *Et emissa voce magna.* Cur hoc miraculum fecerit. vide Tirin.

¥. 38. *Velum scissum in duo.* i. In duas partes.

¥. 40. *Inter quas erat* — & Maria Jacobi minoris, & Joseph mater, ex Græco liquet nomen non in genitivo, sed in nominativo poni: adeo ut Maria non vocaretur: eaque fuit mater filiorum Zebedæi. Nam Matth. cap. 27. eadem mulier dicitur mater filiorum Zebedæi; *Joseph Mater*, seu Jose.

¥. 43. *Decurio.* Gr. Consiliarius e Synedrio. *Et audacter introivit.* sc. non sine periculo.

¥. 47. *Aspiciebant, ubi poneretur.* Ut suo tempore ungerent.

†*DOM. RESURRECT.*

1. Et cum transisset † sabbatum, *a* Maria Magdalena, & Maria Jacobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum.

a Matth. 28. 1. *Luc.* 24. 1. *Joan.* 20. 1.

2. Et valde mane una sabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam sole.

3. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti?

4. Et respicientes viderunt revolutum lapidem: erat quippe magnus valde.

b Matth. 28. 5. *Luc.* 24. 4. *Joan.* 20. 12.

5. Et *b* introeuntes in monumentum viderunt juvenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.

6. Qui dicit illis: Nolite expavescere: Jesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hic: Ecce locus, ubi posuerunt eum.

7. Sed ite, dicite discipulis suis, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum vi-

c Sup. 14. 28. debitis *c*, sicut dixit vobis.°

8. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: invaserat enim eas tremor, & pavor: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

d Joan. 20. 16.

II. 9. Surgens autem mane, *d* prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.

10. Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

11. Et illi audientes, quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt.

e Luc. 24. 13.

12. Post *e* hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam:

13. Et illi euntes nuntiaverunt ceteris: nec illis crediderunt.

†*IN ASCENSIONE DOMINI.*

14. Novissime † recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

III. 15. Et dixit eis: Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.

16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.

f Act. 16. 18. *g Actor.* 2. 4. & 10. 46. *h Act.* 28. 5. *i Act.* 28. 8.

17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: *f* In nomine meo dæmonia ejicient: g linguis loquentur novis:

18. Serpentes *h* tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: *i* super ægros manus imponent, & bene habebunt.

k Luc. 24. 51.

IV. 19. Et Dominus quidem Jesus, postquam locutus est eis *k*, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei.

20. Illi autem profecti, prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.°

1. Und da der Sabbath vergangen war, kauften Maria Magdalena, und Maria Jacobi, und Salome Specerey, auf daß sie kämen, und JEsum salbeten.

2. Und sie kamen am ersten Tage der Sabbather zum Grabe, gar früh, da die Sonne war aufgegangen.

3. Und sie sprachen untereinander: Wer wälze uns den Stein von des Grabes Thür?

4. Und sie sahen dahin, und wurden gewahr, daß der Stein abgewälzet war: denn er war sehr groß.

5. Und da sie zum Grabe hineingiengen, sahen sie einen Jüngling zur rechten Hand sitzen, der hat ein langes weisses Kleid an, und sie entsetzten sich.

6. Er aber sprach zu ihnen: Entsetzet euch * nicht: ihr suchet JEsum von Nazareth, den Gekreuzigten: er ist auferstanden, und ist nicht hier: Siehe, den Ort, da sie ihn hingeleget haben. * fürchtet.

7. Gehet aber hin, und saget seinen Jüngern, und Petro, daß er vor euch hergehet in Galiläam: daselbst werdet ihr ihn sehen, wie er euch gesagt hat.

8. Sie aber giengen hinaus, und flohen vom Grabe: denn es hatte sie ein Zittern, und Zagen eingenommen: und sie sagten niemand etwas: denn sie fürchteten sich.

II. 9. Als er aber des Morgens früh, am ersten Tage der Woche, war auferstanden, erschien er erstlich Mariä Magdalenä, von welcher er sieben böse Geister ausgetrieben hatte.

10. Dieselbige gieng hin, und verkündiget es denen, welche mit ihm gewesen waren, die waren traurig, und weineten.

11. Da diese nun höreten, daß er lebte, und daß er von ihr wäre gesehen worden, glaubten sie es nicht.

12. Hernach aber, als zween von ihnen wandelten, offenbarte er sich ihnen in fremder Gestalt, da sie nach dem Flecken giengen:

13. Und diese giengen hin, und verkündigten es den andern: und sie glaubten ihnen auch nicht.

14. Zuletzt, da die Eilfe zu Tische saßen, erschien er ihnen, und verwieß ihnen ihren Unglauben, und ihres Herzens Härtigkeit: daß sie denen nicht geglaubet haben, welche ihn gesehen hatten, nachdem er auferstanden war.

III. 15. Und er sprach zu ihnen: Gehet hin in die ganze Welt, und prediget das Evangelium allen Creaturen.

16. Wer da glaubt, und getauft wird, der wird selig werden: wer aber nicht glaubt, der wird verdammt werden.

17. Die Zeichen aber, welche denen folgen werden, die da glauben, sind diese: In meinem Namen werden sie Teufel austreiben: mit neuen Zungen reden:

18. Schlangen vertreiben: und wenn sie etwas tödtliches trinken, so wird es ihnen nicht schaden: auf die Kranke werden sie die Hände legen, und es wird besser mit ihnen werden.

IV. 19. Und der HErr JEsus, nachdem er mit ihnen geredet hatte, ward er aufgenommen gen Himmel, und sitzet zu der rechten Hand GOttes.

20. Sie aber zogen aus, und predigten allenthalben, und der HErr würkte mit ihnen, und bekräftigte das Wort mit folgenden Zeichen.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Et Salome emerunt aromata.* Paraverunt aromata jam ipso die mortis, ex Luca cap. 23. sed alia quoque emerunt sub vesperam Sabbati, quod priora non sufficerent.

℣. 2. *Et valde mane.* Portis egressæ. *Orto jam sole.* Pervenerunt ad monumentum: vel oriente sole, i. e. cum jam illucesceret.

℣. 5. *Et introeuntes in monumentum.* Postquam introissent. *Viderunt juvenem.* Angelum juvenili forma, antea non conspicuum. Unius tantum meminerunt Matthæus & Marcus, cum duo essent ex Luca & Joanne: illi mentionem tantummodo faciunt ejus, qui pias mulieres est allocutus.

℣. 8. *Fugerunt de monumento.* Et Christum habuerunt obvium, Matth. 28. *Et nemini.* sc. Occurrentium in via.

℣. 9. *Surgens.* Cum resurrexisset. — *Prima Sabbati.* Prima die hebdomadæ.

℣. 10. *Lugentibus, & flentibus.* sc. Apostolis.

℣. 12. *Ostensus est in alia effigie.* In habitu peregrino. *Euntibus in villam.* sc. Emaus.

℣. 13. *Nec illis crediderunt.* Quidam ex iis, ut liquet ex Luca cap. 24.

℣. 14. *Novissime recumbentibus illis undecim apparuit.* Verisimile est hæc ipso die resurrectionis contigisse, vel paulo post: & eamdem esse apparitionem, quam Joannes commemorat: licet Thomas abesset: sed Collegium Apostolorum eo numero constabat: sic ante casum Judæ collegium duodecim vocabatur. *Qui viderant eum resurrexisse.* Gr. *Suscitatum.* Pauci non crediderant.

℣. 16. *Qui crediderit.* Qui crediderit cum voluntate observandi mandata, si sit adultus: nam infantibus Ecclesia suam adhibet fidem.

℣. 19. *Sedet a dextris Dei.* Optimo & summo loco qua homo.

℣. 20. *Sequentibus signis.* Gr. Per subsequentia signa.

Das

Das heilige Evangelium Jesu Christi, nach der Beschreibung Lucä.

Das erste Capitel.

1. Gabriel verkündiget Zachariä, daß Elisabeth Johannem den Täufer gebähren werde. 5. II. Weil er solches nicht glauben wollte, wird er bis zur Erfüllung gemeldter Dinge mit der Stummheit geschlagen. 20. III. Eben dieser Engel verkündiget Mariä, daß sie den Meßiam gebähren soll. 26. IV. Maria besucht Elisabeth, auch diese wird erfüllet von dem heiligen Geist, und Maria dienet ihr in die drey Monathe. 39. V. Elisabeth gebähret Johannem, und Zacharias, der Vater, bekommt die Sprache wieder. 57.

Dieweil sich zwar viele unterstanden haben, die Erzählung der Dinge, welche unter uns vollzogen sind, in Ordnung zu bringen:

2. Wie es uns diejenigen übergeben haben, die es vom Anfang selbst gesehen haben, und Diener des Wortes gewesen sind:

3. So habe ich auch für gut angesehen, dieweil ich alles vom Anfang fleißig erkundiget habe, dir solches ordentlich zu schreiben, mein frommer Theophile:

4. Auf daß du die Wahrheit erkennest derselbigen Worte, von welchen du bist unterrichtet worden.

I. 5. In den Tagen Herodis, des Königs im Jüdischen Lande, war ein Priester, mit Namen Zacharias, von der Ordnung Abia, und sein Weib war von den Töchtern Aaron, und ihr Name war Elisabeth.

6. Sie waren aber beyde gerecht vor GOtt, und wandelten in allen Gebothen, und Satzungen des HErrn unsträflich.

7. Und sie hatten kein Kind, dieweil Elisabeth unfruchtbar war, und sie auch beyde zu ihren Tagen gekommen waren.

8. Es begab sich aber, als er das Priesterthum in der Ordnung seines Loos vor GOtt verwaltete:

9. Und nach Gewohnheit desselbigen Priesterthums fiel das Loos auf ihn, das Rauchwerk aufzulegen, daß er in den Tempel des HErrn gieng:

10. Und die ganze Schaar des Volkes war draußen, und bethete um die Stunde des Rauchopfers.

11. Es erschien ihm aber der Engel des HErrn, der auf der rechten Seite des Altars stund, darauf das Rauchopfer geschah.

12. Und Zacharias erschrack, als er ihn sah, und es überfiel ihn eine Furcht.

13. Der Engel aber sprach zu ihm: Fürchte dich nicht Zacharia, denn dein Gebeth ist erhöret: und dein Weib Elisabeth wird dir einen Sohn gebähren, und du sollst seinen Namen Johannes nennen:

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM secundum Lucam.

CAPUT I.

I. Zachariæ annuntiat Gabriel Joannis nativitatem ex Elisabeth sterili. 5. II. Qui Angelo non credens, mutus efficitur. 20. III. Idem Gabriel Mariæ annuntiat nativitatem filii Dei. 26. IV. Ad Mariæ salutationem Joannes exultat in utero, & Elisabeth prophetat, ipsaque Maria cantico gratiarum actionis Dominum magnificat. 39. V. In Joannis circumcisione Zacharias pater recepta loquela, eucharisticum canticum edit. 57.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum:

2. Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis:

3. Visum est & mihi assecuto omnia a principio diligenter, ex ordine tibi scribere, optime Theophile:

4. Ut cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

I. 5. † Fuit in diebus Herodis, regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias *a* de vice Abia, & uxor illius de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. † *VIGIL. S. JOAN. BAPT.* *a* 1. Par. 24. 10.

6. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querela.

7. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

8. Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum:

9. Secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit, ut incensum poneret, ingressus in templum Domini:

10. Et *b* omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. *b* Exod. 30. 7. Lev. 16. 17.

11. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi.

12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem:

CAPUT I.

℣. 1. *Conati sunt ordinare.* i. Contexere.
℣. 2. *Ministri fuerunt sermonis.* Seu verbi Dei.
℣. 4. *De quibus eruditus es.* Gr. Cathechizatus.
℣. 5. *Fuit in diebus Herodis.* Joannis conceptio, anno 32. Herodis contigit, quindecim fere mensibus ante nativitatem Christi Domini. Ex Lucæ narratione liquet Zachariam fuisse sacerdotem *de vice Abia*, quæ octava erat e 24. quas David sorte selegerat, ut unaquæque ordine suo in templo ministraret, idque per singulas hebdomadas: adeo ut 168. diebus exactis prima classis ad functiones suas in templo obeundas rediret. Illæ quidem familiæ ex Eleazaro, & Ithamare, filiis Aaron, erant oriundæ, sexdecim ex Eleazaro, octo ex Ithamare, uti ex Lib. 1. Paralip. cap. 24. discimus. Atque hæ sacerdotum classes ex Josepho, Lib. 7. Antiq. cap. 11. ad excidium usque templi perstiterunt. In unaquaque familia plures erant sacerdotes, & functionem quisque suam sortiebatur: incensi oblatio Zachariæ sorte contigit.
℣. 6. *Erant autem justi ante Deum.* Deus ipsemet approbavit ambos. *Incedentes — sine querela.* i. Inculpate.
℣. 8. *Cum Sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum.* Gr. *Contra Deum.* Scilicet e regione tabernaculi fœderis, qui locus Dei præsentiam exhibebat. Hoc muneris obtigerat Zachariæ, ut adoleret incensum in altari thymiamatis vespere & mane.
℣. 10. *Erat orans foris.* i. In atrio.
℣. 11. *Apparuit autem illi Angelus Domini.* Ambrosius in hunc locum: *Utinam nobis quoque adolentibus altaria, sacrificium deferentibus assistat Angelus, imo præbeat se videndum. Non enim dubites assistere Angelum, quando Christus assistit, quando Christus immolatur.*
℣. 13. *Quoniam exaudita est deprecatio tua.* An pro suscipienda prole? Sed cum essent ambo senes, id minime sperabat Zacharias; cumque Angelus id ei nuntiavit, non credidit: ergo deprecatio videtur fuisse pro salute populi, & adventu Messiæ. Cum autem Angelus ait: *Uxor tua Elisabeth pariet tibi filium*, explicare incipit, qua ratione deprecatio Zachariæ pro salute populi implenda sit. *Et vocabis:* nomen accipit a gratia: nam per gratiam datus, Auctoris gratiæ præco futurus erat.

14. Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt:

15. Erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ:

16. Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum:

17. Et ipse præcedet ante illum in Spiritu, & virtute Eliæ: *c* ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.

c Malach. 4. 6. Matth. 11. 14.

18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

II. 20. Et ecce, eris tacens, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant: pro eo, quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur, quod tardaret ipse in templo.

22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt, quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus.

23. Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam.

24. Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, & occultabat se mensibus quinque dicens:

25. Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

✝ IN ANNUNT. B. VIRG.

III. 26. In mense autem sexto, ✝ missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

27. Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria.

28. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

29. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum:

d Is. 7. 14.

31. Ecce, *d* concipies in utero, & paries

14. Du wirst Freude, und Wonne haben, und viele werden sich in seiner Geburt erfreuen:

15. Denn er wird groß seyn vor dem HErrn: Wein, und stark Getränke wird er nicht trinken, und er wird noch in seiner Mutter Leib mit dem heiligen Geiste erfüllet werden:

16. Und er wird viele Kinder Israel zum HErrn ihrem GOtt bekehren:

17. Und er wird vor ihm hergehen im Geist, und in der Kraft Elia: damit er die Herzen der Väter zu den Kindern bekehre, und die Unglaubigen zu der Weisheit der Gerechten, ein vollkommenes Volk dem HErrn zubereiten.

18. Und Zacharias sprach zu dem Engel: Woher soll ich das wissen? denn ich bin alt, und mein Weib ist zu ihren Tagen gekommen.

19. Und der Engel antwortete, und sprach zu ihm: Ich bin Gabriel, der ich vor GOtt stehe: und bin ausgesandt, mit dir zu reden, und dir diese gute Bothschaft zu bringen.

II. 20. Und siehe, du wirst sprachloß seyn, und wirst nicht reden können, bis auf den Tag, an welchem dieses geschehen wird: darum, daß du meinen Worten nicht geglaubt hast, welche zu seiner Zeit sollen erfüllet werden.

21. Und das Volk wartete auf Zachariam: und sie verwunderten sich, daß er so lange im Tempel verzog.

22. Als er aber hinausgieng, konnte er mit ihnen nicht reden, und sie merkten, daß er ein Gesicht im Tempel gesehen hätte. Und er winkte ihnen, und blieb stumm.

23. Und es begab sich, als die Tage seines Amts erfüllet waren, gieng er heim in sein Haus.

24. Nach diesen Tagen aber war sein Weib Elisabeth schwanger, und sie verbarg sich fünf Monathe lang, und sprach:

25. Also hat mir der HErr gethan in den Tagen, da er mich angesehen hat, meine Schmach unter den Menschen von mir zu nehmen.

III. 26. Aber im sechsten Monat ward der Engel Gabriel von GOTT gesandt in eine Stadt in Galiläa, welche Nazareth genennet wird,

27. Zu einer Jungfrauen, die einem Mann vermählet war, dessen Name war Joseph, vom Hause David, und der Jungfrauen Name war Maria.

28. Und der Engel gieng zu ihr hinein, und sprach: Gegrüßet seyest du, voller Gnaden: Der HErr ist mit dir: Du bist gebenedeyet unter den Weibern.

29. Da sie das hörete, erschrack sie ab seiner Rede, und gedachte, was dieses für ein Gruß wäre.

30. Und der Engel sprach zu ihr: Fürchte dich nicht Maria, denn du hast Gnade gefunden bey GOtt:

31. Siehe, du wirst empfangen in deinem Leibe, und wirst

℣. 14. *Et multi in nativitate ejus gaudebunt.* Ob ejus nativitatem publicum erit omni populo gaudium.

℣. 15. *Erit magnus coram Domino.* i. Dei judicio. *Et siceram non bibet.* More Nazaræorum: vox Hebræa *Sechar*, שכר, id omne significat, quod inebriare potest.

℣. 16. *Convertet ad Dominum Deum.* Ad Jesum Christum Dominum, & Deum Judæorum.

℣. 17. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ.* Eodem zelo. *Et virtute*, seu potentia. Quod Elias in secundo, hoc Joannes in primo Christi adventu præstabit. *Ut convertat corda patrum in filios.* Efficiet, ut filii Patriarchas imitentur. *Parare Domino.* Ut paret plebem perfecte instructam ad excipiendam Dei gratiam. Joannes præparavit plebem per pœnitentiam, baptismum, verbum, & exemplum. Ambrosius unum cum altero confert: *In deserto*, inquit, *Elias, in deserto Joannes; ille corvis pascebatur, hic dumis, &c.*

℣. 18. *Unde hoc sciam?* Culpa non vacavit ob incredulitatem, quod fidem non habuerit Angelo tam manifeste se ostendenti; quod dubitaverit non solum de modo, ut Abraham, & Gedeon, imo & B. Virgo; sed etiam de eventu, & de re ipsa. Ambr. *Condemnatur silentio incredulitas Sacerdotis, & fides Prophetarum probatur oraculo.*

℣. 19. *Ego sum Gabriel.* Ex persona, & officio fidem sibi adstruit: simul Zachariam admonet revelationum, quas ipse fecit Danieli.

℣. 20. *Et ecce eris tacens.* Surdum & mutum fuisse, ait Ambrosius; ideo per nutus loquuntur ei. Infra v. 62.

℣. 23. *Abiit in domum suam.* sc. Tempore officii habitabant sacerdotes prope templum in domunculis ad id destinatis.

℣. 24. *Occultabat se — dicens.* i. Læta Deo gratias agens.

℣. 27. *Ad Virginem desponsatam viro.* Ambr. *Et bene utrumque posuit Scriptura, ut & desponsata esset, & Virgo. Virgo, ut expers virilis consortii videretur; desponsata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia . . . Maluit autem Dominus aliquos de sui ortu, quam de matris pudore dubitare.* *Nomen Virginis, Maria*, quod Syriace *Dominam* significat.

℣. 28. *Ave gratia plena.* Deo gratissima. *Benedicta tu in mulieribus.* Præ omnibus mulieribus. Triplicem gratiæ plenitudinem S. Bonaventura agnoscit, Lib. 3. sent. dist. 13. q. 3. superabundantiæ, quæ uni Christo ut ejus prærogativa convenit: abundantiæ, quæ B. Virgini; & sufficientiæ, quæ reliquis Sanctis.

℣. 29. *Quæ cum audisset.* Gr. *Vidisset.* Duplici nomine turbata est, aspectu Angeli, & insolita salutatione. *In sermone ejus*: propter sermonem ejus. *Et cogitabat*, quorsum spectaret ea salutatio, & unde proficisci posset? Ambr. *Erat cogitans cum verecundia, quia pavebat; cum prudentia, quia benedictionis novam formulam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam ante comperta.*

℣. 30. *Invenisti enim gratiam.* Hebraismus, quo quis eximie gratus alteri dici solet.

℣. 31. *Ecce concipies.* Alludit ad vaticinium Isaiæ cap. 7. *Ecce Virgo concipiet*, &c.

wirst einen Sohn gebähren, und du sollst seinen Namen heissen JESUS.

32. Dieser wird groß seyn, und ein Sohn des Allerhöchsten genennet werden, und GOtt der HErr wird ihm geben den Stuhl seines Vaters Davids: und er wird im Hause Jacobs herrschen ewiglich,

33. Und seines Reiches wird kein Ende seyn.

34. Maria aber sprach zu dem Engel: Wie soll das zugehen, dieweil ich keinen Mann erkenne?

35. Und der Engel antwortete, und sprach zu ihr: Der heilige Geist wird über dich kommen, und die Kraft des Allerhöchsten wird dich überschatten. Darum auch das Heilige, das aus dir soll gebohren werden, wird GOttes Sohn genennet werden.

36. Und siehe, Elisabeth deine Verwandtin, dieselbige hat auch einen Sohn empfangen in ihrem Alter: und ist dieses der sechste Monat deren, so unfruchtbar genennet wird.

37. Denn bey GOTT wird kein Ding unmöglich seyn.

38. Maria aber sprach: Siehe, ich bin eine Dienerinn des HErrn, mir geschehe nach deinem Wort. Und der Engel schied von ihr.

IV. 39. Aber Maria stund auf in denselbigen Tagen, und gieng eilends auf das Gebürge, in die Stadt Juda:

40. Und tratt in das Haus Zachariä, und grüßete Elisabeth:

41. Und es begab sich, als Elisabeth den Gruß Mariä hörete, sprang das Kind mit Freuden auf in ihrem Leibe: und Elisabeth ward vom heiligen Geist erfüllet:

42. Und sie rief mit lauter Stimme, und sprach: Gebenedeyet bist du unter den Weibern, und gebenedeyet ist die Frucht deines Leibes.

43. Und woher kommt mir das, daß die Mutter meines HErrn zu mir kommt?

44. Denn siehe, so bald die Stimme deines Grußes in meinen Ohren erschollen ist, sprang das Kind mit Freuden auf in meinem Leibe.

45. Und selig bist du, die du geglaubet hast, denn es wird vollbracht werden, was zu dir vom HErrn ist gesagt worden.

46. Und Maria sprach:
Meine Seele macht groß den HErrn:

filium, & *e* vocabis nomen ejus JESUM. *e Infr. 2. 21.*

32. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: *f* & regnabit in domo Jacob in æternum, *f Dan. 7. 14. & 27. Mich. 4. 7.*

33. Et regni ejus non erit finis.

34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?

35. Et respondens Angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.

36. Et ecce, Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis.

37. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

38. Dixit autem Maria: Ecce, ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.* Et discessit ab illa Angelus.

IV. 39. † Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda: *† IN FESTO VISITATIONIS.*

40. Et intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth:

41. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth:

42. Et exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

43. Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

44. Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.

45. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi a Domino.

46. Et ait Maria:
Magnificat anima mea Dominum:

47. Et

℣. 32. *Hic erit magnus.* Rationem mox subjicit: *Et filius Altissimi vocabitur.* Neque enim alium Patrem agnoscet. *Et dabit*, non temporale regnum, sed spirituale. Quod in domo David firmabit longe præstantiori ratione, quam Judæi carnales expectent. Nam regnum ejus ad universam pertinebit Ecclesiam. Ambr. *Dictum est quidem etiam de Joanne ab Angelo, quod erit magnus: sed ille quasi homo magnus, hic quasi Deus magnus.*

℣. 34. *Quomodo fiet istud.* De re non dubitat, sed quærit modum B. Virgo, cui nulla erat hujus conceptionis via cognita præter communem, quam voto virginitatis emisso sibi interdixerat. Non ex vana curiositate, aut ex infidelitate, sed ex cœlesti prudentia ab Angelo petit: *Quomodo fiet istud?* Ex quibus verbis Aug. L. de sancta Virginitate, cap. 4. Mariam vovisse Virginitatem colligit: alioqui non apta videretur responsio, si de præsenti tantum, aut de præterito loqueretur, non de futuro. Ambr. *Quanto temperatior ista responsio, quam verba sunt sacerdotis? Hæc ait: Quomodo fiet istud? Ille respondit: Unde hoc sciam? Hæc jam de negotio tractat, ille adhuc de nuntio dubitat; negat ille se credere, quod negat se scire, & quasi fidei adhuc alium quærit auctorem; ista se facere profitetur, sed quomodo fieri possit, inquirit.*

℣. 35. *Spiritus sanctus superveniet in te.* Illabetur in te. *Obumbrabit*, non alium habebis sponsum, quam Deum ipsum. Pater æternus per Spiritum suum tantum opus in te perficiet. Aug. tract. 99. in Joan. intelligit Spiritum sanctum, adeo ut sit repetitio horum verborum: *Spiritus sanctus superveniet in te.* Sed satis commode virtute Patris æterni per Spiritum sanctum fœcundatam B. Virginem intelligimus, adeo ut Pater, qui in se ab æterno genuit Verbum, ipsummet per Incarnationem gignat in utero Virginis, quæ idcirco & sponsa Patris æterni, & Mater Filii ejus, & templum est singulare Spiritus sancti. *Obumbrabit tibi*, proteget te, ut concipias sine viro: honeste dixit, quod vulgo gravidare, aut fœtare dici solet. Obumbrabit etiam pro fovebit. Virgil. L. Æneid. 11. Reginæ nomen obumbrat. *Ex te*, ex tua substantia. *Sanctum:* vox illa, *Sanctum*, vim habet nominis, non adverbii, ut visum est Maldonato; nam de persona nascitura loquitur Angelus. Quod ex te nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei. Alludit Angelus ad Prophetiam Isaiæ, ubi fit mentio divinitatis Christi. Itaque vox, *Sanctum*, personam eamque sanctam significat, non modum tantummodo, quo Christus nasciturus est, ut fuse probat vir doctissimus.

℣. 37. *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.* Nulla res est Deo impossibilis.

℣. 38. *Fiat mihi.* Quo quidem consensu dato statim concepit Deum & hominem, perfectum hominem, & verum Deum.

℣. 39. *Abiit in montana.* In montanam Judææ regionem, acta & mota a Spiritu S. Annuntiatio quidem facta est circa tempus Paschale: atque illud valde credibile est, Mariam una cum Josepho conjuge ad solemnitatem festi venisse Jerusalem. Peractis festis sola in montana Judææ perrexit, ut verisimile est, civitatem Hebron, quæ urbs erat sacerdotalis, ex cap. 21. Josue, ubi domus erat Zachariæ, ut cognatam suam inviseret, eique gratularetur: per tres menses ibi est commorata. *Mariam, quæ ante in penetralibus sola versabatur, non a publico virginitatis pudor, non a studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardavit.* Ambrosius.

℣. 41. *Exultavit infans in utero ejus.* Gr. *Subsiliit.* Præ gaudio, & intelligendi sensu. *Exultavit infans: Et repleta est. Non prius mater repleta, quam Filius: sed cum Filius esset repletus Spiritu Sancto, replevit & Matrem.* Ambr.

℣. 45. *Quæ dicta sunt tibi a Domino.* Potest jungi cum utroque verbo.

℣. 46. *Et ait Maria*, prophetico afflatu. *Magnificat anima mea Dominum.* Domini magnificentiam prædicat.

47. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.*

48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: Ecce enim, ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

49. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen ejus.

50. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

g Isai. 51. 9. *Psal.* 32. 10. 51. Fecit potentiam in g brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.

52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

h 1. *Reg.* 2. 5. *Psal.* 33. 11. 53. Esurientes *h* implevit bonis: & divites dimisit inanes.

54. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

i Gen. 17. 9. & 22. 16. *Psal.* 131. 11. *Isai.* 41. 8. 55. Sicut locutus est ad patres nostros, *i* Abraham, & semini ejus in sæcula.

56. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus: & reversa est in domum suam.

* *IN NATIVIT. S. JOANN. BAPT.* V. 57. * Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.

58. Et audierunt vicini, & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

59. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam.

60. Et respondens mater ejus, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes.

61. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.

62. Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum.

k Sup. 13. 63. Et postulans pugillarem scripsit, *k* dicens: Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi. *

64. Apertum est autem illico os ejus, & lingua ejus, & loquebatur benedicens Deum.

65. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc.

66. Et posuerunt omnes, qui audierant in corde suo, dicentes: Quis putas, puer iste erit? etenim manus Domini erat cum illo.

67. Et Zacharias, pater ejus, repletus est Spiritu sancto: & prophetavit, dicens:

l Psal. 73. 12. 68. Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ: *

m Ps. 131. 17. 69. Et *m* erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui.

47. Und mein Geist frohlocket in GOtt meinem Heiland.

48. Denn er hat die Demuth seiner Magd angesehen: Denn siehe, von nun an werden mich selig sprechen alle Geschlechte.

49. Denn er hat große Dinge an mir gethan, der da mächtig ist: und sein Name ist heilig.

50. Und seine Barmherzigkeit währet von einem Geschlecht ins andere, bey denen, die ihn fürchten.

51. Er hat Gewalt erzeigt mit seinem Arm: und hat zerstreuet, die hoffärtig sind in ihres Herzens Gemüth.

52. Die Gewaltigen hat er vom Stuhl abgesetzt, und die Demüthigen erhöhet.

53. Die Hungerigen hat er mit Gütern erfüllet: und hat die Reichen leer gelassen.

54. Er hat aufgenommen seinen Diener Israel, und ist seiner Barmherzigkeit eingedenk gewesen.

55. Wie er geredet hat zu unsern Vätern, dem Abraham, und seinem Saamen ewiglich.

56. Und Maria blieb bey ihr zu drey Monathen: darnach kehrete sie wiederum in ihr Haus.

V. 57. Aber Elisabeth war ihre Zeit erfüllet, daß sie gebähren sollte, und sie gebahr einen Sohn.

58. Und ihre Nachbarn, und Verwandten höreten, daß der HErr große Barmherzigkeit an ihr gethan hätte, und erfreueten sich mit ihr.

59. Und es begab sich am achten Tage, daß sie kamen, das Kindlein zu beschneiden, und heisseten es mit dem Namen seines Vaters Zacharias.

60. Und seine Mutter antwortete, und sprach: Mit nichten, sondern er soll Johannes genennet werden.

61. Und sie sprachen zu ihr: Es ist doch niemand in deiner Verwandtschaft, der also heisse.

62. Sie winkten aber seinem Vater, wie er ihn wollte heissen lassen.

63. Und er forderte ein Schreibtäfelein, schrieb, und sprach: Johannes ist sein Name. Und sie verwunderten sich alle.

64. Aber sein Mund, und seine Zunge ward alsbald aufgethan, und er redete, und preisete GOtt.

65. Und es kam eine Furcht über alle ihre Nachbarn: und alle diese Worte wurden ruchtbar gemacht auf dem ganzen Jüdischen Gebirge.

66. Und alle, die es höreten, nahmen es zu Herzen, und sprachen: Was meynest du, wird aus diesem Kinde werden? denn die Hand des HErrn war mit ihm.

67. Und Zacharias, sein Vater, ward mit dem heiligen Geist erfüllet: und weissagete, und sprach:

68. Gebenedeyet sey der HErr, der GOTT Israel, denn er hat heimgesuchet, und erlöset sein Volk:

69. Und er hat uns ein Horn des Heils aufgerichtet, in dem Hause Davids seines Dieners.

70. Wie

℣. 47. *Et exultavit.* Gr. Exultat. *In Deo.* Propter Deum Salvatorem nostrum.

℣. 48. *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.* Gr. *Abjectionem*, vilitatem. Me vilem licet & abjectam Deus respexit. *Ecce enim:* ex hoc tempore; deinceps. *Omnes generationes*, omnes ætates, fideles omnes, vel potest dici: Beatam me dicent ob hoc salutare. Quæ Prophetia est valde insignis.

℣. 49. *Quia fecit mihi magna.* Maternitatem cum virginitate conjunctam, Dei hominisque conceptionem: *Et sanctum nomen ejus.* Is, cujus nomen sanctum est.

℣. 50. *Et misericordia ejus a progenie in progenies.* Cujus misericordia perennis est. *Timentibus eum*, religiose eum colentibus.

℣. 51. *Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos.* Gr. *Proceres, principes*, δυνάστας; ipsorum consilia, & cogitationes vanas & elatas disjecit.

℣. 53. *Esurientes implevit bonis.* Pauperes; quod de beneficiis divinis in gentes effusis recte intelligitur.

℣. 54. *Suscepit Israel puerum suum.* Vox Græca insinuat populum suum dejectum quasi porrecta manu sustentasse & erexisse, cum a dæmonis tyrannide eum liberavit. *Recordatus.* Gr. *Ut recordaretur*, ut declararet, se suæ misericordiæ non esse oblitum.

℣. 55. *Sicut locutus est ad patres nostros.* Sicut promisit. *Semini Abraham*, & omnibus ejus posteris fœdere sempiterno.

℣. 58. *Congratulabantur ei.* Gr. Congaudebant.

℣. 60. *Et respondens Mater.* Edocta a Spiritu S.

℣. 63. *Et postulans.* Per nutus non per vocem.

℣. 65. *Et factus est timor.* Phrasi Hebr. Reverentia & religione impleti sunt omnes. *Lingua ejus, quia quam vinxerat incredulitas, fides solvit.* Ambrosius. *Et -- divulgabantur -- verba hæc.* Seu res & eventus.

℣. 66. *Etenim manus Domini erat cum illo.* Potentiam enim suam Deus in ejus pueri nativitate ostenderat.

℣. 68. *Fecit redemptionem.* i. Misit Redemptorem.

℣. 69. *Et erexit cornu salutis nobis: Cornu* pro potentia & gloria; *Cornu salutis*, potentiam salutarem, florentem rerum statum *erexit.* Nam hoc regnum ante dejectum erat, & afflictum. *In domo David;* in familia David potentem suscitavit successorem, Messiam nimirum.

70. Wie er geredet hat durch den Mund seiner heiligen Propheten, welche vom Anfang der Welt her gewesen sind:
71. Uns zu erlösen von unsern Feinden, und aus der Hand aller, die uns hassen:
72. Und Barmherzigkeit zu thun mit unsern Vätern: und an seinen heiligen Bund zu gedenken:
73. An den Eyd, den er geschworen hat unserm Vater Abraham, daß er uns geben wolle:
74. Daß wir erlöset aus der Hand unserer Feinde, ohne Furcht ihm dienen sollen,
75. In Heiligkeit, und Gerechtigkeit vor ihm, alle die Tage unsers Lebens.
76. Und du Kind, wirst ein Prophet des Allerhöchsten genennet werden: denn du wirst vor dem Angesicht GOttes hergehen, seine Wege zu bereiten:
77. Und Erkenntniß des Heils zu geben seinem Volke, zur Vergebung ihrer Sünden:
78. Durch die innerliche Barmherzigkeit unsers GOttes: durch welche uns heimgesucht hat der Aufgang aus der Höhe:
79. Diejenigen zu erleuchten, welche in der Finsterniß und im Schatten des Todes sitzen: und unsere Füße auf den Weg des Friedens zu richten.
80. Aber das Kind wuchs, und ward stark im Geist: und war in den Wüsten, bis auf den Tag, daß er sich Israel erzeigen sollte.

Das zweyte Capitel.

I. Christus wird zu Bethlehem im Stall gebohren, 1. Den Hirten auf dem Felde verkündiget, 8. II. Am achten Tage beschnitten, 21. Nach den Tagen der Reinigung in Tempel gebracht, von Simeon, und Anna erkannt. 22. III. Nachdem er zwölf Jahre alt war, ist er von seinen Aeltern nach Jerusalem geführet, verlohren, und nach dreyen Tagen im Tempel gefunden worden. 41.

1. Es begab sich aber in denselbigen Tagen, daß ein Geboth ausgieng vom Kayser Augusto, daß der ganze Erdkreiß beschrieben wurde.
2. Dieses war die erste Beschreibung, und geschah durch Cyrinum, den Landpfleger in Syrien:

70. Sicut *n* locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt, prophetarum ejus:
71. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos:
72. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti:
73. Jusjurandum *o*, quod juravit ad Abraham Patrem nostrum, daturum se nobis:
74. Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi,
75. In sanctitate, & justitia coram ipso, omnibus diebus nostris.
76. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus:
77. Ad *p* dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum:
78. Per viscera misericordiæ DEI nostri: in quibus visitavit nos, *q* oriens ex alto:
79. Illuminare his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
80. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

n Jerem. 23. 6. & 30. 10.
o Gen. 22. 16. *Jer.* 31. 33. *Hebr.* 6. 13. & 17.
p Mal. 5. 4. *Sup.* 17.
q Zach. 3. 9. & 6. 12. *Mal.* 4. 2.

CAPUT II.

I. Christus nascitur in Bethlehem. 1. *Ejus Nativitas ab Angelo pastoribus annuntiatur.* 8. *II. Puer circumcisus vocatur Jesus.* 21. *Post dies Purificationis in Jerusalem delatus, a Simeone, & Anna benedicitur.* 22. *III. Duodecim annorum plenus sapientia & gratia, amissus a parentibus, in medio doctorum invenitur.* 41.

1. Factum est autem in diebus illis ✝, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis.
2. Hæc descriptio prima, facta est a præside Syriæ Cyrino:

✝ *IN NATIVIT. DOM. AD I. MISS.*

3. Et

℣. 70. *Sicut locutus est per os Sanctorum.* Quemadmodum ante promiserat.
℣. 71. *Salutem.* Promiserat enim, fore ut nos ab inimicis nostris liberaret.
℣. 72. *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris.* Gr. *Ut faceret misericordiam.* Quæ enim patribus promiserat, hæc adimplevit. *Et memorari*, & se memorem esse fœderis cum Abrahamo icti declaravit.
℣. 73. *Jusjurandum.* Juxta jusjurandum, quod Deus fecerat, fore ut hoc nobis beneficium largiretur.
℣. 75. *Et justitia coram ipso.* Non ficta, sed vera pietate.
℣. 77. *In remissionem.* Per Christum.
℣. 78. *Visitavit nos Oriens ex alto.* Vox Hebræa est nomen proprium Messiæ, Zachar. 3. Græce nomen est substantivum, non participium.
℣. 79. *Illuminare his.* Ad illuminandum. In hoc cantico Zacharias gratias agit Deo ob Incarnationis beneficium: quæque ad filii sui ministerium spectant, hæc prædicit. *Ad dirigendos pedes nostros.* i. Affectus nostros.

CAPUT II.

℣. 1. *Ut describeretur universus orbis*, subjectus Augusto. Augustus censum illum indixit, ut Imperii Romani vires & opes perspectas haberet, quotve essent viri ferendis armis idonei. Sed Deus ipse hunc censum faciendum decrevit, quo Joseph & Maria se in oppidum Bethlehem communem utriusque Patriam recipere cogerentur, & Michææ Prophetiam implerent: simul ut ex tabulis publici census liqueret, Christum Jesum ex stirpe David esse prognatum. Hinc Tertull. scribens contra Marcionem, Lib. 4. cap. 7. *Censum Augusti testem fidelissimum Dominicæ nativitatis Romana Archiva custodiunt.*
℣. 2. *Hæc descriptio, prima facta est a præside Syriæ Cyrino.* Hic multæ & graves oriuntur difficultates. Primum enim opponunt nonnulli, profanos historicos hujus census non meminisse. Quibus respondetur primum a viro perdocto, nihil mirum esse, si apud Historicos vix ulla hujus descriptionis mentio habeatur: nam ex iis, qui extant, solus Dio Cassius historiam Augusti integram conscripsit, ac decem ejus libri, qui acta Augusti ab anno Urbis conditæ 738. ad annum usque 748. continent, temporum injuria perierunt: quo quidem temporum intervallo hæc descriptio facta est. Resp. 2. Justinum Martyrem, & Tertull. his vicinos temporibus Ethnicos, & hæreticos ad tabularia publica, quæ tum integra servabantur, provocare, ut Christi stirpem regiam e semine David evincant. Plinius L. 4. cap. 9. descriptionis Italiæ ab Augusto factæ meminit. Quin & C. Tacitus, Lib. 1. Annal. cap. 11. & Sueton. in Augusto, cap. 101. testantur Augustum in commentarios redegisse Imperii Provincias, civitates, tributa, civium & sociorum nomina, onera, &c. Ita quidem D. le Naim in notis suis, p. 443. eam solvit objectionem. *A Cyrino præside.* Præpositio *a*, deest in Græco, Cyrino præsidente in Syria. Oppon. B. Cyrinum aut Quirinum tum Syriæ præsidem non fuisse, sed Sentium Saturninum ex Tertull. aut Quintilium Varum clade in Germania post aliquot annos accepta nobilem: idque numismatum inscriptiones, quas vir Doctiss. P. Pagi edidit, omnino persuadent: nam litteræ numerales E, K, præ se ferunt annum vigesimum quintum æræ Antiochenæ, quæ die 2. Septembris incipit, hoc est, anno ab urbe condita 747. Itaque Varus videtur præfuisse Syriæ ante diem 2. Septembris anni 747. qui præcessit natalem Domini. Hunc nodum ita solvit Abbas Pezronius. Duo quippe tum temporis fuerunt præfecti Syriæ, Varus superioris, Sentius Saturninus inferioris. De hoc constat ex Josepho, cap. 18. ubi Josephus ait tres reos ab Herode ad Saturninum missos, qui Syriam administrabat, & Beryti tum agebat; idque factum est ineunte hoc ipso anno, quo Christus natus est: sed & numismata Vari nomine inscripta fidem faciunt, Varum Syriæ præfuisse jam ab anno præcedenti, isque per quatuor aut quinque annos insequentes huic Provinciæ præfectus fuit, teste Josepho, Lib. 17. Antiq. cap. 7. & 12. Duo igitur simul extiterunt Syriæ præfecti. Quod aliter vix solvi potest, quam hac distinctione adhibita, nempe Saturninum Syriæ inferiori, & vicinis Provinciis, Phœniciæ nimirum, & Palæstinæ, Varum autem superiori Syriæ, quæ ad Euphratem usque & Armeniæ fines porrigebatur, præpositos fuisse. Anno 740. Berytum Augustus suadente Aggrippa propter opportunitatem portus, & situm urbis, coloniam Romanam deduxerat anno tertio Olympiadis 191. teste

3. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem.

4. Ascendit autem & Joseph a Galilæa de civitate Nazareth in Judæam, in civitatem *a* David, quæ vocatur *b* Bethlehem, eo quod esset de domo, & familia David:

5. Ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante.

6. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret.

7. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diversorio.

8. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.

9. Et ecce, Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno.

10. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce enim, evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:

11. Quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in civitate David.

12. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio.

a 1. *Reg.* 20. 6. *b Mich.* 5. 2. *Matth.* 2. 6.

3. Und jedermann gieng, daß er sich beschreiben * ließ, ein jeglicher in seine Stadt.

* sich anzugeben, und zu bekennen seine Unterwerfung.

4. Es gieng aber auch Joseph hinauf aus Galiläa, aus der Stadt Nazareth, in das Jüdische Land, in die Stadt Davids, welche Bethlehem genennet wird: darum, daß er vom Hause, und Geschlechte Davids war:

5. Auf daß er sich beschreiben ließ mit Maria seinem vermählten Weibe, die schwanger war.

6. Es begab sich aber, als sie daselbst waren, daß die Tage erfüllet wurden, daß sie gebähren sollte.

7. Und sie gebahr ihren erstgebohrnen Sohn, und wickelte ihn in Windelein, und legte ihn in eine Krippe: denn es war sonst kein Raum * für sie in der Herberge.

* Ort.

8. Und es waren Hirten in derselbigen Gegend, die wacheten, und hüteten des Nachts ihre Heerde.

9. Und siehe, der Engel des HErrn stund bey ihnen, und die Klarheit GOttes umleuchtete sie, und sie wurden mit grosser Furcht eingenommen.

10. Und der Engel sprach zu ihnen: Fürchtet euch nicht: denn siehe, ich verkündige euch große Freude, die allem Volk wiederfahren wird:

11. Denn heute ist euch der Heiland gebohren, welcher ist Christus der HErr, in der Stadt Davids.

12. Und das habt euch zum Zeichen: Ihr werdet das Kind finden in Windeln gewickelt, und in einer Krippe liegen.

13. Und

---

teste Eusebio in Chronico: Coloniæ, inquit, Berytum, & Patras deductæ. Idque Strabo, qui ea fere ætate scripsit, Lib. 16. Geogr. testatur. Berytus tunc a Romanis instaurata duas legiones suscepit ibi ab Aggrippa collocatas, cum in tota Syria tres tantum essent legiones, adeo ut Antiochiæ una tantummodo supereset. Quamobrem nihil mirum est, si Saturninus Beryti sedem haberet, & censum Provinciarum sibi subjectarum fecerit, Sulpitio Quirino, aut Cyrino in partem hujus laboris vocato: quemadmodum Germanicus anno 16. Christi P. Vitellium, & C. Antium in idem opus sibi adjunxit, ut Tacitus, L. 1. Annal. commemorat. Itaque circa nativitatem Joannis exiit edictum a Cæsare, ut describeretur universus orbis Romanis subjectus: *Atque hæc descriptio prima facta est a præside Syriæ Cyrino.* Nam Augustus Quirino id muneris injunxit, ut una cum Saturnino, qui huic provinciæ erat præfectus ordinarius, hunc censum ageret extraordinaria, seu delegata potestate munitus. Atque idem Quirinus undecimo post anno eidem provinciæ præpositus fuit, isque Archelao depulso novum iniit censum, quem Lucas innuit his verbis: *Hæc descriptio prima facta est a Præfecto Syriæ Cyrino;* tumque tributum in capita fuit indictum, quod antea in Judæa non solvebatur. Occasione hujus tributi Judas Galilæus seditionem commovit, quod populi libertatem infringere videretur. Alii existimant, hanc descriptionem inchoatam fuisse a Saturnino, perfectam a Quirino: ac subinde fieri potest, ut Quirinus Syriæ præses a Luca nominetur, quod huic Provinciæ postea præfectus fuerit, cum in Judæam tantum venerit, posteriorem censum acturus, anno Christi undecimo, ex Josepho L. 18. cap. 1. Tum enim in Judæam venit, cum jam attributa esset Syriæ Provinciæ, nempe ut percenseret Judæorum facultates, atque ut res Archelai in suam redigeret potestatem. In priori censu personæ tantum, in hoc posteriori facultates etiam in tabulas sunt relatæ: priorem fecit, ut Saturnino adjunctus, posteriorem ex ordinaria potestate sua; priorem tantum descriptionem commemoravit Lucas, quod hæc sola ad Christi nativitatem pertineret. Josephus posterioris tantum meminit, quod prior orbi Romano communis esset, posterior ad gentem Judaicam spectaret. Ex priore descriptione Justinus Martyr in Apologia ad Antoninum circa medium secundi libri probat Christum natum esse in urbe Bethlehem: *Quemadmodum*, inquit, *ex descriptionibus census acti, quæ sub Quirino sunt confectæ, cognoscere potestis:* tumque verborum sensus multo erit apertior. Illud addit R. Simo in veteribus quibusdam MSS. non legi, a præside Quirino, sed uti jam dictum est, sublata præpositione, *a:* Quirino præside facta est; tumque sensus multo erit illustrior. Hic vero census toto orbe pacato factus est, & Jani templum occlusum, ut docet Augustinus, L. 18. de civit. cap. 46. Idem scribit Hieron. in cap. 2. Isaiæ. Suetonius in Augusto, cap. 22. *Augustus Janum Quirinum semel atque iterum a condita urbe memoriam ante suam clausum in multo breviore temporis spatio terra marique pace parta ter clausit.* Primo videlicet post pugnam Actiacam anno 725. Secundo ex Dione, L. 51. post confectum bellum Hispanicum anno urbis 729. Tertio denique anno 746. Jam ab anno 744. id decretum fuerat ex Dione, L. 54. sed ob bella Panoniæ & Germaniæ executioni mandatum non fuit, nisi anno 746. Hinc Horatius Ode 15.

Et vacuum duellis
Janum Quirini clausum.

Idque factum est, postquam Catti & Sicambri pacem postulassent:

Te cæde gaudentes Sicambri
Compositis venerantur armis.

Quæ pax anno ipso, quo Christus natus est, nullo bello turbata est, & portæ Jani per 12. annos sunt occlusæ usque ad annum 758. In iis paulo longiores fuimus, quod permagni sint momenti ad historiæ Evangelicæ intelligentiam, atque ut æra Christiana constituatur. Natus est enim Christus anno ab urbe condita 749. Augusti a primo consulatu 39. anno 33. Herodis ab expugnata Hierosolyma & capto Antigono: ante æram vulgarem annis quatuor. Cum enim sub Herode natus sit, ante annum 42. correctionis Julianæ, & anno 750. urbis Romæ, quo mortuus est Herodes, natum eum fuisse necesse est. Æra autem vulgaris cadit in annum 46. correctionis, & 754. urbis. Itaque anno 749. ab urbe condita die 25. Decembris juxta constantem Ecclesiæ traditionem Salvator noster natus est; anno insequenti exeunte mense Novembri mortuus est Herodes.

℣. 3. *Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem.* In qua erat familiæ caput.

℣. 4. *In civitatem David.* In qua natus erat David.

℣. 7. *Et peperit filium suum primogenitum.* Talis est & reputatur in jure & lege Dei & gentium, etsi cum nullus sequatur, nec exinde sequitur, quod post illum alios genuerit, sed quod ante illum nullum genuisset. *Et pannis eum involvit.* Sine dolore peperit, aut ulla partium læsione. Nam aliæ mulieres præ partus doloribus id facere non possunt. Origenes L. 1. contra Celsum: Ostenditur, inquit, apud Bethlehem spelunca, ubi natus est, & in ea præsepe, ubi faicis obvolutus est: Atque hæc spelunca fuit extra oppidum. Et quidem stabula olim erant antra quædam extra oppida posita, ut testatur Julius Pollux, Lib. 9. cap. 4. Ambr. *Ex utero funditur, sed corruscat e cœlo; terreno in diversorio jacet, sed cœlesti lumine fulget; nupta peperit, sed Virgo concepit; nupta concepit, sed Virgo generavit.*

℣. 8. *Pastores erant in regione eadem vigilantes.* In agro vicino.

℣. 9. *Vigilantes.* Gr. In agro pernoctantes. *Claritas Dei.* Majestas divina in Angelo refulgens. *Et timuerunt.* Ob insolitum splendorem.

℣. 12. *Positum in præsepio.* Illo noto & communi prope murum civitatis ad orientem.

13. Und alsbald war allda bey dem Engel die Menge der himmlischen Heerschaaren, die GOtt lobeten, und sprachen:

14. Ehre sey GOtt in der Höhe, und Friede auf Erden den Menschen, die eines guten Willens sind.

15. Und es begab sich, nachdem die Engel von ihnen gen Himmel geschieden waren, daß die Hirten untereinander sprachen: Lasset uns gehen, bis gen Bethlehem, und dieses Wort sehen, das sich zugetragen hat, und das uns der HErr kund gethan hat.

16. Und sie kamen eilends: und fanden Mariam, und Joseph, und das Kind liegend in einer Krippe.

17. Als sie es aber sahen, erkannten sie das Wort, das zu ihnen von diesem Kinde gesaget war.

18. Und alle, die es höreten, verwunderten sich über dieses: und über die Rede, welche ihnen von den Hirten gesagt war.

19. Maria aber behielt alle diese Worte, und betrachtete sie in ihrem Herzen.

20. Und die Hirten kehreten wieder um, und preiseten, und lobeten GOtt in allem, das sie gehöret, und gesehen hatten, wie dann zu ihnen gesaget war.

II. 21. Und nachdem acht Tage vollendet waren, daß beschnitten wurde das Kind: da ward sein Name genennet JESUS: welcher vom Engel genennet war, ehe dann er in Mutterleib empfangen war.

22. Und als die Tage ihrer Reinigung erfüllet waren, nach dem Gesetz Moysis, brachten sie ihn gen Jerusalem, damit sie ihn dem HErrn darstelleten.

23. Wie dann geschrieben stehet im Gesetz des HErrn: Daß ein jegliches Männlein, das zum ersten die Mutter eröffnet, soll dem HErrn heilig genennet werden.

24. Und damit sie das Opfer gebeten, nachdem gesagt ist im Gesetz des HErrn, ein paar Turteltauben, oder zwo junge Tauben.

25. Und siehe, es war ein Mensch zu Jerusalem, mit Namen Simeon, und derselbige Mensch war gerecht, und gottesfürchtig, und wartete auf den Trost Israel, und der heilige Geist war in ihm.

26. Und er hatte eine Antwort bekommen von dem heiligen Geist, daß er den Tod nicht sehen würde, er hätte dann zuvor den Gesalbten des HErrn gesehen.

27. Und er kam durch Anregung des Geistes in den Tempel. Und als die Aeltern das Kind JEsum in den Tempel brachten, daß sie für ihn thäten, nach der Gewohnheit des Gesetzes:

28. Da nahm er ihn auf seine Arme, und benedeyete GOtt, und sprach:

29. HErr, nun lässest du deinen Diener nach deinem Wort im Frieden fahren:

30. Denn meine Augen haben gesehen deinen Heiland:

31. Welchen du bereitet hast vor dem Angesichte aller Völker.

13. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium:

14. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.[a]

15. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum †: Pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. † *IN NATIVIT. DOM. AD* 1. *MISS.*

16. Et venerunt festinantes: & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio.

17. Videntes autem, cognoverunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

18. Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant a Pastoribus ad ipsos.

19. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

20. Et reversi sunt Pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant, sicut dictum est ad illos.[b]

II. 21. Et *c* † postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur Puer: vocatum est nomen ejus *d* JESUS: quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.[*] *Gen.* 17. 12. *Lev.* 12. 3. † *IN CIRCUMCIS. DOM.*

22. Et *e* † postquam impleti sunt dies purgationis ejus *f* secundum legem Moysi, tulerunt illum in Jerusalem, ut sisterent eum Domino. *d Matth.* 1. 21. *Sup.* 1. 31. *e Lev.* 12. 6.

23. Sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. † *IN PURIF. B. VIRG.* *f Exod.* 13. 2. *Num.* 8. 16.

24. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est *g* in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. *g Lev.* 12. 8.

25. Et ecce, homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste justus, & timoratus, expectans consolationem Israël, & Spiritus sanctus erat in eo.

26. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

27. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent Puerum Jesum Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo:

28. Et ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

29. Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:

30. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

31. Quod parasti ante faciem omnium populorum.

32. Lu-

℣. 14. *Gloria in altissimis Deo.* Gloria sit Deo ob Christum natum. *Bonæ voluntatis.* Gr. εὐδοκίας, quæ vox in Scripturis significare solet propensam Dei erga homines voluntatem, qua scilicet misit hominibus Salvatorem. Hieron. tamen & veteres Latini legunt, bonæ voluntatis, seu ex bona Dei voluntate.

℣. 15. *Et videamus hoc verbum.* Rem novam, quæ evenit.

℣. 19. *Maria autem conservabat omnia verba hæc &c.* Quibus verbis commendatur modestia simul & prudentia B. Virginis; modestia, quia humili silentio se continet, nec suam jactat felicitatem muliebri loquacitate; prudentia, qua cuncta animo meditatur, & confert ad invicem.

℣. 22. *Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus* Matris & Filii: qui ritus observabatur post 40. dies a partu masculi, ex cap. 12. Levit. tametsi hac lege non tenebatur Beatissima Virgo, quod non peperisset suscepto semine, nec obnoxia fuisset iis sordibus, quæ partum subsequuntur. *Tulerunt illum in Jerusalem*, juxta legem Exodi 13.

℣. 23. *Quia omne masculinum adaperiens vulvam.* Id est, omne primogenitum, seu vulva aperiatur, seu clausa remaneat. Christus vero exiit ex utero Virginis, illæso materno corpore: hæc sola sine corruptione concepit, & sine Virginitatis detrimento peperit. Christus exiit ex utero, ut radius solis e nube: Virgo concepit & peperit, Isaiæ capit. 7.

℣. 24. *Et ut darent hostiam.* Pro matre: nam primogenitus redimebatur quinque siclis, qui non offerebantur pro ipsa prole, sed quia eo pretio redimi debebat. *Vocabitur.* Sanctificabitur, & a communi usu separatum Deo dicabitur.

℣. 25. *Exspectans consolationem Israel.* i. Christum verum consolatorem. *Et Spiritus S. erat in eo.* Per gratiam, & prophetiæ donum.

℣. 26. *Nisi videret Christum Domini.* i. Promissum a Domino Messiam.

℣. 30. *Salutare tuum.* i. Salvatorem.

℣. 31. *Quod parasti ante faciem omnium populorum.* Exhibuisti omnibus gentibus.

32. Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Iſraël.*

† *DOM. INF. OCT. NATIVIT.*

33. Et † erat pater ejus & mater mirantes ſuper his, quæ dicebantur de illo.

34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: *h* Ecce, poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël: & in ſignum, cui contradicetur:

h Iſai. 8. 14. *Rom.* 9. 33. 1. *Pet.* 2. 7.

35. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes.

36. Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel, de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cum viro ſuo annis ſeptem, a virginitate ſua.

37. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de templo jejuniis, & obſecrationibus ſerviens nocte, ac die.

38. Et hæc, ipſa hora ſuperveniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſraël.

39. Et ut perfecerunt omnia ſecundum legem Domini, reverſi ſunt in Galilæam, in civitatem ſuam Nazareth.

40. Puer autem creſcebat, & confortabatur, plenus ſapientia: & gratia Dei erat in illo.*

III. 41. Et ibant parentes ejus per omnes annos in Jeruſalem, *i* in die ſolemni Paſchæ.

i Exod. 23. 15. & 34. 18. *Deut.* 16. 1.

42. Et † cum factus eſſet annorum duodecim *k*, aſcendentibus illis Jeroſolymam, ſecundum conſuetudinem diei feſti:

† *DOM. INF. OCT. EPIPH.*

43. Conſummatisque diebus, cum redirent, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus.

k Ann. Æræ vulg. 8. *M.* 4011.

44. Exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos.

45. Et non invenientes, regreſſi ſunt in Jeruſalem, requirentes eum.

46. Et factum eſt, poſt triduum invenerunt illum in templo, ſedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant ſuper prudentia, & reſponſis ejus.

48. Et videntes admirati ſunt. Et dixit mater ejus ad illum: Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

49. Et ait ad illos: Quid eſt, quod me quærebatis? Neſciebatis, quia in his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe?

32. Ein Licht zur Erleuchtung der Heyden, und zum Preiß deines Volks Iſraels.

33. Und ſein Vater und Mutter verwunderten ſich über die Dinge, welche von ihm geſagt wurden.

34. Und Simeon benedeyete ſie, und ſprach zu Maria ſeiner Mutter: Siehe, dieſer iſt geſetzt zum Fall, und zur Auferſtehung vieler in Iſrael: und zu einem Zeichen, dem man widerſprechen wird:

35. Und deine Seele ſelbſt wird das Schwert durchdringen, auf daß vieler Herzen Gedanken offenbar werden.

36. Und es war eine Prophetinn, Anna, eine Tochter Phanuel, vom Geſchlechte Aſer: die war wohlbetaget, und hatte ſieben Jahre lang mit ihrem Mann gelebet, von ihrer Jungfrauſchaft an.

37. Und ſie war nun eine Wittwe von vier und achtzig Jahren: die nimmer aus dem Tempel kam, und dienete GOtt mit Faſten, und Bethen, Nacht und Tag.

38. Dieſe kam auch dazu, eben zur ſelbigen Stunde, und preiſete den HErrn: und redete von ihm zu allen, welche auf die Erlöſung Iſrael warteten.

39. Und da ſie alles vollendet hatten, nach dem Geſetz des HErrn, kehreten ſie wieder um in Galiläam, zu ihrer Stadt Nazareth.

40. Aber das Kind wuchs, und ward geſtärket, und war voller Weisheit: und GOttes Gnade war bey ihm.

III. 41. Und ſeine Aeltern giengen alle Jahre gen Jeruſalem, auf das herrliche Oſterfeſt.

42. Als er nun zwölf Jahre alt war, giengen ſie hinauf gen Jeruſalem, nach Gewohnheit des Feſttags:

43. Und nachdem die Tage vollendet waren, daß ſie wiederum heimkehreten, blieb das Kind JEſus zu Jeruſalem, und ſeine Aeltern wußtens nicht.

44. Sie vermeynten aber, er wäre in der Geſellſchaft, und kamen eine Tagreiſe, und ſuchten ihn unter den Verwandten, und Bekannten.

45. Und da ſie ihn nicht fanden, giengen ſie wiederum gen Jeruſalem, und ſuchten ihn.

46. Und es begab ſich, nach dreyen Tagen fanden ſie ihn im Tempel ſitzen, mitten unter den Lehrern, daß er ihnen zuhörete, und ſie fragete.

47. Aber alle, die ihm zuhöreten, verwunderten ſich hoch über ſeinen Verſtand, und ſeine Antwort.

48. Und als ſie ihn ſahen, entſatzten ſie ſich. Und ſeine Mutter ſprach zu ihm: Mein Sohn, warum haſt du uns das gethan? Siehe, dein Vater, und ich haben dich mit Schmerzen geſucht.

49. Und er ſprach zu ihnen: Was iſt es, daß ihr mich geſucht habt? Wiſſet ihr nicht, daß ich ſeyn muß in denen Dingen, ſo meines Vaters ſind?

50. Und

℣. 32. *Ad revelationem gentium.* Ad illuſtrationem gentium: hoc lumen, quod eſt Chriſtus, gentibus eſt revelatum.

℣. 33. *Et erat pater ejus.* Non ſolum hominum opinione, ſed multo etiam magis ratione conjugii, quod ex Maria abſque injuria conjugii conceptus ipſi & natus ſit: item ratione educationis. Origenes Hom. 12. in Levit. *Pro fideli miniſterio Patris ei vocabulum Scriptura conceſſit.*

℣. 34. *Ecce, poſitus eſt hic in ruinam.* Et lapidem ſcandali incredulis: nam multi non credentes in Chriſtum offendent vitio ſuo, Iſa. 8. alii credentes ſalvabuntur. *Et in ſignum.* Erit quaſi in ſcopum, in quem omnes pene dirigent ſagittas contradictionis; erit inſtar vexilli, quod multi evertere conabuntur.

℣. 35. *Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Hæc videntur legenda per parentheſim, adeo ut hæc verba, *ut revelentur*, &c. ad ſuperiora referantur, *poſitus eſt in ſignum, cui contradicetur*; & lingua, & manu, ut hinc manifeſtum fiat, quo quisque ſit animo in Chriſtum: *Gladius* autem ſæpe pro perſecutione, aut dolore ponitur in Scripturis.

℣. 37. *Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor.* Ætatis, non viduitatis.

℣. 38. *Confitebatur Domino.* Grates & laudes agendo pro Chriſti adventu. *Et loquebatur de illo.* ſc. Chriſto Domino.

℣. 39. *Reverſi ſunt in Galilæam.* Poſt fugam in Ægyptum. Ante cædem infantium, & priusquam Varus Syriæ præfectus veniret in Judæam, hæc facta eſt fuga. Varus enim Saturnino ſucceſſit, utrique Syriæ præfectus. Herodes exeunte hoc anno tot ſcelerum pœnas dedit dira morte.

℣. 40. *Puer autem creſcebat.* Plenus erat ſapientia, & tamen proficiebat, quoad actum, non quoad habitum. Majora in dies edebat ſapientiæ opera. Non ut augmentum aliquod acciperet, ait Nazianzenus, cum ab initio gratia ſapientiaque abſolutus eſſet; ſed quod hæc hominibus ignaris paulatim appareat, atque ut infra loquitur Lucas: *Stupebant omnes, qui audiebant, ſuper prudentia & reſponſis ejus.* Itaque profectus ille non erat aliud quiddam quam manifeſtatio divinæ illius ſapientiæ, & ſcientiæ, quæ inſtar theſauri erant in Chriſto abſconditæ.

℣. 43. *Remanſit puer Jeſus in Jeruſalem.* Ut oſtenderet, quale munus ſibi eſſet a Patre datum.

℣. 44. *In comitatu.* Forte accidit, ut Joſeph & Maria certis de cauſis reſtiterint, Jeſum & cognatos, cum quibus una venerant, brevi ſe aſſecuturos ſperantes. Interim Chriſtus ſe comitatui ſubduxit.

℣. 48. *Et dixit mater.* Seorſim. *Quid feciſti nobis ſic?* Huic velut expoſtulationi amantiſſimæ Matris ſic reſpondit Chriſtus, ut doctores, & qui aderant, poſſent intelligere alium eſſe ejus Patrem. Nec, verba matris ſunt reprehendentis, ſed admirantis, & dolentis; cauſam hujus abſentiæ inquirebat.

℣. 49. *Quæ Patris mei ſunt.* Quæ ad ejus gloriam ſpectant.

50. Und sie verstunden das Wort nicht, das er zu ihnen redete.

51. Und er gieng mit ihnen hinab, und kam gen Nazareth: und war ihnen unterthan. Und seine Mutter behielt alle diese Worte in ihrem Herzen.

52. Und JEsus nahm zu an Weisheit, und Alter, und an Gnade bey GOtt, und bey den Menschen.

Das dritte Capitel.

I. Johannes prediget die Buße, und taufet in der Wüste. 1. II. Giebt Zeugniß von Christo. 15. III. Und taufet ihn. 21. IV. Christi Geschlechtregister durch Joseph. 23.

1. Aber im fünfzehenten Jahre der Regierung des Kayſers Tiberii, als Pontius Pilatus Landpfleger im Jüdischen Lande war, und Herodes ein Vierfürst in Galiläa, und sein Bruder Philippus ein Vierfürst in Ituräa, und in der Landschaft Trachonitis, und Lysanias, ein Vierfürst zu Abilina,

2. Unter den Hohenpriestern Anna, und Caipha: geschah das Wort des HErrn über Johannem, den Sohn Zachariä, in der Wüste.

50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos.

51. Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.

52. Et Jesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.

CAPUT III.

I. Joannes prædicat pœnitentiam. 1. II. Testatur de Christi, & baptismi ipsius excellentia. 15. III. Eum baptizat. 21. IV. Genealogia Christi texitur per Joseph. 23.

1. Anno † autem quinto decimo * Imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, † *DOM. 4. ADVENT.* * *Ann. M. 4032. Æræ vulg. 28.*

2. Sub principibus *a* sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Joannem, Zachariæ filium, in deserto. *a Actor. 4. 6.*

℣. 50. *Et ipsi non intellexerunt verbum.* Plene & perfecte, quæ res essent illæ Patris, quibus eum vacare oporteret: nec ob summam in eum reverentiam ausi sunt interrogare. Dolentes quærebant Jesum, non quod metuerent, ne ab itinere aberrasset, aut eos deseruisset, ut videtur Origeni; sed amor urgebat, & eum quærebant prius, quam causam ipsam, cur tam solicite eum quærerent, serio expendissent. Simul nos docuerant Jesum non negligenter, sed summo studio quæri oportere, hunc adeo in ipsa Ecclesia inveniri, non extra Ecclesiam.

℣. 51. *Et erat subditus illis.* In omnibus officiis liberorum erga parentes. Ambr. *Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Non utique infirmitatis, sed pietatis illa subjectio est. Conservabat omnia verba hæc,* quæ postea doceret Apostolos: nec quicquam dici probabilius potest, quam Evangelistam hæc accepisse ex ore B. Virginis.

℣. 52. *Et Jesus proficiebat sapientia.* In dies magis manifestavit sapientiam &c.

CAPUT III.

℣. 1. *Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris &c.* Permagni esse momenti tempus constituere, quo Præcursor Domini implere cœpit ministerium suum, hinc licet colligere, quod Spiritus Sanctus annum ipsum tam accurate designatum voluerit: hoc enim ipsum tempus fuit initium Evangelii. Sed gravis hoc loco oritur quæstio, unde annus ille decimus quintus Imperii Tiberii Cæsaris suum ducat initium, an ab Augusti obitu, quæ vulgaris pene & recepta est recentiorum interpretum sententia; an potius ab eo ipso tempore, quo ab Augusto in societatem imperii adscitus est Tiberius, idque triennio ante Augusti obitum, anno æræ vulgaris 26. cui sententiæ veteres Patres adstipulari videntur, & paucis abhinc annis viri imprimis docti non infirmis argumentis eam confirmant; ac præter alios Abbas Pezronius in Historia Evangelica id fusius persequitur. Primum enim Lucas Joannis ministerium anno decimo quinto imperii Tiberii Cæsaris incœpisse ait, Græce ἡγεμονίας, seu principatus, aut regiminis. Quæ vox non absolutum, aut summum significat imperium, quod voce βασιλείας, exprimi solet. Tempus enim designat, quo ab Augusto in societatem regiminis vocatus est Tiberius, idque anno ab urbe condita 764. Nam anno 763. ædem Concordiæ dedicavit suo & Drusi nomine, ex Dione Cassio L. 56. idque factum est die 16. Januarii ex Ovidio, L. 1. Fastorum, Dolabella & Silano consulibus. Tum reversus est in Germaniam, ubi hujus populi furorem repressit, in Galliam profectus exortos sedavit motus: mox ab Augusto in societatem imperii est adscitus. Ac non multo post, ait Suetonius in Tiberio, cap. 21. lege per consules lata ut Provincias cum Augusto communiter administraret, simulque censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. Itaque anno Christi 15. seu æræ vulgaris 11. consulibus Æmilio Lepido, & Statilio Tauro, collega imperii, ut loquitur Tacitus, factus est, *illuc*, inquit, *cuncta vergere*, Annal. 1. cap. 3. Filius, collega Imperii, consors Tribunitiæ potestatis adsumitur, omnesque per exercitus ostentatur. Id confirmat Vellejus Paterculus cap. 123. Senatus populusque Romanus postulante patre ejus, ut æquum ei jus in omnibus provinciis, exercitibusque esset, &c. Jam ante Cæsar erat, nunc æqua cum Augusto potestas ei datur. Anno insequenti 765. Tiberius creavit Lucium Pisonem Romæ præfectum, ex Suetonio, cap. 42. & Tacito Annal. Lib. 6. cap. 10. deinde Piso per viginti annos pariter probatus. At, inquiunt, nemo ex veteribus Tiberii annos ex illa Imperii societate enumerat. Respondet Pezronius in Tito & Trajano annos ab illa societate olim fuisse computatos. P. Pagi profert numismata, quibus annus Titi undecimus inscribitur, cum per biennium tantummodo a Vespasiani morte regnaverit. Post Augusti obitum Tiberius videbatur cunctanter agere, & Senatus expectare decretum, seu ipse Senatus auctoritatem, cui Augustus plurimum tribuerat, seu Germanicum tot legionum ducem militibus & populo charum pertimescere. Nihilominus tamen prætorianæ cohortes ejus custodiæ aderant. 2. Qui mortem Christi ad consulatum duorum Geminorum referunt, annos Tiberii aliter computare non potuerunt: secus eodem anno baptizatus fuisset Christus & mortuus. August. Lib. 18. de Civit. Dei, cap. 54. *Mortuus est ergo Christus duobus Geminis consulibus* . . . Clemens Alex. ait, Christum mortuum esse anno 15. Tiberii; nempe ab Augusti obitu. Idem docet Julius Africanus apud Hieronymum in cap. 9. Danielis. Is vero annus decimus quintus Tiberii duorum Geminorum consulatu in Fastis & in Romana signatur historia. Tertull. L. contra Judæos, cap. 8. *Christi Passio perfecta est sub Tiberio Cæsare, Consulibus Rubellio Gemino, & Rufio Gemino.* Idem tradunt Lactantius, L. 4. Instit. cap. 10. Sulpicius Severus, L. 2. Histor. Sacræ, & alii quos profert Pezronius dissertatione 4. ubi annum, quo passus est Christus, eum probat esse, qui a morte Augusti est decimus quintus. 3. Hoc ipsum confirmatur ex profectione quam Herodes Antipas anno æræ vulgaris 26. Romam suscepit. Cœpta est anno 26. æræ vulgaris: qua quidem annus missionis Joannis, Baptismi, & mortis Christi sic constituuntur, ut veterum ea de re sententiæ nullo pene negotio concilientur; idque ex sequentibus fiet illustrius. *Procurante Pontio Pilato.* Josephus Lib. 18. Antiq. cap. 3. His ita gestis Gratus Romam reversus est, exactis in Judæa annis undecim, cujus successor fuit Pontius Pilatus. Valerius ille Gratus quartus fuit Judææ præses jam a morte Augusti in eo munere constitutus. Undecimus annus Grati administrationis desinit in annum Christi tricesimum, seu vigesimum sextum æræ communis. Pilatus vero eodem Josepho teste decem annos Judæam administravit. *Tetrarcha autem Galilææ Herode*, Antipa Herodis magni filio, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Iturææ, citra Jordanem, & *Trachonitidis* ultra Jordanem positæ, & *Lysania Abilinæ Tetrarcha.* Galilæa cum superior, tum inferior, & Peræa ultra Jordanem Antipæ cesserunt: Philippo regio omnis a Cæsarea Philippi, seu a Jordanis fontibus Capharnaum usque ad lacum Galilææ parebat. Lysanias vero ille videtur filius alterius Lysaniæ, qui Antonii jussu occisus fuit; idque a vero non abhorret, partem avitæ ditionis huic esse restitutam ab Augusto, cum Archelaus regno dejectus est, & alii Herodis filii idem adierunt discrimen. Rem omnem ab altiori principio deducit Vir clariss. D. le Naim, in suis notis, nempe a Ptolemæo quodam Menneæ filio, cujus idemtidem meminit Josephus, quique ex Strabone, L. 16. civitates quasdam Iturææ invaserat, cum reges Syriæ bellis civilibus sese mutuo attererent. Hic Lysaniam filium hæredem habuit, sed eo postea occiso Antonii jussu Zenodorus hunc principatum certo pretio a Romanis conduxit, cui ab Augusto ereptus, & Herodi traditus, parte tantummodo Zenodoro relicta: quæ, ut verisimile est, Abilinæ erat Tetrarchia, quam Lysanias aut filius, aut nepos prioris Lysaniæ anno 12. Tiberii obtinebat.

℣. 2. *Sub principibus Sacerdotum Anna & Caipha.* *Annas* seu *Ananus*, anno Christi 11. æræ communis 7. Pontifici successor datus est a Quirino post secundum censum populi, qui magnos in Judæa tumultus excitaverat.

b Matth. 3. 1. *Marc.* 1. 4. 3. Et *b* venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

4. Sicut scriptum est in Libro sermonum *c Isai.* 40. 3. Isaiæ Prophetæ: *c* Vox clamantis in deserto: *Joan.* 1. 23. Parate viam Domini: Rectas facite semitas ejus:

5. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas:

6. Et videbit omnis caro salutare Dei.°

7. Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant, ut *d Matth.* 3. 7. & 33. 23. baptizarentur ab ipso: *d* Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira?

8. Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

9. Jam enim securis ad radicem arborum posita est; omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

10. Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

e Jac. 2. 15. *1. Joan.* 3. 17. 11. Respondens autem dicebat illis: *e* Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

12. Venerunt autem & publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?

13. At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

14. Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

II. 15. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus:

f Matth. 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Joan.* 1 26. *g Matth.* 3. 11. *Act.* 1. 5 11. 16. 19. 4. 16. Respondit Joannes, dicens omnibus: *f* Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus: g ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni:

17. Cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

18. Multa quidem, & alia exhortans evangelizabat populo.

h Matth. 14. 4. *Marc.* 6. 17. 19. Herodes *h* autem tetracha, cum corriperetur ab illo de Herodiade, uxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes,

20. Adjecit & hoc super omnia, & inclusit Joannem in carcere.

i Matth. 3. 16. *Marc.* 1. 10. *Joan.* 1. 32. III. 21. Factum *i* est autem, cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato, & orante, apertum est cœlum:

3. Und er kam in alle Gegend am Jordan, und predigte die Taufe der Buße, zur Vergebung der Sünden.

4. Wie geschrieben stehet im Buch der Worte Isaiä des Propheten: Eine Stimme des Rufenden in der Wüste: Bereitet den Weg des HErrn: Machet seine Fußsteige richtig:

5. Alle Thäler sollen erfüllet werden: und alle Berge, und Hügel sollen erniedriget werden: und was krumm ist, das soll richtig werden: und was ungleich ist, das soll ebener Weg werden:

6. Und alles Fleisch wird den Heiland GOttes sehen.

7. Und er sprach zu dem Volke, das herausgieng, damit es sich von ihm taufen ließ: Ihr Natterzucht, wer hat euch angezeiget, dem künftigen Zorn zu entweichen?

8. Derowegen thut würdige Früchte der Buße, und fanget nicht an zu sagen: Wir haben Abraham zum Vater. Denn ich sage euch: GOtt kann auch aus diesen Steinen Kinder Abrahams erwecken.

9. Denn die Axt ist schon an die Wurzel der Bäume gesetzt; und ein jeglicher Baum, der nicht gute Früchte bringet, wird abgehauen, und ins Feuer geworfen werden.

10. Und das Volk fragte ihn, und sprach: Was sollen wir dann thun?

11. Er aber antwortete, und sprach zu ihnen: Wer zween Röcke hat, der gebe dem, der keinen hat: und wer Speise hat, der thue desgleichen.

12. Es kamen aber auch Publicanen, daß sie sich taufen ließen, und sprachen zu ihm: Meister, was sollen wir thun?

13. Er aber sprach zu ihnen: Nehmet nichts mehr, als was euch gesetzt ist.

14. Es fragten ihn aber auch die Kriegsleute, und sprachen: Was sollen wir dann thun? Und er sprach zu ihnen: Thut niemand Ueberlast, noch Gewalt: und seyd mit eurem Sold zufrieden.

II. 15. Als aber das Volk im Wahn stund, und sie alle in ihrem Herzen von Johanne gedachten, ob er vielleicht Christus wäre:

16. Antwortete Johannes, und sprach zu allen: Ich zwar taufe euch mit Wasser: es wird aber einer kommen, der stärker ist, dann ich, dessen Schuhriemen ich nicht werth bin aufzulösen: der wird euch mit dem heiligen Geist, und mit Feuer taufen:

17. Seine Wurfschaufel ist in seiner Hand, und er wird seine Tenne reinigen, und den Waizen in seine Scheuern sammeln, aber die Spreuer wird er mit unauslöschlichem Feuer verbrennen.

18. Und viel andere Dinge mehr vermahnte er, und predigte dem Volke.

19. Als aber Herodes der Vierfürst von ihm gestrafet ward, um der Herodias willen, die seines Bruders Weib war, und um alles Böses willen, das Herodes begieng,

20. So that er über alles noch dieses, daß er Johannem in das Gefängniß legte.

III. 21. Es begab sich aber, da sich alles Volk taufen ließ, ward auch JEsus getaufet, und bethete, daß sich der Himmel aufthät:

22. Und

---

rat, isque per 15. aut 16. annos Pontificatum gessit, ac titulum summi sacerdotis semper retinuit, cum magno Synedrii concilio præesset. Secta erat Sadducæus & dives: ex ea secta Romani Pontifices eligebant, quod minus essent ad seditionem prompti: nam erant opulenti. Deinde ea ratione Phariſæorum potentiam librabant, qui apud plebem in magna erant auctoritate. Caiphas erat Annæ gener. *Factum est verbum.* i. Inspiratio, vel præceptum.

℣. 3. *Prædicans Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Quod jungendum videtur cum voce *pœnitentiam*, non utique cum voce *baptismum;* qua de re alibi. Cœpit Joannes prædicare septimi mensis die decima circa Oct. nostri diem 19.

℣. 6. *Salutare Dei.* Salutem vel Salvatorem.

℣. 11. *Qui habet duas tunicas.* Plures, quam sit necessarium. Quæ eo spectant, ut dentur superflua indigentibus: idque præceptum est, non consilium tantummodo. Nam respondet Joannes quærentibus quid facerent, ut vitetur ira Dei; & cætera omnia, quæ hoc in loco a Joanne dicuntur, sunt de præcepto.

℣. 13. *Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis,* a principe, aut magistratu. *Faciatis.* Gr. *Exigatis.* Ex hoc loco August. Epist. 5. ostendit, militiam non esse Christianis prohibitam.

℣. 14. *Neminem concutiatis.* Inique extorquendo.

℣. 15. *Existimante.* Expectante adventum Messiæ imminentem.

℣. 16. *Fortior me.* Virtute ad salvandum.

℣. 17. *Aream suam.* i. Ecclesiam suam. *Congregabit in horreum.* sc. Cœleste.

℣. 19. *Et de omnibus malis, quæ fecit Herodes.* Libertate Prophetica de omnibus, quæ publice nota erant, & reprehensione digna, Regem corripere non veritus.

22. Und der heilige Geist fuhr in einer leiblichen Gestalt, wie eine Taube, auf ihn herab: und es kam eine Stimme aus dem Himmel: Du bist mein geliebter Sohn, an dir habe ich ein Wohlgefallen.
IV. 23. Und JEsus selbst fieng an alt zu seyn bey dreyßig Jahre, und ward gehalten für einen Sohn Josephs, welcher war ein Sohn Heli, der war ein Sohn Mathat,
24. Der war ein Sohn Levi, der war ein Sohn Melchi, der war ein Sohn Janne, der war ein Sohn Joseph,
25. Der war ein Sohn Mathathiä, der war ein Sohn Amos, der war ein Sohn Nahum, der war ein Sohn Hesli, der war ein Sohn Nagge,
26. Der war ein Sohn Mahath, der war ein Sohn Mathathiä, der war ein Sohn Semei, der war ein Sohn Joseph, der war ein Sohn Juda,
27. Der war ein Sohn Joanna, der war ein Sohn Resa, der war ein Sohn Zorobabel, der war ein Sohn Salathiel, der war ein Sohn Neri,
28. Der war ein Sohn Melchi, der war ein Sohn Addi, der war ein Sohn Cosan, der war ein Sohn Elmadan, der war ein Sohn Her,
29. Der war ein Sohn Jesu, der war ein Sohn Eliezer, der war ein Sohn Jorim, der war ein Sohn Mathat, der war ein Sohn Levi,
30. Der war ein Sohn Simeon, der war ein Sohn Juda, der war ein Sohn Joseph, der war ein Sohn Jona, der war ein Sohn Eliakim,
31. Der war ein Sohn Melea, der war ein Sohn Menna, der war ein Sohn Mathata, der war ein Sohn Nathan, der war ein Sohn David,
32. Der war ein Sohn Jesse, der war ein Sohn Obed, der war ein Sohn Booz, der war ein Sohn Salmon, der war ein Sohn Naasson,
33. Der war ein Sohn Amminadab, der war ein Sohn Aram, der war ein Sohn Esron, der war ein Sohn Phares, der war ein Sohn Judä,
34. Der war ein Sohn Jacob, der war ein Sohn Isaac, der war ein Sohn Abrahä, der war ein Sohn Thare, der war ein Sohn Nachor,
35. Der war ein Sohn Sarug, der war ein Sohn Ragau, der war ein Sohn Phaleg, der war ein Sohn Heber, der war ein Sohn Sale,
36. Der war ein Sohn Cainan, der war ein Sohn Arphaxad, der war ein Sohn Sem, der war ein Sohn Noe, der war ein Sohn Lamech,
37. Der war ein Sohn Mathusale, der war ein Sohn Henoch, der war ein Sohn Jared, der war ein Sohn Malaleel, der war ein Sohn Cainan,
38. Der war ein Sohn Henos, der war ein Sohn Seth, der war ein Sohn Adam, der war GOttes.

Das vierte Capitel.

I. JEsus überwindet den bösen Geist. 1. II. Leget aus zu Nazareth die Prophezeihung Isaiä von ihm selbsten, aber die Leute stossen ihn zur Stadt hinaus, und wollen ihn von einem Berg hinabstürzen. 28. III. Treibet zu Capharnaum einen Teufel aus. 33. Macht Simonis Schwieger, und viele andere Kranke gesund. 38.

22. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum: & vox de coelo facta est: *k* Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi.
IV. 23. Et ipse Jesus erat incipiens, quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat,
24. Qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Janne, qui fuit Joseph,
25. Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,
26. Qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Joseph, qui fuit Juda,
27. Qui fuit Joanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,
28. Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,
29. Qui fuit Jesu, qui fuit Eliezer, quī fuit Jorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi,
30. Qui fuit Simeon, qui fuit Juda, qui fuit Joseph, qui fuit Jona, qui fuit Eliakim,
31. Qui fuit Melea, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit David,
32. Qui fuit Jesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
33. Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Judæ,
34. Qui fuit Jacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
35. Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
36. Qui fuit Caïnan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
37. Qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Caïnan,
38. Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

k Matth. 3. 17. & 17. 5. Infr. 9. 35. 2. Petr. 1. 17.

CAPUT IV.

I. Jesus vincit Satanæ tentationes. 1. II. In Nazareth legit jactam de se Isaiæ prophetiam; dicens: Prophetam non esse acceptum in patria, quapropter volunt eum de monte præcipitare. 28. III. Ejicit in Capharnaum dæmonium. 33. Sanat socrum Simonis, & plures alios a variis languoribus. 38.

1. Je-

℣. 23. *Et ipse Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.* Græce, Et ipse Jesus erat quasi annorum triginta. *Incipiens*, ἀρχόμενος, suppleri potest, ministerium suum. Nam Lucas, Act. 10. hac voce utitur, incipiens ministerium, quod statim post Baptismum incœpit. Atque hac in re veteres omnes consentiunt. Hinc Aug. L. 2. de Doctr. Christ. cap. 28. *Dominum annorum triginta fere baptizatum esse retinemus auctoritate Evangelica.* Non anno ætatis 34. baptizatus est, uti Usserius, & post eum viri quidam docti opinantur: atque ea videtur constans Ecclesiæ traditio. Iren. l. 2. cap. 38. refellit Valentinianos, qui 30. Æones fabulosos ex 30. annis Christi statuebant: *Non ergo triginta Æones sunt, nec ob hoc Salvator triginta annorum existens venit ad Baptismum.* Conc. Neocæsar. Canone 11. *Presbyter ante 30. annos non ordinetur: Dominus enim Jesus Christus tricesimo anno baptizatus est, & cœpit docere.* Complures post Julium Africanum utramque genealogiam Matthæi & Lucæ exponunt eo, quo alibi diximus modo. Ex Salomone descendit Mathan per Abiud filium Zorobabel; ex Mathan descendit Melchi per Resa, qui alter fuit Zorobabelis filius. Mathan uxorem duxit Estham, ex qua natus est Jacob: mortuo Mathan hæc alium duxit cognatum Mathan, qui fuit Mathat, ex quo natus est Eli: Sicque Jacob & Eli erant uterini fratres: Eli sine liberis mortuo, viduam ejus duxit Jacob, ut suscitaret semen fratri suo juxta legem; ex ea genuit Joseph, qui natura fuit filius Jacob, ex lege filius Eli. Julius Africanus apud Eusebium, L. 1. cap. 7. rem ita esse ex traditione probat. Cognati enim, inquit, Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt.

℣. 36. *Qui fuit Cainan.* sc. juxta 70. Vide hic Tirin.

1. JESUS autem plenus Spiritu sancto, regressus est a Jordane, *a* & agebatur a Spiritu in desertum

a Matth.4.1. Marc. 1. 12.

2. Diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo. Et nihil manducavit in diebus illis: & consummatis illis esuriit.

3. Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut panis fiat.

4. Et respondit ad illum Jesus: Scriptum *b* est: Quia non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo Dei.

b Deut. 8. 3. Matth. 4. 4.

5. Et duxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis,

6. Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc universam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.

7. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.

8. Et respondens Jesus dixit illi: *c* Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.

c Deut.6. 13. & 10. 20.

9. Et duxit illum in Jerusalem, & statuit eum super pinnam templi, & dixit illi: Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum.

d Psal.90.11.

10. Scriptum *d* est enim, quod Angelis suis mandavit de te, ut conservent te:

11. Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

12. Et respondens Jesus, ait illi: Dictum *e* est: *e* Non tentabis Dominum Deum tuum.

e Deut.6. 16.

13. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.

14. Et *f* regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiit per universam regionem de illo.

f Matth. 4. 12. Marc. 1. 14.

15. Et ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

16. Et *g* venit Nazareth, ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere.

g Matth. 13. 54. Marc. 6. 1. Joan. 4. 45.

17. Et traditus est illi Liber Isaiæ Prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat:

18. Spiritus *h* Domini super me: propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde.

h Isai. 61. 1.

19. Prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

20. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum.

1. JESUS aber, voll des heiligen Geistes, gieng wieder vom Jordan, und ward vom Geist in die Wüste getrieben

2. Vierzig Tage lang, und ward vom Teufel versucht. Und er aß nichts in denselbigen Tagen: als sie aber vollendet waren, da hungerte ihn.

3. Der Teufel aber sprach zu ihm: Bist du GOttes Sohn, so sage diesem Stein, daß er Brod werde.

4. Und JEsus antwortete ihm: Es stehet geschrieben: Der Mensch lebet nicht allein vom Brod, sondern von einem jeglichen Worte GOttes.

5. Und der Teufel führete ihn auf einen hohen Berg, und zeigete ihm im Augenblicke alle Reiche der ganzen Welt,

6. Und sprach zu ihm: Diese ganze Macht, und alle ihre Herrlichkeit will ich dir geben: denn sie sind mir übergeben, und ich gebe sie, wem ich will.

7. Derowegen, wenn du vor mir anbethen wirst, so sollen sie alle dein seyn.

8. Und JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Es stehet geschrieben: Du sollst den HErrn deinen GOtt anbethen, und ihm allein dienen.

9. Und er führete ihn gen Jerusalem, und stellete ihn auf die Zinne des Tempels, und sprach zu ihm: Bist du GOttes Sohn, so laß dich von hinnen hinab.

10. Denn es stehet geschrieben, daß er seinen Engeln von dir befohlen habe, dich zu bewahren:

11. Und daß sie dich auf den Händen tragen werden, damit du nicht etwan deinen Fuß an einen Stein stoßest.

12. Und JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Es ist gesagt: Du sollst den HErrn deinen GOtt nicht versuchen.

13. Und als der Teufel alle Versuchung vollendet hatte, wich er bis auf eine Zeit ° von ihm. °zeitlang.

14. Und JEsus kam in Kraft des Geistes wiederum in Galiläam, und das Gerücht von ihm gieng durch das ganze Land.

15. Und er lehrete in ihren Schulen, und ward von jedermann hochgepriesen.

16. Und er kam gen Nazareth, da er erzogen war, und gieng nach seiner Gewohnheit am Sabbath in die Schule, und stund auf zu lesen.

17. Da ward ihm das Buch des Propheten Isaiä gereicht. Und als er das Buch umschlug, fand er den Ort, da geschrieben stund:

18. Der Geist des HErrn ist über mich: darum hat er mich gesalbet, er hat mich gesandt, den Armen das Evangelium zu verkündigen, und die zu heilen, so eines zerknirschten Herzens sind.

19. Den Gefangenen die Erlösung zu predigen, und den Blinden das Gesicht, auch die Zerstoßene freyzulassen zur Erlösung, und das angenehme Jahr des HErrn, und den Tag der Wiedergeltung zu predigen.

20. Und als er das Buch zusammengeleget hatte, gab er es dem Diener, und setzte sich nieder. Und aller Augen, die in der Schule waren, sahen auf ihn.

21. Er

CAPUT IV.

℣. 1. *Et agebatur a Spiritu in desertum.* Vi Spiritus sancti, quo plenus erat: desertum illud, quod postea Quadragesimæ est appellatum, erat in tribu Benjamin inter Bethel & Jericho.

℣. 4. *Quia non in solo pane vivit homo.* Benedictio Dei vim ad alendum tribuit pani. Tentationum ordinem paulo aliter Lucas, ac Matthæus describit. Et tamen Ambrosius Lucam exponens, Matthæi sequitur ordinem, cum in textu, tum in commentariis: adeo ut ordo tentationis in Luca forsitan mutatus fuerit a librariis, seu ab exscriptoribus.

℣. 5. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum.* In eodem deserto inter Jericho & Galgala.

℣. 6. *Do illa.* Gr. δίδωμι αὐτὴν, *Do illam*, scilicet potestatem.

℣. 9. *Et duxit illum in Jerusalem.* Quæ hic tertia tentatio est, apud Matthæum est secunda. *Et statuit super pinnam.* i. Alam seu extremitatem tecti.

℣. 13. *Diabolus recessit ab illo, usque ad tempus.* Tentavit postea Christum per se, & ministros suos.

℣. 14. *In virtute.* In magna potestate Spiritus, quam mox erat ostensurus per prædicationem & miracula.

℣. 16. *Et venit Nazareth.* Postquam alia Galilææ loca peragrasset, Joanne jam tradito: quæ per anticipationem narrantur a Luca.

℣. 17. *Revolvit Librum.* Ante involutum. Gr. Explicans librum: *Ubi scriptum erat.* Isaiæ cap. 61.

℣. 18. *Propter quod unxit me.* Plenitudine donorum implevit, divinitate ipsa unxit me. *Misit me.* Omnibus annuntiatur Evangelium; pauperes spiritu illud suscipiunt. *Sanare contritos corde.* Vel humiles, vel afflictos, & omni spe destitutos; ad alliganda vulnera peccatorum.

℣. 19. *Prædicare captivis remissionem.* Humilibus peccata dimittere. *Annum Domini.* Alludit ad annum Jubilæi. *Et diem retributionis.* Ultionis de hoste humani generis. Hæc postrema verba desunt in Græco. Ex iis liquet Missionem omnem extraordinariam rejici oportere, nisi miraculis confirmetur, quæ sunt quasi vox Dei.

21. Er fieng aber an, und sprach zu ihnen: Heute ist diese Schrift erfüllet in euren Ohren.

22. Und sie gaben ihm alle Zeugniß: und verwunderten sich über die gnadenreiche Worte, welche aus seinem Munde giengen, und sprachen: Ist dieser nicht Josephs Sohn?

23. Und er sprach zu ihnen: Ihr werdet mir freylich dieses Sprüchwort sagen: Arzt, hilf dir selbst: wie große Dinge haben wir gehöret, welche zu Capharnaum geschehen sind: thue sie auch hier in deinem Vaterlande.

24. Er aber sprach: Wahrlich sage ich euch, kein Prophet ist angenehm in seinem Vaterlande.

25. In der Wahrheit sage ich euch: Es waren in Israel viele Wittwen in den Tagen Eliä, da der Himmel drey Jahre, und sechs Monathe lang geschlossen war, da eine große Theurung ward im ganzen Lande:

26. Aber zu keiner von denselbigen war Elias gesandt, als allein zu einem Weibe, so eine Wittib war, zu Sarepta in der Sidonier Landschaft.

27. Es waren auch viele Aussätzige in Israel zu den Zeiten Elisäi des Propheten: aber keiner von denselbigen ward gereiniget, als allein Naaman der Syrer.

II. 28. Und alle in der Schule wurden voll Zorn, da sie dieses höreten.

29. Und sie stunden auf, und stießen ihn zu der Stadt hinaus: und führeten ihn auf einen Hügel des Berges, darauf ihre Stadt gebauet war, daß sie ihn hinabstürzten.

30. Er aber gieng mitten durch sie hinweg.

31. Und er reisete hinab gen Capharnaum, die eine Stadt ist in Galiläa, und lehrete sie daselbst an den Sabbathen.

32. Und sie verwunderten sich hoch über seine Lehre, denn sein Wort war sehr kräftig.

III. 33. Und es war ein Mensch in der Schule, der hatte einen unreinen Teufel, und rief mit lauter Stimme,

34. Und sprach: Laß uns zufrieden: was haben wir mit dir zu schaffen, du JEsu von Nazareth? bist du gekommen, uns zu verderben? ich weis, wer du bist: der Heilige GOttes.

35. Und JEsus schalt ihn, und sprach: Verstumme, und fahre von ihm aus. Und nachdem der Teufel ihn mitten unter sie geworfen hatte, fuhr er von ihm aus, und that ihm keinen Schaden.

36. Und es kam sie alle ein Schrecken an, und sie redeten miteinander, und sprachen: Was ist das für ein Wort, er gebiethet mit Macht und Kraft den unreinen Geistern, und sie fahren aus?

37. Und es erscholl ein Geschrey von ihm, in alle Oerter desselbigen Landes.

38. JESUS aber stund aus der Schule auf, und gieng in Simonis Hauß. Aber die Schwieger Simonis war mit einem starken Fieber behaftet: und sie bathen ihn für sie.

39. Und er stund über sie, und geboth dem Fieber: und es verließ sie. Und sie stund alsbald auf, und dienete ihnen.

40. Als aber die Sonne untergegangen war, da kamen alle, die Kranke hatten, welche mit allerhand Schwachheit behaftet waren, und brachten sie zu ihm. Er aber legte die Hände auf einen jeglichen, und machte sie gesund.

21. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

22. Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est Filius Joseph?

23. Et ait illis †: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum: fac & hic in patria tua. † *FER. 5. POST DOM. 3. QUADR.*

24. Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.

25. In veritate dico vobis: *i* Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: *i* 3. *Reg.* 17. 9.

26. Et *k* ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. *k* 3. *Reg.* 18. 9.

27. Et *l* multi leprosi erant in Israel sub Eliæo Propheta: & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. *l* 4. *Reg.* 5. 14.

II. 28. Et repleti sunt omnes in Synagoga ira, hæc audientes.

29. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem: & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.

30. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

31. Et *m* descendit in Capharnaum civitatem Galilææ, ibique docebat illis Sabbatis. *m* *Matth.* 4. 13. *Marc.* 1. 21.

32. Et *n* stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ipsius. *n* *Matth.* 7. 28.

III. 33. Et *o* in Synagoga erat homo, habens dæmonium immundum, & exclamavit voce magna, *o* *Marc.* 1. 23.

34. Dicens: Sine: quid nobis, & tibi JESU Nazarene? venisti perdere nos? scio te, quis sis: Sanctus Dei.

35. Et increpavit illum Jesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum projecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

36. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebantur ad invicem, dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt?

37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

38. † Surgens autem Jesus de Synagoga, introivit in domum Simonis. *p* Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogaverunt illum pro ea. † *FER. 5. POST DOM. 3. QUADR. Item, SABB. 4. TEMP. PENTEC.* *p* *Matth.* 8. 14. *Marc.* 1. 31.

39. Et stans super illam, imperavit febri: & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis.

40. Cum autem sol occidisset, omnes, qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos.

41. Exi-

℣. 21. *Hodie impleta est hæc scriptura.* q. d. Ego sum ille, de quo Isaias.

℣. 23. *Utique dicetis mihi hanc similitudinem.* Gr. Omnino: hinc liquet Jesum venisse Nazareth, postquam multa fecit miracula Capharnai.

℣. 24. *Quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.* Alio respondit proverbio, quo innuit eorum culpa evenire, quod miracula non faciat, cum ab iis contemnatur.

℣. 25. *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel.* Deum sæpe externos domesticis præponere insinuat, neque adeo mirum esse, si popularibus suis alios præferat. *Nisi in Sarepta.* Inter Tyrum & Sidonem.

℣. 33. *Habens dæmonium immundum.* i. Dæmonem, qui delectatur immunditiis.

℣. 34. *Dicens: Sine.* Ne me torqueas, desine mihi molestus esse. *Sanctus Dei.* Gr. ὁ Ἅγιος τοῦ Θεοῦ, *Ille Sanctus.* Nempe Messias: id suspicabatur dæmon adhuc fluctuans. *Venisti perdere nos?* Seu mittere in infernum.

℣. 39. *Et stans super illam.* Prope illam, ut Psal. 103. *Qui fundavit terram super aquas.*

41. Exibant *q* autem dæmonia a multis clamantia, & dicentia: Quia tu es Filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui: quia sciebant, ipsum esse Christum.

q Marc. 1. 34.

42. Facta autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt usque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis.

43. Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum.

44. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.*

CAPUT V.

I. Docet de navicula Petri, & facit, ut ille concludat copiosam piscium multitudinem. 1. II. Curatum leprosum mittit ad sacerdotes. 12. Paralytico remittit peccata. 19. III. Levi ex telonio vocat, causam dat murmurantibus Pharisæis, quare cum peccatoribus conversetur, 27. & cur ipsius discipuli non jejunent. 33.

℣ DOM. 4. POST PENTEC.

1. Factum est autem ℣, cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth,

a Matth. 4. 18. Marc. 1. 16.

2. Et *a* vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lavabant retia.

3. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens docebat de navicula turbas.

4. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

5. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

6. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autem rete eorum.

7. Et annuerunt sociis, qui erant in alia navi, ut venirent, & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut pene mergerentur.

8. Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine.

9. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant:

10. Similiter autem Jacobum, & Joannem, filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus: Noli timere: ex hoc jam homines eris capiens.

11. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus secuti sunt eum.*

b Matth. 8. 2. Marc. 1. 40.

II. 12. Et *b* factum est, cum esset in una civitatum, & ecce, vir plenus lepra. Et videns Jesum, & procidens in faciem, rogavit eum dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

13. Et extendens manum, tetigit eum, di-

41. Es fuhren aber auch die Teufel von vielen aus, riefen, und sprachen: Du bist der Sohn GOttes. Und er bedrohete sie, und ließ sie nicht reden: denn sie wußten wohl, daß er Christus wäre.

42. Da es aber Tag worden, gieng er hinaus in eine Einöde, und das Volk suchte ihn, und sie kamen zu ihm, und hielten ihn auf, daß er nicht von ihnen hinwegginge.

43. Und er sprach zu ihnen: Ich muß auch andern Städten das Evangelium vom Reiche GOttes predigen: denn darum bin ich gesandt.

44. Und er predigte in den Schulen Galilää.

Das fünfte Capitel.

I. JEsus prediget aus Petri Schifflein, und macht, daß er eine große Menge Fische fängt. 1. II. Reiniget in der Stadt einen Aussätzigen, 12. und Gichtbrüchigen. 19. III. Beruft Matthäum vom Zoll. 27. Verantwortet seine Jünger, daß sie nicht fasten, wie die Jünger Johannis, und der Pharisäer. 33.

1. Es begab sich aber, da die Schaaren auf ihn drangen, GOttes Wort zu hören, stund er am See Genesareth,

2. Und sah zwey Schiffe am See stehen: die Fischer aber waren daraus getretten, und wuschen die Netze.

3. Er tratt aber in ein Schiff, das Simonis war, und bath ihn, daß er es ein wenig vom Lande führete. Und er setzte sich, und lehrete das Volk aus dem Schiffe.

4. Als er aber aufgehöret hatte zu reden, sprach er zu Simon: Fahre auf die Höhe *, und werfet eure Netze aus, daß ihr einen Zug thut.

* in die Tiefe.

5. Und Simon antwortete, und sprach zu ihm: Meister, wir haben die ganze Nacht gearbeitet, und nichts gefangen: aber auf dein Wort will ich das Netz auswerfen.

6. Und da sie das thaten, beschlossen sie eine große Menge Fische, ihr Netz aber zerriß.

7. Und sie winkten ihren Gesellen, welche im andern Schiffe waren, daß sie kämen, und ihnen hälfen. Und sie kamen, und füllten beyde Schiffe, also, daß sie schier versunken wären.

8. Da das Simon Petrus sah, fiel er auf die Knye vor JEsu, und sprach: HErr! gehe von mir hinaus, denn ich bin ein sündiger Mensch.

9. Denn es war ihm ein Schrecken angekommen, und alle, die bey ihm waren, über den Fischzug, den sie gethan hatten:

10. Desgleichen Jacobum, und Johannem, die Söhne Zebedäi, welche Simonis Gesellen waren. Und JEsus sprach zu Simon: Fürchte dich nicht: von nun an wirst du Menschen fahen.

11. Und sie führeten die Schiffe ans Land, und verließen alles, und folgeten ihm nach.

II. 12. Und es begab sich, als er in einer von den Städten war, siehe, da war ein Mann, der voll Aussatz war. Und da er JEsum sah, fiel er auf sein Angesicht, bath ihn, und sprach: HErr, so du willst, kannst du mich reinigen.

13. Und er streckte die Hand aus, rührete ihn an, und sprach:

℣. 41. *Quia tu es filius Dei.* Non sinebat eos dicere, quod eum nossent, nec testimonium veritatis ab iis accipere volebat nobis ad exemplum, quia diabolus semper venenum in cauda occultat.

℣. 42. *Requirebant.* In eadem urbe erat fidelis populus infideli admistus.

CAPUT V.

℣. 1. *Cum turbæ irruerent.* Cum eum premerent. Primo vocati sunt discipuli, tum hæc captura piscium contigit: ac tandem secuti sunt eum discipuli, & Christo adhæserunt, Matth. 4. 18.

℣. 3. *Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis.* Ambr. *Hæc est illa navis, quæ secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus, ut & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis agnoscas.*

℣. 4. *Duc in altum.* i. In profundiorem locum. Ambr. *Etsi aliis imperatur, ut laxent retia sua; soli tamen Petro dicitur: Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem divitiarum videre, scire Dei Filium, & professionem divinæ generationis assumere?*

℣. 5. *In verbo tuo.* Jussu tuo.

℣. 8. *Exi a me.* Præsentiam corporalem deprecatur, quod ea sit indignus. Deum honore prosequimur, quando ad eum cum fiducia accedimus, & ab eo cum humilitate recedimus.

℣. 10. *Ex hoc jam homines eris capiens.* Syriace piscans ad vitam. Hæc vocatio Petri eadem videtur, quæ a Matthæo & a Marco refertur: quasdam tantummodo circumstantias addit Lucas. Quod autem Joan. 1. narratur, ab hujus loci historia diversum videtur.

℣. 11. *Relictis omnibus secuti sunt eum.* Quatuor discipuli. Visibilia quæ sunt miracula, tum sunt utilia, quando cum invisibili miraculo conversionis cordis sociantur.

℣. 12. *Cum esset in una civitatum.* Prope illam. Siquidem leprosis non licebat ingredi civitates, Levit. 13. Quod miraculum Lucas narrat per anticipationem: nam sermonem Domini in monte subsecutum id videtur.

ſprach: Ich will: Sey gereiniget. Und alsbald gieng der Ausſatz von ihm hinweg.

14. Und er befahl ihm, daß er es niemand ſagen ſollte: ſondern gehe hin, und zeige dich dem Prieſter, und opfere für deine Reinigung, wie Moyſes befohlen hat, ihnen zum Zeugniß.

15. Es gieng aber die Rede von ihm weiter aus: und es kam vieles Volk zuſammen, daß ſie ihn höreten, und von ihren Krankheiten geheilet wurden.

16. Er aber entwich in die Wüſte, und bethete.

17. Und es begab ſich auf einen Tag, daß er ſaß, und lehrete. Und es ſaßen allda die Phariſäer, und Lehrer des Geſetzes, welche aus allen Flecken Galilää, und des Jüdiſchen Landes, und von Jeruſalem gekommen waren: und die Kraft des HErrn gieng von ihm, die Leute geſund zu machen.

18. Und ſiehe, es waren Männer da, die trugen einen Menſchen im Bette, der gichtbrüchig war: und ſie ſuchten Gelegenheit, ihn hineinzubringen, und vor ihn zu legen.

19. Und als ſie wegen des Volkes nicht fanden, wo ſie ihn hineinbrächten, ſtiegen ſie auf das Dach, und ließen ihn mit dem Bette durch die Ziegel mitten unter ſie hinab vor JEſum.

20. Da er nun ihren Glauben ſah, ſprach er: Menſch, dir werden deine Sünden vergeben.

21. Da fiengen die Schriftgelehrten, und Phariſäer an zu gedenken, und ſprachen: Wer iſt dieſer, der Gotteslästerung redet? Wer kann die Sünden vergeben, als GOtt allein?

22. Als aber JEſus ihre Gedanken merkete, antwortete er, und ſprach zu ihnen: Was gedenket ihr in euren Herzen?

23. Was iſt leichter zu ſagen: Dir werden deine Sünden vergeben; oder zu ſagen: Stehe auf, und wandele?

24. Damit ihr aber wiſſet, daß des Menſchen Sohn Macht habe, die Sünden zu vergeben, ſprach er zu dem Gichtbrüchigen: Ich ſage dir, ſtehe auf, nimm dein Bett auf, und gehe in dein Haus.

25. Und er ſtund alsbald vor ihnen auf, und nahm das Bette, darauf er gelegen war, und gieng in ſein Haus, und preiſete GOtt.

26. Und es nahm ſie alle ein Schrecken ein, und ſie preiſeten GOtt. Und ſie wurden mit Furcht erfüllet, und ſprachen: Wir haben heute wunderliche Dinge geſehen.

III. 27. Und darnach gieng er aus, und ſah einen Publican, mit Namen Levi, am Zollhaus ſitzen, und ſprach zu ihm: Folge mir nach.

28. Und er verließ alles, ſtund auf, und folgete ihm nach.

29. Und Levi richtete ihm ein großes Mahl zu in ſeinem Hauſe: und es war eine große Schaar der Publicanen, und anderer allda, welche mit ihnen zu Tiſche ſaßen.

30. Und die Phariſäer, ſamt ihren Schriftgelehrten murreten darüber, und ſprachen zu ſeinen Jüngern: Warum eſſet, und trinket ihr mit den Publicanen, und Sündern?

31. Und JEſus antwortete, und ſprach zu ihnen: Die Geſunden bedürfen des Arztes nicht, ſondern die Kranken.

32. Ich bin nicht gekommen, die Gerechten, ſondern die Sünder zur Buße zu berufen.

cens: Volo: Mundare. Et conſeſtim lepra diſceſſit ab illo.

14. Et ipſe præcepit illi, ut nemini diceret: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer pro emundatione tua, *c* ſicut præcepit Moyſes, in teſtimonium illis. *c Lev. 14. 4.*

15. Perambulabat autem magis ſermo de illo: & conveniebant turbæ multæ, ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis.

16. Ipſe autem ſecedebat in deſertum, & orabat.

17. Et † factum eſt in una dierum, & ipſe ſedebat docens. Et erant Phariſæi ſedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni caſtello Galilææ, & Judææ, & Jeruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos. † *FER. 6. QUAT. TEMP. PENTEC.*

18. Et *d* ecce, viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. *d Matth. 9. 2. Marc. 2. 3.*

19. Et non invenientes, qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum, & per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto in medium ante Jeſum.

20. Quorum fidem ut vidit, dixit: Homo, remittuntur tibi peccata tua.

21. Et cœperunt cogitare Scribæ, & Phariſæi, dicentes: Quis eſt hic, qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus?

22. Ut cognovit autem Jeſus cogitationes eorum, reſpondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus veſtris?

23. Quid eſt facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata; an dicere: Surge, & ambula?

24. Ut autem ſciatis, quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

25. Et conſeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat, & abiit in domum ſuam, magnificans Deum.

26. Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.*

III. 27. Et *e* poſt hæc exiit, & † vidit publicanum, nomine Levi, ſedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me. *e Matth. 9. 9. Marc. 2. 14.* † *IN VIG. S. MATT.*

28. Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum.

29. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo ſua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis erant diſcumbentes.

30. Et *f* murmurabant Phariſæi, & Scribæ eorum, dicentes ad diſcipulos ejus: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis, & bibitis? *f Marc. 2. 16.*

31. Et reſpondens JESUS, dixit ad illos: Non egent, qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent.

32. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.*

33. At

℣. 13. *Mundare.* Mundus eſto.

℣. 15. *Perambulabat — ſermo.* i. Fama & rumor.

℣. 20. *Quorum fidem ut vidit.* Ergo fides vel aliena etiam adultis prodeſt ad conſequendam animæ & corporis ſanitatem. Nam quia ægroti & portantium fidem vidit conjunctam cum fiducia, ſanavit.

℣. 24. *Ut autem ſciatis, quia Filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata.* Jeſus Chriſtus non ſolum cum mortalem in terra vitam ageret, ſed etiam poſt mortem ſuam in Eccleſia per miniſtros hanc exercet poteſtatem dimittendi peccata.

℣. 25. *Magnificans Deum.* Græc. Glorificans.

℣. 28. *Et relictis omnibus.* Primo quidem animo & voluntate omnia reliquit, poſtea rebus ſuis diſpoſitis re ipſa omnino reliquit.

℣. 29. *Et fecit ei convivium magnum.* Non valde ſplendidum, ſed magnum, ob multitudinem eorum, qui ſunt invitati. *Itaque ille prius avara de mercedibus, dura de laboribus & periculis nautarum emolumenta convertens, verbo vocatus, propria derelinquit, qui rapiebat aliena.* Ambr. Hic eſt veræ converſionis ordo: Intuitus Domini, vocatio, obſequium.

℣. 31. *Non egent, qui ſani ſunt medico.* Jeſus eos tantum ſanat, qui ſe ægrotos agnoſcunt.

℣. 32. *Non veni vocare Juſtos.* Omnes enim peccaverunt, & egent gratia Dei. Ambr. *Quæ eſt iſta æquitas, ſi juſtus relinquitur, peccator adſciſcitur, niſi intelligas, quod eos juſtos dicit, qui ex lege præſumunt, & Evangelii gratiam non requirunt?*

g *Marc.* 2. 18. 33. At illi dixerunt g ad eum: Quare discipuli Joannis jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt, & bibunt?

34. Quibus ipse ait: Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere jejunare?

35. Venient autem dies, cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc jejunabunt in illis diebus.

36. Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a novo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & novum rumpit, & veteri non convenit commissura a novo.

37. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres: alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt.

38. Sed vinum novum in utres novos mittendum est, & utraque conservantur.

39. Et nemo bibens vetus, statim vult novum, dicit enim: Vetus melius est.

33. Die aber sprachen zu ihm: Warum fasten die Jünger Johannis oft, und halten Gebethe, wie imgleichen die Jünger der Pharisäer thun: aber deine Jünger essen und trinken?

34. Und er sprach zu ihnen: Könnet ihr auch die Kinder des Bräutigams fastend machen, so lange der Bräutigam bey ihnen ist?

35. Es werden aber die Tage kommen, daß der Bräutigam von ihnen wird genommen werden, alsdann werden sie fasten in denselbigen Tagen.

36. Er sagte aber auch zu ihnen ein Gleichniß: Niemand setzet einen Lappen vom neuem Kleid auf ein altes Kleid: sonsten zerreisset er auch das neue, und der Lappe vom neuen schicket sich nicht auf das alte.

37. Und niemand thut neuen Wein in alte Schläuche: sonst zerreisset der neue Wein die Schläuche, also wird der Wein verschüttet, und die Schläuche verderben.

38. Sondern neuen Wein soll man in neue Schläuche fassen, so werden sie beyde erhalten.

39. Und niemand ist, wenn er vom alten Wein trinket, der alsbald des neuen begehret, denn er spricht: Der alte ist besser.

CAPUT VI.

I. Discipulos spicas Sabbato vellentes excusat. 1. *II. Alio Sabbato manum curat aridam.* 6. *III. Electos duodecim nominat Apostolos.* 12. *IV. Docet beatitudines.* 20. *Consilia ac præcepta evangelica.* 27. *Et de verbis Christi opere complendis.* 36.

Das sechste Capitel.

I. JEsus vertheidiget seine Jünger, daß sie aus Hunger am Sabbath etliche Aehren ausgerupfet. 1. II. Heilet eines Menschen verdorrete Hand. 6. III. Beruset die Apostel. 12. IV. Prediget die wahre Seligkeiten. 20. Die Liebe des Nächsten. 27. Und andere gute Werke. 36

a *Matth.* 12. 1. *Marc.* 2. 23. 1. Factum est autem in Sabbato *a* secundo, primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli ejus spicas, & manducabant confricantes manibus.

2. Quidam autem Pharisæorum, dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in Sabbatis?

3. Et respondens Jesus ad eos, dixit: Nec hoc legistis, quod fecit David, cum esuriisset ipse, & qui cum illo erant?

b 1. *Reg.* 21. 6. 4. Quomodo *b* intravit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducavit, & dedit his, qui cum ipso erant: quos non licet manducare, *c* nisi tantum sacerdotibus?

c *Exod.* 29. 32. *Lev.* 24. 9. 5. Et dicebat illis: Quia Dominus est Filius hominis, etiam Sabbati.

1. Es begab sich aber auf den Aftersabbath, der auf den ersten folget, als er durch besäete Aecker gieng, daß seine Jünger die Aehren ausrupften, und aßen, und zerrieben sie mit Händen.

2. Und etliche von den Pharisäern sprachen zu ihnen: Warum thut ihr, das sich nicht geziemet an den Sabbathen zu thun?

3. Und JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Habt ihr auch das nicht gelesen, was David thät, da ihn, und die, so bey ihm waren, hungerte?

4. Wie er zum Hause GOttes hineingieng, und nahm die Schaubrode, und aß, und gab auch denen, die bey ihm waren: die doch niemand essen darf, als allein die Priester?

5. Und er sprach zu ihnen: Des Menschen Sohn ist ein HErr auch des Sabbaths.

II. 6. Factum est autem & in alio Sabbato, ut

d *Matth.* 12. 10. *Marc.* 3. 1. intraret in Synagogam, & doceret. *d* Et erat ibi homo, & manus ejus dextra erat arida.

7. Observabant autem Scribæ, & Pharisæi, si in Sabbato curaret: ut invenirent, unde accusarent eum.

8. Ipse vero sciebat cogitationes eorum: & ait homini, qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens, stetit.

9. Ait autem ad illos Jesus: Interrogo vos,

II. 6. Es trug sich aber zu auf einen andern Sabbath, daß er in die Schule gieng, und lehrete. Und es war daselbst ein Mensch, dessen rechte Hand war verdorret.

7. Aber die Schriftgelehrten, und Pharisäer gaben acht, ob er ihn auch am Sabbath gesund machen würde: damit sie etwas finden möchten, deßwegen sie ihn anklagten.

8. Er aber wußte ihre Gedanken: und sprach zu dem Menschen, der die verdorrte Hand hatte: Stehe auf, und stelle dich in die Mitte. Und er stund auf, und stellete sich dahin.

9. JEsus aber sprach zu ihnen: Ich frage euch, ob es sich

℣. 34. *Filios sponsi.* Qui nuptiis interfunt.

℣. 35. *Tunc jejunabunt in illis diebus.* Non eximebat discipulos a jejuniis lege præscriptis: sed præter illa non imponebat alia, ut Pharisæi; non eos ab austeritate pœnitentiæ immunes facit, sed illos præparat ad labores.

℣. 36. *Nemo commissuram a novo — immittit.* i. Ablatam.

℣. 39. *Et nemo bibens vetus, statim vult novum.* Gr. Qui biberit. Assuetus vino veteri, paulatim assuescit novo: sic discipulos paulo laxiori vitæ generi assuetos, paulatim ducendos esse ad vitæ severioris institutum docet. Quæ sunt in pietate exteriora, interiori dispositioni sunt attemperanda, pœnitentiæ labores cujusque viribus; habitus paulatim & per contrarios actus deleri solent.

CAPUT VI.

℣. 1. *Factum est in Sabbato secundo.* Quodnam illud sit Sabbatum, gravis est difficultas, quam Scaliger sic dissolvi posse putat, ut sit primum Sabbatum post secundum diem Azymorum, qui dies secundus, Levit. 23. v. 11. dicitur juxta textum Hebræum, *Crastinus Sabbati*, seu *Dies alter Sabbati.* Hic erat dies 16. mensis Nisan, quo manipulus spicarum offerebatur in templo. Quamobrem primum Sabbatum a secundo die Azymorum illud erat, quod Lucas Sabbatum secundo primum, seu δευτεροπρωτον appellat, quasi a secundo die Azymorum primum: ac Judæi nunc temporis Hebraica lingua illud ita designant, Sabbatum a secunda primum. Nam lex jubet, ut septem hebdomadæ plenæ numerentur a secunda die Azymorum ad Pentecosten: unde Sabbatum a die secunda Paschatis primum, secundum, tertium, usque ad octavam hebdomadam dicebatur; & Sabbatum secundo primum illud erat, quod primum occurrebat post secundum diem Azymorum; secundum, quod secundo loco occurrebat. Id vero factum est, cum Jesus rediret Hierosolyma in Galilæam. Alii existimant tria fuisse Sabbata majori solemnitate celebrata, quod ea in tribus festis Paschatis, Pentecostes & tabernaculorum occurrerent: ex iis secundum erat Sabbatum Pentecostes.

℣. 4. *Intravit in domum Dei.* i. In atrium tabernaculi.

℣. 9. *Si licet — animam salvam facere, an perdere?* i. Vitam seu hominem.

sich gezieme, an den Sabbathen Gutes oder Böses zu thun: eine Seele zu erhalten, oder zu verderben?

10. Und er sah sie alle rings herum an, und sprach zu dem Menschen: Strecke deine Hand aus. Und er streckte sie aus: und seine Hand ward wiederum zurechtgebracht.

11. Sie aber wurden mit Unsinnigkeit erfüllet, und hielten ihr Gespräch miteinander, was sie JESU thäten.

III. 12. Es begab sich aber in denselben Tagen, daß er hinausgieng auf einen Berg zu bethen, und er verharrete über Nacht im Gebeth zu GOtt.

13. Und da es nun Tag worden war, rief er seinen Jüngern: und erwählete zwölf aus ihnen, (die er auch Apostel nennete.)

14. Simonem, den er mit dem Zunamen Petrum nennete, und Andream seinen Bruder, Jacobum, und Johannem, Philippum, und Bartholomäum,

15. Matthäum, und Thomam, Jacobum Alphäi Sohn, und Simonem, der Zelotes genennet wird,

16. Und Judam Jacobi, und Judam Iscarioth, so der Verräther worden.

17. Und er gieng hinab mit ihnen, und stund im flachen Felde, und mit ihm die Schaar seiner Jünger, und eine große Menge des gemeinen Volkes, aus dem ganzen Jüdischen Lande, und von Jerusalem, und aus der Gegend am Meer, und bey Tyro, und Sidon:

18. Welche gekommen waren, daß sie ihn höreten, und von ihren Krankheiten gesund würden. Und welche von den unreinen Geistern geplaget wurden, denen ward geholfen.

19. Und alles Volk suchte ihn anzurühren: denn es gieng eine Kraft von ihm aus, und machte sie alle gesund.

IV. 20. Und er hub seine Augen auf über seine Jünger, und sprach: Selig seyd ihr Armen: denn euer ist das Reich GOttes.

21. Selig seyd ihr, die ihr jetzt Hunger leidet: denn ihr werdet ersättiget werden. Selig seyd ihr, die ihr jetzt weinet: denn ihr werdet lachen.

22. Selig seyd ihr, wenn euch die Menschen hassen, und wenn sie euch absöndern, und schelten, und euren Namen, als einen bösen Namen verwerfen um des Menschen Sohns willen.

23. Freuet euch an demselbigen Tage, und frohlocket: denn siehe, euer Lohn ist groß im Himmel: denn ihre Väter thäten auch den Propheten desgleichen.

24. Aber wehe euch Reichen: denn ihr habt nun euren Trost.

25. Wehe euch, die ihr ersättiget seyd: denn ihr werdet Hunger leiden. Wehe euch, die ihr jetzt lachet: denn ihr werdet trauren und weinen.

26. Wehe euch, wenn euch die Menschen preisen: denn ihre Väter thäten auch den falschen Propheten desgleichen.

si licet Sabbatis benefacere, an male: animam salvam facere, an perdere?

10. Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus ejus.

11. Ipsi autem repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jesu.

III. 12. Factum est autem in illis diebus, ✝✝ exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. *S. BARTHOL. APOST.*

13. Et *e* cum dies factus esset, vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit.) *e Matth. 10. 1. Marc. 3. 13.*

14. Simonem, quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum, & Joannem, Philippum, & Bartholomæum,

15. Matthæum, & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem, qui vocatur Zelotes,

16. Et Judam Jacobi, & Judam Iscariotem, qui fuit proditor.

17. Et ✝ descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Judæa, & Jerusalem, & maritima, & Tyri, & Sidonis: ✝ *SS. DIONYS. ET SOC. Item, VIGIL. SS. OMN. PLUR. MART. EXTRA TEMP. PASCH.*

18. Qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabantur.

19. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

IV. 20. Et *f* ipse elevatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. *f Matth. 5. 2.*

21. Beati, g qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis. *g Matth. 5. 6.*

22. Beati eritis, cum vos oderint homines, & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter Filium hominis.

23. Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo: [c] secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

24. Verumtamen *h* væ vobis divitibus: quia habetis consolationem vestram. *h Eccli. 31. 8. Amos 6. 1.*

25. Væ *i* vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. *i Isai. 65. 13.*

26. Væ cum benedixerint vobis homines: secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

℣. 11. *Repleti sunt insipientia.* Syriace, Invidia.

℣. 12. *Exiit in montem orare.* Tanquam homo, ut nos doceret ante electionem ad Deum recurrere. *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Qua Deus oratur, ut charitas Dei est, qua diligitur Deus.

℣. 13. *Et elegit duodecim ex ipsis.* Primos suos ministros Christus voluit eo nomine designari, quod *missos* significat, ut omnes intelligerent missionem omnino esse necessariam, ut auctoritas legitima in Ecclesia exerceatur, nec veram esse in Ecclesia missionem præter eam, quæ inest successioribus Apostolorum. Ambr. *Non sapientes aliquos, non divites, non nobiles, sed piscatores & publicanos, quos dirigeret, elegit: ne traduxisse prudentia, ne redemisse divitiis, ne potentiæ nobilitatisve auctoritate traxisse aliquos ad suam gratiam videretur; ut veritatis ratio, non disputationis gratia prævaleret. Elegit & Judam non per imprudentiam, sed providentiam.*

℣. 14. *Simonem, quem cognominavit Petrum.* Hæc nominis mutatio est distinctionis. Petri primatus ubique designatus occurrit, & ubique non schismatis, ut in hæreticis, nec dissensionis inter Catholicos occasio esse debet; sed reverentiam, & unitatis amorem excitare.

℣. 16. *Et Judam Iscariotem.* Hujus vocatio fuit legitima, si quæ alia, sed inutilis, quod vita ipsa vocationi non responderit: fundamentum est inutile, cui nullum ædificium superstruitur, ut ædificium sine fundamento ruit.

℣. 17. *Stetit in loco campestri.* Plano & æquabili: Munus Pastorum his duobus continetur, verbo divino fideles instruere & alere, tum Sacramentis eos curare. Quæ sequuntur, ea fere Matth. cap. 5. Marci cap. 3. sunt explicata.

℣. 20. *Beati, pauperes.* Idem est sermo, qui Matth. 5. tametsi pauciores beatitudines refert Lucas. *Beati pauperes*, omni præsidio destituti. Amor divitiarum & Dei amor in eodem pectore non morantur.

℣. 21. *Beati, qui nunc esuritis.* Justitiam, ex Matthæo; qui eam expetitis, qui propter eam & famem & sitim perpeti non timetis; paupertati regnum, fami abundantiam promittit. *Beati, qui nunc fletis.* Nati sumus ad fletum, quia nascimur peccatores; renascimur ad gaudium, qui regeneramur filii Dei.

℣. 22. *Beati eritis, cum vos oderint homines.* Ergo *temperantia cordis habet animi munditiem, justitia misericordiam, pacem prudentia, mansuetudinem fortitudo. Et cum separaverint.* Uti fit excommunicando. *Et ejecerint nomen vestrum.* Munus & officium vestrum repudiando.

℣. 24. *Verumtamen væ vobis divitibus.* Ambr. *Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorum, pleraque tamen sunt etiam incentiva virtutum . . . Non census igitur, sed affectus in crimine est.*

℣. 26. *Væ cum benedixerint vobis homines.* Adulatione: nam homines pravi laudant sui similes. Adulatio obstat, quominus divites ad meliorem frugem se recipiant.

k Matth. 5. 44. 27. Sed vobis dico, qui auditis: *k* Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.

28. Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.

l Matth. 5. 20. 29. Et *l* qui te percutit in maxillam, præbe & alteram. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

30. Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas.

m Tob. 4. 16. *Matth.* 7. 17. 31. Et *m* prout vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

n Matth. 5. 46. 32. Et *n* si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.

33. Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem & peccatores hoc faciunt.

o Deut. 15. 8. *Matth.* 5. 42. 34. Et *o* si mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiant æqualia.

35. Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos.

† *DOM.* 1. *POST PENT.* 36. † Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.

p Matth. 7. 1. 37. Nolite *p* judicare, & non judicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini.

38. Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum. *q* Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

q Matth. 7. 2. *Marc.* 4. 24.

39. Dicebat autem illis & similitudinem: Numquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foveam cadunt?

r Matth. 10. 24. *Joan.* 13. 16. 40. Non *r* est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.

s Matth. 7. 3. 41. Quid *s* autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo:

27. Aber euch sage ich, die ihr höret: Liebet eure Feinde, thut Gutes denen, die euch hassen.

28. Segnet die, so euch verfluchen, und bittet für die, so euch beleidigen.

29. Und der dich auf einen Backen schlägt, demselbigen biethe auch den andern dar. Und wer dir den Mantel abnimmt, dem wehre auch nicht den Rock zu nehmen.

30. Gieb aber einem jeglichen, der dich bittet: und wenn dir jemand das Deinige nimmt, so fordere es nicht wiederum.

31. Und wie ihr wollet, daß euch die Leute thun, desgleichen thut ihr ihnen auch.

32. Und wenn ihr die liebet, die euch lieben, was Danks* habt ihr dafür? denn die Sünder lieben auch ihre Liebhaber. * sonderliche Gnade.

33. Und wenn ihr denen Gutes thut, die euch Gutes thun, was Danks* habt ihr dafür? denn dasselbige thun auch die Sünder. * oder Lohn.

34. Und wenn ihr denen leihet, von welchen ihr verhoffet, es wiederum zu bekommen, was Dank habt ihr dafür? denn die Sünder leihen auch den Sündern, auf daß sie gleiches wiederum bekommen.

35. Ihr aber liebet eure Feinde: thut Gutes, und leihet, und hoffet nichts davon: so wird euer Lohn groß seyn, und ihr werdet Kinder seyn des Allerhöchsten: denn derselbige ist gütig, auch über die Undankbaren, und Bösen.

36. Derowegen seyd barmherzig, wie auch euer Vater barmherzig ist.

37. Richtet nicht, so werdet ihr nicht gerichtet werden: verdammet nicht, so werdet ihr nicht verdammet werden. Vergebet, so wird euch vergeben werden.

38. Gebet, so wird euch gegeben werden: eine gute, und gedruckte, und gerüttelte, und überfließende Maaß wird man euch in eure Schoos geben. Denn eben mit der Maaß, damit ihr messet, wird man euch wiederum ausmessen.

39. Er sagte ihnen aber auch ein Gleichniß: Kann auch ein Blinder den andern leiten? fallen sie nicht beyde in die Grube?

40. Der Jünger ist nicht über den Meister: aber ein jeglicher wird vollkommen seyn, wenn er ist, wie sein Meister.

41. Was siehest du aber einen Splitter in deines Bruders Auge, und des Balkens, der in deinem Auge ist, wirst du nicht gewahr?

42. Oder, wie kannst du zu deinem Bruder sagen: Bru-

℣. 27. *Diligite inimicos vestros.* Inimicos diligimus, si iis bene velimus, & faciamus, non procurando iis bona, quibus pejores fiant, sed quæ eorum saluti prosint.

℣. 28. *Benedicite.* Bene precando.

℣. 29. *Qui aufert vestimentum.* sc. superius, seu pallium.

℣. 30. *Omni autem petenti te, tribue.* Sive amico, sive inimico; tribue saltem id, quod ei vel ex justitia debetur, vel ex charitate convenit, ac petenti rem sibi necessariam & honestam præbe. *Ne repetas.* Cum detrimento charitatis, præsertim si urgente necessitate compulsus abstulerit: non item latroni cedere debeo, quod abstulerit: nam illi & populo utile est, ut coerceatur. Ambr. *Lex vicissitudinem imperat ultionis; Evangelium inimicis charitatem, benignitatem odiis, vota maledictis, subsidia persequentibus, patientiam esurientibus, & gratiam remunerationis impertit.* Christus nec leges, nec usum legum reprehendit; sed perfectionis legem demonstrat.

℣. 31. *Et prout vultis.* Rationabiliter. *Et vos facite illis similiter.* Hæc est æquitatis norma, quæ si bona fide consuleretur, quot conscientiæ casus vel sola dissolveret.

℣. 32. *Quæ vobis est Gratia?* Habenda sc. Si non alios diligimus, quam eos qui nos diligunt, aut sunt in nos benefici.

℣. 34. *Et peccatores peccatoribus fœnerantur.* Hoc est, ex alterius miseria suum quærere commodum, cum opem nostram emere compellitur, aut illi benefaciendo aliud a Deo quæritur.

℣. 35. *Benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes.* Etiamsi beneficium simile vicissim non expectetis. Ex consequenti usura prohibetur, cum quis mutuum dat, & usuram tamquam debitam, & lucrum ultra sortem expectat. Non autem sensus est, ut mutuum demus non id expectantes, ut fors nobis restituatur, tum enim non erit mutuum, sed donatio, nisi is cui mutuo datur, reddere non possit. Nam in necessitate, cuncta iis communia esse debent, qui Christum una possident. *Erit merces vestra.* Apud Deum.

℣. 37. *Nolite judicare.* De intentione ipsa, cum occulta est, nec se operibus prodit. *Nolite condemnare.* Severe, & duriter aliorum peccata arguendo, cum minuenda sint potius, & occultanda, illæsa veritate, aut justitia, non vulganda, vel augenda. *Dimitte.* Quod ut præceptum divinæ misericordiæ consequendæ necessarium proponitur.

℣. 38. *Mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & super effluentem dabunt.* Quod ad duo postrema præcepta pertinet: nam duo priora sunt prohibitiva: & quomodo unusquisque vult a Deo tractari, ita se gerat erga proximum. *Eadem quippe mensura, &c.* Certa ratione & proportione: quemadmodum dicit Apostolus: *Qui parce seminat, parce & metet: Eadem autem mensura remetietur*, quæ respondebit meritis nostris; sed conferta erit, ut a Deo benigno & magnifico profecta. *Coagitatam.* Bene concussam.

℣. 39. *Numquid potest cæcus cæcum ducere.* i. Indiscretus & lividus alios.

℣. 40. *Non est discipulus super magistrum.* Si tu cæcus & vitiosus te alteri magistrum præbes, dum illum reprehendis, non eum meliorem efficies, quam tu ipse es: non enim relinquet vitia tua videns tua.

℣. 41. *Quid vides festucam.* i. Levem defectum. *Trabem autem.* Seu grave peccatum.

℣. 42. *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo.* Qui affectata sanctitatis opinione leviora fratris vitia carpis, non ex charitate: vitia primum tua & graviora quidem emenda, tum fratrem invitabis ad pœnitentiam.

Bruder, laß mich den Splitter aus deinem Auge ziehen: und du siehest selbst den Balken nicht in deinem Auge? Du Häuchler, ziehe zuvor den Balken aus deinem Auge: und alsdann siehe, daß du den Splitter aus deines Bruders Auge ziehest.

43. Denn es ist kein guter Baum, der böse Früchte träget: und kein böser Baum, der gute Frucht träget.

44. Denn ein jeglicher Baum wird an seiner Frucht erkannt. Denn man sammelt keine Feigen von den Dörnern: so lieset man auch keine Trauben von den Hecken.

45. Ein guter Mensch bringet Gutes hervor aus dem guten Schatz seines Herzens: und ein böser Mensch bringet Böses hervor aus dem bösen Schatz. Denn aus Ueberfluß des Herzens redet der Mund.

46. Was nennet ihr mich aber HErr, HErr: und thut nicht, was ich sage?

47. Ein jeglicher, der zu mir kömmt, und meine Rede höret, und dieselbige thut, den will ich euch anzeigen, wem er gleich ist:

48. Er ist einem Menschen gleich, der ein Haus bauete, und grub tief hinein, und legte den Grund auf einen Felsen. Als aber eine Wasserfluth kam, da stieß der Strom auf dasselbige Haus, und konnte es nicht bewegen: denn es war auf einen Felsen gegründet.

49. Wer aber höret, und nicht thut, der ist gleich einem Menschen, der sein Haus auf die Erde ohne Grund bauete: und der Strom stieß dawider, und es fiel alsbald: und der Fall desselbigen Hauses ward groß.

Das siebente Capitel.

I. JEsus macht den Knecht des Hauptmanns gesund. 1. II. Erwecket von Todten den Sohn der Wittwe von Naim. 11. III. Nachdem er den abgesandten Jüngern Johannis angedeutet, daß er der Meßias sey, 18. lobet er bey dem anwesenden Volke Johannem. 24. IV. Eine offene Sünderinn salbet die Füße Christi, und erlanget Vergebung der Sünden. 36.

1. Nachdem er aber alle seine Rede in die Ohren des Volks vollendet hatte, gieng er in Capharnaum hinein.

2. Und eines Hauptmanns Knecht, der ihm lieb und werth war, lag todtkrank.

3. Als er aber von JEsu hörete, schickte er die Aeltesten der Juden zu ihm, und bath ihn, daß er käm, und seinen Knecht gesund machte.

4. Da diese nun zu JEsu kamen, bathen sie ihn fleißig, und sprachen zu ihm: Er ist es wohl werth, daß du ihm solches thust.

5. Denn er hat unser Volk lieb: und hat uns auch eine Schule gebauet.

6. JEsus aber gieng mit ihnen. Und als er nun nicht weit vom Hause war, sandte der Hauptmann Freunde zu ihm, und sprach: HErr, bemühe dich nicht: denn ich bin nicht werth, daß du unter mein Dach eingehest.

7. Darum ich mich auch nicht würdig geachtet habe, daß ich selbst zu dir käme; sondern sprich nur ein Wort, so wird mein Knecht gesund werden.

8. Denn ich bin auch ein Mensch, der Obrigkeit unterthan, und habe Kriegsknechte unter mir: und ich sage zu diesem: Gehe hin, so gehet er hin: und zu einem andern: Komm her, so kömmt er: und zu meinem Knecht: Thue das, so thut ers.

9. Da das JEsus hörete, verwunderte er sich, und wandte sich um, und sprach zu dem Volke, das ihm nach-

Frater, sine ejiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo: & tunc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui.

43. Non *t* est enim arbor bona, quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. *t Matth. 7. 18. & 12. 33*

44. Unaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant uvam.

45. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

46. Quid autem vocatis me *u* Domine, Domine: & non facitis, quæ dico? *u Matth. 7. 21. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22.*

47. Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit:

48. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam movere: fundata enim erat super petram.

49. Qui autem audit, & non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluvius, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

CAPUT VII.

I. Admirans Centurionis fidem, sanat illius servum. 1. II. Juxta portam civitatis Naim filium viduae resuscitat. 15. III. Coram discipulis Joannis Baptistae multa edit signa. 18. Inque absentibus Joannem extollit. Judaeos pueris in foro assimilat. 24. IV. A peccatrice pedes mundus, ei peccata remittit. 36.

1. Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis, intravit *a* Capharnaum. *a Matth. 8. 5.*

2. Centurionis autem cujusdam servus male habens, erat moriturus, qui illi erat pretiosus.

3. Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judæorum, rogans eum, ut veniret, & salvaret servum ejus.

4. At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eum sollicite, dicentes ei: Quia dignus est, ut hoc illi præstes.

5. Diligit enim gentem nostram: & Synagogam ipse ædificavit nobis.

6. Jesus autem ibat cum illis. Et cum jam non longe esset a domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens: *b* Domine, noli vexari: non enim sum dignus, ut sub tectum meum intres. *b Matth. 8. 8.*

7. Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te; sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

8. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic: Vade, & vadit: & alii: Veni, & venit: & servo meo: Fac hoc, & facit.

9. Quo audito Jesus miratus est, & conversus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico

---

℣. 43. *Neque arbor mala, faciens fructum bonum.* Mali non sunt idonei, qui alios reddant bonos: bonorum operum vocem, quæ sunt cordis lingua, nihil potest extinguere.

℣. 46. *Et non facitis, quæ dico.* En Christus requirit opera.

CAPUT VII.

℣. 1. *Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis.* Verba animo, opera cordi ipsi loquuntur.

℣. 2. *Centurionis — servus — erat moriturus.* Seu morti proximus. *Qui erat pretiosus.* i. illi percharus.

℣. 3. *Misit ad eum seniores Judæorum.* Se indignum credidit, qui veniret ad Jesum, aut venientem tecto suo exciperet. Ac forte seniores Judæorum Christum rogant de suo, ut veniat: nam v. 6. per amicos rogat, ne veniat; aut certe humilitas in eo crescebat. *Domine noli vexari.* Gr. Ne fatigeris. Ambr. *Dominus pergit, excusat Centurio, militarique deposito tumore reverentiam sumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus.*

℣. 4. *Rogabant Sollicite.* Gr. Studiose.

℣. 7. *Sed dic verbo.* Præcipe: divinam in Christo agnoscit potentiam. Ambr. *Et bene Lucas etiam in occursum amicos dicit a Centurione transmissos, ne præsentia sua gravare Domini verecundiam videretur.*

dico vobis, nec in Israel tantam fidem inveni.

10. Et reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum, qui languerat, sanum.

† *FER.* 5. *POST DOM.* 4. *QUADR. Item, DOM.* 15. *POST PENTEC.*

II. 11. Et factum est, deinceps † ibat in civitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa.

12. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce, defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba civitatis multa cum illa.

13. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

14. Et accessit, & tetigit loculum: hi autem, qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge.

15. Et resedit, qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

16. Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: *c* Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitavit plebem suam.°

c Infr. 24. 19. *Joan.* 4. 19.

17. Et exiit hic sermo in universam Judæam de eo, & in omnem circa regionem.

III. 18. Et nuntiaverunt Joanni discipuli ejus de omnibus his.

19. Et *d* convocavit duos de discipulis suis Joannes, & misit ad Jesum, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

d Matth. 11. 2.

20. Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Joannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

21. In ipsa autem hora multos curavit a languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum.

22. Et respondens, dixit illis: Euntes renuntiate Joanni, quæ audistis, & vidistis: *e* Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur:

e Isai. 35. 5.

23. Et beatus est, quicumque non fuerit scandalizatus in me.

24. Et cum discessissent nuntii Joannis, cœpit de Joanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

25. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

26. Sed quid existis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plusquam Prophetam.

f Mal. 3. 1. *Matth.* 11. o. *Marc.* 1. 2.

27. Hic *f* est, de quo scriptum est: Ecce, mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

28. Dico enim vobis: Major inter natos mulierum Propheta Joanne Baptista nemo est.

folgete: Wahrlich sage ich euch, solchen großen Glauben habe ich auch in Israel nicht gefunden.

10. Und als diejenigen, welche gesandt waren, wiederum zu Hause kamen, fanden sie den Knecht gesund, der krank gewesen war.

II. 11. Und es begab sich, daß er nach einer Stadt zuging, welche Naim genennet wird: und seine Jünger, und vieles Volk giengen mit ihm.

12. Als er aber nahe zum Stadtthor kam, siehe, da trug man einen Todten heraus, der ein einiger Sohn seiner Mutter war: und sie war eine Wittwe: und vieles Volk aus der Stadt gieng mit ihr.

13. Da sie nun der HErr sah, ward er mit Barmherzigkeit gegen sie bewegt, und sprach zu ihr: Weine nicht.

14. Und er tratt hinzu, und rührete den Sarg° an: die Träger aber stunden stille. Und er sprach: Jüngling, ich sage dir, stehe auf. °Todtenbahr.

15. Und der Todte richtete sich auf, und fieng an zu reden. Und er gab ihn seiner Mutter.

℣. 20. *Respondens Simon Petrus, dixit: Christum Dei.* Quem misit Deus: plenius id refert Matthæus, quod Lucas compendiose. Ambr. *Non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen nescire generationis fidem.* Christus fidem Incarnationis in Apostolis firmat: hæc integra his verbis continetur. *Christum Dei.* Hominem divinitate unctum, missum a Deo.

℣. 21. *Præcepit Apostolis, ne cui dicerent hoc.* Ne Judæi, qui in Christo expectabant regem gloria & opibus splendidum, offensi ejus morte & spe sua frustrati difficilius crederent, aut illius passio impediretur: quod sequentia indicant.

℣. 22. *Quia oportet filium hominis multa pati.* Deinde illud rectius judicabat, factis id demonstrare, quam verbis. Ambr. *Prohibentur Apostoli evangelizare eum Dei filium, ut evangelizarent postea crucifixum.*

℣. 23. *Si quis vult post me venire.* Præceptum illud est: omnes enim tenentur venire post Christum, abnegare voluntatem carnis, Dei voluntati se subjicere, quotidianas tribulationes patienter ferre. Tenentur omnes ad perfectionem niti, crucem suam quotidie ferre: nam Deo sic disponente crux crucem excipit, ne mens nostra ulli rei creatæ plus satis inhæreat: tametsi omnia, quæ ad perfectionem ducunt, non sunt de præcepto. Quotidiana est hominis afflictio. Sic versiculus iste cum superiore nectitur; capitis mysteria, passio, mors, resurrectio in membris impleri debent.

℣. 25. *Quid — proficit homo.* i. Quid lucratur.

℣. 26. *Nam qui me erubuerit & sermones meos.* Non est dignus Deo, qui Deum seipso indignum judicavit. *Dies octo*, utroque die extremo comprehenso. Alii Evangelistæ sex tantum dies interjectos numerant.

℣. 31. *Visi in majestate.* Gr. In gloria: in majestate non sua, sed Christi, quæ in eos redundabat. Unde v. 32. *Et viderunt majestatem ejus. Excessum ejus.* Gr. ἔξοδον, exitum e vita, seu mortem: dicebant Christo propter discipulos qui aderant. Sic Moyses & Elias funguntur munere prophetico, ut Samuel & Elisæus post mortem quodammodo prophetaverunt. Lex & Prophetæ non aliud quam Christum spirant.

℣. 32. *Gravati erant somno.* Nempe Christo orante.

℣. 34. *Intrantibus illis.* sc. Moyse & Elia.

38. Et *p* ecce, vir de turba exclamavit, dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia unicus est mihi:

p Matth. 17. 14. Marc. 9. 16.

39. Et ecce, spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dilipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum:

40. Et rogavi discipulos tuos, ut ejicerent illum, & non potuerunt.

41. Respondens autem Jesus, dixit: O generatio infidelis, & perversa, usquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum.

42. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, & dissipavit.

43. Et increpavit Jesus spiritum immundum, & sanavit puerum, & reddidit illum patri ejus.

44. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus, quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos: Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum.

45. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, ut non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.

V. 46. Intravit *q* autem cogitatio in eos, quis eorum major esset.

q Matth. 18. 1. Marc. 9. 33.

47. At Jesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se,

48. Et ait illis: Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & quicumque me receperit, recipit eum, qui me misit: nam qui minor est inter vos omnes, hic major est.

49. Respondens autem Joannes dixit: Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum: quia non sequitur nobiscum.

50. Et ait ad illum Jesus: Nolite prohibere: qui enim non est adversum vos, pro vobis est.

51. Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis ejus, & ipse faciem suam firmavit, ut iret in Jerusalem.

52. Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi.

53. Et non receperunt eum, quia facies Jesus erat euntis in Jerusalem.

54. Cum vidissent autem discipuli ejus Jacobus, & Joannes, dixerunt: Domine, vis, dicimus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos?

38. Und siehe, ein Mann aus dem Volke rief laut, und sprach: Meister, ich bitte dich, siehe an meinen Sohn, denn er ist mein einiger Sohn:

39. Und siehe, der Geist ergreift ihn, so schreyet er alsbald, und er zerret, und reisset ihn, daß er schäumet, und mit Noth entläßt er ihn, wenn er ihn zerreisset:

40. Und ich habe deine Jünger gebethen, daß sie ihn austrieben, und sie konnten nicht.

41. JEsus aber antwortete, und sprach: O du unglaubiges, und verkehrtes Geschlecht, wie lange soll ich noch bey euch seyn, und euch dulden? Führe deinen Sohn herzu.

42. Und als er herzukam, riß ihn der Teufel, und zerzerrete ihn.

43. Und JEsus bedrohete den unreinen Geist, und machte den Knaben gesund, und gab ihn seinem Vater wiederum.

44. Sie entsetzten sich aber alle über die Großmächtigkeit GOttes: und als sie sich sämmtlich verwunderten über alles, was er that, sprach er zu seinen Jüngern: Fasset ihr diese Rede wohl zu Herzen: denn es wird geschehen, daß des Menschen Sohn in die Hände der Menschen wird überantwortet werden.

45. Aber sie verstunden dasselbige Wort nicht, und es war vor ihnen verborgen, daß sie es nicht begriffen: und sie fürchteten sich, ihn dieses Wortes halben zu fragen.

V. 46. Es kam aber ein Gedanke unter sie, wer unter ihnen der Größte wäre.

47. Als nun JESUS ihres Herzens Gedanken sah, ergriff er ein Kind, und stellete dasselbige neben sich,

48. Und sprach zu ihnen: Wer dieses Kind aufnimmt in meinem Namen, der nimmt mich auf: und wer mich aufnimmt, der nimmt den auf, der mich gesandt hat: denn wer unter euch allen der Kleinste ist, der ist der Größte.

49. Johannes aber antwortete, und sprach: Meister, wir haben einen gesehen, der die Teufel austreibet in deinem Namen, und wir verbothen es ihm: dieweil er dir nicht nachfolget mit uns.

50. Und JEsus sprach zu ihm: Ihr sollet es nicht verbiethen: denn wer nicht wider euch ist, der ist für euch.

51. Es begab sich aber, da die Tage erfüllet wurden, daß er sollte aufgenommen werden, richtete er sein Angesicht festiglich gen Jerusalem zu reisen.

52. Und er sandte Bothen aus vor seinem Angesicht: die giengen hin, und kamen in eine Stadt der Samaritaner, daß sie ihm die Herberge bestellten.

53. Und sie nahmen ihn nicht an, darum, daß sein Angesicht gen Jerusalem zu reisen gerichtet war.

54. Als aber seine Jünger, Jacobus, und Johannes das sahen, sprachen sie: HERR, willst du, daß wir sagen, daß das Feuer vom Himmel herabfalle, und sie verzehre?

55. Und

℣. 42. *Elisit.* Syriace, prostravit. *Et dissipavit.* Græc. Convulsit.
℣. 44. *Stupebant in magnitudine.* i. In majestate.
℣. 45. *Ignorabant verbum istud.* sc. Rem hanc seu mysterium.
℣. 46. *Intravit autem cogitatio in eos.* Hæc cogitatio quater discipulorum animos subiit: 1. Hoc in loco, cum tres soli ducti sunt in montem, qui noluerunt aliis patefacere, quæ viderant, atque alii hinc singulare quiddam ab iis visum esse facile suspicati sunt: 2. Post petitionem matris Zebedæorum: 3. Post staterem pro Domino a Petro datum, Matth. 17. exponente Hieronymo: 4. In cœna ultima, Lucæ 22. Cæterum Dominus Matth. 16. Lucæ 22. & Joan. cap. ultimo satis aperte testatus est, qua dignitate Petrum esse vellet. Hoc in loco ad discipulorum interrogationem noluit respondere, ne invidiam eorum & contentionis causas accenderet: sed ea respondit, quæ huic morbo sanando erant aptiora, & antidotum humilitatis his præbuit. Christianam puericiam proposuit, quæ humilis & simplex esse debet.
℣. 48. *Nam qui minor est inter vos omnes, hic major est.* Ad parvulorum imitationem eos invitat, quorum mores a superbia & ambitione sunt alieni. Qui magis se dimiserit, hic major erit: nam vera excellentia in humilitate posita est.
℣. 49. *Non sequitur nobiscum.* i. Te non sequitur.
℣. 50. *Qui enim non est adversum vos, pro vobis est.* Gr. Pro nobis: nam qui in Dei nomine ejicit dæmones, per fidem nobis conjungitur: nemo quippe sine aliqua fide in Christum dæmones ejicit. Matth. 12. *Qui non est mecum, contra me est.* Qui mihi per fidem non conjungitur, is mihi contrarius est. Cor ipsum aut Dei partes sequitur, aut inimici Dei; nihil est medium.
℣. 51. *Cum complerentur dies assumptionis ejus.* Cum inciperent compleri dies transitus ejus ex hoc mundo. *Et ipse faciem suam firmavit, ut iret in Jerusalem.* Recta iter instituit in Jerusalem, firmo animo, & imperterrito vultu, contumelias omnes, & mortis acerbitatem prospiciens.
℣. 52. *Et euntes intraverunt in civitatem, ut pararent.* Illi hospitium: Christus iter suum per Samariam instituit.
℣. 53. *Quia facies ejus erat euntis in Jerusalem.* Præ se ferebat velle ire Jerosolymam.
℣. 54. *Vis, dicimus, ut ignis descendat de cœlo.* Cognominati fuerant a Domino *Boanerges*, seu *filii tonitrui*, ut Christi Evangelium intonarent, non ut ignem & fulgura e cœlo demitterent.

55. Und er wandte sich um, strafte sie, und sprach: Ihr wisset nicht, wessen Geistes ihr seyd.

56. Des Menschen Sohn ist nicht gekommen, die Seelen zu verderben, sondern selig zu machen. Und sie giengen in einen andern Flecken.

VI. 57. Es begab sich aber, als sie auf dem Wege wandelten, da sprach einer zu ihm: Ich will dir folgen, wohin du auch gehen wirst.

58. Und JEsus sprach zu ihm: Die Füchse haben Gruben, und die Vögel des Himmels haben Nester: aber des Menschen Sohn hat nicht, da er sein Haupt auflehne.

59. Er aber sprach zu einem andern: Folge mir nach. Und derselbige sprach: HErr, laß mir zu, daß ich zuvor hingehe, und meinen Vater begrabe.

60. Und JEsus sprach zu ihm: Laß die Todten ihre Todten begraben. Du aber gehe hin, und verkündige das Reich GOttes.

61. Und ein anderer sprach: HErr, ich will dir folgen: aber laß mir zu, daß ich zuvor einen Abschied nehme von denen, die zu Hause sind.

62. JEsus sprach zu ihm: Keiner, der seine Hand an den Pflug leget, und siehet zurück, ist geschickt * zum Reich GOttes.

* tauglich.

Das zehente Capitel.

I. JEsus sendet seine siebenzig Jünger aus, zu predigen, und Zeichen zu thun. 1. II. Da sie wieder gekommen, ermahnet er sie zur Demuth. 17. III. Lehret durch das Gleichniß, von dem unter die Mörder gefallenen, wer unser Nächster sey. 29. IV. Wird von Martha, und Maria aufgenommen. 38.

1. Darnach aber verordnete der HERR auch andere zwey und siebenzig: und sandte sie, je zween und zween vor seinem Angesichte her, in alle Städte, und Oerter, dahin er selbst kommen wollte.

2. Und er sprach zu ihnen: Die Aernte ist zwar groß, aber der Arbeiter sind wenig. Darum bittet den HErrn der Aernte, daß er in seine Aernte Arbeiter aussende.

3. Gehet hin: siehe, ich sende euch, wie Lämmer unter die Wölfe.

4. Ihr sollet weder Beutel, noch Taschen, noch Schuhe tragen, und niemand auf dem Wege grüßen.

5. Wo ihr zu einem Hause hineingehet, so saget erstlich: Friede sey diesem Hause:

6. Und im Fall daselbst ein Kind des Friedens seyn wird, so wird euer Friede auf demselbigen ruhen: wo aber nicht, so wird er wiederum zu euch kommen.

7. Bleibet aber in demselbigen Hause, und esset, und trinket, was bey ihnen ist: denn ein Arbeiter ist seines Lohnes werth. Gehet nicht aus einem Hause in das andere.

8. Wenn ihr zu einer Stadt hineingehet, und sie euch aufnehmen, so esset, was euch vorgesetzet wird;

9. Und machet die Kranken gesund, die darinnen sind, und saget zu ihnen: Das Reich GOttes ist nahe zu euch gekommen.

55. Et conversus increpavit illos, dicens: Nescitis, cujus spiritus estis.

56. Filius *r* hominis non venit animas perdere, sed salvare. Et abierunt in aliud castellum. *r Joan. 3. 17. & 12. 47.*

VI. 57. Factum est autem, ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te, quocumque ieris.

58. Dixit illi Jesus: *s* Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos: Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. *s Matth. 8. 20.*

59. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum.

60. Dixitque ei Jesus: Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Tu autem vade, & annuntia regnum Dei.

61. Et ait alter: Sequar te Domine: sed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi sunt.

62. Ait ad illum Jesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.

CAPUT X.

I. Septuaginta duobus tradit præcepta prædicandi. 1. II. Gaudentes de subjectis sibi dæmonibus, hortatur ad humilitatem. 17. III. Declarat præceptum de dilectione Dei & proximi per parabolam. 29. IV. Marthæ conquerenti dicit, Mariam elegisse optimam partem. 38.

1. Post hæc autem † designavit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo erat ipse venturus. † *S. MARCI. Item S. LUCÆ.*

2. Et dicebat illis: *a* Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. *a Matth. 9. 37.*

3. Ite *b*: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. *b Matth. 10. 16.*

4. Nolite *c* portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, *d* & neminem per viam salutaveritis. *c Matth. 10. 10. Marc. 6. 8. d 4. Reg. 4. 29.*

5. In quamcumque domum intraveritis, primum dicite: Pax huic domui:

6. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertetur.

7. In eadem autem domo manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: *e* dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. *e Deut. 24. 14. Matth. 10. 10. 1. Tim. 5. 18.*

8. Et in quamcumque civitatem intraveritis, & susceperint vos, manducate, quæ apponuntur vobis:

9. Et curate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquavit in vos regnum Dei.°

10. In

℣. 55. *Nescitis, cujus spiritus estis.* Hoc non vobis suggerit Spiritus Patris mei, sed caro & sanguis. Spiritu Evangelico & mansuetudinis animati esse debetis, non ultionis: nescitis, qui Spiritus vos agat. Vultis imitari zelum Eliæ, qui Spiritus non est personæ meæ, aut novi Testamenti: veni quippe ut salvarem, non ut perderem.

℣. 57. *Sequar te, quocunque ieris.* Præsumenti de suis viribus nihil videtur difficile.

℣. 58. *Vulpes.* Multi Jesu Christi nomine quietem quærunt, & vitæ commoda: qui aliud quærit ab eo, indignus est ejus ministerio.

℣. 59. *Permitte — sepelire.* Manere cum patre usque ad ejus mortem, vel sepelire jam mortuum.

℣. 61. *Permitte — renuntiare his.* i. Valedicere.

℣. 62. *Nemo — respiciens retro, aptus est regno Dei.* Hac similitudine ducta ab aratoribus, qui oculos habent in sulcum intentos, docet bonum Ecclesiæ ministrum ad alias curas avocari non oportere. *Aptus est regno Dei.* Aut prædicando, aut promerendo.

CAPUT X.

℣. 1. *Designavit Dominus & alios septuaginta duos.* Gr. *Septuaginta.* Duo omittuntur, ut numerus ponatur rotundior. Electio hæc facta est ad eum modum, quo Moyses, Numer. cap. 11. septuaginta duos elegit Judices, ubi v. 16. & 17. tantum 70. dicuntur, sed v. 26. duo sunt adjecti. Is jam antea duodecim principes tribuum adjutores habebat. Iisdem mandatis eos instruxit Dominus, quibus 12. Apostolos in Galilæa; inferiores erant Apostolis, ut Episcopis Presbyteri. *Et misit illos binos.* Ut sibi mutuo essent auxilio.

℣. 4. *Nolite portare sacculum.* Ad litteram est hyperbole: non enim prohibet eos officio humanitatis: sed ne impediantur rebus minime necessariis, neve quicquam iis moræ sit.

℣. 6. *Et si ibi fuerit filius pacis.* Dignus pace, & salute Evangelica. *Edentes.* Ut obviis quibusque cibis contenti, non ut mendici, sed ut jus accipiendi habentes: mox enim subiicit: *Dignus est enim operarius mercede sua.* Quod cibus ab iis debeatur, ut merces operario: tametsi Deus ipse est merces eorum.

℣. 9. *Appropinquavit in vos regnum Dei.* Prope est Messias a Deo promissus, regni cœlestis dator, & auctor.

10. In quamcumque autem civitatem intraveritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas ejus, dicite:

f Act. 13. 51. 11. Etiam *f* pulverem, qui adhæsit nobis de civitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquavit regnum Dei.

12. Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quam illi civitati.

g Matth. 11. 21. 13. Væ *g* tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœniterent.

14. Verumtamen Tyro, & Sidoni remissius erit in judicio, quam vobis.

15. Et tu Capharnaum usque ad cœlum exaltata, usque ad infernum demergeris.

✝ *PLUR. MART. Matth.* 10. 40. *Joan.* 13. 20. 16. Qui ✝ vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.

II. 17. Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.

18. Et ait illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.

19. Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

20. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subjiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.*

h Matth. 11. 25. 21. In *h* ipsa hora exultavit Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cœli, & terræ, quod abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

22. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo scit, quis sit filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi filius, & cui voluerit Filius revelare.

✝ *DOM.* 12. *POST PENTEC.* *i Matth.* 13. 16. 23. Et ✝ conversus ad discipulos suos, dixit: *i* Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

24. Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire, quæ auditis, & non audierunt.

k Matth. 22. 35. *Marc.* 12. 28. 25. Et *k* ecce, quidam Legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?

26. At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?

10. Wenn ihr aber in eine Stadt werdet eingehen, und sie euch nicht aufnehmen, so gehet hinaus auf ihre Gassen, und sprechet:

11. Wir schlagen auch den Staub, der uns von eurer Stadt anhanget, auf euch ab. Gleichwohl sollet ihr das wissen, daß euch das Reich GOttes nahe gewesen ist.

12. Ich sage euch, es wird der Stadt Sodoma erträglicher ergehen an jenem Tage, dann derselbigen Stadt.

13. Wehe dir Corozain, wehe dir Bethsaida: denn wenn die Wunderthaten zu Tyro, und Sidon geschehen wären, die bey euch geschehen sind, so wären sie vorzeiten im härenen Kleide, und in der Asche gesessen, und hätten Buße gethan.

14. Jedoch wird es Tyro, und Sidon erträglicher ergehen am Gericht, dann euch.

15. Und du Capharnaum, die du bis an den Himmel bist erhoben, wirst bis zur Hölle hinuntergesenket werden.

16. Wer euch höret, der höret mich: und wer euch verachtet, der verachtet mich. Wer mich aber verachtet, der verachtet den, der mich gesandt hat.

II. 17. Es kamen aber die zwey und siebenzig wiederum mit Freuden, und sprachen: HErr, in deinem Namen sind uns auch die Teufel unterworfen.

18. Und er sprach zu ihnen: Ich sah den Satan vom Himmel herunterfallen wie den Blitz.

19. Siehe, ich habe euch Macht gegeben, auf Schlangen, und Scorpionen zu tretten, und über alle Gewalt des Feindes: und nichts wird euch schaden.

20. Erfreuet euch aber nicht darum, daß euch die Geister unterworfen sind: sondern erfreuet euch dessen, daß eure Namen im Himmel geschrieben sind.

21. In derselbigen Stunde frohlockte JEsus im heiligen Geist, und sprach: Ich preise dich Vater, du HErr des Himmels, und der Erden, daß du diese Dinge vor den Weisen, und Verständigen verborgen hast, und hast sie den Kleinen offenbaret. Ja Vater, denn also ist es vor dir wohlgefällig gewesen.

22. Es ist mir alles übergeben von meinem Vater. Und niemand weis, wer der Sohn sey, dann der Vater: und wer der Vater sey, das weis niemand, dann der Sohn, und wem es der Sohn will offenbaren.

23. Und er wandte sich zu seinen Jüngern, und sprach: Selig sind die Augen, die da sehen, das ihr sehet.

24. Denn ich sage euch, daß viele Propheten, und Könige haben sehen wollen, was ihr sehet, und haben es nicht gesehen: und hören, was ihr höret, und haben es nicht gehöret.

25. Und siehe, es stund ein Gesetzgelehrter auf, versuchte ihn, und sprach: Meister, was muß ich thun, daß ich das ewige Leben erwerbe?

26. Er aber sprach zu ihm: Was stehet im Gesetz geschrieben? wie lieseſt du?

27. Er

℣. 11. *Extergimus in vos.* Nolentes vobiscum in ulla re communicare.

℣. 12. *Sodomis in die illa remissius erit.* In extremo & tremendo Dei judicio.

℣. 13. *Pœniterent.* Pœnitentiam egissent.

℣. 15. *Et tu Capharnaum — exaltata.* sc. Propter præsentiam meam.

℣. 16. *Qui vos audit, me audit.* Hinc colligitur præpositis Ecclesiæ datam esse a Deo potestatem non docendi modo, sed & præcipiendi, ac leges condendi pro locorum & temporum opportunitate. Pastoralis auctoritatis, uti & veritatis, in Deo ipso fons est, & origo: Christo a Patre est communicata per Incarnationem, Apostolis data est per missionem a Filio, Episcopis per successionem non interruptam. Vox *audire* in Scripturis non solum significat acquiescere docenti, sed & parere. Sic Pater de Filio loquens: *Ipsum audite.* Item Deuter. 6. *Audi Israel.*

℣. 17. *Reversi sunt autem septuaginta duo cum gaudio.* Reversis cum ingenti gaudio discipulis, quod dæmonia iis subjicerentur. *In nomine tuo.* Vel nomine tuo pronuntiato, seu potius auxilio & virtute nominis tui.

℣. 18. *Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.* Id est, cum dæmones a corporibus hominum ejiciebatis, hos quasi e cœlo, seu e gloriæ loco instar fulguris præcipites in spiritu videbam. Nam ex iis corporibus, quibus insederant, quasi e cœlo iterum dejecti videbantur: vel instar fulguris subito cadentem Satanam ex aëre videbam.

℣. 19. *Ecce, dedi vobis potestatem.* Gr. *Ecce, do vobis potestatem calcandi supra serpentes.* Quibus diabolus post peccatum utitur, ut noceat hominibus. *Inimici.* Qua potestate nunc etiam utitur in aquæ & salis benedictione, in exorcismis, quæ his Christi verbis tamquam titulo innituntur. Preces Ecclesiæ sunt quasi archiva, aut tabularia publica, quibus jus illud, aut potestas continetur.

℣. 20. *Gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.* i. In libro vitæ. Cum amor Dei cordibus nostris est inscriptus per Spiritum sanctum, & in manibus per bona opera, tum spes magna manet in cœlo nos scriptos esse ad æternitatem: vel gaudete, quod inter fideles adscripti estis, quibus cœlum est destinatum.

℣. 21. *Exultavit Spiritu S.* q. d. gaudio sancto & spirituali.

℣. 23. *Qui vident, quæ vos videtis.* Oculis fidei: quæ Judæi non videbant, nisi carnis oculis.

℣. 25. *Legisperitus surrexit tentans eum.* Experiri volens, an aliquid doceret a lege alienum: id alio tempore factum est, ex Matth. 22.

27. Er antwortete, und sprach: Du sollst den HErrn deinen GOtt lieben, von ganzem deinem Herzen, und von ganzer deiner Seele, und von allen deinen Kräften, und von ganzem deinem Gemüthe: und deinen Nächsten, als dich selbst.

28. Und er sprach zu ihm: Du hast recht geantwortet: thue das, so wirst du leben.

III. 29. Er wollte sich aber selbst rechtfertigen, und sprach zu JEsu: Wer ist dann mein Nächster?

30. JEsus aber antwortete, und sprach: Es war ein Mensch, der gieng von Jerusalem hinab gen Jericho, und fiel unter die Mörder: die zogen ihn aus: und schlugen ihn, und giengen davon, und ließen ihn halbtodt liegen.

31. Es begab sich aber, daß ein Priester dieselbige Straße hinabzog: und als er ihn sah, gieng er vorüber.

32. Desgleichen auch ein Levit, da er an den Ort kam, und ihn sah, gieng er vorüber.

33. Ein Samaritan aber reisete, und kam neben ihm: und da er ihn sah, ward er mit Barmherzigkeit beweget.

34. Und gieng hinzu, und verband ihm seine Wunden, und goß Oel, und Wein darein: und hub ihn auf sein Thier, und führete ihn in die Herberge, und trug Sorge für ihn.

35. Des andern Tages zog er zween Groschen heraus und gab sie dem Wirth, und sprach: Pfleg: seiner: und alles, was du darüber wirst auslegen, das will ich dir wiedergeben, wann ich wiederum komme.

36. Welcher, dünket dich, der unter diesen dreyen der nächste gewesen sey, dem, der unter die Mörder gefallen war?

37. Er aber sprach: Der die Barmherzigkeit an ihm that. Und JEsus sprach zu ihm: So gehe du hin, und thue desgleichen.

IV. 38. Es begab sich aber, da sie wandelten, daß er in einen Flecken gieng: und ein Weib, mit Namen Martha, nahm ihn auf in ihr Haus:

39. Und sie hatte eine Schwester, mit Namen Maria, die setzte sich zu den Füßen des HErrn, und hörete seine Worte.

40. Martha aber bemühete sich ämsig mit vielfältigem Dienst: und sie stund, und sprach: HErr, fragest du nicht darnach, daß meine Schwester mich allein dienen lässet? darum sage ihr, daß sie mir helfe.

41. Und der HErr antwortete, und sprach zu ihr: Martha, Martha, du bist sorgfältig, und bekümmerst dich mit vielen Dingen.

27. Ille respondens dixit: *l* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximum tuum sicut teipsum. *l Deut. 6 5.*

28. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, & vives.

III. 29. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus?

30. Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, & incidit in latrones: qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt semivivo relicto.

31. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præterivit.

32. Similiter & Levita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit.

33. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est.

34. Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum: & imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, & curam ejus egit.

35. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe: & quodcumque supererogaveris, ego, cum rediero, reddam tibi.

36. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?

37. At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Vade, & tu fac similiter.°

IV. 38. Factum est autem, dum irent, & ipse † intravit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam: † *S. MART. Item. IN ASSUMPTIONE B. VIRG.*

39. Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

40. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet.

41. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima.

42. Porro

℣. 27. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo &c.* Idem pluribus vocibus exprimitur, ad rem magis inculcandam, & majorem explicationem. *Sicut teipsum.* Eo modo, quo teipsum diligis.

℣. 28. *Hoc fac, & vives.* Vita æterna, de qua quæsivisti, sed hic non vivimus sine charitate, nec charitas diu manet sine bonis operibus.

℣. 29. *Ille autem volens justificare seipsum.* Se justum ostendere, quodque de salute sua esset solicitus.

℣. 30. *Suscipiens autem Jesus.* Vices respondendi. *Homo quidam descendebat.* Historia sit an parabola, incertum. *Ab Jerusalem in Jericho.* Qui locus, ut docet Hieron. latrociniis infamis erat.

℣. 31. *Præterivit.* Gr. ἀντιπαῆλθεν. *E via deflexit*, ne ad eum accederet.

℣. 34. *Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum.* Quod viatores ad usum itineris solebant secum portare. Hoc unguentum Christi vocant chirurgi vulneribus utile; severitati jungenda lenitas: sic sanantur vulnera. *Et vinum.* Quod tergit, & roborat. *Duxit in stabulum.* Gr. Diversorium. Ambr. *In quo, Adamo, omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens vulnera ejus acerba curasset.*

℣. 35. *Dedit stabulario.* i. Hospiti. Sa.

℣. 36. *Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi.* Proximum facit charitas, ac Samaritanus proximi functus est officio.

℣. 38. *Et ipse intravit in quoddam castellum.* Bethaniam esse vulgo creditur: qua de re quid nobis videretur, supra diximus. Ex hoc ipso loco Auctor dissertat. Gallicæ a nobis identidem laudatus colligit Mariam Magdalenam, & sororem Marthæ, distinctas esse personas. Primum enim ex cap. 9. Jesus jam e Galilæa exierat, & per Samariam transierat, neque illud Castellum videtur aliud esse a Bethania prope Jerusalem sita. Quin & ea verba: *Mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria*, eum menti subjiciunt intellectum, nondum ab Evangelista harum sororum factam esse mentionem, nondum vias esse a Domino, aut saltem jam diu esse, ex quo illas inviserat: cum tamen Maria Magdalene in comitatu ejus assidua esset, eique de suis facultatibus ministraret. Actuosa Magdalenæ vita cum alterius Mariæ tranquilla contemplatione non bene cohæret. Mariæ a Bethania vivendi ratio omnino diversa est ab ea, quam in Magdalena observat Evangelista: illa enim tota est interior, & vitæ contemplativæ symbolum: hæc Salvatorem ubique sequitur, cruento ejus sacrificio præsens adest cum Beatissima Virgine; parat aromata corpori ejus postliciendo: prima resurgentem videt, ad sepulchrum properat. Nihil ex his ad Mariam e Bethania pertinet, quæ huic tribuuntur: omnia Bethaniæ aguntur in sororis præsentia.

℣. 39. *Quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.* Cum aliis sedebat fœminis tota composita ad attentionem. De qua Aug. serm. 27. de verbis Domini: *Quanto humilius sedebat, tanto amplius capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem convallis.*

42. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.*

CAPUT XI.

I. Docet discipulos orare, ostendens perseveranti oratione omnia impetrari. 1. II. Ejecto dæmonio muto, commonstrat, quod non in Beelzebub ejiceret dæmonia, & cur illotis pranderet manibus. 14. III. Pharisæis, scribis, & hypocritis væ minatur. 42.

1. Et factum est, cum esset in quodam loco, orans, ut cessavit, dixit unus ex discipulis ejus ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Joannes discipulos suos.

a Matth.6.9. 2. Et ait illis: Cum oratis, dicite: *a* Pater, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum.

3. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

4. Et dimitte nobis peccata nostra: siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem.

‡ IN ROGATIONIBUS. 5. Et ait ad illos: ‡ Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes:

6. Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod ponam ante illum:

7. Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere, & dare tibi.

8. Et si ille perseveraverit pulsans, dico vobis: & si non dabit illi surgens, eo quod amicus ejus sit: propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi, quotquot habet necessarios.

b Matth.7.7. & 21. 22. Marc.11.24. Joan. 14. 13. Jac. 1. 5. 9. Et *b* ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10. Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur.

c Matth.7.9. 11. Quis *c* autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? aut piscem, numquid pro pisce serpentem dabit illi?

12. Aut si petierit ovum, numquid porriget illi scorpionem?

42. Aber eines ist vonnöthen. Maria hat den besten Theil erwählet, der von ihr nicht wird genommen werden.

Das eilfte Capitel.

I. JESUS lehret seine Jünger das Vater unser bethen. 1. II. Treibet einen stummen Teufel aus, welches Wunderwerk die Pharisäer lästern, deswegen widerlegt er ihre falsche Auflagen. 14. III. Bedrohet sie, und alle Gleißner, mit dem ewigen Weh. 42.

1. Und es begab sich, daß er an einem Orte war, und bethete, da er nun aufgehöret hatte, sprach einer von seinen Jüngern zu ihm: HErr, lehre uns bethen, wie auch Johannes seine Jünger gelehret hat.

2. Und er sprach zu ihnen: Wenn ihr bethet, so sprechet: Vater, geheiliget werde dein Name. Zukomme dein Reich.

3. Gieb uns heute unser tägliches Brod.

4. Und vergieb uns unsere Sünden: denn wir vergeben auch allen, die uns schuldig sind. Und führe uns nicht in Versuchung.

5. Und er sprach zu ihnen: Wer ist unter euch, der einen Freund hat, und er gieng zu ihm zu Mitternacht, und sagte ihm: Freund, leihe mir drey Brode:

6. Denn mein Freund ist von der Reise zu mir gekommen: und ich habe nichts, das ich ihm vorsetze:

7. Und der darinnen wäre, antwortete, und spräche: Mache mir keine Unruhe, die Thüre ist schon zugeschlossen, und meine Kinder sind bey mir in der Kammer: ich kann nicht aufstehen, und dir geben.

8. Wenn alsdann jener in seinem Anklopfen verharren wird, so sage ich euch: ob er schon nicht aufstehen wird, und ihm geben, darum, daß er sein Freund ist: so wird er doch um seiner Ungestümmigkeit willen aufstehen, und ihm geben, so viel er vonnöthen hat.

9. Also sage ich euch: Bittet, so wird euch gegeben werden: suchet, so werdet ihr finden: klopfet an, so wird euch aufgethan werden.

10. Denn der da bittet, der empfähet: und wer suchet, der findet: und wer anklopfet, dem wird aufgethan werden.

11. Wer ist aber unter euch, der seinen Vater um ein Brod bittet, sollte er ihm wohl einen Stein geben? oder um einen Fisch, sollte er ihm wohl für den Fisch eine Schlange geben?

12. Oder, wenn er um ein Ey bittet, sollte er ihm wohl einen Scorpion reichen?

13. So

℣. 42. *Porro unum est necessarium.* Nempe rerum divinarum studium. *Optimam.* Gr. Bonam, excellentem, & meliorem partem ipsius Marthæ, quæ etiam bona erat. Hoc Evangelium legitur in Assumptione B. Virginis: quia totius vitæ decursu & in omni negotio optimam partem studiosissime elegit.

CAPUT XI.

℣. 2. *Cum oratis, dicite: Pater.* Orandi modum jam docuerat Jesus in monte. Sed in gratiam eorum qui tum non aderant, placuit illi hunc repetere, & iisdem pene verbis. In Græco septem Dominicæ Orationis partes continentur: etsi in vulgata editione tertia & septima videntur omissæ, quæ tamen ad proxime præcedentes referuntur. Nam ex duabus primis tertia sequitur, & septima apud Matthæum una est cum præcedente: ut docet Aug. Enchir. cap. 115. & 116. *Pater*, Gr. additur, *noster, qui es in cœlis.* Deus vult coli a filiis, non a servis tantummodo, & adorari in spiritu & veritate. Quæ a Deo petenda sunt, primum nos docet, quæ nimirum ad ejus gloriam & hominum necessitates spectant: sic tamen ut quæ ad Dei gloriam, regnum ejus & voluntatem pertinent, omnino præire debeant indigentiæ nostræ, reconciliationi cum Deo, periculis & malis vitandis. Tres personæ hoc Patris nomine invocantur. *Sanctificetur nomen tuum.* Sancte colatur. Hoc sit primum animæ desiderium, Dei gloria. Hoc excipit adventus regni Dei, & sanctificationis nostræ, quæ in nobis per Baptismum incipit, uti & adoptio nostra in cœlo perficienda.

℣. 3. *Panem nostrum quotidianum.* Gr. ἐπιούσιον, panem quo singulis diebus egemus: tum remissionem peccatorum, & Dei misericordiam imploramus, atque ut omnes obices & pericula amoveat, quæ nos arcent ab ingressu patriæ cœlestis. Nam in hac vita peregrinamur a Domino, & cuncta sunt periculis plena; dæmones ubique nobis ut latrones insidias struunt, ut nos spolient gratia, & mactent.

℣. 5. *Quis vestrum habebit amicum.* Præcipuam orationis conditionem, perseverantiam videlicet, ejus vim & necessitatem nobis commendat, atque utitur similitudine hominis, qui ab amico nocte intempesta postulat, ut sibi tres panes commodet. Vis illa, quam preces Deo afferunt, illi pergrata est, non molesta.

℣. 6. *Quoniam amicus meus venit de via.* Causa quidem justa erat, sed multa obstabant, quominus his precibus acquiesceret: clausum erat ostium, pueri seu servi & filii dormiebant: sed ostium misericordiæ divinæ in hac vita semper patet.

℣. 8. *Propter improbitatem tamen ejus surget.* Gr. Impudentiam, inverecundiam ejus; propter importunam perseverantiam: nam improbitas etiam in bonam partem quandoque accipitur.

℣. 9. *Petite, & dabitur vobis.* Terna repetitione ejusdem rei, petere, quærere, pulsare, quæ verbis, non sensu differunt, ad instantissimam petitionem nos adhortatur, ut docet Aug. L. 1. Retract. cap. 19. retractans locum quemdam, ubi hæc tria solicite distinxerat. Etsi petere ad orationem, quærere ad bona opera, pulsare ad perseverantiam in utrisque commode referri possunt. In petendo adhibenda est pauperis humilitas, in quærendo servi boni diligentia, in pulsando amici fiducia. Præ superbia, aut impotentia, homines diu differunt sua beneficia; Deus vero benignitate sua & sapientia differt, ut majoribus donis nos cumulet.

℣. 10. *Omnis enim, qui petit, accipit.* I. Certo accipiet. Si petit, quæ oportet, & quomodo oportet, nimirum perseveranter, idque cum simplicitate, & rectitudine cordis. Cum id non accipimus quod petimus, id fit, vel quod male petamus, vel quod e re nostra sit, ut id non accipiamus, quo male uteremur.

℣. 11. *Quis autem ex vobis patrem petit panem.* Quæ a Deo petuntur, nec inutilia, nec periculosa, nec noxia esse debent: hæc Dominus per lapides, serpentes, & scorpiones exprimit. Ea vero sint necessaria, ut panis, aut utilia, ut pisces, aut salubria, aut ova. At sæpe caduca pro æternis, noxia pro utilibus postulamus.

13. So dann ihr, die ihr böse seyd, gute Gaben euren Kindern geben könnet: wie vielmehr wird euer Vater einen guten Geist vom Himmel geben denenjenigen, die ihn darum bitten?

II. 14. Und er trieb einen Teufel aus, und derselbige war stumm. Und als er den Teufel ausgetrieben hatte, da redete der Stumme, und das Volk verwunderte sich.

15. Aber etliche von ihnen sprachen: Er treibet die Teufel aus durch Beelzebub, den Obersten der Teufel.

16. Die andere versuchten ihn, und begehrten von ihm ein Zeichen vom Himmel.

17. Er aber, da er ihre Gedanken sah, sprach zu ihnen: Ein jedes Reich, das in ihm selbst zertrennet ist, das wird wüste werden, und ein Haus wird über das andere fallen.

18. Ist nun der Satan auch in ihm selbst zertrennet, wie wird dann sein Reich bestehen? dieweil ihr saget, daß ich durch Beelzebub die Teufel austreibe.

19. So ich aber durch Beelzebub die Teufel austreibe: durch wen treiben sie dann eure Kinder aus? Darum werden sie eure Richter seyn.

20. So ich aber durch den Finger GOttes die Teufel austreibe: so ist wahrlich das Reich GOttes zu euch gekommen.

21. Wenn ein starker Gewaffneter seinen Hof bewahret, so bleibet alles mit Frieden, was er hat.

22. Wenn aber einer über ihn kömmt, der stärker ist, als er, und ihn überwindet, so nimmt er ihm alle seine Waffen, darauf er sich verließ, und theilet den Raub aus.

23. Wer nicht mit mir ist, der ist wider mich: und wer mit mir nicht sammelt, der zerstreuet.

24. Wenn der unreine Geist von dem Menschen ausgegangen ist, so wandelt er durch dürre Oerter, und suchet Ruhe: und wenn er sie nicht findet, spricht er: Ich will wieder umkehren in mein Haus, daraus ich gefahren bin.

25. Und wenn er kömmt, so findet er es mit Besemen ausgekehret, und geschmücket.

26. Alsdann gehet er hin, und nimmt sieben andere Geister zu sich, welche ärger sind, dann er: und wenn sie hineingekommen, so wohnen sie allda. Und werden also die letzten Dinge desselbigen Menschen ärger, dann die ersten.

27. Es begab sich aber, da er dieses redete, daß ein Weib unter dem Volke ihre Stimme erhob, und sprach zu ihm: Selig ist der Leib, der dich getragen hat, und die Brüste, die du gesogen hast.

28. Er aber sprach: Ja freylich, selig sind, die GOttes Wort hören, und dasselbige bewahren.

29. Als aber das Volk zusammenlief, fieng er an zu sagen: Dieses Geschlecht ist ein schalkhaftiges Geschlecht: es begehret ein Zeichen, aber es wird ihm kein Zeichen gegeben werden, außer das Zeichen Jonä des Propheten:

30. Denn gleichwie Jonas den Ninivitern ein Zeichen war: also wird des Menschen Sohn diesem Geschlechte ein Zeichen seyn.

31. Die Königinn von Mittag wird mit den Männern dieses Geschlechts im Gericht aufstehen, und sie verdammen: denn sie ist gekommen vom Ende der Erde, die

13. Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se? *

II. 14. Et † *d* erat ejiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum ejecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.

15. Quidam autem ex eis dixerunt: *e* In Beelzebub, principe dæmoniorum, ejecit dæmonia.

16. Et alii tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo.

17. Ipse autem, ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum, in se ipsum divisum, desolabitur, & domus supra domum cadet.

18. Si autem & satanas in seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis, in Beelzebub me ejicere dæmonia.

19. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia: filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt.

20. Porro si in digito Dei ejicio dæmonia: profecto pervenit in vos regnum Dei.

21. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet.

22. Si autem fortior eo superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet.

23. Qui non est mecum, contra me est: &, qui non colligit mecum, dispergit.

24. Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inveniens, dicit: Revertar in domum meam, unde exivi.

25. Et cum venerit, invenit eam scopis mundatam, & ornatam.

26. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. *

27. Factum est autem, cum hæc diceret, † extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.

28. At ille dixit: Quinimmo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *

29. Turbis autem concurrentibus cœpit dicere: *f* Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ:

30. Nam *g* sicut fuit Jonas signum Ninivitis: ita erit & Filius hominis generationi isti.

31. Regina *h* Austri surget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit illos: quia venit a finibus terræ audire sapien-

† *DOM. 3. QUADR. d Matth. 9. 23 & 12. 28. e Matth. 9. 34. Marc. 3. 22.*

† *IN VIG. ASSUMP. ET IN PRÆSEN. B. V.*

f Matth. 12. 39.

g Jonæ. 2. 1.

h 3 Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1.

℣. 13. *Quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum.* Syriace sanctum. *Petentibus se?* Bona vera, spiritum pietatis, justitiæ, & charitatis, qui solus dignus est Deo.

℣. 16. *Signum de cœlo quærebant.* Quasi illa quæ Christus dederat, non sufficerent.

℣. 17. *Domus.* Familia adversus seipsam divisa.

℣. 18. *Si autem satanas in seipsum.* i. Contra seipsum. *Dicitis.* Hoc vobis ideo dico, quia dicitis.

℣. 19. *In quo filii vestri.* i. Cujus ope. *Ideo judices erunt.* Vos condemnantes.

℣. 20. *Pervenit in vos.* In quibusdam codicibus & Græce legitur: *Prævenit*, i. e. supervenit vobis nec cogitantibus regnum Dei.

℣. 22. *Universa arma ejus auferet.* Omnem apparatum hominis armati. Christus e corde aufert arma dæmonis, cum voluptatum amorem, divitiarum cupiditatem, & vitæ superbiam evellit.

℣. 23. *Qui non est mecum, contra me est.* Nam si justus est, cum Christo erit: si injustus, contra Christum. Sententia est generalis, sed ex contextu ipso liquet dictam esse contra diabolum.

℣. 24. *Per loca inaquosa.* Arida. I. Animas mundo mortuas.

℣. 26. *Assumit septem.* i. Multos.

℣. 28. *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei.* Quæ particula Græce non corrigit, quod dictum erat, sed confirmat. Noluit Christus applaudere verbis mulieris, dicendo, vere beatus est venter, qui me portavit, ne seipsum laudare videretur: sed illud subjecit, quod potest omnibus esse commune, audire & facere. Transfert beatitudinem ad eos, qui audiunt & custodiunt verbum Dei. Stultum est existimare injuriam fieri Filio, cum Matri tribuuntur laudes, quæ in Filium redundant. Beata est virgo Maria, quæ in utero concepit, portavit, peperit, educavit Sanctum Sanctorum, qui eam sanctificans dignam effecit, ut esset Mater Dei.

℣. 29. *Signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ.* Christi resurrectio ultimum fuit ejus miraculum Judæis primo, tum Gentibus, ut conversionis eorum fons & exemplar propositum, in Ninivitarum, qui gentiles erant, conversione figuratum.

tiam Salomonis: & ecce, plus quam Salomon hic.

32. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum
i Jon. 3. 5. generatione hac, & condemnabunt illam: i quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ: & ecce, plus quam Jonas hic.

† UNIUS CONF. PONT.
33. Nemo † *k* lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra
k Marc. 5. 15. Marc. 4. 21. candelabrum, ut, qui ingrediuntur, lumen videant.

l Matth. 6. 22.
34. Lucerna *l* corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

35. Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.

36. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.*

37. Et cum loqueretur, rogavit illum quidam Pharisæus, ut pranderet apud se. Et ingressus recubuit.

38. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere: Quare non baptizatus esset ante prandium?

m Matth. 23. 25.
39. Et ait Dominus ad illum: *m* Nunc vos Pharisæi, quod deforis est calicis, & catini, mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina, & iniquitate.

40. Stulti, nonne, qui fecit, quod deforis est, etiam id, quod de intus est, fecit?

41. Verumtamen, quod superest, date eleemosynam: & ecce, omnia munda sunt vobis.

III. 42. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentham, & rutham, & omne olus, & præteritis judicium, & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

n Matth. 23. 6. Marc. 12. 39. Infr. 20. 46.
43. Væ *n* vobis Pharisæis, quia diligitis primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro.

44. Væ vobis, quia estis ut monumenta, quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt.

45. Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.

o Matth. 23. 4.
46. At ille ait: Et vobis Legisperitis væ *o*: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas.

† PLUR. MART.
47. † Væ vobis, qui ædificatis monumenta Prophetarum: Patres autem vestri occiderunt illos.

Weisheit Salomonis zu hören: und siehe, hier ist vielmehr, als Salomon.

32. Die Männer von Ninive werden mit diesem Geschlechte im Gericht aufstehen, und es verdammen: denn sie haben auf die Predigt Jonä Buße gethan: und siehe, hier ist vielmehr, als Jonas.

33. Niemand zündet ein Licht * an, und setzet es an ein verborgenes Ort, noch unter einen Simmer, sondern auf einen Leuchter, auf daß diejenigen, so hineingehen, das Licht sehen. * Lucern.

34. Das Licht deines Leibes ist dein Auge. Wenn nun dein Auge einfältig seyn wird, so wird auch dein ganzer Leib licht seyn: Wenn es aber schalkhaftig seyn wird, so wird auch dein Leib finster seyn.

35. Siehe derohalben, daß nicht das Licht, so in dir ist, Finsterniß sey.

36. Wenn nun dein Leib ganz licht ist, daß er keinen Theil von der Finsterniß hat, so wird er ganz licht seyn, und wird dich, wie das glänzende Licht erleuchten.

37. Und da er also redete, bath ihn ein Pharisäer, daß er bey ihm zu Mittag essen wollte. Und er gieng hinein, und setzte sich zu Tische.

38. Aber der Pharisäer fieng an bey ihm selbst zu gedenken, und zu sagen: Warum er sich vor der Mahlzeit nicht gewaschen hätte?

39. Und der HErr sprach zu ihm: Nun wohlan, ihr Pharisäer reiniget, was auswendig am Becher, und an der Schüssel ist: was aber an euch inwendig ist, das ist voll Raubs, und Ungerechtigkeit.

40. Ihr Thoren, der das Auswendige gemacht hat, hat der nicht auch das Inwendige gemacht?

41. Jedoch gebet Almosen von dem, das übrig ist: und siehe, alles ist euch rein.

III. 42. Aber wehe euch Pharisäern, die ihr die Minze und Rauten, und allerhand Köhl verzehendet, aber das Gericht, und die Liebe GOttes übergehet ihr. Dieses soll man thun, und jenes nicht unterlassen.

43. Wehe euch Pharisäern, die ihr gerne oben an sitzet in den Schulen, und wollet gegrüßet seyn auf dem Markte.

44. Wehe euch, denn ihr seyd wie die Gräber, die man nicht siehet: und die Leute gehen darüber, und wissen es nicht.

45. Einer aber von den Gesetzgelehrten antwortete ihm, und sprach: Meister, mit diesen Worten schmähest du auch uns.

46. Er aber sprach: Wehe auch euch Gesetzgelehrten: denn ihr beladet die Menschen mit Lasten, die sie nicht tragen können, und ihr selbst rühret die Bürden mit einem Finger nicht an.

47. Wehe euch, die ihr die Gräber der Propheten bauet: Eure Väter aber haben sie getödtet.

48. Wahr-

℣. 31. *Ecce, plus quam Salomon hic.* Gr. *Hic* est adverbium ὧδε. Hujus Reginæ exemplo Christiani pudore affici debent, qui sapientiam incarnatam in novo Testamento audire nolunt per os Ecclesiæ ubique diffusæ.

℣. 32. *Et condemnabunt illam.* Comparatione meritorum. Beneficiorum Dei oblivio, aut abusus cor indurat.

℣. 33. *Nemo lucernam accendit.* Lucerna nostra a Spiritu sancto accensa, & supra Ecclesiæ candelabrum posita, est Scriptura sancta, & Evangelium imprimis.

℣. 34. *Si oculus tuus fuerit simplex.* Intentio pura, qua diriguntur actiones; mentis oculus simplex est, qui cum pura intentione jungit etiam operis bonitatem, uti Bernardus L. de præcepto & dispensatione docet. Dominus etiam videtur loqui non de singulis actionibus, sed de toto corpore actionum, quod bonum erit, & lucidum, si intentio ubique sit simplex & recta, etiamsi per ignorantiam in quibusdam venialiter peccemus: per corpus etiam affectus omnes, ut per oculum mentem puram recte intelligimus.

℣. 35. *Vide ergo, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Ne mens tua sit excæcata falsis præjudiciis: unde judicia temeraria, & dissensiones.

℣. 36. *Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit.* Si conversatio tua fuerit bona. Maldonatus existimat mendum irrepsisse in textum Græcum mutatione vocis ὄμμα, in σῶμα, quod factu facile est, ac legendum putat: *Si ergo oculus tuus totus lucidus fuerit*, ne sit quædam tautologia: sed ipsemet aliam subjicit expositionem, & verba illa repetita. *Erit lucidum totum.* Non ad corpus, sed ad corporis & animæ facultates referuntur: adeo ut nihil sit, quod non sit lucidum. *Sicut lucerna fulgoris.* i. Fulgens.

℣. 38. *Non baptizatus.* i. Non lotus.

℣. 40. *Stulti, nonne.* Subintelligitur Deus.

℣. 41. *Date eleemosynam, & — munda sunt vobis.* Loquitur Ironice, q. d. sola eleemosyna non sufficit.

℣. 42. *Quia decimatis mentham, & rutam.* Decimas solvitis. Illos reprehendit, quod in pietatis officio iniqui admodum essent, in plerisque severiores, quam par sit, & superstitiosiores, in aliis remissiores. Quæ nullius sunt momenti, religiose observatis; justitiam, aut misericordiam, aut bonam fidem in negotiis tractandis, vel in promissis non servatis. *Hæc oportuit facere.* Tamquam imprimis necessaria. *Et illa non omittere.* Potuistis non omittere.

℣. 44. *Quæ non apparent.* Cujusmodi plura erant in Palæstina, in terra defossa, & pretiosa.

℣. 46. *Oneratis oneribus.* Præceptis gravibus.

48. Wahrlich, ihr bezeuget damit, daß ihr in die Werke eurer Väter verwilliget: denn jene haben sie zwar getödtet, ihr aber bauet ihre Gräber.

49. Darum auch die Weisheit GOttes gesaget hat: Ich will Propheten, und Apostel zu ihnen senden: und von denselbigen werden sie etliche tödten, und verfolgen:

50. Damit von diesem Geschlechte gefordert werde das Blut aller Propheten, das vom Anfang der Welt vergossen ist:

51. Vom Blut Abel an, bis auf das Blut Zachariä, der zwischen dem Altar, und dem Tempel umgekommen ist. Also sage ich euch, von diesem Geschlechte wird es gefordert werden.

52. Wehe euch Gesetzgelehrten, denn ihr habt den Schlüssel der Erkänntniß hinweggenommen, ihr selbst seyd nicht hineingegangen: und habt andern gewehret, die hineingehen wollten.

53. Als er aber solches zu ihnen sagte, fiengen die Pharisäer, und Gesetzgelehrte an, hart auf ihn zu dringen, und ihn mit vielen Fragen den Mund zu stopfen.

54. Und sie stellten ihm nach, und suchten etwas aus seinem Munde zu fassen, daß sie ihn verklagen möchten.

Das zwölfte Capitel.

I. JESUS warnet seine Jünger vor dem Sauerteig der Pharisäer. 1. II. Lehret, wen sie fürchten sollen, nämlich GOtt. 4. III. Ermahnet sie zur beständigen Bekenntniß des Glaubens. 8. Will zwischen zween Brüdern in Erbtheilssachen kein Scheider seyn. 13. IV. Mahnet ab vom Geiz, 15. und von viel zu großer Sorge für zeitliche Nahrung. 22. V. Ermahnet zu einer sorgfältigen Wachsamkeit, Keuschheit, und Gerechtigkeit. 35.

1. Als nun ein großes Volk rings herumstund, dergestalt, daß sie auch einander zertratten, da fieng er an, und sprach zu seinen Jüngern: Hütet euch vor dem Sauerteig der Pharisäer, welcher ist Heucheley.

2. Es ist aber nichts verdeckt, das nicht offenbar werde: noch verborgen, das man nicht wissen werde.

3. Denn was ihr im Finstern geredet habt, das soll im Lichte gesagt werden: und was ihr in den Kammern ins Ohr geredet habt, das wird man auf den Dächern predigen.

II. 4. Ich aber sage euch, meinen Freunden: Lasset euch nicht schrecken von denen, die den Leib tödten, und darnach nichts mehr haben, das sie thun.

5. Ich will euch aber zeigen, wen ihr fürchten sollet: Fürchtet den, der, nachdem er getödtet hat, auch Macht hat in die Hölle zu werfen. Ja, ich sage euch, vor den fürchtet euch.

6. Verkauft man nicht fünf Spatzen um zween Pfenninge? und nicht einer von denselbigen ist vor GOtt vergessen.

7. Ja, es sind auch die Haare auf eurem Haupte alle miteinander gezählet. Darum sollet vor euch nicht fürchten: ihr seyd ja besser dann viele Spatzen.

III. 8. Ich sage euch aber: Ein jeglicher, der mich bekennen wird vor den Menschen, den wird des Menschen Sohn auch vor den Engeln GOttes bekennen.

48. Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra.

49. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos: & ex illis occident, & persequentur:

50. Ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista:

51. A sanguine *p* Abel, usque ad sangui- *p Gen.* 4 8.
nem *q* Zachariæ, qui periit inter altare, & *q 2. Par.* 24.
ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac ge- 22.
neratione.

52. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis: & eos, qui introibant, prohibuistis.

53. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisæi, & Legisperiti graviter insistere, & os ejus opprimere de multis.

54. Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore ejus, ut accusarent eum.

CAPUT XII.

I. Docet cavendum a fermento Pharisæorum, eo quod omne occultum detegetur. 1. II. Ad Dei timorem hortatur. 4. III. Roborat discipulos adversus persecutiones. 8. Non vult se immiscere in dividenda hæreditate. 13. IV. Per parabolam divitis revocat ab avaritia, & solicita cura de victu & vestitu. 15. V. Hortatur ad lumbos præcingendos & fidelem bonorum dispensationem, ut quisque ab adversario in via liberetur. 35.

1. Multis autem turbis circumstantibus, ita ut se invicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos *a*: † Attendite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. *a Matth.* 16. 6.

2. Nihil *b* autem opertum est, quod non reveletur: neque absconditum, quod non sciatur. *Marc.* 8. 15. † *PLUR. MART.*

3. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. *b Matth.* 10. 26. *Marc.* 4. 22.

II. 4. Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant.

5. Ostendam autem vobis, quem timeatis: Timete eum, qui, postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete.

6. Nonne quinque passeres væneunt dipondio? & unus ex illis non est in oblivione coram Deo.

7. Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.

III. 8. Dico autem vobis: *c* Omnis quicum- *c Matth.* 10.
que confessus fuerit me coram hominibus, & 32.
Filius hominis confitebitur illum coram An- *Marc.* 8. 38.
gelis Dei. *2. Tim.* 2. 12.

9. Qui

℣. 48. *Profecto testificamini, quod consentitis operibus patrum vestrorum.* Cum Prophetarum Dominum occidere in animo habetis, & a parentum sceleribus non receditis; cum vita omni, & Christi persecutione satis declaratis vos sanctitatem Prophetarum odisse. Hæc sunt totidem testimonia vestræ pravitatis: idem enim Spiritus adversus veritatis præcones vos impellit, qui patres vestros adversus Prophetas.

℣. 49. *Sapientia.* Ego, qui Dei sum sapientia.

℣. 51. *Inter altare.* sc. Holocausti. *Et ædem.* i. Templum.

℣. 52. *Quia tulistis clavem scientiæ.* Hoc nomine eos condemnat, quod jus interpretandi Scripturas in perniciem animarum, & clavem scientiæ sic usurpassent, ut regnum cœlorum hominibus occluderent, fidem in Messiam iis adimentes. *Ipsi non introistis.* Nec ipsimet quærebant per Christum ad Deum pervenire.

℣. 53. *Cœperunt Pharisæi, & Legisperiti graviter insistere.* Per frequentes quæstiones, *& os ejus opprimere.* Gr. ἀποστοματίζειν, *os ejus obstruere.* Silentium imponere.

CAPUT XII.

℣. 1. *Attendite a fermento Pharisæorum.* Simulatio pietatis est fermentum illud, ut dictum fuit apud Matthæum, cap. 10. seu doctrina Pharisæorum plena simulatione sanctitatis, & hominibus placendi studio, eo significatur nomine. Hoc fermentum actiones omnes corrumpit, & sub specie pietatis horrenda tegit vitia.

℣. 2. *Nihil autem opertum est.* Nihil enim adeo tectum, quod aliquando non retegatur, ac larva illa falsæ pietatis detrahetur, vel in præsenti vita, vel in futura.

℣. 3. *In lumine dicentur.* Palam, & publice.

℣. 6. *Nonne quinque passeres væneunt dipondio.* Gr. *Assariis duobus.* Assarium est minutum assis: duo itaque minuta erant assaria, quæ quadrantem efficiebant, ex Hesychio.

9. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.

d Matth. 12. 32. Marc. 3. 29. 10. Et *d* omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur.

11. Cum autem inducent vos in Synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite soliciti esse, qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis.

12. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos dicere.

13. Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem.

14. At ille dixit illi: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem super vos?

IV. 15. Dixitque ad illos: Videte, & cavete ab omni avaritia. Quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex his, quæ possidet.

16. Dixit autem similitudinem ad illos,

e Eccl. 11. 19. dicens: *e* Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit.

17. Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo, quo congregem fructus meos?

18. Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.

19. Et dicam animæ meæ: Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.

20. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cujus erunt?

21. Sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.

22. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico

f Psal. 54. 23. Matth. 6. 25. 1. Pet. 5. 7. vobis: *f* nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori, quid induamini.

23. Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum.

24. Considerate corvos, quia non seminant, neque metunt: quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis?

25. Quis autem vestrum cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum?

26. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris soliciti estis?

27. Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis.

9. Wer mich aber verläugnen wird vor den Menschen, der wird auch vor den Engeln GOttes verläugnet werden.

10. Und ein jeglicher, der ein Wort redet wider den Sohn des Menschen, das wird ihm vergeben werden: wer aber wider den heiligen Geist lästert, das wird ihm nicht vergeben werden.

11. Wenn sie nun euch führen werden in ihre Schulen, und vor die Obrigkeiten, und vor die Gewaltigen, so sorget nicht, wie oder was ihr antworten, oder reden sollet.

12. Denn der heilige Geist wird euch in derselbigen Stunde lehren, was ihr sagen sollet.

13. Einer aber aus dem Volke sprach zu ihm: Meister, sage meinem Bruder, daß er die Erbschaft mit mir theile.

14. Er aber sprach zu ihm: Mensch, wer hat mich zum Richter, oder Erbschichter über euch gesetzt?

IV. 15. Und er sprach zu ihnen: Sehet zu, und hütet euch vor allem Geiz. Denn das Leben eines jeglichen bestehet nicht in dem Ueberfluß der Güter, die er besitzet.

16. Er sagte aber ein Gleichniß zu ihnen, und sprach: Eines reichen Menschen Acker trug ihm reichliche Früchte.

17. Da gedachte er bey ihm selbst, und sprach: Was soll ich thun, denn ich habe keinen Ort, da ich meine Früchte hinsammle?

18. Und er sprach: Dieses will ich thun: meine Scheuren will ich abbrechen, und größer machen: und will dahin versammeln alles, was mir gewachsen ist, und meine Güter.

19. Und will alsdann zu meiner Seele sagen: Meine Seele, du hast einen großen Vorrath von Gütern auf viele Jahre: habe nun Ruhe, iß, trink, und lebe wohl.

20. Aber GOTT sprach zu ihm: Du Narr, diese Nacht werden sie deine Seele von dir fordern: und was du bereitet hast, wessen wird es seyn?

21. Also ist es mit einem, der ihm Schätze sammelt, und in GOtt nicht reich ist.

22. Und er sprach zu seinen Jüngern: Darum sage ich euch: sorget nicht für eure Seele, was ihr essen sollet: noch für den Leib, was ihr anthun sollet.

23. Die Seele ist mehr, dann die Speise, und der Leib ist mehr, dann die Kleidung.

24. Sehet die Raben an, denn sie säen nicht, und ärnten nicht: sie haben auch weder Keller, noch Scheuren, und GOtt ernähret sie gleichwohl. Wie viel besser seyd ihr aber, dann sie?

25. Wer ist aber unter euch, der seiner Länge eine Elen mit seinen Gedanken zusetzen kann?

26. So ihr dann das Geringste nicht vermöget, was sorget ihr dann für das andere?

27. Sehet die Lilien an, wie sie wachsen: sie arbeiten nicht, und spinnen auch nicht: ich sage euch aber, daß auch Salomon in aller seiner Herrlichkeit nicht bekleidet war, als eine von denselbigen.

28. So

℣. 11. *Aut qui respondeatis.* Nam qui ad judicia producendi erant, scire non poterant, de quibus essent interrogandi: alia est ratio doctorum, & concionatorum, qui ante meditari debent, quæ dicturi sunt: tametsi utrique totum a Deo expectare debent, illi per orationem, & piam fiduciam, hi vero simul adhibito studio & meditatione.

℣. 14. *Quis me constituit judicem super vos.* De terrenis dissidentes. Non venerat Dominus ad hujusmodi controversias dirimendas: ambos tamen fratres admonuit, ne aliena bona retinendo graviter peccarent. Vulgare hoc malum, inquit Menochius, ut a spiritualibus magistris temporalia petantur, spiritualia vero non recipiantur. Concessa olim fuit a principibus judicandi potestas ipsis Episcopis, ut fideles a litigando abstraherent.

℣. 15. *Videte, & cavete ab omni avaritia.* Omnem avaritiam prohibet, etiam parsimoniæ & frugalitatis prætextu fucatam. *Quæ possidet.* Natura paucis contenta est, nec vita hominis est posita in multis possessionibus, sed in bono earum usu, cui pauca sufficiunt: nec propterea quis diutius, aut felicius vivit, quod abundet opibus.

℣. 16. *Dixit autem similitudinem.* Seu parabolam.

℣. 19. *Epulare.* Græc. Oblectare.

℣. 20. *Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te.* Gr. Amens. *Hac nocte*, auferetur a te vita, quæ alieni est juris, & tibi commodata.

℣. 21. *Et non est in Deum dives.* Liberalis erga Deum. Parabolam proposito suo accommodat. Ille autem est in Deum dives, qui divitiarum suarum usum in Deum refert, & ad proximorum necessitates eas expendit. Ille enim multa apud Deum merita comparat; non sibi thesaurizat, neque opes congerit, ut suis commodis, voluptatibus, & ambitioni serviant.

℣. 24. *Considerate corvos.* Solicitudines inordinatas jubet exuere, non curam, & opus: ad quod Sapiens pigrum & inertem exemplo formicæ exstimulat. *Quanto magis vos*, inquam, qui ad imaginem Dei conditi estis? Illud eodem pertinet: *Nonne quinque passeres?* Ambr. *Nam si Deus oblivionem passerum non habet, hominum habere qui potest?* Et infra: *Aves cæli speciale sibi nihil vindicant, & ideo pabulis indigere nesciunt, quia aliis invidere non possunt.*

℣. 25. *Quis — cogitando.* sc. Anxie.

28. So dann GOTT das Gras also bekleidet, das heute auf dem Acker stehet, und morgen in den Ofen geworfen wird: wie vielmehr wird er es euch thun, ihr Kleingläubigen?

29. Darum fraget nicht, was ihr essen, und was ihr trinken sollet: und erhebet euch nicht hoch:

30. Denn dieses alles suchen die Heyden in der Welt. Aber euer Vater weis wohl, daß ihr dieses bedürfet.

31. Suchet aber erstlich das Reich GOttes, und seine Gerechtigkeit: so wird euch dieses alles zugeworfen werden.

32. Fürchte dich nicht, du kleine Heerde: denn es hat eurem Vater wohlgefallen, euch das Reich zu geben.

33. Verkaufet, was ihr habt, und gebet Almosen. Machet euch Säckel, die nicht veralten, einen Schatz, der nicht abnimmt im Himmel: da sich kein Dieb hinzunahet, und den keine Motten * verderben.

*Schaden.

34. Denn wo euer Schatz ist, da wird auch euer Herz seyn.

V. 35. Eure Lenden sollen umgürtet seyn, und brennende Lichter in euren Händen.

36. Und ihr sollet gleich seyn den Menschen, welche auf ihren Herrn warten, wann er von der Hochzeit wiederum kommen werde: auf daß, wann er kommen, und anklopfen wird, sie ihm alsbald aufthun.

37. Selig sind dieselbigen Knechte, die der Herr, wann er kommen wird, wachend findet. Wahrlich sage ich euch, er wird sich aufschürzen, und wird sie zu Tische setzen, und vor ihnen übergehen, und ihnen dienen.

38. Und so er in der andern Wache, und in der dritten Wache kommen wird, und sie also finden, selig sind dieselbigen Knechte.

39. Das sollet ihr aber wissen, wenn der Hausvater wüßte, zu welcher Stunde der Dieb käm, so wachte er freylich, und ließ sein Haus nicht durchgraben.

40. Darum seyd nun ihr auch bereit: denn des Menschen Sohn wird zu der Stunde kommen, da ihr es nicht meynet.

41. Petrus aber sprach zu ihm: HErr, sagest du dieses Gleichniß zu uns, oder zu allen?

42. Der HErr aber sprach: Wer meynest du, ist ein treuer und kluger Haushalter, den sein Herr über sein Gesinde setzet, daß er ihnen zu rechter Zeit ihre Maaß an Getreide gebe?

43. Selig ist derselbige Knecht, welchen der Herr, wann er kömmt, findet also thun.

44. Wahrlich sage ich euch, er wird ihn über alle seine Güter setzen.

45. So aber derselbige Knecht in seinem Herzen sagen wird: Mein Herr verziehet zu kommen: und fähet an die Knechte, und Mägde zu schlagen, und zu essen, und zu trinken, und sich vollzusaufen:

28. Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei?

29. Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli:

30. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit, quoniam his indigetis.

31. Verumtamen quærite primum regnum Dei, & justitiam ejus: & hæc omnia adjicientur vobis.

32. Nolite † timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. † *CONFESS. NON PONT.*

33. Vendite *g*, quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum *h* non deficientem in cœlis: quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. *g Matth.* 10. 21. *h Matth.* 6. 20.

34. Ubi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.*

V. 35. Sint † lumbi vestri, præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. † *PLUR. CONF.*

36. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis: ut, cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei.

37. Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.

38. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita invenerit, beati sunt servi illi.

39. Hoc *i* autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret persodi domum suam. *i Matth.* 24. 43.

40. Et vos estote parati: *k* quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.° *k Apoc.* 16. 15.

41. Ait autem Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an & ad omnes?

42. Dixit autem Dominus: Quis, putas, est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus supra familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?

43. Beatus ille servus, quem, cum venerit Dominus, invenerit ita facientem.

44. Vere dico vobis, quoniam supra omnia, quæ possidet, constituet illum.

45. Quod si dixerit servus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire: & cœperit percutere servos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari:

46. Ve-

℣. 28. *Quanto magis vos.* Subaudi, vestiet.

℣. 29. *Et nolite in sublime tolli.* Aut continua futuri expectatione suspendi: solent enim homines vitæ necessaria adepti non ibi sistere, concupiscentia semper anxia, sollicita, numquam quiescente.

℣. 30. *Hæc enim omnia gentes mundi quærunt.* Cum anxietate & perturbatione animi: vobis autem fidelibus indigna est ejusmodi inordinata sollicitudo, quasi nulla esset divina vestrum cura & providentia. Qui vobis regnum æternum dedit, necessaria hujus vitæ non denegabit.

℣. 32. *Nolite timere pusillus grex.* Electi cum reprobis comparati, pusilli gregis nomine a Domino appellantur. Qui Domini doctrinam amplectebantur, pauci erant numero. *Sacculos.* In sacculis pauperum repositæ divitiæ non pereunt, ut avarorum sacculi usu detriti. *Thesaurus.* Ubi est felicitas nostra, ibi cor nostrum esse debet.

35. *Et lucernæ ardentes in manibus vestris.* Hæc verba: *In manibus vestris*, desunt in Græco. Conditiones proponit necessarias discipulis, ut suo ministerio rite defungantur. 1. Continentiam, quæ affectus omnes pravos coerceat. 2. Ut bonorum operum exemplis fulgeant. 3. Ut sibi & suis actionibus invigilent, a falsa & infida securitate sibi caveant, in legem Dei semper intenti.

℣. 36. *Revertatur a nuptiis.* i. A nuptiali convivio.

℣. 40. *Filius hominis veniet.* Ad judicium universale ipse; ad particulare per Angelos. Sa.

℣. 41. *Ad nos dicis hanc parabolam.* Cum scilicet boni & mali servi imaginem descripsit. Rem ita esse aperte declarat Dominus, ac boni Pastoris dotes exprimit, qui primum fidelis esse debet, nec sinere, ut bona domini sui dissipentur, remissius agendo, & ultra quam par sit, indulgendo.

℣. 42. *Quis putas?* Quasi diceret, rarus est. *Ut det illis in tempore tritici mensuram.* Ut verbo Dei eos pascat. Metaphora utitur ex illius temporibus usu desumpta, cum procurator domesticis certam tritici mensuram, seu demensum unoquoque mense suppeditabat. Bern. Lib. 4. de Consid. *Si non fidelis, fraudabit; si non prudens, fraudabitur.*

℣. 45. *Quod si dixerit*, cogitaverit, *servus ille in corde suo.* Bono servo malum opponit, qui falsam securitatem, aut longioris vitæ fiduciam criminibus suis obtendit.

46. Veniet dominus servi illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit, & dividet eum, partemque ejus cum infidelibus ponet.

47. Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, vapulabit multis:

48. Qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omni autem, cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, plus petent ab eo.

49. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur?

50. Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor usquedum perficiatur?

l Matth. 10. 34. 51. Putatis *l*, quia pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem:

52. Erunt enim ex hoc quinque in domo una divisi, tres in duos, & duo in tres

53. Dividentur: pater in filium: & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

m Matth. 16. 2. 54. Dicebat *m* autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus venit: & ita fit.

55. Et cum austrum flantem, dicitis: Quia æstus erit: & fit.

56. Hypocritæ, faciem cœli, & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis?

57. Quid autem & a vobis ipsis non judicatis, quod justum est?

n Matth. 5. 25. 58. Cum *n* autem vadis cum adversario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

59. Dico tibi, non exies inde, donec etiam novissimum minutum reddas.

CAPUT XIII.

I. Hortatur ad pœnitentiam, occasione Galilæorum in sacrificiis interemptorum. 1. *II. Sabbato curat mulierem a spiritu infirmitatis.* 10. *III. Comparat regnum cœlorum grano sinapis ac fermento: & angustam esse portam.* 18. *Prædicit Jerusalem ob crudelitatem suam deserendam.* 34.

1. Aderant autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

46. So wird der Herr desselbigen Knechts an dem Tage kommen, da er sich es nicht versiehet, und zu der Stunde, die er nicht weis, und wird ihn theilen, und wird ihm seinen Theil mit den Untreuen * geben. * Unglaubigen.

47. Aber der Knecht, der seines Herrn Willen weis, und sich nicht bereitet hat, noch gethan nach seinem Willen, der wird mit vielen Streichen geschlagen werden:

48. Der es aber nicht gewußt hat, und etwas begangen, das Schlagens werth ist, der wird mit wenig Streichen geschlagen werden. Aber von einem jeglichen, dem viel gegeben ist, wird man auch viel fordern: und dem man viel vertrauet hat, von demselbigen wird man viel heischen.* *begehren.

49. Ich bin gekommen ein Feuer zu senden auf Erden, und was will ich anders, als daß es angezündet werde?

50. Aber ich muß mich * taufen lassen mit einer Taufe: und wie werde ich geängstiget, bis das vollbracht werde? *zuvor.

51. Meynet ihr, daß ich gekommen sey, Frieden auf Erden zu geben? Ich sage euch, nein, sondern Zwietracht: * *Absönderung.

52. Denn von nun an werden fünfe in einem Hause zwiespaltig seyn, drey wider zwey, und zwey wider drey werden sich

53. Absöndern: der Vater wird wider den Sohn seyn, und der Sohn wider seinen Vater: die Mutter wider die Tochter, und die Tochter wider die Mutter: die Schwieger wider ihre Schnur, und die Schnur wider ihre Schwieger.

54. Er sprach aber auch zu dem Volke: Wann ihr eine Wolke vom Niedergang aufgehen sehet, so saget ihr alsbald: Es kömmt ein Platzregen: und es geschiehet also.

55. Und wann ihr den Südwind * wehen sehet: so saget ihr: Es wird heiß werden: und es geschiehet. *Mittagwind.

56. Ihr Häuchler, die Gestalt des Himmels, und der Erde könnet ihr prüfen: wie prüfet ihr dann nicht auch diese Zeit?

57. Warum aber urtheilet ihr nicht auch von euch selbst, was recht ist?

58. Wann du aber mit deinem Widersacher zum Fürsten gehest, so befleiße dich auf dem Wege, daß du von ihm loß werdest, damit er dich nicht etwan zum Richter ziehe, und der Richter dich dem Stockmeister überantworte, und der Stockmeister dich ins Gefängniß werfe.

59. Ich sage dir, du wirst von dannen nicht herauskommen, bis du auch den allerletzten Häller bezahlest.

Das dreyzehente Capitel.

I. JESUS lehret durch das Gleichniß eines unfruchtbaren Feigenbaums, daß ein jeder soll Buße würken. 1. II. Heilet am Sabbath ein krummes Weib. 10. III. Predigt durch Gleichnisse, des Senfkörnlein, des Sauerteigs, der engen Porte. 18. Beklagt den endlichen Untergang der Juden. 34.

1. Es waren aber gleich zu derselbigen Zeit etliche zugegen, die verkündigten ihm von den Galiläern, deren Blut Pilatus mit ihren Opfern vermischt hatte.

2. Und

℣. 46. *Qua non sperat.* Dum minime exspectat. *Et hora, qua nescit, & dividet eum.* Ab officio suo ejiciet, & ab aliis servis fidelibus separabit. Græce. *In duas scindet partes.* Corpus ab anima separabit. *Partemque ejus ponet cum infidelibus.* Ut punat eum cum illis.

℣. 49. *Ignem veni mittere in terram.* Evangelium, quod persecutiones accendit. Quæ sequuntur, alio tempore a Domino pronuntiata existimat Maldonatus, ac subinde negat cum superioribus nexum anxie quæri oportere. *Quid volo nisi ut accendatur?* Ut boni probentur; mali quales sunt, appareant. Gr. *Quid volo, si jam accensus est?* Utinam is jamjam accendatur: nam hæc particula *ei*, interdum *utinam* significat, ut Lucæ 19. 42. *Si cognovisses & tu:* mortem suam & passionem metaphoricis vocibus exprimit.

℣. 50. *Baptismo habeo baptizari.* sc. Passionis. *Et quomodo coarctor.* Quo desiderio urgeor.

℣. 52. *Tres in duos.* i. Contra duos.

℣. 54. *Et ita fit.* Ut plurimum.

℣. 56. *Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus* salutis vestræ *quomodo non probatis?*

℣. 57. *Quid autem & a vobis ipsis non judicatis.* Ex vobismetipsis per lumen rationis, ex iis, quæ facere soletis, non judicatis, quod justum est fieri a vobis. Objectioni quoque vulgi fortassis occurrit, qua dicerent se Scripturarum imperitos tempus adventus Messiæ scire non posse: quibus reponit, ea quæ quotidie viderent miracula sufficere, ut de illius adventu certiores fierent.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Aderant nuntiantes illi de Galilæis.* An isti fuerint e secta Judæ Galilæi, qui ante aliquot annos commoverat populum, docens tributa a populo Dei non Cæsari, sed uni Deo solvi oportere? an potius tum Pilatus sacrum ærarium cum vellet diripere, eo prætextu ut aquam e fontibus, qui 200. stadiis Jerosolyma distabant, per aquæ ductus in urbem deduceret, id vehementer populum offendit, iique turmatim ad Pilatum adiere convitiis eum lacessentes. Pilatus milites cum fustibus immisit, qui sine discrimine percutientes quosdam occiderunt Galilæos, qui ad seditionem erant promptiores, quique in templum venerant, ut offerrent sacrificia.

2. Und er antwortete, und sprach zu ihnen: Meynet ihr, daß diese Galiläer vor allen andern Galiläern Sünder gewesen sind, dieweil sie solches gelitten haben?

3. Ich sage euch: Nein, sondern es sey dann, daß ihr Buße thut, so werdet ihr alle gleicher Weise umkommen.*

* verderben.

4. Wie auch jene achtzehen, auf welche der Thurn zu Siloe fiel, und sie erschlug: Meynet ihr wohl, daß dieselbigen auch schuldig gewesen sind vor allen Menschen, die zu Jerusalem wohnen?

5. Ich sage euch: Nein, sondern es sey dann, daß ihr Buße thut, so werdet ihr alle gleicher Weise umkommen.

6. Er sagte aber auch dieses Gleichniß: Einer hatte einen Feigenbaum, der in seinem Weingarten gepflanzet war, und er kam, und suchte Frucht auf demselbigen, und fand sie nicht.

7. Da sprach er zu dem Weingärtner: Siehe, es sind nun drey Jahre, daß ich komme, und suche Frucht auf diesem Feigenbaum, und finde sie nicht: darum haue ihn ab, warum nimmt er die Erde ein?*

* umsonst.

8. Er aber antwortete, und sprach zu ihm: Herr, laß ihn auch dieses Jahr noch stehen, bis daß ich um ihn herumgrabe, und Mist daranlege:

9. Wenn er alsdann wird Frucht tragen, so ist es gut: wo aber nicht, so haue ihn ins künftige ab.

II. 10. Er lehrete aber in ihrer Schule am Sabbath.

11. Und siehe, es war ein Weib da, die hatte einen Geist der Krankheit achtzehen Jahre lang: und sie war krumm, und konnte gar nicht aufwärts sehen.

12. Da sie nun JEsus sah, forderte er sie zu sich, und sprach zu ihr: Weib, du bist von deiner Schwachheit erlediget.

13. Und er legte die Hände auf sie: und alsbald richtete sie sich auf, und preisete GOtt.

14. Aber der Oberste der Schule war unlustig*, daß JEsus am Sabbath gesund gemacht hatte, antwortete, und sprach zu dem Volke: Es sind sechs Tage, an welchen man arbeiten soll: in denselbigen kommet, und lasset euch gesund machen, und nicht am Sabbath.

* unwillig.

15. Der HErr aber antwortete, und sprach zu ihm: Ihr Häuchler, löset nicht ein jeglicher unter euch seinen Ochsen, oder Esel von der Krippe am Sabbath, und führet ihn zur Tränke?

16. Hat dann nicht diese Tochter Abrahams, die der Satan angebunden hatte, siehe, nun achtzehen Jahre lang, von solchem Band am Sabbath sollen aufgelöset werden?

17. Und als er das sagte, schämeten sich alle seine Widersacher. Und alles Volk erfreuete sich in allem, was herrlich von ihm gethan ward.

III. 18. Und er sprach: Wem ist das Reich GOttes gleich? und wem soll ich es gleich achten?

19. Es ist gleich einem Senfkörnlein, das ein Mensch nahm, und in seinen Garten warf, und es wuchs, und ward zu einem großen Baum: und die Vögel des Himmels ruheten auf seinen Zweigen.

2. Et respondens dixit illis: Putatis, quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

3. Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

4. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: Putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Jerusalem?

5. Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.

6. Dicebat † autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit, quærens fructum in illa, & non invenit. † *SABB. 4. TEMP. SEPT.*

7. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce, anni tres sunt, ex quo venio, quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?

8. At ille respondens, dicit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usque dum fodiam circa illam, & mittam stercora:

9. Et siquidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

II. 10. Erat autem docens in Synagoga eorum Sabbatis.

11. Et ecce, mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat rursum respicere.

12. Quam cum videret Jesus, vocavit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.

13. Et imposuit illi manus: & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

14. Respondens autem archisynagogus, indignans, quia Sabbato curasset Jesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die Sabbati.

15. Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum Sabbato non solvit bovem suum, aut asinum a præsepio, & ducit adaquare?

16. Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas, ecce, decem & octo annis non oportuit solvi a vinculo isto die Sabbati?

17. Et cum hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus. Et omnis populus gaudebat in universis, quæ gloriose fiebant ab eo.

III. 18. Dicebat ergo: Cui simile est regnum Dei? & cui simile æstimabo illud?

19. Simile *a* est grano synapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & crevit, & factum est in arborem magnam: & volucres cœli requieverunt in ramis ejus. *a Matth. 13. 31. Marc. 4. 31.*

20. Et

℣. 3. *Nisi pœnitentiam habueritis.* Christus primum docet ex punitionis modo peccati gravitatem non esse metiendam: sed tamen calamitates plerumque esse peccatorum pœnas, adeo ut nisi resipiscerent, ira divina in eos severius animadverteret: omnes enim impœnitentes male perituri sunt, vel in hoc sæculo, vel in futuro.

℣. 4. *Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe.* Fons erat extra urbem, qui Siloe dicebatur, quique piscinam efficiebat: hæc natatoria Siloe est appellata: aut quod aliis visum est, duo hujus nominis fontes prope urbem extabant, unus e monte Gihon versus Occidentem profluens, alter e monte Sion manabat, inter Austrum & Orientem, prope vallem Ennom: in altero ex iis fontibus turris erit, quæ ruina sua 18. homines occidit.

℣. 5. *Omnes similiter peribitis.* Urbis ipsius ruinam, cujus imago est illa Siloes turris, indicat.

℣. 6. *Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua.* Synagogam hac parabola sterilem & infructuosam designat, quæ a tribus annis plantata nullum extulerat fructum: cum ficus, quæ fructum non affert anno tertio, numquam latura videatur. Placet nonnullis tertio anno prædicationis Christi hanc ab eo usurpari parabolam. Utut sit; Dei patientia & longanimitate nos abuti non oportere subinde admonet; sterilitatem animæ, patientiam Domini, ac tandem animæ infructuosæ condemnationem insinuat.

℣. 9. *Et siquidem fecerit fructum:* Ellipsis. Ibi manebit.

℣. 11. *Infirmitatis.* Illam diabolus huic morbo illigaverat. Nam & corporis incommoda interdum a dæmone immittuntur, permittente Deo. *Inclinata.* i. Incurva.

℣. 12. *Mulier, dimissa es ab infirmitate tua.* Libera es ab infirmitate; quod repente factum est.

℣. 16. *Solvi a vinculo isto.* Tam misero.

℣. 19. *Simile est grano sinapis.* Magna fore Evangelii incrementa, & præter hominum opinionem, prædixit Christus Dominus.

20. Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei?

b Matth. 13. 33. 21. Simile *b* est fermento, quod acceptum mulier, abscondit in farinæ sata tria, donec fermentaretur totum.

22. Et ibat per civitates, & castella, docens, & iter faciens in Jerusalem.

23. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos:

c Matth. 7. 13. 24. Contendite *c* intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.

d Matth. 25. 10. 25. Cum *d* autem intraverit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens, dicet vobis: Nescio vos, unde sitis:

26. Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

e Matth. 7. 23. 27. Et dicet vobis: *e* Nescio vos, unde sitis: *f* discedite a me omnes operarii iniquitatis.

f Ps. 6 9. *Matth.* 25. 41. 28. Ibi erit fletus, & stridor dentium, cum videritis Abraham, & Isaac, & Jacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.

29. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Austro, & accumbent in regno Dei.

g Matth. 19. 30. & 20. 16. *Marc.* 10. 31. 30. Et *g* ecce, sunt novissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt novissimi.

31. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc: quia *Herodes vult te occidere.*

32. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce, ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consummor.

33. Verumtamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Jerusalem.

h Matth. 23. 37. 34. Jerusalem *h*, Jerusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum avis nidum suum sub pennis, & noluisti?

35. Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta: Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat, cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

CAPUT XIV.

I. Hydropicum Sabbato curat. 1. *II. Notans Pharisæorum ambitionem, docet in novissimo loco recumbere.* 7. *III. Parabola de invitatis ad cœnam.* 16. *IV. Hortatur ad patientiam, sui sequelam, & providam sapientiam.* 25.

20. Und er sprach abermal: Wem soll ich das Reich GOttes gleich achten?

21. Es ist gleich einem Sauerteig, den ein Weib nahm, und verbarg ihn unter drey Sester *Mehls, bis daß es ganz gesäuret war. *Metzen.

22. Und er gieng durch die Städte, und Flecken, und lehrete, und reisete gen Jerusalem.

23. Es sprach aber einer zu ihm: HErr, sind ihrer dann wenige, die selig werden? Er aber sprach zu ihnen:

24. Bemühet euch durch die enge Pforte einzugehen: denn ich sage euch, viele werden darnach trachten hineinzugehen, und sie werden nicht können.

25. Wenn aber der Hausvater wird hineingegangen seyn, und wird die Thür zugeschlossen haben, alsdann werdet ihr anfahen draussen zu stehen, und an die Thür zu klopfen, und zu sagen: HErr, thue uns auf: und er wird antworten, und zu euch sagen: Ich weis nicht, wo ihr her seyd:

26. Alsdann werdet ihr anfahen zu sagen: Wir haben vor dir geeßen, und getrunken, und du hast gelehret auf unseren Gassen.

27. Und er wird zu euch sagen: Ich weis nicht, wo ihr her seyd: weichet von mir alle, ihr Uebelthäter.

28. Da wird Heulen und Zähnklappern seyn, wann ihr Abraham, und Isaac, und Jacob, und alle Propheten sehen werdet im Reiche GOttes, und daß ihr hinausgestossen werdet.

29. Und es werden kommen vom Aufgang, und vom Niedergang, und von Mitternacht, und vom Mittag, und werden im Reiche GOttes zu Tische sitzen.

30. Und siehe, es sind nun die Letzten, so die Ersten seyn werden, und es sind die Ersten, welche die Letzten seyn werden.

31. An demselbigen Tage tratten etliche Pharisäer hinzu, und sprachen zu ihm: Gehe hinaus, und ziehe von hinnen: denn Herodes will dich tödten.

32. Und er sprach zu ihnen: Gehet hin, und saget diesem Fuchsen: Siehe, ich treibe Teufel aus, und mache die Leute gesund, heute, und morgen, und am dritten Tage werde ich ein Ende nehmen.

33. Aber heute, und morgen, und am folgenden Tage muß ich wandeln: denn es mag nicht seyn, daß ein Prophet außer Jerusalem umkomme.

34. Jerusalem, Jerusalem, die du tödtest die Propheten, und steinigest, die zu dir gesandt werden, wie oft habe ich deine Kinder versammeln wollen, wie ein Vogel sein Nest unter seine Flügel, und du hast nicht gewollt?

35. Siehe, euer Haus wird euch wüste gelassen werden: Ich sage euch aber, ihr werdet mich nicht sehen, bis die Zeit komme, daß ihr sagen werdet: Gebenedeyet sey, der da kömmt im Namen des HErrn.

Das vierzehente Capitel.

I. JESUS macht einen Wassersüchtigen gesund. 1. II. Lehret, daß man in Gastereyen sich nicht obenansetze, auch nicht Reiche, sondern arme Leute darzu einlade. 7. III. Prediget vom großen Abendmahl. 16. IV. Ermahnet zur Geduld, und Vorsichtigkeit. 25.

1. Und

℣. 22. *Et ibat per civitates.* Iter faciens Jerosolymam. Hæc Christi miracula & documenta facta sunt in confiniis Galilææ, cum adhuc esset in Galilææ parte australi, & peteret Jerosolymam: tum enim nuntiatum fuit, ab Herode eum quæri ad necem. Id forte angebat Herodem, quod Christum tanta populi multitudo sequeretur.

℣. 24. *Contendite intrare per angustam portam.* Omnes vires impendite, ut per pœnitentiam in cœlum intretis. *Quærent intrare, & non poterunt.* Non quærent intrare per angustam portam: non enim quærunt viam salutis, quæ arcta est. *Non poterunt.* Quia noluerunt intrare per eam portam, quæ ducit ad salutem: pauci inveniunt, quia pauci quærunt.

℣. 27. *Operarii.* Qui in pravis actionibus vitam agitis.

℣. 28. *Ibi.* sc. In inferno.

℣. 30. *Novissimi.* i. Gentiles. *Erunt primi, & primi* Judæi sc. *Erunt novissimi.*

℣. 32. *Ite, & dicite vulpi illi.* Herodi, qui Christo insidias struebat, & erat magnus veterator; idque dicit Dominus auctoritate sua, & fretus Patris potentia. Invito Herode & Pharisæis indignantibus opus meum peragam. *Et tertia die consummor.* Post breve temporis spatium consummabor per passionem, & mortem, in qua omnia consummabuntur.

℣. 33. *Non capit.* Non decet. Gr. οὐκ ἐνδέχεται, *non est possibile.*

℣. 34. *Quemadmodum avis nidum suum.* i. Pullos in nido.

℣. 35. *Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.* i. Urbs seu regio. Id factum est in excidio Jerosolymæ. *Benedictus.* Ita dicent, qui agnoscent Dei vindictam.

1. Und es begab sich, da JESUS in das Haus eines Obersten der Pharisäer gieng, auf einen Sabbath, das Brod zu essen, daß sie acht auf ihn gaben.

2. Und siehe, es war ein Mensch vor ihm, der war wassersüchtig.

3. Und JEsus antwortete, und sagte zu den Gesetzverständigen, und Pharisäern, und sprach: Geziemet es sich auch, am Sabbath gesund zu machen?

4. Sie aber schwiegen still. Er aber griff ihn an, und machte ihn gesund, und ließ ihn gehen.

5. Und er antwortete, und sprach zu ihnen: Wer ist unter euch, dem sein Esel, oder Ochse in einen Brunnen fällt, der ihn nicht alsbald am Sabbath herausziehen wird?

6. Und sie konnten ihm darauf nicht antworten.

II. 7. Er sagte aber auch ein Gleichniß zu den geladenen Gästen, da er vermerkte, wie sie erwähleten, obenanzusitzen, und sprach zu ihnen:

8. Wann du zur Hochzeit geladen wirst, so setze dich nicht oben an, damit nicht etwan ein Ansehnlicherer, dann du, von ihm geladen sey:

9. Und komme alsdann, der dich, und ihn geladen hat, und spreche zu dir: Weiche diesem: und müssest alsdann mit Schanden untenansitzen.

10. Sondern wann du geladen wirst, so gehe hin, und setze dich unten an: damit, wann der kömmt, der dich geladen hat, zu dir spreche: Freund, rücke hinauf. Alsdann wirst du Ehre haben vor denen, welche mit zu Tische sitzen:

11. Denn wer sich selbst erhöhet, der wird erniedriget werden: und wer sich selbst erniedriget, der wird erhöhet werden.

12. Auch sprach er zu dem, der ihn geladen hatte: Wann du auf den Mittag, oder auf den Abend ein Mahl zurichtest, so lade deine Freunde nicht, noch deine Brüder, noch deine Verwandten, noch deine Nachbarn, die reich sind: damit sie dich nicht etwan auch wiederum laden, und dir es vergolten werde.

13. Sondern, wann du ein Mahl zurichtest, so lade die Armen, die Schwachen, die Lahmen, und Blinden:

14. So wirst du selig seyn, dieweil sie nichts haben, damit sie dir es vergelten: denn es wird dir vergolten werden in der Auferstehung der Gerechten.

15. Als dieses einer von denen, die mit zu Tische saßen, hörete, sprach er zu ihm: Selig ist der, der das Brod essen wird im Reiche GOttes.

III. 16. Er aber sprach zu ihm: Es war ein Mensch, der machte ein großes Abendmahl, und lud viele darzu.

17. Und er sandte seinen Knecht aus um die Stunde des Abendmahls, den geladenen Gästen zu sagen, daß sie kämen, denn alles wäre schon bereit.

18. Und sie fiengen alle zugleich an, sich zu entschuldigen. Der erste sprach zu ihm: Ich habe ein Dorf gekauft,

1. Et factum est ✝, cum intraret Jesus in domum cujusdam principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. ✝ *DOM. 16. POST PENTEC.*

2. Et ecce, homo quidam hydropicus erat ante illum.

3. Et respondens Jesus, dixit ad Legisperitos, & Pharisæos, dicens: Si licet Sabbato curare?

4. At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, ac dimisit.

5. Et respondens ad illos, dixit: Cujus vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die Sabbati?

6. Et non poterant ad hæc respondere illi.

II. 7. Dicebat autem & ad invitatos parabolam intendens, quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:

8. Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab illo:

9. Et veniens is, qui te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere.

10. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco: ut, cum venerit, qui te invitavit, dicat tibi: *a* Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: *a Prov. 25. 7.*

11. Quia *b* omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *c*. *b Matth. 23. 12. Infr. 18. 14.*

12. Dicebat autem & ei, qui se invitaverat: *c* Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: ne forte te & ipsi reinvitent, & fiat tibi retributio. *c Tob. 4. 7. Prov. 3. 9.*

13. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos:

14. Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.

15. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.

III. 16. At ipse dixit ei: *d* ✝ Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos. *d Matth. 22. 2.*

17. Et misit servum suum hora cœnæ dicere invitatis, ut venirent, quia jam parata sunt omnia. *Apoc. 19. 9.* ✝ *DOM. 3. POST PENTEC.*

18. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo

CAPUT XIV.

℣. 1. *Observabant eum.* Utrum non aliquid faciat, quod possent accusare.

℣. 3. *Et respondens Jesus dixit ad Legisperitos.* Jesus incipiens loqui dixit. Ad hoc convenerant, ut observarent eum. Itaque Jesus ad eorum cogitationes, quæ sequuntur, parabolas proposuit.

℣. 7. *Dicebat autem & ad invitatos parabolam.* Qua eos docuit humilitatem, & modestiam. *Intendens quomodo.* Considerans.

℣. 8. *Ad nuptias.* Ad convivium nuptiale.

℣. 10. *Recumbe in novissimo loco.* Eo spectat parabola, non tam ut doceat, quem locum in conviviis eligere debeant homines, quod ad mores civiles pertinet, quam ut ad veram humilitatem hos instituat. Ex conclusione ipsa, *omnis, qui se exaltat, humiliabitur*, palam est majus quiddam nos docere velle, cum ait: *Recumbe in novissimo loco.* Id videlicet, ut aliis nosmetipsos non anteponamus. Sic Paulus, cum ajebat, *se nihil esse*, recumbebat in novissimo loco: interiorem modestiam potius quam exteriorem præcipit.

℣. 12. *Cum facis prandium.* Non prohibet Dominus, ne invitemus ad prandium amicos, vicinos, aut cognatos etiam divites, humanæ societatis conservandæ causa; sed nos admonet mercedem hujus sæculi sæpe in causa esse, cur præmium futuri sæculi amittamus, quod illa præcipue a nobis quæratur. Itaque hæc verba, *noli vocare*, non sunt prohibentis; sed si volumus apud Deum mereri, pauperes & debiles potius invitemus. Eo quidem modo, quo hæc verba c. 6. exponuntur: *Si bene feceritis his, qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia?* Vox autem illa, *divites*, ad quatuor præcedentia refertur, amicos, fratres, cognatos, vicinos: nam si ii fuerint pauperes, præ cæteris invitari debent. *Ne forte te & ipsi reinvitent.* Gr. *Ne aliquando.*

℣. 14. *Retribuetur enim tibi in resurrectione justorum.* Ergo opera bona sunt meritoria vitæ æternæ. Ac recte & laudabiliter fiunt opera spe retributionis, quæ Deus est ipse.

℣. 15. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei.* Gr. *Prandium.* Qui particeps erit regni cœlestis. Quod confirmat Christus Dominus simul, & subjecta parabola causam affert, cur plerique Judæi ex eo numero non futuri sint: similis parabola Matth. 22. proponitur.

℣. 18. *Villam emi.* Non est illicitum villam, aut boves emere: sed nimia solicitudo rerum temporalium nos a cœlesti convivio alienos facit. *Cœperunt omnes simul excusare.* Gr. ἀπὸ μιᾶς. Ex una scilicet sententia, & quasi ex compacto.

exire, & videre illam: rogo te, habe me excusatum.

19. Et alter dixit: Juga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te, habe me excusatum.

20. Et alius dixit: Uxorem duxi, & ideo non possum venire.

21. Et reversus servus nuntiavit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit servo suo: Exi cito in plateas, & vicos civitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.

22. Et ait servus: Domine, factum est, ut imperasti: & adhuc locus est.

23. Et ait dominus servo: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.

24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

IV. 25. Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conversus dixit ad illos:

† *UNIUS MART. PONTIF.*

26. Si † *e* quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.

e Matth. 10. 37.

27. Et *f* qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

f Matth. 10. 38. & 16 24. *Marc.* 8. 34.

28. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum.

29. Ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei,

30. Dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.

31. Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?

32. Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt.

33. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

g Matth. 5. 13. *Marc.* 9. 49.

34. Bonum g est sal. Si autem sal evanuerit, in quo condietur?

35. Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPUT XV.

I. Confutat murmurantes, quod peccatores reciperet, per parabolas de ove. 1. *II. De drachma.* 8. *III. De filio prodigo ad patrem reverso.* 11.

† *DOM. 5. POST PENTEC.*

1. Erant † autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum.

2. Et murmurabant Pharisæi, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

3. Et ait ad illos parabolam istam, dicens:

und ist mir noth, daß ich hinausgehe, und dasselbe besichtige: ich bitte dich, habe mich für entschuldiget.

19. Und der andere sprach: Ich habe fünf Jochochsen gekauft, und gehe jetzt hin, sie zu versuchen: ich bitte dich, habe mich für entschuldiget.

20. Und ein anderer sprach: Ich habe ein Weib genommen, und darum kann ich nicht kommen.

21. Und der Knecht kam wiederum, und verkündigte das seinem Herrn. Da ward der Hausvater zornig, und sprach zu seinem Knecht: Gehe eilends hinaus auf die Straßen, und Gassen der Stadt, und führe die Armen, und Schwachen, und Blinden, und Lahmen herein.

22. Und der Knecht sprach: Herr, es ist geschehen, wie du befohlen hast: aber es ist noch Raum da.

23. Und der Herr sprach zu dem Knecht: Gehe hinaus auf die Landstraßen, und an die Zäune, und zwinge sie hereinzukommen, auf daß mein Haus voll werde.

24. Ich sage euch aber, daß keiner von den Männern, die geladen sind, mein Abendmahl wird schmecken.

IV. 25. Es gieng aber vieles Volk mit ihm: und er wandte sich um, und sprach zu ihnen:

26. So jemand zu mir kömmt, und hasset nicht seinen Vater, und Mutter, und Weib, und Kinder, und Brüder, und Schwester, ja auch dazu seine eigene Seele, der kann mein Jünger nicht seyn.

27. Und wer sein Kreuz nicht trägt, und mir nicht nachfolget, der kann mein Jünger nicht seyn.

28. Denn wer ist unter euch, wenn er einen Thurn bauen will, der sich nicht zuvor niedersetze, und überschlage die Kosten, welche dazu vonnöthen sind, ob ers auch habe auszuführen? * zu vollenden.

29. Damit nicht etwan, nachdem er den Grund geleget hat, und den Bau nicht ausführen kann, alle, die es sehen, anfahen ihn zu verspotten,

30. Und zu sagen: Dieser Mensch hat angefangen zu bauen, und hat es nicht ausführen können.

31. Oder welcher König ist, wenn er will ausziehen, und wider einen andern König Krieg führen, der nicht zuvor sitze, und bedenke, ob er mit zehentausend demjenigen begegnen könne, der mit zwanzigtausend wider ihn kömmt?

32. Sonst schickt er Gesandten, wenn jener noch ferne ist, und bittet um Frieden.

33. Also auch ein jeglicher unter euch, der nicht allem absaget, was er hat, der kann mein Jünger nicht seyn.

34. Das Salz ist gut. Wenn aber das Salz seine Kraft verlieret, womit soll man würzen*? * salzen.

35. Es ist weder auf die Erde, noch in den Mist nutz, sondern es wird hinausgeworfen. Wer Ohren hat zu hören, der höre.

Das fünfzehente Capitel.

I. Jesus widerlegt das Murren der Pharisäer durch die Gleichnisse des verlohrnen Schäfleins. 1. II. Des verlohrnen Groschens. 8. III Und verlohrnen Sohns. 11.

1. Es naheten sich aber zu ihm die Publikanen, und Sünder, daß sie ihn höreten.

2. Und die Pharisäer, und Schriftgelehrten murreten, und sprachen: Dieser nimmt die Sünder an, und isset mit ihnen.

3. Er sagte aber zu ihnen dieses Gleichniß, und sprach:

4. Wel-

℣. 23. *Exi in vias & sepes.* In pagos & loca cincta sepibus. Gentium vocationem innuit. *Et compelle intrare.* Sæpe hoc loco utitur August. ut probet hæreticos pœnis compelli posse, ut intrent in Ecclesiam Catholicam. Sic Epist. 204. *Qui compellitur, qui non vult, cogitur: sed cum intraverit, jam volens pascitur.* Ambr. *Post divitum resupina fastidia se contulit ad gentes; jubet bonos & malos introire, ut bonos augeat, malorum affectum in meliora commutet.*

℣. 24. *Dico autem vobis.* Videtur Christus in persona sua loqui, & parabolam sic applicare, ut ii omnes, qui se perperam excusarunt, regni cœlestis sint expertes.

℣. 26. *Et non odit patrem suum & matrem.* Quatenus Christo contrarii sunt, qui non valedicunt pravis cupiditatibus.

℣. 27. *Et non venit post me.* Imitatione sc.

℣. 28. *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare.* Susceptio rei arduæ his metaphoris significatur, & magna deliberatione opus esse, cum quis virtutis viam arripit.

℣. 30. *Et non potuit consummare.* Taliter etiam fit in spirituali ædificio.

℣. 33. *Qui non renuntiat omnibus, quæ possidet.* Qui non renuntiat saltem in præparatione animi; citius omnia amittere paratus esse debet, quam me offendere. Quemadmodum is odit patrem, & matrem, & animam suam, qui propter eos non vult Christum negare, aut offendere: ita is renuntiat omnibus quæ possidet, qui paratus est ea potius relinquere, quam in Deum peccare.

4. Welcher Mensch ist unter euch, der hundert Schafe hat: und so er eines von denselbigen verlieret, der nicht die neun und neunzig in der Wüste verlasse, und hingehe nach dem verlohrnen, bis daß er es finde?

5. Und wann er es gefunden hat, so leget ers auf seine Achseln mit Freuden:

6. Und wann er nach Hause kömmt, so rufet er seine Freunde, und Nachbarn zusammen, und spricht zu ihnen: Erfreuet euch mit mir, denn ich habe mein Schaf gefunden, das verlohren war.

7. Ich sage euch, daß also Freude wird seyn im Himmel über einen Sünder, der Buße thut, mehr, dann über neun und neunzig Gerechte, die der Buße nicht bedürfen.

II. 8. Oder welches Weib ist, die zehen Groschen hat, und wenn sie einen Groschen verlieret, zündet sie nicht ein Licht an, und kehret das Haus aus, und suchet mit Fleiß, bis sie ihn finde?

9. Und wann sie ihn gefunden hat, so rufet sie ihre Freundinnen, und Nachbarinnen zusammen, und spricht: Erfreuet euch mit mir, denn ich habe den Groschen gefunden, den ich verlohren hatte.

10. Also sage ich euch, wird Freude seyn vor den Engeln GOttes, über einen Sünder, der da Buße thut.

III. 11. Und er sprach: Ein Mensch hatte zween Söhne:

12. Und der Jüngste unter ihnen sprach zum Vater: Vater, gieb mir einen Theil der Güter, so mir zuständig. Und er theilte ihnen das Gut.

13. Und über wenig Tage hernach sammelte der jüngste Sohn alles zusammen, und zog über Feld, in ein weit entlegenes Land, und daselbst verschwendete er sein Gut mit Prassen.

14. Da er nun alles verzehret hatte, ward eine große Theurung in demselbigen Lande, und er fieng an Mangel zu leiden.

15. Und er gieng hin, und hieng einem Bürger desselbigen Landes an. Und er schickte ihn auf sein Dorf*, die Schweine zu hüten. *Bauhof, Schweig.

16. Und er begehrte seinen Bauch mit den Träbern* zu füllen, so die Schweine aßen: und niemand gab sie ihm. *Kleyen.

17. Als er aber wiederum in sich selbst einkehrete*, sprach er: Wie viel Taglöhner haben überflüßig Brod in meines Vaters Haus: ich aber sterbe hier Hungers! *gienge.

18. Ich will mich aufmachen, und zu meinem Vater gehen, und zu ihm sagen: Vater, ich habe gesündiget in den Himmel, und vor dir:

19. Ich bin forthin nicht werth, daß ich dein Sohn genennet werde: mache mich als einen von deinen Taglöhnern.

20. Und er machte sich auf, und kam zu seinem Vater. Und sein Vater sah ihn, da er noch ferne war, und ward mit Barmherzigkeit beweget: und er lief zu ihm, und fiel ihm um seinen Hals, und küssete ihn.

4. Quis *a* ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inveniat eam? *a Matth. 18. 12.*

5. Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens:

6. Et veniens domum convocat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam, quæ perierat.

7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.

II. 8. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & evertit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?

9. Et cum invenerit, convocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam, quam perdideram.

10. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.

III. 11. Ait autem: † Homo quidam habuit duos filios: † *SABB. POST DOM. 2. QUADR.*

12. Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et divisit illis substantiam.

13. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dilipavit substantiam suam vivendo luxuriose.

14. Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.

15. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius. Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

16. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

17. In se autem reversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo!

18. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccavi in cœlum, & coram te:

19. Jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenariis tuis.

20. Et surgens, venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens, cecidit super collum ejus, & osculatus est eum.

21. Dixit-

CAPUT XV.

℣. 7. *Ita gaudium erit in cœlo.* Supple, majus erit: novum enim gaudium excitat inventio ovis errantis. Sic mater plus gaudet de sanitate recuperata filii, quam de aliorum firma sanitate. Aliatæ vero sunt ab eo hæc & duæ sequentes parabolæ, ut murmur Pharisæorum injustum plane esse demonstraret. *Qui non indigent pœnitentia.* Tametsi egent quotidiana quadam pœnitentia ob leviora peccata. Quæ pœnitentia justorum spectat ad profectum pietatis, non ad vitæ, aut voluntatis in diversum mutationem.

℣. 11. *Homo quidam habuit duos filios.* In prima parabola Christus ut pastor errantes oves propriis gestat humeris: in secunda, Ecclesia quæ drachmam perditam solicite quærit; in tertia de filio prodigo Deus quasi pater filium juniorem, & prodigum benigne recipit, fremente filio natu majore, qui Scribas & Pharisæos repræsentat. Discedentes a se Deus non prohibet, redeuntes amplectitur. Itaque filius ille minor natu gentes in omnes libidines effusas nobis exhibet.

℣. 12. *Da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit.* Quæ ad me pertinet, forsan maternæ hæreditatis partem postulat.

℣. 13. *Adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam.* Regio longinqua est oblivio Dei, ut ait Aug. L. 2. q. q. 4. Evangel. cap. 33. Ambr. *Qui recedit a fonte, sitit; qui recedit a thesauro, eget; qui recedit a sapientia, hebetatur. Eo egere ergo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigo satis est voluptati: semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri. Luxuriose.* In luxu vestium, gulæ, & libidinis.

℣. 14. *Postquam omnia consummasset.* i. Absumpsisset.

℣. 15. *Adhæsit uni civium.* Diabolo se. Tirinus.

℣. 16. *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis.* Fructus est oblongus, colore fusco, sapore dulci, cornu similis: in regionibus calidioribus, ubi hi fructus abundant, porcis dari solent. Miserabilis status peccatoris describitur, dum omni cibo spirituali destituitur.

℣. 18. *Peccavi in cœlum.* i. Deum & cœlites. *Et coram te.* i. Contra te.

℣. 20. *Et misericordia motus est.* Eum divina prævenit gratia.

21. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cœlum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.

22. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus:

23. Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur:

24. Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est. Et cœperunt epulari.

25. Erat autem filius ejus senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audivit symphoniam, & chorum.

26. Et vocavit unum de servis, & interrogavit, quid hæc essent?

27. Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit.

28. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum.

29. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce, tot annis servio tibi, & numquam mandatum tuum præterivi, & numquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer:

30. Sed postquam filius tuus hic, qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

31. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.

32. Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est.

CAPUT XVI.

I. Per parabolam de villico iniquitatis hortatur ad eleemosynas. 1. *II. Docet, quid mereatur fidelis mammonæ dispensator: le em ac Prophetas usque ad Joannem fuisse.* 10. *III. Agit de divite epulone, & Lazaro mendico.* 19.

✝ *DOM. 8. POST PENTEC.*

1. Dicebat autem ✝ & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic delatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

2. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare.

3. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mendicare erubesco.

4. Scio, quid faciam, ut, cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas.

5. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo?

6. At ille dixit: Centum cados olei. Di-

21. Und der Sohn sprach zu ihm: Vater, ich habe gesündiget in den Himmel, und vor dir, ich bin forthin nicht werth, daß ich dein Sohn genennet werde.

22. Der Vater aber sprach zu seinen Knechten: Bringet eilends das beste Kleid hervor, und thut es ihm an, und gebet ihm einen Ring an seine Hand, und Schuhe an seine Füße:

23. Und bringet ein gemästetes Kalb her, und schlachtet es: und lasset uns essen, und fröhlich seyn:

24. Denn dieser mein Sohn war todt, und ist wiederum lebendig worden: er war verlohren, und ist wiederum gefunden. Und sie fiengen an sich fröhlich zu machen.

25. Aber sein ältester Sohn war auf dem Felde: und als er kam, und zum Hause nahete, hörete er das Saitenspiel, und den Reihen.

26. Und er forderte zu sich einen von den Knechten, und fragte, was das wäre?

27. Und er sprach zu ihm: Dein Bruder ist gekommen, und dein Vater hat ein gemästetes Kalb geschlachtet, dieweil er ihn gesund wiederum bekommen hat.

28. Er ward aber zornig, und wollte nicht hineingehen. Derowegen gieng sein Vater hinaus, und fieng an ihn zu bitten.

29. Er aber antwortete, und sprach zu seinem Vater: Siehe, ich diene dir so viele Jahre, und habe dein Geboth niemals übertretten: und du hast mir niemals ein Böcklein gegeben, daß ich mich fröhlich machte mit meinen Freunden:

30. Aber nachdem dieser dein Sohn gekommen ist, der sein Gut mit den Huren verschwendet hat, hast du ihm ein gemästetes Kalb geschlachtet.

31. Er aber sprach zu ihm: Mein Sohn, du bist allezeit bey mir, und alles was ich habe, das ist dein.

32. Du sollst aber mitessen, und fröhlich seyn, denn dieser dein Bruder war todt, und ist wiederum lebendig worden: er war verlohren, und ist wiederum gefunden.

Das sechszehnte Capitel.

I. JESUS prediget durch Gleichniß vom ungerechten Haushalter. 1. II. Vom treuen Gebrauch der Güter, oder christlicher Gerechtigkeit. 10. III. Und vom reichen Mann, und dem armen Lazaro. 19.

1. Er sprach aber zu seinen Jüngern: Es war ein reicher Mann, der hatte einen Haushalter: und derselbige ward bey ihm berüchtiget, als wenn er seine Güter verschwendet hätte.

2. Und er forderte ihn, und sprach zu ihm: Wie höre ich das von dir? Gieb Rechnung von deiner Haushaltung: denn du wirst hinfüro nicht mehr können haushalten.

3. Der Haushalter aber sprach bey sich selbst: Was soll ich thun, dieweil mein Herr die Haushaltung von mir nimmt? Graben kann ich nicht: zu betteln schäme ich mich.

4. Ich weis, was ich thun will, daß wann ich von der Haushaltung entsetzt werde, sie mich alsdann in ihre Häuser aufnehmen.

5. Derowegen rief er alle Schuldner seines Herrn zusammen, und sprach zu dem ersten: Wie viel bist du meinem Herrn schuldig?

6. Er aber sprach: Hundert Tonnen Oels. Und er sprach

℣. 21. *Peccavi.* Palam & impudice vivendo. *Et coram te.* Mandatis tuis non obtemperans.

℣. 22. *Cito proferte stolam primam.* Præcipua justitiæ stola induatur, seu gratia. *Et date annulum in manum ejus.* Ut arrham inhabitantis Spiritus & fidelis animæ.

℣. 23. *Et adducite vitulum.* Græc. Illum vitulum.

℣. 25. *Et chorum.* Lætantium.

℣. 28. *Indignatus est.* Repræsentat Judæos, & Pharisæos invidentes gentilibus. Vid. ℣. 11.

℣. 29. *Ecce, tot annis servio tibi.* Illa expostulatio fratris senioris, Judæorum adversus gentium reconciliationem, aut eorum, qui justos se putant, querelas injustas exprimit.

℣. 30. *Devoravit.* i. Prodegit.

℣. 32. *Mortuus.* Pro mortuo habebatur.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Qui habebat villicum.* Gr. *Oeconomum.* Cui scilicet bonorum administratio credita est, præfectum domus. Qua quidem voce nos admonet bonorum temporalium nos non esse dominos, sed dispensatores tantummodo.

℣. 2. *Jam enim non poteris villicare.* Domus curam habere. *Fodere non valeo.* Labore manuum mearum victum quærere non possum.

℣. 4. *Recipiant me.* Debitores sc.

℣. 6. *Centum cados olei.* Gr. Βάτους. Batus autem non idem est, qui cadus. Hic, ut nonnullis videtur, sextarios Romanos 48. seu uncias 960. continebat, & erat ejusdem capacitatis cum amphora Romana; juxta alios batus sextarios 72. cadus vero 60. seu decem congios, aut 28. pintas Parisienses, capit. *Accipe cautionem.* Græc. *Scriptum tuum.* Tabulas tuas, quibus hero meo es obligatus.

sprach zu ihm: Nimm deine Handschrift, und setze dich alsbald, und schreib fünfzig.

7. Darnach sprach er zu dem andern: Du aber, wie viel bist du schuldig? Der sprach: Hundert Malter Waizen. Und er sprach zu ihm: Nimm deine Handschrift, und schreib achtzig.

8. Und der Herr lobte den ungerechten Haushalter, daß er klüglich gehandelt hätte: denn die Kinder dieser Welt sind klüger in ihrem Geschlecht, dann die Kinder des Lichts.

9. Und ich sage euch: Machet euch Freunde von dem Reichthum der Ungerechtigkeit: auf daß, wann ihr Mangel leiden werdet, sie euch aufnehmen in die ewige Tabernackel.

II. 10. Wer im geringsten treu ist, der ist auch treu im großen: und wer im geringsten * ungerecht ist, der ist auch ungerecht im großen. * kleinen.

11. Wenn ihr dann im ungerechten Gut nicht treu gewesen seyd: wer will euch dann das wahrhaftige Gut vertrauen?

12. Und so ihr in dem Fremden nicht treu gewesen seyd: wer will euch dann dasjenige geben, das euer ist?

13. Kein Knecht kann zween Herren dienen: denn er wird entweder den einen hassen, und den andern lieben: oder er wird dem einen anhangen, und den andern verachten. Ihr könnet nicht GOtt dienen, und dem Mammon.

14. Dieses alles aber höreten die Pharisäer, welche geitzig waren: und sie verlachten ihn.

15. Und er sprach zu ihnen: Ihr seyd es, die ihr euch selbst rechtfertiget vor den Menschen: aber GOTT kennet eure Herzen: denn was bey den Menschen hoch ist, das ist ein Greuel vor GOtt.

16. Das Gesetz, und die Propheten reichen bis auf Johannem: von der Zeit wird das Reich GOttes geprediget, und jedermann dringet mit Gewalt hinein.

17. Es ist aber leichter, daß der Himmel, und die Erde vergehen, dann daß ein einig Pünktlein vom Gesetz falle.

xitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, scribe quinquaginta.

7. Deinde alii dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta.

8. Et laudavit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii hujus sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.

9. Et ego vobis dico: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

II. 10. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.

11. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?

12. Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis?

13. Nemo *a* servus potest duobus dominis servire: aut enim unum odiet, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo servire & mammonæ. *a Matth. 6. 24.*

14. Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant avari: & deridebant illum.

15. Et ait illis: Vos estis, qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

16. Lex *b*, & Prophetæ, usque ad Joannem: ex eo regnum Dei evangelizatur, & omnis in illud vim facit. *b Matth. 11. 12.*

17. Facilius *c* est autem cœlum, & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere. *c Matth. 5. 18.*

18. Omnis

ỳ. 7. *Centum coros tritici.* Corus tam aridorum quam liquidorum continet 80. libras Romanas.

ỳ. 8. *Et laudavit Dominus villicum iniquitatis.* Iniquum duplici nomine, quod, cum bona domini decoxisset, & debitoribus partem injuste condonasset. *Quia prudenter fecisset.* Callide; factum non laudat, sed ingenium. Sic in furibus quandoque ingenium laudamus. Ita quidem homo, qui vitam suam in voluptatibus hujus sæculi exigit, quique mox rationem se Deo redditurum videt, quod bona a Deo accepta misere decoxerit, nec præ corporis infirmitate fodere terram, seu carnem jejuniis & laboribus domare possit, nec præ pudore mendicare, aut duros pœnitentiæ labores subire, eo tandem se recipit, ut bona, sibi credita egenis largiatur. *Quia filii hujus sæculi.* Qui ad leges hujus sæculi vitam suam agunt. *Prudentiores.* Non absolute sunt prudentiores, sed in suo quique genere: siquidem aptas ad fines suos rationes magis accommodant. Nam ad fines sibi propositos & temporales majori prudentia & calliditate contendunt, quam filii lucis, justitiæ & veritatis legibus informati: illi in rebus suis gerendis sunt astutiores, quam isti in salute animæ quærenda.

ỳ. 9. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* De mammona iniquo: quia divites plerumque aut iniqui sunt, aut iniquorum hæredes. Vix enim fieri potest, inquit Hieron. ut divitiæ sine aliqua, si non injustitia, saltem iniquitate colligantur, cum eas ut nobis proprias tribuimus, & nimia cupiditate quærimus, vel retinemus. Sunt etiam divitiæ iniquæ, quod illæ ad iniquitatem nos solicitent, & corruptos cupiditate animos impellant. *Ut cum defeceritis.* Ex iis concludit Dominus quantum eleemosynarum largitio iis necessaria sit, qui bonis acceptis a Deo tamquam fideles œconomi male usi sunt; cum meritis suis cœlum consequi non possint, nec judicii divini experiri severitatem, opes suas in egenos conferunt. Neque eo sententia Domini trahenda, ut bona per injustitiam parta in eleemosynas erogentur, cum veris dominis restitui possunt. *Recipiant vos.* Nam si solus fueris, nec pauperum precibus adjutus, in supremo Dei judicio succumbas necesse est. Aug. L. 21. de civit. cap. 27. hanc sententiam. *Facite vobis*, &c. Hoc versu Virgilii contineri ait:

Quique sui memores alios fecere merendo:

Divitum est terra, pauperum est cœlum: date de vestro, ut illi tribuant vobis de suo.

ỳ. 10. *Qui fidelis est in minimo.* Alteram mox addit rationem, quo eleemosynæ necessitatem confirmat, quod ea sit velut fidelitatis nostræ probatio: adeo ut Deus majora bona, nempe spiritualia fidei nostræ committat, si in minimis simus fideles, in temporalibus sc. ea largiendo.

ỳ. 11. *Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis.* Primum divitiæ vocantur iniquæ, tum modicæ, & falsæ. *Quod verum est, quis dabit vobis?* Postremo alienæ, v. 12. *Et si in alieno fideles non fuistis.* Opes enim sunt perparva bona, nec magni eas facit, nisi qui se parvi æstimat. Sunt fallaces, & alienæ; falsam habent bonorum speciem, non rem ipsam. Quod si igitur in earum administratione fideles non fuerimus, quis veras, solidas, & cœlestes opes, nempe dona spiritalia nobis committet? quæ veræ & nostræ dicuntur divitiæ, quia perpetuæ, & explent animum? temporales alienæ dicuntur, quia ad tempus dantur.

ỳ. 13. *Nemo servus potest duobus dominis servire.* Qui præ amore pecuniæ non facit eleemosynam, hoc ipso probat se Christi servum non esse, ac pecuniam ut idolum colere. *Mammona* ממונא, est vox Syriaca, quam editio vulgata retinuit.

ỳ. 14. *Audiebant autem omnia hæc Pharisæi.* Hos Christus admonet pravam animorum dispositionem Deo perspectam esse, eosque falsa pietatis specie sibi & aliis illudere.

ỳ. 15. *Deus autem novit corda vestra*, iniqua, *quia quod hominibus altum*, seu eximium. Cum autem legis auctoritatem, quæ magnam bonorum temporalium copiam iis promittit, qui eam observant, in suæ avaritiæ patrocinium afferre possent, hanc exceptionem prævertit Dominus his verbis.

ỳ. 16. *Lex, & Prophetæ usque ad Joannem.* Lex cessavit & Prophetæ præsente Christo: hic non amplius eget præconibus, qui ejus adventum prænuntient. *Evangelizatur.* Ex quo venit Joannes, Evangelium pacis annuntiatur. *Et omnis in illud vim facit.* Qui hoc regnum adipisci volunt, vim sibi faciant, & cupiditates suas per denegationem sui & mortificationem inhibeant necesse est. Christus se Messiam esse, qui Legi & Prophetis novam affert lucem, his verbis declarat.

ỳ. 17. *Facilius est autem cœlum & terram præterire, quam de lege unum apicem cadere.* i. Non impleri seu inanem

18. Omnis *d*, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam a viro ducit, mœchatur.

III. 19. † Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & byssо: & epulabatur quotidie splendide.

20. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus,

21. Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.

22. Factum est autem, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

23. Elevans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & Lazarum in sinu ejus:

24. Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.

25. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

26. Et in his omnibus inter nos, & vos chaos magnum firmatum est: ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare.

27. Et ait: Rogo ergo te Pater, ut mittas eum in domum Patris mei.

28. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

29. Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & Prophetas: audiant illos.

30. At ille dixit: Non Pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

31. Ait autem illi: Si Moysen, & Prophetas non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.*

CAPUT XVII.

I. Vae minatur scandalizanti pusillos, 1. hortans ad fraternam charitatem, 3. fidem efficacem & humilitatem. 6. II. Decem leprosos mundat. 11. III. Dicit regnum gratiæ esse occultum, sed regnum gloriæ fore illustre, & inexpectato superventurum. 20.

1. Et ait ad discipulos suos: Impossibile est, ut non veniant scandala *a*: væ autem illi, per quem veniunt.

a Matth. 18. 7. Marc. 9. 41.

18. Ein jeglicher, der sein Weib von sich läßt, und nimmt eine andere, der bricht die Ehe: wer auch eine nimmt, die der Mann von sich gelassen hat, der bricht die Ehe.

III. 19. Es war ein reicher Mann, der kleidete sich mit Purpur, und köstlicher Leinwad: und hielt alle Tage herrliche Mahlzeit.

20. Es war auch ein Bettler, mit Namen Lazarus, der lag vor seiner Thür, und war voller Geschwäre,

21. Und er begehrte sich zu sättigen mit den Brosamen, die von des Reichen Tische fielen, und niemand gab sie ihm: aber die Hunde kamen, und leckten seine Geschwäre.

22. Es begab sich aber, daß der Arme starb, und ward von den Engeln in Abrahams Schoos getragen. Es starb aber auch der Reiche, und ward in die Hölle begraben.

23. Als er nun in der Quaal war, hub er seine Augen auf, und sah Abraham von ferne, und Lazarum in seinem Schoos:

24. Und er rief, und sprach: Vater Abraham, erbarme dich meiner, und sende Lazarum, daß er das Aeußerste seines Fingers ins Wasser tunke, und kühle meine Zunge: denn ich leide große Pein in dieser Flamme.

25. Und Abraham sprach zu ihm: Gedenke Sohn, daß du Gutes empfangen hast in deinem Leben, und Lazarus hat dagegen Böses empfangen: jetzt aber wird er getröstet, und du wirst gepeiniget.

26. Und über dieses alles ist zwischen uns und euch eine große finstere Kluft befestiget: also, daß diejenigen, welche gern von hinnen zu euch hinübergehen wollten, nicht können, noch von dannen zu uns herüberkommen.

27. Und er sprach: So bitte ich dich, Vater, daß du ihn sendest in meines Vaters Haus.

28. Denn ich habe fünf Brüder, damit er ihnen bezeuge, daß sie nicht auch kommen an diesen Ort der Quaal.

29. Und Abraham sprach zu ihm: Sie haben Moysen, und die Propheten: laß sie dieselbigen hören.

30. Er aber sprach: Nein Vater Abraham: sondern, wenn jemand von den Todten zu ihnen gienge, so werden sie Buße thun.

31. Aber er sprach zu ihm: Wenn sie Moysen, und die Propheten nicht hören: so werden sie auch nicht glauben, wenn schon jemand von den Todten würde auferstehen.

Das siebenzehente Capitel.

I. Jesus redet wider die Aergernisse, 1. und befiehlt die brüderliche Liebe, 3. den festen Glauben, und daß wir unsere gute Werke selbst nicht bedachten sollen. 6. II. Reiniget zehen aussätzige Männer. 11. III. Erklärt seine Ankunft, und Gnadenreich, auch seine andere Ankunft am jüngsten Tage. 20.

1. Und er sprach zu seinen Jüngern: Es ist unmöglich, daß keine Aergernissen kommen: aber wehe demselbigen, durch welchen sie kommen.

2. Es

---

inanem esse, quia Evangelio lex non extinguitur, quod Pharisæi mussitabant: nam divitiæ temporales, quas lex promittebat, non aliud quiddam erant, quam bonorum cœlestium umbræ & figuræ, quæ in Evangelio adimplentur.

℣. 19. *Homo quidam erat dives.* Historia sit, an parabola, dubitatur. Sed probabilius est historiam esse, cui adjuncta sit parabola, ut quod dives cum Abrahamo locutus fuerit, & eum rogaverit. Hanc vero historiam divitis epulonis adjecit Dominus, ut miserandam esse eorum conditionem, qui divitiis abundant, & in egenos sunt duri, velut oculis subjiceret. Divitem in hac vita describit, ut indutum purpura, qua reges uti solebant, & byssо, seu lino tenuissimo. Quo quidem nos admonet vix quemquam in hac vita simul, & in altera felicem esse posse, ac Deum divites creasse, ut pauperes sublevarent, & pauperes, qui divitibus saluti consulerent.

℣. 22. *Et portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* In locum quietis, seu limbum, cui præerat Abraham, qui est pater credentium, & filii ejus quasi in sinu Patris excipiuntur. *Mortuus est autem & dives.* Quæ sequuntur, figurate describuntur ad exemplum hujus mortalis vitæ.

℣. 24. *Clamans.* i. Vehementer desiderans.

℣. 25. *Recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Hic ordo est a Deo constitutus inter præsentem & futuram vitam, ut felicitas, tribulationes alterius vitæ, cruciatus, voluptates hujus sæculi excipiant. Græc. *Bona tua.* sc. Temporalia, in quibus summum bonum constituisti.

℣. 26. *Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est.* Gr. *Præter hæc omnia: Chaos magnum.* Gr. χάσμα, *hiatus*, seu inane, non maximum intervallum. *Firmatum est.* Decreto Dei non auferendum umquam. Legendum esse *chasma* in vulgata, non *chaos*, suspicatur Maldonatus.

℣. 27. *Rogo ergo.* Non voce, sed corde.

℣. 28. *Ut testetur illis.* De inferni suppliciis.

℣. 31. *Si Moysen, & Prophetas non audiunt.* Certior est Scripturæ & Ecclesiæ auctoritas quovis oculato teste: mortuo resurgenti non credet, qui Christo non credit.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Impossibile est, ut non veniant scandala.* Matth. 18. *Necesse est.* Posita hominum malitia impossibile est, ut non superveniant salutis impedimenta. Fieri non potest, quin herbæ inutiles nascantur inter segetes: eæ tamen, quantum fieri potest, sunt evellendæ.

2. Es wäre ihm nützer, daß ein Mühlstein an seinen Hals gehenket, und er ins Meer geworfen würde, dann daß er einen von diesen Geringen* ärgern sollte. * Kleinen.

3. Sehet euch für. Wenn dein Bruder wider dich sündiget, so strafe ihn: und wenn er Buße thut, so vergieb es ihm.

4. Und wenn er des Tages siebenmal wider dich sündiget, und siebenmal des Tages wiederum zu dir kömmt, und spricht: Es reuet mich: so verzeihe es ihm.

5. Und die Apostel sprachen zum HErrn: Vermehre uns den Glauben.

6. Der HErr aber sprach: Wenn ihr Glauben habt, wie ein Senfkorn, so werdet ihr zu diesem Maulbeerbaum sagen: Reisse dich aus, und übersetze dich ins Meer: und er wird auch gehorsam seyn.

7. Wer ist aber unter euch, der einen Knecht hat, der pflüget, oder das Vieh weidet, der zu ihm sage, wann er vom Feld wiederum kömmt: Geh alsbald hin, und setze dich zu Tische:

8. Und nicht vielmehr zu ihm sage: Richte zu, daß ich zu Abend esse, und schürze dich auf, und diene mir, so lang ich esse, und trinke, und darnach sollst du auch essen und trinken?

9. Danket er auch demselbigen Knecht, daß er gethan hat, was er ihm befohlen hatte?

10. Ich vermeyne es nicht. Also auch ihr, wann ihr alles gethan habt, was euch befohlen ist, so sprecht: Wir sind unnütze Knechte: wir haben gethan, was wir zu thun schuldig waren.

II. 11. Und es begab sich, da er gen Jerusalem reisete, zog er mitten durch Samariam, und Galiläam.

12. Und als er zu einem Flecken hineingieng, begegneten ihm zehen aussätzige Männer, die stunden von ferne:

13. Und sie erhoben ihre Stimme, und sprachen: JEsu, du Gebiether, erbarme dich unser.

14. Und als er sie sah, sprach er: Gehet hin, zeiget euch den Priestern. Und es begab sich, indem daß sie hineingiengen, wurden sie rein.

15. Einer aber aus ihnen, da er sah, daß er gereiniget war, kehrete wieder um, und lobete GOtt mit lauter Stimme,

16. Und er fiel auf sein Angesicht zu seinen Füßen, und dankte ihm. Und dieser war ein Samaritan.

17. JEsus aber antwortete, und sprach: Sind ihrer nicht zehen gereiniget worden? wo sind dann die neune?

18. Keiner ist gefunden, der wiederkehrte, und GOtt die Ehre gebe, dann dieser Fremdling.

19. Und er sprach zu ihm: Stehe auf, und gehe hin: dein Glaube hat dir geholfen.

III. 20. Da er aber von den Pharisäern gefraget ward: Wann kömmt das Reich GOttes? Antwortete er ihnen, und sprach: Das Reich GOttes kömmt nicht mit äußerlicher Wahrnehmung:

2. Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis.

3. Attendite vobis *b*. Si peccaverit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. *b Lev.* 19. 17. *Eccli.* 19. 13. *Matth.* 18. 15.

4. Et si septies in die peccaverit in te, & septies in die conversus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: dimitte illi.

5. Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem.

6. Dixit *c* autem Dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis. *c Matth.* 17. 19.

7. Quis autem vestrum habens servum arantem aut pascentem, qui regresso de agro, dicat illi: Statim transi, recumbe:

8. Et non dicat ei: Para, quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc tu manducabis, & bibes?

9. Numquid gratiam habet servo illi, quia fecit, quæ ei imperaverat?

10. Non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Servi inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

II. 11. Et factum est, † dum iret in Jerusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilæam. † *DOM. 3. POST PENTEC.*

12. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe:

13. Et levaverunt vocem, dicentes: Jesu, præceptor, miserere nostri.

14. Quos ut vidit, dixit *d*: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. *d Lev.* 14. 2.

15. Unus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum,

16. Et cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens. Et hic erat Samaritanus.

17. Respondens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt?

18. Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

19. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te salvum fecit.*

III. 20. Interrogatus autem a Pharisæis: Quando venit regnum Dei? Respondens eis, dixit: Non venit regnum Dei cum observatione:

21. Ne-

℣. 2. *Si lapis molaris imponatur circa collum ejus.* Frequens tum fuisse supplicium in Palæstina, ait Mariana.

℣. 3. *Et si pœnitentiam egerit, dimitte illi.* Cum agnoscit culpam & veniam petit; idque faciendum juxta prudentiæ, & fraternæ correctionis leges. *Increpa illum.* Admone. Ambr. *Plus enim proficit amici correptio, quam accusatio turbulenta; illa pudorem incutit, hæc indignationem movet . . . . infirmus enim custos diuturnæ benevolentiæ est timor: pudor autem bonus magister officii. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur; quem pudet facere, in naturam vertit . . . Pulchre autem posuit, si peccaverit in te: non enim æqua conditio in Deum, hominemque peccare.*

℣. 4. *Dimitte illi.* Ore & opere, corde autem ante pœnitentiam.

℣. 5. *Adauge nobis fidem.* Cum fiducia conjunctam: id jam erat magnæ fidei, petere a Christo, ut fidem perficeret in eorum cordibus, quod solus Deus præstare potest.

℣. 6. *Si habueritis fidem.* sc. Conjunctam cum fiducia.

℣. 10. *Servi inutiles sumus.* Deo quippe nemo utilis esse potest, per Dei gratiam servi boni & fideles sumus, sed ex nobis prorsus inutiles. Neque hinc sequitur justorum actiones omnes esse peccata: alioqui non dicerent: *Quod debuimus facere, fecimus.* Ac si præcepta divina servari nequeunt, non diceret Dominus: *Cum feceritis omnia, quæ præcepi vobis.* Et alibi cum, qui talenta Domini utiliter expenderat, non sic alloqueretur: *Euge serve bone*, &c. *Quod debuimus facere, fecimus.* Non propterea nobis obstrictus est Deus, uti nec herus servo, qui quod debuit facere, id fecit: sed nos tamen remunerat Deus, qui vitam æternam nobis promisit.

℣. 14. *Ite.* Sic allegorice destinat peccatores ad sacerdotes novæ legis, ut declarent, & curent lepram. S. Chrys. L. 3. de sacerdotio. *Ostendite vos sacerdotibus.* Uni ex sacerdotibus. Qui reversus est, Samaritanus erat, sed conjunctus cum aliis novem: nec forte omnes Samaritani erant Schismatici.

℣. 19. *Fides tua te salvum fecit.* A lepra liberavit: fidem aliorum non condemnat, sed ingrati animi labem.

℣. 20. *Quando venit regnum Dei?* Dandum per Messiam? Forte irridendi animo interrogabant Pharisæi, quod Christus frequenter appropinquare regnum Dei diceret: vel regnum Dei ponitur, pro Messia, seu rege venturo. *Cum observatione.* Cum pompa mundana & ostentatione, ut in regibus solet; neque cum iis signis, quæ expectatis. Subinde docet regnum suum longe diversum esse a terrenis, neque id temporibus subjici.

21. Neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim, regnum Dei intra vos est.

22. Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideretis videre unum diem Filii hominis: & non videbitis.

e Matth. 24. 23. Marc. 13. 21. 23. Et *e* dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.

24. Nam, sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea, quæ sub cœlo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua.

25. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac.

f Gen. 7. 7. Matth. 24. 37. 26. Et *f* sicut factum est in diebus Noë: ita erit & in diebus Filii hominis.

27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, usque in diem, qua intravit Noe in arcam: & venit diluvium, & perdidit omnes.

g Gen. 19. 25. 28. Similiter *g* sicut factum est in diebus Lot. Edebant, & bibebant: emebant, & vendebant: plantabant, & ædificabant.

29. Qua die autem exiit Lot a Sodomis, pluit ignem, & sulphur de cœlo, & omnes perdidit:

30. Secundum hæc erit, qua die Filius hominis revelabitur.

31. In illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa ejus in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro.

32. Memores estote uxoris Lot.

h Matth. 10. 39. Marc 8. 35. Supr. 9. 24. Joan. 12. 25. 33. Quicumque *h* quæsierit animam suam, salvam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, vivificabit eam.

i Matth. 24. 40. 34. Dico vobis *i*: In illa nocte erunt duo in lecto uno: unus assumetur, & alter relinquetur.

35. Duæ erunt molentes in unum: una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter relinquetur.

36. Respondentes dicunt illi: Ubi Domine?

37. Qui dixit illis: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAPUT XVIII.

I. Docet per parabolam de vidua importuna semper orandum. 1. Per parabolam vero de Pharisæo, & Publicano, quomodo sit orandum. 9. II. Pueros a se repelli vetat: divis, audito Christi consilio de omnibus relinquendis abit tristis. 15. III. Prædicit suam passionem, & cæcum illuminat. 31.

a Eccli. 18. 22. 1. Thess. 5. 17. 1. Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper *a* orare, & non deficere,

21. Man wird auch nicht sagen: Siehe hier, oder siehe dort. Denn siehe, das Reich GOttes ist inwendig in euch.

22. Und er sprach zu seinen Jüngern: Es werden die Tage kommen, daß ihr begehren werdet einen Tag, des Menschen Sohn zu sehen: und ihr werdet ihn doch nicht sehen.

23. Und sie werden zu euch sagen: Siehe hier, und siehe dort. Gehet nicht dahin, und folget nicht.

24. Denn, gleichwie der Blitz, der unter dem Himmel blicket, über alles leuchtet, was unter dem Himmel ist: also wird des Menschen Sohn an seinem Tag seyn.

25. Er muß aber zuvor viel leiden, und von diesem Geschlechte verworfen werden.

26. Und gleichwie es zugieng in den Tagen Noä: also wird es auch in den Tagen des Menschen Sohns zugehen.

27. Sie aßen, und tranken: sie nahmen Weiber, und wurden vermählet bis auf den Tag, da Noa zu der Arche hineingieng: und die Sündfluth kam, und brachte sie alle miteinander um.

28. Desgleichen, wie es zugieng in den Tagen Lots. Sie aßen, und tranken: sie kauften, und verkauften: sie pflanzten, und baueten.

29. Aber an dem Tage, da Lot aus Sodoma gieng, regnete es Feuer und Schwefel vom Himmel herab, und brachte sie alle miteinander um:

30. Auf diese Weise wird es auch gehen an dem Tage, wann des Menschen Sohn wird offenbaret werden.

31. In derselbigen Stunde, wer auf dem Dache ist, und seinen Hausrath im Hause hat, der steige nicht hinab, denselbigen hinwegzunehmen: imgleichen, wer auf dem Felde ist,, der kehre nicht wiederum zurück.

32. Gedenket an des Lots Weib.

33. Wer darnach trachten wird, daß er seine Seele erhalte, der wird sie verlieren: und wer sie verlieren wird, der wird sie lebendig machen.

34. Ich sage euch: In derselbigen Nacht werden zween auf einem Bette liegen: der eine wird aufgenommen, und der andere wird verlassen werden.

35. Zwo werden zusammen mahlen: die eine wird aufgenommen, und die andere wird verlassen werden. Zween werden auf dem Felde seyn: der eine wird aufgenommen, und der andere wird verlassen werden.

36. Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Wo da, HErr?

37. Und er sprach zu ihnen: Wo das Aas seyn wird, dahin werden sich auch die Adler versammeln.

Das achtzehente Capitel.

I. JESUS lehret vom Gebeth durch Gleichniß einer armen Wittwe: 1. Und eines bethenden Pharisäers, und Publicanen. 9. II. Er verheißet den kleinen Kindern den Himmel, 15. und denen, so ihm in Armuth nachfolgen, 22. III Weissaget von seinem Leiden, und macht einen Blinden sehend. 31.

1. Er sagte aber auch ein Gleichniß zu ihnen, daß man allezeit bethen müsse, und nicht aufhören,

2. Und

℣. 21. *Neque dicent.* Nec poterunt homines vere dicere, ecce in hoc, vel in illo loco regnat Messias. *Ecce enim, regnum Dei intra vos est.* Jam præsens adest: in medio vestri, vel intra vos id versatur. Tum venturum tempus prædicit discipulis, quo apostata grassante diem unum a persecutione vacuum videre cupient, cum Pseudoprophetæ ubique erunt.

℣. 24. *Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo.* Gr. Ex una cœli regione coruscans fulget usque in alteram. *Ita erit Filius hominis in die suo.* In novissimo die, cum ad judicandum venerit.

℣. 30. *Qua die Filius hominis revelabitur.* sc. In adventu secundo.

℣. 31. *Qui fuerit in tecto, &c.* Ne cujusquam rei amore teneamur, nos admonet. An forte de excidio urbis loquitur Christus?

℣. 34. *In illa nocte erunt duo in lecto uno.* Matth. 24. *In agro.* Utrumque Christus dixit. *Unus assumetur.* Ad regnum relicto altero.

℣. 35. *Duo erat molentes in unum.* i. Simul.

℣. 36. *Ubi Domine.* Quo Domine assumentur? regnum humanum fingebant animo.

℣. 37. *Ubicumque fuerit corpus.* Qua de re diximus Matth. cap. 24. sed tamen ubi Matthæus ponit πτῶμα, cadaver, Lucas habet σῶμα, corpus. *Illuc congregabuntur & aquilæ.* sc. Electi convolabunt ad Christum. Ambr. *Est etiam corpus, de quo dictum est: Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Vere aquilæ sunt, quæ alis circumvolant spiritalibus . . . Est etiam corpus Ecclesiæ, in qua per baptismi gratiam renovamur.*

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Dicebat — ad illos.* Nempe discipulos. *Quoniam oportet semper orare, & non deficere.* Quo sequens parabola spectat, perseverandum esse in oratione, *& non deficere.* Græc. Non tædio affici, aut animum despondere ob dilationem rei, quam petimus. Vox illa *semper*, non significat temporis continuationem, uti Euchitis visum est, ab oratione sic dictis, quod perpetuam orationem, & sine ulla intermissione faciendam protenderent. Sed perseverantiam, & constantiam in orando postulat: cum impossibile sit perpetuo sic vacare orationi, ut nullo tem-

2. Und sprach: Es war ein Richter in einer Stadt, der weder GOtt fürchtete, noch sich scheuete vor einigem Menschen.

3. Und es war eine Wittwe in derselbigen Stadt, die kam zu ihm, und sprach: Rette mich von meinem Widersacher.

4. Und er wollte lange Zeit nicht. Darnach aber sprach er bey sich selbst: Wiewol ich weder GOtt fürchte, noch mich scheue vor einigem Menschen:

5. Gleichwol, dieweil mir diese Wittwe so überlästig ist, so will ich sie retten: damit sie nicht endlich komme, und mich übel ausrichte.

6. Der HErr aber sprach: Höret, was der ungerechte Richter sagt:

7. Sollte dann GOtt seine Auserwählten nicht retten, die Tag und Nacht zu ihm rufen? und sollte er in ihrem Anliegen Geduld haben?

8. Ich sage euch: er wird sie ohne Verzug retten. Doch, wann des Menschen Sohn kommen wird, meynest du wohl, daß er Glauben finden werde auf Erden?

9. Er sagte auch zu etlichen, die auf sich selbst vertrauten, als wann sie gerecht wären, und verachteten die andern, dieses Gleichniß:

10. Zween Menschen giengen hinauf in den Tempel zu bethen: der eine war ein Pharisäer, und der andere ein Publican.

11. Der Pharisäer stund, und bethete bey sich selbst also: GOtt, ich danke dir, daß ich nicht bin wie andere Leute, Räuber, Ungerechte, Ehebrecher, oder auch wie dieser Publican:

12. Ich faste zweymal in der Woche, und gebe den Zehenden von allem, was ich habe.

13. Der Publican aber stund von ferne, und wollte seine Augen auch nicht aufheben gen Himmel: sondern schlug an seine Brust, und sprach: GOtt, sey mir Sünder gnädig.

14. Ich sage euch: dieser gieng gerechtfertiget hinab in sein Haus, vor jenem: denn ein jeglicher, der sich selbst erhöhet, der wird erniedriget werden: und wer sich selbst erniedriget, der wird erhöhet werden.

II. 15. Sie brachten auch junge Kinder zu ihm, daß er sie anrühren sollte. Da das die Jünger sahen, droheten sie denselbigen.

16. JEsus aber rief sie zusammen, und sprach: Lasset die Kinder zu mir kommen, und verbiethet es ihnen nicht: denn solcher ist das Reich GOttes.

17. Wahrlich sage ich euch: Wer das Reich GOttes nicht empfähet, wie ein Kind, der wird nicht hineinkommen.

18. Und ein Oberster fragte ihn, und sprach: Guter Meister, was soll ich thun, daß ich das ewige Leben erwerbe?

2. Dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur.

3. Vidua autem quædam erat in civitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo.

4. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem revereor:

5. Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne in novissimo veniens suggillet me.

6. Ait autem Dominus: Audite, quid judex iniquitatis dicit:

7. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte? & patientiam habebit in illis?

8. Dico vobis: quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas, inveniet fidem in terra?

9. Dixit † autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam: † *DOM. 10. POST PENTEC.*

10. Duo homines ascenderunt in templum, ut orarent: unus Pharisæus, & alter Publicanus.

11. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus:

12. Jejuno bis in Sabbato, decimas do omnium, quæ possideo.

13. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum levare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

14. Dico vobis: descendit hic justificatus in domum suam, ab illo: quia omnis, qui se exaltat *b*, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.° *b Matth. 23. 12. Supr. 14. 11.*

II. 15. Afferebant *c* autem ad illum & infantes, ut eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos. *c Matth. 19. 13. Marc. 10. 13.*

16. Jesus autem convocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei.

17. Amen dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

18. Et *d* interrogavit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciens, vitam æternam possidebo? *d Matth. 19. 16.*

temporis spatio intermittatur. August. Hæresi 54. quæ est Euchitarum, de hoc Domini præcepto, & eo Apostoli loco 1. Thessal. 5. *Sine intermissione orantes*, differens: *Sic*, inquit, *sanctissime accipitur, ut nullo die interponatur certa tempora orandi.* Idem Epist. 121. cap. 9. assiduam orationem intelligit perpetuum desiderium rerum cœlestium, quod certis temporum intervallis vocali etiam oratione ad Deum explicatur.

℣. 3. *Vindica me de adversario meo.* Jus meum tuearis adversus eum, qui judicio mecum certat.

℣. 5. *Ne in novissimo veniens suggillet me.* Ne tandem. Gr. *In finem*, perpetuo. *Suggilles me.* Obtundat, tædio afficiat, probris oneret. Vox enim Græca ὑπωπιάζῃ, faciem pugnis tundere significat; ne in furorem versa manibus & unguibus involet in faciem meam.

℣. 6. *Quid judex iniquitatis.* i. Plane iniquus.

℣. 7. *Clamantium.* Pro sui liberatione. *Et patientiam habebit in illis?* Erasmus vertit e Græco, *etiam cum patiens fuerit in illis*, quantumcumque distulerit vindictam, tamen aliquando vindicabit: nam participium in Græco textu ut futurum recte accipitur.

℣. 8. *Quia cito faciet vindictam illorum.* Possunt electi petere a Deo ultionem impiorum, ut emendentur, aut potestas nocendi iis eripiatur; vel posita eorum impœnitentia: ut Apoc. 6. *Vindica sanguinem nostrum*, veniens in secundo adventu, uti ex præcedentibus liquet. *Inveniet fidem.* Constantem & charitate firmatam, ut Matth. 24. *Refrigescet charitas multorum;* non quod deficiat prorsus fides, sed quia erit admodum rara, & paucos inveniet, in quibus sit perfecta fides.

℣. 9. *Dixit autem & ad quosdam.* De quibusdam. *Qui in se confidebant.* Ut prior parabola perseverantiam, sic ista humilitatem in oratione exigit: ex Græco: Qui sibi ipsis persuaserant se justos esse. Seu historia sit, seu parabola, quæ pro exemplo ad alios homines accommodari potest.

℣. 11. *Hæc apud se orabat.* Oratione generatim accepta, ut gratiarum actionem, & sublatum in Deum animum comprehendit.

℣. 12. *Sabbato.* Qualibet hebdomada. *Decimas do.* Dare consuevi.

℣. 14. *Descendit hic justificatus in domum suam ab illo.* Post orationem in templo factam. *Justificatus ab illo.* Præ illo, plus quam Pharisæus.

℣. 15. *Increpabant eos.* Qui offerebant.

℣. 17. *Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer.* Ea simplicitate, & docilitate, qua puer ille. *Quidam princeps.* Vir primarius, magistratu insignis, Matth. 19.

19. Dixit autem ei Jesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus.

20. Mandata nosti *e*: Non occides: non mœchaberis: non furtum facies: non falsum testimonium dices: honora patrem tuum, & matrem. *e Exod. 20. 13.*

21. Qui ait: Hæc omnia custodivi a juventute mea.

22. Quo audito, Jesus ait ei: Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.

23. His ille auditis, contristatus est: quia dives erat valde.

24. Videns autem Jesus illum tristem factum, dixit: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

25. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei.

26. Et dixerunt, qui audiebant: Et quis potest salvus fieri?

27. Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

28. Ait autem Petrus: Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

29. Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei,

30. Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.

✝ *DOM. QUINQUAG.* III. 31. ✝ Assumpsit *f* autem Jesus duodecim, & ait illis: Ecce, ascendimus Jerosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis: *f Matth. 20. 17.*

32. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: *Marc. 10. 32.*

33. Et postquam flagellaverint, occident eum, & tertia die resurget.

34. Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur.

35. Factum *g* est autem, cum appropinquaret Jericho, cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. *g Matth. 20. 29. Marc. 10. 46.*

36. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset?

37. Dixerunt autem ei, quod Jesus Nazarenus transiret.

38. Et clamavit, dicens: Jesu, fili David, miserere mei.

39. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili David, miserere mei.

40. Stans autem Jesus jussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogavit illum,

41. Dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, ut videam.

42. Et Jesus dixit illi: Respice, fides tua te salvum fecit.

19. JEsus aber sprach zu ihm: Was nennest du mich gut? niemand ist gut, als GOtt allein.

20. Du weißt ja die Gebothe: Du sollst nicht tödten: du sollst nicht ehebrechen: du sollst nicht stehlen: du sollst kein falsches Zeugniß reden: du sollst deinen Vater, und deine Mutter ehren.

21. Er sprach: Dieses alles habe ich von meiner Jugend auf gehalten.

22. Da JEsus das hörete, sprach er zu ihm: Eines mangelt dir noch. Verkaufe alles, was du hast, und gieb es den Armen, so wirst du einen Schatz im Himmel haben: und komm, und folge mir nach.

23. Als er das hörete, ward er traurig: denn er war sehr reich.

24. Da nun JEsus sah, daß er war traurig worden, sprach er: Wie schwerlich werden die, so Geld haben, in das Reich GOttes eingehen.

25. Denn es ist leichter, daß ein Cameel durch ein Nadelohr gehe, als daß ein Reicher ins Reich GOttes eingehe.

26. Da sprachen die, welche das höreten: Wer kann dann selig werden?

27. Und er sprach zu ihnen: Was bey den Menschen unmöglich ist, das ist bey GOtt möglich.

28. Petrus aber sprach: Siehe, wir haben alles verlassen, und sind dir nachgefolget.

29. Und er sprach zu ihnen: Wahrlich sage ich euch, es ist keiner, der sein Haus verlassen hat, oder seine Aeltern, oder seine Brüder, oder sein Weib, oder seine Kinder um des Reichs GOttes willen,

30. Der nicht viel mehr wiederum bekommen werde in dieser Zeit, und in der künftigen das ewige Leben.

III. 31. JEsus aber nahm die Zwölfe zu sich, und sprach zu ihnen: Sehet, wir gehen hinauf gen Jerusalem, und es wird alles vollzogen werden, was von des Menschen Sohn durch die Propheten geschrieben ist:

32. Denn er wird den Heyden überantwortet, und verspottet, und gegeißelt, und verspyen werden:

33. Und nachdem sie ihn werden gegeißelt haben, so werden sie ihn tödten, und er wird am dritten Tage wiederum auferstehen.

34. Sie aber verstunden keines von diesen Dingen, und das Wort war von ihnen verborgen, und sie begriffen es nicht, was da gesagt ward.

35. Es begab sich aber, da er nahe bey Jericho kam, saß ein Blinder am Wege, und bettelte.

36. Und da er das Volk hörete, das vorübergieng, fragte er, was das wäre?

37. Sie sagten ihm aber, daß JEsus von Nazareth vorübergienge.

38. Und er rief, und sprach: JEsu, du Sohn Davids, erbarme dich meiner.

39. Die aber vorangiengen, bedroheten ihn, daß er schweigen sollte. Er aber schrie viel lauter: Du Sohn Davids, erbarme dich meiner.

40. JEsus aber stund still, und befahl, ihn zu sich zu führen. Und als er nahe zu ihm kam, fragte er ihn,

41. Und sprach: Was willst du, daß ich dir thun soll? Er aber sprach: HErr, daß ich sehen möge.

42. Und JESUS sprach zu ihm: Siehe auf, dein Glaube hat dir geholfen.

43. Und

℣. 22. *Venite — da pauperibus — veni, sequere me.* Hæc ad perfectionem ducunt, mandata servare, omnia pro Deo relinquere, & paratum esse pro eo cuncta pati, quod est sequi Christum.

℣. 25. *Facilius per foramen acus.* Quod sc. acus habet, facit. *Quam divitem.* Divitiis animo & affectu immersum.

℣. 27. *Impossibilia — apud homines.* Naturaliter nempe. *Possibilia apud Deum.* sc. Divina virtute, seu viribus supernaturalibus.

℣. 31. *Ecce, ascendimus Jerosolymam.* Hæc dicta esse a Domino post festum tabernaculorum, cum ultra Jordanem esset, admodum est probabile. Id vero prædixit Apostolis, ut eorum animos confirmaret, seque ultro mortem pati ostenderet.

℣. 35. *Cum appropinquaret Jericho.* Ex quo id colligi potest, Christum ex regione ultra Jordanem prope Bethabaram, ubi Joannes olim baptizabat, profectum, & Jordane transmisso appropinquasse Jericho. *Cæcus quidam sedebat secus viam.* Id factum dicunt Matthæus cap. 20. & Marcus cap. 10. cum Jesus egrederetur: aut forte Christus paulo post reversus est in urbem, & ingrediens cæcum sanavit; vel denique alium ingrediens urbem, alium egrediens sanavit; ac posterior erat filius Timæi nomine *Bartimæus*, ex Marco cap. 10. nec mirum, si Matthæus duorum meminerit, *& ecce duo cæci*, Marcus unius tantum, quem noverat. Matthæus duos commemorat, quorum unus visum recuperavit, cum Dominus ad urbem accederet, ex Luca; Marcus illius tantum mentionem fecit, qui notior erat.

43. Und er ward alsbald sehend, und folgte ihm nach, und preisete GOtt. Und alles Volk, so dieses sah, lobete GOtt.

Das neunzehente Capitel.

I. Zachäus bekehrt sich zu Christo. 1. II. JEsus predigt durch das Gleichniß der zehen Pfunde. 11. III. Hält seinen Einritt in die Stadt Jerusalem. 29. IV. Kömmt in den Tempel, und lehret das Volk. 45.

1. Und er zog hinein, und gieng durch Jericho.
2. Und siehe, es war ein Mann da, mit Namen Zachäus: derselbige war ein Oberster der Publicanen, und er war reich.
3. Und er begehrte JEsum zu sehen, wer er wäre: und konnte nicht vor dem Volke: denn er war klein von Person.
4. Und er lief vorhin, und stieg auf einen wilden Feigenbaum, damit er ihn sehe: denn allda sollte er vorübergehen.
5. Und als JEsus zu demselbigen Ort kam, schauete er hinauf, und sah ihn, und sprach zu ihm: Zachäe, steig eilends herab: denn heute muß ich in deinem Hause bleiben.
6. Und er stieg eilends hinab, und empfieng ihn mit Freuden.
7. Und da alle das sahen, murreten sie darüber, und sagten, daß er bey einem Sünder hätte eingekehret.
8. Zachäus aber stund, und sprach zum HErrn: Siehe, HErr, die Hälfte meiner Güter gebe ich den Armen: und so ich jemand betrogen habe, das gebe ich vierfältig wiederum.
9. Und JEsus sprach zu ihm: Heute ist diesem Hause Heyl wiederfahren: darum, daß er auch ein Sohn Abrahams ist.
10. Denn des Menschen Sohn ist gekommen zu suchen, und selig zu machen, das verlohren war.
II. 11. Als sie dieses nun höreten, fuhr er fort, und sagte ein Gleichniß: dieweil er nahe bey Jerusalem war: und weil sie vermeynten, daß alsobald das Reich GOttes sollte offenbar werden.
12. Derowegen sagte er: Ein edler Mann zog in ein fernes Land, ein Reich für sich einzunehmen, und hernach wiederum zu kommen.
13. Und er forderte zehen seiner Knechte zu sich, und gab ihnen zehen Pfund, und sprach zu ihnen: Handelt, bis daß ich wiederum komme.
14. Aber seine Bürger haßten ihn, und schickten ihm Gesandten nach, und sprachen: Wir wollen nicht, daß dieser über uns herrschen soll.
15. Und es begab sich, daß er wiederum kam, nachdem er das Reich eingenommen hatte: und er befahl die Knechte zu berufen, denen er das Geld gegeben hatte, damit er wüßte, wie viel ein jeglicher in der Handlung gewonnen hätte.
16. Da kam der erste, und sprach: Herr, dein Pfund hat zehen Pfunde gewonnen.
17. Und er sprach zu ihm: Ey du frommer Knecht,

43. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo.*

CAPUT XIX.

I. Ad Zachæum divertit. 1. II. Parabolam refert de minis. 11. III. Intrans Jerosolymam, flet super illam. 29. IV. Ingressus in templum, ejicit ementes, ac vendentes. 45.

1. Et † ingressus perambulabat Jericho. † *IN DIE. DIC. ECCLES.*
2. Et ecce, vir nomine Zachæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives.
3. Et quærebat videre Jesum, quis esset: & non poterat præ turba: quia statura pusillus erat.
4. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum: quia inde erat transiturus.
5. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.
6. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.
7. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem divertisset.
8. Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum.
9. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse filius sit Abrahæ.*
10. Venit *a* enim Filius hominis quærere, & salvum facere, quod perierat.* *a Matth. 18. 12.*
II. 11. Hæc illis audientibus adjiciens dixit parabolam: eo quod esset prope Jerusalem: & quia existimarent, quod confestim regnum Dei manifestaretur.
12. Dixit ergo: *b* † Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. *b Matth. 25. 14.* † *UNUS CONF. NON PONTIF.*
13. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini, dum venio.
14. Cives autem ejus oderunt eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.
15. Et factum est, ut rediret accepto regno: & jussit vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret, quantum quisque negotiatus esset.
16. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit.
17. Et ait illi: Euge bone serve, quia in modico

CAPUT XIX.

℣. 2. *Et hic princeps erat publicanorum.* Pluribus publicanis præfectus. Ambr. *Et ipse dives: ut scias, non omnes divites avaros, & discant divites, non in facultatibus crimen hærere, sed in iis, qui uti nesciant facultatibus: nam divitiæ ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutis.*

℣. 4. *Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum.* In arborem moro similem, quoad folia, & ficui, propter fructus: de qua Amos Propheta. Plinius ficum Ægyptiam vocat: eadem vox significat ficum fatuam, cum scribitur per *ω*, sed scripta per *o*, designat arborem moro similem, ut docet Mariana.

℣. 7. *Cum viderent omnes.* i. Plurimi.

℣. 8. *Do pauperibus.* Dare constitui. *Et si quem defraudavi.* Gr. Si quid per calumniam eripui. *Reddo quadruplum.* Utrumque necessarium est iis, qui per injustitiam aliena ceperunt, ut injuste ablata restituant, & ex ablatis detrimenta; atque ut peccata sua eleemosynis redimant: propositum forte suum & affectum declarat Zachæus, non quod antea id effecerit. *Et si quem defraudavi.* Ambr. *Iterum enim non sat est, nec habet gratiam liberalitas, si injuria perseverat, quia non spolia, sed dona quæruntur.*

℣. 9. *Eo quod sit filius.* Fide, electione, & felicitate.

℣. 11. *Quod regnum Dei manifestaretur.* Seu Christum in terra regnaturum.

℣. 12. *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam.* Hæc parabola ut in multis similis sit parabolæ, quæ Matth. 25. habetur, alio tamen & loco & tempore prolata fuit, & in multis differt ab illa parabola, quæ Matth. 25. dicta est Jerosolymæ: hæc ante ingressum in urbem. *Mna* juxta quosdam est libræ semisse, juxta alios 100. drachmas continet, libra vero 104.

℣. 13. *Negotiamini.* Date operam lucro.

℣. 14. *Cives autem ejus oderant eum.* Judæi ejusdem generis & tribus Christum regem recusarunt: *Non habemus regem nisi Cæsarem.* Multas excitarunt adversus Ecclesiam persecutiones.

℣. 15. *Quantum quisque negotiatus.* i. Negotiando lucratus fuisset.

modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates.

18. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas.

19. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates.

20. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario:

21. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis, quod non posuisti: & metis, quod non seminasti.

22. Dicit ei: De ore tuo te judico, serve nequam. Sciebas, quod ego homo austerus sum, tollens, quod non posui, & metens, quod non seminavi:

23. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum usuris utique exegissem illam?

24. Et astantibus, dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet.

25. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.

c Matth. 13. 12. & 25. 29. *Marc.* 4. 25. *Supr.* 8. 18.

26. Dico *c* autem vobis: Quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

27. Verumtamen inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

28. Et his dictis, præcedebat ascendens Jerosolymam.

d Matth. 21. 1. *Marc.* 11. 1.

III. 29. Et factum est *d*, cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam ad montem, qui vocatur Oliveti, misit duos discipulos suos,

30. Dicens: Ite in castellum, quod contra est, in quod introeuntes, invenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo umquam hominum sedit: solvite illum, & adducite.

31. Et si quis vos interrogaverit: Quare solvistis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam ejus desiderat.

32. Abierunt autem, qui missi erant, & invenerunt, sicut dixit illis, stantem pullum.

33. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos: Quid solvitis pullum?

34. At illi dixerunt: Quia Dominus eum necessarium habet.

e Joan. 12. 14.

35. Et *e* duxerunt illum ad Jesum, & jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Jesum.

36. Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.

37. Et cum appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus,

38. Dicentes: Benedictus, qui venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in excelsis.

39. Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.

40. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

dieweil du im Geringen * treu gewesen bist, so sollst du über zehen Städte Gewalt haben. * Schlechten.

18. Und der andere kam, und sprach: Herr, dein Pfund hat fünf Pfunde zuwegegebracht.

19. Da sprach er auch zu diesem: Und du sollst über fünf Städte seyn.

20. Da kam ein anderer, und sprach: Herr, siehe da ist dein Pfund, das ich in meinem Schweistuch hingeleget, und behalten habe:

21. Denn ich habe mich vor dir gefürchtet, dieweil du ein strenger Mensch bist: du nimmst, das du nicht hingeleget hast: und ärntest, das du nicht gesäet hast.

22. Und er sprach zu ihm: Aus deinem Munde richte ich dich, du schalkhaftiger Knecht. Wußtest du, daß ich ein strenger Mann bin, daß ich nehme, was ich nicht hingelegt habe, und ärnte, was ich nicht gesäet habe:

23. Warum hast du dann mein Geld nicht auf die Wechselbank gegeben, daß ich es ja, wann ich gekommen wäre, mit Wucher wiederum gefordert hätte?

24. Und er sprach zu denen, die dabeystunden: Nehmet das Pfund von ihm, und gebet es dem, der zehen Pfund hat.

25. Und sie sprachen zu ihm: Herr, er hat zehen Pfund.

26. Ich sage euch aber: Einem jeglichen, der da hat, dem wird man geben, und er wird Ueberfluß haben: wer aber nicht hat, von dem wird man auch nehmen, was er hat.

27. Aber jene meine Feinde, die nicht wollten, daß ich über sie herrschen sollte, führet herzu, und erwürget sie vor mir.

28. Und als er dieses gesagt hatte, gieng er vor ihnen her, und reisete hinauf gen Jerusalem.

III. 29. Und es begab sich, als er nahe gen Bethphage, und Bethanien gekommen war, an den Berg, den man den Oelberg nennet, sandte er zween seiner Jünger hin,

30. Und sprach: Gehet hin in den Flecken, der gegen euch überliegt, und wann ihr hineinkommt, so werdet ihr ein Füllen der Eselinn angebunden finden, auf welchem noch kein Mensch gesessen ist: löset dasselbige auf, und bringet es hieher.

31. Und so euch jemand fraget: Warum löset ihr es auf? so saget also zu ihm: Der HErr begehrt seines Dienstes.

32. Sie giengen aber hin, die gesandt waren, und fanden das Füllen stehen, wie er ihnen gesagt hatte.

33. Da sie aber das Füllen auflöseten, sprachen die zu ihnen, denen es zugehörete: Warum löset ihr das Füllen auf?

34. Sie aber sprachen: Der HErr hat seiner vonnöthen.

35. Und sie führten es zu JESU, und warfen ihre Kleider auf das Füllen, und setzten JEsum darauf.

36. Da er aber fortzog, breiteten sie ihre Kleider auf den Weg.

37. Und als er nun dahinnahete, da man den Oelberg hinabgehet, fieng die ganze Schaar seiner Jünger an mit Freuden, und mit lauter Stimme GOtt zu loben, von wegen aller Wunderthaten, die sie gesehen hatten,

38. Und sprachen: Gebenedeyet sey der König, der da kömmt im Namen des HErrn, Friede sey im Himmel, und Ehre in der Höhe.

39. Und etliche der Pharisäer sprachen aus dem Volk zu ihm: Meister, strafe deine Jünger.

40. Und er sprach zu ihnen: Ich sage euch, wo diese schweigen, so werden die Steine rufen.

41. Und

℣. 20. *Ecce mna tua.* Quam habui repositam in sudario. Hoc dicunt, qui amore otii, & laboris metu, sibi solis vivere amant.

℣. 21. *Quia homo austerus.* Sic calumniando Dominum.

℣. 22. *Sciebas, quod ego homo austerus sum.* Quasi plura exigat Deus, quam humana fert infirmitas.

℣. 23. *Ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam? Usuras* vocat lucrum omne supra sortem, sive justum ex negotiatione, sive injustum ex mutuo. Ambr. *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? non nostræ, sed suæ pecuniæ quærit usuram.*

℣. 26. *Omni habenti dabitur.* i. Bene utenti dabitur. *Qui non habet.* Quod debet habere.

℣. 35. *Vestimenta sua.* Superiora seu pallia, quæ etiam substernebant in via, laudantes Deum de cunctis virtutibus, seu miraculis.

℣. 38. *Pax in cœlo, & gloria in excelsis.* De cœlo sit pax vobis. *Et gloria in excelsis.* Glorificetur Deus, qui habitat in excelsis. Messiam potentem expectabant, & glorioſum regnum; expectationi suæ vota respondebant.

℣. 40. *Lapides clamabunt.* Hyperbolica locutio in proverbium usitata.

41. Und als er nahe hinzukam, sah er die Stadt an, und weinte über sie, und sprach:

42. Wenn du es auch erkenntest, und zwar in diesem deinem Tag, der dir zum Frieden ist: aber nun ist es vor deinen Augen verborgen.

43. Denn es werden die Tage über dich kommen, daß dich deine Feinde mit einem Wall umgeben, und rings herum belagern werden, und dich von allen Seiten beängstigen:

44. Und sie werden dich zur Erde schleifen, und deine Kinder, die in dir sind: und werden in dir keinen Stein auf dem andern lassen: darum, daß du die Zeit deiner Heimsuchung nicht erkannt hast.

IV. 45. Und er gieng in den Tempel, und fieng an auszutreiben, die darinnen verkauften, und kauften,

46. Und er sprach zu ihnen: Es stehet geschrieben: Mein Haus ist ein Bethhaus. Ihr aber habt es zur Mördergrube gemacht.

47. Und er lehrete täglich im Tempel. Aber die Hohenpriester, und Schriftgelehrten, samt den Obersten des Volks stellten ihm nach, daß sie ihn umbrächten:

48. Und sie fanden nicht, was sie ihm thäten. Denn das ganze Volk hieng ihm an, und hörete ihn.

Das zwanzigste Capitel.

I. JEsus weiset die Juden ab mit der Gegenfrage von der Taufe Johannis. 1. II. Prediget ihnen durch das Gleichniß der mörderischen Weingärtner. 9. III. Beantwortet die Frage vom kayserlichen Zinsgroschen. 20. IV. Lehret die Auferstehung der Todten wider die Sadducäer: 27. Und daß er Davids Sohn, und der HErr sey, wider die Pharisäer. 41.

1. Und es begab sich an einem derselbigen Tagen, als er das Volk im Tempel lehrete, und das Evangelium predigte, daß die Hohenpriester, und Schriftgelehrten, samt den Aeltesten zusammenkamen.

2. Und sie sagten zu ihm, sprechend: Sage uns, aus was Macht thust du diese Dinge? Oder: wer ist derjenige, der dir diese Macht gegeben hat?

3. JEsus aber antwortete, und sprach zu ihnen: Ich will euch auch um ein Wort fragen. Gebet mir Antwort.

4. Die Taufe Johannis, war sie vom Himmel, oder von den Menschen?

5. Sie aber gedachten bey sich selbst, und sprachen: Sagen wir vom Himmel, so wird er sagen: Warum habt ihr dann nicht geglaubt?

6. Sagen wir aber von den Menschen, so wird uns das ganze Volk steinigen: denn sie halten es für gewiß, daß Johannes ein Prophet sey.

7. Und sie antworteten, sie wüßten es nicht, woher sie wäre.

8. Da sprach JEsus zu ihnen: So sage ich euch auch nicht, aus was Macht ich diese Dinge thue.

II. 9. Er fieng aber an zu dem Volke dieses Gleichniß zu sagen: Ein Mensch pflanzte einen Weinberg, und verlehnete ihn etlichen Bauleuten: und er hielt sich eine lange Zeit in fremden Landen auf.

10. Und da es Zeit war, sandte er einen Knecht zu den Bauleuten, daß sie ihm von der Frucht des Weinbergs lieferten. Aber sie schlugen ihn, und ließen ihn leer von sich hingehen.

41. Et ✝ ut appropinquavit, videns civitatem flevit super illam, dicens: ✝ *DOM. 9. POST PENTEC.*

42. Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique:

44. Et ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt: *f* & non relinquent in te lapidem super lapidem: eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ. *f Matth. 24. 2. Marc. 13. 2. Infr. 21. 6.*

IV. 45. Et *g* ingressus in templum, cœpit ejicere vendentes in illo, & ementes, *g Matth. 21. 12.*

46. Dicens illis: Scriptum est: *h* Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. *Marc. 11. 15. h Isai. 36. 7. Jerem. 7. 11.*

47. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere:

48. Et non inveniebant, quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

CAPUT XX.

I. Non dedit Judæis, qua potestate hæc faciat, quia nec ille respondebant ad propositam de Joannis baptismo quæstionem. 1. II. Parabolam refert de vinitoribus. 9. III. Respondet de tributo Cæsari dando. 20. IV. Sadducæos resurrectionem docet: 27. Et contra Pharisæos Christum Filium esse David & Dominum. 41.

1. Et factum est in una dierum, *a* docente illo populum in templo, & evangelizante, convenerunt principes sacerdotum, & Scribæ cum senioribus. *a Matth. 21. 23. Marc. 11. 17.*

2. Et ajunt dicentes ad illum: Dic nobis, in qua potestate hæc facis? Aut: quis est, qui dedit tibi hanc potestatem?

3. Respondens autem Jesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego unum verbum. Respondete mihi.

4. Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?

5. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi?

6. Si autem dixerimus, ex hominibus, plebs universa lapidabit nos: certi sunt enim, Joannem Prophetam esse.

7. Et responderunt, se nescire, unde esset.

8. Et Jesus ait illis: Neque ego dico vobis, in qua potestate hæc facio.

II. 9. Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: *b* Homo plantavit vineam, & locavit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus. *b Isai. 5. 1. Jerem 2. 21. Matth. 21. 33. Marc. 12. 1.*

10. Et in tempore misit ad cultores servum, ut de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem.

11. Et

℣. 42. *Quia*, vox *quia*, videtur abundare. O si scires! sicut ego cognosco. *Quæ ad pacem tibi.* Quæ ad salutem tuam pertinent, hoc ipso tempore, fleres tua scelera & lacrymis expungeres tua delicta.

℣. 43. *Venient in te.* Tibi, super te. *Circumdabunt te inimici tui vallo.* Tempore obsidionis sub Tito: ita ut nemini pateat exitus. Josephus L. 6. cap. 13. de bello Judaico.

℣. 44. *Et non relinquent in te lapidem super lapidem.* Funditus everteris, hyperbole: sed civitas alio translata est.

℣. 45. *Cœpit ejicere.* Et hoc alio die factum narrat Marcus, cap. 13. post ficum arefactam. *Deus templum suum non mercatoribus vult esse diversorium, sed domicilium sanctitatis; nec vendibili religionis officio, sed obsequio gratuito usum ministerii sacerdotalis informat.* Ambr.

℣. 48. *Suspensus.* Ab ore ejus pendebat.

CAPUT XX.

℣. 4. *Baptismus Joannis de cœlo erat, an ex hominibus?* i. Num authoritate Divina, an humana baptizavit? Qua potestate id faceret Dominus, quæstionem alia quæstione solvit de baptismo Joannis proposita, ex cujus solutione pendebat solutio quæstionis ab iis propositæ. Si dixisset Christus, se hanc potestatem a Deo accepisse, statim excepissent, idipsum a Pseudoprophetis dici solitum; si miracula protulisset, hæc diabolo adscribebant.

℣. 6. *Certi sunt enim; Joannem prophetam esse.* Nam iis persuasum est, Joannem habendum esse ut prophetam.

℣. 9. *Cœpit dicere ad plebem.* i. Conversus ad eam. *Plantavit vineam. Quid ergo illis faciet dominus vineæ?* Pulchre interrogat, ut sua seipsi damnent sententia . . . *Agricola quippe Pater, vitis est Christus, at vero nos palmites, qui nisi fructum feramus in Christo, cultoris æterni falce succidemur.* Ambros.

11. Et addidit alterum servum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumeliâ, dimiserunt inanem.

12. Et adjecit tertium mittere: qui & illum vulnerantes ejecerunt.

13. Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum: forsitan, cum hunc viderint, verebuntur.

14. Quem cum vidissent coloni, cogitaverunt intra se, dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, ut nostra fiat hæreditas.

15. Et ejectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?

16. Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixerunt illi: Absit.

17. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: *c* Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?

c Ps. 117. 22. *Isai.* 28. 16. *Matth.* 21. 42. *Actor.* 4. 11. *Rom.* 9. 33. 1. *Pet.* 2. 7.

18. Omnis, qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum.

19. Et quærebant principes sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognoverunt enim, quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc.

d Matth. 22. 15. *Marc.* 12. 13.

III. 20. Et *d* observantes miserunt insidiatores, qui se justos simularent, ut caperent eum in sermone, ut traderent illum principatui, & potestati præsidis.

21. Et interrogaverunt eum, dicentes: Magister, scimus, quia recte dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces:

22. Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?

23. Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis?

24. Ostendite mihi denarium: cujus habet imaginem, & inscriptionem? Respondentes dixerunt ei: Cæsaris.

e Rom. 13. 7.

25. Et ait illis: *e* Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

26. Et non potuerunt verbum ejus reprehendere coram plebe: & mirati in responso ejus, tacuerunt.

f Matth. 22. 23. *Marc.* 12. 18.

IV. 27. Accesserunt *f* autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogaverunt eum,

28. Dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: *g* Si frater alicujus mortuus fuerit, habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, ut accipiat eam frater ejus uxorem, & suscitet semen fratri suo.

g Deut. 25. 5.

11. Darüber sandte er noch einen andern Knecht. Sie aber schlugen denselbigen auch, und schmäheten ihn, und ließen ihn leer von sich hingehen.

12. Ferner sandte er auch den dritten: denselbigen verwundeten sie auch, und stießen ihn hinaus.

13. Da sprach der Herr des Weinbergs: Was soll ich thun? Ich will meinen geliebten Sohn schicken: vielleicht, wann sie denselbigen sehen, werden sie sich scheuen.

14. Als ihn aber die Bauleute sahen, gedachten sie bey sich selbst, und sprachen: Dieser ist der Erbe, lasset uns denselbigen tödten, daß die Erbschaft auf uns komme.

15. Und sie stießen ihn zum Weinberge hinaus, und tödteten ihn. Was wird ihnen nun der Herr des Weinbergs thun?

16. Er wird kommen, und wird diese Bauleute umbringen, und seinen Weinberg andern geben. Da sie das höreten, sprachen sie: Das sey ferne.

17. Er aber sah sie an, und sprach: Was ist dann das, so geschrieben stehet: Der Stein, den die Bauleute verworfen haben, derselbige ist zum Eckstein worden?

18. Wer auf diesen Stein fallen wird, der wird zerstoßen werden: auf welchen er aber fallen wird, den wird er zerschmettern.

19. Und die Hohenpriester, samt den Schriftgelehrten, trachteten zur selbigen Stunde, die Hände an ihn zu legen: aber sie fürchteten sich vor dem Volke: denn sie hatten verstanden, daß er dieses Gleichniß auf sie geredet hätte.

III. 20. Und sie gaben acht auf ihn, und sandten Leute aus, die ihm nachstellten, und sich annahmen, als wären sie gerecht, auf daß sie ihn in der Rede bestrickten*, damit sie ihn der hohen Obrigkeit, und des Landpflegers Gewalt überantworten möchten. * fienarn.

21. Und sie fragten ihn, und sprachen: Meister, wir wissen, daß du recht redest, und lehrest: du siehest auch die Person nicht an, sondern lehrest den Weg GOttes in der Wahrheit:

22. Ist es uns zulässig, daß wir dem Kayser Zins geben, oder nicht?

23. Er aber merkte ihre List, und sprach zu ihnen: Was versuchet ihr mich?

24. Zeiget mir den Groschen: wessen Bild, und Ueberschrift hat er? Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Des Kaysers.

25. Und er sprach zu ihnen: So gebet dem Kayser, was des Kaysers ist: und GOtt, was GOttes ist.

26. Und sie konnten sein Wort vor dem Volke nicht tadeln: und verwunderten sich über seine Antwort, und schwiegen stille.

IV. 27. Es traten aber auch etliche von den Sadducäern hinzu, welche läugnen, daß eine Auferstehung sey, und fragten ihn,

28. Sprechende: Meister, Moyses hat uns geschrieben: So jemands Bruder stirbt, der ein Weib hat, und hat keine Kinder, alsdann soll sein Bruder sie zum Weibe nehmen, und seinem Bruder Saamen erwecken.

29. Nun

℣. 13. *Forsitan -- verebuntur.* Indicat hominis libertatem.

℣. 14. *Hic est hæres, occidamus illum.* Principes Judæorum aliquo modo cognoverunt, aut certe suspicati sunt Christum esse Messiam, & hæredem regni populi Dei: sed illud regnum terrenum esse, non spiritale, in animum suum induxerant. Cum de Messia tam demisse sentirent, non veriti sunt eum occidere, ne mutato per eum rerum Judaicarum statu ipsi honoribus, & emolumentis suis excidereut. Unde cruciebantur de Christo, cujus filius esset, explicare non potuerunt, quod ejus dignitatem ignorarent. *Ut nostra fiat hæreditas.* Ut nos ea bona tamquam nostra possideamus: metuebant enim, ne Jesu ad regnum evecto, ipsi e statu suæ dignitatis & potentiæ dejicerentur.

℣. 15. *Ejectum.* Christus extra Jerusalem passus est.

℣. 16. *Dixerunt illi: Absit.* Auditores una voce dixerunt, *malos male perdet*, & Dominus eorum responsum suo calculo comprobavit. Tum vel omnes, vel aliqui dixere, *absit:* Deus avertat, ut tantum scelus admittant. Quibus respondet Dominus aspiciens eos, nempe Sacerdotes, & Scribas, qui post triduum hoc sceleris erant perpetraturi.

℣. 17. *Quid est ergo hoc, quod scriptum est: Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?* Scelus illud quantumvis grave admissuri estis, & quod prædixit David, futurum est: *Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes.* Vos, quorum erat ædificare & instruere populum Dei, lapidem illum reprobastis, filium occidistis.

℣. 20. *Qui se justos.* i. Justitiæ amantes. *Ut traderent potestati præsidis.* sc. Pilati.

℣. 23. *Considerans dolum.* Syr. Astutiam.

℣. 24. *Ostendite mihi denarium.* Ambr. *Docet hoc loco Dominus, circumspectos nos in respondendo adversus hæreticos esse debere.*

29. Nun waren sieben Brüder: der erste nahm das Weib, und starb ohne Kinder.

30. Da nahm sie auch der nächstfolgende, und derselbige starb auch ohne Kinder.

31. Darnach nahm sie der dritte. Wie imgleichen alle sieben: sie verließen aber keinen Saamen, und starben.

32. Zum letzten starb auch das Weib nach ihnen allen.

33. Nun in der Auferstehung, wessen Weib wird sie unter ihnen seyn? denn die sieben haben sie zum Weibe gehabt.

34. Und JEsus sprach zu ihnen: Die Kinder dieser Welt nehmen Weiber, und werden ehelich vermählet:

35. Aber diejenigen, so jener Welt, und der Auferstehung von den Todten werden würdig gehalten werden, die werden weder heyrathen, noch Weiber nehmen:

36. Denn sie werden hinfüro nicht sterben können: denn sie sind den Engeln gleich, und sind Kinder GOttes, weil sie Kinder der Auferstehung sind.

37. Daß aber die Todten auferstehen, das hat auch Moyses bey dem Busche angezeiget, wie er dann den HErrn nennet den GOtt Abrahams, und den GOtt Isaacs, und den GOtt Jacobs.

38. GOtt aber ist nicht ein GOtt der Todten, sondern der Lebendigen: denn sie leben ihm alle.

39. Aber etliche von den Schriftgelehrten antworteten, und sprachen zu ihm: Meister, du hast recht gesagt.

40. Und sie durften ihn hinfüro um nichts mehr fragen.

41. Er aber sprach zu ihnen: Wie sagen sie, daß Christus Davids Sohn sey?

42. Und David selbst spricht im Buche der Psalmen: Der HErr hat gesagt zu meinem HErrn: setze dich zu meiner Rechten,

43. Bis daß ich deine Feinde zum Schämel deiner Füße lege?

44. Also nennet ihn David einen HErrn: wie ist er dann sein Sohn?

45. Und er sprach zu seinen Jüngern, im Anhören des ganzen Volks:

46. Hütet euch vor den Schriftgelehrten, welche in langen Röcken gehen wollen, und gerne haben, daß man sie auf dem Markte grüße, und daß sie in den Schulen den ersten Sitz haben, und auf den Gastereyen obenansitzen:

47. Sie fressen der Wittwen Häuser, und stellen sich an, als wann sie ein langes Gebeth hielten. Diese werden eine größere Verdammniß bekommen.

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. JESUS lobet das Almosen einer armen Wittwe. 1. II. Weißaget von Zerstörung der Stadt Jerusalem, 5. Und Untergang der ganzen Welt. 20 III. Warnet für Völlerey, und Trunkenheit: man soll allezeit wachen. 34.

1. Als er sich aber umsah, da sah er die Reichen, welche ihre Gaben in den Gotteskasten einwarfen.

2. Er aber sah auch eine arme Wittwe, die zween halbe Häller einwarf.

3. Und er sprach: Wahrlich sage ich euch, diese arme Wittwe hat mehr eingeworfen, dann sie alle.

4. Denn diese alle haben aus ihrem Ueberfluß zum Opfer GOttes eingeworfen: sie aber hat aus ihrer Armuth ihre ganze Nahrung eingeworfen, was sie gehabt hat.

II. 5. Und als etliche vom Tempel sagten, daß er mit schönen Steinen, und Gaben gezieret wäre, sprach er:

29. Septem ergo fratres erant: & primus accepit uxorem, & mortuus est sine filiis.

30. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio.

31. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt.

32. Novissime omnium mortua est & mulier.

33. In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor? siquidem septem habuerunt eam uxorem.

34. Et ait illis Jesus: Filii hujus sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias:

35. Illi vero, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores:

36. Neque enim ultra mori poterunt: æquales enim Angelis sunt, & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis.

37. Quia vero resurgant mortui, & Moyses ostendit secus rubum *h*, sicut dicit Dominum, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob. *h* *Exod. 3. 6.*

38. Deus autem non est mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei.

39. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei: Magister, bene dixisti.

40. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.

41. Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum, filium esse David?

42. Et ipse David dicit in libro Psalmorum: *i* Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, *i* *Psal 109. 1. Matth. 22. 44. Marc. 12. 36.*

43. Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum?

44. David ergo Dominum illum vocat: & quomodo filius ejus est?

45. Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis:

46. Attendite *k* a Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in Synagogis, & primos discubitus in conviviis: *k* *Matth. 23. 6. Marc. 12. 38. Sup. 11. 43.*

47. Qui devorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem majorem.

CAPUT XXI.

I. Viduam duo minuta offerentem laudat. 1. II. Subversionem templi prædicit, 5. Prælia, & persecutiones, denique signa præcessura judicium. 20. III. Cavendum a crapula, ebrietate, curisque hujus vitæ, & vigilandum semper. 34.

1. Respiciens autem vidit eos *a*, qui mittebant munera sua in gazophylacium, divites. *a* *Marc. 12. 41.*

2. Vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.

3. Et dixit: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit.

4. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.

II. 5. Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus, & donis ornatum esset, dixit:

6. Hæc

℣. 34. *Filii hujus sæculi nubunt.* Qui mortalem hanc vitam agunt, quia opus est successione: his opponuntur filii resurrectionis, qui cum sint immortales, nuptiis operam non dabunt: hos Deus ad vitam æternam suscitat & gignit, dum vitæ suæ participes facit.

℣. 36. *Filii resurrectionis.* Per resurrectionem renati.

℣. 38. *Deus autem non est mortuorum, sed vivorum.* Vivunt quoad animam, mortui quidem quoad corpus, Deo tamen vivunt, qui eos suscitabit ad beatam vitam, & cui nostra non pereunt corpora.

CAPUT XXI.

℣. 3. *Vidua hæc pauper, plusquam omnes misit.* Ratione habita suarum facultatum. *Ex eo quod deest illi.* Gr. *Ex penuria sua.* Ut vertit Erasmus: ex eo quod ipsi necessarium erat ad victum. Hinc major illius devotio. Notant interpretes Christum non improbasse oblationes, quarum pars in usum Sacerdotum cedebat: etsi sacerdotes Christum ad necem quærerent, & oblationibus male uterentur.

b Matth. 24. 2. Marc. 13. 2. Supr. 19. 44.

6. Hæc, quæ videtis *b*, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

7. Interrogaverunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum, cum fieri incipient?

8. Qui dixit: Videte, ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes: Quia ego sum: & tempus appropinquavit: nolite ergo ire post eos.

† PLUR. MART. EXTRA TEMP. PASCH.

9. Cum † autem audieritis prælia, & seditiones, nolite terreri: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis.

10. Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum adversus regnum.

11. Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ, & fames, terroresque de cœlo, & signa magna erunt.

12. Sed ante hæc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad reges, & præsides, propter nomen meum.

13. Continget autem vobis in testimonium.

14. Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quemadmodum respondeatis.

15. Ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri.

16. Trademini autem a parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.

17. Et eritis odio omnibus propter nomen meum:

18. Et capillus de capite vestro non peribit.

19. In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

c Dan. 9. 27. Matth. 24. 15. Marc. 13. 14.

20. Cum *c* autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote, quia appropinquavit desolatio ejus.

21. Tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio ejus, discedant; & qui in regionibus, non intrent in eam.

22. Quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia, quæ scripta sunt.

23. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.

24. Et cadent in ore gladii: & captivi ducentur in omnes gentes: & Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum.

d Isai. 13. 10. Ezech. 32. 7. Joel. 2. 10. & 3. 15. Matth. 24. 29. Marc. 13. 24.

25. Et *d* † erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ

6. Es werden die Tage kommen, daß an diesem, so ihr sehet, nicht ein Stein auf dem andern wird gelassen werden, der nicht zerstöret werde.

7. Sie fragten ihn aber, und sprachen: Meister, wann wird dieses geschehen, und welches ist das Zeichen, daß es anfahen wird zu geschehen?

8. Und er sprach: Sehet zu, daß ihr nicht verführet werdet: denn viele werden in meinem Namen kommen, und sagen: Ich bins: und die Zeit ist herbeygekommen: darum folget ihnen nicht nach.

9. Wann ihr aber von Kriegen, und von Aufruhr hören werdet, so entsetzet euch nicht: denn dieses muß erstlich geschehen, aber das Ende ist noch nicht alsbald vorhanden.

10. Da sprach er zu ihnen: Ein Volk wird sich erheben wider das andere, und ein Königreich wider das andere.

11. Und es werden hin und wieder große Erdbeben seyn, und Pestilenz, und Hunger, und Schrecken vom Himmel, und werden große Zeichen geschehen.

12. Aber vor diesem allen werden sie ihre Hände an euch legen, und werden euch verfolgen, und überantworten in die Schulen, und in die Kerker, und werden euch vor Könige, und Landpfleger ziehen um meines Namens willen.

13. Das wird euch aber zu einem Zeugniß wiederfahren.

14. So nehmet nun in eure Herzen, euch nicht vor zu bedenken, wie ihr antworten wollet.

15. Denn ich will euch Mund und Weisheit geben, welcher alle eure Widersacher nicht werden widerstehen, noch widersprechen können.

16. Ihr werdet aber von den Aeltern, und Brüdern, und Verwandten, und Freunden überantwortet werden, und sie werden etliche von euch tödten.

17. Und jedermann wird euch hassen um meines Namens willen:

18. Aber es wird kein Haar von eurem Haupte vergehen.

19. In eurer Geduld werdet ihr eure Seelen besitzen.

20. Wann ihr aber sehen werdet, daß Jerusalem von einem Heer ringsherum belagert wird, so sollet ihr wissen, daß ihre Verwüstung ist herbeygekommen.

21. Alsdann die im Jüdischen Lande sind, fliehen auf die Berge: und die mitten darinnen sind, die weichen hinaus: und die in andern Landschaften sind, die kommen nicht hinein.

22. Denn dieses sind die Tage der Rache, damit alles erfüllet werde, was geschrieben ist.

23. Wehe aber den Schwangern, und Säugenden in denselbigen Tagen. Denn es wird eine große Bedrängniß im Lande seyn, und ein Zorn über dieses Volk.

24. Und sie werden fallen durch die Schärfe des Schwerts: und werden gefangen hinweggeführet werden, unter alle Völker: und Jerusalem wird von den Heyden zertretten werden, bis die Zeit der Völker erfüllet werde.

25. Und es werden Zeichen seyn an Sonne, und Mond, und Sternen, und auf Erden Bedrängniß der Völker,

vor

℣. 7. *Quando hæc erunt, &c.* Jam egressus erat Jesus e templo sub vesperam, & perrexerat in montem Oliveti; varias quæstiones congerunt, ex Matthæo, Marco, & Luca, quas Christus non disjunxit. De tempore, quo templum diruendum foret, nihil respondere voluit. De signis, quæ præcederent urbis eversionem, & de Ecclesiæ per Antichristum desolatione, sic agit, ut multa signa utrique desolationi sint communia: ex quibus illud primum commemorat, fore ut multi seductores in fraudem illiciant fideles.

℣. 8. *Dicentes, quia ego sum.* Multi venient, qui sibi adscribent nomen Christi, aut Messiæ. *Et tempus appropinquavit.* Seu finis mundi.

℣. 9. *Cum autem audieritis prælia.* Quatuor ante urbis excidium annis in Judæa cruenta arserunt bella, quæ in una tantum provincia fœviebant. Sed appropinquante ultima die *surget gens contra gentem.*

℣. 13. *Continget autem vobis in testimonium.* Fidei, & vestri in me amoris, vel contra Judæos. Græc. In Martyrion.

℣. 14. *Quemadmodum respondeatis.* Græc. Vos defendatis.

℣. 15. *Dabo — sapientiam.* i. Os sapiens.

℣. 18. *Et capillus de capite vestro*, absque mea providentia, *non peribit.*

℣. 19. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Salvabitis, lucrifacietis: nam Genes. 4. *Possedi hominem per Deum.*

℣. 20. *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Jerusalem.* Matthæus: *Cum videritis abominationem desolationis.* Seu violationem templi a Zelotis factam. Utrumque dixit Dominus, & primo quidem illud, quod refert Lucas, cum circumdata est civitas a Cestio Gallo, quæ obsidio soluta est: sed postea secuta est abominanda templi violatio. Fideles Judæi Pellam ultra Jordanem se receperunt, Euseb. L. 3. cap. 5.

℣. 21. *Et qui in regionibus.* Syr. Agris.

℣. 23. *Erit pressura magna.* Judææ, cujus vastatio typus excidii ultimi. *Et ira.* Seu punitio.

℣. 24. *Donec impleantur tempora nationum.* Ad finem usque mundi: numquam enim Judæi restituentur.

℣. 25. *Et erunt signa in sole.* Ab excidio Jerosolymæ transit ad mundi excidium. Dies autem Domini, qui superveniet, forte comprehendit universum tempus, ex quo signa illa incipient, usque ad judicium: quod compara-

vor dem ungestümen Rauschen des Meers, und der Wasserfluthen:

26. Und die Menschen werden verschmachten vor Furcht, und Erwartung der Dinge, die über den ganzen Erdkreiß kommen werden: denn es werden sich die Kräften der Himmel bewegen:

27. Und alsdann werden sie des Menschen Sohn in einer Wolke kommen sehen, mit großer Macht, und Herrlichkeit.

28. Wann aber dieses anfähet zu geschehen, so sehet, und hebet eure Häupter auf: dieweil sich eure Erlösung nahet.

29. Und er sagte ihnen ein Gleichniß: Sehet den Feigenbaum, und alle Bäume:

30. Wann sie jetzt Frucht hervorbringen, so wisset ihr, daß der Sommer nahe ist.

31. Also auch ihr, wann ihr sehen werdet, daß dieses alles geschiehet, so wisset, daß das Reich GOttes nahe ist.

32. Wahrlich sage ich euch, dieses Geschlecht wird nicht vergehen, bis das alles geschehe.

33. Der Himmel, und die Erde werden vergehen: aber meine Worte werden nicht vergehen.

III. 34. Hütet euch aber, daß eure Herzen nicht etwan beschweret werden mit Fraß, und Trunkenheit, und mit den Sorgen dieses Lebens: und derselbige Tag urplötzlich über euch komme:

35. Denn er wird kommen, wie ein Fallstrick über alle, die auf dem Angesichte des ganzen Erdbodens wohnen.

36. Derowegen wachet, und bethet allezeit, damit ihr möget würdig gehalten werden, diesem allen, so künftig ist, zu entfliehen, und vor dem Sohn des Menschen zu stehen.

37. Er lehrete aber des Tages im Tempel: des Nachts aber gieng er hinaus, und hielt sich auf an dem Berge, den man den Oelberg nennet.

38. Und alles Volk kam des Morgens früh zu ihm in den Tempel, ihn zu hören.

Das zwey und zwanzigste Capitel.

I. Judas dingt mit den Juden, seinen HErrn um Geld zu verrathen. 1. II. JESUS isset das Osterlamm. 7. Setzet das heilige Nachtmahl ein, und giebt seinen Leib und Blut seinen Jüngern. 19. III. Stillet den Zank der Jünger, 24. und Petri Vermessenheit. 31. IV. Bethet im Garten. 39. V. Wird zum Hohenpriester geführet, und daselbst von Petro verläugnet. 54. Des Morgens von dem Hohenpriester gefragt, und verdammet. 66.

1. Es nahete aber das Fest der ungesäuerten Brode, welches Ostern genennet wird:

2. Und die Hohenpriester, und Schriftgelehrten trachteten, wie sie JEsum tödten möchten: sie fürchteten sich aber vor dem Volke.

3. Es war aber der Satan in Judam gefahren, der

confusione sonitus maris, & fluctuum:

26. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ supervenient universo orbi: nam virtutes cœlorum movebuntur:

27. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum potestate magna, & majestate.

28. His autem fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra: *e* quoniam appropinquat redemptio vestra. *e Rom. 8. 23.*

29. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores:

30. Cum producunt jam ex se fructum, scitis, quoniam prope est æstas.

31. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei.

32. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

33. Cœlum, & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.*

III. 34. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ: & superveniat in vos repentina dies illa:

35. Tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.

36. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

37. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exiens, morabatur in monte, qui vocatur Oliveti.

38. Et omnis populus manicabat ad eum in templo, audire eum.

CAPUT XXII.

I. Cogitant principes sacerdotum de occidendo Jesu, quem tradit Judas. 1. II. Jesus jubet parari Pascha. 7. Panem in corpus suum, & vinum in sanguinem consecrata tradit discipulis, præcipiens, ut idem faciant. 19. III. Post contentionem discipulorum prædicit trinam Petri negationem. 24. IV. Prolixe in agonia orat, & capitur a Judæis. 39. V. Ter a Petro negatur, a Judæis cæditur ac illuditur, & mane in concilio interrogatus fatetur se Dei filium. 54.

1. Appropinquabat † autem *a* dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha: *a Matth. 26. 2. Marc. 14. 1.* † *PASSIO FER. IV. MAJOR. HEBD.*

2. Et quærebant Principes Sacerdotum, & Scribæ, quomodo Jesum interficerent: timebant vero plebem.

3. Intravit *b* autem satanas in Judam, qui

paratio de diebus Noë Matth. 24. efficit probabile. Christi discipuli una conjunxerant duos eventus admodum diversos, civitatis Jerusalem, & mundi excidium, quod tum falsa apud Judæos opinio obtineret, urbem sanctam una cum terrarum orbe perituram: legem enim suam non delituram nisi cum mundo perire non habebant. Addiciputi ipsi post adventum Spiritus sancti hoc præjudicium tandem exuerunt. *Et signa erunt.* Nempe post temporationum: nam gentes usque ad id tempus semper intrabunt in Ecclesiam. *Et in terris.* Gr. *In terra.* Quod nonnulli de Judæa interpretantur; cui ut aliis regionibus sæpe in Scriptura commune terræ nomen tribuitur.

℣. 26. *Nam virtutes cœlorum movebuntur.* Sidera.

℣. 28. *Levate.* Animos erigite, seu gaudete. *Quia appropinquat redemptio vestra.* Nempe perfecta.

℣. 30. *Cum producunt jam ex se fructum.* Gr. *Protrudunt*, gemmam scilicet, in qua fructus jam continetur. Vox illa, *fructum*, deest in Græco.

℣. 31. *Prope.* Quod in primo adventu Christi incœpit.

℣. 32. *Qua non præteribit generatio hæc.* Si de excidio templi loquitur, generatio hæc ad eos, qui tum vivebant, pertinet. Nam plerique ex iis testes fuerunt hujus desolationis: si de mundi extremo die verba facit Dominus, per generationem hanc Judæorum gentem, quæ tum fidelis fiet, omnino intelligit.

℣. 34. *Ne forte graventur corda vestra in crapula.* Gr. Ne aliquando deprimantur corda vestra. *Et superveniat.* Noverat Christus non superventuram diem judicii iis, quos alloquebatur: sed qualis quisque in morte reperitur, talis in die judicii coram Deo stendus.

℣. 35. *Qui sedent super faciem terræ.* Qui terrenis sunt addicti.

℣. 36. *Et stare.* Confidenter.

℣. 38. *Et omnis populus manicabat ad eum in templo, audire eum.* Vox Græca ὠρθρίζων, significat ante lucem surgere, mane ibat.

CAPUT XXII.

℣. 1. *Appropinquabat autem dies festus Azymorum.* Dies erat Mercurii, seu feria quarta, tumque Passio Domini incœpit, cum sacerdotes in necem Christi conspirarunt. Hinc fideles olim feriis 4. & 6. jejunabant, teste August. Epist. 86.

℣. 3. *Intravit autem Satanas in Judam.* Quoties diabolus homini persuadet grave aliquod peccatum, intrare in eum dicitur. Joannes c. 13. ait post buccellam Satanam introisse in Judam. Sed prius jam introierat, quando pactus est cum sacerdotum principibus, & postea, quando cum iis venit, ut eum traderet. Impellente igitur diabolo Christus traditus est, ac mysterium illud divinæ sapientiæ ignoravit diabolus, ex cap. 1. Cor. 2.

Quartum & ultimum Pascha min sterii Christi. Ann. Mundi 4036. æræ vulg. 33. ætatis Chr. 37. Per. Jul. 4746. urbis cond. 784. ann. Jul. 78. imperii Tiberii 19.

cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim.

4. Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.

5. Et gavisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare.

6. Et spopondit. Et quærebat opportunitatem, ut traderet illum sine turbis.

II. 7. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha.

b Matth. 26. 14. Marc. 14. 10.

8. Et misit Petrum, & Joannem, dicens: Euntes, parate nobis Pascha, ut manducemus.

9. At illi dixerunt: Ubi vis, paremus?

10. Et dixit ad eos: Ecce, introeuntibus vobis in civitatem, occurret vobis homo quidam, amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum, in quam intrat,

11. Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister: Ubi est diversorium, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

12. Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate.

13. Euntes autem, invenerunt, sicut dixit illis, & paraverunt Pascha.

c Matth. 26. 20. Marc. 14. 17.

14. Et *c* cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

15. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.

16. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei.

17. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & dividite inter vos.

18. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.

d 1. Cor. 11. 24.

19. Et *d* accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem.

20. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

e Matth. 26. 21. Marc. 14. 20. Joan. 13. 18.

21. Verumtamen *e* ecce, manus tradentis me, mecum est in mensa.

mit dem Zunamen Iscariot genennet wird, und einer von den Zwölfen war.

4. Und er gieng hin, und redete mit den Hohenpriestern, und mit der Obrigkeit, wie er ihn wollte ihnen überantworten.

5. Und sie erfreueten sich, und wurden mit ihm eins, daß sie ihm Geld geben wollten.

6. Und er versprach es. Und suchte Gelegenheit, daß er ihn ohne Aufruhr * überantwortete. * Lärmen.

II. 7. Es kam aber der Tag der süßen Brode, an welchem man das Osterlamm schlachten mußte.

8. Und er sandte Petrum, und Johannem, und sprach: Gehet hin, und bereitet uns das Osterlamm, damit wir es essen.

9. Sie aber sprachen: Wo willst du, daß wir es bereiten?

10. Und er sprach zu ihnen; Siehe, wann ihr zu der Stadt hineingehen werdet, so wird euch ein Mensch begegnen, der trägt einen Krug mit Wasser: demselbigen folget in das Haus, zu dem er hineingehet,

11. Und saget zum Hausvater desselbigen Hauses: Der Meister läßt dir sagen: Wo ist das Gemach, darinnen ich das Osterlamm mit meinen Jüngern essen möge?

12. Und derselbige wird euch einen großen gepflasterten Saal zeigen, und daselbst sollet ihr es bereiten.

13. Sie giengen aber hin, und fanden es, wie er ihnen gesaget hatte, und bereiteten das Osterlamm.

14. Und als die Stunde gekommen war, setzte er sich zu Tische, und die zwölf Apostel mit ihm.

15. Und er sprach zu ihnen: Mich hat herzlich verlanget, dieses Osterlamm mit euch zu essen, ehe dann ich leide.

16. Denn ich sage euch, daß ich es von nun an nicht mehr essen werde, bis daß es erfüllet werde im Reiche GOttes.

17. Und er nahm den Kelch, danket, und sprach: Nehmet hin, und theilet ihn unter euch.

18. Denn ich sage euch, daß ich von dem Gewächse des Weinstocks nicht trinken werde, bis das Reich GOttes komme.

19. Und er nahm das Brod, danket, und brach es, und gab es ihnen, und sprach: Das ist mein Leib, der für euch gegeben wird: das thut zu meinem Gedächtniß.

20. Desgleichen nahm er auch den Kelch, nachdem er zu Abend gegessen hatte, und sprach: Dieser ist der Kelch, das neue Testament * in meinem Blut, das für euch wird vergossen werden. * neue Bund.

21. Aber siehe, die Hand meines Verräthers ist mit mir über Tische.

22. Und

ỳ. 7. *Necesse erat, occidi Pascha.* Græc. Immolari agnum Paschalem.

ỳ. 11. *Ubi est diversorium.* Syr. Locus convivii.

ỳ. 15. *Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum.* Summopere desideravi *hoc Pascha manducare vobiscum*, agnum Paschalem, hujus anni & diei, quo Eucharistia erat instituenda. Manducare Pascha in Scripturis de agno Paschali semper intelligitur. Neque dici potest hoc vehemens Christi desiderium impletum non fuisse. Primo enim die Azymorum hæc cœna fuit celebrata, cumque Dominus ea verba protulit, jam cum Apostolis accumbebat. Atque ea fuit unanimis Sanctorum Patrum sententia, Christum Pascha, seu agnum Paschalem una cum Apostolis suis manducasse: etsi hæc verba ad Eucharistiam referri possunt ex parte, illud tamen dixit Apostolis, ut intelligere possent agni Paschalis, & aliarum rerum apparatum.

ỳ. 16. *Non manducabo illud.* sc. Pascha antiquum. *Donec impleatur.* In mea Ecclesia. Vel: *donec impleatur in regno Dei.* Tum enim vere implebitur Pascha, aut Phase Domini, cum ex hac vita in æternam felicitatem translati a servitute peccati liberi omnino erimus, atque illud v. 29. implebitur: *Ego dispono vobis, &c.*

ỳ. 17. *Et accepto calice gratias egit.* Aug. intelligit de sacro calice: probabilius tamen videtur hæc verba pertinere ad finem cœnæ Paschalis, alioqui ordinem inter duas Eucharistiæ partes invertisset, & bis consecrationem calicis narrasset Lucas.

ỳ. 18. *De generatione vitis.* i. De germine & fructu.

ỳ. 19. *Hoc facite in meam commemorationem.* Benedicens, consecrans, offerens in sacrificium, dat eis potestatem, & præcipit ut utantur ea potestate. Ita Concil. Trid. Sess. 22. cap. 1. Benedictio illa ab eo facta est, ut novam & realem panis & vini mutationem efficeret: quemadmodum in deserto præstitit, cum panes benedixit. *Hoc facite, &c.* In mei memoriam renovandam, in passionis meæ repræsentationem; quæ fides est Ecclesiæ, quæque ex Apostolo 1. Cor. 11. 24. a Christo accepta illi tradita est. Hæc verba suo modo pertinent ad fideles omnes, qui sumere debent in memoriam Passionis Dominicæ, & una cum Sacerdote offerre.

ỳ. 20. *Hic est calix novum Testamentum in sanguine meo.* Eadem sunt verba Apostoli 1. Cor. 11. 25. quorum hic est sensus: Calix sanguinis mei novi Testamenti, ut in canone Missæ. Id, quod hoc calice continetur, est sanguis meus, quo novum Testamentum confirmatur. Hic calix ob sanguinem quem continet, est signaculum, quo novum sancitur fœdus. *Qui pro vobis fundetur. Qui*, ad calicem refertur, ut ex ipso textu liquet, Τοῦτο τὸ ποτήριον ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, quod pro vobis funditur; ut de corpore antea dixit, *quod pro vobis datur.* Quod si calix pro Apostolis, imo ex Matthæi verbis, pro multis fundebatur in cœna, verus erat sanguis in calice, & verum sacrificium.

ỳ. 21. *Ecce, manus tradentis me, mecum est in mensa.* Ergo Dominus de traditore locutus est post ministratam Eucharistiam.

22. Und zwar des Menschen Sohn gehet hin, wie es beschlossen ist: Aber wehe demselbigen Menschen, durch welchen er wird verrathen werden.

23. Und sie fiengen an unter sich zu fragen, wer es unter ihnen seyn möchte, der das thun würde?

III. 24. Es erhub sich aber auch unter ihnen ein Zank, wer unter ihnen für den Größesten gehalten würde?

25. Er sprach aber zu ihnen: Die Könige der Heyden herrschen über sie: und die Gewalt über sie haben, werden gnädige Herren genennet.

26. Ihr aber nicht also: sondern wer unter euch der Größte ist, der soll seyn, wie der Geringste: und wer da vorgehet, der soll seyn wie der Diener.

27. Denn welcher ist größer, der zu Tische sitzet, oder der dienet? ist es nicht, der zu Tische sitzet? Ich aber bin mitten unter euch, als einer, der dienet.

28. Ihr aber seyd es, die ihr bey mir verharret seyd in meinen Anfechtungen:

29. Und ich bereite euch das Reich, wie mir es mein Vater bereitet hat:

30. Daß ihr über meinem Tisch in meinem Reiche essen, und trinken sollet: und sitzen auf Stühlen, und richten die zwölf Stämme * Israel. * Geschlechte.

31. Der HErr aber sprach: Simon, Simon, siehe, der Satan hat euer begehret, daß er euch wannen * möchte, wie den Waizen: * reutern durch ein Sieb.

32. Ich aber habe für dich gebethen, daß dein Glaube nicht abnehme: und wann du dermaleins bekehret wirst, so stärke deine Brüder.

33. Und er sprach zu ihm: HErr, ich bin bereit mit dir in den Kerker, und in den Tod zu gehen.

34. Er aber sprach: Ich sage dir Petre, der Hahn wird heute nicht krähen, bis du dreymal verläugnet hast, daß du mich kennest. Und er sprach zu ihnen:

35. Wann ich euch ohne Säckel, ohne Taschen, und Schuhe gesandt habe, hat euch dann etwas gemangelt?

36. Sie aber sprachen: Nichts. Da sprach er zu ihnen: Aber nun, wer einen Säckel hat, der nehme ihn, und zugleich die Tasche: wer es aber nicht hat, der verkaufe seinen Rock, und kaufe ein Schwert.

37. Denn ich sage euch, es muß noch an mir erfüllet werden, was geschrieben ist: Er ist unter die Uebelthäter gerechnet worden. Denn was von mir geschrieben ist, das hat ein Ende.

38. Sie aber sprachen: HErr, siehe, hier sind zwey Schwerter. Und er sprach zu ihnen: Es ist genug.

22. Et quidem Filius hominis *f*, secundum quod definitum est, vadit: Verumtamen væ homini illi, per quem tradetur. *f Psal. 40. 9.*

23. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset?

III. 24. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse major?

25. Dixit autem eis: *g* Reges Gentium dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. *g Matth. 20. 25. Marc. 10. 42.*

26. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator.

27. Nam quis major est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

28. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis:

29. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum:

30. Ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos, judicantes duodecim tribus Israel.

31. Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce, satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum:

32. Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.

33. Qui dixit ei: Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire.

34. At *h* ille dixit: Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges, noisse me. Et dixit eis: *h Matth. 26. 34. Marc. 14. 30.*

35. Quando *i* misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? *i Matth. 10. 9.*

36. At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc, qui habet sacculum, tollat similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.

37. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis *k* deputatus est. Etenim ea, quæ *k Isai. 53. 12.* sunt de me, finem habent.

38. At illi dixerunt: Domine, ecce, duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis est.

IV. 39.

℣. 22. *Filius hominis — vadit.* Judas dum prodit, Judæi, qui Christum Pilato tradunt, Pilatus, qui Dominum condemnat, hi omnes Dei consilium exequuntur. *Secundum quod definitum est*, a Patre, *vadit.* Sponte ad mortem.

℣. 24. *Facta est autem contentio inter eos.* Jam antea illa inter eos de primatu orta erat contentio: nunc ex iis quæ apud Joannem, cap. 13. v. 31. mox se clarificandum a Deo fore, quæque in loco de morte sua mox futura prædixit, regnum Christi in terris incœpturum putabant, disceptatio iterum exorta est. *Quis eorum videretur major.* Seu Christo regnante primum locum habiturus.

℣. 25. *Reges gentium dominantur eorum.* Christus Dominus, quis esset regni sui status, cum in hac vita, tum in futura, iis exposuit. *Benefici vocantur.* Munifici. Titulos grandes sibi vindicant. *Dominantur eorum*, pro, *earum.* Nam Græca vox ἐθνος, est neutrius generis.

℣. 26. *Vos autem non sic.* Potestas quam vobis dabo, exerceri non debet, ut civilis potestas. *Sicut minor.* Gr. *Sicut junior.* Voluit itaque inter suos discipulos, alios esse aliis majores, & primatum esse in Ecclesia, quod suo exemplo declarat. Non vetat alios esse dominos, alios subditos: sed ambitionem condemnat.

℣. 27. *Ego autem — sicut qui ministrat.* Nempe pedes lavando, cibando, &c.

℣. 29. *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Æternam eis felicitatem promittit, & eorum animos spe erigit, ne deficiant. *Regnum.* Variis laboribus quæsitum. Vox Græca διατίθεμαι, paciscor, fœdus facio, proprie significat.

℣. 30. *Ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.* Quæ omnia spiritali modo sunt intelligenda; ut mihi sitis proximi tanquam in regno meo.

℣. 31. *Ecce, Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.* Satanas popposcit a Deo, & impetravit, ut vos tentationibus suis commoveret, ut agitatur in cribro triticum, quando separatur a pulvere. Cogitas de Primatu, & instat animæ tuæ periculum. Locutio illa metaphorica occurrit cap. 9. Prophetæ Amos.

℣. 32. *Ego autem rogavi pro te.* Christus rogavit pro omnibus, Joan. 17. sed singulari quodam modo pro Petro, quia Petrus caput aliorum & firmamentum erat constituendus. *Confirma fratres tuos.* Terrore nimio perculsos; imo & totam Ecclesiam, & collegas tuos. *Ut non deficiat fides tua.* Ne omnino deficiat. Non enim diu defecit fides ejus, sed statim resipuit. Confirma autem fratres tuos, non Apostolos tantum, sed & fideles omnes.

℣. 36. *Sed nunc qui habet sacculum, tollat.* Secum auferat. Græce tamen est, *tollet*, vendet, ut eat, quo abire voluerit. Non jubentis sunt verba, sed eorum solicitudo & anxietas vitæ conservandæ causa indicatur. *Et qui non habet*, scilicet gladium. Nam Christo capto, vitæ suæ timere cœperunt, ne ut seditiosi hominis socii ad mortem raperentur. Temporis imminentis periculum more Prophetarum, non solum verbis, sed & rebus designat. Non enim jubet, ut emant gladios, sed venisse tempus, quo si humanis utendum esset præsidiis, arma paranda forent. Per sacculum, seu marsupium, peram & gladium, iniquam temporum conditionem designat.

℣. 37. *Oportet impleri in me.* Causam mutati temporis affert. Quia *quæ sunt de me.* sc. Scripta. *Finem habent.*

℣. 38. *Duo gladii.* Duo sint, an plures gladii, perinde est. Non enim forte militares gladii erant, sed rustici,

l Matth. 26. 36. Marc. 14. 32.

IV. 39. Et *l* egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum. Secuti sunt autem illum & discipuli.

40. Et cum perveniret ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem.

m Matth. 26. 39. Marc. 14. 35.

41. Et *m* ipse avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis: & positis genibus orabat,

42. Dicens: Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.

43. Apparuit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat.

44. Et factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

45. Et cum surrexisset ab oratione, & veniisset ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia.

46. Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.

n Matth. 26. 47. Marc. 14. 43. Joan. 18. 3.

47. Adhuc *n* eo loquente, ecce, turba: & qui vocabatur Judas, unus de duodecim, antecedebat eos: & appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum.

48. Jesus autem dixit illi: Juda, osculo Filium hominis tradis?

49. Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?

50. Et percussit unus ex illis servum principis sacerdotum, & amputavit auriculam ejus dexteram.

51. Respondens autem Jesus, ait: Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum.

52. Dixit autem Jesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus,

53. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

o Matth. 26. 57. Marc. 14. 53. Joan. 18. 24.

V. 54. Comprehendentes *o* autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur a longe.

p Matth. 26. 69. Marc. 14. 66. Joan. 18. 25.

55. Accenso *p* autem igne in medio atrii, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.

56. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & cum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat.

57. At ille negavit eum, dicens: Mulier, non novi illum.

58. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo! non sum.

q Joan. 18. 26.

59. Et *q* intervallo facto, quasi horæ unius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est.

60. Et ait Petrus: Homo, nescio, quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantavit gallus.

IV. 39. Und er gieng nach seiner Gewohnheit hinaus an den Oelberg. Es folgeten ihm aber seine Jünger nach.

40. Und als er zu dem Ort gekommen war, sprach er zu ihnen: Bethet, daß ihr nicht in Versuchung fallet.

41. Und er zohe sich von ihnen ab, eines Steinwurfs weit: da knyete er nieder, bethete,

42. Und sprach: Vater, wenn du willst, so nimm diesen Kelch von mir: doch nicht mein, sondern dein Wille geschehe.

43. Es erschien ihm aber ein Engel vom Himmel, und stärkte ihn. Und als er mit dem Tode rang, bethete er etwas länger.

44. Und sein Schweiß war wie Blutstropfen, welche auf die Erde rannen.

45. Und da er vom Gebeth aufstund, und zu seinen Jüngern kam, fand er sie schlafend vor Traurigkeit.

46. Und er sprach zu ihnen: Was schlafet ihr? stehet auf, und bethet, daß ihr nicht in Versuchung fallet.

47. Als er aber noch redete, siehe, so war die Schaar da: und einer von den Zwölfen, der Judas genennet ward, gieng vor ihnen her; und er nahete sich zu JEsu, daß er ihn küssete.

48. JEsus aber sprach zu ihm: Juda, verrätheſt du den Sohn des Menschen mit einem Kuß?

49. Als aber die, so bey ihm waren, sahen, was da werden wollte, sprachen sie zu ihm: HErr, sollen wir mit dem Schwert darein schlagen?

50. Und einer unter ihnen schlug des Hohenpriesters Knecht, und hieb ihm sein rechtes Ohr ab.

51. JEsus aber antwortend, sprach: Lasset sie machen, bis hieher. Und er rührte sein Ohr an, und machte ihn gesund.

52. JEsus aber sprach zu den Hohenpriestern, und zu den Obersten des Tempels, samt den Aeltesten, welche zu ihm gekommen waren: Ihr seyd mit Schwertern, und Stangen herausgegangen, gleichwie zu einem Mörder,

53. Da ich doch täglich im Tempel bey euch gewesen bin, und ihr habt die Hände an mich nicht ausgestrecket: aber dieses ist eure Stunde, und die Macht der Finsterniß.

V. 54. Sie aber ergriffen, und führeten ihn zum Hause des Hohenpriesters: Petrus aber folgete von ferne.

55. Und als sie ein Feuer mitten im Hofe angezündet, und sich um dasselbige hergesetzet hatten, war Petrus auch mitten unter ihnen.

56. Da ihn nun eine Magd bey dem Licht sitzen sah, und ihn mit Fleiß anschauete, sprach sie: Dieser war auch bey ihm.

57. Er aber verläugnete ihn, und sprach: Weib, ich kenne ihn nicht.

58. Und über ein wenig hernach sah ihn ein anderer, und sprach: Du bist auch einer von diesen. Petrus aber sprach: O Mensch! ich bins nicht.

59. Und über eine Weile, ohngefehr nach einer Stunde, bekräftigte es auch ein anderer, und sprach: Wahrlich, dieser war auch bey ihm: denn er ist ein Galiläer.

60. Und Petrus sprach: Mensch, ich weis nicht, was du sagest. Und alsbald, indem er noch redete, krähete der Hahn.

61. Und

---

stici, quales fere lanii secum ferunt. Cum abrumpere volumus sermonem eorum, qui non intelligunt, quæ a nobis dicta sunt, id solemus dicere. *Satis est.* Nec intelligebant Apostoli, quid Christus significare vellet.

℣. 42. *Transfer calicem istum a me.* Naturæ ipsius sensum & carnis innoxiæ, ut a morte tam acerba immunis fiat, Patri exponit.

℣. 43. *Apparuit autem illi Angelus de cœlo.* Sicut in se admisit tristitiam, sic admisit externam consolationem de cœlo, quam inter homines reperire non poterat; neque ea tamen erat absolute necessaria, etiam ut homini. Nam ratio parti inferiori perfecte dominabatur. *Et factus in agonia.* In magno animi angore, ob appetitus sentientis fugam, cui tamen voluntas rationalis plane dominabatur. *Prolixius orabat.* Syr. Intensius.

℣. 44. *Sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Guttæ etiam mixtæ sanguine, quæ tam copiosæ erant, ut quasi grumi, Græc. θρόμβοι, viderentur.

℣. 49. *Quod futurum erat.* sc. Ut captus duceretur.

℣. 51. *Sinite usque huc.* Huc usque sufficerit: nolite ultra progredi, vel permittite, ut me capiant: Petrum alloquitur.

℣. 53. *Sed hæc est hora vestra.* Tempus adest, quo vobis permittitur facere, quod libet. *Et potestas tenebrarum.* sc. Dæmonum.

61. Und der HErr wandte sich um, und sah Petrum an. Und Petrus gedachte an des HErrn Wort, wie er gesagt hatte: Ehe dann der Hahn kräht, wirst du mich dreymal verläugnen:

62. Und Petrus gieng hinaus, und weinete bitterlich.

63. Und die Männer, die ihn hielten, verspotteten, und schlugen ihn.

64. Und sie bedeckten ihn, und schlugen sein Angesicht, fragten ihn, und sprachen: Weissage, wer ist es, der dich geschlagen hat?

65. Und sie redeten viele andere Lästerungen wider ihn.

66. Als es nun war Tag worden, da kamen die Aeltesten des Volks, und die Hohenpriester, samt den Schriftgelehrten zusammen, und führten ihn in ihren Rath, und sprachen: Bist du Christus, so sage es uns.

67. Und er sprach zu ihnen: Wenn ich es euch sage, so werdet ihr mir nicht glauben:

68. Wenn ich aber auch euch frage, so werdet ihr mir keine Antwort geben, und werdet mich nicht loslassen.

69. Aber von nun an wird des Menschen Sohn zu der Rechten der Kraft GOttes sitzen.

70. Da sprachen sie alle: Bist du dann der Sohn GOttes? Er sprach: Ihr sagt es: denn ich bins.

71. Sie aber sprachen: Was begehren wir noch Zeugniß? denn wir haben es selbst aus seinem Munde gehöret.

61. Et conversus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: *r* Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis: *r Matth.* 26. 34. *Marc.* 14 30. *Joan.* 13. 38.

62. Et egressus foras Petrus flevit amare.

63. Et viri, qui tenebant illum, illudebant ei, cædentes.

64. Et velaverunt eum, & percutiebant faciem ejus, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est, qui te percussit?

65. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

66. Et *s* ut factus est dies, convenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. *s Matth.* 27. 1. *Marc.* 15. 1. *Joan.* 18. 28.

67. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi:

68. Si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.

69. Ex hoc autem erit Filius hominis sedens a dextris virtutis Dei.

70. Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis, quia ego sum.

71. At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audivimus de ore ejus.

Das drey und zwanzigste Capitel.

I. JEsus wird Pilato überantwortet. 1. II. Der ihn dem Herodi zuschicket. 6. Endlich verurtheilt Pilatus Christum, und giebt Barabbam los. 24. III. Christus wird hinausgeführt, und von den Weibern beweinet. 26. IV. Bittet am Kreuz für seine Feinde. 33. Nimmt den frommen Schächer zu Gnaden an, und befiehlt seinen Geist in die Hände seines Vaters. 40. V. Darüber sich der Hauptmann, und vieles Volk bekehrt. 47. Joseph von Arimathea begräbt ihn. 50.

CAPUT XXIII.

I. Accusatur coram Pilato. 1. II. Missus ad Herodem illuditur. 6. Judæis instantibus morti adjudicatur. 24. III. Christus ductus ad supplicium, vetat mulieres super se flere. 26. IV. Crucifixus orat pro crucifigentibus, latroni promittit Paradisum, denique expirat. 33. V. Quem Centurio justum prædicat. 47. Joseph corpus ejus sepelit. 50.

1. Und ihre ganze Menge stund auf, und führeten ihn zu Pilato.

1. Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

2. Sie fiengen aber an ihn zu verklagen, und sprachen: Diesen haben wir gefunden, daß er unser Volk verkehret, und daß er verbiethet, dem Kayser Zins zu geben, und daß er spricht, er sey Christus der König.

2. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc invenimus, subvertentem gentem nostram, *a* & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem, se Christum regem esse. *a Matth.* 22. 21. *Marc.* 12 17.

3. Pilatus aber fragte ihn, und sprach: Bist du der König der Jüden? Er aber antwortete, und sprach: Du sagsts.

3. Pilatus *b* autem interrogavit eum, dicens: Tu es rex Judæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. *b Matth.* 27. 11 *Marc.* 15 2. *Joan.* 18. 33.

4. Pilatus aber sprach zu den Hohenpriestern, und zu dem Volke: Ich finde keine Schuld an diesem Menschen,

4. Ait autem Pilatus ad Principes Sacerdotum, & turbas: Nihil invenio causæ in hoc homine.

5. Sie aber hielten stark an, und sprachen: Er beweget das Volk, dieweil er durch das ganze Jüdische Land gelehret, und hat von Galiläa angefangen, bis hieher.

5. At illi invalescebant, dicentes: Commovet populum docens per universam Judæam, incipiens a Galilæa usque huc.

II. 6. Als aber Pilatus Galiläam hörete, fragte er, ob der Mensch ein Galiläer wäre?

II. 6. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogavit, si homo Galilæus esset?

7. Und nachdem er erfahren, daß er aus des Herodis Gebieth wäre, sandte er ihn wiederum zu Herode, der auch selbst in diesen Tagen zu Jerusalem war.

7. Et ut cognovit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Jerosolymis erat illis diebus.

8. Herodes aber ward sehr froh, da er JEsum sah. Denn er hätte ihn vor langer Zeit her gern gesehen, dieweil er viel von ihm gehöret hatte, und hoffte ein Zeichen von ihm zu sehen.

8. Herodes autem viso Jesu, gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

9. Und er fragte ihn mit vielen Worten: aber er antwortete ihm gar nichts.

9. Interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat.

10. Die Hohenpriester aber, samt den Schriftgelehrten stunden, und verklagten ihn heftig.

10. Stabant autem Principes Sacerdotum, & Scribæ constanter accusantes eum.

11. Spre-

℣. 61. *Respexit Petrum.* Oculis mentis forte & corporis.
℣. 66. *Si tu es Christus.* Id etiam noctu interrogaverunt.
℣. 70. *Vos dicitis.* q. d. vere sum.

CAPUT XXIII.

℣. 3. *Tu es Rex.* Græc. Ille Rex sc. exspectatus. *Tu dicis.* Nempe verum est.

℣. 7. *Remisit eum ad Herodem.* De cujus potestate, seu ditione erat. Forte ut eum placaret, ac sibi reconciliaret offensum. Ob hanc causam fuerunt inimici, quod anno 27. æræ communis Herodes scripserit ad Tiberium, & rogaverit, ut juberet tolli clypeos deauratos, quos Pilatus intulerat; idque factum a Tiberio, qui jussit ut clypei Cæsaream asportarentur, & in Templo, quod Augusto dicaverat, collocarentur. Idque ægre tulit Pilatus.

℣. 9. *At ipse nihil illi respondebat.* Quod Herodes nihil dignum responsione quæreret; signa tantum & prodigia videre cupiebat, ut curiositati suæ satisfaceret.

℣. 10. *Stabant autem principes Sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum.* Syr. Pertinaciter, vehementer, acriter.

11. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

12. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad invicem.

13. Pilatus autem convocatis Principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe,

14. Dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi avertentem populum, & ecce, ego coram vobis interrogans *c*, nullam causam inveni in homine isto ex his, in quibus eum accusatis:

c Joan. 18. 38. & 19. 4.

15. Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum est ei.

16. Emendatum ergo illum dimittam.

17. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, unum.

18. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam:

19. Qui erat propter seditionem quamdam factam in civitate, & homicidium, missus in carcerem.

20. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Jesum.

21. At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

d Matth. 27. 23. *Marc.* 15. 14.

22. Ille autem tertio dixit ad illos: *d* Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis invenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.

23. At illi instabant vocibus magnis postulantes, ut crucifigeretur: & invalescebant voces eorum.

24. Et Pilatus adjudicavit, fieri petitionem eorum.

25. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Jesum vero tradidit voluntati eorum.

e Matth. 27. 32. *Marc.* 15. 21.

III. 26. Et *e* cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem, venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Jesum.

27. Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eum.

28. Conversus autem ad illas Jesus dixit: Filiæ Jerusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.

29. Quoniam ecce, venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quæ non lactaverunt.

f Isai. 2. 19. *Osee.* 10. 8. *Apoc.* 6. 16.

30. Tunc incipient dicere montibus: *f* Cadite super nos; & collibus: Operite nos.

31. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

11. Herodes aber mit seinen Kriegsleuten verachtete und verspottete ihn: und that ihm ein weisses Kleid an, und sandte ihn wiederum zu Pilato.

12. An demselbigen Tage wurden Herodes und Pilatus Freunde miteinander; denn zuvor war einer dem andern feind.

13. Pilatus aber rief die Hohenpriester, und Obersten, samt dem Volke zusammen,

14. Und sprach zu ihnen: Ihr habt diesen Menschen zu mir gebracht, als einen, der das Volk abwende, und siehe, ich habe ihn vor euch gefragt, und habe der Dinge keines an diesem Menschen gefunden, darum ihr ihn verklaget:

15. So hat auch Herodes nichts gefunden: denn ich habe euch zu ihm gesandt, und siehe, es ist nichts auf ihn gebracht, das des Todes werth sey.

16. Derowegen will ich ihn züchtigen, und loslassen.

17. Er mußte ihnen aber einen auf den Festtag losgeben.

18. Da rief der ganze Hause überlaut, und sprach: Hinweg mit diesem, und gieb uns Barabbam los:

19. Der wegen einer Aufruhr, welche in der Stadt geschehen, und wegen eines Todtschlags in den Kerker geworfen war.

20. Pilatus aber redete abermal mit ihnen, und wollte JEsum loslassen.

21. Sie aber riefen, und sprachen: Kreuzige ihn, kreuzige ihn.

22. Er aber sprach zum drittenmal zu ihnen: Was hat dieser dann Uebels gethan? ich finde keine Ursache des Todes an ihm: darum will ich ihn züchtigen, und loslassen.

23. Sie aber hielten an mit großem Geschrey, und forderten, daß er gekreuziget würde: und ihr Geschrey nahm überhand.

24. Da urtheilte Pilatus, daß man thun sollte, was sie begehrten.

25. Er gab ihnen aber denselbigen los, der wegen eines Todtschlags, und Aufruhrs in den Kerker geworfen war, den sie begehrten: JEsum aber übergab er ihrem Willen.

III. 26. Und da sie ihn hinführten, ergriffen sie einen, Simon von Cyrene genannt, der vom Felde kam: und legten das Kreuz auf ihn, daß er es JEsu nachtrüge.

27. Es folgete ihm aber eine große Schaar Volks, und Weiber: die ihn beklagten, und weineten.

28. JEsus aber wandte sich zu ihnen um, und sprach: Ihr Töchter von Jerusalem, weinet nicht über mich, sondern weinet über euch selbst, und über eure Kinder.

29. Denn siehe, es werden die Tage kommen, an welchen man sagen wird: Selig sind die Unfruchtbaren, und die Leiber, die nicht gebohren haben, und die Brüste, die nicht gesäuget haben.

30. Alsdann werden sie anfahen zu den Bergen zu sagen: Fallet über uns; und zu den Hügeln: Bedecket uns.

31. Denn thun sie dieses am grünen Holze, was wird dann am dürren geschehen?

32. Es

℣. 11. *Cum exercitu.* Vox Græca λαμπρὰν, aliquando usurpatur pro comitatu, seu satellitio, quo cingebatur. Syrus vertit, *cum ministris suis. Et illusit indutum veste alba.* Græce σράταυμα, id est, *splendida.* Quam adhibuit, ut fatuus potius, quam ut facinorosus judicaretur.

℣. 14. *Avertentem populum*, a Cæsare, *nullam causam inveni.* sc. Mortis.

℣. 16. *Emendatum.* Seu castigatum.

℣. 23. *Invalescebant.* Prævalebant.

℣. 25. *Tradidit voluntati eorum.* Ut facerent, quod vellent.

℣. 26. *Apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem.* Joannes nullam faciens mentionem Simonis, ait, *& bajulans sibi crucem.* Seu Jesus præiret portans partem superiorem crucis, & manibus tolleret; seu potius cum Jesus præ debilitate ferre onus non posset, milites imposuerunt crucem humeris Simonis: sic enim facile est conciliare alios Evangelistas cum Joanne.

℣. 27. *Quæ plangebant.* Ex pia compassione.

℣. 28. *Nolite flere super me.* Non eas reprehendit, quod flerent; sed eas admonet fletum illum proficisci ex ignorantia causæ, cur pateretur. Atque hic est verborum sensus: Non tam super me, quam super vos flete: nam tertio die ad summam gloriam resurrecturus erat, & gravissima populo Judaico imminebant mala.

℣. 31. *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Per viride arbor fertilis, per aridum sterilis intelligitur: vel per lignum viride, quod nec debet excidi, nec comburi, justus designatur, & per aridum lignum impius. Unde Ezechiel. 20. 47. *Succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum;* quod cap. 21. 3. exponit, *occidam,* inquit, *justum & impium.*

32. Es wurden aber auch zween andere Uebelthäter mit ihm hinausgeführet, damit sie getödtet würden.
IV. 33. Und als sie zu dem Ort kamen, das die Schädelstätte genennet wird, kreuzigten sie ihn daselbst, samt den Uebelthätern, den einen zur Rechten, und den andern zur Linken.
34. JEsus aber sprach: Vater, vergieb es ihnen: denn sie wissen nicht, was sie thun. Und sie theilten seine Kleider, und warfen das Loos darüber.
35. Und das Volk stund, und sah zu, die Hoherpriester aber mit ihnen verlachten ihn, und sprachen: Andern hat er geholfen, er helfe ihm selbst, so er Christus ist, der Auserwählte GOttes.
36. Es verspotteten ihn aber auch die Kriegsknechte, traten hinzu, und reichten ihm Essig,
37. Und sprachen: Bist du der König der Jüden, so hilf dir selbst.
38. Es war auch die Ueberschrift oben über ihm geschrieben, mit griechischen, und lateinischen, und hebräischen Buchstaben: Dieser ist der König der Jüden.
39. Einer aber von den Uebelthätern, die aufgehenket waren, lästerte ihn, und sprach: Bist du Christus, so hilf dir selbst, und uns.
40. Da antwortete der andere, strafte ihn, und sprach: Und du fürchtest auch GOtt nicht, der du doch in gleicher Verdammniß bist.
41. Und wir zwar sind billig darinnen: denn wir empfahen, was unsere Thaten verdienet haben: dieser aber hat nichts Böses gethan.
42. Und er sprach zu JEsu: HErr, gedenke an mich, wann du in dein Reich kommen wirst.
43. Und JEsus sprach zu ihm: Wahrlich sage ich dir: Heute wirst du mit mir im Paradies seyn.
44. Es war aber um die sechste Stunde: und es ward eine Finsterniß über den ganzen Erdboden, bis an die neunte Stunde.
45. Und die Sonne ward verfinstert: und der Vorhang des Tempels zerriß mitten entzwey.
46. Und JEsus rief mit lauter Stimme, und sprach: Vater, in deine Hände befehle ich meinen Geist. Und da er das sagte, gab er den Geist auf.
V. 47. Als aber der Hauptmann sah, was da geschehen war, preisete er GOTT, und sprach: Fürwahr, dieser Mensch war der Gerechte.
48. Und die ganze Schaar derjenigen, welche da zugegen waren, dieses Werk anzuschauen, da sie sahen, was sich zutrug, schlugen an ihre Brust, und kehreten wieder um.
49. Aber alle seine Bekandten stunden von ferne: und die Weiber, welche ihm aus Galiläa gefolget waren, und sahen diese Dinge.
50. Und siehe, es war ein Mann, mit Namen Joseph, der ein Rathsherr, und ein frommer, und gerechter Mann war,
51. Und der in ihren Rath, und Handel nicht eingewilliget, von Arimathäa, einer Stadt im Jüdischen Lande, gebürtig, der auch selbst auf das Reich GOttes wartete:
52. Dieser tratt zu Pilato, und bath um den Leib JESU:
53. Und er nahm ihn ab, und wickelte ihn in Leinwad, und legte ihn in ein ausgehauenes Grab, darein noch niemand war geleget worden.

32. Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur.
IV. 33. Et postquam venerunt g in locum, qui vocatur Calvariæ, ibi crucifixerunt eum, & latrones, unum a dextris, & alterum a sinistris.
34. Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt, quid faciunt. Dividentes vero vestimenta ejus, miserunt sortes.
35. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios salvos fecit, se salvum faciat, si hic est Christus Dei electus.
36. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,
37. Et dicentes: Si tu es Rex Judæorum, salvum te fac.
38. Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris græcis, & latinis, & hebraicis: Hic est rex Judæorum.
39. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temetipsum, & nos.
40. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.
41. Et nos quidem juste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.
42. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.
43. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiso.
44. Erat autem fere hora sexta: & tenebræ factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam.
45. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium.
46. Et clamans voce magna Jesus ait: *hh Psal. 30. 6.* Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expiravit.
V. 47. Videns autem centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Vere, hic homo justus erat.
48. Et omnis turba eorum, qui simul aderant, ad spectaculum istud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur.
49. Stabant autem omnes noti ejus a longe: & mulieres, quæ secutæ eum erant a Galilæa, hæc videntes.
50. Et *i* ecce, vir, nomine Joseph, qui erat decurio, vir bonus, & justus, *i Matth. 27. 57. Marc. 15. 43. Joan. 19. 38.*
51. Hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa civitate Judææ, qui expectabat & ipse regnum Dei:
52. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu:
53. Et depositum involvit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

54. Et

---

g. Matth. 27. 33. Marc. 15. 22. Joan. 19. 17.

¥. 32. *Alii duo nequam.* Syriace, Malefici.

¥. 34. *Non enim sciunt, quid faciunt.* Non excusat eos, sed magnam eorum miseriam declarat, ob quam magna iis opus sit misericordia, his imprimis, qui utcumque sciebant ex Prophetis eum esse Christum, ii tamen nesciebant quid facerent: magnitudinem sui sceleris ignorabant, & laborabant eo errore judicii, qui inest omni peccato.

¥. 39. *Unus de iis.* Nempe ille a sinistris.

¥. 40. *Quod in eadem damnatione es.* Morti proximus. *Quod in eadem damnatione es.* Græc. *Judicio.* Eodem supplicio condemnatus.

¥. 41. *Factis digna recipimus.* Juste patimur.

¥. 42. *Memento mei.* Miranda confessio latronis, qui tam insigne Christo testimonium perhibuit, cum extrema afficiebatur ignominia. Ambros. Serm. in feria quarta sacræ hebdomadæ: *Hæc perfecta fides est Christum in cruce Deum, non reum credere.*

¥. 43. *Hodie mecum eris in paradiso.* Eris secundum animam beatus, in loco quietis & pacis, ubi sunt animæ justorum post hanc vitam; nam ibi est Paradisus, ubi felicitatis status. Christus ad inferos descendens limbum Patrum vertit in Paradisum, quia felicitatem iis attulit.

¥. 44. *Erat autem fere hora sexta.* Seu paulo post sextam, ut patet ex Marco.

¥. 48. *Percutientes.* Ex dolore.

54. Et dies erat parasceves, & Sabbatum illucescebat.

55. Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus.

56. Et revertentes paraverunt aromata, & unguenta: & Sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

CAPUT XXIV.

I. Angeli mulieribus Christi resurrectionem nuntiant. 1. *II. Christus apparet duobus in Emmaus euntibus:* 13. *Item discipulis congregatis, aperiens eis sensum intelligendi Scripturas.* 36. *III. Promisso Spiritu sancto, in cœlum ascendit.* 50.

1. UNa autem Sabbati valde diluculo, venerunt *a* ad monumentum, portantes, quæ paraverant, aromata:

2. Et invenerunt lapidem revolutum a monumento.

3. Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu.

4. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce, duo viri steterunt secus illas, in veste fulgenti.

5. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis?

6. Non est hic, sed surrexit: recordamini, qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset,

7. Dicens: *b* Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere.

8. Et recordatæ sunt verborum ejus.

9. Et regressæ a monumento, nuntiaverunt hæc omnia illis undecim, & ceteris omnibus.

10. Erat autem Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & ceteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis.

12. Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans, quod factum fuerat.

II. 13. Et *c* ecce, ✝ duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Emmaus.

14. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus, quæ acciderant.

15. Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Jesus appropinquans ibat cum illis:

16. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

17. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes?

a Matth. 28. 1. Marc. 16. 2. Joan. 20. 1.

b Matth. 16. 21. & 17. 21. Marc. 8. 31. & 9. 30. Supr. 9. 22.

c Marc. 16. 12.

✝ *FER. 2. POST PASCH.*

54. Und es war der Rüsttag, und der Sabbath brach an.

55. Die Weiber aber so'geten nach, welche mit ihm aus Galiläa gekommen waren, und beschaueten das Grab, und wie sein Leib geleget ward.

56. Und sie kehreten wieder um, und bereiteten die Specerey, und Salben: und den Sabbath über waren sie zwar stille nach dem Gesetz.

Das vier und zwanzigste Capitel.

I. Die Engel verkündigen den Weibern die Auferstehung Christi. 1. II. JEsus erscheint den zween Jüngern, die nach Emmaus giengen: 13. Und hernach den andern, da sie versammet waren. 36. III. führet sie hinaus bis gen Bethania, und fährt auf gen Himmel. 50.

1. ABer am ersten Tage nach dem Sabbath sehr früh, kamen sie zum Grabe, und trugen die Specerey, die sie bereitet hatten:

2. Und fanden den Stein vom Grabe abgewälzet.

3. Und sie giengen hinein, und fanden den Leib des HErrn JEsu nicht.

4. Und es begab sich, daß sie deswegen im Herzen bekümmert waren, siehe, da stunden zween Männer bey ihnen, in glänzenden Kleidern.

5. Als sie aber erschracken, und ihr Angesicht niederschlugen zur Erde, sprachen sie zu ihnen: Was suchet ihr den Lebendigen bey den Todten?

6. Er ist nicht hier, sondern er ist auferstanden: gedenket daran, wie er euch vorgesagt, da er noch in Galiläa war,

7. Und sprach: Des Menschen Sohn muß in die Hände der Sünder überantwortet, und gekreuziget werden, und am dritten Tage wiederum auferstehen.

8. Und sie erinnerten sich seiner Worte.

9. Da giengen sie wiederum zurück vom Grabe, und verkündigten dieses alles den Eilfen, und den andern allen.

10. Es war aber Maria Magdalena, und Johanna, und Maria Jacobi, und andere, welche bey ihnen waren, die solches den Aposteln ansagten.

11. Aber diese Worte kamen ihnen vor, als wann es Mährlein wären: und sie glaubten ihnen nicht.

12. Petrus aber stund auf, und lief zum Grabe: und bückte sich, und sah die leinenen Tücher allein liegen, und er gieng hinweg, und verwunderte sich bey ihm selbst über das, so da geschehen war.

II. 13. Und siehe, zween aus ihnen giengen an demselbigen Tage in einen Flecken, der in die sechzig Feldwegs von Jerusalem war, mit Namen Emmaus.

14. Und sie redeten miteinander von allen Dingen, die sich zugetragen hatten.

15. Und es begab sich, da sie also redeten, und sich miteinander befragten, nahete sich JEsus selbst zu ihnen, und wandelte mit ihnen:

16. Aber ihre Augen wurden eingehalten, daß sie ihn nicht erkannten.

17. Und er sprach zu ihnen: Was sind das für Reden, die ihr untereinander führet auf der Reise, und seyd traurig?

18. Da

℣. 54. *Et dies erat parasceves.* In quo necessaria ad Sabbatum præparabantur. *Et Sabbatum illucescebat.* i. Appropinquabat.

℣. 56. *Et Sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.* *Quieverunt*, ut vertit Erasmus. *Secundum mandatum.* Legis scilicet, quæ omnibus id prohibet. Unde nihil paraverunt ex aromatibus, quæ emerant. Quamquam opera quæ faciebant piæ mulieres, non erant servilia, nec per legem prohibita, servaverunt mandatum secundum consuetudinem & traditionem Judæorum, qui Sabbatum colebant arctius, quam lex ipsa præciperet. Sic noluerunt ingredi prætorium, ne contaminarentur; quasi immundi essent, si domum Gentilis intrarent, quod lege non prohibetur.

CAPUT XXIV.

℣. 1. *Una autem Sabbati.* Prima die hebdomadæ, qui est dies Dominica.

℣. 4. *Ecce; duo viri steterunt secus illas, in veste fulgenti.* Joannes sedisse eos ait: sed vox Græca ἐφίστημι, proprie supervenire significat.

℣. 9. *Et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim.* Non simul hæc nuntiata sunt: nam primo quidem nuntiatum fuit Corpus Christi sublatum fuisse; deinde Magdalena nuntiavit se Dominum vidisse: post primum nuntium videtur Petrus & Joannes cucurrisse: singula exposita sunt ad cap. 28. Matthæi.

℣. 10. *Et Maria Jacobi.* sc. Mater.

℣. 12. *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum.* Una cum Joanne. *Linteamina.* Quibus corpus Christi fuerat involutum.

℣. 13. *Duo ex illis ibant ipsa die in castellum.* Vicus ille ab Adriano postea in celebrem urbem mutatus Nicopolis dictus est, ac septem milliaribus Jerosolyma distabat. Dicta est Nicopolis in monumentum devictæ a Romanis Judææ.

℣. 15. *Dum fabularentur.* Græc. Colloquerentur.

18. Da antwortete einer, dessen Namen Cleophas war, und sprach zu ihm: Bist du allein ein Fremdling zu Jerusalem, und weißt nicht, was daselbst geschehen ist in diesen Tagen?

19. Und er sprach zu ihnen: Was? Und sie sprachen: Von JEsu von Nazareth, der ein Prophet war, mächtig in Thaten, und in Worten vor GOtt, und vor allem Volke:

20. Und wie ihn unsere Hohenpriester, und Obersten überantwortet haben zur Verdammniß des Todes, und gekreuziget.

21. Wir aber hofften, er würde Israel erlösen: und nun über dieses alles, ist heute der dritte Tag, daß solches geschehen ist.

22. So haben uns auch etliche Weiber von den unserigen erschrecket, welche vor Tag bey dem Grabe gewesen sind:

23. Da sie aber seinen Leib nicht gefunden, sind sie gekommen, und sagen: daß sie auch ein Gesicht der Engel gesehen haben, welche sagen, er lebe.

24. Und etliche von den Unserigen giengen hin zum Grabe: und fanden also, wie es die Weiber gesagt haben, ihn aber fanden sie nicht.

25. Und er sprach zu ihnen: O ihr Thoren, und eines langsamen Herzen, zu glauben allem Dinge, so die Propheten geredet haben!

26. Mußte nicht Christus dieses leiden, und also in seine Herrlichkeit eingehen?

27. Und er fieng an von Moyse, und allen Propheten, und legte ihnen in allen Schriften dasjenige aus, so von ihm gesagt war.

28. Und sie kamen nahe zu dem Flecken, dahin sie giengen: und er stellte sich, als wollte er weiter gehen.

29. Aber sie nöthigten ihn, und sprachen: Bleib bey uns, denn es wird Abend, und der Tag hat sich schon geneiget. Und er gieng mit ihnen hinein.

30. Und es begab sich, als er mit ihnen zu Tische saß, nahm er das Brod, segnete es, und brach es, und gab es ihnen.

31. Und ihre Augen wurden aufgethan, und sie erkannten ihn: und er verschwand aus ihren Augen.

32. Und sie sprachen untereinander: War unser Herz nicht brennend in uns, da er mit uns redete auf dem Wege, und uns die Schrift eröffnete?

33. Und sie stunden auf zu derselbigen Stunde, und giengen wiederum gen Jerusalem: und fanden die Eilfe versammelt, und die bey ihnen waren,

34. Welche sprachen: Der HErr ist wahrhaftig auferstanden, und Simoni erschienen.

35. Und sie erzählten ihnen, was sich auf dem Wege zugetragen hatte: und wie sie ihn im Brodbrechen erkannt haben.

36. Indem sie aber hievon redeten, stund JEsus mitten unter ihnen, und sprach zu ihnen: Friede sey mit euch: ich bins, fürchtet euch nicht.

37. Sie aber erschracken, und fürchteten sich, und vermeynten, daß sie einen Geist sehen.

38. Und er sprach zu ihnen: Was seyd ihr so erschrocken? und warum steigen die Gedanken in eure Herzen?

39. Sehet meine Hände, und meine Füße, denn ich bin es selbst: greifet, und sehet: denn ein Geist hat kein Fleisch, noch Bein, wie ihr sehet, das ich habe.

40. Und da er das gesagt hatte, zeigte er ihnen die Hände, und Füße.

41. Als sie aber noch nicht glaubten, sondern sich ver-

18. Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Jerusalem, & non cognovisti, quæ facta sunt in illa his diebus?

19. Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo:

20. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

21. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt.

22. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum:

23. Et, non invento corpore ejus, venerunt, dicentes: se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt, eum vivere.

24. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum: & ita invenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenerunt.

25. Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde, ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ!

26. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

27. Et incipiens a Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.

28. Et appropinquaverunt castello, quo ibant: & ipse se finxit longius ire.

29. Et coëgerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Et intravit cum illis.

30. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

31. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum: & ipse evanuit ex oculis eorum.

32. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

33. Et surgentes eadem hora regressi sunt in Jerusalem: & invenerunt congregatos undecim, & eos, qui cum illis erant,

34. Dicentes: Quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni.

35. Et ipsi narrabant, quæ gesta erant in via: & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

36. Dum *d* autem hæc loquuntur ✝, stetit Jesus in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.

37. Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre.

38. Et dixit eis: Quid turbati estis? & cogitationes ascendunt in corda vestra?

39. Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.

40. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.

41. Adhuc autem illis non credentibus, &

d Marc. 16. 14. Joan. 20 19. ✝ *FER. 3. POST PASCH*

 mirat-

℣. 18. *Tu solus peregrinus.* Adeo peregrinus.
℣. 19. *Coram Deo.* Deo approbante.
℣. 22. *Terruerunt nos.* Attonitos fecerunt & perplexos.
℣. 25. *O stulti!* Sic compellat, ut reddat attentos.
℣. 26. *Nonne hæc oportuit pati Christum.* Quibus obtineret regnum suum in cælo & in terra; quod regnum est Ecclesia. Regnum illud Ecclesiæ constitui per passionem ex æterno Dei decreto oportuit.
℣. 28. *Se finxit longius ire.* Ita se composuit, quasi longius iturus: ut eorum in se amorem magis accenderet.
℣. 34. *Et apparuit Simoni.* Reduci a monumento.
℣. 35. *Et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.* Dum simul comederent; an potius in usu Sacrosanctæ Eucharistiæ?
℣. 38. *In corda vestra.* Seu mentes vestras.
℣. 41. *Adhuc autem illis.* sc. Aliquibus.

mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur?

42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis.

43. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

44. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

45. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas: & dixit eis:

e Psal. 18. 6. 46. Quoniam *e* sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die:

47. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes °, incipientibus ab Jerosolyma.

f Actor. 1. 8. 48. Vos *f* autem testes estis horum.

g Joan. 14. 26. 49. Et *g* ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.

III. 50. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & elevatis manibus suis, benedixit eis.

h Marc. 16. 19. Actor. 1. 9. 51. Et *h* factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum.

52. Et ipsi adorantes regressi sunt in Jerusalem cum gaudio magno.

53. Et erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum, Amen.

wunderten vor Freuden, sprach er: Habt ihr hier etwas zu essen?

42. Da legten sie ihm einen Theil vom gebratenen Fisch vor, und Honigseim.* * Hebraeos.

43. Und nachdem er vor ihnen davon gegessen hatte, nahm er das übrige, und gab es ihnen.

44. Und er sprach zu ihnen: Dieses sind die Worte, die ich zu euch geredet habe, da ich noch bey euch war: denn es mußte alles erfüllet werden, was im Gesetz Moysi, und in den Propheten, und Psalmen von mir geschrieben ist.

45. Da eröffnete er ihnen den Verstand, daß sie die Schrift verstunden: und er sprach zu ihnen:

46. Also ist es geschrieben, und also mußte Christus leiden, und am dritten Tage wiederum auferstehen von den Todten:

47. Und es muß in seinem Namen Buße, und Vergebung der Sünden geprediget werden unter allen Völkern, von Jerusalem anzufahen.

48. Ihr aber seyd Zeugen dieser Dinge.

49. Und ich will die Verheißung meines Vaters auf euch senden: und ihr sollet in der Stadt Jerusalem bleiben, bis daß ihr mit der Kraft aus der Höhe angethan werdet.

III. 50. Er führete sie aber hinaus gen Bethania: und hub seine Hände auf, und segnete sie.

51. Und es begab sich, indem er sie segnete, schied er von ihnen, und fuhr hinauf in den Himmel.

52. Und sie betheten ihn an, und kehreten wieder um gen Jerusalem mit großer Freude.

53. Und sie waren immerdar im Tempel, und lobeten, und benedeyeten GOtt, Amen.

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM secundum Joannem.

CAPUT I.

I. Verbum est Deus, vita, & lux omnem hominem illuminans; per quod omnia facta sunt: 1. II. Quod homo factum est. 14. III. Cui testimonium perhibet Joannes. 19. Ostendens Judæis, 29. & discipulis, Illum esse Agnum Dei. 35. IV. Andreas adducit ad Jesum Simonem: Philippus quoque adducit ad eum Nathanael. 37.

† IN NATIVIT. DOM. AD III. MISS. In † principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.

2. Hoc erat in principio apud Deum.

3. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, quod factum est:

Das heilige Evangelium Jesu Christi, nach der Beschreibung Johannis.

Das erste Capitel.

I. Das ewige Wort GOttes, wahrer GOTT, so alle erleuchtet: 1. II. Ist Mensch worden. 14. III. Johannes der Täufer bezeugt von ihm. 19. Zeigend den Juden, 29. und seinen Jüngern Christum. 35. IV. Aus welchen Andreas mit Petro, und hernach auch Philippus, und Nathanael zu Christo kommen. 37.

Im Anfang war das Wort, und das Wort war bey GOtt, und GOtt war das Wort.

2. Das war im Anfang bey GOtt.

3. Alle Dinge sind durch dasselbige gemacht: und ohne dasselbige ist nichts gemacht, was gemacht ist:

3. Joh

ỳ. 43. *Et cum manducasset coram eis.* Quæ vera fuit manducatio, non nutritio.

ỳ. 44. *Hæc.* Nempe quæ sequuntur. *Sunt verba.* Seu mysteria.

ỳ. 45. *Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent Scripturas.* Ergo Scripturæ obscuritatem habent sibi adjunctam; neque eas intellexissent Apostoli, nisi Dominus iis aperuisset earum intellectum . . . Præter alia Scripturæ loca, Isaias cap. 53. prædixerat ejus mortem, & crucem. Resurrectionis typus fuit Jonas, eamque prædixit Michæas cap. 4.

ỳ. 47. *In nomine ejus.* Auctoritate, & jussu.

ỳ. 48. *Testes estis.* Eritis.

ỳ. 49. *Mitto promissum Patris.* sc. Spiritum S.

ỳ. 50. *Eduxit autem eos foras in Bethaniam.* Extra Jerusalem. *In Bethaniam.* Unde reversus est in montem Oliveti.

ỳ. 53. *Et erant semper in templo.* Horis orationi destinatis, & temporibus opportunis; idque maxime ante acceptum Spiritum sanctum. *Celebrantes Deum in Christo*, quod confirmat vox Amen.

CAPUT I.

ỳ. 1. *In principio.* In Patre, sc. ante omnia creata. *Erat verbum.* Græc. Illud verbum, & hoc erat in ipsa æternitate, ante omnia tempora, cum nullum esset tempus. Sic æternum esse Verbum Dei aperte docet Evangelista. *Et Verbum erat apud Deum.* Distincta nimirum a Patre persona, non diversæ naturæ. *Et Deus erat verbum:* Unus & idem cum Patre Deus. Sic cap. 4. *Spiritus est Deus*, id est, Deus est Spiritus. Hinc D. August. Tract. 1. in Joan. *Evangelista dicit: In principio erat verbum: & tu dicis, quia & ipsum verbum factum est. Ille, omnia per ipsum facta sunt, dicit; & tu dicis, quia & ipsum verbum factum est. Poterat dicere Evangelista: In principio factum est verbum: sed quid ait? In principio erat verbum. Si erat, non est factum.* Idem tract. 3. *In principio erat verbum. In quo principio? Et verbum erat apud Deum: & quale verbum? Et Deus erat verbum.*

ỳ. 2. *Hoc erat in principio apud Deum.* Verbum erat Deus, quia in principio erat apud Deum: vel hoc verbum quod erat Deus, apud Patrem & cum Patre erat, necdum humanam carnem assumpserat. *In principio.* Ab æterno, ante rerum omnium creationem. Persona erat a Patre distincta, sed ejusdem naturæ & substantiæ.

ỳ. 3. *Omnia per ipsum facta sunt.* Jam verbum ut omnium rerum principium & creatorem exprimit Evangelista. *Et sine ipso factum est nihil.* Gr. *Ne unum quidem eorum, quæ facta sunt, sine ipso factum est.* Latini sic distin-

4. In ihm war das Leben, und das Leben war das Licht der Menschen.

5. Und das Licht leuchtet in den Finsternissen, und die Finsternisse haben es nicht begriffen.

6. Es war ein Mensch von GOtt gesandt, dessen Name war Johannes.

7. Dieser kam zum Zeugniß, daß er Zeugniß geben sollte von dem Lichte, auf daß sie alle durch ihn glaubeten.

8. Er war nicht das Licht, sondern daß er von dem Lichte Zeugniß geben sollte.

9. Es war ein wahrhaftiges Licht, das alle Menschen erleuchtet, die in diese Welt kommen.

10. Es war in der Welt, und die Welt ist durch dasselbige gemacht worden, aber die Welt hat ihn nicht erkannt.

11. Er kam in sein Eigenthum, und die Seinigen nahmen ihn nicht auf.

12. Wie viel ihn aber aufgenommen haben, denselbigen hat er Macht gegeben, Kinder GOttes zu werden, nämlich, die da glauben an seinen Namen:

13. Welche nicht aus dem Geblüt, noch aus dem Willen des Fleisches, noch aus dem Willen des Mannes, sondern aus GOtt gebohren sind.

II. 14. Und das Wort ist Fleisch worden, und hat unter uns gewohnet: und wir haben seine Herrlichkeit gesehen, eine Herrlichkeit, als des Eingebohrnen vom Vater, voller Gnade, und Wahrheit.

15. Johannes gab Zeugniß von ihm, rief, und sprach: Dieser war es, von dem ich gesagt habe: Der nach mir kommen wird, der ist vor mir gewesen: denn er war eher dann ich.

16. Und von seiner Völle haben wir alle empfangen, und zwar Gnade um Gnade.

17. Denn das Gesetz ist durch den Moysen gegeben, die Gnade, und Wahrheit ist durch JEsum Christum worden.

18. Niemand hat GOTT jemal gesehen: der einge-

4. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.

5. Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendérunt.

6. Fuit *a* homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. *a Matth.* 3. 1. *Marc.* 1. 2.

7. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.

8. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine.

9. Erat *b* lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *b Infr.* 3. 19.

10. In mundo erat *c*, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. *c Hebr.* 11. 3.

11. In propria venit, & sui eum non receperunt.

12. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus:

13. Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.

II. 14. Et *d* verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiæ, & veritatis. *d Matth.* 1. 16 *Luc.* 2. 7.

15. Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens: Hic erat, quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat.

16. Et *e* de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. *e 1. Tim.* 6. 17.

17. Quia lex per Moysen data est, gratia, & veritas per Jesum Christum facta est.

18. Deum *f* nemo vidit unquam: unigenitus *f 1. Tim.* 6. 16. *1. Joan.* 4. 12.

---

stinguunt, & punctum voci, *nihil*, subjiciunt: tum puncto interposito: *Quod factum est, in ipso vita erat.* Ita Augustinus. Vulgata utrique interpretationi aptatur. Græci Patres, ut Chrysostomus, hæc verba, *quod factum est*, jungunt cum præcedentibus, adeo ut hic sit sensus: *Nihil eorum, quæ facta sunt, sine illo factum est.* Tum sequitur altera sententia, *in ipso vita erat*, fons vitæ, uti & veritas ipsa.

℣. 4. *In ipso.* Uti in fonte. *Et vita erat.* Illa, seu potius ipse. *Lux hominum.* Qua intelliginus, & quæ adest omnibus, etiam cæcis corde & peccatoribus, ut solis lumen præsens est cæco, qui soli abiens est, ut ait Aug. scribens in hunc locum, qui & Tract. 3. hæc habet: Quod factum est, non est vita, sed in arte, hoc est, in sapientia Dei, antequam fieret, vita erat. Quid absonum magis, quam Joannem his verbis tam magnificis non aliud efficere, & persuadere voluisse, quam Christum esse merum hominem, non Deum, sed a Deo missum instar legati, ad cœlum usque sublatum instar Pauli Apostoli, atque ibi cum Deo contulisse paucis ante Evangelii prædicationem annis, ut somniant Sociniani; hominum Magistrum instar Moysis constitutum, & Deum dici, ut Moyses Deus Pharaonis dictus est, idque sublimiori quadam ratione; cuncta per ipsum facta, quæ ad mundi renovationem spectant, non quod mundus ab eo conditus sit. Hæc & alia hujusmodi monstra fingunt Sociniani, sed fingunt tamen, & verbis Evangelistæ vim afferunt.

℣. 5. *Et tenebræ eam non comprehenderunt.* Homines errorum effusi tenebris hanc lucem non receperunt; occluserunt enim mentis oculos, ne viderent.

℣. 7. *Ut testimonium perhiberet de lumine.* Ut testis & præco adventus Domini. Testimonium Joannis Baptistæ ubique commendant Evangelistæ, quod permagni esset ponderis ad Judæos revincendos: in magna quippe erat apud eos sanctitatis opinione, & omnes illum ut Prophetam habebant.

℣. 9. *Erat lux vera.* Paululum digressus, ut de Joanne loqueretur, redit ad verbum æternum. *Erat lux vera.* Per essentiam, & participabilis, non participata. *Quæ illuminat omnem hominem.* Seu lumine naturali, cujus facultas, aut ratio cuique homini insita est, ut exponit Cyrillus; seu gratiæ lumine, quantum in se est, ut interpretatur Chrysostomus. Illud quoque e Græco textu licet interpretari, ἐρχόμενον, *veniens*, quod referri potest ad τὸ φῶς, *lumen*; ita ut hic sit sensus: lumen illud verum veniens in hunc mundum, ut illuminet omnem hominem. Quæ sequuntur, huic favent expositioni: nam de verbo divino manifeste intelliguntur.

℣. 10. *In mundo erat.* Ante incarnationem erat ubique præsens per suam divinitatem, qua mundum condidit, & eum regit; unde & mundus verbum ipsum, a quo factus est, nosse debebat.

℣. 11. *In propria venit.* In mundum a se conditum: vel *in propria venit*, ad Judæos, ex quibus natus est secundum carnem, quique erant populus Dei.

℣. 12. *Quotquot receperunt.* sc. Ut oportet. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Vox Græca ἐξουσία, potestatem cum auctoritate, vel dignitate conjunctam significat.

℣. 13. *Qui non ex sanguinibus.* Qui non ut cæteri homines, vel ex humano semine, vel ex concupiscentia, vel ex hominis voluntate per adoptionem humanam, sed ex Deo nati sunt per divinam adoptionem.

℣. 14. *Et verbum caro factum est.* In hunc finem homo factus est. *Quasi unigeniti.* Vox *quasi* apud Hebræos sæpe est particula affirmans. Splendor & gloria Jesu Christi non ut Moysis & Prophetarum, sed ut filii unigeniti a Patre, in Transfiguratione, Resurrectione & Ascensione perspicue & clare visa, quasi unigeniti, ut par erat illum apparere, qui vere est unigenitus Dei Patris, ejusdem cum eo naturæ.

℣. 15. *Joannes testimonium perhibet de ipso, & clamat.* Alludit ad ea verba Isaiæ, cap. 40. *Vox clamantis in deserto. Qui post me venturus est.* Ad prædicandum & annuntiandum Evangelium. *Ante me factus est.* Vox Græca ἔμπροσθέν μου. Quod ait, *ante me*, inquit Beda, non ad ordinem temporis, sed ad distantiam pertinet dignitatis. *Quia prior me erat.* Non solum æternitate, ut Deus, sed etiam ut homo longe præstantior.

℣. 17. *Quia lex per Moysen data est, &c.* August. Lib. 17. contra Faustum, cap. 6. *Ipsa lex, cum impleta est, gratia & veritas facta est per Jesum Christum. Gratia, qua lex veritate impletur; veritas, qua figuras & Prophetias implevit.*

℣. 18. *Deum nemo vidit.* Nemo hominum ante Christum. Sa. *Qui in sinu Patris.* In eadem nempe cum Patre essentia. *Ipse enarravit.* Quæ de verbo dixi, non aliunde, quam ab ipsomet verbo accepi, seu ab unigenito, qui est in sinu patris. *Ipse enarravit.* Græc. ἐξηγήσατο. Exposuit, dilucide declaravit, seu postrema illa verba sint

nitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarravit.

† DOM. III. ADVENT.

III. 19. Et hoc est testimonium Joannis, quando † miserunt Judæi ab Jerosolymis Sacerdotes, & Levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es?

20. Et confessus est, & non negavit: & confessus est: Quia non sum ego Christus.

21. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.

22. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his, qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso?

g Isai. 40. 3. Matth. 3. 3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4.

23. Ait: g Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta.

24. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis,

25. Et interrogaverunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?

h Matth. 3. 11.

26. Respondit eis Joannes, dicens: h Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.

i Marc. 1. 7. Luc. 3. 16. Actor 15. & 19. 4.

27. Ipse i est, qui post me venturus est, qui ante me factus est: cujus ego non sum dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti.

28. Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem, ubi erat Joannes baptizans.*

† IN OCT. EPIPH.

29. Altera die † vidit Joannes Jesum venientem ad se, & ait: Ecce, agnus Dei: ecce, qui tollit peccatum mundi.

30. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

31. Et ego nesciebam eum, sed ut manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.

k Matth. 3. 16. Marc. 1. 10. Luc. 3. 22.

32. Et testimonium perhibuit Joannes, dicens: k Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.

33. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.

34. Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius Dei.*

† IN VIG. S. ANDR.

35. Altera † die iterum stabat Joannes, & ex discipulis ejus duo.

36. Et respiciens Jesum ambulantem, dicit: Ecce, agnus Dei.

IV. 37. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Jesum.

bohrne Sohn, der im Schooße des Vaters ist, derselbige hat es erkläret.

III. 19. Und dieses ist das Zeugniß Johannis, als die Jüden, Priester, und Leviten von Jerusalem zu ihm sandten, daß sie ihn fragten: Wer bist du?

20. Und er bekannte, und läugnete nicht: und er bekannte: Ich bin nicht Christus?

21. Und sie fragten ihn: Was dann? Bist du Elias? Und er sprach: Ich bins nicht. Bist du ein Prophet? Und er antwortete: Nein.

22. Da sprachen sie zu ihm: Wer bist du dann, damit wir denjenigen Antwort geben, die uns gesandt haben? Was sagest du von dir selbst?

23. Er sprach: Ich bin eine Stimme des Rufenden in der Wüste: Machet richtig den Weg des HErrn, wie der Prophet Isaias gesagt hat.

24. Und die gesandt waren, die waren von den Pharisäern.

25. Und sie fragten ihn, und sprachen zu ihm: Warum taufest du dann, so du nicht Christus bist, noch Elias, noch ein Prophet?

26. Johannes antwortete ihnen, und sprach: Ich taufe mit Wasser: aber er stehet mitten unter euch, den ihr nicht kennet.

27. Der ist es, der nach mir kommen wird, der vor mir gewesen ist: und ich bin nicht werth, daß ich seine Schuhriemen auflöse.

28. Dieses ist zu Bethania geschehen, jenseit des Jordans, da Johannes taufete.

29. Des andern Tages sah Johannes JEsum zu sich kommen, und sprach: Sehet, das Lamm GOttes: sehet, der hinwegnimmt die Sünde der Welt.

30. Dieser ist es, von dem ich gesagt habe: Es kömmt ein Mann nach mir, der vor mir gewesen ist: denn er war eher, dann ich.

31. Und ich kannte ihn nicht: aber damit er in Israel offenbar würde, so bin ich gekommen, mit Wasser zu taufen.

32. Und Johannes zeugete, und sprach: Ich habe gesehen, daß der Geist vom Himmel herabstieg wie eine Taube, und blieb auf ihm.

33. Und ich kannte ihn nicht: aber der mich gesandt hat, mit Wasser zu taufen, derselbige sprach zu mir: Ueber welchen du sehen wirst den Geist herabfahren, und auf ihm bleiben, der ist es, der mit dem heiligen Geist taufet.

34. Und ich habe es gesehen, und habe bezeuget, daß dieser der Sohn GOttes ist.

35. Am andern Tage stund Johannes abermal, und zween von seinen Jüngern.

36. Und als er JEsum wandeln sah, sprach er: Siehe, das Lamm GOttes.

IV. 37. Und die zween Jünger höreten ihn das sagen, und folgeten JEsu nach.

38. JEsus

---

sint a Joanne Baptista prolata, seu ea sint ipsius Evangelistæ verba. August. *Quid est in sinu Patris? In secreto Patris . . . . Qui Patrem novit, ipse enarravit.*

℣. 19. *Et hoc est testimonium Joannis.* Redit ad Joannis testimonium clarius explicandum. Aug. *Tamen quia quasi in nocte apparuit in corpore mortali, lucernam sibi accendit, unde videretur.*

℣. 20. *Et confessus est, & non negavit.* Hebraismus, quo responsi constantia exprimitur: ex responsione Joannis palam est eum interrogatum fuisse, an is esset Christus.

℣. 21. *Elias es tu.* Quem ex Malachia, cap. 4. venturum ante Messiam acceperant; cum abstinentia cibi, vestitu, zelo Dei eum referret. Quidam ex iis forsitan animarum transmigrationem admittebant. *Non sum.* Proprie Elias, sed virtute, spiritu & officio. *Propheta es tu.* Græce propter articulum Propheta ille a Judæis expectatus, & promissus, de quo Deuteron. 18. quem Judæi a Messia distinguebant, & Messiæ comitem futurum putabant.

℣. 28. *Hæc in Bethania facta sunt trans Jordanem.* Gr. *Bethabara.* Qui locus erat trans Jordanem. Vox Gr. πέραν, potest etiam *cis Jordanem* designare, ad littus scilicet Jordanis. Per sex menses baptizaverat in Judæa: sed forte concursus populorum Romanis suspectum fecerat: unde Joannes ultra fluvium in Peræa baptizavit. *Bethabara* hebraice domum transitus significat: frequentes populi eo confluebant.

℣. 29. *Altera die vidit Joannes Jesum venientem ad se.* Postero die. *Agnus Dei*, Græce ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, *ille Agnus Dei*, de quo Isaiæ 53. Sola Deo digna victima, quæ potest Deo reconciliare homines. *Ecce, qui tollit.* Gr. ὁ αἴρων, qui portat, qui portando aufert peccata mundi.

℣. 31. *Et ego nesciebam eum.* Oculis corporis non videram eum, licet scirem advenisse Messiam. Propterea veni baptizatum, ut ex occasione baptismi eum manifestarem. Cum Joannes a prima ætate in deserto vitam egisset, Christum ex facie non noverat. Ubi Christus ab eo baptizari voluit, tum quis esset, Deus illi revelavit; sed postea, cum Spiritus sanctus in eum columbæ specie descendisset, & vox Patris de cœlo intonuisset, ad publicam illam manifestationem, Joannes refert eam, quam de Christo habuerat notitiam.

℣. 36. *Ecce, agnus Dei.* Sic Christum appellat ob summam mansuetudinem, innocentiam, & obedientiam ad mortem.

38. JEsus aber wandte sich um, und als er sie folgen sah, sprach er zu ihnen: Was suchet ihr? Und sie sprachen zu ihm: Rabbi, (das ist verdollmetschet Meister) wo wohnest du?

39. Er sprach zu ihnen: Kommet, und sehet es. Sie kamen, und sahen es, wo er sich aufhielt, und blieben denselbigen Tag bey ihm: es war aber um die zehente Stunde.

40. Andreas aber, der Bruder Simonis Petri, war einer von beyden, die solches von Johanne gehöret hatten, und waren ihm nachgefolget.

41. Derselbige findet am ersten seinen Bruder Simon, und spricht zu ihm: Wir haben Messiam gefunden, das ist verdollmetschet, Christus.

42. Und er führete ihn zu JEsu. Da ihn aber JEsus ansah, sprach er: Du bist Simon, der Sohn Jona: du sollst Cephas genennet werden, das wird verdollmetschet Petrus.

43. Am folgenden Tage wollte JEsus wiederum in Galiläam ziehen, und fand Philippum. Und JEsus sprach zu ihm: Folge mir nach.

44. Philippus aber war von Bethsaida, aus der Stadt Andreä, und Petri.

45. Und Philippus findet den Nathanael, und spricht zu ihm: Wir haben den gefunden, von welchem Moyses im Gesetz geschrieben hat, und die Propheten, nämlich, JEsum, den Sohn Joseph von Nazareth.

46. Und Nathanael sprach zu ihm: Kann auch von Nazareth etwas Gutes kommen? Philippus spricht zu ihm: Komm, und siehe es.

47. JEsus sah den Nathanael zu sich kommen, und sprach von ihm: Siehe, ein wahrer Israelit, in welchem kein Betrug ist.

48. Nathanael spricht zu ihm: Woher kennest du mich? JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Ehe dir Philippus rief, da du unter dem Feigenbaum warest, habe ich dich gesehen.

49. Nathanael antwortete ihm, und sprach: Rabbi, du bist der Sohn GOttes, du bist der König Israel.

50. JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Dieweil ich dir gesagt habe: Ich habe dich unter dem Feigenbaum gesehen, so glaubest du, du wirst noch etwas größers sehen, dann dieses.

51. Und er sprach zu ihm: Wahrlich, wahrlich sage ich euch, ihr werdet den Himmel offen sehen, und die Engel GOttes auf- und abfahren auf des Menschen Sohn.

Das zweyte Capitel.

I. JESUS macht aus Wasser Wein zu Cana in Galiläa. 1. II. Kömmt nach Jerusalem, treibt die Verkäufer, und Wechsler zum Tempel hinaus. 13. III. Weissaget unter der Figur der Einreissung des Tempels, von seinem Tod, und Auferstehung. 18.

1. Und am dritten Tage ward eine Hochzeit gehalten zu Cana in Galiläa: und die Mutter JEsu war allda.

2. JESUS, und seine Jünger waren auch auf die Hochzeit geladen.

3. Und da es am Wein gebrach, spricht die Mutter JEsu zu ihm: Sie haben keinen Wein.

38. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas?

39. Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt, ubi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.

40. Erat autem Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant a Joanne, & secuti fuerant eum.

41. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus.

42. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon, filius Jona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.

43. In crastinum voluit exire in Galilæam, & invenit Philippum. Et dicit ei Jesus: Sequere me.

44. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreæ, & Petri.

45. Invenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit *l* Moyses in lege, & *m* Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth.

46. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide.

47. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce, vere Israelita, in quo dolus non est.

48. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.

49. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

50. Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis, majus his videbis.

51. Et dicit ei: Amen, Amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

CAPUT II.

I. Jesus in nuptiis aquam in vinum convertit. 1. *II. Veniens Jerosolymam, ejicit de templo negotiatores.* 13. *III. Signo a Judæis petito, dicit: Solvite templum hoc, &c. multi propter signa credunt, quibus ipse non se credit.* 18.

1. Et die tertia nuptiæ † factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Jesu ibi.

2. Vocatus est autem & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias.

3. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum: Vinum non habent.

l Gen. 49. 10. *Deut.* 18. 18. *m* Isai. 42. 10. & 45. 2. *Jer.* 23. 5. *Ezech.* 34. 23. & 37. 24. *Dan.* 9. 24. & 25.

† TOM. 2. POST EPIPH.

4. Et

℣. 39. *Venite.* sc. Non est differendum venire ad Christum.

℣. 41. *Invenimus Messiam.* Græc. Illum Messiam, sc. promissum & verum.

℣. 42. *Tu es Simon, filius Jona.* Seu Johanna, aut Joannis, per contractionem: vocaberis *Cephas*, Chald. *Cepha*, כיפא, *est Petra.*

℣. 46. *A Nazareth potest aliquid boni esse.* Judicabat ex Nazareth tam ignobili loco nil boni posse prodire, & pariter sciebat Messiam in Bethlehem nasciturum.

℣. 47. *Ecce, vere Israelita.* Imitans Israel seu Jacob Patriarcham morum probitate, candore, & simplicitate.

℣. 50. *Majus his videbis.* Majora. Gr. μείζω.

℣. 51. *Videbitis.* Ei servientes Angelos. *Supra.* Vox Hebr. *al*, על, *juxta*, etiam seu *prope* significat. Item etiam *ad*, *descendentes ad filium hominis.* Ut ei inserviant, quamvis non scriptum sit, ubi hoc viderint. Bernardus in Psal. 90. Serm. 11. *Beati illi Spiritus ascendunt per contemplationem Dei, descendunt per compassionem tui, ut custodiant te in omnibus viis tuis. Ascendunt ad vultum ejus, descendunt ad nutum ejus.*

CAPUT II.

℣. 1. *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ.* Postquam in Galilæam venit circa 21. Februarii, vel die tertia ab egressu e deserto, ubi tentatus fuit a diabolo, juxta Euthymium. *In Cana Galilææ.* Nam aliud erat oppidum ejusdem nominis in Tribu Ephraim, Josue 15. 18. Cana Galilææ oppidum erat, quod trium horarum spatio distabat Nazareth, juxta Hieronymum in locis Hebraicis, in finibus scilicet Galilææ, & Phœniciæ.

℣. 3. *Dicit mater Jesu ad eum.* Mariæ erga convivas miseratio, in filium fides, modestia in proponendo & exponendo, quid facto opus esset, eluceſcit: ubi formam orandi nobis præbet, nempe ut indigentiam nostram simpliciter Deo exponamus. Fors est ut pauperes essent conjuges; nam summissa voce hoc filio insinuavit, eorum pudori consulens.

4. Et dicit ei Jesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

5. Dicit mater ejus ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.

6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

7. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

8. Et dicit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt.

9. Ut autem gustavit architriclinus aquam, vinum factam, & non sciebat, unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus,

10. Et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.

11. Hoc fecit initium signorum Jesus in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli ejus.*

12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus: & ibi manserunt non multis diebus.

† FERIA 2. POST DOM. 4. QUAD. Primum Paschæ ministerii Christi. Anno M. 4033. æræ vulg. 30.

II. 13. Et † prope erat Pascha Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam:

14. Et invenit in templo vendentes boves, & oves, & columbas, & numularios sedentes.

15. Et cum fecisset, quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves, & numulariorum effudit æs, & mensas subvertit.

16. Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

17. Recordati sunt vero discipuli ejus, quia
a Psa. 68. 10. scriptum est: *a* Zelus domus tuæ comedit me.

III. 18. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?

b Matth. 26. 61. & 27. 40. Marc. 14. 58. & 15. 29.

19. Respondit Jesus, & dixit eis: *b* Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

20. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

4. Und JEsus spricht zu ihr: Weib, was liegt mir, und dir daran? meine Stunde ist noch nicht gekommen.

5. Seine Mutter spricht zu den Dienern: Alles, was er euch sagen wird, das thut.

6. Es waren aber daselbst sechs steinerne Wasserkrüge, gesetzet nach der Reinigung der Jüden, deren ein jeglicher zwo oder drey Maaß hielt.

7. JEsus spricht zu ihnen: Füllet die Wasserkrüge mit Wasser. Und sie füllten sie bis oben an.

8. JEsus spricht zu ihnen: Schöpfet nun, und bringet es dem Speisemeister. Und sie brachtens ihm.

9. Als aber der Speisemeister das Wasser kostete, das zu Wein worden war, und wußte nicht, von wannen es kam, die Diener aber wußten es, welche das Wasser geschöpfet hatten: da rief der Speisemeister den Bräutigam,

10. Und sprach zu ihm: Jedermann setzt zum ersten den guten Wein vor: und wann sie trunken worden sind, alsdann setzt er den, so geringer ist: du aber hast den guten Wein bis hieher gehalten.

11. Diesen Anfang seiner Wunderzeichen machte JEsus zu Cana in Galiläa: und offenbarte seine Herrlichkeit, und seine Jünger glaubten an ihn.

12. Darnach zog er hinab gen Capharnaum, er, und seine Mutter, und seine Brüder, und seine Jünger: und sie blieben allda wenig Tage.

II. 13. Und der Jüden Ostern war nahe, und JEsus zog hinauf gen Jerusalem:

14. Und er fand im Tempel die, so die Ochsen, und Schafe, und Tauben verkauften, und die Wechsler sitzen.

15. Und er machte eine Geißel von Stricken, und trieb sie alle zum Tempel hinaus, und die Schafe, und Ochsen, und verschüttete das Geld der Wechsler, und stieß die Tische um.

16. Und er sprach zu denen, welche die Tauben verkauften: Traget diese Dinge von hinnen, und machet meines Vaters Haus nicht zum Kaufhaus.

17. Seine Jünger aber gedachten an das, so geschrieben stehet: Der Eifer deines Hauses hat mich aufgezehret.

III. 18. Die Jüden aber antworteten, und sprachen zu ihm: Was für ein Zeichen beweißt du uns, daß du diese Dinge thust?

19. JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Löset diesen Tempel auf, so will ich ihn in dreyen Tagen wiederum aufrichten.

20. Da sprachen die Jüden: Dieser Tempel ist sechs und vierzig Jahre gebauet worden, und du willst ihn in dreyen Tagen aufrichten?

21. Er

℣. 4. *Quid mihi, & tibi est mulier?* Quæ verba non sunt reprehendentis, sed docentis. Mater miraculum deposcebat, quod Divinitatis erat opus; docere discipulos suos voluit in obeundis ministerii sui functionibus nullam carnis & sanguinis habendam esse rationem. *Nondum venit hora mea.* Nondum venit tempus, quo miraculum a te postulatum sit faciendum. Nondum venit hora edendi miracula publica, quæ fieri debent, ut Evangelica prædicatio confirmetur. Nondum publice docuerat, nec se ut Messiam ostenderat. Quod postulabat B. Virgo ex charitate & misericordia, illud videtur negare Christus, quod præscripto tantum tempore edenda essent miracula. Nec mirum si variis virtutibus res diversæ, imo & quandoque contrariæ subjiciantur, utrimque laudabiles. Voto nihilominus Matris annuit Christus: neque Maria præcipitatione, aut quavis alia ratione peccavit, ut calumniantur quidam Novatores.

℣. 6. *Capientes singulæ metretas binas, vel ternas.* Metreta erat mensura quædam Attica, quæ Hebræorum cado pene æqualis erat, quadraginta fere librarum Parisiensium, ut plerisque videtur. Nuptias vero per aliquot dies Judæi solebant producere.

℣. 8. *Et ferte architriclino.* Qui præfectus erat convivio.

℣. 10. *Cum inebriati.* Cum exhilarati paululum incaluerint. Sic enim vox illa sæpe in Scripturis usurpatur etiam in bonam partem.

℣. 11. *Manifestavit gloriam suam.* i. Glorioſum nomen & potentiam.

℣. 12. *Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus.* Brevi post tempore. *Fratres ejus.* Cognati. *Non multis diebus.* Instabat enim festum Paschatis, quod eo anno incidit in diem sextum Aprilis, ut Pezronio videtur. Itaque exeunte Februario, Capharnao profectus est Jerosolymam, ut ibi Evangelii prædicandi munus auspicaretur.

℣. 13. *Et prope erat Pascha Judæorum.* Primum post baptismum, nondum tradito Joanne in carcerem.

℣. 14. *Et invenit in templo — numularios.* i. In atrio templi vidit, qui pecunias commodabant, vel commutabant.

℣. 15. *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes ejecit de templo, oves quoque, & boves.* Oves, & boves flagello expulit, non homines. Vox, *quasi*, deest in Græco.

℣. 16. *Domum negotiationis.* Fori publici.

℣. 19. *Solvite templum hoc.* Si solveritis, vel solvetis. Imperativus modus pro Futuro tempore. Templum vocat corpus suum propter inhabitantem divinitatem per unionem hypostaticam. Ubique Joannes insinuat Christi divinitatem. Præ ardenti in Deum amore Templum violari non sinebat.

℣. 20. *Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc.* Sex & quadraginta effluxerunt anni, cum Templum hoc ædificari cœpit, nec tamen ex omni parte erat absolutum, & intra triduum illud restitues. Templum illud in quo hæc omnia agebantur, hoc ipsum erat, quod ab Herode a fundamentis ædificari cœpit anno regni sui decimo octavo, nempe ut Josephus computare solet, a capta Jerosolyma, & a morte Antigoni. Sic enim quatuor & triginta annos regni Herodis enumerat. Porro annus ille erat vigesimus ante æram vulgarem. His 20. annis si ad-

21. Er aber redete vom Tempel seines Leibes.

22. Da er nun von den Todten war auferstanden, gedachten seine Jünger daran, daß er dieses gesagt hätte, und sie glaubten der Schrift, und dem Worte, so JEsus geredet hatte.

23. Als er aber auf dem österlichen Feste zu Jerusalem war, glaubten viele an seinen Namen, da sie seine Zeichen sahen, die er that.

24. Aber JEsus selbst vertrauete sich ihnen nicht, darum, daß er sie alle kannte,

25. Und ihm nicht vonnöthen war, daß jemand von einem Menschen Zeugniß gebe: denn er wußte wohl, was im Menschen war.

Das dritte Capitel.

I. JESUS hält ein nächtliches Gespräch mit Nicodemo, von der geistlichen Wiedergeburt des Menschen. 2. II. Johannes taufet, und lobet Christum vor seinen Jüngern. 23. III. Und weiset seine Zeugen zu Christo, als zum rechten Bräutigam. 26.

1. Es war aber ein Mensch von den Pharisäern, mit Namen Nicodemus, ein Oberster der Jüden.

2. Dieser kam zu JEsu bey der Nacht, und sprach zu ihm: Rabbi, wir wissen, daß du ein Lehrer von GOtt gekommen bist: denn niemand kann die Zeichen thun, die du thust, es sey dann GOtt mit ihm.

3. JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Wahrlich, wahrlich sage ich dir, es sey dann, daß jemand von neuem gebohren werde, so kann er das Reich GOttes nicht sehen.

4. Nicodemus spricht zu ihm: Wie kann ein Mensch gebohren werden, wann er alt ist? kann er auch von neuem in seiner Mutterleib gehen, und wiederum gebohren werden?

5. JEsus antwortete: Wahrlich, wahrlich sage ich dir, es sey dann, daß jemand wiederum gebohren werde aus dem Wasser, und aus dem heiligen Geist, so kann er nicht eingehen in das Reich GOttes.

6. Was vom Fleisch gebohren ist, das ist Fleisch: und was vom Geist gebohren ist, das ist Geist.

7. Laß dich nicht wundern, daß ich dir gesagt habe: ihr müsset von neuem gebohren werden.

8. Der Geist bläset, wo er will: und du höreſt seine Stimme wohl, du weißt aber nicht, von wannen er komme, und wohin er fahre: also ist ein jeglicher, der vom Geist gebohren ist.

21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli ejus, quia hoc dicebat, & *c* crediderunt Scripturæ, & sermoni, quem dixit Jesus. *c Ps. 3. 6. & 56. 9.*

23. Cum autem esset Jerosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa ejus, quæ faciebat.

24. Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes,

25. Et quia opus ei non erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, quid esset in homine.

CAPUT III.

I. Nicodemum nocte edocet de renascendo ex aqua, & Spiritu, ac de sui exaltatione. 2. II. Joannes Christum laudat, dicens: illum crescere oportere, se autem minui. 23. III. Quod Pater omnia dederit in manu ejus, ut, qui credit in eum, habeat vitam æternam. 26.

1. Erat † autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. † *IN INVENT. S. CRUCIS.*

2. Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus, quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

3. Respondit Jesus, & dixit ei: Amen, Amen, dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

4. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci?

5. Respondit Jesus: Amen, Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

6. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

7. Non mireris, quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.

8. Spiritus, ubi vult, spirat: & vocem ejus audis *a*, sed nescis, unde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. *a Ps. 134. 7.*

9. Respon-

---

si addas 26. æræ communis jam elapsos, summa erit 46. annorum ab initio hujus operis suscepti. Hoc templum magnitudine sua æquabat templum Salomonis. Nam centum cubitos longum erat, & altum 120. cum templi a Zorobabele extructi altitudo esset tantummodo sexaginta cubitorum. Illud itaque templum, cujus mentionem faciunt Judæi, id ipsum est, quod ab Herode fuit extructum. Non enim per tot annorum spatium templum secundum fuit ædificatum. Id quidem concedimus, hujus ædificii molem intra octo annorum spatium fuisse absolutam; sed exteriora quæque opera, ornamenta, portæ, &c. nondum erant absoluta: nam usque ad Neronis tempora continuata fuit horum operum fabrica. Judæi autem ob hujus vocis homonymiam decepti, hanc restitutionem templo, quod tunc temporis extabat, applicant. Aliis tamen videtur de secundo templo a Zorobabele post captivitatem extructo Judæos verba facere, eosque 46. annorum, quibus intermissa fuit ædificatio, habere rationem.

℣. 22. *Et crediderunt.* Firmius & clarius.

℣. 23. *In die festo.* Durante per septem dies.

℣. 24. *Ipse autem Jesus non credebat semetipsum eis.* Judæis, quorum pars maxima non credebat Jesum esse verum Messiam. Occultarum vero cogitationum notitia argumentum est divinitatis.

CAPUT III.

℣. 1. *Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum.* Senator magni consilii, seu synedrii.

℣. 2. *Hic venit ad Jesum nocte.* Id videtur actum Jerosolymæ; est enim præcedentis historiæ continuatio. *Nemo enim potest, &c.* . . . Ergo sunt quædam signa, aut miracula, quæ ab iis fieri non possunt, qui falsam doctrinam per ea confirmare nituntur. Hæc signa sunt velut quædam sigilla, quibus Deus veram doctrinam confirmat, eaque sic vocat, ut distinguantur a præstigiis dæmonum.

℣. 3. *Nisi quis renatus fuerit denuo.* Gr. ἄνωθεν. Quod postea vertit interpres *sursum.* Sed ex verbis sequentibus Nicodemi palam est Dominum locutum fuisse de iterata nativitate: adeo ut ad regnum Dei possidendum prima nativitas non sufficiat, sed opus sit secunda. Unde prima veræ Religionis elementa hoc loco Nicodemum docet Christus Dominus.

℣. 5. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto.* Quasi ex Patre & Matre, Gr. nascatur. *Non potest intrare.* Aqua corpus, Spiritus vero animum mundat. Cum autem corporalis nativitatis idea Nicodemi mentem confunderet, hunc illi scrupulum exemit Christus Dominus, primo quidem ex lato discrimine, quod carnalem inter & spiritualem generationem intercedit.

℣. 6. *Quod natum est ex carne.* Ex homine, carnali generatione, carnale est. August. *Caro hic spiritui opponitur. Quod natum est ex carne, caro est; nam illi cum sua origine convenit. Quod natum est ex spiritu, Spiritus est, seu spiritale. Siquidem simile ex simili nascitur. Cum homo servit legi Dei, spiritualis est, idque habet a secunda illa nativitate.*

℣. 8. *Spiritus, ubi vult, spirat: & vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo vadat.* Non ventus, sed Spiritus sanctus hoc nomine designatur. Tametsi alludit ad ventum, qui in varias spirat partes: sed nemo dixerit ventum spirare, ubi vult. Deus quidem facit omnia pro sua voluntate, & imprimis regenerationem nostram, cujus

9. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

11. Amen, Amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

12. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?

13. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.

b *Num.*21.9. 14. Et *b* sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis:

15. Ut omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

c1. *Joan.* 4. 9. † *FERIA* 2. *POST PENT.* 16. Sic *c* † enim Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret: ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

17. Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.

18. Qui credit in eum, non judicatur: qui autem non credit, jam judicatus est: quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei.

d *Supr.* 1. 9. 19. Hoc est autem judicium: *d* quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera.

20. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus:

21. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta.

22. Posthæc venit Jesus, & discipuli ejus

9. Nicodemus antwortete, und sprach zu ihm: Wie können diese Dinge geschehen?

10. JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Bist du ein Meister in Israel, und weißt das nicht?

11. Wahrlich, wahrlich sage ich dir, wir reden, was wir wissen, und zeugen, was wir gesehen haben, und ihr nehmet unser Zeugniß nicht an.

12. Glaubet ihr nicht, wenn ich euch irrdische Dinge sage: wie werdet ihr dann glauben, wenn ich euch himmlische Dinge sagen würde?

13. Und niemand fähret hinauf gen Himmel, dann der vom Himmel herabgekommen ist, des Menschen Sohn, der im Himmel ist.

14. Und gleichwie Moyses die Schlange in der Wüste erhöhet hat, also muß des Menschen Sohn erhöhet werden:

15. Auf daß alle, die an ihn glauben, nicht verlohren werden, sondern das ewige Leben haben.

16. Denn also hat GOtt die Welt geliebt, daß er seinen eingebohrnen Sohn gab: auf daß alle, die an ihn glauben, nicht verlohren werden, sondern das ewige Leben haben.

17. Denn GOtt hat seinen Sohn in die Welt nicht gesandt, daß er die Welt richte, sondern daß die Welt durch ihn selig werde.

18. Wer an ihn glaubet, der wird nicht gerichtet: wer aber nicht glaubet, der ist schon gerichtet: dieweil er nicht glaubet an den Namen des eingebohrnen Sohn GOttes.

19. Das ist aber das Gericht: daß in die Welt gekommen ist das Licht, und die Menschen haben die Finsterniß mehr geliebt, dann das Licht: dieweil ihre Werke böse waren.

20. Denn ein jeglicher, der Böses thut, der hasset das Licht, und kömmt nicht an das Licht, damit seine Werke nicht gestraft werden:

21. Wer aber die Wahrheit thut, der kömmt an das Licht, damit seine Werke offenbar werden, denn sie sind in GOtt gethan.

22. Darnach kam JEsus, und seine Jünger in das Jüdi-

---

cujus characteres & effectus venti similitudine exprimit. Spiritus sancti opera per effectus tantummodo percipiuntur. *Unde veniat.* Doctrina foris sonat per prædicatores; ex effectibus tamquam ex voce quadam Spiritus ille cognoscitur: sed horum effectuum principium, aut finem, in quem tendunt, non intuemur. *Sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.* Est enim illius nativitas occulta, invisibilis & interior: auctor ejus est Spiritus sanctus. Ex effectibus probat Dominus novam hanc regenerationem propterea rejici non oportere, quod mente non concipiatur.

℣. 11. *Quia quod scimus, loquimur.* Cum mysticam illam regenerationem minus intelligeret Nicodemus, Christus doctrinam suam cum auctoritate tot signis & miraculis munita, tum illustri veteris testamenti figura confirmat. *Quod scimus, loquimur.* Id est, non audita, sed visa.

℣. 12. *Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?* Humilia quidem, si cum altioribus mysteriis, ut cum resurrectione, & ascensione comparentur: nam Pharisæi suis baptismis & ablutionibus animam purgari sibi persuaserant. *Non credidistis.* Non intellexistis.

℣. 13. *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* Ut hæc doceret; nemo scrutatus est arcana Dei, qui est in cœlis. *Nisi qui descendit de cœlo.* Nisi qui ex Deo suam habet originem. Descendit quodammodo Verbum Incarnatum per unionem personalem divinitatis cum humanitate. *Qui est in cœlo.* Ratione suæ divinitatis. Ego unus Patrem in cœlo vidi, & mihi uni fides adhibenda, cum de rebus divinis loquor. Neque audiendi sunt Sociniani, cum hæc Christi verba in figurato, aut metaphorico sensu intelligi oportere prætendunt, quod cœlestem doctrinam & divinam a Deo accepisset. Nam si id recipimus, nihil erit in Evangelio tam aperte enuntiatum, quod ejusmodi diverticulis ad sensum metaphoricum non detorqueatur. Nec minus insulsum est, quod ea labe contacti somniant, Christum instar Eliæ in cœlum translatum fuisse, ubi hæc sibi revelata hausit mysteria. Quod quidem cum gratis & ad libidinem effictum sentiant ipsi, ad figuratam dictionem se recipiunt, atque hunc locum sic interpretantur, ut cognitionem tantummodo rerum cœlestium Christo concedant, quam hominibus aperuit. Sic vim affert textui Evangelico & cuncta ad libitum in sensum metaphoricum & figuratum torquet Socinus Tomo 1. f. 140. editionis Batavicæ. Hæc utique & alia ejusmodi plurima figurate dicta contendit, ne in Christo unitatem personæ in duabus naturis, & idiomatum communicationem fateri cogatur. Cum autem illum duriorem esse, quam ut viris cordatis probari possit, ipse sentiat, fabulam comminiscitur: Nihil, inquit, aliud restat, nisi ut filium hominis, sive hominem illum & vere & proprie jam tum & de cœlo descendisse, & in cœlo fuisse dicamus, quod nos non modo libenter concedimus, sed etiam plane contendimus. Quid hoc est nisi divinare, aut delirare potius?

℣. 14. *Ita exaltari oportet filium hominis.* Hujus regenerationis causam meritoriam, mortem nimirum suam, in serpente æneo a Moyse erecto figuratam Nicodemo exhibet. Siquidem ut serpens ille æneus, Numer. cap. 21. & sine veneno Hebræos ab ignitis serpentibus vulneratos solo aspectu sanavit: ita serpens innoxius homines, qui in ipsum exaltatum in cruce credunt, & lethali vulnere sunt percussi, sanat; idque ex ingenti Dei in homines amore profectum est.

℣. 16. *Ut omnis, qui credit in eum.* Fide, quæ per dilectionem operatur.

℣. 17. *Non enim misit Deus Filium suum, ut judicet.* Id est, condemnet; quod intelligitur de primo adventu.

℣. 18. *Qui autem non credit, jam judicatus est.* Qui Christum non recipit, ejus damnatio certa est: nam fides in Salvatorem unicum est salutis præsidium: adeo ut nullus jam sit disceptationi locus, cum infidelitas est positiva.

℣. 19. *Hoc est autem judicium.* Hæc est condemnandi ratio & causa.

℣. 20. *Odit lucem.* Nec vult pravos habitus exuere.

℣. 21. *Qui autem facit veritatem.* Qui bene agit, & veram facit justitiam.

℣. 22. *Post hæc venit Jesus & discipuli ejus in terram Judææ.* Post hoc colloquium cum Nicodemo Jerosolymæ peractum, tum venit Jesus in regionem Judææ, quam hoc loco distinguit ab urbe Jerosolyma, unde exie-

Jüdische Land: und hielt sich daselbst auf mit ihnen, und taufete.

II. 23. Johannes aber taufete auch noch zu Aennon, bey Salim: denn daselbst war viel Wasser, und sie kamen, und ließen sich taufen.

24. Denn Johannes war noch nicht ins Gefängniß gelegt.

25. Es erhub sich aber eine Frage von den Jüngern Johannis mit den Jüden von der Reinigung.

III. 26. Und sie kamen zu Johanne, und sprachen zu ihm: Rabbi, der bey dir war jenseit des Jordans, dem du Zeugniß gabest, siehe, der taufet, und sie kommen alle zu ihm.

27. Johannes antwortete, und sprach: Ein Mensch kann nichts empfangen, es werde ihm dann vom Himmel gegeben.

28. Ihr selbst gebt mir Zeugniß, daß ich gesagt habe: Ich bin nicht Christus: sondern ich bin vor ihm hergesandt.

29. Wer die Braut hat, der ist der Bräutigam: aber des Bräutigams Freund, der da stehet, und höret ihm zu, der erfreuet sich herzlich, daß er des Bräutigams Stimme höret. Nun ist diese meine Freude erfüllet.

30. Er muß wachsen, ich aber muß abnehmen.

31. Wer von oben herabkömmt, der ist über alle. Wer von der Erde ist, der ist von der Erde, und redet von der Erde. Wer vom Himmel kömmt, der ist über alle.

32. Und er zeuget, was er gesehen, und gehöret hat: und niemand nimmt sein Zeugniß an.

33. Wer aber sein Zeugniß angenommen hat, der hat es versiegelt, daß GOtt wahrhaftig ist.

34. Denn welchen GOtt gesandt hat, der redet GOttes Wort: denn GOtt giebt ihm den Geist nicht nach der Maaß.

35. Der Vater hat den Sohn lieb, und er hat ihm alles in seine Hände gegeben.

36. Wer an den Sohn glaubet, der hat das ewige Leben: wer aber dem Sohn nicht glaubet, der wird das Leben nicht sehen, sondern der Zorn GOttes bleibet über ihm.

Das vierte Capitel.

I. JEsus hält ein Gespräch mit dem Samaritanischen Weibe. 1. Zeigt ihr an, daß er der Meßias sey. 26. II. Unterweiset seine Jünger, was der rechte Wille seines Vaters sey. 31. III. Bekehret viele Samaritaner zum Glauben. 39. IV. Macht den kranken Sohn eines Königleins gesund. 47.

in terram Judæam: & illic demorabatur cum eis, *e* & baptizabat. *e Infr.* 4. 1.

II. 23. Erat autem & Joannes baptizans in Aennon, juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.

24. Nondum enim missus fuerat Joannes in carcerem.

25. Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de Purificatione.

III. 26. Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, *f* cui tu testimonium perhibuisti, ecce, hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. *f Supr.* 1. 19.

27. Respondit Joannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.

28. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, *g* quod dixerim: Non sum ego Christus: sed, quia missus sum ante illum. *g Supr.* 1. 20.

29. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est.

30. Illum oportet crescere, me autem minui.

31. Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, super omnes est.

32. Et quod vidit, & audivit, hoc testatur: & testimonium ejus nemo accipit.

33. Qui accepit ejus testimonium, signavit, quia *h* Deus verax est. *h Rom.* 3. 4.

34. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad mensuram dat Deus spiritum.

35. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu ejus.

36. Qui *i* credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. *i* 1. *Joan.* 5. 10.

CAPUT IV.

I. Jesus cum muliere Samaritana loquitur. 1. *Manifestat ei se esse Messiam promissum.* 26. *II. Discipulis dicit se cibum habere, quem illi nesciant: nempe Patris obedientiam.* 31. *III. Multi Samaritanorum credunt in eum.* 39. *IV. Filium reguli sanitati restituit.* 47.

exierat. *Et baptizabat.* Non per se, sed per discipulos, ut dicitur cap. sequenti. Sed ipse tamen discipulos baptizavit, aut quosdam ex illis. Sic Apostoli cum gentibus prædicabant, perpaucos baptizabant, ut discimus ex verbis Apostoli, 1. Corinth. 1. *Non enim misit me Deus baptizare, sed evangelizare.*

℣. 23. *Erat autem & Joannes baptizans in Ænnon, juxta Salim,* Urbem. Per sex menses in Judæa baptizavit, ubi Judæi salutaria ejus monita exceperunt; tum Bethaniam, seu Bethabara perrexit ultra Jordanem, ac tandem in Ænnon citra Jordanem venit. *Et baptizabantur.* Immergendo nimirum, cum profundior aqua ab eo seligeretur. Ænnon ad austrum Scythopolis, olim Bethsan, sita erat octavo ab urbe milliari. Quæ Dominus a jejunio usque ad vincula Præcursoris egerat, alii Evangelistæ prætermiserant. Hoc ipsum nos admonere voluit Evangelista, ne Christi actorum historia a jejunio ad tempus usque, quo Joannes conjectus fuit in carcerem, aliorum Evangelistarum historiæ contraria videretur: simul & quosdam Judæos Christo addictos de utroque baptismo commemoravit. Judæi quippe baptismum inter purificationes legales recensebant.

℣. 25. *Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione.* Utrius baptismus Christi an Joannis esset præstantior. Rem ipsam ad Joannem detulerant, ac subinde discipuli ejus zelo in suum præceptorem incitati queri visi sunt, quod Jesus baptizaret.

℣. 27. *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.* Illam itaque hominum multitudinem a Deo mitti insinuat, se missum ut sponsi amicum, qui Ecclesiam virginem castam Christo sponso exhiberet. *Accipere,* pro *habere* ponitur. Quod ego habeo, aliunde habeo; ille de se habet, & proprium.

℣. 29. *Amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* Propter ingentem actionum & miraculorum Christi splendorem. Amicus sponsi citra invidiam adstat sponso honoris causa, in ejus obsequium intentus.

℣. 30. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Illum crescere oportet in nominis sui gloria, & gentium conversione, me autem obscuritate quadam involvi.

℣. 31. *Qui desursum venit, super omnes est.* Græc. *ἐπάνω πάντων. Super omnia* reddi potest. *De terra loquitur.* Nihil aliud quam homo est, humana & humilia loquitur, quibuscumque gratiæ ornetur donis; quæque de cœlestibus dicturus est, ab eo docetur, qui e cœlo venit.

℣. 32. *Et testimonium ejus nemo accipit.* Paucissimi doctrinam ejus accipiunt. Est hyperbole Joanni usitata, ut vers. 20. *Omnes veniunt ad eum.*

℣. 33. *Qui accepit ejus testimonium, signavit, quia Deus verax est.* Gr. *ἐσφράγισεν.* Quasi sigillo suo declaravit Deum esse veracem: non enim credimus, nisi ei quem veracem judicamus. Is igitur doctrinam Christi a Deo profectam quasi sigillo suo confirmat.

℣. 34. *Non enim ad mensuram dat Deus.* 1. Non parce & limitate dedit filio spiritus gratiam, semper & spiritu Dei loquitur, & quidquid loquitur, verbum Dei est. Non eadem est ratio eorum, qui ad mensuram habent spiritum, quales sunt Prophetæ. Unde August. Tract. 14. in Joan. *Hominibus ad mensuram dat, unico filio non dat ad mensuram.*

℣. 36. *Qui credit in filium, habet vitam æternam.* Inchoatam, cum operatur juxta ea, quæ credit. *Manet super eum.* Augustin. *Non dixit: Ira Dei venit ad eum, sed ira Dei manet super eum. Omnes, qui nascuntur ut mortales, habent secum iram Dei. Quam iram Dei? quam excepit primus homo Adam. Quæ ira? de qua dicit Apostolus: Fuimus & nos filii iræ.* Vel *manet,* id est, permanet.

1. Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quod Jesus plures discipulos
a Sup. 3. 22. facit, *a* & baptizat, quam Joannes:

2. (Quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.)

3. Reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam.

4. Oportebat autem eum transire per Samariam.

† *FER. 6. POST DOM. 3. QUADR.* 5. Venit † ergo in civitatem Samariæ, quæ
dicitur Sichar, juxta prædium, *b* quod dedit
b Gen. 33. 19. & 48. 22. Jos. 24. 32. Jacob Joseph filio suo.

6. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora erat quasi sexta.

7. Venit mulier de Samaria, haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere.

8. (Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent.)

9. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? non enim coëtuntur Judæi Samaritanis.

10. Respondit Jesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam.

11. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam?

12. Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?

13. Respondit Jesus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum:

14. Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

16. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc.

17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum:

18. Quinque enim viros habuisti, & nunc, quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti.

19. Dicit ei mulier: Domine, video, quia Propheta es tu.

20. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, *c* quia Jerosolymis est
c Deut. 12. 5. locus, ubi adorare oportet.

1. Als nun JEsus verstanden hatte, daß den Pharisäern zu Ohren gekommen war, daß JEsus mehr zu Jüngern mache, und taufe, als Johannes:

2. (Wiewol JEsus selbst nicht taufete, sondern seine Jünger.)

3. Verließ er das Jüdische Land, und zog wieder in Galiläam.

4. Er mußte aber durch Samariam reisen.

5. Also kam er zu einer Stadt in Samaria, welche Sichar genennet wird, nahe bey dem Bauhof, den Jacob seinem Sohn Joseph gegeben hat.

6. Es war aber daselbst der Brunn Jacobs. Dieweil aber JEsus von der Reise müde worden, setzte er sich also auf den Brunnen. Und es war um die sechste Stunde.

7. Da kam ein Weib aus Samaria, Wasser zu schöpfen. JEsus spricht zu ihr: Gieb mir zu trinken.

8. (Denn seine Jünger waren in die Stadt gegangen, Speise zu kaufen.)

9. Da spricht das Samaritanische Weib zu ihm: Wie bittest du zu trinken von mir, da du ein Jude bist, und ich ein Samaritanisch Weib? denn die Juden haben keine Gemeinschaft mit den Samaritern.

10. JEsus antwortete, und sprach zu ihr: Wenn du erkennetest die Gabe GOttes, und wer der ist, der zu dir spricht: Gieb mir zu trinken: vielleicht hättest du ihn gebethen, und er hätte dir lebendiges Wasser gegeben.

11. Das Weib spricht zu ihm: HErr, du hast doch nichts, damit du schöpfest, und der Brunn ist tief: woher hast du dann das lebendige Wasser?

12. Bist du größer, dann unser Vater Jacob, der uns diesen Brunnen gegeben hat, und er selbst hat daraus getrunken, und seine Kinder, und sein Vieh?

13. JEsus antwortete, und sprach zu ihr: Wer von diesem Wasser trinket, den wird wiederum dürsten: wer aber von dem Wasser trinken wird, das ich ihm geben werde, den wird in Ewigkeit nicht dürsten:

14. Sondern das Wasser, so ich ihm geben will, wird in ihm ein Brunnen werden des Wassers, das da springet in das ewige Leben.

15. Das Weib spricht zu ihm: HErr, gieb mir das Wasser, auf daß mich nicht dürste, und ich nicht herkommen müsse zu schöpfen.

16. JESUS spricht zu ihr: Gehe hin, rufe deinen Mann, und komme her.

17. Das Weib antwortete, und sprach: Ich habe keinen Mann. JEsus spricht zu ihr: Du hast recht gesagt, ich habe keinen Mann:

18. Denn du hast fünf Männer gehabt, und den du jetzt hast, der ist nicht dein Mann: daran hast du die Wahrheit gesagt.

19. Das Weib spricht zu ihm: HErr, ich siehe, daß du ein Prophet bist.

20. Unsere Väter haben auf diesem Berge angebethet: und ihr saget, daß zu Jerusalem der Ort sey, da man anbethen müsse.

21. JEsus

CAPUT IV.

℣. 2. *Quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus.* Quamquam Dominus usus est discipulis, ut baptizaret.

℣. 3. *Reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam.* Sic Pharisæorum invidiam non irritabat, cum in Provinciam remotam secederet.

℣. 5. *Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.* Cum antea diceretur *Sichem.* *Juxta prædium.* Quod Jacob emerat centum agnis a filiis Hemor.

℣. 6. *Sedebat sic.* i. Instar fatigati.

℣. 7. *Venit de Samaria.* i. Samaritana ex urbe Sichem.

℣. 10. *Si scires donum Dei.* Quod tibi offertur per meam præsentiam. *Forsitan.* Sine dubio. *Et dedisset tibi aquam vivam.* Gratiam Spiritus sancti, aut verbum vitæ, atque ut loquitur Sapiens: *Aquam sapientiæ salutaris.* Quæ sitim rerum terrenarum extinguit. Mulier non intelligens, quænam esset aqua illa viva, seu gratiæ, seu doctrinæ, ab eo petit, unde habeat aquam illam vivam.

℣. 12. *Numquid tu major es patre nostro Jacob.* Dicebant enim Samaritani se e Patre Jacob esse prognatos, postquam multi ex Judæis cum Samaritanis mulieribus junxerant connubia.

℣. 13. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Augustinus ibid. *Etenim aqua in puteo, voluptas sæculi est in profunditate tenebrosa: hinc hauriunt homines hydria cupiditatum.* Qui ex aqua spirituali biberit ad satietatem, quod erit in futuro sæculo, non sitiet iterum; sitis non recurret.

℣. 14. *Fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Perducet eum ad vitam æternam, ac futurum est, ut numquam sitiat. Aqua naturalis ad tempus sedat sitim, spiritalis autem ex se, nisi eam homo abjiciat, in perpetuum sitim extinguit. Nam hujus vitæ justitiam tribuit, quæ æternæ initium est. *In vitam æternam.* Nam ad locum suæ originis ascendet, & suscepta ad vitam æternam perducet.

℣. 17. *Bene dixisti.* Seu vere præter intentionem.

℣. 20. *Quia Jerosolymis est locus, ubi adorare oportet.* Et sacrificare, & colere ritu per Moysen instituto, alioquin adorare ubique licebat.

21. JESUS spricht zu ihr: Weib, glaube mir, es kömmt die Stunde, daß ihr weder auf diesem Berge, noch zu Jerusalem den Vater anbethen werdet.

22. Ihr wisset nicht, was ihr anbethet: wir aber wissen, was wir anbethen, dann das Heyl kömmt von den Jüden.

23. Aber es kömmt die Stunde, und ist schon jetzt, daß die wahrhaftige Anbether den Vater im Geist, und in der Wahrheit anbethen werden. Denn der Vater will auch solche haben, die ihn anbethen.

24. GOtt ist ein Geist: und die ihn anbethen, die müssen ihn im Geist, und in der Wahrheit anbethen.

25. Das Weib spricht zu ihm: Ich weis, daß Messias kömmt, der Christus genennet wird: wann derselbige nun kommen wird, so wird er uns alles verkündigen.

26. JEsus spricht zu ihr: Ich bins, der ich mit dir rede.

27. Und indem kamen gleich seine Jünger, und verwunderten sich, daß er mit dem Weibe redete. Jedoch sprach niemand: Was frageſt du, oder was redeſt du mit ihr?

28. Das Weib aber ließ ihren Wasserkrug stehen, und gieng in die Stadt, und sprach zu den Leuten:

29. Kommet, und sehet einen Menschen, der mir gesagt hat alles, was ich gethan habe: ob er nicht Christus sey?

30. Also giengen sie aus der Stadt, und kamen zu ihm.

II. 31. Unterdessen bathen ihn seine Jünger, und sprachen: Rabbi, iß.

32. Er aber sprach zu ihnen: Ich habe eine Speise zu essen, davon ihr nicht wisset.

33. Da sprachen die Jünger untereinander: Hat ihm dann jemand zu essen gebracht?

34. JEsus spricht zu ihnen: Meine Speise ist, daß ich den Willen desjenigen thue, der mich gesandt hat, damit ich sein Werk vollbringe.

35. Saget ihr nicht selbst: Es sind noch vier Monathe, so kömmt die Aernte? Siehe, ich sage euch: Hebet eure Augen auf, und sehet in die Landschaften: denn sie sind schon weiß zur Aernte.

36. Und der da schneidet, der bekömmt Lohn, und sammelt Frucht ins ewige Leben: damit sich zugleich freuen, sowohl der da säet, als der da schneidet.

37. Denn hierinnen ist das Wort wahr, daß einer ist, der säet, und ein anderer ist, der schneidet.

38. Ich habe euch gesandt zu schneiden, das ihr nicht habt gearbeitet: andere haben gearbeitet, und ihr seyd in ihre Arbeit eingetretten.

21. Dicit ei Jesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.

22. Vos *d* adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus, quia salus ex Judæis est. *d* 4. *Reg.* 17. 41.

23. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum.

24. Spiritus *e* est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. *e* 1. *Cor.* 3. 17.

25. Dicit ei mulier: Scio, quia Messias venit, qui dicitur Christus: cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia.

26. Dicit ei Jesus: Ego sum, qui loquor tecum.

27. Et continuo venerunt discipuli ejus: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea?

28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus:

29. Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia, quæcumque feci: numquid ipse est Christus?

30. Exierunt ergo de civitate, & veniebant ad eum.

II. 31. Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

32. Ille autem dicit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

33. Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?

34. Dicit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, ut perficiam opus ejus.

35. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce, dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, *f* quia albæ sunt jam ad messem. *f* Matth. 9. 37. Luc. 10. 2.

36. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut, & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

37. In hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius est, qui metit.

38. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis.

℣. 21. *Neque in Jerosolymis adorabitis Patrem.* De cultu exteriore atque publico inter Judæos & Samaritanos erat quæstio, non utrum ubique Deum adorare fas esset. Nec Christus hoc loco tollit cultum exteriorem, sed interiorem præcipue commendat: simul insinuat externum Dei cultum per omnes gentes in locis ad eam rem consecrandis mox futurum, novi scilicet Testamenti temporibus, ac fore ut cultus omnis exterior Judæorum & Samaritanorum desineret.

℣. 22. *Vos adoratis, quod nescitis.* Errantes in multis circa Dei cognitionem. Neque enim probare poterant Samaritani Deum esse cultus illius Templi, aut rituum quibus utebantur, auctorem. Ignoratis, quis ille sit Deus, quem colitis. *Quia salus.* Et Christus. *Ex Judæis est.* Apud Judæos conservata erat vera Religio, atque inde salus propaganda in universum orbem.

℣. 23. *Et nunc est.* i. Cœpit esse. *Quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate.* Non propterea Dominus rejicit usum cæremoniarum, ut Sectarii perperam concludunt; sed spiritalem cultum ut potiorem agnoscit, sine quo exterior cultus est omnino inutilis. Nam verus & spiritalis cultus cognoscendo, & amando Deum perficitur. Spiritus carni opponitur, veritas superstitioni & errori Gentilium. Spiritus quoque & veritas hoc in loco pro cultu vero & sincero, ab omni hypocrisi & superstitione remoto, accipi potest. Vel adoratio in spiritu ea dicitur, quæ propria est novi Testamenti, & nudis sacrificiis & ritibus veteris Testamenti opponitur.

℣. 25. *Scio, quia Messias venit.* Gr. ἔρχεται. Quod etiam significat: Mox venturus est. Atque hinc liquet opinionem Messiæ advenientis apud Samaritanos increbuisse.

℣. 27. *Quia cum muliere.* Sola præter morem suum.

℣. 34. *Perficiam opus ejus.* i. Salutem hominum.

℣. 35. *Et messis venit.* Vox eadem Græca ponitur quæ paulo ante, ἔρχεται, mox veniet. Discipulos ad laborem adhortatur; ac simul docet nihil lucri esse trito huic proverbio apud otiosos usurpato. Quatuor adhuc menses ad messem usque intercedunt; adeo ut nihil necesse sit ante tempus se excruciare. *Ad messem.* Id dixit de spiritali messe, cum jam videret illius urbis cives turmatim accedere ad doctrinam salutis capessendam dispositos. Nec necesse est fingere hoc colloquium circa mensem Decembrem habitum fuisse, cum circa meridiem Christus præ æstu & itinere fatigatus esset: adeo ut longe probabilius videatur hæc exeunte Junio contigisse; alioquin Christus totius pene anni decursu in Judæa mansisset baptizans, & quatuor ejus discipulos secundo tantum anno prædicationis in familiam suam adscivisset, quod non est verisimile. Itaque Dominus de spiritali messe loquitur. Nam si quatuor adhuc erant menses usque ad segetum messem, quomodo Christus hunc apud eos sermonem habuisset. *Quia albæ sunt ad messem.* Alii hæc acta fuisse volunt inter Pascha & Pentecosten, quod tum segetes maturescerent. Utcumque ea res sit, proverbium illud de quatuor mensibus ad litteram sumendum non videtur.

℣. 37. *Quia alius est, qui seminat, & alius est, qui metit.* Prophetæ, qui seminaverunt primi, & Apostoli, qui fruges ex illo semine messuerunt.

III. 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia, quæcumque feci.

40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum, ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

41. Et multo plures crediderunt in eum, propter sermonem ejus.

42. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia hic est vere Salvator mundi.*

43. Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galilæam.

g Matth. 13. 57. Marc. 6. 4. Luc. 4. 24. 44. Ipse *g* enim Jesus testimonium perhibuit, quia Propheta in sua patria honorem non habet.

h Matth. 4. 12. Marc. 1. 14. Luc. 4. 14. i Sup. 2. 9. 45. Cum *h* ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent, quæ fecerat Jerosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem festum.

46. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, *i* ubi fecit aquam vinum. Et † erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum.

** DOM. 20. POST PENTEC.* IV. 47. Hic, cum audisset, quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium ejus: incipiebat enim mori.

48. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis.

49. Dicit ad eum regulus: Domine, descende, prius quam moriatur filius meus.

50. Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Jesus, & ibat.

51. Jam autem eo descendente, servi occurrerunt ei, & nuntiaverunt, dicentes, quia filius ejus viveret.

52. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris.

53. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit. Et credidit ipse, & domus ejus tota.*

54. Hoc iterum secundum signum fecit JESUS, cum venisset a Judæa in Galilæam.

III. 39. Aber aus derselbigen Stadt glaubten viele der Samariter an ihn, um des Weibes Rede willen, daß diese Zeugniß von ihm gab: Er hat mir alles gesagt, was ich gethan habe.

40. Als nun die Samariter zu ihm kamen, bathen sie ihn, daß er allda bliebe. Und er blieb daselbst zween Tage lang.

41. Und es glaubten viel mehr an ihn, um seines Wortes willen.

42. Und sprachen zum Weibe: Wir glauben nunmehr nicht um deiner Rede willen: denn wir haben selbst gehöret, und erkennet, daß dieser wahrhaftig der Weltheiland ist.

43. Aber nach zween Tagen zog er von dannen aus, und reisete in Galiläam.

44. Denn er, JEsus selbst, gab Zeugniß, daß ein Prophet in seinem Vaterlande nicht geehret wird.

45. Als er nun in Galiläam kam, nahmen ihn die Galiläer auf, weil sie alles gesehen hatten, was er zu Jerusalem am Festtage gethan hatte: denn sie waren auch auf den Festtag gekommen.

46. Also kam er wiederum gen Cana in Galiläa, da er das Wasser zu Wein gemacht hatte. Und es war ein Königlein, dessen Sohn krank lag zu Capharnaum.

IV. 47. Da dieser hörete, daß JEsus aus dem Jüdischen Lande in Galiläam käme, tratt er zu ihm, und bath ihn, daß er hinabkäme, und seinen Sohn gesund machte: denn er fieng an zu sterben.

48. Da sprach JEsus zu ihm: Es sey dann, daß ihr Zeichen, und Wunder sehet, so glaubet ihr nicht.

49. Das Königlein sprach zu ihm: HErr, komm hinab, ehe dann mein Sohn stirbt.

50. JEsus sprach zu ihm: Gehe hin, dein Sohn lebet. Der Mensch glaubte dem Worte, das JEsus zu ihm sagte, und gieng hin.

51. Als er aber hinabgieng, begegneten ihm seine Knechte, verkündigten ihm, und sagten, daß sein Sohn lebe.

52. Da forschte er von ihnen die Stunde, in welcher es besser mit ihm worden wäre. Und sie sprachen zu ihm: Gestern um die siebente Stunde verließ ihn das Fieber.

53. Da merkte der Vater, daß es dieselbige Stunde war, in welcher JEsus zu ihm gesagt hatte: Dein Sohn lebet. Und er glaubte mit seinem ganzen Hause.

54. Dieses Zeichen ist das andere, das JEsus that, nachdem er aus dem Jüdischen Lande in Galiläam gekommen war.

CAPUT V.

I. JESUS ad piscinam sanat ægrotum, qui 38. annis languerat. 1. II. Judæi id factum in Sabbato calumniantur. 10. III. Christus respondet se omnia sua simul cum Patre operari, mortuosque vivificare, cui Joannes, & propria opera, ac Pater, imo & Moyses testimonium perhibent. 17.

Das fünfte Capitel.

I. JESUS heilet bey dem Schwemmteich einen, der 38. Jahre lahm, und krank gelegen. 1. II. Darüber, weil es am Sabbath geschehen, entrüsten sich die Jüden. 10. III. JESUS aber verantwortet sich, daß er sey der Sohn GOttes, dem der Vater Zeugniß gebe durch Johannem, durch die Zeichen, und durch Mosen. 17.

1. Dar-

℣. 39. *Propter verbum mulieris.* Quæ populares suos ad Christi fidem invitans de eo testabatur.

℣. 41. *Propter sermonem ejus.* i. Doctrinam.

℣. 44. *Ipse enim Jesus testimonium perhibuit.* Particula *enim* videtur tantum expletiva; adeo ut hic sit sensus: Abiit in Galilæam, in qua, licet patria sua, non est in honore habitus, sicut ipse Jesus testimonium perhibuit. Sic relicta patria sua, sc. Nazareth, ubi diu non est commoratus, reliquam Galilæam percurrit. Matth. 4.

℣. 46. *Et erat quidam regulus.* Græc. *Regius.* Βασιλικὸς. Quod esset Aulicus, de regio comitatu Philippi Tetrarchæ, Judæus tamen: nam si gentilis fuisset, id non reticuidet Evangelista. Deinde quod subjicit Dominus, illud ipsum suadet.

℣. 48. *Non creditis.* Nam ad Judæos id proprie pertinebat. Jam credere incipiebat regulus, cum ad Jesum confugeret; sed fides illius adhuc infirma erat, non ut in Centurione plena: non enim sanari filium posse credebat, nisi Jesus eo descenderet. Jesus vacillantem ejus fidem confirmans ait: *Vade, filius tuus vivit.* Signa vero & prodigia sic distinguit Ammonius, ut prodigium sit præter naturam, qualis est cæci illuminatio; signum, quod alioqui per naturam fieri potest, ut morbi curatio.

℣. 51. *Filius ejus viveret.* i. Sanus esset.

℣. 53. *Et credidit ipse.* In Christum.

℣. 54. *Hoc iterum secundum signum fecit Jesus.* Nam primum signum in Cana Galilææ fecerat, mutata in vinum aqua; cum iterum venisset in Galilæam, hoc secundum signum fecit. Hæc utique unus Joannes scripsit, quæ acta sunt a medio mense Februario usque ad Julii initium. Unde Hieronymus, Lib. de Scriptor. Ecclesiast. cap. 9. Superioris temporis, antequam Joannes clanderetur in carcere, gesta narravit, sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Evangeliorum volumina legerint: tum quod omnem, quæ inter Joannem, & alios Evangelistas videtur esse, discrepantiam tollit, ut mox subjicit. Hæc igitur quatuor capitibus comprehensa Joannis incarcerationem præcedunt.

1. Darnach war ein Festtag der Juden, und JEsus zog hinauf gen Jerusalem.

2. Es ist aber zu Jerusalem ein Teich zur Schafschwemme, der auf hebräisch Bethsaida genennet wird, und hatte fünf Schöpfe.

3. In denselbigen lag eine große Menge der Kranken, Blinden, Lahmen, und Dörren, welche warteten, bis das Wasser beweget wurde.

4. Denn der Engel des HErrn stieg zu bestimmter Zeit herab in den Teich: so war das Wasser beweget. Welcher nun der erste war, der in den Teich hinabstieg, nach Bewegung des Wassers, der ward gesund, mit welcherley Krankheit er auch behaftet war.

5. Es war aber daselbst ein Mensch, der acht und dreyßig Jahre krank gelegen war.

6. Da JEsus diesen liegen sah, und verstund, daß er nun so lange Zeit gelegen wäre, spricht er zu ihm: Willst du gesund werden?

7. Der Kranke antwortete ihm: HErr, ich habe keinen Menschen, der mich in den Teich hinablasse, wann das Wasser beweget ist: denn unterdessen, daß ich komme, steiget ein anderer vor mir hinab.

8. JEsus spricht zu ihm: Stehe auf, nimm dein Bette, und wandele.

9. Und derselbige Mensch ward alsbald gesund: und er nahm sein Bette, und wandelte. Es war aber an demselbigen Tage der Sabbath.

II. 10. Da sprachen die Juden zu dem, der gesund war worden: Es ist der Sabbath, dir geziemet nicht, dein Bette zu tragen.

11. Er antwortete ihnen: Der mich gesund gemacht, der hat zu mir gesagt: Nimm dein Bette, und wandele.

12. Da fragten sie ihn: Wer ist der Mensch, der zu dir gesagt hat: Nimm dein Bette, und wandele?

13. Aber der gesund worden, der wußte nicht, wer er wäre. Denn JEsus war desselben Orts von dem Volke abgewichen.

14. Darnach fand ihn JEsus im Tempel, und sprach zu ihm: Siehe, du bist gesund worden: sündige hinfüro nicht mehr, damit dir nicht etwas ärgers wiederfahre.

15. Der Mensch gieng hin, und verkündigte es den Juden, daß es JEsus wäre, der ihn gesund gemacht hätte.

16. Darum verfolgten die Juden JEsum, dieweil er solches am Sabbath that.

1. Post hæc † erat festus dies Judæorum, & ascendit Jesus Jerosolymam. † *FERIA 6. QUAT. TEMP. QUADR. Ann. M. 4034. æræ vulg. 31.*

2. Est autem Jerosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice Bethsaida, quinque porticus habens.

3. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

4. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat, a quacumque detinebatur infirmitate.

5. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua.

6. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, & cognovisset, quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?

7. Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit.

8. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

9. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo.

II. 10. Dicebant ergo Judæi illi, qui sanatus fuerat: *a* Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. *a Exod. 20. II. Jerem. 17. 24.*

11. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula.

12. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula?

13. Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat, quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco.

14. Postea invenit eum Jesus in templo, & dixit illi: Ecce, sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

15. Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

16. Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in Sabbato.

III. 17.

CAPUT V.

℣. 1. *Post hæc erat dies festus Judæorum.* Quis ille fuerit dies festus, an Paschatis, an Pentecostes, an sortium, seu *Phurim* פוּרִים, an denique Encæniorum seu dedicationis Templi, variant sententiæ. Plerique e veteribus & recentioribus illud fuisse Pascha secundi anni prædicationis Christi opinantur, ut quatuor Paschata inveniant. Verum nonnulla obstant huic sententiæ minime contemnenda, quæ in Historia sua Evangelica prosequitur Pezronius; illud imprimis quod Evangelista festum Paschatis proprio nomine designare soleat, ut cap. 2. v. 13. & cap. 6. v. 4. cap. 11. v. 55. ubi semper usurpat has voces *Pascha Judæorum.* 2. Chrysostomus, Cyrillus, & alii complures Interpretes hoc festum de Paschate non exponunt, & plerique veteres tria tantum agnoscunt Paschata, non quatuor. 3. Initio capitis sexti Pascha Judæorum commemorat. *Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.* Nec verisimile est annum integrum ab Evangelista statim transiliri, una tantum ejus actione intra unius anni decursum commemorata. Quamobrem dies ille festus non multum distabat ab eo Paschate, cujus mentionem facit capite proximo, seu festum illud fuerit sortium, dictum *Phurim:* quod Christi temporibus non erat admodum celebratum; seu potius id fuerit Encæniorum, ac dedicationis festum, quod mense Decembri fere semper celebrabatur tribus & amplius ante Pascha mensibus, quibus multa, eaque memoranda, in Galilæam reversus patravit miracula.

℣. 2. *Est autem Jerosolymis probatica piscina.* Seu *Pecuaria.* Græc. ἐπὶ τῇ προβατικῇ, *ad probaticam,* supple portam, quæ dicitur *porta gregis.* Hebr. *Bethseda* בֵּיתְצָדָא, aut Bethsaida. Habemus L. 2. Esdræ, cap. 3. & cap. 12. v. 39. juxta editionem Septuaginta Interpretum, Jerosolymæ extitisse portam probaticam, Hebr. *portam pecoris,* quæ in Vulgata editione dicitur *porta gregis.* Eo nomine videtur donata, quod per eam greges pecorum in urbem intrarent. Hæc porta ad Orientem sita erat versus torrentem Cedron. Hinc forte nomen suum duxit piscina huic portæ vicina. Itaque seu intelligamus Jerosolymæ fuisse piscinam probaticam, seu eam prope portam pecuariam extitisse juxta textum originalem, perinde est. Hæc piscina Hebraice dicta est vel *Bethesda* בֵּית-חַסְדָּא, i. e. misericordiæ, ut Hieronymus & Græca legunt, vel *Bethsaida* בֵּית-צַיְדָא, ut Vulgata, quæ vox significat domum, seu locum venationis, aut piscationis, quod minus convenit huic piscinæ. Sed vox *Bethseda,* vel *Bethesda,* domum misericordiæ, forte *nosocomium,* aut juxta alios locum effusionis significat, quod in istud stagnum multis undique subterraneis ductibus e templo aquæ se diffunderent, quibus victimæ lotæ fuerant. Hieronymus, Lib. de locis Hebraicis geminos ibi fuisse lacus ait, quorum unus hibernis aquis repleri solet, alterius aquas subrubras esse. Nam hostias in eo lavari a sacerdotibus solitas ferunt. In priorem, ut verisimile est Angelus descendebat hiberno tempore.

℣. 4. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam.* Identidem, statis temporibus hominibus tamen ignotis. Quo tempore hoc miraculum inceperit, incertum est. Non abhorret a verisimili hoc advenientis Messiæ indicium fuisse, ac forte ad fidem Baptismi adstruendam, quo sanitas animæ restituitur, & maculæ peccatorum divina virtute abluuntur. Voces illæ *secundum tempus,* desunt, in Græco textu.

℣. 10. *Non licet tibi tollere grabatum.* i. Gestare lectum.

℣. 13. *In loco.* Ubi sanaverat hominem.

℣. 14. *Jam noli peccare.* Indicat ob peccata ægrotasse.

III. 17. Jesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor.

18. Propterea ergo magis quærebant eum Judæi interficere: quia non solum solvebat Sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Jesus, & dixit eis:

19. Amen, Amen dico vobis: non potest Filius a se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.

20. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini.

21. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat: sic & Filius, quos vult, vivificat.

22. Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium dedit Filio,

23. Ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat patrem, qui misit illum.

24. Amen, Amen, dico vobis: quia, qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in judicium non venit, sed transiit a morte in vitam.

25. Amen, Amen dico vobis, quia venit hora: & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent.

26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso:

27. Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.

28. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei:

b Matth. 25. 46. 29. Et *b* procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem judicii.

30. Non possum ego a meipso facere quidquam. Sicut audio, judico: & judicium meum justum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

31. Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.

c Matth. 3. 17. Supr. 1. 15. 32. Alius *c* est, qui testimonium perhibet

III. 17. JEsus aber antwortete ihnen: Mein Vater würket stets bisher, und ich würke euch.

18. Derowegen trachteten ihm die Jüden vielmehr nach, daß sie ihn tödteten: dieweil er nicht allein den Sabbath brach, sondern auch sagte, daß GOtt sein Vater wäre, und machte sich selbst GOtt gleich. Derowegen antwortete JEsus, und sprach zu ihnen:

19. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: der Sohn kann nichts von ihm selbst thun, als was er den Vater thun siehet: denn alles, was derselbige thut, das thut auch gleicher Weise der Sohn.

20. Denn der Vater liebet den Sohn, und zeiget ihm alles, was er thut: und er wird ihm noch größere Werke zeigen, dann diese, daß ihr euch verwundern werdet.

21. Denn gleichwie der Vater die Todten auferwecket, und lebendig machet: also machet auch der Sohn lebendig, welche er will.

22. Denn der Vater richtet auch niemand: sondern hat alles Gerichte dem Sohn übergeben,

23. Auf daß sie alle den Sohn ehren, wie sie den Vater ehren: wer den Sohn nicht ehret, der ehret auch den Vater nicht, der ihn gesandt hat.

24. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: wer mein Wort höret, und glaubet dem, der mich gesandt hat, der hat das ewige Leben, und kömmt nicht ins Gericht, sondern ist vom Tod zum Leben gegangen.

25. Wahrlich, wahrlich sage ich euch, es kömmt die Stunde: und ist schon jetzt, daß die Todten die Stimme des Sohns GOttes hören werden: und die sie hören werden, die werden leben.

26. Denn gleichwie der Vater das Leben in ihm selbst hat: also hat er auch dem Sohn gegeben, das Leben in ihm selbst zu haben:

27. Und hat ihm Macht gegeben, das Gericht zu halten, darum, daß er des Menschen Sohn ist.

28. Verwundert euch dessen nicht, denn es kömmt die Stunde, in welcher alle, die in den Gräbern sind, die Stimme des Sohns GOttes hören werden:

29. Und es werden hervorgehen, die Gutes gethan haben, zu der Auferstehung des Lebens: die aber Böses gethan haben, zu der Auferstehung des Gerichts.

30. Ich kann nichts von mir selbst thun. Wie ich höre, so richte ich: und mein Gericht ist gerecht: denn ich suche nicht meinen Willen, sondern den Willen des Vaters, der mich gesandt hat.

31. Wenn ich von mir selbst Zeugniß gebe, so ist mein Zeugniß nicht wahr.

32. Es ist ein anderer, der von mir Zeugniß giebt: und

℣. 17. *Pater meus usque modo operatur.* Occupat Judæorum objectionem, cessandum ab omni opere die Sabbati. Respondet Christus Deum non cessare ab omni opere, cum cuncta conservet & regat die Sabbati. *Et ego operor.* Quæ ad hominum salutem conferunt, nullo dierum habito discrimine.

℣. 18. *Sed & Patrem suum dicebat Deum. Patrem suum.* Gr. ἴδιον, *proprium.* Unicum & verum. Sic Apostolus, Roman. 8. 32. *Qui proprio Filio non pepercit:* quem locum merito urget Ambrosius adversus Arianos, Lib. 2. de Fide, cap. 4. Tum vero intellexerunt Judæi Patris nomine Deum ipsum a Christo exprimi; unde & quærebant eum interficere, quod non solum solveret Sabbatum, sed ob hoc maxime, quod se æqualem Deo faceret. Sic August. Tract. 17. *Ecce, intelligunt Judæi, quod non intelligunt Ariani. Quis erat, nesciebant; talem tamen prædicari agnoscebant, quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.*

℣. 19. *Nisi quod viderit patrem facientem.* Vox illa non exceptionem significat, sed adversantis particulæ vim habet. Quidquid facit, Patre in se operante facit: a se quidem facit ut Deus, sed ab alio, persona quidem non natura distincto, id habet. Quod addit: *Hæc & Filius similiter facit*, id est, simul cum eo facit. Unde August. ait: *Si per Filium facit, quæ Pater facit, non alia Pater, alia Filius facit.*

℣. 20. *Et omnia demonstrat ei.* Græc. μείζονα. Ostendet ei majora opera, quam sit sanatio paralytici, ut mortuorum suscitationem.

℣. 21. *Sic & Filius quos vult, vivificat.* Sic Filius suscitabit mortuos, cum corpore, tum spiritu, idque voluntate sua, eosque vivificabit. Pater non apparet sensibiliter in judicio, nec judicat quemquam seorsum a Filio, sed judicium omne suum exequitur per Filium.

℣. 23. *Ut omnes honorificent Filium.* Ut eum revereantur, in quo posita est hominum salus.

℣. 24. *Qui verbum meum.* i. Doctrinam meam. *In judicium.* In condemnationem sc. non venit.

℣. 25. *Quia venit hora.* Jam instat hora, tempus incipit. *Quando mortui audient vocem Filii Dei.* i. Per peccatum mortui obedient.

℣. 26. *Sic dedit & Filio habere vitam in semetipso.* Non solum vita ipsa est, sed & fons vitæ per Incarnationem. Vox illa *sicut*, hic perfectam æqualitatem indicat.

℣. 27. *Et potestatem dedit ei judicium facere, quia Filius hominis est.* Secundum quod est homo. Superiora enim videtur de se ipso dixisse, ut Filio Dei.

℣. 29. *In resurrectionem vitæ.* sc. Beatæ. *In resurrectionem judicii.* sc. In condemnationem.

℣. 30. *Non possum ego a me ipso facere quidquam.* Quod non alia sit voluntas Filii, quam voluntas Patris.

℣. 31. *Si ego testimonium perhibeo de me ipso.* Non est fide dignum, ut putatis. Ille noverat verum esse, sed propter infirmos sol lucernas quærebat, Aug. serm. 43. de verbis Domini.

℣. 32. *Alius est, qui testimonium perhibet de me.* Pater cœlestis, qui in baptismo testimonium perhibuit de me, his verbis: *Hic est Filius meus dilectus.* Est etiam inter homines Joannes, qui tot illustria de me edidit testi-

monia,

und ich weis, daß dieses Zeugniß wahr ist, das er von mir giebt.

33. Ihr habt zu Johanne geschickt: und er hat der Wahrheit Zeugniß gegeben.

34. Ich aber nehme kein Zeugniß vom Menschen: sondern dieses sage ich, damit ihr selig werdet.

35. Er war ein brennendes, und leuchtendes Licht. Ihr aber habt euch eine Stunde in seinem Lichte erfreuen wollen.

36. Aber ich habe ein größeres Zeugniß, dann das Zeugniß Johannis. Denn die Werke, die mir der Vater gegeben hat, daß ich sie vollbringe: dieselbigen Werke, die ich thue, geben Zeugniß von mir, daß mich der Vater gesandt hat:

37. Und der Vater, der mich gesandt hat, der hat selbst von mir Zeugniß gegeben: und ihr habt niemals seine Stimme gehöret, noch seine Gestalt gesehen.

38. Und ihr habt sein Wort in euch nicht wohnend: denn ihr glaubt dem nicht, den er gesandt hat.

39. Durchforschet die Schriften, denn ihr vermeynet, daß ihr in denselbigen das ewige Leben habt: und dieselbigen sind es, welche Zeugniß von mir geben:

40. Gleichwohl wollt ihr nicht zu mir kommen, daß ihr möchtet das Leben haben.

41. Ich nehme die Ehre nicht an von den Menschen.

42. Aber ich kenne euch, daß ihr die Liebe GOttes in euch nicht habt.

43. Ich bin gekommen im Namen meines Vaters, und ihr nehmet mich nicht an: wenn ein anderer in seinem eigenen Namen kommen wird, denselbigen werdet ihr annehmen.

44. Wie könnet ihr glauben, die ihr Ehre von einander annehmet: und suchet die Ehre nicht, welche von GOtt allein ist?

45. Ihr sollt nicht meynen, daß ich euch bey dem Vater verklagen werde. Es ist einer, der euch verklaget, nämlich Moyses, auf welchen ihr eure Hoffnung setzet.

46. Denn wenn ihr Moysi glaubet, so glaubet ihr vielleicht auch mir: denn er hat von mir geschrieben.

47. So ihr aber seinen Schriften nicht glaubet: wie werdet ihr dann meinen Worten glauben?

de me: & scio, quia verum est testimonium, quod perhibet de me.

33. Vos misistis ad Joannem: & testimonium perhibuit veritati.

34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, ut vos salvi sitis.

35. Ille erat lucerna ardens, & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus.

36. Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater, ut perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me:

37. Et qui misit me Pater *d*, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem ejus unquam audistis, *e* neque speciem ejus vidistis.

38. Et verbum ejus non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.

39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis, in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me:

40. Et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.

41. Claritatem ab hominibus non accipio.

42. Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis: *f* & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis?

45. Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem. Est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: *g* de me enim ille scripsit.

47. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

d Matth. 3. 17. & 17. 5.

e Deut. 4. 12.

f 1. Cor. 4. 3.

g Gen. 3. 15. & 22. 18. & 49. 10. Deut. 18. 15.

CAPUT

monia, cujus testimonio utor, non quod illo indigeam, cum Pater æternus per tot miracula missionem meam testatam faciat.

℣. 34. *Ego autem non ab homine testimonium accipio.* Vestri causa illud testimonium Joannis accipio, ad quem misistis rogantes, an forte is esset Christus: id vero negavit, meque ut Messiam agnovit.

℣. 35. *Ille erat lucerna ardens, & lucens.* Non lux ipsa, sed lucerna ab alio lumine accensa, quæ lucebat doctrina & exemplo, ardebat charitate. *In luce ejus.* Hoc splendore perstricti ad eum venistis; sed cito ardor ille refrixit, quod vitia vestra acrius reprehenderet, & missionem meam ut præco annuntiaret: unde hunc spreviſtis, & dixistis eum dæmonium habere.

℣. 36. *Ego autem habeo testimonium majus Joanne.* Id est, majus Joannis testimonio: opera enim, quorum efficiendorum potestatem a Patre accepi, sunt testimonia omni exceptione majora. Nam opera ipsa adeo mirabilia, me Filium Dei verum esse demonstrant, cum Patris nomine, atque ut ab eo missus hæc faciam.

℣. 37. *Ipse testimonium perhibuit de me.* Cum cœlum apertum fuit, & vox ejus audita in meo baptismate. *Neque vocem ejus unquam audistis.* Deus per se non loquitur hominibus, sed per Prophetas, & doctores. Ut olim misit Moysen, & Prophetas, ita nunc misit Unigenitum suum, quem videre potuistis, & audire; & tamen noluistis eum recipere: cum Pater meus vobis loquatur, ac tot miracula, quæ vobis coram fiunt, fidem ejus adstruant. Deus ipse videri nequit; per miracula missio mea innotescit.

℣. 38. *Et verbum ejus non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Etenim ego sum, quem ille misit, nec mandata, quæ per me vobis dedit, recipitis.

℣. 39. *Scrutamini Scripturas.* Vox Græc. ἐραυνᾶτε. Anceps est, cum possit esse Indicativi, & Imperativi modi: frustra scrutamini Scripturas: vel excutite Scripturas, quæ testantur me esse Christum a Deo promissum. Prophetas evolvite, qui uno ore omnes tempus adventus mei, vitam, prædicationem, miracula prænuntiant.

℣. 41. *Claritatem ab hominibus non accipio.* Græc. δόξαν. Gloriam non requiro, nec mihi opus est hominum laude.

℣. 43. *Si alius venerit.* Non missus a Deo, hunc recipietis. Loquitur forte de Antichristo, quem recepturi sunt Judæi spreto filio a Patre misso.

℣. 44. *Qui gloriam ab invicem accipitis.* Est enim humanæ gloriæ cupiditas magnum ad credendum impedimentum. Scribæ & Pharisæi metuebant, ne eorum existimatio apud populum minueretur, si Christi pauperis discipuli fierent, quem ut Sabbati violatorem habebant.

℣. 45. *Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos apud patrem.* Non erit necesse, ut ego vos accusem; solus Moyses, aut lex ipsa vos reos peraget.

℣. 46. *Crederetis forsitan & mihi.* Vox Græca ἄν, *utique*, & *forsitan* significat. *De me enim ille scripsit.* Idque potissimum Genes. 49. in prophetia Jacob, & Deuteron. 18. v. 15. 18. *Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum.* Non dubitabant, quin vera essent, quæ Moyses scripserat; sed multa non intelligebant, & ea maxime, quæ de Christo prædixerat: quæ si intellexissent, aut Christo credidissent, aut Moysi fidem adhibuissent. Cum igitur nec Christi testimonio de seipso, quamvis tot miraculis & vaticiniis confirmato, nec Joannis toties repetitis testimoniis, nec Patris æterni voci, quam in baptismo Christi protulit coram magna populi multitudine, nec Scripturis demum universis, quas legebant, fidem haberent; quid reliquum erat, nisi ut se obcæcatos esse faterentur?

CAPUT VI.

I. Quinque panibus, & duobus piscibus satiat quinque virorum millia. 1. *Fugit volentes ipsum facere regem.* 15. *II. Super mare ad discipulos ambulat.* 16. *De pane cælesti docet, quod ipse sit panis vitæ, & caro ejus cibus, quem oporteat manducare.* 28. *III. Quidam offensi ejus, sermone deserunt ipsum.* 41. *Sed Apostoli cum eo permanent.* 66.

†*DOM. 4. QUADR.* 1. Post hæc † abiit Jesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.

2. Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.

3. Subiit ergo in montem Jesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.

4. Erat autem proximum Pascha, dies festus Judæorum.

5. Cum sublevasset ergo oculos Jesus, & vidisset, quia multitudo *a* maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde ememus panes, ut manducent hi?

a Matth. 14. 13. *Marc.* 6. 32. *Luc.* 9. 10.

6. Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat, quid esset facturus.

7. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat.

8. Dicit ei unus ex discipulis ejus, Andreas, frater Simonis Petri:

9. Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

10. Dixit ergo Jesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

11. Accepit ergo Jesus panes: & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus, quantum volebant.

12. Ut autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.

13. Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducaverant.

14. Illi ergo homines cum vidissent, quod Jesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.

15. Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem *b*, fugit iterum in montem, ipse solus.*

b Matth. 14. 23. *Marc.* 6. 46.

II. 16. Ut autem sero factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.

17. Et cum ascendissent navim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ jam factæ erant: & non venerat ad eos Jesus.

18. Mare autem, vento magno flante, exurgebat.

19. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Jesum ambulantem supra mare, & proximum navi fieri, & timuerunt.

20. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

Das sechste Capitel.

I. JEsus speiset mit fünf Gerstenbroden, und zween Fischen fünftausend Personen. 1. Und entweicht, da sie ihn zum König machen wollten. 15. II. Kömmt bey der Nacht zu seinen Jüngern über das Meer gehend. 16. Des andern Tages hält er eine lange Predigt zu den Juden, von der Nießung seines Fleisches und Blutes. 28. III. Darüber sich die Juden ärgern. 41. Und viel seiner Jünger verließen ihn, aber nicht die zwölf Apostel. 66.

1. Darnach zog JEsus über das Galiläische Meer, das an der Stadt Tiberias ist.

2. Und es folgete ihm eine große Menge Volks nach, dieweil sie die Zeichen sahen, die er an den Kranken that.

3. JEsus aber gieng auf einen Berg, und setzte sich daselbst nieder mit seinen Jüngern.

4. Es war aber nahe die Ostern, das Fest der Juden.

5. Da nun JESUS die Augen aufhub, und sah, daß eine sehr große Menge Volks zu ihm kam, sprach er zu Philippo: Woher kaufen wir Brod, daß diese essen?

6. Das sagte er aber ihn zu versuchen: denn er wußte wohl, was er thun wollte.

7. Philippus antwortete ihm: Zweyhundert Pfenninge werth Brods ist ihnen nicht genug, daß ein jeglicher ein wenig nehme.

8. Da spricht zu ihm einer von seinen Jüngern, Andreas, der Bruder Simonis Petri:

9. Es ist ein Knabe allhier, der hat fünf Gerstenbrode, und zween Fische: aber was ist das unter so viele?

10. JEsus aber sprach: Schaffet, daß sich die Menschen niedersetzen. Es war aber viel Gras an dem Orte. Also setzten sich nieder an der Zahl bey fünftausend Mann.

11. Da nahm JEsus die Brode: und nachdem er Dank gesagt hatte, theilte er sie denen aus, die sich niedergesetzet hatten: desgleichen auch von den Fischen, so viel sie wollten.

12. Da sie aber ersättiget waren, sprach er zu seinen Jüngern: Sammelt die Brocken*, welche übriggeblieben sind, damit sie nicht verderben. *Stücklein.

13. Also sammelten sie, und füllten zwölf Körbe mit Brocken, von den fünf Gerstenbroden, welche denjenigen, die da geessen hatten, übriggeblieben waren.

14. Da nun dieselbigen Menschen das Zeichen sahen, das JEsus gethan hatte, sprachen sie: Dieser ist wahrhaftig der Prophet, der in die Welt kommen soll.

15. Als aber JEsus merkte, daß sie kommen würden, und ihn mit Gewalt hinwegführen, daß sie ihn zum Könige machten, floh er abermal auf den Berg, er selbst allein.

II. 16. Da es nun Abend worden war, giengen seine Jünger hinab an das Meer.

17. Und sie tratten in das Schiff, und fuhren über das Meer gen Capharnaum: und es war schon finster worden: und JEsus war nicht zu ihnen gekommen.

18. Aber das Meer erhub sich, dieweil ein starker Wind bließ.

19. Da sie nun bey die fünf und zwanzig, oder dreyßig Feldweges gerudert hatten, sahen sie JEsum auf dem Meere wandeln, und allernächst zum Schiffe kommen, und sie fürchteten sich.

20. Er aber sprach zu ihnen: Ich bin es, fürchtet euch nicht.

21. Da

CAPUT VI.

℣. 1. *Post hæc abiit Jesus trans mare Galilææ.* In desertum, ultra lacum Genesareth, quod Bethsaida dicebatur: vicus is erat, quem, ut diximus, Philippus Tetrarcha in urbem Juliadis nomine postea extruxit. Idque factum est post necem Joannis Baptistæ, quæ exeunte Februario accidit. Duplex erat Bethsaida; una ultra mare, altera citra lacum, ex qua urbe quidam discipuli erant oriundi.

℣. 4. *Erat autem proximum Pascha.* Secundum videlicet a prædicatione Christi, ut verisimillimum est.

℣. 6. *Tentans eum.* i. Explorans ejus mentem.

℣. 10. *Erat autem fœnum.* Gramen.

℣. 12. *Ut — impleti sunt.* i. Satiati.

℣. 14. *Hic est vere Propheta.* Græc. Ille Propheta.

℣. 15. *Fugit iterum in montem ipse solus.* Secessit in montem, unde venerat; & noctem orationi impendit.

℣. 17. *Venerunt in Capharnaum.* Per Bethsaidam.

21. Da wollten sie ihn in das Schiff nehmen: und alsbald war das Schiff am Lande, da sie hinfuhren.

22. Am andern Tage sah das Volk, so jenseits des Meers stund, daß kein anderes Schiff daselbst gewesen war, als das einige, und daß JEsus mit seinen Jüngern in das Schiff nicht getretten war, sondern daß seine Jünger allein hinweggefahren waren:

23. Es kamen aber andere Schiffe von Tiberiade zu dem Ort, da sie das Brod geessen, und der HErr gedanket hatte.

24. Als nun das Volk sah, daß JESUS nicht da war, noch seine Jünger, traten sie in die Schiffe, und kamen gen Capharnaum, und suchten JESUM.

25. Und da sie ihn jenseits des Meers fanden, sprachen sie zu ihm: Rabbi, wann bist du hiehergekommen?

26. JEsus antwortete ihnen, und sprach: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: ihr suchet mich, nicht darum, daß ihr Zeichen gesehen habt, sondern dieweil ihr von dem Brod geessen habt, und seyd satt worden.

27. Würket nicht die Speise, die da verdirbet, sondern die da bleibet in das ewige Leben, welche euch der Sohn des Menschen geben wird. Denn diesen hat GOtt der Vater versiegelt.

28. Da sprachen sie zu ihm: Was sollen wir thun, daß wir die Werke GOttes würken?

29. JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Dieses ist das Werk GOttes, daß ihr an den glaubet, den er gesandt hat.

30. Da sprachen sie zu ihm: Was thust du dann für ein Zeichen, daß wir es sehen, und dir glauben? was würkest du?

31. Unsere Väter haben das Mama geessen in der Wüste, wie geschrieben stehet: Er hat ihnen Brod vom Himmel zu essen gegeben.

32. Da sprach JEsus zu ihnen: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: Moyses hat euch das Brod vom Himmel nicht gegeben, sondern mein Vater giebt euch das wahre Brod vom Himmel.

33. Denn das ist das Brod GOttes, das vom Himmel herabgekommen ist, und giebt der Welt das Leben.

34. Da sprachen sie zu ihm: HErr, gieb uns allezeit dieses Brod.

35. JEsus aber sprach zu ihnen: Ich bin das Brod des Lebens: wer zu mir kömmt, den wird nicht hungern: und wer an mich glaubt, den wird nimmermehr dürsten.

36. Aber ich habe es euch gesagt, denn ihr habt mich wohl gesehen, aber ihr glaubet nicht.

37. Alles, was mir der Vater giebt, das wird zu mir kommen: und wer zu mir kömmt, den werde ich nicht hinausstoßen:

38. Denn ich bin vom Himmel herabgekommen, nicht meinen Willen zu thun, sondern den Willen desjenigen, der mich gesandt hat.

39. Dieses ist aber der Wille des Vaters, der mich gesandt hat: daß ich nichts verliehre von allem, daß er mir gegeben hat, sondern daß ich dasselbige auferwecke am jüngsten Tage.

21. Voluerunt ergo accipere eum in navim: & statim navis fuit ad terram, in quam ibant.

22. Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi, nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navim, sed soli discipuli ejus abiissent:

23. Aliæ vero supervenerunt naves a Tiberiade juxta locum, ubi manducaverant panem, gratias agente Domino.

24. Cum ergo vidisset turba, quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Jesum.

25. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

26. Respondit eis Jesus, & dixit: Amen, Amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.

27. Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis *c*. Hunc enim Pater signavit Deus. *c Matth. 3. 17. & 17. 5. Super. 1. 32.*

28. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei?

29. Respondit Jesus, & dixit eis: *d* Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille. *d 1. Joan. 3. 23.*

30. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? quid operaris?

31. Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est: *e* Panem de cœlo dedit eis manducare. *e Exod. 16. 14. Num. 11. 7. Psal. 77. 24. Sap. 16. 20.*

32. Dixit ergo eis Jesus: Amen, Amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum.

33. Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo.

34. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.

35. Dixit autem eis Jesus: Ego sum panis vitæ: *f* qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet unquam. *f Eccl. 24. 29.*

36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis.

37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet: & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras:

38. Quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me.

39. Hæc est autem voluntas ejus, qui misit me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die.

℣. 21. *Voluerunt ergo accipere eum in navim.* Imo eum acceperunt, Marc. 6. *Nisi una.* In quam intraverant discipuli, ut habet Syrus codex. Unde plebs ipsa Christum adhuc esse in deserto Bethsaidæ sibi persuaserat, eumque ibi quærebat.

℣. 26. *Quæritis me.* Multi sc. ex vobis. *Non quia vidistis signa.* Per ea elevati ad cœlestia.

℣. 27. *Operamini non cibum, qui perit.* Saluti potius animæ, quam corporis curæ non otiando sed operando serviendum. *Signavit Deus.* Quasi sigillo appositio, sic testimonio suæ vocis & Prophetarum, prodigiis denique & miraculis obsignavit in mundi salutem, & declaravit me esse ejus Filium. *Signavit.* Sua auctoritate munivit.

℣. 28. *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* Deo grata, ut operemur cibum incorruptum, cujus mentionem fecisti.

℣. 29. *Ut credatis in eum, quem misit.* Illud opus exigit, quod ante omnia est necessarium, fidem nimirum: opus Dei vocat, quod sit donum Dei, & fundamentum cæterorum.

℣. 30. *Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi?* Assentiuntur illi, dummodo miraculis sibi fidem adstruat.

℣. 32. *Sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum.* Panem, qui dat vitam mundo æternam: non panem e cœlo aereo, ut manna, quod e sublimi quidem aëre depluit, sed comparatum cum vero pane, nec cœlestis panis dici potest.

℣. 34. *Semper da nobis panem hunc.* Volebant pasci sine labore.

℣. 35. *Ego sum panis vitæ.* Id est, Panis vivus, seu vivificans. *Qui venit ad me.* Per fidem.

℣. 37. *Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet.* Quem Pater elegerit electione æterna, ad me veniet, per fidem vivam, eumque benigne excipiam; non repellam, non ejiciam foras, postquam venerit. Vel in numerum discipulorum eum adscribam.

℣. 38. *Voluntatem meam.* sc. Solam & humanam.

40. Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: ut omnis, qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die.

III. 41. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi:

g Matth. 13. 55. *Marc.* 6. 3. 42. Et dicebant: g Nonne hic est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cœlo descendi.

43. Respondit ergo Jesus, & dixit eis: Nolite murmurare in invicem:

✝ *FERIA 4. QUAT. TEMP. PENT.* 44. Nemo ✝ potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in novissimo die.

h Isai. 54. 13. *Jerem.* 31. 45. Est scriptum in Prophetis *h*: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.

i Matth. 11. 27. 46. Non quia Patrem vidit quisquam *i*, nisi is, qui est a Deo, hic vidit Patrem.

47. Amen, Amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam.

48. Ego sum panis vitæ.

k Exod. 16. 13. 49. Patres *k* vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt.

50. Hic est panis de cœlo descendens: ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.

51. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.

52. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.

53. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

54. Dixit ergo eis Jesus: Amen, Amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

55. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die.

✝ *IN FESTO CORPORIS CHRISTI.* *l 1. Cor.* 11. 27. 56. ✝ Caro *l* enim mea, vere est cibus: & sanguis meus, vere est potus.

57. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.

58. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem: & qui manducat me, & ipse vivet propter me.

59. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna,

40. Ja dieses ist der Wille meines Vaters, der mich gesandt hat: daß wer den Sohn siehet, und an ihn glaubt, das ewige Leben habe: und ich werde ihn auferwecken am jüngsten Tage.

III. 41. Da murreten die Jüden darüber, daß er gesagt hatte: Ich bin das lebendige Brod, der ich vom Himmel herabgekommen bin:

42. Und sprachen: Ist dieser nicht JEsus, der Sohn Josephs, dessen Vater und Mutter wir kennen? Wie sagt dieser dann: Ich bin vom Himmel herabgekommen.

43. Da antwortete JEsus, und sprach zu ihnen: Murret nicht untereinander:

44. Niemand kann zu mir kommen, es sey dann, daß ihn der Vater ziehe, der mich gesandt hat: und ich werde denselbigen auferwecken am jüngsten Tage.

45. Es stehet geschrieben in den Propheten: Und sie werden alle von GOtt gelehret werden. Wer es nun vom Vater gehöret hat, und gelernet, der kömmt zu mir.

46. Nicht, daß jemand den Vater gesehen habe, als allein, der von GOtt ist, der hat den Vater gesehen.

47. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: Wer an mich glaubet, der hat das ewige Leben.

48. Ich bin das Brod des Lebens.

49. Eure Väter haben das Manna geessen in der Wüste, und sind gestorben.

50. Dieses ist das Brod, das vom Himmel herabkömmt: auf daß, wer davon isset, nicht sterbe.

51. Ich bin das lebendige Brod, der ich vom Himmel herabgekommen bin.

52. Wer von diesem Brod essen wird, der wird leben in Ewigkeit: und das Brod, das ich geben werde, ist mein Fleisch für das Leben der Welt.

53. Da zankten die Jüden untereinander, und sprachen: Wie kann uns dieser sein Fleisch zu essen geben?

54. Da sprach JEsus zu ihnen: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: es sey dann, daß ihr das Fleisch des Menschen Sohns esset, und sein Blut trinket, so werdet ihr das Leben in euch nicht haben.

55. Wer mein Fleisch isset, und trinket mein Blut, der hat das ewige Leben: und ich will ihn wiederum auferwecken am jüngsten Tage.

56. Denn mein Fleisch ist wahrhaftig eine Speise: und mein Blut ist wahrhaftig ein Trank.

57. Wer mein Fleisch isset, und trinket mein Blut, der bleibet in mir, und ich in ihm.

58. Wie mich der lebendige Vater gesandt hat, und ich lebe um des Vaters willen: also, wer mich isset, der wird auch leben um meinetwillen.

59. Dieses ist das Brod, das vom Himmel herabgekommen ist. Nicht wie eure Väter das Himmelbrod geessen

---

℣. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* Nisi cor a fide aversum ad se convertat efficaciter movendo per gratiam suam citra necessitatem ullam.

℣. 45. *Est scriptum in Prophetis.* In volumine Prophetarum. *Et erunt omnes docibiles Dei.* Græc. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. *Docti Dei*, seu *a Deo*, per gratiam. Legitur in Isaia cap. 54. v. 13. *Ponam universos filios tuos doctos a Domino*, id est, interius docendos. *Omnis.* Qui interiore auditu Patrem sic audivit, ut disceret. Alii exponunt, *Doctos Dei*, a Deo, ut vox illa *docti*, vim potius habeat nominis, quam participii, id est, docti in iis, quæ ad Deum spectant.

℣. 46. *Nisi qui est a Deo.* sc. Et natus, & missus.

℣. 47. *Qui credit in me, habet vitam æternam.* Habet in spe, quamdiu vivit in hoc sæculo: & reipsa post mortem, si ejus præceptis pareat, & in iis perseveret.

℣. 52. *Si quis manducaverit ex hoc pane.* Jam aperte de manducatione sacramentali loquitur, cum hactenus fere de manducatione spiritali per fidem verba fecerit. Ac potissimum v. 35. *Ego sum panis vitæ.* Nam Christus fidem exigit, ut caro sua digne manducetur. Hoc enim est opus Dei, quod v. 29. postulavit, ut panem illum vitæ præberet, fides ipsa. Quocirca merces huic operi proposita aliud quiddam erit a fide; non enim idem est opus faciendum, & merces huic operi destinata. Panem illum esse carnem suam declarat: *Ego sum panis vivus, &c. . . . Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. O Sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum charitatis!* August.

℣. 54. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis.* Hic sermo durior videretur, si non aliud quam fidem iis verbis intelligeret Christus. *Et biberitis ejus sanguinem.* Sumens autem unam speciem, quantum ad Christi intentionem attinet, bibit etiam Christi sanguinem, licet non sumat per modum potus.

℣. 55. *Ego resuscitabo.* Felici resurrectione.

℣. 56. *Caro mea vere est cibus.* Qui vitam æternam animæ operatur: ut cibus corpori & hanc vitam tribuit, dum in corpus nostrum mutatur: sic Christi caro rite suscepta, nos in ipsum convertit, in nobis manet, ut nos in eo.

℣. 58. *Et ego vivo propter Patrem.* Cujus vita vivo. *Et ego vivo propter Patrem.* Græc. Per Patrem.

℣. 59. *Non sicut manducaverunt patres vestri manna.* In aëre formatum. *Vivet in æternum.* In eo quippe erit germen immortalitatis. In hoc autem cum Capharnaitis colloquio, Christus Dominus corpus suum & sanguinem datu-

gecssen haben, und sind gestorben. Wer dieses Brod isset, der wird leben in Ewigkeit.

60. Dieses sagte er in der Schule, da er lehrete zu Capharnaum.

61. Da nun viele von seinen Jüngern solches höreten, sprachen sie: Diese Rede ist hart, und wer kann sie hören?

62. Dieweil aber JEsus bey ihm selbst wußte, daß seine Jünger darüber murreten, sprach er zu ihnen: Aergert euch das?

63. Wie, wenn ihr dann des Menschen Sohn sehen werdet dahin auffahren, da er zuvor war?

64. Der Geist ist es, der lebendig machet: das Fleisch ist nichts nutz: die Worte, so ich zu euch geredet habe, sind Geist und Leben.

65. Aber es sind etliche unter euch, die nicht glauben. Denn JEsus wußte vom Anfang wohl, welche die wären, die nicht glaubten, und wer ihn verrathen würde.

66. Und er sprach: Darum habe ich euch gesagt: niemand kann zu mir kommen, es sey ihm dann gegeben von meinem Vater.

67. Von der Zeit an giengen seiner Jünger viele zurück: und wandelten hinfüro nicht mehr mit ihm.

68. Da sprach JEsus zu den Zwölfen: Wollet ihr auch hinweggehen?

69. Und Simon Petrus antwortete ihm: HErr, zu wem sollen wir gehen? du hast Worte des ewigen Lebens.

70. Und wir haben geglaubet, und erkennet, daß du bist Christus der Sohn GOttes.

71. JEsus antwortete ihnen: Habe ich nicht euch Zwölfe erwählet, und einer von euch ist ein Teufel?

72. Er redete aber von Juda Simonis Iscariot: denn derselbige würde ihn verrathen, da er doch einer aus den Zwölfen war.

Das siebente Capitel.

I. JESUS kömmt, jedoch in etwas verborgener Weise auf das Laubhüttenfest. 1. II. Predigt darnach öffentlich von seiner Lehre. 14. III. Das Volk zu Jerusalem redet unterschiedlich von ihm. 25. Die Diener der Hohenpriester, so ihn sollten fahen, geben von ihm Zeugniß. 44.

& mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.

60. Hæc dixit in Synagoga, docens in Capharnaum.

61. Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?

62. Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis: Hoc vos scandalizat?

63. Si ergo videritis *m* Filium hominis ascendentem, ubi erat prius? *m Supr.* 3. 12.

64. Spiritus est, qui vivificat; caro non prodest quidquam: verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.

65. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.

66. Et dicebat: Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

67. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro: & jam non cum illo ambulabant.

68. Dixit ergo Jesus ad duodecim: Numquid & vos vultis abire?

69. Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.

70. *n* Et nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei. *n Matth.* 16. *Marc.* 8. *Luc.* 9.

71. Respondit eis Jesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est?

72. Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

CAPUT VII.

I. Ad Scenopegiæ festum, quasi in occulto ascendit. 1. II. Convincit Judæos, quod ipsum injuste calumnientur ob curatum hominem Sabbato. 14. III. De ipso turba varie loquitur. 25. Ministri, ad eum apprehendendum missi, audita prædicatione ipsum collaudant. 44.

1. Post

---

daturum se in cibum & potum apertissimis verbis pollicetur. Quæ promissio versibus 27. 35. 50. & sequentibus repetitur. Nusquam alibi Joannes Eucharistiæ meminit, qui alia fidei mysteria tam enucleate commemorat: cum tamen tres alii Evangelistæ illius institutionem disertis verbis scripto tradiderint. Nec fere quicquam dictum est, aut factum creditu arduum, ad cujus fidem discipulorum animi ad credendum antea præparati a Domino non fuerint. An quisquam id sibi persuadeat, hoc Sacramentum a Christo tam subito institutum fuisse, ut illius nullam ante fecerit mentionem, aut non promiserit prius? Nulla potest esse major similitudo inter promissionem & donationem, quam quæ est inter hæc verba promissionis. *Panis, quem ego dabo, caro mea est.* Et illa institutionis. *accipite, & manducate, Hoc est corpus meum.* Manducationem spiritalem, quæ fide, & sacramentalem, quæ ore perficitur, Christus non separat in hoc capite, sed una conjungit: cum utraque realem & integram manducationem efficiat. A versu 27. ad 48. usque, priorem ut conditionalem exigit, & præmii loco realem pollicetur. Futurum tempus, quo utitur, non aliud quam promissionem designat. Nec manducationem spiritalem promittit, quæ non decrat discipulis, imo & in veteri Testamento erat usitata, quæquæ ut conditio prævia requiritur.

℣. 61. *Durus est hic sermo.* i. Difficilis captu. *Et quis potest audire.* i. Capere. Quod si Christus non aliud intellexisset per carnis suæ manducationem, quam fidem, cui jam affueverant discipuli, nihil erat facilius, quam eos revocare in viam. Verum nihil ejusmodi affert Dominus molliendi sermonis gratia. *Secretum Dei intentos debet facere, non adversos.* August. Tract. 27.

℣. 63. *Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi erat prius?* Aug. *Quid ergo tum dicetis? an vobis incredibile videbitur me inde descendisse? Tunc intelligetis me potuisse carni meæ vim vivificantem dare. Sic erit Filius hominis in cælo: quemadmodum Filius Dei erat in terra.*

℣. 64. *Caro non prodest quidquam.* De his nimirum ex sensuum carnali perceptione, aut humana ratione vultis judicare, cum hæc mysteria percipiantur solo Dei spiritu, qui unus dat intelligentiam & vitam. Quod vobis dixi de manducatione carnis invisibili, exteriori specie tamquam velo obductæ, non de carne mortua & in frusta concisa. *Spiritus & vita sunt.* Ac res plane spiritales & vivas exprimunt. Non dixit Christus suam nihil prodesse carnem, quam dare vitam æternam toties affirmavit. Hic itaque est verborum sensus: Carnalis vester intellectus nihil prodest; solus Dei Spiritus veræ fidei lumen procreat. Quo quidem modo *Caro* in Scripturis passim usurpatur, ut Matth. 16. 17. *Caro & sanguis non revelavit tibi.* Illi autem sunt increduli, qui realem manducationem non credunt. Nam spiritalis manducatio per fidem neminem offendebat: an in causa fuit cur multi ex discipulis a Christo discesserunt? Quæ enim erat causa hujus defectionis, si nihil habeat ea manducatio, quod rationem humanam offendat? Itaque caro sine spiritu non prodest quidquam: ut scientia inflat sine charitate. Non propterea est inutilis scientia: at cum sola est, inflat. *Proinde sic dictum est, Caro non prodest quidquam, quomodo dictum est, Scientia inflat: jam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est Scientia inflat? Sola sine charitate. Ideo adjunxit, charitas ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem.* August. Eaque spiritali modo, non carnali sunt intelligenda. Sic tamen ut non spiritalis tantum, sed etiam realis & vera fit manducatio, ut ex præcedentibus liquet: *Panis quem ego dabo, &c.*

℣. 65. *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt.* In me, & ficto animo accesserunt. *Non dixit, sunt quidam ex vobis, qui non intelligunt, sed causam dixit, cur non intelligant.* August. ibidem.

℣. 67. *Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro.* i. Ex hoc tempore deseruerunt eum: non e septuaginta discipulis, qui juxta Jansenium Gandavensem nondum erant electi; e quorum numero fuerunt Matthias, & Barnabas, qui ab initio secuti sunt Dominum, ex cap. 1. Actorum.

℣. 71. *Unus diabolus est.* i. Pessimus.

℣. 72. *Dicebat Judam Simonis.* Filium.

† *FERIA 5. POST DOM. PASS.*

1. Post hæc autem † ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare: quia quærebant eum Judæi interficere.

2. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, *a* Scenopegia.

a Lev.23.34.

3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua, quæ facis.

4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

5. Neque enim fratres ejus credebant in eum.

6. Dicit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum.

7. Non potest mundus odisse vos: me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt.

8. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendo ad diem festum illum, quia meum tempus nondum impletum est.

9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.

10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto.

11. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Ubi est ille?

12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas.

13. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judæorum.°

† *FERIA 3. POST DOM. 4. QUADR.*

II. 14. Jam † autem die festo mediante, ascendit Jesus in templum, & docebat.

15. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?

16. Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.

17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar.

18. Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam ejus, qui misit eum, hic verax est, & injustitia in illo non est.

b Exod.24.3.

19. Nonne *b* Moyses dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem.

c Sup. 5. 18.

20. Quid *c* me quæritis interficere? Respon-

1. Darnach aber zog JEsus in Galiläam, denn er wollte in das Jüdische Land nicht ziehen: weil ihn die Juden suchten zu tödten.

2. Es war aber nahe der Juden Fest der Lauberhütten.

3. Und seine Brüder sprachen zu ihm: Ziehe von dannen, und reise in das Jüdische Land, damit auch deine Jünger deine Werke sehen, die du thust.

4. Denn niemand thut etwas im Verborgenen, der da will offenbar seyn. Thust du diese Dinge, so offenbare dich selbst der Welt.

5. Denn seine Brüder glaubten auch nicht an ihn.

6. Da sprach JESUS zu ihnen: Meine Zeit ist noch nicht gekommen: eure Zeit aber ist allwege bereit.

7. Die Welt kann euch nicht hassen: mich aber hasset sie: denn ich gebe Zeugniß von ihr, daß ihre Werke böse sind.

8. Ziehet ihr hinauf auf diesen Festtag: ich aber will auf diesen Festtag noch nicht hinaufziehen, denn meine Zeit ist noch nicht erfüllet.

9. Als er dieses gesagt hatte, blieb er in Galiläa.

10. Nachdem aber seine Brüder hinaufgezogen waren, da zog er auch hinauf auf den Festtag, nicht offenbarlich, sondern als heimlich.

11. Die Juden aber suchten ihn am Festtage, und sprachen: Wo ist dieser?

12. Und es war ein großes Gemurmel unter dem Volke von ihm. Denn etliche sprachen: Er ist fromm. Die andere aber sprachen: Nein, sondern er verführet das Volk.

13. Gleichwohl redete niemand öffentlich von ihm, aus Furcht der Juden.

II. 14. Als aber das Fest halb vorüber war, gieng JEsus hinauf in den Tempel, und lehrete.

15. Und die Juden verwunderten sich, und sprachen: Wie kann dieser die Schrift, da er sie doch nicht gelernet hat?

16. JEsus antwortete ihnen, und sprach: Meine Lehre ist nicht mein, sondern dessen, der mich gesandt hat.

17. So jemand desselbigen Willen thun will, der wird innen werden, ob diese Lehre von GOtt sey, oder ob ich von mir selbst rede.

18. Wer von ihm selbst redet, der suchet seine eigene Ehre. Wer aber die Ehre desjenigen suchet, der ihn gesandt hat, der ist wahrhaftig, und ist keine Ungerechtigkeit in ihm.

19. Hat euch Moyses nicht das Gesetz gegeben? und niemand unter euch hält das Gesetz.

20. Warum suchet ihr mich zu tödten? Das Volk antwor-

CAPUT VII.

℣. 2. *Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia.* Festum Tabernaculorum, quod circa medium Septembris per octo dies celebrabant. Hoc festum Levit. cap. 23. v. 36. institutum fuit a Deo in memoriam peregrinationis filiorum Israel per quadraginta annos in deserto. *Ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel:* & Levit. 23. v. 43. *Cum educerem eos de terra Ægypti.* Die octavo, relictis tabernaculis, in Templum conveniebant gratias Deo acturi, qui dies Levit. 23. v. 36. dicitur: *Dies cœtus atque collecta.*

℣. 3. *Dixerant autem ad eum fratres ejus.* Propinqui Domini ambitione ducti, ut gloriam ex ejus operibus captarent, id suadebant; quod eorum cupiditati, non fidei tribuendum. *Quæ facis.* Vel discipuli, qui ab eo recesserant, aut qui baptizati quidem fuerant, quique non sequebantur Christum.

℣. 4. *Quærit in palam esse.* i. Celebris fieri.

℣. 5. *Neque enim fratres ejus credebant in eum.* Nondum fides eorum satis firma erat, eumque esse Messiam nondum iis persuasum erat; sed postea crediderunt, ut patet ex cap. 1. Actor. ubi dicitur Mariam matrem Jesu, & fratres ejus fuisse in cœnaculo expectantes promissum Spiritum Sanctum.

℣. 6. *Tempus meum nondum advenit.* Tempus a Patre præscriptum. Deinde hostes mihi infensos illic inveniam, vos non item. *Semper est paratum.* Vobis perinde est, quocumque tempore volueritis.

℣. 7. *Non potest mundus odisse vos.* Ea ratione, qua me odit: non odit quod suum est.

℣. 8. *Ego autem non ascendo.* Græc. Οὔπω ἀναβαίνω, *nondum ascendo.* Nec manifeste ascendam, sed in occulto.

℣. 9. *Ipse mansit in Galilæa.* Per aliquot dies expectans 72. discipulos, quos miserat ad prædicandum Evangelium, qui tum læti redierunt, ex cap. 10. Lucæ.

℣. 10. *Ascendit — non manifeste.* i. Cum solito comitatu non ascendit.

℣. 13. *Nemo palam.* i. Græc. Libere defendens aut laudans.

℣. 14. *Jam autem die festo mediante.* Quarto die solemnitatis.

℣. 15. *Cum non didicerit.* Sacras litteras, qui nullo usus est præceptore.

℣. 16. *Mea doctrina non est mea: Doctrina,* non est a me: non eam propria industria comparavi. August.

℣. 17. *Si quis voluerit voluntatem ejus facere.* Bona hominis voluntas, & studium illi obsequendi, multum confert ad cognoscendum, utrum doctrina aliqua sit ex Deo.

℣. 18. *Qui misit eum, hic verax est.* Ea tantum dicit, quæ Deus præcipit, & ejus tantummodo gloriam quærit, huic credi debet: nullam enim fallendi causam habet. *Et injustitia in illo non est.* Procul est a mendacio.

℣. 19. *Nonne Moyses dedit vobis legem.* Quam nemo ex vobis servat. Et tamen tumultuamini, quasi legem violem, cum sano hominem die Sabbati.

℣. 20. *Respondit turba, & dixit.* Plebs scilicet, quæ ignorabat consilium Principum. *Dæmonium habes,* insanis. *Quid posset aliud dicere turba turbulenta? Quid posset aliud olere cœnum commotum?* August.

antwortete, und sprach: Du hast den Teufel: wer suchet dich zu tödten?

21. JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Ich habe ein einziges Werk gethan, und ihr verwundert euch alle.

22. Moyses hat euch die Beschneidung darum gegeben, (nicht daß sie von Moyse herkömmt, sondern von den Vätern,) und ihr beschneidet den Menschen am Sabbath.

23. So nun ein Mensch am Sabbath die Beschneidung annimmt, damit das Gesetz Moysis nicht gebrochen werde: zürnet ihr dann über mich, daß ich den ganzen Menschen am Sabbath gesund gemacht habe?

24. Richtet nicht nach dem Ansehen, sondern richtet ein gerechtes Gericht.

III. 25. Da sprachen etliche von Jerusalem: Ist das nicht derselbige, den sie suchen zu tödten?

26. Und siehe, er redet öffentlich, und sie sagen ihm nichts. Haben dann die Fürsten wahrhaftig erkennet, daß dieser Christus ist?

27. Aber wir wissen, von wannen dieser ist: wann aber Christus kommen wird, so wird niemand wissen, von wannen er sey.

28. Derowegen rief JEsus im Tempel, lehrete, und sprach: Ja, ihr kennet mich, und wisset, von wannen ich bin: und ich bin nicht von mir selbst gekommen, sondern der mich gesandt hat, ist wahrhaftig, den ihr nicht kennet.

29. Ich aber kenne ihn: denn ich bin von ihm, und er hat mich gesandt.

30. Da suchten sie ihn zu greifen: aber niemand legte die Hände an ihn: denn seine Stunde war noch nicht gekommen.

31. Aber viele vom gemeinen Volke glaubten an ihn, und sprachen: Wann Christus kommen wird, wird er auch mehr Zeichen thun, dann dieser thut?

32. Und die Pharisäer höreten das Volk solches von ihm murmeln: da sandten die Obersten, und die Pharisäer ihre Diener, daß sie ihn griffen.

33. JEsus aber sprach zu ihnen: Ich bin noch eine kleine Zeit bey euch: und ich gehe zu dem, der mich gesandt hat.

34. Ihr werdet mich suchen, und nicht finden: und wo ich bin, dahin könnet ihr nicht kommen.

35. Da sprachen die Jüden untereinander: Wo wird dieser hingehen, daß wir ihn nicht finden werden? wird er unter die Zerstreuung der Heyden gehen, und die Heyden lehren?

36. Was ist das für ein Wort, das er geredet hat? Ihr werdet mich suchen, und nicht finden: und wo ich bin, dahin könnet ihr nicht kommen?

37. Aber am letzten großen Tage des Festes stund JEsus, rief, und sprach: So jemand Durst hat, der komme zu mir, und trinke.

38. Wer an mich glaubet, wie die Schrift sagt, aus desselbigen Leibe werden Ströme des lebendigen Wassers fließen.

dit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

21. Respondit Jesus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini.

22. Propterea *d* Moyses dedit vobis circumcisionem, (non quia ex Moyse est, sed ex patribus,) & in Sabbato circumciditis hominem. *d Lev.* 12. 3. *Gen.* 17. 10.

23. Si circumcisionem accipit homo in Sabbato, ut non solvatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbato?

24. Nolite *e* judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate. *e Deut.* 1. 16.

III. 25. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere?

26. Et ecce, palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est Christus?

27. Sed hunc scimus, unde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit, unde sit.

28. Clamabat ergo Jesus in templo, docens, & dicens: Et me scitis, & unde sim, scitis: & a me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.

29. Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.

30. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus.

31. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quæ hic facit?

32. Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & † miserunt Principes, & Pharisæi ministros, ut apprehenderent eum. † *FER.* 2. *POST DOM. PASSIO.*

33. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit.

34. Quæretis *f* me, & non invenietis: & ubi ego sum, vos non potestis venire. *f Infr.* 13. 33.

35. Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?

36. Quis est hic sermo, quem dixit? Quæretis me, & non invenietis: & ubi sum ego, vos non potestis venire?

37. In novissimo autem *g* die magno festivitatis stabat Jesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. *g Lev.* 23. 27.

38. Qui *h* credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. *h Deut.* 18. 15. *Joel.* 2. 28. *Actor.* 2. 17.

39. Hoc

℣. 22. *Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem.* Et tamen Moyses dedit vobis circumcisionem, cujus ipse non est Auctor; sed ab Abrahamo & Patriarchis tradita vobis fuit. Quod si infans nascatur Sabbato, hunc octavo die circumciditis, vulnus adhibito medicamine curatis. Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines Sabbato vacare a salute. *August.*

℣. 24. *Sed justum judicium judicate.* Ex operibus ipsis judicate, & re penitus perspecta, non temere.

℣. 25. *Quidam.* Quibus nota erant principum consilia.

℣. 26. *Principes.* Sacerdotum, aut Synedrii.

℣. 27. *Sed hunc scimus unde sit.* Nam scimus quo patre, & ex qua patria natus sit. Natum esse in Bethlehem nesciebant. *Christus autem cum venerit, nemo scit, unde sit.* Ista ex vulgari plebis errore dicebant, & ex male intellectis quibusdam Scripturæ locis hauserant, cujusmodi est iste Isaiæ locus, cap. 53. 8. *Generationem ejus quis enarrabit?* Christum in Bethlehem nasciturum, statim in remotas terras transferendum, unde repente prodiret, forte sibi persuaserant.

℣. 28. *Et me scitis, & unde sim, scitis.* Creditis vos scire unde sim? Docet se aliquid habere supra id, quod sciebant, & se Filium Dei esse. *Sed est verus.* Verax est, & promissa sua servat: ideo misit me, ut quod promiserat Patribus, præstaret. *Quem vos nescitis.* Seu non cognoscitis, ut par est.

℣. 30. *Nondum venit hora.* Statuta a Patre.

℣. 34. *Et ubi ego sum, vos non potestis venire.* Ubi ego ero, & de facto sum beatus visione Dei. *Vos non potestis venire.* Suppolita vestra obstinatione.

℣. 35. *Quo hic iturus est?* An ad Judæos inter gentes sparsos?

℣. 37. *In novissimo autem die magno festivitatis.* Qui erat celeberrimus. *Clamabat dicens: Si quis sitit.* Si quis optat salutem æternam. Videtur alludere ad verba Isaiæ, cap. 55. 1. *Omnes sitientes venite ad aquas.* Neque illud abhorret a verisimili, quod quidam interpretes observant, tum temporis plebem extra muros urbis turmatim prodire solitam, ut aquam e fonte *Siloes* haurirent. Christus enim, qui ex casibus obviis occasionem sermonis capere solebat, docet eos, quis sit fons salutaris, cujus meminit Zacharias, capite 13. v. 1.

℣. 38. *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Alludit ad varia Scripturæ loca, in quibus Prophetæ Spiritus sancti

39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: * nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus.

40. Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones ejus, dicebant: Hic est vere Propheta.

41. Alii dicebant: Hic est Christus: quidam autem dicebant: Numquid a Galilæa venit Christus?

i Mich. 5. 2. *Matth.* 2. 6. 42. Nonne *i* Scriptura dicit: Quia ex semine David, & de Bethlehem castello, ubi erat David, venit Christus?

43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum.

44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit supra eum manus.

45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum?

46. Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo.

47. Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis?

48. Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis?

49. Sed turba hæc, quæ non novit legem, maledicti sunt.

k Sup. 3. 2. 50. Dixit Nicodemus ad eos, *k* ille, qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis:

l Deut. 17. 8. & 19. 15. 51. Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, *l* & cognoverit, quid faciat?

52. Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? scrutare Scripturas, & vide, quia a Galilæa Propheta non surgit.

53. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

CAPUT VIII.

I. Mulierem in adulterio deprehensam absolvit. 1. *II. Dicit, se lucem mundi.* 12. *III. Volentibus eum lapidare auferens sui conspectum exit de templo.* 59.

SABB. POST DOM. 3. QUADR. 1. Jesus † autem perrexit in montem Oliveti:

2. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens, docebat eos.

3. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio,

4. Et dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.

a Lev. 20. 10. 5. In *a* lege autem Moyses mandavit nobis, hujusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?

6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum. Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.

39. Das sagte er aber von dem Geiste, den diejenigen empfangen sollten, die an ihn glauben würden: denn der Geist war noch nicht gegeben, dieweil JEsus noch nicht verkläret war.

40. Als nun etliche von demselbigen Volke diese seine Worte höreten, sprachen sie: Dieser ist wahrhaftig ein Prophet.

41. Andere sprachen: Dieser ist Christus: etliche aber sprachen: Soll dann Christus aus Galiläa kommen?

42. Sagt nicht die Schrift: Christus kömmt vom Saamen Davids, und aus dem Flecken Bethlehem, da David war?

43. Also ward unter dem Volke ein Zwietracht um seinetwillen.

44. Aber etliche unter ihnen wollten ihn greifen: jedoch legte niemand die Hände an ihn.

45. Darnach kamen die Diener zu den Hohenpriestern, und Pharisäern, und sie sprachen zu ihnen: Warum habt ihr ihn nicht hergebracht?

46. Die Diener antworteten: Es hat niemals ein Mensch also geredet, wie dieser Mensch.

47. Da antworteten ihnen die Pharisäer: Seyd ihr dann auch verführet?

48. Glaubet auch jemand von den Obersten, oder von den Pharisäern an ihn?

49. Sondern nur das gemeine Volk, das vom Gesetz nichts weis, und sind verflucht.

50. Da sprach zu ihnen Nicodemus, der bey der Nacht zu ihm gekommen war, und war einer aus ihnen:

51. Richtet auch unser Gesetz einen Menschen, ehe man ihn gehöret hat, und ehe man weis, was er thut?

52. Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Bist du auch ein Galiläer? durchforsche die Schrift, und siehe, daß aus Galiläa kein Prophet entstehet.

53. Und sie kehreten wieder um, ein jeglicher in sein Haus.

Das achte Capitel.

I. JESUS will das Weib, so im Ehebruch ergriffen, nicht verdammen. 1. II. Prediget den Jüden von seiner wahren Lehre, und Glauben an ihn. 12. III. Sie aber heben endlich Steine auf, und wollen ihn steinigen. 59.

1. JEsus aber reisete fort an den Oelberg:

2. Und Morgens früh kam er wiederum in Tempel, und alles Volk kam zu ihm, und er setzte sich, und lehrete sie.

3. Aber die Schriftgelehrten, und Pharisäer führeten ein Weib zu ihm, das im Ehebruch ergriffen war: und sie stellten sie in die Mitte,

4. Und sprachen zu ihm: Meister, dieses Weib ist jetzt frisch im Ehebruch ergriffen worden.

5. Nun hat uns Moyses im Gesetz befohlen, eine solche zu steinigen. Was sagst du aber?

6. Das sagten sie aber ihn zu versuchen, auf daß sie ihn anklagen möchten. JEsus aber bückte sich nieder, und schrieb mit dem Finger auf die Erde.

7. Da

---

sancti effusionem sub fluminis aut fontis similitudine expresserunt, ut Isaias, cap. 58. v. 11. *Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ. De ventre.* i. De corde.

ỳ. 39. *Nondum enim erat Spiritus datus.* Palam & cum effusione ad consummationem Sanctorum, ut in die Pentecostes.

v. 49. *Maledicti sunt.* Qui contra legem hunc velut Messiam recipiunt.

ỳ. 52. *Numquid & tu Galilæus es?* Aut factione, aut patria, tu qui Galilæi partibus faves? An non seductus es, ut multi ex Galilæa? *Scrutare Scripturas.* Historiam temporum revolve. *Et vide — non surgit.* Quod falsum erat: nam & Jonas, & Nahum erant Galilæi.

CAPUT VIII.

ỳ. 3. *Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam.* Hanc olim mulieris adulteræ historiam codices quidam Græci non habuerunt. Antiquiores tamen ac melioris notæ hanc etiamnum exhibent. Et plurimi ex sanctis Patribus, ut Ambrosius L. 3. de Spiritu, Augustinus Tractat. 33. in Joan. Hieronymus contra Pelag. L. 2. hanc referunt. Denique Concilium Tridentinum Sess. 4. cum Ecclesia universa eam genuinam agnoscit. *Et statuerunt in medio.* sc. Coram Christo.

ỳ. 5. *In lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare.* Jubet lex ipsa Levit. cap. 20. eam una cum mœcho occidi: sed quo mortis genere, non exprimit. At Ezechielis cap. 16. v. 38. lapidibus obruebantur, forte ex traditione quadam. Nec tamen Judæi tum habuerunt potestatem occidendi, nisi ex Præsidis consensu. Hinc Origenes ait in cap. 7. Epistolæ ad Rom. Homicidam punire non potest, nec adulteram lapidare; hoc enim sibi vindicat Romanorum potestas, & dubitas adhuc si mortua sit litteræ lex?

ỳ. 6. *Hoc autem dicebant tentantes eum.* Dolosa hac interrogatione Christo struebant insidias. Nam si morte eam condemnandam esse mulierem diceret, ut inhumanus & crudelis haberetur; si absolveret, eum ut inimicum legis

7. Da sie nun anhielten ihn zu fragen, richtete er sich auf, und sprach zu ihnen: Wer unter euch ohne Sünde ist, der werfe auf sie den ersten Stein.

8. Und er bückte sich abermal, und schrieb auf die Erde.

9. Da sie aber dieses höreten, giengen sie, einer nach dem andern hinaus, und fiengen an von den Aeltesten: und JEsus blieb allein, und das Weib in der Mitte stehen.

10. Da sich aber JEsus aufrichtete, sprach er zu ihr: Weib, wo sind sie, so dich verklagten? hat dich niemand verdammt?

11. Sie sprach: HErr, niemand. JEsus aber sprach: So will ich dich auch nicht verdammen: gehe hin, und sündige hinfüro nicht mehr.

II. 12. Da redete JEsus abermal zu ihnen, und sprach: Ich bin das Licht der Welt: wer mir nachfolget, der wandelt nicht in der Finsterniß, sondern wird das Licht des Lebens haben.

13. Da sprachen die Pharisäer zu ihm: Du giebst Zeugniß von dir selbst: dein Zeugniß ist nicht wahr.

14. JEsus antwortete, und sprach zu ihnen: Wenn ich schon von mir selbst Zeugniß gebe, so ist doch mein Zeugniß wahr: denn ich weis, woher ich gekommen bin, und wohin ich gehe: ihr aber wisset nicht, woher ich komme, oder wohin ich gehe.

15. Ihr richtet nach dem Fleische: ich aber richte niemand:

16. Und wenn ich schon richte, so ist doch mein Gericht wahrhaftig, denn ich bin nicht allein: sondern ich, und der Vater, der mich gesandt hat.

17. So stehet auch in eurem Gesetz geschrieben: daß zweener Menschen Zeugniß wahr ist.

18. Ich bin es, der ich von mir selbst zeuge: so zeuget auch von mir der Vater, der mich gesandt hat.

19. Da sprachen sie zu ihm: Wo ist dein Vater? JEsus antwortete: Ihr kennet weder mich, noch meinen Vater: wenn ihr mich würdet kennen, so würdet ihr vielleicht auch meinen Vater kennen.

20. Diese Worte redete JEsus bey dem Gotteskasten, da er im Tempel lehrete: und niemand griff ihn, denn seine Stunde war noch nicht gekommen.

21. Da sprach JEsus abermal zu ihnen: Ich gehe hin, und ihr werdet mich suchen, und werdet in eurer Sünde sterben. Wo ich hingehe, da könnet ihr nicht hinkommen.

22. Da sprachen die Jüden: Will er sich dann selbst tödten, dieweil er spricht: Wo ich hingehe, da könnet ihr nicht hinkommen?

23. Und er sprach zu ihnen: Ihr seyd von unten her: ich bin von oben herab. Ihr seyd von dieser Welt: ich bin nicht von dieser Welt.

7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: *b* Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. *b Deut.* 17.7.

8. Et iterum se inclinans, scribebat in terra.

9. Audientes autem unus post unum exibant, incipientes a senioribus: & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans.

10. Erigens autem se Jesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit?

11. Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jesus: Nec ego te condemnabo: vade, & jam amplius noli peccare.°

II. 12. Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens: *c* † Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. *c* 1. *Joan.* 1. 5. † *SABB. POST DOM.* 4. *QUADR.*

13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

14. Respondit Jesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio, unde veni, & quo vado: vos autem nescitis, unde venio, aut quo vado.

15. Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam:

16. Et si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, Pater.

17. Et in lege vestra scriptum est: *d* quia duorum hominum testimonium verum est. *d Deut.* 17.6. & 19. 15. *Matth.* 18. 16. *2. Cor.* 13. 1. *Hebr.* 10. 28.

18. Ego sum, qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

19. Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.

20. Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus.°

21. Dixit † ergo iterum eis Jesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis venire. † *FER.* 2. *POST DOM.* 2. *QUADR.*

22. Dicebant ergo Judæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quo ego vado, vos non potestis venire?

23. Et dicebat eis: Vos de deo sum estis: ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo.

24. Dixi

---

legis accusarent. *Scribebat in terra.* Judicium suum paulisper distulit, ut illos pudore suffunderet, atque ut causam aliquam sui silentii prætexeret, & elabendi occasionem iis præberet. *In terra.* Quo quidem significabat eorum astutiam sibi non esse incognitam, seque eorum honori parcere non respondendo. Quid scripserit, nostrum non est divinare. Sa dicit eorum scripsisse peccata.

℣. 7. *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.* Nempe ab adulterio immunis: nam tum temporis erant perditissimis moribus, teste Josepho. *Mittat.* Non illud quidem exigit Dominus, ut innoxii sol sententiam ferant, & judicent de facinorosis, qui error fuit Wiclefi, & Joannis Hus: sed negat æquum esse, ut ejusdem flagitii rei, quales tum erant Scribæ & Pharisæi, eam potestatem exercerent, nisi prius pœnitentiam agerent. Qua quidem sententia plena sapientiæ justitiam vindicem cum misericordia conciliabat. Sic enim salutem adulteræ in accusatorum criminibus collocavit, eaque ut mortis rea esset, eorum manibus non erat occidenda, qui eodem crimine tenebantur. Hæc vox justitiæ est.

℣. 9. *Et remansit solus Jesus.* Non omnino solus: nam Apostoli aderant & turba: sed sine Scribis, & Pharisæis. *Non condemnabo.* Non suscipiam personam judicis.

℣. 12. *Ego sum lux mundi.* Non solum ut Deus, sed ut Deus homo. Ego humanis mentibus credenda & facienda manifesto, tenebris involutos doctrina & exemplo illustrans, & ad vitam perducens æternam. *Tenebræ metuendæ sunt morum, non oculorum: & si oculorum, non exteriorum, sed interiorum, unde discernitur non album & nigrum, sed justum, & injustum.* Augustin. Tract. in Joan. 25. Interruptum Christi sermonem prosequitur Evangelista.

℣. 13. *Testimonium tuum non est verum.* Non est legitimum.

℣. 14. *Verum est testimonium meum.* Conditiones omnes ad verum testimonium requisitæ adsunt. Prima est ut testis probe id sciat, de quo fert testimonium. *Scio, unde veni.* Missionis meæ originem. *Et quo vado.* Illius finem; scio me esse Filium Dei, qui in hunc mundum veni, ut salutem humano generi asseram; & peracta redemptione, scio me ad Patrem rediturum, atque eo fideles & justos tracturum. *Aut quo vado.* Hæc utique ignoratis, o Judæi, neque adeo mirum est, si mihi non credatis: *Lumen & alia demonstrat & seipsum.*

℣. 15. *Vos secundum carnem judicatis.* i. carnaliter non juxta spiritum, & veritatem. *Ego non judico quemquam.* Perverse & præpropere sicut vos.

℣. 19. *Si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.* Hæc particula forsitan non est dubitantis, sed affirmantis.

℣. 23. *De deorsum estis.* De terra sc. *Ego de supernis.* i. De cœlis.

24. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium, qui & loquor vobis.

26. Multa habeo de vobis loqui, & judicare. Sed qui me misit, verax *e* est: & ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo.

e Rom. 3. 4.

27. Et non cognoverunt, quia Patrem ejus dicebat Deum.

28. Dixit ergo eis JESUS: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & a meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor:

29. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper.

30. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

31. Dicebat ergo Jesus ad eos, qui crediderunt ei, Judæos: Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis:

32. Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

33. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus umquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis?

34. Respondit eis Jesus: Amen, Amen dico vobis: quia omnis, *f* qui facit peccatum, servus est peccati.

f Rom. 6. 15. 16. *2. Petr.* 2. 19.

35. Servus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.

36. Si ergo vos filius liberaverit, vere liberi eritis.

37. Scio, quia filii Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

38. Ego, quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos, quæ vidistis apud Patrem vestrum, facitis.

39. Responderunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

40. Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Deo: hoc Abraham non fecit.

41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum patrem habemus Deum.

42. Dixit ergo eis JESUS: Si Deus Pater vester esset, diligeritis utique me. Ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim a meipso veni, sed ille me misit.

43. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

44. Vos *g* ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus.

g 1. *Joan.* 3. 8.

24. Darum habe ich euch gesagt, ihr werdet in euren Sünden sterben: denn so ihr nicht glauben werdet, daß ich es bin, so werdet ihr in eurer Sünde sterben.

25. Da sprachen sie zu ihm: Wer bist du dann? JEsus sprach zu ihnen: Der Anfang, der ich auch mit euch rede.

26. Ich habe vieles von euch zu reden, und zu richten. Aber der mich gesandt hat, der ist wahrhaftig: und was ich von ihm gehöret habe, das rede ich in der Welt.

27. Sie verstunden aber nicht, daß er sagte, daß GOtt sein Vater wäre.

28. Darum sprach JEsus zu ihnen: Wann ihr den Sohn des Menschen erhöhen werdet, alsdann werdet ihr erkennen, daß ich es bin, und daß ich von mir selbst nichts thue, sondern rede dasjenige, das mich mein Vater gelehret hat:

29. Und der mich gesandt hat, der ist bey mir, und läßt mich nicht allein: denn ich thue allezeit, was ihm wohlgefällig ist.

30. Da er dieses redete, glaubten viele an ihn.

31. Da sprach JEsus zu den Jüden, die an ihn glaubten: So ihr in meinem Worte verbleiben werdet, so werdet ihr wahrhaftig meine Jünger seyn:

32. Und ihr werdet die Wahrheit erkennen, und die Wahrheit wird euch frey machen.

33. Sie antworteten ihm: Wir sind Abrahams Saamen, und haben niemand jemals gedienet: wie sprichst du dann: Ihr sollet frey werden?

34. JEsus antwortete ihnen: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: wer Sünde thut, der ist ein Knecht der Sünde.

35. Ein Knecht aber bleibet nicht ewiglich im Hause: der Sohn aber bleibet ewiglich.

36. So euch nun der Sohn frey machen wird, so werdet ihr wahrhaftig frey seyn.

37. Ich weis wohl, daß ihr Abrahams Kinder seyd: aber ihr suchet mich zu tödten, weil meine Rede bey euch nicht haftet.

38. Ich rede, was ich bey meinem Vater gesehen habe: und ihr thut, was ihr bey eurem Vater gesehen habt.

39. Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Abraham ist unser Vater. JESUS spricht zu ihnen: Seyd ihr Abrahams Kinder, so thut Abrahams Werke.

40. Nun aber suchet ihr mich zu tödten, einen Menschen, der ich euch die Wahrheit gesagt habe, die ich von GOtt gehöret habe: das hat Abraham nicht gethan.

41. Ihr thut die Werke eures Vaters. Da sprachen sie zu ihm: Wir sind nicht aus Hurerey gebohren: wir haben einen Vater, nämlich GOtt.

42. Und JEsus sprach zu ihnen: Wenn GOtt euer Vater wäre, so würdet ihr mich freylich lieb haben. Denn ich bin von GOtt ausgegangen, und gekommen: denn ich bin von mir selbst nicht gekommen, sondern er hat mich gesandt.

43. Warum könnet ihr dann meine Sprache nicht? Weil ihr nicht könnet meine Worte hören.

44. Ihr seyd von dem Vater dem Teufel, und wollet nach den Lüsten eures Vaters thun. Er war ein Mörder vom Anfang, und ist in der Wahrheit nicht bestanden: denn die Wahrheit ist nicht in ihm: wann er Lügen redet, so redet er aus seinem eigenen, denn er ist ein Lügner, und ein Vater der Lügen.

45. Wenn

℣. 25. *Principium*, Gr. *a principio*. Ab æterno, quod modo dixi vobis: vel is sum, quem jam ab initio dixi vobis. *Verax*. Vel sum Deus & Dei Filius, consequenter auctor omnium.
℣. 27. *Non cognoverunt, &c.* Non intelligebant hæc eum de Patre suo dicere.
℣. 28. *Cum exaltaveritis filium hominis.* In cruce: tum enim secuta sunt miracula, ac plurimi crediderunt, eum Deum, & Dei Filium.
℣. 32. *Et cognoscetis veritatem.* i. In dies perfectius. *Et liberabit vos.* A servitute peccati.
℣. 33. *Quomodo tu dicis: Liberi eritis?* A servitute peccati.
℣. 35. *Non manet.* Ut filius in domo Patris cœlestis.
℣. 37. *Sermo meus non capit in vobis.* Spiritalia non capitis: non invenit locum in vobis, ex Græco.
℣. 38. *Quod vidistis apud patrem vestrum*, diabolum, *facitis.* Tale quid Abraham non fecit.
℣. 41. *Nos ex fornicatione non sumus nati.* Non sumus idololatræ, & Patrem habemus Deum.
℣. 42. *A Deo processi.* Per generationem. *Et veni.* Per incarnationem in mundum.
℣. 43. *Non potestis audire.* i. Ferre.
℣. 44. *Vos ex patre diabolo.* Per imitationem. *Homicida.* Cum homines in peccatum induxit. *Et pater ejus.* Mendacii auctor.

45. Wenn ich aber die Wahrheit rede, so glaubet ihr mir nicht.

46. Wer ist unter euch, der mich einer Sünde beschuldigen kann? So ich euch die Wahrheit sage, warum glaubet ihr mir dann nicht?

47. Wer aus GOTT ist, der höret GOttes Wort. Darum höret ihr es nicht, denn ihr seyd nicht aus GOtt.

48. Die Juden antworteten, und sprachen zu ihm: Sagen wir nicht recht, daß du ein Samaritan bist, und hast den Teufel?

49. JESUS antwortete: Ich habe keinen Teufel: sondern ich ehre meinen Vater, und ihr verunehret mich.

50. Aber ich suche meine Ehre nicht: es ist einer, der sie suchet, und richtet.

51. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: so jemand mein Wort halten wird, der wird den Tod nicht sehen ewiglich.

52. Da sprachen die Juden: Nun erkennen wir, daß du den Teufel hast. Abraham ist gestorben, und die Propheten: und du sprichst: So jemand mein Wort wird halten, der wird den Tod nicht schmecken ewiglich.

53. Bist du dann größer, dann unser Vater Abraham, der gestorben ist? und die Propheten sind gestorben. Was machst du aus dir selbst?

54. JESUS antwortete: So ich mich selber ehre, so ist meine Ehre nichts: es ist mein Vater, der mich ehret: von welchem ihr saget, daß er euer GOTT sey:

55. Und ihr kennet ihn nicht: aber ich kenne ihn. Und wenn ich sagen würde: ich kenne ihn nicht: so würde ich ein Lügner seyn, gleichwie ihr seyd. Aber ich kenne ihn, und halte sein Wort.

56. Abraham, euer Vater, hat sich erfreuet, daß er meinen Tag sehen sollte: er hat ihn auch gesehen, und hat sich erfreuet.

57. Da sprachen die Juden zu ihm: Du bist noch nicht fünfzig Jahre alt, und hast Abraham gesehen?

58. JEsus sprach zu ihnen: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: ehe dann Abraham ward, bin ich.

III. 59. Da huben sie Steine auf, daß sie auf ihn würfen: JEsus aber verbarg sich, und gieng zum Tempel hinaus.

Das neunte Capitel.

I. JEsus macht an einem Sabbath einen Blindgebohrnen sehend. 1. II Welcher ihn vor den Juden öffentlich bekennet. 10. III. Darüber er von ihnen verstoßen, aber von Christo angenommen, und unterrichtet wird. 31.

1. Und als JEsus vorübergieng, sah er einen Menschen, der von seiner Geburt an blind war:

2. Und seine Jünger fragten ihn: Rabbi, wer hat gesündiget, dieser, oder seine Aeltern, daß er blind gebohren wurde?

3. JEsus antwortete: Es hat weder dieser gesündiget, noch seine Aeltern: sondern daß die Werke GOttes an ihm offenbar würden.

4. Ich muß die Werke desjenigen würken, der mich gesandt hat, so lang es Tag ist: es kömmt die Nacht, da niemand kann würken.

45. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

46. Quis † ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? † *DOM. PASS.*

47. Qui *h* ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. *h* 1. Joan. 4. 6.

48. Respondérunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

49. Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me.

50. Ego autem non quæro gloriam meam: est, qui quærat, & judicet.

51. Amen, Amen dico vobis: si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum.

52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum.

53. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?

54. Respondit Jesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est:

55. Et non cognovistis eum: ego autem novi eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, & sermonem ejus servo.

56. Abraham, pater vester, exultavit, ut videret diem meum: vidit, & gavisus est.

57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

58. Dixit eis Jesus: Amen, Amen dico vobis: antequam Abraham fieret, ego sum.

III. 59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.*

CAPUT IX.

I. Cæcum a nativitate Sabbato illuminat. 1. *II. Is qui cæcus fuerat Christum tuetur.* 10. *III. Extra Synagogam ejicitur, sed a Christo edoctus credit, & adorat ipsum.* 31.

1. Et † præteriens Jesus, vidit hominem cæcum a nativitate: † *FER. 4. POST DOM. 3. QUADR.*

2. Et interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3. Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus: sed ut manifestentur opera Dei in illo.

4. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.

℣. 45. *Si veritatem dico.* Gr. Quia veritatem dico.
℣. 49. *Inhonorastis.* Legunt alii: Inhonoratis.
℣. 51. *Mortem.* Seu damnationem.
℣. 54. *Si ego glorifico me ipsum.* Dictis & factis humanis tantummodo.
℣. 56. *Exultavit.* Exultando optavit. *Ut videret diem meum.* Diem, tempus adventus mei. *Vidit.* Per revelationem se.
℣. 58. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Vox Græca non solum *gigni*, sed etiam *esse* significat. *Ego sum.* Vere & reipsa, non tantum in decreto Dei, aut in ideis divinis, ut perperam Grotius interpretatur; id enim est commune rebus omnibus creatis; sed ut Deus. *Ego sum, qui sum,* Exod. 3. 14. & Psal. 38. *Antequam fierent montes, tu es.*

CAPUT IX.

℣. 1. *Præteriens Jesus vidit hominem.* Quia discipuli quæsierunt, quis peccaverit, signum est, quod Jesus attente aspexerit hunc cæcum a nativitate.
℣. 3. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus.* Cæcitas in pœnam alicujus peccati, præcipue a Deo non est immissa. Erant enim alii homines æque & magis peccatores, quorum filii cæci non nascebantur: sed ita natus est, ut gloria Dei ostenderetur, uti de Lazaro ait: *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed ut glorificetur Filius Dei.* Itaque hinc discimus infirmitates aliquando immitti ad vindictam peccatorum, interdum ad ostentionem gloriæ Dei, ut in hoc cæco, quandoque ad probandam & exercendam virtutem, ut in Jobo, Tobia, &c.
℣. 4. *Me oportet operari opera ejus.* sc. Quæ præcepit Pater. *Donec dies est.* Quamdiu est tempus vitæ, nam nocte mortis ingruente nemo operabitur amplius meritorie.

5. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.

6. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus,

7. Et dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloë (quod interpretatur Missus) abiit ergo, & lavit, & venit videns.

8. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est.

9. Alii autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum.

II. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?

11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & lava. Et abii, lavi, & video.

12. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio.

13. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.

14. Erat autem Sabbatum, quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus.

15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset? Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & lavi, & video.

16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo a Deo, qui Sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est.

18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat:

19. Et interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est:

21. Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.

22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conspiraverant Judæi, ut, si quis eum confiteretur esse Christum, extra Synagogam fieret.

23. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

24. Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo: nos scimus, quia hic homo peccator est.

25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est,

5. So lange ich in der Welt bin, so bin ich das Licht der Welt.

6. Nachdem er dieses gesagt hatte, spye er aus auf die Erde, und machte einen Koth aus dem Speichel, und schmierete den Koth auf die Augen des Blinden,

7. Und sprach zu ihm: Gehe hin, und wasche dich in dem Teich Siloe (das ist verdollmetschet, Gesandt) da gieng er hin, und wusch sich, und kam sehend wiederum.

8. Die Nachbarn aber, und die ihn zuvor gesehen hatten, daß er ein Bettler gewesen war, sprachen: Ist dieser nicht derselbige, der saß, und bettelte? Etliche sprachen: Ja, dieser ist es.

9. Andere aber: Mit nichten, sondern er ist ihm gleich. Er selbst aber sprach: Ich bins.

II. 10. Da sprachen sie zu ihm: Wie sind dir die Augen aufgethan worden?

11. Er antwortete: Der Mensch, der JEsus genennet wird, machte einen Koth, und schmierte meine Augen, und sprach zu mir: Gehe hin zu dem Schwemmteich Siloe, und wasche dich. Und ich gieng hin, wusch mich, und habe mein Gesicht.

12. Und sie sprachen zu ihm: Wo ist derselbige? Er sprach: Ich weis es nicht.

13. Da führten sie zu den Pharisäern den, so blind gewesen war.

14. Es war aber der Sabbath, da JEsus den Koth machte, und seine Augen aufthat.

15. Da fragten ihn abermals die Pharisäer, wie er sehend worden wäre? Er aber sprach zu ihnen: Er legte mir Koth auf die Augen, und ich wusch mich, und habe nun mein Gesicht.

16. Da sprachen etliche von den Pharisäern: Dieser Mensch ist nicht von GOtt, der den Sabbath nicht hält. Andere aber sprachen: Wie kann ein sündiger Mensch diese Zeichen thun? Und es war ein Zwietracht unter ihnen.

17. Da sprachen sie abermals zu dem Blinden: Was sagest du von demselbigen, der deine Augen aufgethan hat? Er aber sprach: Er ist ein Prophet.

18. Und die Jüden glaubten nicht von ihm, daß er blind gewesen, und sehend worden, bis daß sie den Aeltern desjenigen riefen, der sehend worden:

19. Und sie fragten dieselbigen, und sprachen: Ist dieser euer Sohn, von welchem ihr saget, daß er blind gebohren sey? Wie hat er dann nun sein Gesicht?

20. Seine Aeltern antworteten ihnen, und sprachen: Wir wissen, daß dieser unser Sohn ist, und daß er blind gebohren ist:

21. Wie er aber jetzt sehend ist, das wissen wir nicht: oder wer ihm seine Augen aufgethan habe, das wissen wir auch nicht: fraget ihn selbst: er hat sein Alter, lasset ihn für sich selbst reden.

22. Dieses sagten seine Aeltern, dieweil sie sich fürchteten vor den Jüden: denn die Jüden hatten sich schon miteinander vereiniget, daß, so ihn jemand für Christum bekennete, derselbige aus der Synagoge sollte gestoßen werden.

23. Darum sprachen seine Aeltern: Er hat sein Alter, fraget ihn selbst.

24. Also riefen sie dem Menschen abermal, der blind gewesen war, und sprachen zu ihm: Gieb GOtt die Ehre: wir wissen, daß dieser Mensch ein Sünder ist.

25. Da sprach er zu ihnen: Ist er ein Sünder, das weis

℣. 5. *Lux sum mundi.* Ideo oportet me illuminare.

℣. 6. *Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo.* Quo quidem medicamine juxta communem naturæ ordinem homo videns excæcari magis poterat, quam cæcus sanari: sed ut ostenderet totum illud miraculum divinæ esse potentiæ. Deinde exemplo suo confirmavit recte in sacris functionibus adhiberi externas cæremonias, & per quosdam ritus corporales trioui effectus spiritales. Unde in baptismate hanc cæremoniam adhibet Ecclesia.

℣. 7. *Vade, lava in natatoria Siloe.* (quod interpretatur Missus.) Figura erat Baptismi ad abluenda peccata destinati. Non omisit Evangelista interpretationem hujus vocis, quod ibi lateret mysterium, scilicet per Christum a Patre missum, genus humanum illuminandum esse per fidem, & baptismum.

℣. 15. *Quomodo vidisset.* Seu visum recepisset.

℣. 17. *Propheta est.* q. d. Vir sanctus a Deo missus.

℣. 18. *Non crediderunt ergo Judæi de illo.* Pharisæi, qui eum interrogabant.

℣. 22. *Extra Synagogam fieret.* i. Ejiceretur ut excommunicatus.

℣. 24. *Da gloriam Deo.* Modus adjurandi apud Judæos usitatus, cum veritatem inquirebant, ut Josue 7. 19. nam veritas Deum glorificat, quasi dicerent: obtestamur te, dic veritatem ad Dei gloriam.

weis ich nicht: eines weis ich wohl, daß ich blind gewesen bin, und habe jetzt mein Gesicht.

26. Da sprachen sie zu ihm: Was hat er dir gethan? wie hat er dir die Augen eröffnet?

27. Er antwortete ihnen: Ich habe es euch schon gesagt, und ihr habt es gehöret: warum wollet ihr es abermal hören? wollet ihr auch seine Jünger werden?

28. Da fluchten sie ihm, und sprachen: Sey du sein Jünger: wir aber sind Moysis Jünger.

29. Wir wissen, daß GOtt mit Moyse geredet hat: woher aber dieser sey, das wissen wir nicht.

30. Der Mensch antwortete ihnen, und sprach: Dieses ist fürwahr ein wunderliches Ding, daß ihr nicht wisset, woher er sey, und er hat dannoch meine Augen aufgethan:

III. 31. Wir wissen aber, daß GOtt die Sünder nicht erhöret: sondern so jemand GOtt dienet, und seinen Willen thut, denselbigen erhöret er.

32. Es ist vom Anfang der Welt nicht gehöret, daß jemand einem gebohrnen Blinden die Augen aufgethan habe.

33. Wenn dieser nicht von GOtt wäre, so könnte er nichts thun.

34. Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Du bist ganz in Sünden gebohren, und du lehrest uns? Und sie stießen ihn hinaus.

35. Da hörte JEsus, daß sie ihn hinausgestoßen hätten: als er ihn nun fand, sprach er zu ihm: Glaubst du an den Sohn GOttes?

36. Er antwortete, und sprach: HErr, wer ist er, damit ich an ihn glaube?

37. Und JEsus sprach zu ihm: Du hast ihn gesehen, und der mit dir redet, der ist es.

38. Er aber sprach: HErr, ich glaube. Und er fiel nieder, und bethete ihn an.

39. Und JEsus sprach: Ich bin zum Gericht in diese Welt gekommen, damit die Blinden sehend, und die Sehenden blind werden.

40. Solches höreten etliche von den Pharisäern, die bey ihm waren, und sprachen zu ihm: Sind wir dann auch blind?

41. JEsus sprach zu ihnen: Wenn ihr blind wäret, so hättet ihr keine Sünde. Nun aber sprechet ihr: Wir sehen, darum bleibet eure Sünde.

Das zehente Capitel.

I. JEsus prediget durch das Gleichniß der Schafe, des guten Hirtens, und Miethlings. 1. II. Die Juden fragen Christum, ob er Messias sey. 22. Er sagt: Ja, er sey es. 25. III. Darüber sie ihn steinigen wollen, weil er sich GOttes Sohn nennete. 31.

1. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: wer nicht durch die Thür zum Schafstall hineingehet, sondern anderswoher hineinsteiget, der ist ein Dieb, und ein Mörder.

2. Wer aber durch die Thür hineingehet, der ist ein Hirte der Schafe.

nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo video.

26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli ejus fieri?

28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus.

29. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus, unde sit.

30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis, unde sit, & aperuit meos oculos:

III. 31. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

32. A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati.

33. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam.

34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

35. Audivit Jesus, quia ejecerunt eum foras: & cum inveniſſet eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?

37. Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum.

39. Et dixit Jesus: In judicium ego in hunc mundum veni: ut, qui non vident, videant, &, qui vident, cæci fiant.

40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus?

41. Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis: Quia videmus, peccatum vestrum manet.

CAPUT X.

I. Dicit se bonum pastorem, qui faciat unum ovile, & animam suam ponat pro ovibus. 1. II. Interrogatus a Judæis, an ipse sit Christus. 22. Affirmat. 25. III. Hinc volunt ipsum lapidare, quia se dicebat esse Filium Dei. 31.

1. Amen, † Amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro. † *FER. 3. POST PENTEC.*

2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

3. Huic

℣. 28. *Maledixerunt ergo ei.* Gr. *Convitiati sunt ei.*

℣. 31. *Scimus autem, quia peccatores Deus non audit.* Qui ad astruendam falsam doctrinam miracula facere conantur. Sed forsan nihil necesse est anxie defendere veritatem omnimodam eorum, quæ dixit cæcus. Non solet Deus audire peccatores in peccatis suis perseverantes, nec pœnitentes peccatores etiam pro impiis sumi possunt, qui Religionis omnis sunt expertes: quo quidem modo Pharisæi hanc vocem: *peccator*, v. 24. usurparunt.

℣. 34. *Et ejecerunt eum foras.* Extra templum, aut extra Synagogam.

℣. 39. *In judicium ego in hunc mundum veni.* Veni ad declaranda Dei judicia inscrutabilia, & ejus providentiam, quæ in hoc maxime spectatur, ut qui cæci sunt, videant lucem divinam, quique se imperitos agnoscunt, intelligentiæ dono illustrentur: superbi autem cæcitate mulctentur, ob suam superbiam & malitiam. Hæc ad Gentilium conversionem, & reprobationem Judæorum, qui legis habent scientiam, referuntur. Aug. *Quid est, qui non vident videant? qui se non videre confitentur, & medicum quærunt, ut videant.*

℣. 41. *Peccatum vestrum manet.* Peccatum infidelitatis positivæ. Si vos cæcos esse agnosceretis, peccatum incredulitatis non haberetis. *Quia videmus.* Scientiam legis vobis tribuitis. *Peccatum vestrum manet.* Scientia illa vobis est occasio permanendi in peccato. Sat doctos & instructos vos esse arbitramini, ac peccatum infidelitatis perseverat in vobis. *Peccatum vestrum manet.* Non remittitur, & gravius est, quia non ex ignorantia cæci estis, ac propterea estis inexcusabiles.

CAPUT X.

℣. 1. *Qui non intrat per ostium in ovile, &c. ille fur est, & latro.* Cum scribæ, & sacerdotes Christum ut seductorem haberent, & cæcum ejecissent; occasione accepta, ostendit Dominus se verum esse pastorem, ac quærere salutem ovium: eos, qui ante venerunt, quique non sunt missi a Deo, esse fures, & latrones: fures, qui gregem volunt abigere; latrones, qui mactare. Veri & falsi pastoris affert discrimina. Ac prima quidem veri Pastoris nota est vocatio.

℣. 2. *Qui autem intrat per ostium.* Per Christum: nam & Pastor est, & Ostium; aut quod aliis videtur, Deus Pater est Dominus ovium; Filius Pastor; Spiritus sanctus Ostiarius, qui pastoribus, aut ministris rite vocatis aditum aperit in corda fidelium, dum eos dociles efficit. Oves sunt fideles; Ovile Ecclesia. Christus se ostium dicit, quatenus per ipsum intramus ad Deum, & ad beatitudinem. Vero Pastori ostiarius aperit ostium. Hunc enim, qui a Deo ipso vocatus est, Spiritus sanctus introducit.

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas.

4. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.

6. Hoc proverbium dixit eis Jesus: illi autem non cognoverunt, quid loqueretur eis.

7. Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, Amen, dico vobis: quia ego sum ostium ovium.

8. Omnes, quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves.

9. Ego sum ostium: per me, si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet.

10. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.[c]

† *DOM. 2. POST PASCH.*

11. Ego † sum Pastor bonus. *a* Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis.

a Isai. 40 11. *Ezech.* 34. 23. & 37. 24.

12. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves:

13. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus.

14. Ego sum Pastor bonus: & cognosco meas: & cognoscunt me meæ,

b Matth. 11. 27. *Luc.* 10. 22.

15. Sicut *b* novit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ovibus meis.

16. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile, & unus pastor.[a]

c Isai. 53. 7.

17. Propterea me diligit Pater: *c* quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.

18. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso: & potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo.

19. Dissensio iterum facta est inter Judæos, propter sermones hos.

20. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?

21. Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

d 1. Mach. 4. 56. & 59. † *FER. 4. POST DOM. PASS.*

II. 22. Facta *d* † sunt autem Encœnia in Jerosolymis: & hyems erat.

3. Demselbigen thut der Thürhüter auf, und die Schafe hören seine Stimme, und er rufet seinen eigenen Schafen mit Namen, und führet sie aus.

4. Und wann er seine eigene Schafe ausgelassen hat, so gehet er vor ihnen her: und die Schafe folgen ihm nach, denn sie kennen seine Stimme.

5. Einem Fremden aber folgen sie nicht nach, sondern fliehen vor ihm: denn sie kennen die Stimme der Fremden nicht.

6. Diesen Spruch sagte JEsus zu ihnen: aber sie verstunden nicht, was er zu ihnen redete.

7. Derowegen sprach JEsus abermal zu ihnen: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: ich bin die Thür der Schafe.

8. Alle, die bisher gekommen sind, sind Diebe, und Mörder, und die Schafe haben sie nicht gehöret.

9. Ich bin die Thür: so jemand durch mich hineingehen wird, der wird selig werden: und er wird eingehen, und ausgehen, und wird Weide finden.

10. Ein Dieb kömmt nicht, dann daß er stehle, und würge, und verderbe. Ich bin gekommen, daß sie das Leben haben, und überflüßiger haben sollen.

11. Ich bin der gute Hirte. Der gute Hirte giebt seine Seele für seine Schafe.

12. Ein Miethling aber, und der nicht ein Hirte ist, dessen die Schafe nicht eigen sind, siehet den Wolf kommen, und verläßt die Schafe, und fliehet: und der Wolf ergreifet, und zerstreuet die Schafe:

13. Der Miethling aber fliehet, denn er ist ein Miethling, und die Schafe gehen ihn nicht an.

14. Ich bin der gute Hirte: und ich erkenne meine Schafe, und die Meinen erkennen mich,

15. Wie mich der Vater erkennet, und ich erkenne den Vater: und ich gebe meine Seele für meine Schafe.

16. Und ich habe noch andere Schafe, die sind nicht aus diesem Schafstalle: dieselben muß ich auch herzuführen, und sie werden meine Stimme hören, und es wird ein *Schafstall, und ein Hirte werden. *Heerde, oder Kirche.

17. Darum hat mich der Vater lieb: daß ich meine Seele dargebe, auf daß ich sie wiederum zu mir nehme.

18. Niemand nimmt sie von mir: sondern ich gebe sie von mir selbst dar: und ich habe Macht, sie darzugeben: und habe Macht, sie wiederum zu nehmen. Dieses Geboth habe ich von meinem Vater empfangen.

19. Da ward abermal ein Zwietracht unter den Jüden, um dieser Rede willen.

20. Viele aber unter ihnen sprachen: Er hat den Teufel, und ist unsinnig: warum höret ihr ihn?

21. Andere sprachen: Dieses sind nicht eines Menschen Worte, der den Teufel hat: kann der Teufel auch die Augen der Blinden aufthun?

II. 22. Es war aber Kirchweih zu Jerusalem: und war Winter.

23. Und

℣. 3. *Et proprias oves vocat nominatim, & educit eas.* Seu fideles, seu justi, seu electi eo nomine designentur. Et cognoscunt pastoris vocem, ab aliis cum secernunt, ut latronis voce terrentur. *Et proprias oves vocat nominatim.* Sigillatim.

℣. 6. *Hoc proverbium dixit eis Jesus.* Hanc parabolam, seu occultam sententiam, cujus sensum non perceperunt. Aug. *Pascit enim manifestis, exercet obscuris.*

℣. 8. *Omnes quotquot venerunt.* Non a me, sed a se ipsis missi. *Sed non audierunt eos oves.* Legitimi pastores ejus auctoritate muniuntur.

℣. 9. *Ingredietur, & egredietur.* Phrasis est Hebraica, quæ totius vitæ actiones & quotidianam hominis conversationem significat. *Et pascua inveniet.* Cibum spiritalem, verbum Dei, & Sacramenta, ac tandem vitam æternam, ut Psalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit; in loco pascuæ ibi me collocavit.* Tum boni pastoris & mercenarii characteres describit.

℣. 11. *Ego sum pastor bonus.* Græc. Ille pastor bonus, de quo Prophetæ. Idem est ostium, per quod fideles intrant in ovile, seu in Ecclesiam, & Pastor, quatenus nobis præbet pascua doctrinæ & vitæ æternæ. Sese antea opposuit pseudoprophetis, cum se dixit ostium; nunc se Pastorem vocat, seque opponit mercenariis, qui metu amittendi commodi silent, & fugiunt. Quin & se solum Messiam insinuat. *Animam suam dat.* Vitam exponit suam pro ovibus suis, ut a lupis & latronibus eas defendat. Aug. Tract. 47. *Audite autem, quia & mercenarii necessarii sunt. Multi quippe in Ecclesia commoda terrena sectantes, Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oves non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium.*

℣. 15. *Ego agnosco Patrem.* Cum amore.

℣. 16. *Quæ non sunt ex hoc ovili.* Sed ex gentibus, ex quibus & Judæis fiet unum ovile, unus grex, & una Ecclesia. *Et illas oportet me adducere.* Per Apostolos, & discipulos.

℣. 17. *Quia ego pono animam meam.* Ponet volens, qui resumendi habet potestatem. Impendo vitam pro ovibus.

℣. 18. *Hoc mandatum accepi a Patre meo.* Ut ponam animam meam; etsi liberrime huic mandato obsequar: præceptum Patris cum summa libertate conciliat.

℣. 22. *Facta sunt autem Encænia.* Festum dedicationis templi. Templum a Salomone constructum, solemni ritu dedicatum fuit anno octavo a jactis fundamentis. Cum dirutum fuisset a Rege Nabuchodonosore, restitutum fuit

23. Und JEsus wandelte im Tempel, in der Schupfe Salomonis.

24. Da umgaben ihn die Jüden, und sprachen zu ihm: Wie lange hältst du unsere Seelen auf? bist du Christus, so sage es uns öffentlich.

25. JEsus antwortete ihnen: Ich sage es euch, und ihr glaubets nicht. Die Werke, die ich thue im Namen meines Vaters, dieselbigen geben Zeugniß von mir:

26. Aber ihr glaubet nicht, denn ihr seyd nicht von meinen Schafen.

27. Meine Schafe hören meine Stimme: und ich erkenne sie, und sie folgen mir nach:

28. Und ich gebe ihnen das ewige Leben: und sie werden in Ewigkeit nicht verlohren werden: und niemand wird sie aus meiner Hand reissen.

29. Was mir mein Vater gegeben hat, das ist größer, dann alles: und niemand kann es aus meines Vaters Hand reissen.

30. Ich, und der Vater sind eins.

III. 31. Da huben die Jüden Steine auf, daß sie ihn steinigten.

32. Und JEsus antwortete ihnen: Ich habe euch viele gute Werke von meinem Vater erzeiget: um welches willen aus denselbigen steiniget ihr mich?

33. Die Jüden antworteten ihm: Wir steinigen dich nicht wegen eines guten Werks: sondern um der Gotteslästerung willen, und daß du dich selbst zu GOtt machest, da du doch ein Mensch bist.

34. JEsus antwortete ihnen: Stehet nicht geschrieben in eurem Gesetz: Ich habe gesagt, ihr seyd Götter?

35. So er diejenigen hat Götter genennet, zu welchen GOttes Wort geschehen ist, und die Schrift kann nicht aufgelöset werden:

36. Wie saget ihr dann zu dem, den der Vater geheiliget, und in die Welt gesandt hat: du lästerst GOTT, darum, daß ich gesagt habe: Ich bin GOttes Sohn?

37. Thue ich nicht die Werke meines Vaters, so glaubet mir nicht.

38. Thue ich sie aber, und ihr wollet mir nicht glauben, so glaubet den Werken: damit ihr erkennet, und glaubet, daß der Vater in mir ist, und ich im Vater.

39. Da suchten sie ihn abermal zu greifen: aber er entgieng ihnen aus ihren Händen.

40. Und er zog abermal jenseit des Jordans, an den Ort, da Johannes erstlich getaufet hatte, und hielt sich daselbst auf.

23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.

24. Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.

25. Respondit eis Jesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me:

26. Sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis.

27. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me:

28. Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum: & non rapiet eas quisquam de manu mea.

29. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.[a]

30. Ego, & Pater unum sumus.

III. 31. Sustulerant ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum.

32. Respondit eis Jesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis?

33. Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia, tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.

34. Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: *e* Quia ego dixi, dii estis?

35. Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura:

36. Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: quia blasphemas, quia dixi: Filius Dei sum?

37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

38. Si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis, & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre.[a]

39. Quærebant ergo eum apprehendere: & exivit de manibus eorum.

40. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primum, & mansit illic.

e Psal. 81. 6.

41. Et

---

fuit sub Zorobabel, & a summo sacerdote Jesu filio Josedec, ut habetur L. 1. Esdræ, cap. 3. Quæ quidem dedicatio ante annos 540. facta fuerat. Post 344. annos cum Templum ab Antiocho profanatum fuisset, Judas Machabæus deleto exercitu Antiochi, & everso altari, quod Jovi Olympio Antiochus erexerat, expurgavit Templum, & novam ejus dedicationem est aggressus, quæ memoratur L. 1. Machab. cap. 4. v. 59. *Et statuit Judas, & fratres ejus, & universa Ecclesia Israel, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo a quinta & vigesima die mensis Casleu, cum lætitia & gaudio.* Hic nonus erat mensis ab æquinoctio verno. Græci hoc festum vocabant Ἐγκαινια, quasi *Renovationem.* Josephus Lib. 12. cap. 11. docet per dies octo hoc festum celebrari, & festum appellari *Luminum*, quod forte in Templo arderet magna cereorum copia.

ỳ. 23. *Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis.* Sic dicta, quod eodem in loco, & eadem forma esset cum porticu a Salomone erecta, eaque ad Orientem vergebat: unde & *Orientalis* a Josepho vocitatur Lib. 20. cap. 8.

ỳ. 26. *Ex ovibus meis.* i. Electis.

ỳ. 28. *Vitam æternam do eis.* sc. Gratiam, & gloriam.

ỳ. 29. *Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est.* Græc. μειζον. Pater, qui dedit mihi servandas oves, major omnibus est, vel cum Patre habeo eandem essentiam, quæ major cunctis.

ỳ. 30. *Ego & Pater unum sumus.* Adest personarum distinctio. *Unum sumus.* Naturæ unitas exprimitur. Aug. Tract. 48. *Cur Judæi intellexerunt, quod non intelligunt Ariani? Ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici: Ego & Pater unum sumus, nisi ubi est æqualitas Patris & Filii.*

ỳ. 32. *Ex Patre meo.* Ex Patris nomine, & authoritate.

ỳ. 33. *Facis te ipsum Deum.* Quod si Christus agnovisset verum esse, quod objicebant, ex honore & gloria Dei erat crimen objectum aperte refellere, dicendo: *Non sum Deus.* Uti fecerunt Paulus, & Barnabas, Act. 14.

ỳ. 34. *Quia ego dixi, dii estis?* Quod verum est, non dignatus est indignis aperire; nec Divinitatis suæ fidem hoc argumento elevat, neque eam aperte probare vult hominibus, qui pravo affectu veritatem requirebant, ut de blasphemia eum condemnarent. Sed ostendit se non inconvenienter filium Dei dixisse. Si enim homines, quibus munus datum est aliis imperandi, & judicandi, in Scriptura, quæ solvi, seu irrita esse non potest, *Dii* appellantur; quanto justius ille, quem Pater singulariter sanctificavit, cujus humanitatem Divinitati ipsi in eadem persona singulari quadam ratione copulavit, quem purum ab omni inquinamento misit in mundum, absque ulla blasphemiæ nota potuit se *Filium Dei* dicere. August. *Vidit eos non ferre splendorem veritatis, & eum temperavit in verbis . . . Si sermo Dei factus est ad homines, ut dicerentur Dii, ipsum Verbum Dei, quod est apud Deum, quomodo non est Deus?* Vox Hebræa *Elohim*, אלהים, in Scriptura ministris Dei, ac potissimum magistratibus tribui solet.

ỳ. 39. *Et exivit.* sc. Invisibilem faciens. Sa.

ỳ. 40. *Et abiit iterum trans Jordanem.* Post festum Tabernaculorum Christus ultra Jordanem se receperat prope

41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum:

42. Omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

CAPUT XI.

I. Lazarus moritur. 1. II. Jesus eum resuscitat. 38. III. Hinc Judæi statuunt eum occidere, Caipha prophetante, oportere Jesum mori, ne totus populus periret. 47.

✝ *FERIA 6. POST DOM. 4. QUADR.*

1. Erat ✝ autem quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus.

2. (Maria autem erat, *a* quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazárus infirmabatur.)

a Matth. 26. 7. Luc. 7. 73. Infr. 12. 3.

3. Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine! ecce, quem amas, infirmatur.

4. Audiens autem Jesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

5. Diligebat autem Jesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum.

6. Ut ergo audivit, quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

7. Deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum.

8. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?

9. Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt:

10. Si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

11. Hæc ait, & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado, ut a somno excitem eum.

12. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.

13. Dixerat autem Jesus de morte ejus: illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret.

14. Tunc ergo Jesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est:

15. Et gaudeo propter vos, ut credatis, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum.

16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

17. Venit itaque Jesus, & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentem.

41. Und viele kamen zu ihm, und sprachen: Johannes hat zwar kein Zeichen gethan:

42. Aber alles, was Johannes von diesem gesagt hat, das ist wahr. Und es glaubten viele an ihn.

Das eilfte Capitel.

I. Lazarus wird krank, und stirbt. 1. II. JEsus weckt ihn von den Todten auf. 38. III. Darüber versammeln sich die Jüden mit Caipha, und halten Rath, wie sie JEsum mögen umbringen. 47.

1. Es lag aber einer krank, mit Namen Lazarus von Bethania, dem Flecken Mariä, und Marthä ihrer Schwester.

2. (Maria aber war diejenige, die den HErrn mit Salben gesalbet, und seine Füße mit ihren Haaren getrocknet hat: derselbigen Bruder Lazarus lag krank.)

3. Derowegen sandten seine Schwestern zu ihm, und sprachen: HErr! siehe, den du lieb hast, der liegt krank.

4. Als aber JEsus das hörete, sprach er zu ihnen: Diese Krankheit ist nicht zum Tode, sondern zu der Ehre GOttes, auf daß der Sohn GOttes dadurch geehret werde.

5. JEsus aber liebte Martham, und ihre Schwester Mariam, und Lazarum.

6. Nachdem er nun gehört hatte, daß er krank wäre, blieb er zwar damals noch zween Tage an dem Ort, da er war.

7. Darnach sprach er zu seinen Jüngern: Laßt uns wiederum in das Jüdische Land ziehen.

8. Die Jünger sprachen zu ihm: Rabbi, unlängst wollten dich die Jüden steinigen, und du zieheſt wiederum dahin?

9. JEsus antwortete: Sind nicht zwölf Stunden im Tage? So nun jemand im Tage wandelt, der stoßet nicht an, denn er siehet das Licht dieser Welt:

10. So aber jemand bey der Nacht wandelt, der stoßet an, denn das Licht ist nicht in ihm.

11. Dieses sagte er, und darnach sprach er zu ihnen: Lazarus unser Freund schläft: aber ich gehe hin, daß ich ihn vom Schlafe aufwecke.

12. Da sprachen seine Jünger: HErr, schläft er, so wird es besser mit ihm.

13. JESUS aber hatte von seinem Tode geredet: und sie vermeynten, er rede vom natürlichen Schlafe.

14. Da sagte es ihnen JEsus ausdrücklich: Lazarus ist gestorben:

15. Und ich freue mich um euretwillen, daß ich nicht bin dort gewesen, auf daß ihr glaubet. Aber laßt uns zu ihm gehen.

16. Da sprach Thomas, der Zwilling genennet wird, zu seinen Mitjüngern: Laßt uns auch hingehen, damit wir mit ihm sterben.

17. Also kam JEsus, und fand ihn, daß er schon vier Tage im Grabe gelegen war.

18. (Betha-

---

prope Judææ confinia. Ibi duos menses exegit usque ad Encænia, quibus peractis abiit iterum trans Jordanem versus Bethabara, ubi Joannes primum baptizaverat. In Peræam primum se contulerat post festum Tabernaculorum: ubi acta sunt, quæ Matthæus cap. 19. & Marcus cap. 10. referunt. Circa Encænia rediit Jerosolymam. In ipso itinere discipulis, quæ ventura erant, mortem nempe suam & passionem prænuntiat, quæ Lucæ cap. 18. a versu 31. & cap. 19. scripta sunt. Post Encænia, cum Judæi vellent eum apprehendere, iterum in Peræam se contulit ineunte Decembri, atque ibi mansit usque ad finem Martii, cum Lazari mors contigit. Itaque iterum se contulit Bethabara, ubi primum baptizavit Joannes trans fluvium, antequam baptizaret in Ennon prope Salim. Siquidem nunc inter eruditos fere convenit Christum natum esse in Bethlehem die 25. Decembris, anno urbis conditæ 749. duodecimo consulatu Augusti, cujus Collega in Fastis fuit Cornelius Sulla. Anno 781. urbis conditæ, ineunte Decembri, Jesus annum trigesimum secundum pene exegerat; & die 25. Decembris annus 33. ætatis incipiebat. Ineunte Januario Rubellius Geminus, & Fusius Geminus consulatum inierunt. Christum his consulibus passum esse veteres primorum sæculorum Patres censuerunt, uti suo loco a nobis est observatum.

℣. 41. *Quia Joannes quidem signum fecit nullum.* Quod manifeste indicat Christum ibi more solito docuisse, miracula edidisse, cum Joannes nullum fecisset miraculum. Hic enim Christo servatus est honos. Sed is fuit vitæ Joannis tenor, qui magnam auctoritatem ei conciliaret, tamquam testi veritatis idoneo, & omni exceptione majori.

CAPUT XI.

℣. 4. *Infirmitas hæc non est ad mortem.* Nam, ut ait Aug. mors ipsa Lazari non erat ad mortem, ut mortuus maneret, sed pro gloria Dei; ut gloria Filii Dei per ejus resurrectionem palam fieret. *Per eam.* Infirmitatem, non mortem, Græc. *δι αὐτῆς*, quod refertur ad vocem *ἀθένεια*, cum *θάνατος*, Græce sit masculini generis. Hoc est ergo quod ait: *Non est ad mortem*, quia & ipsa mors non erat ad mortem, sed potius ad miraculum.

℣. 9. *Nonne duodecim sunt horæ diei?* In quibus mutari possunt homines. Diem artificialem ab ortu solis ad occasum in horas duodecim dividebant, quæ longiores erant æstate, hyeme breviores. Intra id tempus, si quis ambulet, non offendit. Nam is videt quo loco ponat pedem. Sic antequam vitæ meæ occasus advenerit, & constitutum a Patre tempus, nihil mihi periculi imminet, nec quidquam a Judæis metuendum. *Nec ulli alteri, si ambulet in die.* i. In luce mea; qui autem in nocte, seu extra meam lucem, offendet.

℣. 15. *Ut credatis.* sc. Perfectius.

18. (Bethania aber war nahe bey Jerusalem zu fünfzehen Feldweges.)

19. Es waren aber viele von den Jüden zu Martha, und Maria gekommen, sie zu trösten über ihren Bruder.

20. Als nun Martha hörte, daß JEsus käm, gieng sie ihm entgegen. Maria aber blieb daheim sitzen.

21. Da sprach Martha zu JEsu: HErr, wärest du hier gewesen, so wäre mein Bruder nicht gestorben:

22. Ich weis aber jetzt auch, daß alles, was du von GOtt begehren wirst, das wird dir GOtt geben.

23. JEsus spricht zu ihr: Dein Bruder wird wiederum auferstehen.

24. Martha spricht zu ihm: Ich weis wohl, daß er auferstehen werde, in der Auferstehung am jüngsten Tage.

25. JEsus sprach zu ihr: Ich bin die Auferstehung, und das Leben: wer an mich glaubt, der wird leben, ob er schon gestorben wäre:

26. Und ein jeglicher, der da lebet, und glaubet an mich, der wird in Ewigkeit nicht sterben. Glaubest du das?

27. Sie spricht zu ihm: Ja, HErr, ich habe geglaubet, daß du bist Christus, der Sohn des lebendigen GOttes, der du in diese Welt gekommen bist.

28. Und als sie dieses gesagt hatte, gieng sie hin, und rief ihrer Schwester Maria in geheim, und sprach: Der Meister ist da, und rufet dich.

29. Da sie das hörete, stund sie eilends auf, und kam zu ihm:

30. Denn JEsus war noch nicht in den Flecken gekommen, sondern war noch an dem Orte, da ihm Martha entgegen gekommen war.

31. Die Jüden aber, welche bey ihr im Hause waren, und sie trösteten, als sie sahen, daß Maria eilends aufstund, und hinausgieng, folgten sie ihr nach, und sprachen: Sie gehet hin zum Grabe, daß sie daselbst weine.

32. Als nun Maria zu dem Ort kam, wo JEsus war, und ihn sah, fiel sie zu seinen Füßen nieder, und sprach zu ihm: HErr, wärest du hier gewesen, so wäre mein Bruder nicht gestorben.

33. Da sie nun JEsus weinen sah, und daß die Jüden, so mit ihr gekommen waren, auch weinten, ergrimmete er im Geiste, und betrübte sich selbst,

34. Und sprach: Wo habt ihr ihn hingelegt? Sie sprachen zu ihm: HErr, komm, und siehe es.

35. Und JEsus weinete.

36. Da sprachen die Jüden: Siehe, wie hat er ihn so lieb gehabt.

37. Etliche aber unter ihnen sprachen: Der dem gebohrnen Blinden die Augen hat eröffnet, konnte er nicht machen, daß dieser nicht stürbe?

II. 38. Da ergrimmete JEsus abermal in ihm selbst, und kam zum Grabe. Es war aber eine Höhle, und war ein Stein daraufgelegt.

39. JEsus sprach: Hebet den Stein ab. Da sagte zu ihm Martha, des Verstorbenen Schwester: HErr, er stinket schon: denn er ist nun vier Tage todt.

40. JEsus spricht zu ihr: Habe ich dir nicht gesagt, so du glauben wirst, so wirst du die Herrlichkeit GOttes sehen?

41. Da huben sie den Stein ab: JEsus aber hub seine Augen auf in die Höhe, und sprach: Vater, ich danke dir, daß du mich erhöret hast:

42. Doch wußte ich zuvor, daß du mich allezeit erhörest, aber um des Volks willen, daß umherstehet, habe ich dieses gesagt: damit sie glauben, daß du mich gesandt hast.

18. (Erat autem Bethania juxta Jerosolymam quasi stadiis quindecim.)

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

20. Martha ergo ut audivit, quia Jesus venit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat.

21. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:

22. Sed & nunc scio, quia, quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus.

23. Dicit illi JESUS: Resurget frater tuus.

24. Dicit ei Martha: Scio, quia resurget *b* in resurrectione in novissimo die. *b Luc.14.14. Supr. 5. 29.*

25. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me *c*, etiamsi mortuus fuerit, vivet: *c Supr.5.40.*

26. Et omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

27. Ait illi: Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.

28. Et cum hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.

29. Illa ut audivit, surgit cito, & venit ad eum:

30. Nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.

31. Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam quia cito surrexit, & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

32. Maria ergo, cum venisset, ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus.

33. Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbavit seipsum,

34. Et dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide.

35. Et lachrymatus est Jesus.

36. Dixerunt ergo Judæi: Ecce, quomodo amabat eum.

37. Quidam autem ex ipsis dixerunt: *d* Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere, ut hic non moreretur? *d Supr. 9. 6.*

II. 38. Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei.

39. Ait Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet: quatriduanus est enim.

40. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei?

41. Tulerunt ergo lapidem: Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me:

42. Ego autem sciebam, quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi: ut credant, quia tu me misisti.

43. Hæc

℣. 19. *Multi venerant.* Hinc apparet fuisse nobiles, & ob virtutem multis charas.

℣. 25. *Ego sum vita.* Fons, & causa vitæ, & resurrectionis.

℣. 26. *Non morietur in æternum.* Quia suscitabitur ad vitam æternam.

℣. 33. *Infremuit spiritu.* Motum aliquem vehementiorem in seipso excitavit, ut ostenderet se humanos affectus induisse, qui tamen in ejus essent potestate, Augustinus: *Turbaris tu nolens; turbatus est Christus, quia voluit.*

℣. 40. *Videbis gloriam Dei.* i. Miraculum ad gloriam Dei.

℣. 41. *Quoniam audisti me.* Christum semper exauditum esse a Patre, ex hoc loco colligitur; neque enim Filius unigenitus & dilectus repelli poterat, qui nihil nisi justum postulabat.

43. Hæc cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras.

44. Et statim prodiit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus: Solvite eum, & sinite abire.

45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant, quæ fecit Jesus, crediderunt in eum.

46. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecit Jesus.

† *FER. 6. POST DOM. PASS.* III. 47. Collegerunt † ergo Pontifices, & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

48. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

e Infr. 18. 14. 49. Unus *e* autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam,

50. Nec cogitatis, quia expedit vobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

51. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente,

52. Et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.

53. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut interficerent eum.

54. Jesus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, sed abiit in regionem juxta desertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

55. Proximum autem erat Pascha Judæorum: & ascenderunt multi Jerosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos.

56. Quærebant ergo Jesum: & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, ut si quis cognoverit, ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

CAPUT XII.

I. Jesus a Maria ungitur. 1. II. Asello vectus Jerusalem ingreditur, & dicit horam suæ clarificationis instare. III. Comparat se grano frumenti, vox Patris auditur, sed Judæi manent excæcati. 24.

† *FER. 2. MAJOR. HEBD.* 1. Jesus ergo † ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus.

43. Nachdem er dieses geredet hatte, rief er mit lauter Stimme: Lazare, komm heraus.

44. Und der Verstorbene kam alsbald heraus, und war mit Grabtüchern gebunden an Händen und Füßen, und sein Angesicht war mit einem Schweißtuch verbunden. Da sprach JEsus zu ihnen: Löset ihn auf, und lasset ihn hingehen.

45. Viele aber von den Jüden, welche zu Maria, und Martha gekommen waren, da sie sahen, was JEsus that, glaubten an ihn.

46. Etliche aber aus ihnen giengen hin zu den Pharisäern, und sagten ihnen, was JEsus gethan hatte.

III. 47. Da versammelten die Hohenpriester, und Pharisäer einen Rath, und sprachen: Was thun wir, denn dieser Mensch thut viele Zeichen?

48. Lassen wir ihn also gehen, so werden sie alle an ihn glauben: alsdann werden die Römer kommen, und werden unsern Ort, und Volk hinwegnehmen.

49. Einer aber unter ihnen, mit Namen Caiphas, dieweil er desselbigen Jahrs Hoherpriester war, sprach zu ihnen: Ihr wisset nichts,

50. Und bedenket auch nicht, daß es euch besser ist, daß ein Mensch für das Volk sterbe, und nicht das ganze Volk umkomme.

51. Das sagte er aber nicht von sich selbst: sondern dieweil er desselbigen Jahrs Hoherpriester war, weissagete er, daß JEsus für das Volk sterben würde,

52. Und nicht für das Volk allein, sondern daß er auch die Kinder GOttes zusammenbrächte, welche zerstreuet waren.

53. Und sie rathschlagten von demselbigen Tage an, wie sie ihn tödteten.

54. Derowegen wandelte JEsus nicht mehr öffentlich unter den Jüden, sondern zog hin in eine Landschaft an der Wüste, in eine Stadt, welche Ephrem genennet wird, und hielt sich daselbst auf mit seinen Jüngern.

55. Es war aber der Jüden Ostern nahe: und es giengen viele aus derselbigen Landschaft vor dem Osterfeste hinauf gen Jerusalem, sich zu heiligen.

56. Und sie suchten JEsum: und redeten miteinander, da sie im Tempel stunden: Was dünket euch, daß er nicht auf das Fest kömmt? Es hatten aber die Hohenpriester, und Pharisäer Befehl gegeben, so jemand erfahren würde, wo er wäre, daß er dasselbige anzeigte, damit sie ihn greifen möchten.

Das zwölfte Capitel.

I. JEsus wird von Maria gesalbet. 1. II. Reitet zu Jerusalem ein, und auch die Heyden begehren ihn zu sehen. 12. III. Predigt vom Waizenkörnlein, und wird vom Vater verklärt, aber die Jüden bleiben verstockt. 24.

1. Also kam JEsus sechs Tage vor Ostern gen Bethania, da Lazarus gestorben war, den JEsus von den Todten auferwecket hat.

2. Sie

℣. 43. *Voce magna clamavit.* Velut imperans absenti animæ, idque propter mysterium: nam mortuus quatriduanus & sepultus significat peccatorem inveteratum, consuetudinis mole oppressum, qui e sepulchro non exit, nisi multis Ecclesiæ precibus & lacrymis.

℣. 44. *Ligatus pedes, & manus institis.* id est, Fasciis, & involucris. *Solvite eum & sinite abire.* Hoc dictum Apostolis existimat August. *Iis nimirum, quibus solvendi peccata potestatem daturus erat. Quando contemnis, mortuus jaces: & si tanta, quanta dixi, contemnis, sepultus jaces. Quando confiteris, procedis. Quid enim est procedere, nisi ab occulto veiut exeundo manifestari? Sed ut confitearis, Deus facit magna voce clamando, id est, magna gratia vocando. Ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus, confitens & adhuc reus, ut solverentur peccata ejus, ministris hoc dixit Dominus: Solvite illum, & sinite abire. Quid est, Solvite, & sinite abire? Quæ solveritis in terra, soluta erunt & in cœlis.*

℣. 45. *Crediderunt in eum.* Ut Messiam.

℣. 48. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* Putabant Christi, seu Messiæ regnum esse temporale: metuebant ergo, ne defectionis & rebellionis rei haberentur a Romanis, si omnes in Christum crederent.

℣. 51. *Sed cum esset Pontifex anni illius.* Voluit quidem Caiphas Jesum occidi, ne populus Christo tamquam Regi suo addictus a Romanis exterminaretur. Sed cum ea verba alium sensum eumque divinum continerent, motus a Spiritu sancto, inscius tamen hæc verba protulit, quorum verum sensum non intelligebat. *Cum enim esset Pontifex anni illius.* Nam ad nutum Præsidum Pontifices mutabantur. Voluit Deus ejus ore tamquam instrumento uti, & per eum potius quam per alium hoc proferri oraculum.

℣. 52. *Qui erant dispersi.* Gentiles. *Congregaret in unum.* Christi corpus mysticum, ovile & Ecclesiam.

℣. 53. *Cogitaverunt.* Id plane constituerant.

℣. 54. *Sed abiit in regionem juxta desertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem,* Græc. Εφραΐμ, ab aliis *Ephrem.* Urbs illa erat in deserto Judææ, in finibus tribuum Ephraim & Benjamin, prope urbem Hai.

℣. 55. *Ut sanctificarent se ipsos.* Ut sacrificiis & purificationibus se compararent ad solemnitatem festi.

℣. 56. *Non venit.* Quod Jesus ante eos esset profectus.

CAPUT XII.

℣. 1. *Jesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam.* Die Veneris, ut verisimile est, ac die Sabbati exceptus est in domo Simonis leprosi, ex Matth. c. 26.

2. Sie richteten ihm aber daselbst ein Nachtmahl zu: und Martha dienete, Lazarus aber war einer von denen, welche mit ihm zu Tische saßen.

3. Da nahm Maria ein Pfund sehr köstlicher Salben, von ungefälschter Narden, und salbete die Füße JEsu, und trocknete seine Füße mit ihren Haaren: und das Haus ward erfüllet vom Geruch der Salbe.

4. Da sprach einer von seinen Jüngern, Judas Iscarioth, der ihn verrathen würde:

5. Warum ist diese Salbe nicht für dreyhundert Pfenninge verkauft, und den Armen gegeben worden?

6. Das sagte er aber nicht, daß ihm die Armen angelegen waren: sondern weil er ein Dieb war, und den Beutel hatte, und trug, was dareingeworfen ward.

7. Da sprach JEsus: Laßt sie mit Frieden, auf daß sie es behalte auf den Tag meiner Begräbniß.

8. Denn die Armen habt ihr allezeit bey euch: mich aber habt ihr nicht allezeit.

9. Da erfuhr vieles Volk unter den Juden, daß er da war: und sie kamen nicht um JEsu willen allein, sondern auch Lazarum zu sehen, den er von den Todten auferwecket hatte.

10. Aber die Hohenpriester gedachten, daß sie auch Lazarum tödteten:

11. Denn viele aus den Juden giengen um seinetwillen dahin, und glaubten an JEsum.

II. 12. Vieles Volk aber, so auf das Fest gekommen war, da sie am folgenden Tage höreten, daß JEsus gen Jerusalem käme:

13. Nahmen sie Palmenzweige, und giengen hinaus ihm entgegen, und riefen: Hosanna, gebenedeyet sey, der da kömmt im Namen des HERRN, der König Israel.

14. Und JEsus fand eine Eselinn, und setzte sich darauf, wie geschrieben stehet:

15. Fürchte dich nicht, du Tochter Sion: siehe, dein König kömmt, und sitzet auf einem Füllen der Eselinn.

16. Dieses verstunden seine Jünger erstlich nicht: aber da JEsus verkläret war, da gedachten sie daran, daß dieses von ihm geschrieben war: und daß sie ihm dieses gethan haben.

17. Deßwegen gab ihm das Volk Zeugniß, so bey ihm war, da er Lazarum aus dem Grabe gerufen, und von den Todten erwecket hatte.

18. Darum gieng ihm auch das Volk entgegen: weil sie gehört haben, daß er dieses Zeichen gethan hätte.

19. Da sprachen die Pharisäer untereinander: Ihr sehet wohl, daß wir nichts ausrichten? siehe, die ganze Welt lauft ihm nach.

20. Es waren aber etliche Heyden von denen, welche heraufgekommen waren, auf das Fest anzubethen.

21. Diese tratten zu Philippo, der von Bethsaida in Galiläa war, bathen ihn, und sprachen: Herr, wir wollten JEsum gerne sehen.

22. Da kam Philippus, und sagte es Andreä: Andreas, und Philippus sagten es JEsu.

2. Fecerunt *a* autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. *a Matth.* 26. 6. *Marc.* 14. 3.

3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici pretioli, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti.

4. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus:

5. Quare hoc unguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis?

6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

7. Dixit ergo Jesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.

8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

9. Cognovit ergo turba multa ex Judæis, quia illic est: & venerunt, non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.

10. Cogitaverunt ✝ autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent: ✝ *SABB. POST DOM. PASS.*

11. Quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum.

II. 12. In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Jesus Jerosolymam:

13. Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, rex Israel.

14. Et invenit *b* Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: *b Zach.* 9. 9. *Matth.* 21. 7. *Marc.* 11. 7. *Luc.* 19. 35.

15. Noli timere filia Sion: ecce, rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

16. Hæc non cognoverunt discipuli ejus primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo: & hæc fecerunt ei.

17. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum a mortuis.

18. Propterea & obviam venit ei turba: qui audierunt eum fecisse hoc signum.

19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis, quia nihil proficimus? ecce, mundus totus post eum abiit.

20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant, ut adorarent in die festo.

21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jesum videre.

22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerunt Jesu.

℣. 3. *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici.* Sinceri non adulterati, aut magni pretii, ut habent alii Evangelistæ.

℣. 4. *Dixit ergo unus ex discipulis ejus Judas Iscariotes.* Cœpit obloqui. August. Tract. 50. *Væ tibi miser; bonus odor occidit te.*

℣. 6. *Ea quæ mittebantur, portabat.* Tamquam dispensator familiæ Christi; injunctum erat illi officium, quæ a piis hominibus, & mulieribus offerebantur, in sustentationem sanctæ familiæ, quæque jure naturæ erant debita iis, qui prædicant verbum Dei, recipiendi & erogandi ad arbitrium Christi. Nota erat Christo Judæ avaritia; sed quam parvi facienda sit pecunia, voluit ostendere. *Portabat:* vox Græca ἐβάσταζεν, significat etiam *auferebat:* idque contextus ipse insinuat.

℣. 7. *Ut in diem sepulturæ servet.* sc. Præveniens facere vivo, quod tunc non poterit.

℣. 8. *Me autem non semper habetis.* Præsens pro futuro.

℣. 10. *Ut & Lazarum interficerent.* Vel ob id maxime, quod essent Sadducæi, ac resurrectionem mortuorum negarent: quam Hæresim funditus evertebat Lazari resurrectio.

℣. 12. *In crastinum.* sc. Die; qua inferebant in domum agnum immolandum pro Paschate.

℣. 13. *Acceperunt ramos palmarum.* Sic solebant in gaudiis, & triumphis. Sa.

℣. 15. *Ecce rex tuus* Messias *venit, sedens super pullum asinæ.*

℣. 16. *Tunc recordati sunt.* sc. Post effusionem Spiritus sancti intellexerunt Prophetiam de regno Christi spiritali, & potentissimo.

℣. 17. *Testimonium perhibebat.* De suscitatione Lazari.

23. JESUS autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

† *S. LAURENT. Item, UNIUS MART. NON PONTIF.*

III. 24. Amen †, Amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit:

25. Ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *c* Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

c Matth. 10. 39. & 16. 25. *Marc.* 8. 35. *Luc.* 9. 24. & 17. 33.

26. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus.°

27. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc.

28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo: Et clarificavi, & iterum clarificabo.

29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat, tonitruum esse factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est.

30. Respondit JESUS, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

† *IN FEST. S. CRUCIS.*

31. Nunc † judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

32. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum.

33. (Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moriturus.)

d Psal. 109. 4. & 116. 2. *Isa.* 40. 8. *Ezech.* 37. 25.

34. Respondit ei turba: Nos audivimus *d* ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis: oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

35. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat.

36. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.° Hæc locutus est Jesus, & abiit, & abscondit se ab eis.°

37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:

38. Ut sermo Isaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit: *e* Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est?

e Isa. 53. 1. *Rom.* 10. 16.

23. JEsus aber antwortete ihnen, und sprach: Die Stunde ist gekommen, daß des Menschen Sohn verkläret werde.

III. 24. Wahrlich, wahrlich sage ich euch, es sey dann, daß das Waizenkörnlein in die Erde falle, und ersterbe:

25. So bleibt es allein. Wenn es aber erstirbt, so bringet es viel Frucht. Wer seine Seele lieb hat, der wird sie verlieren: und wer seine Seele hasset in dieser Welt, der erhält sie zum ewigen Leben.

26. So mir jemand dienen will, der folge mir nach: und wo ich bin, da soll mein Diener auch seyn. So mir jemand dienen wird, den wird mein Vater ehren.

27. Meine Seele ist jetzt betrübt. Und was soll ich sagen? Vater, hilf mir aus dieser Stunde. Doch, ich bin darum in diese Stunde gekommen.

28. Vater, verkläre deinen Namen. Da kam eine Stimme vom Himmel: Ich habe ihn verkläret, und will ihn abermal verklären.

29. Da sprach das Volk, so da stund, und die Stimme gehöret hatte, es hätte gedonnert. Andere sprachen: Ein Engel hat mit ihm geredet.

30. JEsus antwortete, und sprach: Diese Stimme ist nicht um meinetwillen herabgekommen, sondern um euretwillen.

31. Jetzt ist das Gericht dieser Welt: der Fürst dieser Welt wird jetzt hinausgestoßen werden.

32. Und wenn ich werde erhöhet werden von der Erde, so will ich alles zu mir ziehen.

33. (Das sagte er aber, anzudeuten, welches Todes er sterben würde.)

34. Da antwortete ihm das Volk: Wir haben gehöret aus dem Gesetz, daß Christus bleibet in Ewigkeit: wie sagst du dann: des Menschen Sohn muß erhöhet werden? Wer ist der Sohn des Menschen?

35. JEsus sprach zu ihnen: Das Licht ist noch eine kleine Zeit bey euch. Wandelt, dieweil ihr das Licht habt, damit euch die Finsterniß nicht ergreife: und wer in der Finsterniß wandelt, der weis nicht, wo er hingehet.

36. Glaubet an das Licht, dieweil ihr das Licht habt, auf daß ihr Kinder des Lichts seyd. Solches redete JEsus, und gieng hinweg, und verbarg sich vor ihnen.

37. Wiewohl er nun solche große Zeichen vor ihnen gethan hatte, so glaubten sie doch nicht an ihn:

38. Damit das Wort des Propheten Isaiä erfüllet würde, das er geredet hat: HErr, wer glaubt unserm Gehör? und wem ist der Arm des HErrn offenbaret?

39. Darum

℣. 23. *Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.* Ut & Gentes convertantur ad fidem, quæ est Dei gloria, & mortis Christi fructus.

℣. 24. *Nisi granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit.* Mortis suæ necessitatem ex grani similitudine ostendit.

℣. 25. *Qui amat.* Præ me, & rebus divinis. Discipulos ad mortem pro nomine suo perferendam adhortatur, proposito æternæ vitæ præmio.

℣. 26. *Me sequatur.* Si quis meum ministrum se profitetur, me imitetur. *Illic & minister erit.* sc. In statu beatitudinis.

℣. 27. *Nunc anima mea turbata est.* Videtur fere eadem esse oratio, quæ in horto. Pars animæ inferior turbatur, vel agitatur horrore mortis naturali. *Ex hac hora.* Hora illa adeo tremenda, est passio tam acerba. *Sed propterea veni in hanc horam.* Imo non dicam: propterea enim veni, ut patiar. Naturæ sensum sic premi oportere docet, ut una Dei gloria quæratur. Sensum carnis, quo fugiebat mortem, ipse corrigit.

℣. 28. *Pater, clarifica nomen tuum.* Potius id petam, ut nomen tuum ex mea passione glorificetur, & quidvis patiar, quod in gloriam tuam cedat, ac demum, ut in me fiat voluntas tua. Concisæ sunt sententiæ quasi animi æstuantis: *Et clarificavi.* Per miracula, & iterum clarificabo per resurrectionem & ascensionem. Vita Christi omnis gloriam dedit Deo; sed ex ejus morte, resurrectione, & Gentium conversione, se in Filio glorificaturi declarat Deus.

℣. 31. *Nunc judicium est mundi.* Qui liberandus est a potestate diaboli. *Ejicietur foras.* Non regnabit amplius in cordibus hominum, principatum suum amittet. Ad judicium Dei hominibus salutare, & dæmonibus exitiale, hæc divini nominis clarificatio pertinet.

℣. 32. *Omnia traham ad me ipsum.* Græce πάντας ἑλκύσω, *omnes traham.* Et Judæos, & Gentiles. Ex illa cœlum inter & terram exaltatione funestum quiddam suspicati sunt Judæi.

℣. 34. *Nos audivimus ex lege.* E sacris Scripturis, ut Psalm. 71. 109. & Isaiæ cap. 9. *Quia Christus manet in æternum.* Judæis persuasum erat Messiam non moriturum. Id vero colligebant ex verbis præcedentibus Christum de morte sua loqui, cum ait: *Nisi granum frumenti, &c.* . . . Aut suspicati sunt de quodam alio eum verba fecisse. Nam Messiæ mortem tribuere non audebant, quod ea peccatoris character iis videretur, & aliena prorsus a Messiæ gloria. Cum igitur quærerent, quis ille esset filius hominis, non judicavit Dominus ea de re apertius differere; eos tantummodo ad fidem est adhortatus.

℣. 35. *Adhuc modicum lumen in vobis est.* Græc, *Adhuc modico tempore lux vobiscum.* Ad breve tempus vobiscum sum, salutem vestram operemini.

℣. 36. *Dum lucem habetis.* i. Dum me habetis, videte. Ut hujus lucis sitis participes. *Et abscondit se.* Ab iis sub vesperam. Cum ii essent indociles, nec tot visis miraculis flecterentur, ab iis recessit.

℣. 38. *Ut sermo Isaiæ Prophetæ impleretur.* Ita ut sermo Isaiæ impletus sit. *Quis credidit auditui nostro?* Rebus quas ex nobis audierunt? *Brachium Domini.* Potentia, aut miracula.

39. Darum konnten sie nicht glauben: denn Isaias hat abermal gesagt:

40. Er hat ihre Augen verblendet, und hat ihr Herz verhärtet: auf daß sie mit den Augen nicht sehen, noch mit dem Herzen verstehen, und sich bekehren, und ich sie gesund mache.

41. Dieses sagte Isaias, da er seine Herrlichkeit sah, und von ihm redete.

42. Jedoch glaubten auch viele von den Obersten an ihn: aber sie bekannten es nicht um der Pharisäer willen, damit sie nicht aus der Schule gestoßen würden.

43. Denn die Ehre der Menschen war ihnen lieber, als die Ehre GOttes.

44. JEsus aber rief, und sprach: Wer an mich glaubet, der glaubet nicht an mich, sondern an den, der mich gesandt hat.

45. Und wer mich siehet, der siehet den, der mich gesandt hat.

46. Ich bin wie ein Licht in die Welt gekommen, auf daß, wer an mich glaubet, in der Finsterniß nicht bleibe.

47. Und so jemand meine Worte hören wird, und nicht bewahren, denselbigen richte ich nicht: denn ich bin nicht gekommen, die Welt zu richten, sondern die Welt selig zu machen.

48. Wer mich verachtet, und meine Worte nicht annimmt, der hat einen, der ihn richtet. Das Wort, das ich geredet habe, wird ihn richten am jüngsten Tage.

49. Denn ich habe von mir selbst nicht geredet, sondern der Vater, der mich gesandt hat, derselbige hat mir ein Geboth gegeben, was ich sagen, und was ich reden soll.

50. Und ich weis, daß sein Geboth das ewige Leben ist. Darum was ich rede, das rede ich also, wie mir es der Vater gesagt hat.

Das dreyzehente Capitel.

I. JEsus wäscht den Jüngern die Füße. 1. II. Kündiget ihnen die bevorstehende Verrätherey des Judä an. 21. III. Predigt ihnen das Geboth der Liebe. 33.

1. Vor dem Festtage der Ostern, da JEsus wußte, daß seine Stunde gekommen war, daß er aus dieser Welt zum Vater gienge: dieweil er die Seinigen geliebet hat, welche in der Welt waren, so hat er sie bis zum Ende geliebet.

39. Propterea non poterant credere: quia iterum dixit Isaias:

40. Excæcavit *f* oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanem eos.

41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, & locutus est de eo.

42. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut e Synagoga non ejicerentur.

43. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.

44. Jesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.

45. Et qui videt me, videt eum, qui misit me.

46. Ego lux in mundum veni, ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

47. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum: non enim veni, ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.

48. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui judicet eum g. Sermo, quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die.

49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.

50. Et scio, qui mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAPUT XIII.

I. Jesus lavat pedes discipulorum. 1. II. Proditorem suum indicat; quo egresso dicit se clarificatum. 21. III. Agit de novo mandato dilectionis. 33.

1. Ante † diem *a* festum Paschæ, sciens Jesus, quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

2. Et

f Isa. 6. 9. Matth. 13. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Act. 28 26. Rom. 11. 8.

g Marc. 16. 16.

† *FER. 5. IN COENA DOMINI.*

a Matth. 26. 2. Marc. 14. 1. Luc. 22. 1.

ỳ. 39. *Propterea non poterant credere.* Propter cæcitatem suam, quam prædixit Isaias, & in qua reliquit Christus ob peccata.

ỳ. 41. *Quando vidit gloriam ejus.* Christi, nempe cap. 6. Isaiæ. Ex quo Christi divinitas confirmatur. Hujus obdurationis causa præcipua & naturalis fuit perversa eorum voluntas? Dæmonis seductio fuit causa proxima; Deus causa negativa, non removendo obices. Etsi e principibus omnium ordinum multi crediderunt in eum, sed fide admodum infirma & languida. Adversus hos incredulos, aut timidos, Christus vocem extollens dixit: *Qui credit in me, &c.*

ỳ. 44. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.* Non tantum credit in me, sed etiam in eum, qui misit me, in Deum scilicet, cum sim ipse Deus. *Non credit in me.* Id est, in hoc quod videt, sed in eum, qui misit me.

ỳ. 45. *Et qui videt me, videt eum, qui misit me.* Qui per fidem me novit ut Filium Dei. *Videt eum, qui misit me.* Cujus majestas in doctrina mea & miraculis fulget. Is videt Deum, cum eadem sit utriusque natura, atque eadem fides in Patrem, & Filium tendat.

ỳ. 47. *Ego non judico eum.* Non punio in primo adventu meo.

ỳ. 48. *Ille sermo judicabit.* Condemnabit eum.

ỳ. 50. *Et scio, quia mandatum ejus vita æterna est.* Est causa vitæ æternæ, dat vitam æternam obedientibus. *Sic loquor.* Ut ipse præscripsit mihi.

CAPUT XIII.

ỳ. 1. *Ante diem festum Paschæ.* Gr. *Ante festivitatem.* Seu solemnitatem azymorum. Erat Pascha tertium, seu ultimum ministerii Christi. Quotus ille fuerit dies mensis, qui hebdomadæ dies, gravis est inter eruditos controversia, de qua jam egimus in cap. 26. Matthæi. Difficultas in eo præcipue est posita, ut Joannes cum tribus aliis Evangelistis concilietur, qui certe nullo inter se modo pugnant. Omissis variis dissertationibus, quas alio in loco attigimus, Pezronius hanc controversiam sic videtur apte dirimere in erudita admodum dissertatione, quam Historiæ Evangelicæ subjecit. Hujus summa ea est, Judæos per duos dies sibi proxime consequentes agnum Paschalem immolasse, & festum Azymorum celebrasse: tametsi duo illi dies pro uno & eodem, nempe pro decimo quarto lunæ die haberentur. Quod ut probet, principii loco id ponit, quod vix negari potest, veteres Hebræos usos esse & annis & mensibus lunaribus, sic tamen ut mensis lunaris vel ab ipsa conjunctione cum sole, ubi est interlunium, vel a prima ejus phasi inciperet. Hinc duæ erant neomeniæ, prior a conjunctione ipsa, posterior a prima Lunæ phasi computata. Unde & duo quoque erant dies, qui initium anni constituebant, seu duplex dies decimus quartus Lunæ, quo festum Azymorum celebrandum erat, de quo Levit. cap. 13. *Mense primo quarta decima die ad vesperam Phase Domini est.* Agnus Paschalis a tertia usque ad quintam horam mactabatur, & incunte nocte cum panibus azymis edebatur, ex Josepho, Lib. 7. de Bello Judaico, cap. 7. Ex quibus & aliis, quæ in eadem dissertatione legi possunt, concludit vir doctus illud efficaciter Christum Dominum celebrasse ultimum Pascha, seu agnum Paschalem comedisse cum suis discipulis die 14. Lunæ ab ipsa conjunctione, qui erat dies Jovis, cum principes sacerdotum die insequenti, nempe die 14. a prima lunæ phasi Pascha comederint, uti ex Joanne colligitur. Nam die Veneris nondum Pascha ab iis celebratum esse innuit Joannes cap. 18. v. 28. cum ait eos: *Non intrasse in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.* Et cap. 19. v. 14. *Erat autem Parasceve Paschæ hora quasi sexta.* Nondum igitur festum iis advenerat; nec verisimile est in die tam solemni Christi condemnationem procurasse. Quæ difficultates statim evanescunt, cum duplicem Neomeniam & duos festos Paschatis

dies

2. Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ:

3. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit:

4. Surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se.

5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

7. Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.

8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.

10. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi, ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

11. Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum, propterea dixit: Non estis mundi omnes.

12. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisset iterum, dixis eis: Scitis, quid fecerim vobis?

13. Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis, sum etenim.

14. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes.

15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

b Matth. 10. 24. *Luc.* 6. 40. *Infr.* 15. 20. 16. Amen *b*, Amen dico vobis: non est servus major domino suo: neque Apostolus major est eo, qui misit illum.

17. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea.

18. Non de omnibus vobis dico: ego scio, quos elegerim: sed ut adimpleatur Scriptura: *c Psal.* 40. 10. *c* Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum.

2. Und nach dem Abendmahl, da schon der Teufel dem Judä Simonis Iscariots ins Herz gegeben hatte, daß er ihn verrathen sollte:

3. Und er wußte, daß ihm der Vater alle Dinge in die Hände gegeben hatte, und daß er von GOtt ausgegangen war, und wiederum zu GOtt gieng:

4. Stund er auf vom Abendmahl, und legte seine Kleider ab: und nahm ein leines Tuch, und umgürtete sich.

5. Darnach goß er Wasser in ein Becken, und fieng an den Jüngern die Füße zu waschen, und sie zu trocknen mit dem leinenen Tuche, damit er umgürtet war.

6. Da kam er zu Simon Petro. Und Petrus sprach zu ihm: HErr, solltest du mir die Füße waschen?

7. JEsus antwortete, und sprach zu ihm: Was ich thue, das weißt du jetzt nicht, du wirst es aber hernach erfahren.

8. Petrus spricht zu ihm: Du sollst mir die Füße nicht waschen in Ewigkeit. JEsus antwortete ihm: Werde ich dich nicht waschen, so wirst du keinen Theil mit mir haben.

9. Simon Petrus spricht zu ihm: HErr, nicht allein meine Füße, sondern auch die Hände, und das Haupt.

10. JEsus spricht zu ihm: Wer gewaschen ist, der bedarf nicht mehr, denn daß er die Füße wasche, sondern er ist ganz rein. Und ihr seyd rein, aber nicht alle.

11. Denn er wußte wohl, wer der wäre, der ihn verrathen würde, darum sagte er: Ihr seyd nicht alle rein.

12. Nachdem er nun ihre Füße gewaschen hatte, und seine Kleider wiederum genommen, und sich wiederum zu Tische gesetzet, sprach er zu ihnen: Wisset ihr, was ich euch gethan habe?

13. Ihr nennet mich Meister und HErr: und ihr saget recht daran, denn ich bin es auch.

14. So nun ich, euer HErr und Meister, euch die Füße gewaschen habe: so sollet ihr auch einer dem andern die Füße waschen.

15. Denn ich habe euch ein Exempel gegeben, damit ihr auch thut, wie ich euch gethan habe.

16. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: der Knecht ist nicht größer, dann sein Herr: noch der Gesandte größer, dann der ihn gesandt hat.

17. Wenn ihr solches wisset, so werdet ihr selig seyn, wenn ihr es thun werdet.

18. Ich sage nicht von euch allen: Ich weis, welche ich erwählet habe: aber damit die Schrift erfüllet werde: Der das Brod mit mir isset, der wird seine Fersen wider mich aufheben.

19. Von

---

dies agnoscimus. Dies quidem mensis a prima phasi numerabantur; ex usu ipso dies octavus Azymorum inductus fuit ob innumerabilem hominum multitudinem, qui tum temporis Jerosolymam confluebant, cum incertum esset, quo die computandæ essent Neomeniæ. Atque ea ratione loca Scripturæ difficiliora illustrantur, & Evangelistæ specie quidem dissidentes, nullo negotio conciliantur. Dies igitur Veneris erat decimus quartus a phasi lunæ incipienti, & dies Sabbati festus duplici nomine. Nam erat primus dies Azymorum ab iis celebratus, qui die Veneris ad vesperam manducaverant Pascha, dies secundus Azymorum erat dies Dominicus. Ac post septem hebdomadas dies Pentecostes incidit in diem Dominicum juxta unanimem Ecclesiarum consensum. Propter utriusque festi concursum magnus dies Sabbati a Joanne dictus est. Sed inquiunt, die ipso festi Barabbas fuit dimissus, ut tres Evangelistæ testantur. R. Propter festum, κατὰ, eum fuisse dimissum, idque in pervigilio festi commodius fieri solebat, quam die festo. Nunc textum ipsum prosequamur. *Dilexit.* Id est summopere; nomen pro adverbio, vel, usque ad mortem.

℣. 2. *Et cœna facta.* Post esum agni Paschalis ante Eucharistiæ institutionem. Sunt qui hæc verba sic exponunt. *Cœna facta*, i. e. *parata.* Cum cœnæ tempus adesset.

℣. 3. *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus.* Ut Deo per æternam generationem, ut homini per unionem hypostaticam.

℣. 4. *Et ponit vestimenta sua.* Exteriora, ut servi ministerium liberius obiret.

℣. 5. *Deinde mittit aquam in pelvim.* Significans qua animi puritate ad illam mensam accedere oporteat, lavit pedes eorum, & intus in anima perfecit, quod in una corporis parte exprimebat, eorum affectus mundans. Augustinus Tract. 56. *Locuturus Evangelista de tanta Domini humilitate, prius celsitudinem ejus voluit commendare.*

℣. 6. *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Omnium primo: unde Petrus exhorruit tam humile erga se officium. *Tu mihi lavas pedes?* Aug. *Quid est, tu? quid est, mihi? cogitanda potius quam dicenda.*

℣. 7. *Tu nescis modo.* Non intelligis quorsum hæc fiant.

℣. 8. *Si non lavero te.* Lotione corporali, quæ secundum se non est necessaria ad salutem: sed quia parendum erat Christi præcepto, in quo latebat hoc mysterium, quod nemo possit partem habere cum Christo, quem non laverit a peccatis.

℣. 10. *Qui lotus est.* Qui ablutus est a peccatis in Sacramento Baptismi, id tantum necesse est, ut purget affectus animi, & quotidiana peccata. *Sed est mundus totus.* Per Baptismum. *Et vos mundi estis.* Per fidem, & animi propositum. Transit a lotione exteriori ad interiorem more suo, a corporeis ad spiritalia.

℣. 12. *Scitis, quid*, seu quorsum id *vobis fecerim.*

℣. 14. *Et vos debetis alter alterius lavare pedes.* In lotione pedum, quodcumque genus abjecti ministerii intelligitur saltem in præparatione animi: cum de salute proximi agitur, non recusemus vilissima quæque ministeria & officia.

℣. 17. *Si hæc scitis.* Si hoc faciendum esse vobis persuasum est, quæ doceo de humilitate & charitate.

℣. 18. *Non de omnibus vobis dico.* Quali omnes facturi sitis, quæ vos monui. *Ego scio, quos elegerim.* Ad gratiam

19. Von nun an sage ich euch, ehe dann es geschiehet: auf daß, wann es geschehen ist, ihr glaubet, daß ich es bin.

20. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: wann ich jemand senden werde, wer denselbigen aufnimmt, der nimmt mich auf: wer mich aber aufnimmt, der nimmt den auf, der mich gesandt hat.

II. 21. Als JEsus dieses gesagt hatte, ward er betrübt im Geist, und zeugte, und sprach: Wahrlich, wahrlich sage ich euch: einer von euch wird mich verrathen.

22. Da sahen sich die Jünger untereinander an, und zweifelten, von welchem er redete.

23. Einer aber von seinen Jüngern hatte sich gelehnet in die Schoos JEsu, den JEsus lieb hatte.

24. Demselbigen winkte Simon Petrus, und sprach zu ihm: Wer ist es, von welchem er redet?

25. Dieweil sich nun derselbige auf die Brust JEsu gelehnet hatte, sprach er zu ihm: HErr, wer ist es?

26. JEsus antwortete: Der ist es, dem ich das eingetunkte Brod reichen werde. Und er tunkte das Brod ein, und gab es dem Judä Simonis Iscariots.

27. Und nach dem Bissen fuhr der Satan in ihn. Und JEsus sprach zu ihm: Was du thust, das thue bald.

28. Das verstund aber keiner von denen, welche zu Tische saßen, wozu er es ihm gesagt hatte.

29. Denn etliche meyneten, dieweil Judas den Beutel hatte, so hätte JEsus zu ihm gesagt: Kaufe, was uns für das Fest vonnöthen ist: oder daß er den Armen etwas geben sollte.

30. Als er nun den Bissen genommen hatte, gieng er alsbald hinaus. Es war aber Nacht.

31. Nachdem er nun hinausgegangen war, sprach JEsus: Nun ist der Sohn des Menschen verkläret: und GOtt ist verkläret in ihm.

32. Ist dann GOTT in ihm verkläret, so wird ihn GOTT auch verklären in ihm selbst, und wird ihn bald verklären.

III. 33. Meine Kindlein, ich bin noch eine kleine Zeit bey euch. Ihr werdet mich suchen: aber, wie ich den Jüden gesagt habe: Wo ich hingehe, dahin könnet ihr nicht kommen: das sage ich jetz auch zu euch.

34. Ich gebe euch ein neues Geboth, daß ihr euch untereinander liebet, und daß ihr euch also untereinander liebet, wie ich euch geliebet habe.

35. Dabey wird jedermann erkennen, daß ihr meine Jünger seyd, wenn ihr die Liebe untereinander haben werdet.

36. Da spricht Simon Petrus zu ihm: HErr, wohin gehest du? JEsus antwortete: Da ich hingehe, kannst du mir für dießmal nicht folgen: du wirst aber hernach folgen.

37. Petrus spricht zu ihm: Warum kann ich dir dießmal nicht folgen? ich will meine Seele für dich setzen.

19. Amodo dico vobis, priusquam fiat: ut cum factum fuerit, credatis, quia ego sum.

20. Amen, *d* Amen dico vobis: qui accipit, si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me misit. *d Matth.* 10. 40. *Luc.* 10. 16.

II. 21. Cum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: *e* Amen, Amen dico vobis: quia unus ex vobis tradet me. *e Matth.* 26. 21. *Marc* 14. 18. *Luc.* 22. 21.

22. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli, hæsitantes, de quo diceret.

23. Erat ergo recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus.

24. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est, de quo dicit?

25. Itaque cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est?

26. Respondit Jesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Judæ Simonis Iscariotæ.

27. Et post buccellam, introivit in eum satanas. Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citius.

28. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei.

29. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Judas, quod dixisset ei Jesus: Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret.

30. Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox.

31. Cum ergo exisset, dixit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo.

32. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum.

III. 33. Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. *f* Quæretis me: & sicut dixi Judæis: Quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. *f Supr.* 7. 34.

34. Mandatum *g* novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. *g Lev.* 19. 18. *Matth.* 22. 39. *Jafr.* 13. 12.

35. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

36. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Jesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea.

37. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? *h* animam meam pro te ponam. *h Matth.* 26. 35. *Marc.* 14. 29. *Luc.* 22. 33.

38. Respon-

---

gratiam & gloriam. *Sed ut adimpleatur Scriptura, elevavit contra me calcaneum suum.* Psal. 40. v. 10. *Magnificavit super me supplantationem.* Mihi magnas struxit insidias. *Illi manducabant panem Domini; ille, Judas, panem Domini contra Dominum.* August. Tract. 59.

℣. 19. *Amodo dico vobis, priusquam fiat.* Nunc prædico vobis. *Ut credatis, quia ego sum Filius Dei.* Vel is de quo id prædictum erat.

℣. 21. *Turbatus est spiritu.* Præ horrore sceleris Judæ; vicem ejus dolens, & testatus est palam. *Affectum quippe humanum, quando oportuit, in se indicavit, in se ipso potestate commovit.* August.

℣. 23. *Erat recumbens unus in sinu Jesu.* sc. Joannes, capite super pectus inclinato.

℣. 27. *Et post buccellam introivit in eum Satanas.* Jam ante introierat: sed tunc totum se præbuit dæmoni. *Quod facis, fac citius.* Quod paras animo, exequere. Verba sunt non jubentis, sed permittentis; non trepidi, sed parati ad passionem. Noverat prava Judæ consilia, e quibus Deus suam gloriam erueret.

℣. 30. *Exivit continuo.* Dæmone illum incitante.

℣. 31. *Nunc clarificatus est Filius hominis.* Jam morte mea glorificabor, nunc prodente Juda passio cœpta est mea, & patris glorificatio: nam morte mea destruam mortem, mox resurgam, & omnia ad me trahem.

℣. 32. *Et Deus clarificabit eum in semetipso.* Per semetipsum, sua potentia, Resurrectione, Ascensione, Spiritus sancti effusione.

℣. 33. *Filioli, adhuc modicum.* i. Tempus. *Vos non potestis venire.* Nunc seu pro modo.

℣. 34. *Mandatum novum do vobis.* sc. Renovans hominem. Vetus est, ab initio mundi traditum: novum quoque dicitur in Scriptura, quod præcelsit. Nunc datur ut proprium novi fœderis, si minus quoad substantiam, saltem quoad modum perfectiorem. *Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* Nullis meritis præcedentibus vestram salutem quærens.

℣. 35. *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis.* Eo signo, ea nota, veri Christiani ab omnibus aliis distinguuntur. Discipuli Joannis dignoscebantur ex vitæ austeritate & jejuniis, discipuli Pharisæorum ex variis observationibus, vos ex mutua dilectione.

℣. 36. *Sequeris autem postea.* Aug. *Quid festinas Petre? nondum te suo Spiritu solidavit Petra: noli extolli præsumendo; non potes modo, noli dejici desperando: sequeris postea.*

38. Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, Amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges.

CAPUT XIV.

I. Consolans discipulos, ait multas in domo Patris esse mansiones, & se esse viam, veritatem, & vitam. 1. *II. Promittit eis alium Paraclitum.* 16. *III. Docet, quis ipsum diligat, & qualem pacem discipulis relinquat.* 23.

† SS. AP. PHILIP. ET JACOBI.

1. Non † turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite.

2. In domo Patris mei mansiones multæ sunt: si quo minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.

3. Et si abiero, & præparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut, ubi sum ego, & vos sitis.

4. Et quo ego vado, scitis, & viam scitis.

5. Dicit ei Thomas: Domine! nescimus, quo vadis: & quomodo possumus viam scire?

6. Dicit ei Jesus: Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

7. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum.

8. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

9. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?

10. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

11. Non creditis, quia ego in Patre, & Pater in me est?

12. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, Amen dico vobis: qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

a Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Infr. 16. 23.

13. Et *a* quodcumque petieritis Patrem in

38. JEsus antwortete ihm: Solltest du deine Seele für mich setzen? Wahrlich sage ich dir: der Hahn wird nicht krähen, bis du mich dreymal verläugnet hast.

Das vierzehente Capitel.

I. JEsus stärket seine Jünger, wegen des herzunahenden Todes, denn er sey, und verbleibe der Weg, die Wahrheit, und das Leben. 1. II. Verheißet ihnen den heiligen Geist. 16. III. Ermahnet sie zu Haltung seiner Gebothe, und giebt ihnen seinen Frieden. 23.

1. Euer Herz betrübe sich nicht. Glaubet ihr an GOtt, so glaubet auch an mich.

2. In meines Vaters Hause sind viele Wohnungen: wenn dem nicht also wäre, so hätte ich es euch gesagt: denn ich gehe hin, einen Ort für euch zu bereiten.

3. Und wenn ich hingehen, und einen Ort für euch bereiten werde: so will ich wiederum kommen, und euch zu mir nehmen, auf daß ihr seyd, wo ich bin.

4. Und wo ich hingehe, das wisset ihr, und den Weg wisset ihr auch.

5. Spricht zu ihm Thomas: HErr! wir wissen nicht, wohin du gehest: und wie können wir den Weg wissen?

6. JEsus spricht zu ihm: Ich bin der Weg, und die Wahrheit, und das Leben. Niemand kömmt zum Vater, dann durch mich.

7. Wenn ihr mich kennet, so kennet ihr auch meinen Vater: und von nun an werdet ihr ihn kennen, und ihr habt ihn gesehen.

8. Spricht zu ihm Philippus: HErr, zeige uns den Vater, so begnüget es uns.

9. JEsus spricht zu ihm: Bin ich eine so lange Zeit bey euch, und ihr habt mich nicht gekannt? Philippe, wer mich siehet, der siehet auch den Vater. Wie sprichst du dann: Zeige uns den Vater?

10. Glaubet ihr nicht, daß ich im Vater bin, und der Vater in mir ist? Die Worte, die ich zu euch rede, die rede ich nicht von mir selbst. Der Vater aber, der in mir wohnet, derselbige thut die Werke.

11. Glaubet ihr nicht, daß ich im Vater, und der Vater in mir ist?

12. So glaubet mir doch um der Werke willen. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: wer an mich glaubet, der wird die Werke auch thun, die ich thue, und größere thun, dann diese: denn ich gehe zum Vater.

13. Und alles, was ihr den Vater bitten werdet in

me *a*

℣. 38. *Non cantabit gallus, donec ter me neges.* Cantu illo magis noto, qui gallicinium appellatur. *Donec ter me neges.* Gr. *Quin ter me neges.*

CAPUT XIV.

℣. 1. *Non turbetur cor vestrum.* Illis auditis, tristitia & mœrore sunt perculsi. *Creditis in Deum.* Fide opus est. Sed sicut creditis in Deum, ut veracem, ita & in me credite, & confidite: absens licet vos non deseram. Eorum animos confirmat simul & adhortatur, ut in se ipsum fidem & spem omnem ut in Deum conjiciant, nec promissis a se factis diffidant. *Et in me credite.* Consequens est enim, ut qui in Deum creditis, & in me credere debeatis; quod non esset consequens, nisi Christus esset Deus. Vel credite in Deum & in me, perseverate in fide vestra.

℣. 2. *Si quo minus, dixissem vobis.* Græc. εἰ δὲ μὴ, *alioqui*, vel, *nisi ita esset.* Id est, nisi in domo Patris mei multæ essent mansiones servis meis destinatæ, non ego vana spe vos lactassem; sed eo vobis paratum locum, cœlum hactenus ob peccata hominum clausum sanguine meo referaturus.

℣. 3. *Et si abiero, & præparavero vobis locum.* Credenti colligitur meritum, videnti redditur præmium. *Iterum venio.* Vos in mansiones meas & in consortium meum assumam: vel ex Euthymio, quod si abiero parare vobis locum, veniam iterum.

℣. 4. *Et quo ego vado scitis.* Nempe ad Patrem meum. *Et viam scitis.* Per mortem nimirum meam, ut sæpe ex me audistis, vel per mei imitationem & præcepta: viam scitis, qua me sequi debetis. *Sciebant illi, sed imperfecte: illi sciebant, sed se scire nesciebant.* August.

℣. 6. *Ego sum via.* Quæ per veritatem ducit ad vitam: via per quam venitur, veritas ad quam pervenitur: vita in qua manetur, ex Augustino. Via conversationis sanctæ, veritas divinæ doctrinæ, & vita beatitudinis æternæ, ex S. Leone serm. 2. de Ref. Dom. Tribus illis in Græco textu unus articulus, ἡ, *illa*, affixus est. Ut homo via est, per quam ad ipsum itur, ut ad Deum.

℣. 7. *Si cognovissetis me.* Perfecte, non tantum ut homo sum, sed etiam ut Deum, & Verbum æternum. *Cognovissetis.* Ex miraculis utcumque nostis, sed longe perfectiori modo eum paulo post cognoscetis, cum Spiritus sanctus in vos descenderit. *Et vidistis eum.* Imo jam vidistis, testes fuistis ejus potentiæ.

℣. 8. *Dicit ei Philippus.* Qui non intelligebat sensum verborum Domini: de cognitione per fidem, non de clara Dei visione agebatur. Hinc Dominus.

℣. 9. *Dicit ei Jesus.* Verbis & operibus eos docens. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem.* Non quod Filius idem sit qui Pater, sed quia idem quod Pater, ratione naturæ divinæ.

℣. 10. *Pater autem in me manens, ipse facit opera.* Nihil ago, aut loquor, nisi imperatum a Patre, qui per me operatur. Aug. Tract. 71. *Sed quid est, a meipso non loquor, nisi a meipso non sum, qui loquor? Ego in Patre.* Hæc est περιχώρησις, seu circuminsessio personarum, qua Pater est in Filio, & Filius in Patre citra mixtionem ullam, aut confusionem; qua Patres post Nicænum Concilium usi sunt adversus Arianos, quæque primis hujus Evangelii verbis clare exprimitur. *In principio erat Verbum.* Et in iis quæ sequuntur: item *Ego & Pater unum sumus.*

℣. 12. *Quia ego ad Patrem vado.* Regnaturus cum Patre. *Quia vado ad Patrem.* Postquam discessero, majora faciam opera.

℣. 13. *Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo.* Gloria Dei est finis omnium miraculorum. Unde August. Tract. 73. *Quodcumque petimus adversus utilitatem salutis, non petimus in nomine Salvatoris.* Hactenus Judæi in nomine Abraham, Isaac & Jacob petierunt; sed in nomine Christi deinceps petendum est.

meinem Namen, das will ich thun, auf daß der Vater im Sohn geehret werde.

14. So ihr etwas von mir bitten werdet in meinem Namen, das will ich thun.

15. Habt ihr mich lieb, so haltet meine Gebothe.

II. 16. Und ich will den Vater bitten, und er wird euch einen andern Tröster geben, daß er bey euch bleibe in Ewigkeit,

17. Nämlich den Geist der Wahrheit, den die Welt nicht empfangen kann, denn sie siehet ihn nicht, und kennet ihn auch nicht. Aber ihr werdet ihn erkennen: denn er wird bey euch bleiben, und wird in euch seyn.

18. Ich will euch nicht als Wayfen verlassen: sondern will zu euch kommen.

19. Es ist noch um eine kleine Zeit: so wird mich die Welt nicht mehr sehen. Aber ihr werdet mich sehen: denn ich lebe, und ihr werdet auch leben.

20. An demselbigen Tage werdet ihr erkennen, daß ich in meinem Vater bin, und ihr in mir, und ich in euch.

21. Wer meine Gebothe hat, und sie hält, der ist es, der mich liebet. Wer mich aber liebet, der wird von meinem Vater geliebet werden: und ich werde ihn auch lieben, und mich selbsten ihm offenbaren.

22. Spricht zu ihm Judas, nicht der Iscariot: HErr! was ist geschehen, daß du dich uns wirst offenbaren, und nicht der Welt?

III. 23. JEsus antwortete, und sprach zu ihm: So mich jemand liebet, der wird mein Wort halten, und mein Vater wird ihn lieben: und wir werden zu ihm kommen, und Wohnung bey ihm machen.

24. Wer mich nicht liebet, der hält meine Worte nicht. Und das Wort, das ihr höret, ist nicht mein, sondern des Vaters, der mich gesandt hat.

25. Solches habe ich zu euch geredet, weil ich bey euch bleibe.

26. Aber der Tröster, der heilige Geist, den der Vater in meinem Namen senden wird, derselbige wird euch alles lehren, und wird euch alles eingeben, was ich euch sagen werde.

27. Den Frieden laß ich euch, meinen Frieden gebe ich euch: nicht gebe ich euch denselbigen, wie ihn die Welt giebt. Euer Herz betrübe sich nicht, und fürchte sich nicht.

28. Ihr habt gehört, daß ich euch gesagt habe: Ich gehe hin, und komme wiederum zu euch. Wenn ihr mich lieb hättet, so würdet ihr euch ja erfreuen, daß ich zum Vater gehe: denn der Vater ist größer als ich.

29. Und nun habe ich es euch gesagt, ehe dann es geschiehet: auf daß ihr es glaubet, wann es geschehen wird.

30. Ich werde hinfüro nicht viel mit euch reden: denn es kömmt der Fürst dieser Welt, und hat nichts an mir.

nomine meo, hoc faciam: * ut glorificetur Pater in Filio.

14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

15. Si ✝ diligitis me, mandata mea servate. ✝ *IN VIGILIA PENT.*

II. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum,

17. Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, qui non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit.

18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

19. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis.

20. In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. *

22. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

III. 23. Respondit Jesus, & dixit ei: ✝ Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. ✝ *DOM. PENT.*

24. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem, quem audistis, non est meus, sed ejus, qui misit me, Patris.

25. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.

26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

28. Audistis, quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeritis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est.

29. Et nunc dixi vobis, prius quam fiat: ut, cum factum fuerit, credatis.

30. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam.

31. Sed.

℣. 16. *Et alium Paraclitum dabit vobis.* i. Consolatorem. Paracliti nomen interdum commune est toti Trinitati. Et Christus proprie ille est Advocatus ratione humanæ naturæ.

℣. 17. *Spiritum veritatis.* Omnis veritatis doctorem. *Quia non videt eum.* Non novit, unde nec desiderat mundus, seu mundi amatores.

℣. 19. *Vos autem videtis me.* Græce, *videbitis. Quia ego vivo.* Vivam scilicet post resurrectionem meam. August. Tract. 75. *Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, & nostram in sæculi fine venturam, duobus verbis præsentis & futuri eleganter breviterque promisit.*

℣. 20. *Quia ego sum in Patre meo.* Per unitatem naturæ. *Et vos in me.* Ut membra cum suo capite. *Et ego in vobis.* Ut caput in membra influens. Quod mysterium unionis nostræ cum Christo non cognoscitur, nisi per Spiritum sanctum.

v. 21. *Qui habet mandata mea, & servat ea.* Qui ea didicit. August. *Qui habet in memoria, & servat in vita; qui habet in sermonibus, & servat in moribus; qui habet audiendo, & servat faciendo.*

℣. 22. *Dicit ei Judas, non ille Iscariotes.* Thaddæus frater Jacobi. *Quid factum est?* Hebraismus, quæ causa est, qui fit, quam ob causam te manifestare vis nobis, & non mundo?

℣. 23. *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.* Non aliud est certius argumentum nostri in Deum amoris, quam mandatorum & consiliorum observatio. August. *Quæsierat de Christi manifestatione, & audivit de dilectione atque mansione. Est ergo quædam Dei manifestatio interior, quam prorsus impii non noverunt.*

℣. 26. *Quæcunque dixero vobis.* Græce, *omnia, quæ dixi vobis.*

℣. 27. *Pacem relinquo vobis.* Pacis nomine omne bonum, ac salus ipsa designatur, phrasi Hebraica. Pax autem est tranquillitas ordinis, quam mundus polliceri potest, non dare. Inter fructus Spiritus sancti recensetur ab Apostolo, Galat. 5.

℣. 28. *Vado, & venio ad vos.* Vado rediturus post resurrectionem. *Si diligeritis me.* Non quod eum non diligerent, sed est usitatus loquendi modus amici cum amicis dolentibus ob discessum, qui majorem ipsi gloriam est allaturus. *Quia Pater major me est,* me homine scilicet: nam ratione humanitatis ad Deum vadit, non ratione divinitatis. August. Tract. 78. *Quid igitur, Hæretice? Cum Christus Deus sit & homo, loquitur ut homo, & calumniaris Deo. Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare divinam?*

℣. 29. *Ut, cum factum fuerit, credatis.* August. *Creditur hoc non fide nova, sed avita.*

℣. 30. *Venit enim princeps mundi hujus.* Qui 2. ad Corinth. cap. 4. vocatur *Deus hujus sæculi.* Venit per ministros

b Act.2.23. 31. Sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & *b* sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Surgite, eamus hinc.

CAPUT XV.

I. Christus vitis. 1. *II. Præceptum de mutua dilectione iterat.* 9. *Et discipulos roborat adversus persecutiones.* 17. *III. Iterum promittit eis Spiritum sanctum.* 26.

† *UNIUS MART. TEMP. PASCH.* 1. Ego † sum vitis vera, & Pater meus agricola est.

2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

a Sup.13.10. 3. Jam *a* vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.

4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.

5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.

6. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittetur, & ardet.

7. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.

8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli.

II. 9. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.

10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione.

11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*

† *IN VIGILIA UNIUS APOST.* 12. Hoc † *b* est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

b Sup.13.34. Ephes. 5. 2. 1. Thess. 4. 9. 14. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.

15. Jam non dicam vos servos, quia servus

31. Aber damit die Welt erkenne, daß ich den Vater lieb habe, und also thue, wie mir der Vater befohlen hat. Stehet auf, und lasset uns von hinnen gehen.

Das fünfzehente Capitel.

I. Christus ist der rechte Weinstock. 1. II. Vermahnet seine Jünger zur Liebe: 9. Und Geduld in Widerwärtigkeit. 17. III. Verspricht abermal den heiligen Geist. 26.

1. Ich bin der wahre Weinstock, und mein Vater ist der Weingärtner.

2. Eine jegliche Rebe an mir, die nicht Frucht bringet, wird er hinwegnehmen: und eine jegliche Rebe die Frucht bringet, wird er reinigen, auf daß sie mehr Frucht bringe.

3. Ihr seyd jetzt rein, von wegen der Rede, so ich zu euch geredet habe.

4. Bleibet in mir: und ich in euch. Gleichwie eine Rebe von ihr selbst nicht kann Frucht bringen, sie bleibe dann am Weinstock: also auch ihr nicht, ihr bleibet dann in mir.

5. Ich bin der Weinstock, ihr seyd die Reben: wer in mir bleibet, und ich in ihm, der bringet viel Frucht: denn ohne mich könnet ihr nichts thun.

6. Wer in mir nicht bleiben wird, der wird hinausgeworfen, wie eine Rebe, und wird verdorren, und sie werden ihn zusammenlesen, und ins Feuer werfen, und er wird brennen.

7. So ihr in mir bleibet, und meine Worte in euch bleiben: so werdet ihr bitten, was ihr wollet, und es wird euch widerfahren.

8. Darinnen wird mein Vater erkläret, daß ihr sehr viele Frucht bringet, und meine Jünger werdet.

II. 9. Gleichwie mich der Vater geliebet hat, also habe ich euch geliebet. Bleibet in meiner Liebe.

10. So ihr meine Gebothe halten werdet, so werdet ihr in meiner Liebe bleiben: wie ich meines Vaters Geboth gehalten habe, und bleibe in seiner Liebe.

11. Dieses habe ich zu euch geredet, auf daß meine Freude in euch sey, und eure Freude vollkommen werde.

12. Dieses ist mein Geboth, daß ihr euch untereinander liebet, wie ich euch geliebet habe.

13. Niemand hat größere Liebe, als daß er seine Seele für seine Freunde setze.

14. Ihr seyd meine Freunde, wenn ihr thut, was ich euch gebiethe.

15. Ich will hinfüro nicht sagen, daß ihr Knechte seyd, denn

---

nistros suos. *Et in me non habet quidquam.* Juris sc. *Sed ut cognoscat mundus.* Ut sciant omnes ultro & ex mandato Patris mori me. *Surgite, eamus.* Adeo ut virgula tantummodo, non puncto distinguantur hæc duo verba: *Surgite, eamus.* Secus enim suspensus & imperfectus videtur horum verborum sensus. Ac subinde probabile est se ad discedendum comparasse, & discedere incœpisse, aut reliquum sermonem in via ad hortum habuisse.

℣. 31. *Sic facio.* Obedio usque ad mortem.

CAPUT XV.

℣. 1. *Ego sum vitis vera.* Hortatur discipulos, ut per fidem & amorem sibi constanter adhæreant, quo fructum afferant. Christus ut caput Ecclesiæ vitis est, quæ vitalem succum fidelibus tamquam palmitibus suggerit. Fideles Christo insiti fide & charitate uberrimos afferunt fructus.

℣. 3. *Jam vos mundi estis propter sermonem.* Per fidem, quæ per charitatem operatur. *Quare non ait, mundi estis propter baptismum, quo lota estis; sed, ait propter verbum, quod locutus sum vobis? Nisi quia & in aqua verbum mundat: detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua?* August.

℣. 4. *Manete in me: & ego in vobis.* Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso, nisi manserit in vite.

℣. 5. *Sine me nihil potestis facere.* Quod ad vitam conducat æternam, nec tantum conditionem sine qua non, sed causam præcipuam indicat, sine qua nec perficere, nec incipere possumus. Continuo gratiæ meæ influxu vobis opus est, August. Tract. 81. Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest.

v. 6. *Et in ignem mittent, & ardet.* Ergo palmites præcidi possunt a vite: & homines Christo insiti per gratiam, fidem & dilectionem, possunt ab ea excidere. August. *Unum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis.* Sed prius *arescet.* i. Privabitur Dei donis.

℣. 7. *Quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis.* Quod ad salutem pertineat, ac postuletis, quæ Deus vult, ut petatis.

℣. 8. *In hoc clarificatus est Pater meus.* Glorificabitur: præteritum pro futuro. Ex ubertate fructuum, quos proferetis; Pater meus gloriam suam eliciet. Hinc *ut*, ponitur pro, si.

℣. 9. *Sicut dilexit me Pater.* Qua hominem. *Et ego dilexi vos.* Vox illa similitudinem notat, non æqualitatem. *Et ego.* Sic dilexi vos. *Manete.* Ad amorem Dei & proximi exemplo suo inducit discipulos suos.

℣. 11. *Ut gaudium meum in vobis sit.* Quo gaudeo de vobis. *Et gaudium vestrum.* Quo de me gaudetis. *Impleatur.* Et perfectum sit; ut gaudii mei sitis participes, idque magis ac magis crescat in cœlo perficiendum. August. Tract. 83. *Inchoatur in fide renascentium, implebitur in præmio resurgentium.*

℣. 12. *Hoc est præceptum meum.* sc. Præcipuum.

℣. 15. *Jam non dicam vos servos.* Deinceps non tantum servos, sed & amicos dicam. *Quæcumque audivi a Patre.* Quæcumque ad institutionem vestram pertinent, ut homo & legatus a Patre dixi vobis. Aug. Tract. 86. *Sed nimirum quod facturus est, facere se dicit, quia ea, quæ futura sunt, fecit.*

denn ein Knecht weis nicht, was sein Herr thut. Aber euch habe ich Freunde genennet: denn ich habe euch alles kund gethan, was ich von meinem Vater gehöret habe.

16. Ihr habt mich nicht erwählet: sondern ich habe euch erwählet, und habe euch verordnet*, daß ihr hingehen sollet, und Frucht bringen: und daß eure Frucht bleibe, und daß der Vater euch alles gebe, was ihr ihn bitten werdet in meinem Namen. * gesetzt.

17. Dieses befehle ich euch, daß ihr euch untereinander liebet.

18. So euch die Welt hasset: so wisset, daß sie mich vor euch gehasset hat.

19. Wäret ihr von der Welt gewesen, so hätte die Welt das Ihrige lieb: dieweil ihr aber nicht von der Welt seyd, sondern ich habe euch von der Welt auserwählet, darum hasset euch die Welt.

20. Gedenket an meine Worte, die ich euch gesagt habe. Der Knecht ist nicht größer, dann sein Herr. Haben sie mich verfolget, so werden sie euch auch verfolgen: haben sie meine Worte gehalten, so werden sie eure Worte auch halten.

21. Aber dieses alles werden sie euch thun um meines Namens willen, dieweil sie den nicht kennen, der mich gesandt hat.

22. Wenn ich nicht gekommen wäre, und mit ihnen geredet hätte, so hätten sie keine Sünde: nun aber haben sie keine Entschuldigung für ihre Sünde.

23. Wer mich hasset, der hasset auch meinen Vater.

24. Wenn ich die Werke unter ihnen nicht gethan hätte, die niemand anders gethan hat, so hätten sie keine Sünde: nun aber haben sie es gesehen, und hassen doch beyde, mich, und meinen Vater.

25. Aber damit das Wort erfüllet werde, das in ihrem Gesetz geschrieben stehet: Sie haben mich ohne Ursach gehasset.

III. 26. Wann aber der Tröster kommen wird, den ich euch senden werde vom Vater, der Geist der Wahrheit, der vom Vater ausgehet, derselbige wird von mir Zeugniß geben:

27. Und ihr werdet auch Zeugniß geben, denn ihr seyd vom Anfang bey mir gewesen.

Das sechszehente Capitel.

I. JEsus weissaget seinen Jüngern künftig Trübsal, und Verfolgung. 1. II. Auch seinen Hintritt zu seinem himmlischen Vater, durch den zeitlichen Tod, damit der Tröster komme. 5. III. Verheißet ihnen gewisse Veränderung, Erlösung, und unfehlbare Erhörung ihres Gebeths, durch seinen Namen. 19.

1. Dieses habe ich euch gesagt, damit ihr euch nicht ärgert.

2. Sie werden euch von den Schulen ausschließen: aber es kömmt die Stunde, daß ein jeglicher, der euch tödtet, vermeynen wird, er thue GOtt einen Dienst daran.

3. Und das werden sie euch darum thun, dieweil sie weder meinen Vater, noch mich erkennen.

4. Aber solches habe ich zu euch geredet: auf daß, wann die Stunde kommen wird, ihr daran gedenket, daß ich es euch gesagt habe.

II. 5. Dieses aber habe ich euch von Anfang nicht gesagt:

nescit, quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

16. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos *c*, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. ° *c Matth. 28. 19.*

17. Hæc *d* † mando vobis, ut diligatis invicem. *d 1. Joan. 3. 11. & 4. 7.* † *SS. AP. SIMON. ET JUD.*

18. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorem vobis odio habuit.

19. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

20. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis. *e* Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, & *f* vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt. *e Sup. 13. 16. Matth. 10. 24. f Matth. 24. 9.*

21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me.

22. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

23. Qui me odit, & Patrem meum odit.

24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.

25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: g Quia odio habuerunt me gratis. ° *g Psal. 24. 19.*

III. 26. Cum † autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: † *DOM. INFR. OCTAV. ASCENS. Luc. 24. 49.*

27. Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

CAPUT XVI.

I. Discipulis prædicit persecutiones. 1. II. Quod expediat, ut ipse vadat, quo veniat Paracletus, qui mundum arguat, ipsos doceat, Christum clarificet. 5. III. Declarat, quod dixerat: Modicum &c. promittens omnia, quæ a Patre in ipsius nomine petant. 19.

1. Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

2. Absque Synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

3. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

4. Sed hæc locutus sum vobis: ut, cum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. °

II. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi:

℣. 19. *Si de mundo fuissetis.* Græc. *Essetis.*

℣. 22. *Peccatum non haberent.* Peccatum incredulitatis, quo me ut Messiam agnoscere noluerunt, licet doctrinam audierint & opera mea viderint.

℣. 25. *Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est.* Psalm. 34. & 68. *Lex* sumitur pro veteri Testamento. *Ut*, eventum significat, non causam.

℣. 26. *Cum autem venerit Paraclitus, quem ego mittàm vobis a Patre.* Hoc ipsum habens a Patre, quod eum mittam, quem non mitterem, nisi a me procederet. *Perhibebit de me.* Tum visibili modo per dona gratuita & miracula, tum invisibiliter operando in cordibus hominum, movendo & persuadendo.

℣. 27. *Et vos testimonium perhibebitis.* August. Tract. 93. *Ille in cordibus vestris, vos in vocibus vestris; ille inspirando, vos sonando. Parum quippe fuerat eos adhortari exemplo, nisi impleret Spiritu suo.*

CAPUT XVI.

℣. 1. *Hæc locutus sum vobis.* Hæc dixi vobis de odio hominum & futuris persecutionibus, ne cum venerint, vos imparatos offendant. Venturas persecutiones iterum prædicit, ne despondeant animum, cum eas experiantur. *Ut non scandalizemini.* Ne a fide excidatis.

℣. 2. *Absque Synagogis facient vos.* Per excommunicationes. *Sed venit hora.* Jam instat tempus. *Ut omnis.* Cum omnis, &c. *Obsequium.* Gr. λατρειαν. Cultum Deo gratum exhibere putet, & sacrificium illi offerre.

℣. 3. *Quia non noverunt Patrem, neque me.* Non noverunt Deum esse Patrem meum, neque me esse ejus Filium.

℣. 5. *Hæc autem vobis ab initio non dixi.* Aperte: de iis sæpe locutus fuerat, sed non tam manifeste. *Quia vobiscum eram.* Neque id opus erat, ut vobis præpropere terrorem incuterem.

℣ DOM. 4. POST PASCH.

quia vobiscum eram. Et nunc ℣ vado ad eum, qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, quo vadis?

6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis, ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos.

8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio.

9. De peccato quidem: quia non crediderunt in me:

10. De justitia vero: quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me:

11. De judicio autem: quia princeps hujus mundi jam judicatus est.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.

13. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso: sed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.

14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

15. Omnia, quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

℣ DOM. 5. POST PASCH.

16. Modicum, ℣ & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.

17. Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: & quia vado ad Patrem?

18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit: Modicum? nescimus, quid loquitur.

III. 19. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.

℣ PLUR. MART. TEMP. PASCH.

20. Amen ℣, Amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.

21. Mulier, cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus: cum autem pepererit

denn ich war bey euch. Nun aber gehe ich hin zu dem, der mich gesandt hat: und niemand unter euch fraget mich, wo gehest du hin?

6. Sondern dieweil ich solches zu euch gesagt habe, so ist euer Herz voll Traurens worden.

7. Aber ich sage euch die Wahrheit: es ist euch nutz, daß ich hingehe: denn so ich nicht werde hingehen, so wird der Tröster nicht zu euch kommen: so ich aber hingehen werde, so will ich ihn zu euch senden.

8. Und wann derselbige kommen wird, so wird er die Welt strafen um die Sünde, und um die Gerechtigkeit, und um das Gericht.

9. Um die Sünde zwar: daß sie an mich nicht geglaubet haben:

10. Um die Gerechtigkeit aber: daß ich zum Vater gehe, und ihr mich hinfüro nicht mehr sehen werdet:

11. Um das Gericht aber: dieweil der Fürst dieser Welt schon gerichtet ist.

12. Ich habe euch noch viel zu sagen: aber ihr könnet es jetzt nicht tragen.

13. Wann aber der Geist der Wahrheit kommen wird, der wird euch alle Wahrheit lehren: denn er wird nicht von ihm selbst reden: sondern alles, was er hören wird, das wird er reden, und was zukünftig ist, das wird er euch verkündigen.

14. Derselbige wird mich verklären: denn er wird es von dem Meinen nehmen, und euch verkündigen.

15. Alles, was der Vater hat, das ist mein. Darum habe ich gesagt: er wird es von dem Meinen nehmen, und wird es euch verkündigen.

16. Ueber ein kleines, so werdet ihr mich nicht sehen: und abermal über ein kleines, so werdet ihr mich sehen: denn ich gehe zum Vater.

17. Da sprachen etliche von seinen Jüngern untereinander: Was ist das, daß er zu uns saget: Ueber ein kleines, so werdet ihr mich nicht sehen: und abermal über ein kleines, so werdet ihr mich sehen: und daß ich zum Vater gehe?

18. Darum sprachen sie: Was ist das, daß er spricht: Ueber ein kleines? wir wissen nicht, was er redet.

III. 19. JEsus aber merkte, daß sie ihn fragen wollten, und sprach zu ihnen: Davon fraget ihr unter euch, daß ich gesagt habe: über ein kleines, so werdet ihr mich nicht sehen, und abermal über ein kleines, so werdet ihr mich sehen.

20. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: ihr werdet weinen, und heulen, aber die Welt wird sich erfreuen: ihr aber werdet traurig seyn, jedoch wird eure Traurigkeit in Freude verwandelt werden.

21. Ein Weib, wann sie gebähret, so hat sie Traurigkeit, denn ihre Stunde ist gekommen: wann sie aber das

---

℣. 7. *Expedit vobis, ut ego vadam.* Eorum tristitiam lenit, hoc ipso tempore, quo ad mortem festinat. *Paraclitus non veniet.* Nam effusio illa Spiritus sancti fructus esse debuit mortis & resurrectionis Christi, secundum decretum divinum.

℣. 8. *Arguet mundum de peccato.* Incredulitatis & infidelitatis, quod præ incredulitate sua tot in eum facinora admiserint.

℣. 10. *De justitia vero.* Mundum ex eo convincit justum se esse & innoxium, quod rediturus sit ad Patrem per gloriosam Ascensionem suam, per doctrinam Apostolorum tot miraculis confirmatam, per conversionem gentium. Aug. *Quo pacto igitur mundus arguendus est de justitia, nisi de justitia credentium? . . . . Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. Non videbitis me.* Humilem, sed excelsum; non videbitis mortalem, sed sempiternum.

℣. 11. *Quia princeps hujus mundi jam judicatus est.* Et regnum ejus destructum est; exuendus est imperio, quod in homines exercet, & in abyssum præcipitandus. Post Christi adventum dæmon obmutuit, cessarunt oracula; qua de re opusculum conscripsit Plutarchus: *Cur cessarint oracula.* Aug. *Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de peccato infidelitatis suæ, qua peccata omnia continentur. Transeant in numerum fidelium, ne arguantur de justitia eorum, quos justificatos non imitantur. Caveant futurum judicium, ne cum mundi principe damnentur, quem judicatum mirantur.*

℣. 13. *Docebit vos omnem veritatem.* Quæ ad vestrum ministerium est necessaria, & docebit ea, quæ nunc portare non potestis mysteria omnia Christianæ religionis. *Loquetur.* quæcumque audiet dicenda. *Docebit vos.* Græce: *Deducet vos in omnem veritatem.*

℣. 14. *Quia de meo accipiet.* Quia a me procedit ut a Patre. Aug. Tract. 99. *Non ergo loquetur a semetipso, quia non est a semetipso; sed quæcumque audiet, loquetur. Ab illo audiet, a quo procedit: audire illi scire est, scire vero esse.*

℣. 15. *Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt.* Ac proinde divinitas ipsa. Eadem habeo ut filius ejus.

℣. 16. *Quia vado ad Patrem.* Quia brevi moriar, crastino die. *Et videbitis me.* Post resurrectionem meam.

℣. 17. *Quod dicit nobis: Modicum.* Quod cum non intelligerent discipuli (nam mors Christi sæpe eis prædicta fuit, numquam intellecta) quærebant inter se, quid hoc esset. Noluit Christus aperte mortem imminentem iis exponere, ne illorum augeret tristitiam; sed illud futurum admonuit, ut de absentia sua magno afficerentur dolore.

℣. 20. *Quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Me capto & crucifixo. *Vertetur in gaudium.* Post resurrectionem meam. Utrumque hunc statum comparat cum muliere parturiente.

das Kind gebohren hat, so gedenket sie nicht mehr an die Angst, um der Freude willen, daß ein Mensch in die Welt gebohren ist.

22. Und ihr habt jetzt auch Traurigkeit, aber ich will euch wiederum sehen, und euer Herz wird sich erfreuen: und eure Freude wird niemand von euch nehmen.

23. Und an demselbigen Tage werdet ihr mich nichts fragen. Wahrlich, wahrlich sage ich euch: so ihr den Vater etwas bitten werdet in meinem Namen, so wird ers euch geben.

24. Bisher habt ihr nichts gebethen in meinem Namen: bittet, so werdet ihr empfangen, auf daß eure Freude vollkommen sey.

25. Dieses habe ich durch Sprichworte zu euch geredet. Es kömmt aber die Stunde, daß ich nun nicht mehr durch Sprichworte zu euch reden werde: sondern werde es euch öffentlich vom Vater verkündigen.

26. An demselbigen Tage werdet ihr in meinem Namen bitten: und ich sage euch nicht, daß ich den Vater für euch bitten will:

27. Denn er der Vater selbst hat euch lieb, dieweil ihr mich geliebet habt, und geglaubt, daß ich von GOTT ausgegangen bin.

28. Ich bin vom Vater ausgegangen, und bin in die Welt gekommen: wiederum verlasse ich die Welt, und gehe zum Vater.

29. Da sprachen seine Jünger zu ihm: Siehe, nun redest du öffentlich, und sagest kein Sprichwort.

30. Nun wissen wir, daß dir alle Dinge bekannt sind: und ist dir nicht vonnöthen, daß dich jemand frage: dadurch glauben wir, daß du von GOtt ausgegangen bist.

31. JEsus antwortete ihnen: Glaubet ihr jetzt?

32. Siehe, es kömmt die Stunde, und ist schon gekommen, daß ihr zerstreuet werdet, ein jeglicher in das Seinige, und mich allein lasset: und ich bin doch nicht allein, denn der Vater ist bey mir.

33. Dieses habe ich zu euch geredet, auf daß ihr Friede in mir habet. In der Welt werdet ihr Bedrängniß haben: aber seyd getrost, ich habe die Welt überwunden.

Das siebenzehente Capitel.

I. JEsus bittet seinen himmlischen Vater um seine Verklärung. 1. II. Um die Heiligung seiner Jünger: 9. Und aller derjenigen, so durch ihre Predigten an ihn glauben werden. 20.

1. Dieses redete JEsus: und hub seine Augen auf gen Himmel, und sprach: Vater, die Stunde ist gekommen, verklare deinen Sohn, auf daß dich dein Sohn auch verkläre:

2. Wie du dann ihm Macht gegeben hast über alles

puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum.

22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. ✝ *a* Amen, Amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. ✝ *DOM. 5. POST PASCH.*

24. Usque modo non petistis quidquam in nomine meo: petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. *a Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Supr. 14. 13. Jacob. 1. 5.*

25. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora, cum jam non in proverbiis loquar vobis: sed palam de Patre annuntiabo vobis.

26. In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis:

27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego a DEO exivi.

28. Exivi a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29. Dicunt ei discipuli ejus: Ecce, nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis.

30. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, ut quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo existi.

31. Respondit eis Jesus: Modo creditis?

32. Ecce, *b* venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. *b Matth. 26. 31. Marc. 14. 27.*

33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

CAPUT XVII.

I. Orat ad Patrem pro utriusque clarificatione. 1. II. Pro discipulis. 9. Et omnibus, qui per illos in ipsum essent credituri, ut omnes sint unum. 20.

1. Hæc locutus est Jesus: & sublevatis oculis in cœlum, dixit: ✝ Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: ✝ *IN VIG. ASCENS.*

2. Sicut *a* dedisti ei potestatem omnis carnis, *a Matth. 28. 18.*

℣. 23. *Et in illo die me non rogabitis quidquam.* Non me interrogabitis de discessu meo, nec de morte; ea quippe ex eventu ipso & per Spiritum sanctum cognoscetis: vos scientia implebit Spiritus sanctus. *Vel in illo die.* Felicitatis æternæ, ubi gaudium vestrum nemo tollet a beatis vobis.

℣. 24. *Usque modo non petistis quidquam in nomine meo.* Nihil adhuc petierant in nomine Christi ut mediatoris & redemptoris. Aug. Tract. 102. *Quoniam in comparatione rei, quam petere debuistis, pro nihilo habendum est, quod petistis. Ut gaudium vestrum sit plenum.* Græc. *repletum.* Ita ut accipiatis quidquid petieritis. Hoc in nomine meo petite, ut gaudium vestrum sit plenum, & accipietis.

℣. 25. *Sed palam annuntiabo.* Post resurrectionem apertius, imo in cœlo demonstrabo.

℣. 26. *Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis.* Pro vobis. Non negat se Patrem oraturum pro ipsis, sed consolatur eos, dicendo: *Pater amat vos.*

℣. 27. *Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis.* Sed prius amaverat Deus: est in vobis jam unde a Patre amemini: amavit prius, ut bonos faceret; nunc amat propter bonum, quod in eis est, & vult eos remunerare.

℣. 28. *Exivi a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.* Non dixit, reliqui Patrem, & veni in mundum: nam semper cum Patre mansit. *Iterum.* Vice versa relinquo mundum, a Deo ipso exivi.

℣. 30. *Quia a Deo existi.* Ut Deus de Deo, non solum ut legatus a Deo missus, ut perperam interpretantur Sociniani. *Non opus est.* Nam antequam quis interroget, nosti quid interrogaturus sit. Sic non opus est Deo, ut quis eum oret: scit enim quid oraturi simus; sed opus est nobis.

℣. 31. *Modo creditis?* Sed paulo post apparebit, quam imperfecta sit fides vestra: vel itane modo creditis, & tam fero?

℣. 33. *Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis.* Non ut exprobrans hæc dixi vobis, sed ut pacem & tranquillitatem vestram in omnibus angustiis in me sitam esse, nec vos a me desertum iri credatis. *Ut in me pacem habeatis.* In me confisi tranquillo & quieto sitis animo. *In mundo pressuram habebitis.* Augustinus in Psalm. 96. *Tranquilliora & meliora tempora solite sperare fratres; fallitus vos. Quid vobis Evangelium non promittit, unde promittere. Ego vici mundum.* Vincam patientissime mortem perferendo, & vos vincere faciam per gratiam meam.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Pater venit hora.* Tempus a te præfixum. *Clarifica Filium tuum.* Elata voce pronuntiavit hanc admirabilem orationem in gratiam Apostolorum & fidelium, primum postulat a Patre resurrectionis & nominis sui gloriam, quæ in Patris honorem redundabit. *Venit hora.* Passionis. *Clarifica.* Græc. *δόξασον.* Glorifica, per Resurrectionem, Ascensionem & Missionem Spiritus sancti, & Evangelii per totum orbem prædicationem. *Ut clarificet.* Ut divinitatem tuam & gloriam omnibus manifestam faciat.

nis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

3. Hæc est autem vita æterna: ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti, Jesum Christum.

4. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam:

5. Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te.

6. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt.

7. Nunc cognoverunt, quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt:

8. Quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt vere, quia a te exivi, & crediderunt, quia tu me misisti.

II. 9. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt:

10. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.

11. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. *Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos.

12. Cum essem cum eis, ego servabam eos, *b Infr.* 18. 9. in nomine tuo. *b* Quos dedisti mihi custodivi: *c Psal.* 108. 8. & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, *c* ut Scriptura impleatur.

13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

15. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo.

16. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

17. Sanctifica eos in veritate: sermo tuus veritas est.

Fleisch, daß er allen denen, die du ihm gegeben hast, das ewige Leben gebe.

3. Dieses ist aber das ewige Leben: daß sie dich, den wahren GOtt, allein erkennen, und den du gesandt hast, JEsum Christum.

4. Ich habe dich verkläret auf Erden: ich habe das Werk vollzogen, das du mir zu thun gegeben hast:

5. Und nun, du Vater, verkläre mich bey dir selbst mit der Klarheit, die ich bey dir gehabt habe, ehe dann die Welt war.

6. Ich habe deinen Namen den Menschen offenbaret, die du mir aus der Welt gegeben hast: sie waren dein, und du hast sie mir gegeben: und sie haben dein Wort gehalten.

7. Nun haben sie erfahren, daß alles, was du mir gegeben hast, von dir ist:

8. Denn ich habe ihnen die Worte gegeben, die du mir gegeben hast: und sie haben sie angenommen, und haben in der Wahrheit erkannt, daß ich von dir ausgegangen bin, und haben geglaubt, daß du mich gesandt hast.

II. 9. Ich bitte für sie: für die Welt bitte ich nicht, sondern für diejenigen, die du mir gegeben hast, denn sie sind dein:

10. Und alles, was mein ist, das ist dein, und was dein ist, das ist mein: und ich bin in ihnen verkläret.

11. Und ich bin nun nicht mehr in der Welt, diese aber sind noch in der Welt, und ich komme zu dir. Heiliger Vater, erhalte sie in deinem Namen, die du mir gegeben hast, daß sie eines sind, wie auch wir.

12. Als ich bey ihnen war, da erhielt ich sie in deinem Namen. Die du mir gegeben hast, habe ich bewahret: und keiner aus ihnen ist verlohren, als allein das Kind des Verderbens, damit die Schrift erfüllet werde.

13. Nun aber komme ich zu dir: und ich rede dieses in der Welt, damit sie meine Freude in ihnen selbst vollkommen haben.

14. Ich habe ihnen dein Wort gegeben, und die Welt hat sie gehasset, darum, daß sie nicht von der Welt sind, wie ich auch nicht von der Welt bin.

15. Ich bitte nicht, daß du sie aus der Welt nehmest, sondern, daß du sie vor dem Bösen bewahrest.

16. Sie sind nicht von der Welt, wie ich auch nicht von der Welt bin.

17. Heilige sie in der Wahrheit: dein Wort ist die Wahrheit.

18. Wie

℣. 3. *Hæc est autem vita æterna.* Hic inchoanda per fidem, & in cœlo perficienda per visionem, cujus consequendæ ratio duplex, unius Dei & veri, ac Christi ab eo missi cognitio. *Solum Deum verum.* Ut per fidem vivam, quæque per dilectionem operatur, cognoscant te esse illum, qui solus cum Filio & Spiritu sancto verus est Deus. Nam vox, *solus*, excludit tantum ea, quæ sunt extra Patris naturam: non Filium, qui in Patre est, ut Pater in ipso; non Spiritum sanctum, qui ab utroque procedit. Unde & Ariani ac Novatores perperam abutuntur hoc loco, dum illi negant Filium esse verum Deum; hi vero male colligunt ad vitam æternam sufficere fidem in Deum & in mediatorem Christum. Deinde fides non sufficit ad consequendam vitam æternam, sed est via, quæ ad illam ducit, eaque est salutis fundamentum. *Ut cognoscant te solum Deum verum.* Te esse illum, qui solus est verus Deus: adeo ut vox illa, *solum*, non ad Patrem tantummodo, ut Sociniani pertendunt, sed ad Patrem & ad Jesum Christum referatur, τὸν μόνον. Articulus præfixus, & emphasim habens, illum verum Deum a falsis Gentilium diis omnino distinguit: neque id tantummodo significat, qui est solus: sed ut vir doctus animadvertit, illud plane significat ὁ εἶ ὁ μόνος, *qui solus es ille Deus*, cum idola non sint dii. *Ego te clarificavi.* Clarificavit Patrem vita, doctrina, & signis sed miraculis. *Nunc clarifica me.* Ut intelligant homines gloriam, quam habeo apud te. Rogat Patrem, ut per resurrectionem & sessionem ad ejus dexteram secundum humanitatem, in se refundat eam gloriam, quam habuit ante mundum conditum, ut ab omnibus & ubique cognoscatur, ut Filius unicus Patris, quam gloriam visus est quodammodo deponere, cum naturam induit humanam. Sic ordinanda videntur verba: Claritate quam habui apud te, priusquam mundus fieret, nunc me clarifica: est enim hysteron proteron.

℣. 6. *Manifestavi nomen tuum hominibus.* Discipulis meis, pro quibus secundo loco orat Patrem, ut eos conservet in fide & charitate. August. Tract. 106. *Non illud nomen tuum, quo vocaris Deus, sed illud, quo vocaris Pater meus. Hoc nomen ejus prius occultum omnibus, nunc manifestavit eis, quos dedit ei Pater ipse de mundo.*

℣. 9. *Non pro universo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi.* Specialim nunc pro Apostolis & discipulis meis rogo. *Tui sunt.* Etsi dati sunt mihi a Patre, cum omnia sint communia Patri & Filio.

℣. 10. *Et clarificatus sum in eis.* Qui relictis omnibus secuti sunt me, & per fidem mihi adhæserunt.

℣. 11. *Et ego ad te venio.* Cras moriturus, & paulo post resurrecturus ad vitam immortalem. *Ut sint unum, sicut & nos.* Unum sint in unitate spiritus & voluntatis citra divisionis notam, sicut unum sumus in unitate naturæ. Ut sint unum corpus cum Christo, unus spiritus cum Deo.

℣. 12. *Ego servabam eos in nomine tuo.* Præsentia humanitatis meæ, verbo, exemplo, miraculis. *In nomine tuo.* Per virtutem operationis tuæ, tamquam a te missus. *Nisi filius perditionis.* Sed tantum periit Judas. Sic Matth. 5. *Ad nihil valet ultra, nisi ut mittatur foras.* Nemo ex iis *perit* pro *periit. Ut Scriptura impleatur.* Particula *ut* eventum significat, non causam.

℣. 13. *Ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.* Ut gaudium, quod ex mea præsentia conceperunt, non minuatur, sed crescat.

℣. 14. *Quia non sunt de mundo.* i. Amatores mundi.

℣. 15. *Sed ut serves eos a malo.* Ab hominum nequitia, vel a re mala, vel a tentationibus diaboli: *a maligno*, ἐκ τοῦ πονηροῦ. Sic enim vox Græca exponi potest.

℣. 17. *Sanctifica eos in veritate.* Unctione gratiæ tuæ, dignos effice hoc ministerio, ut veritatis doctrinam annuntient.

18. Wie du mich in die Welt gesandt hast, also habe ich sie auch in die Welt gesandt.

19. Und ich heilige mich selbst für sie: auf daß sie auch geheiliget sind in der Wahrheit.

20. Ich bitte aber nicht allein für sie, sondern auch für diejenigen, welche durch ihr Wort an mich glauben werden:

21. Auf daß sie alle eins sind, wie du Vater in mir bist, und ich in dir, daß sie auch also in uns eins sind: damit die Welt glaube, daß du mich gesandt hast.

22. Und ich habe ihnen die Herrlichkeit * gegeben, die du mir gegeben hast: daß sie eins sind, wie wir auch eins sind. * Klarheit.

23. Ich in ihnen, und du in mir: auf daß sie vollkommen sind in einem: und die Welt erkenne, daß du mich gesandt hast, und daß du sie geliebet hast, gleichwie du mich hast geliebet.

24. Vater, ich will, daß wo ich bin, auch diejenigen mit mir sind, die du mir gegeben hast: damit sie meine Klarheit sehen, die du mir gegeben hast: denn du hast mich geliebet, ehe dann die Welt gegründet ward.

25. Gerechter Vater, die Welt hat dich nicht erkennet: aber ich habe dich erkennet: und diese haben auch erkennet, daß du mich gesandt hast.

26. Und ich habe ihnen deinen Namen kund gemacht, und will ihn kund machen: auf daß die Liebe, damit du mich geliebet hast, in ihnen sey, und ich in ihnen.

Das achtzehente Capitel.

I. JEsus gehet in den Garten, da er sich fangen läßt. 1. II. Wird geführt zu Anna und Caiphä, da empfängt er einen Backenstreich, und wird von Petro verläugnet. 12. III. Wird Pilato überliefert, welcher ihn fragt, abhört, und losagen will. 28. Aber die Juden wollen lieber Barabbam einen Mörder loshaben, als JEsum. 39.

1. Da JEsus dieses geredet hatte, gieng er mit seinen Jüngern hinaus über den Bach Cedron, daselbst war ein Garten, darein er gieng mit seinen Jüngern.

2. Judas aber, der ihn verrieth, wußte auch denselbigen Ort: denn JEsus war oft mit seinen Jüngern dahin gekommen.

3. Als nun Judas zu sich genommen hatte die Rotte, und Diener der Hohenpriester und Pharisäer, kam er dahin mit Leuchten *, und Fackeln, und Waffen. * Laternen.

4. Dieweil nun JEsus alles wußte, was ihm begegnen würde, tratt er hervor, und sprach zu ihnen: Wen suchet ihr?

5. Sie antworteten ihm: JEsum von Nazareth. JEsus spricht zu ihnen: Ich bins. Es stund aber auch Judas bey ihnen, der ihn verrieth.

6. Als er nun zu ihnen sprach: Ich bins; wichen sie zurück, und fielen nieder auf die Erde.

18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

19. Et pro eis ego sanctificabo meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in veritate.

20. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me:

21. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti.

22. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

23. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

24. Pater, quos dedisti mihi, volo ut, ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

25. Pater juste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti.

26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAPUT XVIII.

I. Jesus a Judais capitur, illis primum ad ipsius verbum in terram cadentibus. 1. II. Ad Annam & Caipham ducitur: respondens Pontifici, alapa caeditur: ter a Petro negatur. 12. III. Pilatus in praetorium, dicit Pilato suum regnum non esse de hoc mundo. 28. Judaei Jesum mori cupiunt, soluto Barabba. 39.

1. Haec cum dixisset Jesus, † egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus. † *PASSIO FER 6. IN PARASC.* *a 2. Reg. 15. 23.* *Matth 26. 36.* *Marc. 14. 32.* *Luc. 22. 39.*

2. Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

3. Judas *b* ergo cum accepisset cohortem, & a Pontificibus, & Pharisaeis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis. *b Matth. 26. 47.* *Marc. 14 43.* *Luc. 22. 47.*

4. Jesus itaque sciens omnia, quae ventura erant super eum, processit, & dixit eis: Quem quaeritis?

5. Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipsis.

6. Ut ergo dixit eis: Ego sum; abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

7. Iterum

℣. 19. *Et pro eis ego sanctifico me ipsum.* Offero me tibi, & consecro in hostiam sanctam, in ara crucis. *Sanctificare* in veteri Testamento est ad rem sacram praeparare. *In veritate.* Veram eis apprecatur puritatem, ut sint sanctificati, initiati & consecrati ad annuntiandam veritatem. Solebant victimae sanctificari, id est, segregari ad cultum Dei, priusquam offerrentur.

℣. 21. *Ut omnes unum sint.* Ejusdem fidei & charitatis vinculo conjuncti ad divinarum personarum similitudinem. *Quia tu me misisti.* Haec enim fidei & dilectionis consensio magno erit argumento hanc doctrinam plane coelestem esse, Filium a Patre missum: cum tot nationes & moribus & locorum intervallis adeo disjunctae in eosdem sensus & affectus convenire non possent, nisi ab eodem fonte manarent. *Ut credat mundus.* Ut eorum exemplo alii perducantur ad fidem.

℣. 22. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis.* Nempe ut sint filii per adoptionem, quemadmodum filius sum per naturam. Vel dedi eis potestatem edendi miracula; utraque filiatio & natura & adoptione, claritatis, seu gloriae nomine designari solet in Scripturis. Sic Joan. 1. *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre:* & Rom. cap. 5. *Gloriamur in spe gloriae Filiorum Dei.*

℣. 23. *Ego in eis, & tu in me.* Supple, sicut in tu me. Similitudo ad suum exemplar insinuatur. *Ut sint consummati in unum.* In unum corpus cum Christo perfecte conjuncti.

℣. 24. *Ut videant claritatem meam.* Gloriam quam mihi ut homini daturus es.

℣. 25. *Pater juste.* Qui reddis unicuique juxta opera sua. *Mundus te non cognovit.* Maxima pars hominum, & mundo addicti.

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron.* Torrens ille inter Jerusalem, & montem Oliveti praetersluit vallem interjectam.

℣. 3. *Judas ergo cum accepisset cohortem.* Quae solemnibus festis dari solebat a praeside, principibus, seu senatoribus, ne quis tumultus fieret. Si minus totam accepit cohortem, certe magnam ejus partem, cohors quae erat pars decima legionis, templi & urbis praesidio erat destinata, praesertim in festo Paschatis.

℣. 4. *Processit.* Illis obviam.

℣. 6. *Abierunt retrorsum.* Debilitate immissa, ita ut stare non possent, nec praesentem Jesum agnoscerent: quo quidem miraculo ostendit Jesus se nulla vi coactum, sed ultro ad mortem properare.

7. Iterum ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.
8. Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire.
e Sup.17.12. 9. Ut impleretur sermo, quem dixit: *e* Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.
10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit Pontificis servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.
11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?
II. 12. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum:
d Luc.3. 2. 13. Et adduxerunt eum ad *d* Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius.
e Supr. 11. 49. 14. Erat autem Caiphas, *e* qui consilium dederat Judæis: Quia expedit, unum hominem mori pro populo.
15. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici, & introivit cum Jesu in atrium Pontificis.
f Matth. 26. 58. Marc.14.54. Luc. 22. 55. 16. Petrus autem stabat ad ostium foris. *f* Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum.
17. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.
18. Stabant autem servi, & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans, & calefaciens se.
19. Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, & de doctrina ejus.
20. Respondit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil:
21. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus sim ipsis: ecce, hi sciunt, quæ dixerim ego.
22. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes Pontifici?
23. Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?
g Matth. 26. 57. 24. Et *g* misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.
Marc.14.53. Luc. 22. 54. h Matth. 26. 69. Marc.14.67. Luc. 22. 56. 25. Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. *h* Dixerunt ergo eis: Numquid & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non sum.
26. Dicit ei unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auri-

7. Da fragte er sie abermal: Wen suchet ihr? Sie aber sprachen: JEsum von Nazareth.
8. JEsus antwortete: Ich habe euch gesagt, daß ich es bin: suchet ihr dann mich, so lasset diese gehen.
9. Damit das Wort erfüllet würde, das er geredet hatte: Die du mir gegeben hast, von denen habe ich keinen verlohren.
10. Da hatte Simon Petrus ein Schwert, und zog es aus, und schlug den Knecht des Hohenpriesters: und hieb ihm sein rechtes Ohr ab. Des Knechts Name aber war Malchus.
11. Da sprach JEsus zu Petro: Stecke dein Schwert in die Scheide. Soll ich den Kelch nicht trinken, den mir mein Vater gegeben hat?
II. 12. Aber die Rotte, und der Oberhauptmann, und die Diener der Juden griffen JEsum an, und banden ihn:
13. Und führten ihn erstlich zu Anna, denn er war des Caiphä Schwäher, welcher desselben Jahrs Hoherpriester war.
14. Es war aber Caiphas derjenige, der den Juden den Rath gegeben hatte: Es wäre gut, daß ein Mensch für das Volk sterbe.
15. Simon Petrus aber folgete JEsu nach, und ein anderer Jünger. Aber derselbige Jünger war dem Hohenpriester bekannt, und gieng mit JEsu zu des Hohenpriesters Hof hinein.
16. Petrus aber stund draußen an der Thür. Da gieng der andere Jünger hinaus, der dem Hohenpriester bekannt war, und redete mit der Thürhüterinn, und führete Petrum hinein.
17. Da sprach die Magd, die Thürhüterinn, zu Petro: Bist du nicht auch von den Jüngern dieses Menschen? Er sprach: Ich bins nicht.
18. Aber die Knechte und Diener stunden am Kohlfeuer, und wärmeten sich, denn es war kalt: Petrus aber stund auch bey ihnen, und wärmete sich.
19. Der Hohepriester aber fragte JEsum um seine Jünger, und um seine Lehre.
20. JEsus antwortete ihm: Ich habe öffentlich vor der Welt geredet: ich habe allezeit in der Schule * gelehret, und im Tempel, dahin alle Juden zusammenkommen, und habe nichts im Verborgenen geredet: * in der Synagoge.
21. Was fragest du mich? frage die, so gehöret haben, was ich zu ihnen geredet habe: siehe, die wissen, was ich gesagt habe.
22. Als er aber dieses gesagt hatte, gab einer von den Dienern, welche dabeystunden, JEsu einen Backenstreich und sprach: Antwortest du also dem Hohenpriester?
23. JEsus antwortete ihm: Habe ich übel geredet, so beweise, daß es unrecht sey: habe ich aber wohl geredet, was schlägst du mich dann?
24. Und Annas hatte ihn gebunden zu Caipha dem Hohenpriester gesandt.
25. Aber Simon Petrus stund, und wärmete sich. Da sprachen sie zu ihm: Bist du nicht auch von seinen Jüngern? Er läugnete es, und sprach: Ich bin es nicht.
26. Spricht einer von den Knechten des Hohenpriesters zu ihm, ein Verwandter desjenigen, dem Petrus das

---

℣. 8. *Sinite hos abire.* Verba sunt jubentis & operantis efficaciter, non deprecantis aut suadentis. *Percussit.* Non expectato Christi responso.

℣. 10. *Percussit Pontificis.* i. Summi.

℣. 12. *Cohors & tribunus.* Præfectus cohortis. Græc. χιλίαρχος. *Adducerent.*

℣. 13. *Adduxerunt.* Honoris gratia, aut forte domus ejus erat in proximo. Cyrillus post hæc verba, *Pontifex anni illius*, interserit sequentia: *Miserunt autem eum vinctum ad Caipham Pontificem.* Quod insinuat Evangelista, & clarius exprimit v. 24.

℣. 15. *Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, & alius discipulus.* Civis Jerosolymitanus, non Joannes, qui toto triennio palam Christo adhæserat.

℣. 19. *Pontifex.* i. Caiphas. *Ergo interrogavit Jesum de discipulis suis &c.* Cur discipulos colligeret, quidve eos doceret.

℣. 20. *Ego palam locutus sum mundo.* Docuit aliquando in deserto, in via & privatim: sed nihil diversum ab iis, quæ palam docuit, nihil quod publicum fieri nollet. *Semper.* i. Assidue.

℣. 24. *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.* Miserat: Idque dictum existimat Cyrillus repetendo, & ad priora orationem reducendo, ut eam, quæ tertio facta est Petri negationem commode recenseret. *Et misit eum Annas.* Græc. *Misit igitur eum Annas,* ἀπέστειλεν οὖν. Quæ Cyrilli lectio difficultatem solvit, quæ ex nostra oritur lectione, utrum in domo Annæ, aut in ædibus Caiphæ hæc acciderint. Sed ut lectio Cyrilli non recipiatur, tamen recte intelligimus *misit* pro *miserat.* Nam Hebræi carent præterito plusquam perfecto.

das Ohr abgehauen hatte: Habe ich dich nicht im Garten bey ihm gesehen?

27. Da läugnete Petrus abermal: und alsbald krähete der Hahn.

III. 28. Da führeten sie JEsum von Caipha in das Richthaus. Es war aber früh: und sie giengen nicht in das Richthaus, damit sie nicht verunreiniget würden, sondern das Osterlamm essen möchten.

29. Derowegen gieng Pilatus zu ihnen hinaus, und sprach: Was bringet ihr für eine Klage wider diesen Menschen?

30. Sie antworteten, und sprachen zu ihm: Wenn dieser nicht ein Uebelthäter wäre, so hätten wir ihn dir nicht überantwortet.

31. Da sprach Pilatus zu ihnen: So nehmet ihr ihn hin, und richtet ihn nach eurem Gesetz. Die Jüden sprachen zu ihm: Es ist uns nicht zugelassen, jemand zu tödten.

32. Damit das Wort JEsu erfüllet würde, so er gesagt hat, anzudeuten, welches Todes er sterben würde.

33. Da gieng Pilatus wiederum in das Richthaus, und rief JEsu, und sprach zu ihm: Bist du der König der Jüden?

34. JEsus antwortete: Sagest du das von dir selbst, oder haben es dir andere von mir gesagt?

35. Pilatus antwortete: Bin ich dann ein Jüde? dein Volk, und die Hohenpriester haben dich mir überantwortet: was hast du gethan?

36. JEsus antwortete: Mein Reich ist nicht von dieser Welt: wenn mein Reich von dieser Welt wäre, so würden meine Diener freylich für mich stritten, daß ich den Jüden nicht überantwortet würde: nun aber ist mein Reich nicht von hinnen.

37. Da sprach Pilatus zu ihm: So bist du dann ein König? JEsus antwortete: Du sagsts, denn ich bin ein König. Ich bin dazu gebohren, und bin dazu in die Welt gekommen, daß ich der Wahrheit Zeugniß gebe. Wer aus der Wahrheit ist, der höret meine Stimme.

38. Spricht Pilatus zu ihm: Was ist die Wahrheit? Und als er dieses gesagt hatte, gieng er wiederum hinaus zu den Jüden, und sprach zu ihnen: Ich finde keine Schuld an ihm.

39. Ihr habt aber eine Gewohnheit, daß ich euch auf die Ostern einen losgebe. Wollet ihr nun, daß ich euch den König der Jüden losgebe?

40. Da riefen sie wieder alle miteinander, und sprachen: Nicht diesen, sondern Barabbam: Barabbas aber war ein Mörder.

Das neunzehente Capitel.

I. JEsus wird gegeisselt, mit Dörnern gekrönet, und dem Volke von Pilato vorgestellt. 1. II. Die Jüden aber wollen ihn todt, und gekreuziget haben. 7. Denen dann Pilatus zuletzt willfahret, und JEsum zum Kreuze verdammet. 16. III. Die Kriegsleute kreuzigen JEsum, und theilen seine Kleider. 18. IV. JEsus aber, nachdem er Johanni seine Mutter anbefohlen, verscheidet mit geneigtem Haupte. 25. V. JEsu wird kein Bein gebrochen, sondern seine Seite mit einem Speer eröffnet: 31. Darauf wird sein Leichnam begraben. 38.

1. Da nahm Pilatus JESUM, und geißelte ihn.

culam: Nonne ego te vidi in horto cum illo?

27. Iterum ergo negavit Petrus: & statim gallus cantavit.

III. 28. Abducunt *i* ergo Jesum a Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, *k* ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha.

29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis adversus hominem hunc?

30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere quemquam.

32. Ut *l* sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

33. Introivit *m* ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei: Tu es rex Judæorum?

34. Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

35. Respondit Pilatus: Numquid ego Judæus sum? gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?

36. Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam.

39. Est *n* autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum?

40. Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAPUT XIX.

I. A Pilato flagellatus, & spinis coronatus, populo exhibetur. 1. II. A Judæis ad mortem deposcitur. 7. A Pilato meticuloso morti adjudicatus bajulat crucem. 16. III. Inter latrones crucifigitur, posito super crucem titulo. 18. IV. Matrem Joanni commendat; & aceto potatus, consummatisque omnibus tradit spiritum. 25. V. Ex aperto ejus latere sanguis & aqua profluit: denique corpus myrrha & aloe conditum sepelitur. 38.

1. Tunc *a* ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit.

2. Et

i *Matth.* 27. 2. *Marc* 15. 1. *Luc.* 23. 1. *k Hebr.* 10. 28. & 11. 3.

l *Matth.* 20. 19.

m *Matth.* 27. 11. *Marc.* 15. 2. *Luc.* 23. 3.

n *Matth.* 27. 15. *Marc.* 15. 6. *Luc.* 23. 17.

a *Matth.* 27. 27. *Marc.* 15. 16.

℣. 28. *Adducunt ergo Jesum a Caipha in prætorium.* In domum præsidis. *Sed ut manducarent Pascha.* Id est agnum Paschalem, quem feria sexta manducabant sacerdotes & magna pars Judæorum, ut nobis dictum est ad caput 13. & ad caput 26. Matthæi.

℣. 31. *Nobis non licet interficere quemquam.* Judæis ademerant Romani gladii potestatem. Stephanum quidem occiderunt populo tumultuante, sed forsan absente præside. Litem tamen instruere poterant ipsi, & reum mortis pronuntiare.

℣. 32. *Ut sermo Jesu impleretur.* Matth. cap. 20. Tradent eum gentibus.

℣. 34. *A temetipso hoc dicis?* Videtur ex hoc colloquio secreto cum Pilato Christus vel Græce vel Latine locutus. An propria sponte id quæris?

℣. 35. *Numquid Judæus sum.* Ut curem vestro de Messia promisso.

℣. 36. *Non est de hoc mundo.* Seu mundanum & terrenum.

℣. 37. *Tu dicis, quia rex sum ego.* Vere dicis: Hebraismus affirmantis. *Ut testimonium perhibeam veritati.* Præcipue isti quod rex sim æternus, Messias verus.

℣. 38. *Quid est veritas?* Quæstionem proposuit fastidiose, & instar contemnentis. Non expectato responso foras egreditur.

CAPUT XIX.

℣. 1. *Tunc ergo apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit.* Græc. ἐμαστίγωσε, loris cecidit lictorum manibus, si forte ea flagellatione Judæorum plebs placari posset: crucifigendi prius flagellabantur.

2. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus: & veste purpurea circumdederunt eum.

3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Judæorum: & dabant ei alapas.

4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce, adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam.

5. Exivit ergo Jesus, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. Et dicit eis: Ecce homo.

6. Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo causam.

II. 7. Responderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.

8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

9. Et ingressus est prætorium iterum, & dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit ei.

10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

11. Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari.

13. Pilatus autem, cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, hebraice autem Gabbatha.

14. Erat autem Parasceve Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Judæis: Ecce rex vester.

15. Illi autem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem.

16. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperunt autem Jesum, & eduxerunt.

b Matth. 27. 33. Marc. 15. 22. Luc. 23. 33.

17. Et *b* bajulans sibi crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvariæ, locum, hebraice autem Golgotha:

III. 18. Ubi crucifixerunt eum: & cum eo alios duos, hinc, & hinc: medium autem Jesum.

19. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum: Jesus Nazarenus, Rex Judæorum.

2. Und die Kriegsknechte flochten eine Krone von Dörnern, und setzten sie auf sein Haupt, und thaten ihm ein Purpurkleid an.

3. Und traten zu ihm, und sprachen: Sey gegrüßt, du König der Juden: und sie gaben ihm Backenstreiche.

4. Da gieng Pilatus wiederum heraus, und sprach zu ihnen: Sehet, ich führe ihn zu euch heraus, damit ihr erkennet, daß ich keine Schuld an ihm finde.

5. Also gieng JEsus heraus, und trug eine dörnere Krone, und Purpurkleid. Und er sprach zu ihnen: Siehe ein Mensch.

6. Als nun die Hohenpriester, und die Diener ihn sahen, riefen sie, und sprachen: Kreuzige ihn, kreuzige ihn. Pilatus spricht zu ihnen: Nehmet ihr ihn dann hin, und kreuziget ihn: denn ich finde keine Schuld an ihm.

II. 7. Die Juden antworteten ihm: Wir haben ein Gesetz, und nach demselbigen Gesetz muß er sterben, denn er hat sich selbst zum Sohn GOttes gemacht.

8. Da nun Pilatus diese Rede hörete, fürchtete er sich vielmehr.

9. Und er gieng wiederum in das Richthaus, und sprach zu JEsu: Woher bist du? JEsus aber gab ihm keine Antwort.

10. Da sprach Pilatus zu ihm: Redest du nicht mit mir? weißt du nicht, daß ich Macht habe, dich zu kreuzigen, und Macht habe, dich loszugeben?

11. JEsus antwortete: Du hättest keine Macht über mich, wenn sie dir nicht wäre von oben herab gegeben worden, darum, der mich dir überantwortet hat, der hat eine größere Sünde.

12. Von dem an trachtete Pilatus darnach, daß er ihn losgebe. Die Juden aber riefen, und sprachen: Lässest du diesen los, so bist du des Kayfers Freund nicht: denn wer sich zum König macht, der widerspricht dem Kayser.

13. Als aber Pilatus diese Rede hörete, führte er JEsum heraus, und setzte sich auf den Richterstuhl, an den Ort, so auf griechisch Lithostrotos, auf hebräisch Gabbatha genennet wird.

14. Es war aber der Rüsttag für Ostern, um die sechste Stunde, und er sprach zu den Juden: Sehet euer König.

15. Sie aber riefen: Hinweg, hinweg mit ihm, kreuzige ihn. Pilatus spricht zu ihnen: Soll ich euren König kreuzigen? Die Hohenpriester antworteten: Wir haben keinen König, als den Kayser.

16. Da überantwortete er ihn denen, daß er gekreuziget würde. Da nahmen sie JEsum an, und führten ihn hinaus.

17. Und er trug sein Kreuz, und gieng hinaus zu dem Ort, das man die Schädelstätte nennet, auf hebräisch aber Golgotha.

III. 18. Da kreuzigten sie ihn: und mit ihm zween andere auf beyden Seiten: JEsum aber mitten unter ihnen.

19. Und Pilatus schrieb die Ueberschrift, und setzte sie auf das Kreuz. Es war aber geschrieben: JESUS von Nazareth, ein König der Juden.

20. Diese

℣. 2. *Veste purpurea.* i. Pallio purpureo.

℣. 5. *Ecce homo.* q. d. Miser & miserabilis.

℣. 7. *Et secundum legem debet mori.* Levit. cap. 24. v. 14. Blasphemi lapidibus obrui debent: Quod si obtinere non possint ut crucifigatur, lapidari eum volunt, quod dixerit se Filium Dei naturalem, nam adoptivos se ipsos dicebant, Joan. 8. v. 41. & pœna capitis plecti debeat, cum se æqualem Deo fecerit. In hoc enim posita erat blasphemia, quam obtendebant.

℣. 11. *Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Permissum singulariter. *Desuper*, Græc. de supernis. i. e. De cœlo. *Propterea.* Populus Judaicus. *Qui me* tantæ dignitatis Dominum, *tradidit. Majus peccatum habet.* Quam tu, qui invitus me condemnas.

℣. 13. *Sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabbatha.* Græc λιθόστρωτος, *lapidibus stratus.*

℣. 14. *Erat autem Parasceve.* Dies Veneris, quo parabantur ea, quæ ad festum Paschatis simul & Sabbati erant necessaria. Magna quippe Judæorum pars, ut diximus, agnum edebat Paschalem sub vesperam ejus diei, quod a phasi Lunæ prima, non ab ipsa conjunctione dies numerarent; vel ut aliis placet, ne duo festi dies sibi proxime succederent. *Hora quasi sexta.* Inter horam tertiam & sextam, quam Marcus vocat *tertiam. Et dicit Judæis: Ecce, Rex vester.* Ironice Regem appellabat, ut quocunque modo eum caperet mali: nihil esse periculi ne miser homo regnum affectaret. *Non habemus Regem, nisi Cæsarem.* Ergo ex prophetia Jacob jam Messias advenerat.

℣. 16. *Susceperunt autem Jesum.* Milites. Græc. παρέλαβον, *acceperunt: & eduxerunt*, Græc. ἀπήγαγον, *abduxerunt.*

℣. 17. *Et bajulans sibi crucem, exivit.* Mos erat ut suas sibi cruces damnati portarent, hinc græc. loco sibi legit, suam. Cicero Divin. in Verrem: *Servus per circum cum virgis caeditur, furcam ferens, cujus est.*

℣. 19. *Erat autem scriptum.* Ut Caiphas, cap. 11. prophetavit nesciens, quid diceret, sic Pilatus prophetavit nesciens, quid scriberet, & uterque testimonio suo veritatem ipsam confirmavit. Titulus Christi nomen, Patriam, & supplicii causam continebat.

20. Diese Ueberschrift lasen nun viele von den Jüden: denn der Ort war nahe bey der Stadt, da JEsus gekreuziget ward. Und es war auf hebräische, griechische, und lateinische Sprache geschrieben.

21. Da sprachen die Hohenpriester der Jüden zu Pilato: Schreibe nicht, der König der Jüden: sondern, weil er hat gesagt: Ich bin der König der Jüden.

22. Pilatus antwortete: Was ich geschrieben habe, das habe ich geschrieben.

23. Da nun die Kriegsknechte JEsum gekreuziget hatten, nahmen sie seine Kleider, und machten vier Theile, einem jeglichen Kriegsknechte ein Theil, dazu auch den Rock. Der Rock aber war ungenähet: von oben an gewürket, durch und durch.

24. Da sprachen sie untereinander: Lasset uns ihn nicht zerschneiden, sondern das Loos darum werfen, wessen er seyn soll. Damit die Schrift erfüllet würde, die da spricht: Sie haben meine Kleider unter sich getheilet, und haben über mein Gewand das Loos geworfen. Und dieses thaten zwar die Kriegsknechte.

IV. 25. Es stunden aber neben dem Kreuze JEsu seine Mutter, und seiner Mutter Schwester, Maria Cleophä, und Maria Magdalene.

26. Da nun JEsus seine Mutter sah, und den Jünger dabey stehen, den er lieb hatte, sprach er zu seiner Mutter: Weib, siehe, dein Sohn.

27. Darnach sprach er zu dem Jünger: Siehe, deine Mutter. Und von derselbigen Stunde an nahm sie der Jünger zu sich.

28. Darnach als JEsus wußte, daß alles vollbracht war, damit die Schrift erfüllet würde, sprach er: Mich dürstet.

29. Und es war ein Gefäß dahingesetzt voll Essig. Sie aber legten einen Schwamm, der mit Essig erfüllet war, um Isoppen, und hielten ihm denselbigen an den Mund.

30. Da nun JEsus den Essig zu sich genommen hatte, sprach er: Es ist vollbracht. Und er neigte das Haupt, und gab den Geist auf.

V. 31. Die Jüden aber, dieweil es der Rüsttag war, damit die Leichname am Sabbath nicht am Kreuze blieben, (denn es war der große Tag des Sabbaths,) bathen sie Pilatum, daß ihre Beine gebrochen, und sie abgenommen würden.

32. Da kamen die Kriegsknechte, und brachen dem ersten die Beine, und dem andern, der mit ihm gekreuziget war.

33. Als sie aber zu JESU kamen, und sahen, daß er schon gestorben war, brachen sie ihm die Beine nicht:

34. Sondern einer von den Kriegsknechten eröffnete seine Seite mit einem Speer, und alsbald gieng Blut, und Wasser heraus.

20. Hunc ergo titulum multi Judæorum legerunt: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce, & Latine.

21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Judæorum: Noli scribere, Rex Judæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judæorum.

22. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

23. Milites ergo cum crucifixissent eum, *c* acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis: desuper contexta per totum. *c Matth. 27. 35. Marc. 15. 24. Luc. 23. 34.*

24. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit. Ut Scriptura impleretur, dicens: *d* Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. *d Psal. 21. 19.*

IV. 25. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

26. Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce, filius tuus.

27. Deinde dicit discipulo: Ecce, mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

28. Postea sciens Jesus, quia omnia consummata sunt, *e* ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio. *e Psal. 68. 22.*

29. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.

30. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

V. 31. Judæi ergo, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

32. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo.

33. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura:

34. Sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua.

℣. 23. *Acceperunt vestimenta ejus.* Pro pallio seu veste exteriore, quæ quatuor partibus fibula junctis constabat: vel duæ erant vestes, interior, quæ talaris erat, & exterior, seu pallium quadrangulum. *Erat autem tunica inconsutilis.* Ita ut dissui non posset a superiori parte incipiendo texta, ut solent fieri, quæ Gall. vulgo *Camisoles*, dicuntur filo textæ. Hæc figura erat Ecclesiæ, quæ indivisa est per unitatem fidei, & nexum charitatis. Hanc dividere conantur hæretici, dum se ab ea separant; sed una manet, & indivisa.

℣. 25. *Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus.* Cæteris omnibus constantior, stabilis & animo infracta, tametsi filii vulneribus sauciata. *Et soror matris ejus Maria Cleophæ.* Quæ nupta erat Cleophæ, & erat cognata. Forte idem est Joanni *Cleophas*, qui aliis Evangelistis *Alphæus* pater Jacobi minoris. Hic Κλωπας, apud Lucam cap. 22. sic dicitur per phasim Græcis familiarem, ut *Simon Petrus*, aliquando *Joannis*, aliquando *Jonæ* filius dicitur.

℣. 26. *Mulier, ecce, filius tuus.* Mulierem vocat ob multa mysteria. Officio & charitate virginem virgini commendavit, ut omnia necessaria illi subministraret.

℣. 27. *Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* Græc. ἔλαβεν αὐτὴν εἰς τὰ ἴδια, *recepit illam in propria.* In domum suam, in curam suam, in tecta sua. Sa.

℣. 29. *Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.* Nonnullis videtur legendum esse Græce non ὑσσώπῳ, sed ὄσσῳ, quod *hastile*, seu *pilum* significat, quodque alii Evangelistæ dixerunt κάλαμον. Nam *Calami* aut *Arundinis* nomen apud Græcos & Latinos significat *Virgam*, vel instrumentum oblongum. Sic Apocalyp. cap. 11. v. 21. Jerusalem cœlestis mensurari dicitur *Arundine aurea.* Et quidem hyssopus herba quædam est humilis: nisi forte hæc planta iis in locis adlurgat in majorem altitudinem: sed hyssopus erat cum calamo colligata.

℣. 30. *Consummatum est.* Id omne, quod ad humani generis redemptionem fieri Prophetæ prædixerant. *Et inclinato capite tradidit spiritum.* In aliis hominibus mors a Corpore animam extrudit, sed ipse in manus Patris animam suam tradidit. Inclinat caput, tum expirat, ut mortis Dominus & vitæ.

℣. 31. *Erat enim magnus dies ille Sabbati.* Duplex enim erat solemnitas.

℣. 34. *Unus militum lancea latus ejus aperuit.* August. serm. 105. de divers. „ In uno est mundatio tua, in „ altero redemptio tua. Per sanguinem Sacramentum corporis & sanguinis Domini, & per aquam Sacramentum „ baptismi designatur. Quibus ut præcipuis reliqua Sacramenta continentur, quæque virtutem omnem suam ex „ passione Christi desumunt.

35. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut & vos credatis.

36. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: *f* Os non comminuetis ex eo.

f Exod. 12. 46.

37. Et iterum alia Scriptura dicit: g Videbunt, in quem transfixerunt.

Num. 9. 12. *g Zach.* 12. 10.

38. Post *h* hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa, (eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu.

h Matth. 27. 57. *Marc.* 15. 43. *Luc.* 23. 50.

39. Venit autem & Nicodemus, *i* qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloës, quasi libras centum.

i Supr. 3. 2.

40. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus sicut mos est Judæis sepelire.

41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus erat.

42. Ibi ergo propter Parasceven Judæorum, quia juxta erat monumentum, posuerunt Jesum.

CAPUT XX.

I. Maria Magdalene prima venit ad monumentum, deinde Petrus & Joannes. 1. *Illa plorans ad monumentum videt Angelos, tandemque Jesum agnoscit.* 11. *II. Jesus apparens Apostolis, pacem eis optat: & ostensis manibus ac latere, dat eis Spiritum sanctum, ut peccata remittant ac retineant.* 19. *III. Rursum apparens, etiam Thomæ cum reliquis discipulis, corpus præbet palpandum: & beatos dicit, qui credunt non videntes.* 26.

✝ *SAB. IN Act.* 15. *a Matth.* 28. 1. *Marc.* 16. 1. *Luc.* 24. 1.

1. Una ✝ autem Sabbati, Maria Magdalene venit mane *a*, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum a monumento.

2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus, ubi posuerunt eum.

3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum:

5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introivit.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita,

7. Et sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed seorsum involutum in unum locum.

35. Und der das gesehen hat, der hat Zeugniß davon gegeben: und sein Zeugniß ist wahr. Und er weiß, daß er die Wahrheit saget: auf daß ihr auch glaubet.

36. Denn dieses ist geschehen, damit die Schrift erfüllet würde: Ihr sollt an ihm kein Bein zerbrechen.

37. Und abermal spricht eine andere Schrift: Sie werden sehen, in welchen sie gestochen haben.

38. Nach diesem aber bath Pilatum Joseph von Arimathäa, (dieweil er auch ein Jünger JEsu war, doch in geheim, aus Furcht der Jüden) daß er den Leichnam JEsu abnehmen möchte. Und Pilatus ließ es zu. Also kam er, und nahm den Leichnam JEsu ab.

39. Es kam aber auch Nicodemus, der zuvor bey der Nacht zu JEsu gekommen war, und brachte Myrrhen und Aloe untereinander gemenget, bey die hundert Pfund.

40. Also nahmen sie den Leichnam JEsu, und banden ihn in leinene Tücher mit Specereyen, wie bey den Jüden der Gebrauch ist, zu begraben.

41. Es war aber an demselbigen Orte, da er gekreuziget ward, ein Garten: und im Garten ein neues Grab, in welches noch niemand war gelegt worden.

42. Daselbst legten sie JEsum hin, wegen des Rüsttags der Jüden, dieweil das Grab nahe beyhanden war.

Das zwanzigste Capitel.

I. Magdalena besucht das Grab, auch Petrus und Johannes. 1. Magdalena siehet zween Engel, endlich den HErrn selbst, der ihr befiehlt, seine Auferstehung den Jüngern anzusagen. 11. II. Am Abend erscheint JEsus den Jüngern in Abwesenheit Thomä, und theilt ihnen den heiligen Geist mit, zu vergeben die Sünden. 19. III. Den achten Tag darnach, wie auch Thomas gegenwärtig war, erscheint JEsus wiederum, und bekehrt Thomam von seinem Unglauben. 26.

1. Aber am ersten Tage der Woche kam Maria Magdalene des Morgens früh zum Grabe, da es noch dunkel war: und sie sah, daß der Stein vom Grabe hinweggethan war.

2. Da lief sie hin, und kam zu Simon Petro, und zu dem andern Jünger, den JEsus lieb hatte, und sprach zu ihnen: Sie haben den HErrn aus dem Grabe genommen, und wir wissen nicht, wo sie ihn hingelegt haben.

3. Da gieng Petrus, und der andere Jünger hinaus, und kamen zum Grabe.

4. Sie liefen aber beyde miteinander, und der andere Jünger lief voran, schneller dann Petrus, und kam erstlich zum Grabe:

5. Und er neigte sich hinein, und sah die leinene Tücher liegen, er gieng aber nicht hinein.

6. Da kam auch Simon Petrus, der ihm folgete, und gieng in das Grab hinein, und sah die leinene Tücher liegen,

7. Und das Schweißtuch, das um sein Haupt gewesen war, nicht bey den leinenen Tüchern liegen: sondern absonderlich zusammengewickelt an einem Orte.

8. Da

℣. 35. *Et verum est testimonium ejus.* Testimonium suum allegat per omnes Ecclesias receptum, utpote dilecti discipuli, qui tum solus ex Apostolis supererat.

℣. 36. *Os non comminuetis ex eo.* Secundum mysticum sensum eumque certissimum & principalem a Spiritu sancto intentum.

℣. 37. *Videbunt in quem transfixerunt.* Viderunt Judæi, qui Christum lancea perforatum aspexerunt. *Videbunt.* In extremo judicio, Apocal. 1. v. 7. *Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt* lancea & clavis: aut de iis, qui miseratione commoti sunt, Luc. 23. v. 48. *Et aspicient ad me, quem confixerunt.* Zachar. cap. 12. v. 10.

℣. 39. *Ferens mixturam myrrhæ & aloës.* Multis aromatibus opus esse existimabant, ut corpus integrum & non exenteratum servaretur: libra erat duodecim unciarum.

℣. 42. *Ibi ergo propter Parasceven Judæorum.* Tempus erat Parasceves mox finituræ, & instabat Sabbatum, quo non licebat operari.

CAPUT XX.

℣. 1. *Una autem Sabbati.* Prima die hebdomadæ, die Dominica. *Cum adhuc tenebræ essent.* Nimirum quando profectæ sunt piæ mulieres.

℣. 2. *Cucurrit ergo.* Qua ratione Joannes cum aliis Evangelistis concilietur; diximus ad caput 27. Matthæi. Mulieres illæ cum intrarent in sepulchrum, neminem viderunt; neque enim adhuc Angelus seipsum videndum præbuerat. Maria Magdalene, relictis aliis ad sepulchrum, cucurrit ad Apostolos, & prius quidem ad Simonem & Joannem. *Tulerunt*, inquit, *Dominum meum.* Alio translatum corpus existimans.

℣. 3. *Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus.* Hos secuta est Maria: ibi invenerunt sudarium & linteamina seorsum posita, tum demum rediere, relictis ibi mulieribus; Maria interim in hortum paulo longius progressa, si forte inveniret corpus Domini. Tum aliæ mulieres in priori spelunca viderunt duos Angelos, quorum jam nuntiatum venerunt ad Apostolos. Interea Maria rediit ad monumentum, & inclinata vidit Angelos, quos existimabat esse homines eo missos postquam egressa fuerat. Cum reverteretur, vidit Jesum, quem hortulanum esse credidit, cum aliæ mulieres adhuc essent in via. Nonnulli formam sepulcri quadratam esse existimant, ac occlusum erat ostium, quod claudebatur lapide, quem sublatum invenit Magdalena; & quoniam ostium erat humile, necesse fuit, ut Joannes ad videndum interiora se inclinaret: ita Mariana.

℣. 4. *Venit primus.* sc. Prior venit ad monumentum Joannes non intrans, sed Petrum exspectavit.

8. Da gieng auch der andere Jünger hinein, der erstlich zum Grabe gekommen war, und sah es, und glaubte es:

9. Denn sie wußten die Schrift noch nicht, daß er von den Todten wiederum auferstehen mußte.

10. Also giengen die Jünger wiederum hinweg in ihr Haus.

11. Maria aber stund draußen bey dem Grabe, und weinete. Da sie nun also weinete, neigte sie sich, und sah in das Grab:

12. Und sie sah zween Engel in weissen Kleidern sitzen, den einen zum Haupte, den andern zu den Füßen, da der Leichnam JEsu war hingelegt gewesen.

13. Und sie sprachen zu ihr: Weib, was weinest du? Sie sprach zu ihnen: Sie haben meinen HErrn hinweggenommen, und ich weis nicht, wo sie ihn hingelegt haben.

14. Als sie das gesagt hatte, wandte sie sich um, und sah JEsum stehen: sie aber wußte nicht, daß es JEsus wäre.

15. JEsus spricht zu ihr: Weib, was weinest du? wen suchest du? Sie vermeynte, es wäre ein Gärtner, und sprach zu ihm: Herr, hast du ihn hinweggenommen, so sage mir, wo du ihn hast hingelegt, so will ich ihn holen.

16. JEsus spricht zu ihr: Maria. Da wandte sie sich um, und sprach zu ihm: Rabboni, das ist gesagt Meister.

17. Spricht JEsus zu ihr: Rühre mich nicht an, denn ich bin noch nicht aufgefahren zu meinem Vater: gehe aber hin zu meinen Brüdern, und sprich zu ihnen: Ich fahre hinauf zu meinem Vater, und zu eurem Vater, zu meinem GOtt, und zu eurem GOtt.

18. Da kam Maria Magdalene, und verkündigte den Jüngern: Ich habe den HErrn gesehen, und dieses hat er zu mir gesagt.

II. 19. Da es nun Abend war, an demselbigen Tage, im ersten in der Woche, und die Thüren verschlossen waren, da die Jünger versammelt waren aus Furcht der Jüden: kam JEsus, und stund mitten unter sie, und sprach zu ihnen: Der Friede sey mit euch.

20. Und als er das gesagt, zeigte er ihnen seine Hände, und seine Seite. Da wurden die Jünger froh, daß sie den HErrn sahen.

21. Und er sprach abermal zu ihnen: Der Friede sey mit euch. Wie mich der Vater gesandt hat, also sende ich euch.

22. Da er dieses gesagt hatte, bließ er sie an: und sprach zu ihnen: Nehmet hin den heiligen Geist:

23. Welchen ihr die Sünden vergebet, denen sind sie vergeben: und welchen ihr sie behaltet, denen sind sie behalten.

24. Thomas aber, einer von den Zwölfen, der Zwilling genannt wird, war nicht bey ihnen, als JESUS kam.

25. Da sprachen die andern Jünger zu ihm: Wir haben den HErrn gesehen. Er aber sprach zu ihnen: Es sey dann, daß ich die Maal der Nägel in seinen Händen sehe,

8. Tunc ergo introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit:

9. Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere.°

10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.

11. Maria ✝ autem stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum: ✝ *FER. 5. POST PASCH.*

12. Et vidit duos Angelos in albis *b*, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. *b Matth. 28. 3. Marc. 16. 5. Luc. 24. 4.*

13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio, ubi posuerunt eum.

14. Hæc cum dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat, quia Jesus est.

15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam.

16. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magister.

17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

18. Venit Maria Magdalene, annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.°

II. 19. Cum *c* ergo ✝ sero esset die illo, una Sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis. *c Marc 16. 14. Luc. 24. 36. 1. Cor. 15. 5.* ✝ *DOM. IN ALBIS.*

20. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino.

21. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.

22. Hæc cum dixisset, insufflavit: & dixit eis: Accipite spiritum sanctum:

23. Quorum *d* remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. *d Matth. 18. 18.*

24. Thomas ✝ autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Jesus. ✝ *IN FESTO S. THOM.*

25. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum

---

℣. 8. *Et vidit, & credidit.* Sublatum esse Domini corpus, uti Maria nuntiaverat. Quod si de fide resurrectionis id intelligamus, hic sensus erit versus sequentis.

℣. 9. *Nondum enim sciebant Scripturam.* Quæ de resurrectione Christi loquitur.

℣. 11. *Maria autem.* Denuo reversa cum aliis mulieribus, illis recedentibus manebat ad sepulchrum.

℣. 12. *Vidit duos Angelos in albis, sedentes.* Luc. 24. v. 4. Vox Græca ἐφίστημι, *supervenire & adesse*, significat: unde parum refert, quod Lucas eos *stetisse*, Joannes *sedisse* dixerit.

℣. 16. *Dicit ei Jesus: Maria.* Voce sua familiari & consueta.

℣. 17. *Noli me tangere.* Noli diutius morari in tactu pedum meorum. *Nondum enim ascendi*, pro *ascendo.* Tempus non deerit hujusmodi affectus explendi: dum post aliquot dies ascendam ad *Deum meum, & Deum vestrum.* Deus speciali quodam modo dicitur eorum, a quibus singulariter diligitur & colitur.

℣. 19. *Et fores essent clausæ.* Sicut clauso Virginis utero natus est, & clauso sepulchro resurrexit. Sic Patres intellexerunt hunc locum, neque pueriles & sophisticas has rationes attulerunt Christum per fenestram intrasse: ex quo sequitur duo corpora in eodem loco divinitus esse posse.

℣. 21. *Sicut misit me Pater.* Qui e cœlo in terram ad vitam æternam hominibus largiendam me misit. *Et ego mitto vos.* Pari authoritate, & ob eundem finem, ut Legatos & Apostolos meos.

℣. 22. *Hæc cum dixisset, insufflavit.* Quo quidem signo se id reipsa facere, quod dicebat, & eundem Spiritum ex se procedere significabat, qui Spiritus erat spirituale & singulare aliquod munus & donum. Ut ex ℣. 23.

℣. 23. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Tum acceperunt Spiritus sancti gratiam ac potestatem, qua peccata dimitterent, & filios adoptionis per gratiam efficerent. Sed die Pentecostes acceperunt Spiritum sanctum, quo *induerentur virtute ex alto.* Ut acciperent operationum virtutem, gratiam sanitatum, genera linguarum, &c. . . . Nunc potestatem promissam Matth. 18. his verbis contulit.

℣. 24. *Thomas autem unus de duodecim, qui dicitur Didymus.* Id est, *geminus*, quod *Thomas*, תְּאוֹמָא, Hebraice, Δίδυμος, Græce significat. Eadem potestas Thomæ absenti data est, vel postea collata fuit. Cum autem in Syriaca editione eadem occurrat interpretatio, hinc palam est novum Testamentum e Græco esse translatum in linguam Syriacam.

℣. 25. *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum.* In vetustis codicibus legebant *figuram*, Gr. τὸν τύπον, vulnerum vestigia.

digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.

III. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis.

27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus!

29. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt.*

e Infr. 21. 25. 30. Multa *e* quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

31. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus.*

und lege meinen Finger in die Maal der Nägel, und lege meine Hand in seine Seite, so will ich nicht glauben.

III. 26. Und über acht Tage hernach waren seine Jünger abermal darinnen, und Thomas mit ihnen. Da kam JEsus, als die Thüren verschlossen waren, und stund mitten unter sie, und sprach: Der Friede sey mit euch.

27. Darnach sprach er zu Thoma: Reiche deinen Finger her, und siehe meine Hände, und reiche deine Hand her, und lege sie in meine Seite: und sey nicht unglaubig, sondern glaubig.

28. Thomas antwortete, und sprach zu ihm: Mein HErr, und mein GOtt!

29. JEsus sprach zu ihm: Dieweil du mich gesehen hast, Thoma, so hast du geglaubt: selig sind, die nicht gesehen haben, und haben doch geglaubt.

30. Es hat zwar JEsus auch viele andere Zeichen gethan vor dem Angesichte seiner Jünger, die nicht geschrieben sind in diesem Buche.

31. Diese aber sind geschrieben, auf daß ihr glaubet, daß JEsus sey Christus der Sohn GOttes: und daß ihr durch den Glauben das Leben habt in seinem Namen.

Das

℣. 27. *Vide manus meas.* Oculis ac manibus explora veritatem carnis & vulnerum.

℣. 28. *Dominus meus, & Deus meus.* Gregorius Hom. 26. *Ille dubitando vulnerum cicatrices tetigit, & de nostro pectore dubitationis vulnus amputavit: dubitavit, ne dubitaremus.* Hæc vox *Deus*, primum ab Apostolis tributa est Jesu. Theodorus Mopsuestenus hæc verba Thomam dixisse existimabat, non de Christo, sed ad Deum converso sermone, qui illum in vitam revocaverat. Quæ explicatio ut impia in quinta Synodo rejecta est. Hic nominativus usurpatur pro vocativo, ut multis in aliis Scripturæ locis, & apud auctores linguæ Latinæ.

℣. 29. *Beati, qui non viderunt, & crediderunt.* Id est, Beatiores sunt. Aliud vidit, aliud credidit Thomas: vidit hominem, credidit Deum. Per fidem longe certiorem habuit persuasionem quam per sensum, qui tamen induxit eum ad fidem; ut sensus ducunt nos ad cognitionem principiorum in scientiis, quorum assensus longe certior est omni perceptione sensuum.

℣. 31. *Hæc autem scripta sunt, ut credatis, & vitam habeatis.* Per Christi merita & Sacramenta. Idcirco Joannes scripsit Evangelium, ut divinitatem Christi Domini adversus Ebionem & Cerinthum vindicaret. Ac videtur hic finem scribendi facere voluisse: sed postea, Spiritus sancti impulsu, quæ sequuntur, adjecit. Non defuere qui putarent caput ultimum hujus Evangelii ab Ecclesia Ephesina adjectum fuisse ex scriptis Apostoli, & hoc in capite finitum esse Evangelium Joannis. Caput ultimum ut a Joanne scriptum agnoscit & veneratur Ecclesia. *Quæri hoc loco solet*, qua hora, quo die, quo demum mense Dominus resurrexerit. De hora nulla aut perparva est contentio: nam summo mane surrexisse inter omnes fere convenit, adeo *ut tertio die incepto* exierit e sepulchro clauso. Angeli lapidem superpositum removerunt, ut piis mulieribus & discipulis manifestum fieret eum vere surrexisse. 2. *Illud quoque* certum est die Dominica resurrectionem factam, quæ propterea κυριακὴ ἡμέρα, a Græcis, & *dies Domini*, a Latinis appellatur. Hunc diem Apostoli solemnibus conventibus postea dedicarunt, ut liquet ex Actis Apost. cap. 20. v. 7. *Una autem Sabbati, cum convenissemus ad frangendum panem*, id est, prima die hebdomadæ. Hic erat secundus dies Azymorum Judæis, & quinquagesimus ab eo dies fuit Pentecostes, qui in diem Dominicum incurrebat, ex omnium Ecclesiarum consensu. 3. Sed de mense & de die mensis major est controversia. Existimat quidem Pezronius hunc diem fuisse decimum septimum Aprilis anni 29. æræ vulgaris, quod colligit ex cyclo apud Judæos usitato, ad quem menses & dies festos exigebant. Qua de re pereruditam dissertationem Historiæ Evangelicæ subjecit, cujus hæc fere summa est. 1. Christi temporibus cyclum 84. annorum a Judæis publice expolitum fuisse, in quo sexies quatuordecim anni continentur, ut docet Epiphanius Hæresi 51. quæ est *Alogorum*. In eo cyclo triginta menses erant intercalati, quibus ineunte altero cyclo unus addebatur mensis. Unde illi annos quatuordecim sexies multiplicantes in cyclo annorum 84. anno octogesimo quinto mensem intercalant. Singuli anni erant Lunares 354. dierum, horarum octo, & aliquot minutorum. Intra quatuordecim annos quinque menses intercalabant, adeo ut in cyclo integro triginta menses inseri oporteret. Initium & finem cujusque cycli designat Prosper in Chronico majori, ita ut primus cyclus incœperit anno sexto Claudii, post sedecim annos a morte Christi, anno a mundo condito juxta Eusebii Chronicon 5247. qui est annus æræ vulgaris 46. *Incipit*, ait Prosper, *cyclus Paschalis, qui annis conjicit 84. et post annos octoginta quatuor ad eandem legem revertitur.* Secundam periodum statuit anno 130. Finis est primi cycli, & secundi exordium. Sic anno 214. desinit secundus cyclus, incipit initium tertii, & ita pergit usque ad annum 382. consulatu Antonii & Syagrii designatum. 2. Ad hunc cyclum Paschatis festum exegit Ecclesia Romana quinque prioribus sæculis. Qua de re conqueritur Cyrillus Alexandrinus in Prologo Paschali, quod cyclus ille quatuor & octoginta annorum minus esset accuratus, ac sæpe qui dies decimus quartus juxta cyclum habebatur, duobus diebus anteverteret, & Pascha interdum ante initium primi mensis celebraretur; idque Constantinus magnus apud Eusebium, Lib. 3. de vita ejus, cap. 18. exprobrat. Atque hic cyclus jam integer e Bibliotheca Imperatoris publici juris factus nullum dubitationi locum relinquit, quin is sit, cujus meminit Epiphanius, quique a Judæis fuit ante Christi tempora continuatus. Unde semper incipit a Sabbato, & duodecim annorum hebdomadas continet, qui numerus Judæis est familiaris, isque ante adventum Christi incipit, & triginta menses intercalares, quorum meminit Epiphanius, complectitur. Qua ratione sit dispositus, expoluit vir omni genere doctrinæ excultus Cardinalis Noris nuper vita functus, ad calcem Epocharum Syro-Macedonum. Hic desinit anno 354. æræ Christianæ, Constantii septimo consulatu, quo quidem tempore exscriptum illum fuisse admodum est probabile. Is videtur conflatus ex periodo Calippi 76. annorum, & octaeritide seu octo annorum periodo, simul junctis. Hujus meminit Paschasinus in Epistola ad S. Leonem, cum de Paschatis die statuendo anni 444. quæstio mota fuisset. *Nam cum Romana supputatio, quæ cyclo concluditur, cujus ipse de quo agitur, erit annus* 63. *qui cœpit a consulatu Antonii & Syagrii, nobis dubietatem afferret, &c.* . . . Itaque hoc cyclo Romana utebatur Ecclesia, quod Cyrillus acriori stylo reprehendit: *Illi etiam, qui Judæorum pravitati respondere conati sunt, & octoginta quatuor annorum Paschalem circulum instituerunt, si perfectæ rationis circulum tenuissent, &c.* 3. Contra ea, quæ diximus, opponunt juxta Astronomicas tabulas Lunæ; mensis Nisan initium anno 29. æræ vulgaris, quo mortuum esse Christum statuimus, incidit in diem secundum Aprilis, circa horam octavam a meridie, adeo ut dies decimus quartus tum incideret in diem decimum sextum Aprilis, qui erat dies Sabbati; sub cujus diei finem agnus Paschalis immolabatur. Quamobrem Christus eo anno non est passus, aut agnum Paschalem non comedit die Jovis una cum discipulis, cum die Veneris fuerit crucifixus. Respondet optime vir supra laudatus, hujus argumenti vim eludi facile non posse, si menses ad Lunæ phases, aut ad observationes Astronomicas, easque accuratas Judæi exegissent. Sed cum cyclis errori obnoxiis uterentur, qui duobus diebus interdum a vero Lunæ loco aberrabant, non mirum est, si in supputationibus dierum Lunæ & mensium erraverint. Quod quidem Epiphanius loco citato non omisit loquens de Judæis: *Siquidem*, inquit, *ante tempus Paschæ comederunt illi epulum Paschale duobus diebus antequam deberent comedere, quod cyclus ille tantumdem temporis anticiparet . . . Quod cum suis aberrandi causa tunc fecisset, non modo perturbantes omnia biduo legitimum Paschatis tempus anteveterunt, sed & uno insuper die prætergressi maximis se erroribus implicuerunt.* Quod cum Evangelistis satis apte cohæret. Nam ex iis quosdam Pascha celebrasse die Jovis colligimus, alios autem die Veneris. Id vero satis erat legi implendæ, si die decimo quarto juxta civilem & popularem

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. JEsus offenbaret sich am Meer Tiberiadis. 1. II. Bestellet Petrum zum Hirten seiner Heerde, und befiehlt ihm dreymal seine Schafe und Lämmer zu weyden. 15. Zeiget ihm auch an, daß er sollte gekreuziget werden. 18. III. Und daß Johannes auf die Weise, wie er, nicht sterben würde. 20.

1. Darnach offenbarte sich JEsus den Jüngern abermal an dem Meer-Tiberiadis: er offenbarte sich aber auf diese Weise:

2. Es waren beysammen Simon Petrus, und Thomas, der Zwilling genennet wird, und Nathanael, der von Cana in Galiläa war, und die Söhne Zebedäi, und andere zween von seinen Jüngern.

3. Da sprach Simon Petrus zu ihnen: Ich gehe hin zu fischen. Sie sprachen zu ihm: Wir wollen auch mit dir gehen. Und sie giengen hinaus, und traten in ein Schiff: und in derselbigen Nacht fiengen sie nichts.

4. Nachdem es aber war Morgen worden, stund JEsus an dem Ufer: doch wußten die Jünger nicht, daß es JEsus war.

5. Da sprach JEsus zu ihnen: Ihr Kinder, habt ihr nichts zu essen? Sie antworteten ihm: Nein.

6. Er sprach zu ihnen: Werfet das Netz aus zur rechten Seite des Schiffs, so werdet ihr etwas finden. Da warfen sie das Netz aus, und konnten dasselbige nicht ziehen vor Menge der Fische.

7. Da sprach der Jünger, den JEsus lieb hatte, zu Petro: Es ist der HErr. Als Simon Petrus hörete, daß es der HErr wäre, gürtete er den Rock um sich, (denn er war nackend*) und ließ sich ins Meer.

* nämlich allein mit dem Unterkleid angethan.

8. Die andere Jünger aber kamen im Schiffe, (denn sie waren nicht weit vom Lande, sondern bey die zweyhundert Elen) und zogen das Netz mit den Fischen.

9. Da sie nun ans Land hinausgestiegen, sahen sie Kohlen angelegt, und einen Fisch darauf liegen, und Brod.

10. JEsus spricht zu ihnen: Bringet her von den Fischen, die ihr jetzt gefangen habt.

11. Simon Petrus stieg hinein, und zog das Netz aufs Land, das voll großer Fische war, hundert und drey

CAPUT XXI.

I. Piscantibus discipulis apparens comprehendere facit Jesus copiosam piscium multitudinem. 1. II. De amore in se ter interrogans Petrum committit ei pascendas oves. 15. Eumque de futura passione sua admonet. 18. III. De Joannis morte curiose scrutanti aperte non respondet. 20.

1. Postea † manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis: manifestavit autem sic: † FERIA 4. POST PASCH.

2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Veniamus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4. Mane autem facto stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli, quia Jesus est.

5. Dixit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non.

6. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. Miserunt ergo & jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.

8. Alii autem discipuli navigio venerunt, (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

9. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

10. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc.

11. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quin-

---

larem supputationem Pascha celebrarent, qui dies cyclo usitato apud eos erat definitus. Nec mirum, si idem Judæis evenerit, quod Latinis, tametsi ex tabulis Astronomicis error in eorum calculo demonstraretur, cum dies primus juxta Lunæ motum jam tertius, & decimus quartus quasi decimus sextus haberetur; quod Cyrillus cum iis graviter expostulat: *Qualis ergo*, inquit, *est cæcitas mentis, vel dementia, ut cum videri non possit trigesima, videatur adhuc deficiens, & dicatur prima, nonnunquam & secunda?* Ex R. Maimonide quidem discimus circa sextum sæculum ad phasim apparentem neomenias suas & festos dies revocasse: sed vix uno aut altero sæculo id in usu fuit. Nam septimo sæculo Hillel enneade cateridem induxit. Cum autem & duplicem neomeniam celebrarent, duplex quoque is erat dies Paschatis. Alii priori die festum Azymorum incipiebant, alii sequenti die, & sæpe iidem duobus consequentibus diebus festum celebrabant. Unde cum Christus Joan. cap. 15. dixisset Judæ: *Quod facis, fac citius.* Quidam ex Apostolis crediderunt eum de iis emendis, quæ necessaria erant ad diem festum, loqui, quod dies Veneris iis esset festivus. Et tamen dies Sabbati ex eodem Evangelista erat primus dies Azymorum, iis qui die Jovis agnum non comederant. Joan. 19. *Erat enim magnus dies ille Sabbati.* Ob duplicem solemnitatem. Nam sacerdotes die tantum Veneris agnum immolarunt eo ipso tempore, quo verus agnus fuit occisus. Hi sunt itaque duo primi dies Azymorum, qui apud Judæos hujus temporis celebrantur. Unde Josephus dies octo Azymorum numerat. Tametsi secundus magis erat in honore, quod decimus quintus esset mensis Nisan, & a phasi ipsa computandus. Sunt qui commode satis nodum hunc expediunt, quod feria secunda, quarta, & sexta non celebrarent festum Azymorum ex quadam traditione; cum alii legis mandatum observarent, & die Veneris, qui erat decimus quintus, Paschatis festum celebrarent, agno die Jovis occiso. Utcumque ea res sit, consulibus duobus Geminis, Christus manducavit Pascha die Jovis ad vesperam, qui erat decimus quartus mensis lunaris ex cyclo designati, & ab ipsa conjunctione numerati, seu a trigesimo die mensis præcedentis, qui hoc anno erat intercalaris. Crastino die sacerdotes & principes populi agnum comederunt, qui erat decimus quartus ab ipsa phasi: adeo ut dies Sabbati fuerit magnus dies Azymorum. Atque hoc systema cum usu Judæorum Thalmudistarum, & Caraitarum omnino consentit; quatuor Evangelistas apprime conciliat; ipsa demum auctoritate veterum subnixum, a viris doctis nostræ & superioris ætatis receptum est.

CAPUT XXI.

℣. 1. *Ad mare Tiberiadis.* Ad mare Galilææ, quod & stagnum Genesareth.

℣. 2. *Erant simul Simon Petrus, &c. & Nathanael.* Hic inter discipulos, imo inter Apostolos a nonnullis recensetur, uti & cap. 1. cum Petro, Andrea & Philippo. Rupertus & alii suspicantur ipsum esse Bartholomæum. Nam hactenus Apostolis tantummodo apparuit Christus. Nec *Bartholomæus* videtur esse nomen proprium, uti nec *Barjona*; sed *filius Tholomæi*, aut *Ptolomæi*. Joannes autem cum proprio nomine designare voluit: tametsi more Hebræorum usitatiori vocabulo ex Patris nomine *Bartholomæus* diceretur, quod Christi tempore frequens erat. Postremo cum de reliquis Apostolis aut factum aliquod, aut dictum, aut aliquid peculiare memoratur, de Bartholomæi actis, aut dotibus nulla fit mentio, adeo ut satis probabile videatur *Bartholomæum* ipsum esse *Nathanaelem*, qui erat a Cana Galilææ, & cujus mentio honorifica habetur cap. 1. Neque unus fuit ex 72. discipulis, qui longo post tempore selecti sunt. Nathanael una cum Philippo vocatus est eodem tempore quo Petrus & Andreas. Ita Estius in hunc locum.

℣. 5. *Numquid pulmentarium habetis?* Numquid vobis adest obsonium, quod ad panem addi solet?

℣. 7. *Simon Petrus, cum audisset, quia Dominus est.* Chrysost. homil. 86. „Proprios mores referunt Petrus „ & Joannes: ille ferventior, hic altior erat: ille vehementior, hic perspicacior. Ideo Joannes prior agnovit Je„ sum, Petrus prior ad illum properavit. *Erat enim nudus.* Exteriori deposita, sola erat interiore tunica indutus. *Tunica succinxit se.* Tunica exteriori, lumbos succingens, ut decentior esset habitus.

℣. 11. *Et traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus.* Quibus electi designari videntur, ut rete Ecclesiam adumbrat. Ex iis nullus periit. *Et cum tanti essent.* Tot & tanti.

quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete.

12. Dicit eis JESUS: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est.

13. Et venit Jesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

14. Hoc jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.°

† IN VIGIL. APOST. PETRI ET PAULI.

II. 15. Cum ergo prandissent, † dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

16. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

17. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me? & dixit ei: Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te. Dixit ei: Pasce oves meas.

a 2. Petr. 1. 14.

18. Amen, *a* Amen dico tibi: cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo tu non vis.

19. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.° Et cum hoc dixisset †, dicit ei: Sequere me.

† S. JOAN. APOST.

III. 20. Conversus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, *b* qui & recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit: Domine, quis est, qui tradet te?

b Supr. 13. 23.

21. Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine! hic autem quid?

22. Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23. Exiit ergo sermo iste inter fratres: Quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non moritur: sed, sic enim volo manere, donec veniam, quid ad te?

24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium ejus.°

c Supr. 20. 30.

25. Sunt *c* autem & alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

und fünfzig. Und wiewohl ihrer so viel waren, so zerriß doch das Netz nicht.

12. Da sprach JEsus zu ihnen: Kommet, und esset zu Mittag. Und niemand von denen, die sich setzten, durfte ihn fragen: Wer bist du? dieweil sie wußten, daß es der HErr wäre.

13. Und JEsus kam, und nahm das Brod, und gab es ihnen, und den Fisch ingleichen.

14. Dieses ist nun das drittemal, daß sich JEsus seinen Jüngern offenbaret hat, nachdem er von den Todten auferstanden war.

II. 15. Als sie nun zu Mittag gegessen hatten, spricht JEsus zu Simon Petro: Simon Johannis, hast du mich lieber, dann diese? Er spricht zu ihm: Ja HErr, du weißt, daß ich dich lieb habe. Er spricht zu ihm: Weyde meine Lämmer.

16. Abermal spricht er zu ihm: Simon Johannis, hast du mich lieb? Er spricht zu ihm: Ja HErr, du weißt, daß ich dich lieb habe. Da spricht er zu ihm: Weyde meine Lämmer.

17. Zum drittenmal spricht er zu ihm: Simon Johannis, hast du mich lieb? Da ward Petrus traurig, daß er zum drittenmal zu ihm sagte: Hast du mich lieb? und sprach zu ihm: HErr, du weißt alle Dinge: du weißt, daß ich dich lieb habe. Da sprach er zu ihm: Weyde meine Schafe.

18. Wahrlich, wahrlich sage ich dir: da du jünger warest, umgürtetest du dich selbst, und wandeltest, wohin du wolltest: wann du aber wirst alt werden, so wirst du deine Hände ausstrecken, und ein anderer wird dich umgürten, und wird dich führen, wohin du nicht willst.

19. Das sagte er aber, anzudeuten, mit welchem Tod er GOtt preisen würde. Und als er dieses gesagt hatte, sprach er: Folge mir nach.

III. 20. Da wandte sich Petrus um, und sah den Jünger folgen, den JEsus lieb hatte, der auch im Abendmahl an seiner Brust geruhet hatte, und gesagt: HErr, wer ist es, der dich verrathen wird?

21. Da nun Petrus diesen sah, sprach er zu JEsu: HErr! was soll aber dieser?

22. JEsus spricht zu ihm: Ich will, daß er also bleibe, bis daß ich komme, was gehet es dich an? folge du mir nach.

23. Da gieng eine Rede aus unter den Brüdern: Dieser Jünger stirbet nicht. Und JEsus sagte nicht zu ihm: Er stirbet nicht: sondern ich will, daß er also bleibe, bis daß ich komme, was gehet es dich an?

24. Dieses ist der Jünger, der Zeugniß giebt von diesen Dingen, und hat dieses geschrieben: und wir wissen, daß sein Zeugniß wahr ist.

25. Es sind aber viele andere Dinge mehr, die JEsus gethan hat: welche, wenn sie sollten absonderlich geschrieben werden, so halte ich dafür, daß auch die Welt die Bücher nicht würde begreifen können, die zu schreiben wären.

℣. 12. *Et nemo discumbentium.* Græc. Discipulorum.

℣. 14. *Hoc jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis.* Apostolis congregatis: nam die resurrectionis multis separatim apparuerat: & simul coactis, tum octavo die, tertio ad mare Tiberiadis. Fors est, ut non numerentur apparitiones, sed dies, quibus apparuit.

℣. 15. *Simon Joannis diligis me plus his?* Ter interrogavit Petrum, qui ter negaverat: unde tertio rogatus contristatus est, culpæ suæ memor. Non audet respondere se plus aliis Dominum diligere. *Pasce agnos meos.* Græc. Rege ut pastor, in fide teneriores.

℣. 17. *Pasce oves meas.* Bernardus L. 2. de Consider. Non designat aliquas, sed assignat omnes. Petram fecerat Ecclesiæ & fundamentum, Matth. 16. præclaram ob fidei confessionem; nunc pastorem constituit ab amoris prærogativam: Petrus & Christo satisfacit, quem ter negaverat, & collegis, quibus se prætulerat. Totius Ecclesiæ regimen accipit; pastor non solus, sed primus constituitur.

℣. 18. *Extendes manus tuas.* In cruce. *Et alius te cinget.* Vinciet te, in crucem aget. *Et ducet, quo tu non vis.* Voluntate naturæ.

℣. 19. *Sequere me.* sc. Ecclesiam gubernando, denique & morte.

℣. 20. *Conversus Petrus vidit illum discipulum.* Christum sequebatur Petrus in littore progredientem. *Vidit illum discipulum.* Pone sequentem.

℣. 21. *Domine, hic autem quid?* Quem habebit vitæ exitum, quid de eo futurum est?

℣. 22. *Dicit ei Jesus.* Græc. & Syriace, *Si eum volo manere.* Vel absolute. *Sic eum volo manere.* Et tranquillam obire mortem; nihil ad te; tu me sequere mortis meæ imitatione. Omnes fere consentiunt legendum esse, *si eum volo manere.*

℣. 24. *Et scimus, quia verum est testimonium ejus.* Maximi ponderis erat apud omnes Ecclesias Joannis testimonium. In persona fidelium hæc dicit: Ecclesiæ omnes ejus testimonium ut certum & indubitatum recipiunt.

℣. 25. *Nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.* Capere posse intellectu. Id unum docet multos exarandos esse libros, si facta singula & dicta Christi Domini scriberentur, cum nihil dixerit, aut fecerit, quod non esset memoria hominum dignissimum, ac per hyperbolem in Scripturis frequentem, quæ legentium intellectum superaret, librorum multitudinem exprimit; quæ hyperbole ex sermone vulgi utitato desumitur: sic cap. 12. Pharisæi dicunt: *Ecce, totus mundus post eum abiit.*

Die

Die Geschichte der Apostel.

Das erste Capitel.

I. Christus verheißet seinen Jüngern den heiligen Geist. 4. II. Fährt sichtbarlich gen Himmel. 9. III. Die Apostel erwählen an Judas Statt Mathiam. 15.

Die erste Rede habe ich zwar gethan, o Theophile! von allem dem, was JEsus anfieng zu thun, und zu lehren,

2. Bis auf den Tag, da er ist aufgenommen worden, nachdem er den Aposteln, die er auserwählet hat, durch den heiligen Geist Befehl gegeben hatte:

3. Denen er auch sich selbst nach seinem Leiden lebendig erzeiget, durch vielerley unfehlbare Zeichen, und offenbarte sich ihnen vierzig Tage lang, und redete mit ihnen vom Reiche GOttes.

I. 4. Er aß auch mit ihnen, und befahl ihnen, daß sie von Jerusalem nicht weichen sollten, sondern warten auf die Verheißung des Vaters, welche ihr, (sprach er) aus meinem Munde gehöret habt:

5. Denn Johannes hat zwar mit Wasser getaufet, ihr aber sollet mit dem heiligen Geist getaufet werden, nicht lange nach diesen Tagen.

6. Die nun zusammengekommen waren, fragten ihn, und sprachen: HErr, wirst du zu dieser Zeit das Reich dem Israel wiederum aufrichten?

7. Er aber sprach zu ihnen: Es gebühret euch nicht zu wissen die Zeit und Stunde, welche der Vater seiner Macht vorbehalten hat:

8. Sondern ihr werdet die Kraft des heiligen Geistes empfahen, der über euch kommen wird: und ihr werdet meine Zeugen seyn zu Jerusalem, und im ganzen Jüdischen Lande, in Samaria, und bis zum Ende der Erde.

II. 9. Und als er dieses gesagt hatte, ward er in ihrem Ansehen aufgehoben: und eine Wolke nahm ihn auf von ihren Augen.

ACTUS APOSTOLORUM.

CAPUT I.

I. Jesus promittit Apostolis Spiritum sanctum. 4. *II. In cœlum ascendit.* 9. *III. In locum Judæ proditoris, præmissis precibus, Mathias surrogatur.* 15.

Primum † quidem sermonem feci de omnibus, o Theophile! quæ cœpit Jesus facere, & docere,

2. Usque in diem *, qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est:

3. Quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

I. 4. Et convescens, *a* præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, *b* quam audistis (inquit) per os meum:

5. Quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies.

6. Igitur, qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?

7. Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate:

8. Sed *c* accipietis virtutem supervenientis Spiritus sancti in vos: & *d* eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

II. 9. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

10. Cum-

† *IN DIE ASCENS.*

* *Maji nostri* 34. *Anno Æræ vulg.* 33 *qui cum anno a Creatione* 4036. *in præcedent. Octobr incho. concurrit.*

a Luc. 24. 49. *Joan.* 14. 26.

b Matth. 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 26.

c Infr. 2. 2.

d Luc. 24. 48.

CAPUT I.

℣. 1. *Primum quidem sermonem feci de omnibus.* Græc. τὸν μὲν πρῶτον. Antea scripsi Evangelium. *De his omnibus.* Per distributionem, ut loquuntur Dialectici, accommodam, quæ scilicet erant ad docendum necessaria, quæque poterant sufficere ad fidem faciendam, & ad Christi doctrinam explicandam. Sic 1. Cor. 10. *Omnibus placeo.* Fidelibus nempe, iisque bonis. Sic Lucæ cap. 1. *Visum est mihi assecuto omnia. O Theophile.* Quis ille fuerit, incertum est, an proprium nomen hominis inter Christianos nobilis? Nam vox Græca aliquem aut dignitate, aut moribus præstantem designat. An potius pium, & Dei amantem, voce communi appellat? *Facere & docere.* Quæ duæ extiterunt partes ministerii Christi, gesta nempe illius & doctrina.

℣. 2. *Qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum.* Cum præcepisset Apostolis, cum præcepta dedisset. *Per Spiritum sanctum.* Hæc utique jungi possunt cum præceptis, quæ Christus iis dedit Spiritu sancto plena, quæque postremis capitibus Matthæi, Marci, & Lucæ, necnon hoc capite continentur. Aut certe *quos elegit per Spiritum sanctum.* Adeo ut in utroque sensu sit hyperbaton, seu quædam vocum transpositio. Juxta priorem intellectum, sic illud est reducendum. *Usque in diem, qua præcipiens per Spiritum sanctum Apostolis.* Vel juxta posteriorem sensum, *usque in diem, qua præcipiens Apostolis, quos elegit per Spiritum sanctum, assumptus est;* nimirum vi propria per divinitatem sibi in eadem persona conjunctam. Itaque Christus opus suum ab Incarnatione usque ad Ascensionem in cœlum, unde descenderat, omnino perduxit: cum electis a se discipulis præcepta dedisset necessaria de Spiritu sancto, quem accepturi erant, quo se ad illius præpararent illapsum, quæque eo aspirante didicissent, executioni mandarent.

℣. 3. *Quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis.* Græc. τεκμηρίοις. Signis indubitatis. *Et loquens de regno Dei.* De iis, quæ pertinebant ad Ecclesiam & ad illius constitutionem. Hinc Apostolicarum traditionum origo: nam multa eos docuit, quæ scripta non sunt, ut major esset Ecclesiæ auctoritati locus; eaque ad nos usque per traditionem pervenerunt.

℣. 4. *Et convescens, præcepit eis.* Græc. συναλιζόμενος. Quod interpres vertit *Convescens.* Valla & Erasmus congregationem in unum locum eo verbo designari contendunt, ac legendum putant, *conversans.* Recte quidem intelligimus Christum Apostolis in unum congregatis præcepisse, ut exspectarent promissum Spiritum sanctum: sed tamen versio Syriaca, Hieronymus, ac doctissimi Interpretes vulgatæ interpretationi favent.

℣. 5. *Quia Joannes quidem baptizavit aqua.* Quin etiam Apostoli jam baptizati erant Baptismo Christi: sed præterea opus erat alio Baptismo fortitudinis, & charitatis, qui eos interritos, & ad persecutiones omnes perferendas dispositos efficeret, quique instar ignis ingenitum mortis & tormentorum metum consumeret: unde & Spiritu sancto uberius eos impleri oportuit.

℣. 6. *Si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Regnum adhuc terrenum sibi una cum aliis Judæis fingebant Apostoli. Quamobrem eum interrogarunt, utrum more aliorum regum ipse esset regnaturus, & Israelitas a jugo Romanorum vindicaturus. Christus vero hujus quæstionis solutionem in adventum Spiritus sancti distulit, a quo erant edocendi, quodnam futurum esset regnum Israel.

℣. 7. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta.* Non vobis expedit, neque ad vos pertinet.

℣. 8. *Sed accipietis.* Hoc ipsum vos scire oportet, fore ut virtute Spiritus sancti animati publicum reddatis testimonium Incarnationis meæ, Passionis, Resurrectionis, atque hoc testimonium vestro sanguine obsignetis. Tam insigne testimonium illapsus Spiritus sancti fructus erit uberrimus, ac per illud regnum Israelis restituetur. Quod utique regnum interius in animis fidelium per fidem, spem & charitatem omnino est spirituale, atque in ejus regni restitutionem post Spiritus sancti effusionem toti incubuerunt Apostoli.

℣. 9. *Elevatus est.* Ex Evangelio Lucæ, cap. 24. v. 50. *Eduxit autem eos foras in Bethaniam.* Extra Jerusalem; unde reversus videtur in montem Oliveti, in cujus clivo sita erat Bethania. In eo scilicet loco elevatus est, ubi mansere pedum ejus impressa vestigia, teste Sulpicio Severo L. 2. & Paulino Epist. 11. *Et nubes suscepit.* i. Subduxit.

10. Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, ecce, duo viri astiterunt juxta illos in vestibus albis,

11. Qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

12. Tunc reversi sunt Jerosolymam a monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, Sabbati habens iter.

13. Et cum introissent in cœnaculum, ascenderunt, ubi manebant Petrus, & Joannes, Jacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi.

14. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus.

✝ *S. MAT. APOST.* III. 15. In ✝ diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: (erat autem turba hominum simul, fere centum viginti.)

16. Viri fratres, oportet impleri Scriptu- *e Psal.40.10.* ram, *e* quam prædixit Spiritus sanctus per os *Joan.13.18.* David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum:

17. Qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus.

f Matth. 27. 7. 18. Et *f* hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.

19. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis.

g Psal.68.26. 20. Scriptum est enim in libro Psalmorum: g Fiat commoratio eorum deserta, & non sit, qui *h Psal.108.8.* inhabitet in ea, & Episcopatum *h* ejus accipiat alter.

21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit, & exivit inter nos Dominus Jesus,

22. Incipiens a baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis ejus nobis cum fieri unum ex istis.

23. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Mathiam:

24. Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum,

10. Und als sie ihm nachsahen, da er in Himmel fuhr, siehe, da stunden zween Männer bey ihnen in weissen Kleidern,

11. Welche auch sprachen: Ihr Männer aus Galiläa, was stehet ihr, und sehet gen Himmel? dieser JEsus, der von euch aufgenommen ist in den Himmel, wird also wiederkommen, wie ihr ihn gesehen habt in Himmel fahren.

12. Da kehrten sie wieder um gen Jerusalem von dem Berge, so der Oelberg genennet wird, welcher nicht weit ist von Jerusalem, eine Tagreise, wie man am Sabbath reiset.

13. Und als sie hineingekommen waren, giengen sie hinauf in den Saal, da sie sich aufhielten, nämlich Petrus, und Johannes, Jacobus und Andreas, Philippus und Thomas, Bartholomäus und Matthäus, Jacobus Alphäi, und Simon Zelotes, und Judas Jacobi.

14. Diese alle beharreten einmüthiglich im Gebeth mit den Weibern, und mit Maria der Mutter JESU, und seinen Brüdern.

III. 15. In denselbigen Tagen stund Petrus auf mitten unter den Brüdern, und sprach: (es war aber eine Schaar beysammen, ungefähr hundert und zwanzig Menschen.)

16. Ihr Männer und Brüder, es muß die Schrift erfüllet werden, welche der heilige Geist durch den Mund Davids vorgesagt von Juda, der ein Führer war derjenigen, die JEsum gefangen haben:

17. Er war in unsere Zahl mit eingerechnet, und hatte den Theil dieses Dienstes mit überkommen.

18. Und dieser hat zwar den Acker erworben, von dem Lohn der Ungerechtigkeit, und hat sich erhenket, und ist mitten entzweygeborstet: und alles sein Eingeweide ist ausgeschüttet worden.

19. Und es ist allen kund worden, die zu Jerusalem wohnen, also, daß derselbige Acker in ihrer Sprache genennet wird, Haceldama, das ist, ein Acker des Bluts.

20. Denn es stehet geschrieben im Buche der Psalmen: Ihre Wohnstatt soll wüste werden, und sey keiner, der darinnen wohne, und sein bischöfliches Amt soll ein anderer bekommen.

21. Derowegen muß einer von diesen Männern, welche die ganze Zeit mit uns versammelt gewesen sind, da der HErr JEsus unter uns eingegangen, und ausgegangen ist,

22. Von der Taufe Johannis an, bis auf den Tag, da er von uns aufgenommen ist, von denselbigen Männern muß einer mit uns Zeuge seiner Auferstehung werden.

23. Und sie stelleten zween allda, den Joseph, der Barsabas genennet ward, mit dem Zunamen, der Gerechte, und Mathiam:

24. Und sie betheten und sprachen: HErr, der du aller Menschen Herzen erkennest, zeige uns, welchen du unter diesen zween erwählet hast,

25. Daß

℣. 10. *Ecce, duo viri.* Angeli in specie virili.

℣. 11. *Quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* In eadem forma, & forte in eodem loco: quibus verbis eos de absentia Domini consolatur.

℣. 12. *Sabbati habens iter.* Hoc est 1500. circiter passus Geometricos: cum Bethania ultra montem posita, duo milliaria distaret Jerosolyma. Syrus ait 7. stadia.

℣. 13. *Et cum introissent in cœnaculum.* Gr. *Ubi ingressi sunt.* Nempe domum. *Ascenderunt in cœnaculum.* In supremum domus tabulatum, seu in solarium. Gall. *La plate forme:* quæ erat pars domus orationi, magis idonea. *Jacobus Alphæi.* Filius. *Judas Jacobi.* Frater.

℣. 14. *Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus.* In eadem domo erant congregati: Gratia Dei est efficacior, ubi est unanimis fratrum concordia, & orandi perseverantia. *Et Mariâ matre Jesu.* Inter quas prima & præcipua erat mater Jesu. *Et fratribus Jesu.* Cognatis ejus.

℣. 15. *In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit.* Petrus ut Princeps Apostolorum jure suo utitur de Ecclesiæ regimine acturus, & duodecimi Apostoli electione, Ecclesiæ in unum congregatæ id proponit, quod ad mystici corporis Christi perfectionem erat necessarium. *Hominum,* Gr. *Nominum.* Sed capitum.

℣. 16. *Oportet impleri Scripturam.* Gr. *Oportebat.* Loquitur Petrus de infelici Judæ exitu jam præterito, qui impellente avaritia illam Psalmi 68. prophetiam implevit.

℣. 17. *Qui connumeratus erat in nobis.* Nobiscum. *Et sortitus est.* Particeps fuit hujus ministerii, quod nullus accipit, nisi ex voluntate Dei, non ex meritis suis.

℣. 18. *Possedit agrum de mercede iniquitatis.* Ex ejus pecunia ager fuit acquisitus. *Suspensus crepuit.* Græc. πρηνης γενόμενος ἐλάκησε, *pronus crepuit.* Quod ejus venter intumuerit; aut forte fune disrupto, & discisso ventre, præceps corruerit effusis visceribus. *De mercede iniquitatis.* Atque hunc perfidiæ suæ fructum recepit. Duplicem ob rationem vocatus est *ager sanguinis,* quod pretium fuerit proditionis Judæ, & ibi Judas miseram obierit mortem.

℣. 20. *Fiat commoratio eorum deserta.* Non illud abhorret a vero, vocem, *eorum,* irrepsisse ex consuetudine legendi hunc Psalmi versiculum, cum Petrus illum ad Judam accommodet, quod universim scriptum est in Judæos parricidas; vel ut aliis placet. *Fiat commoratio ejus deserta.* Seu domus Judæ, a Romanis evertendæ. *Et Episcopatum.* Munus pastoris Judæ commissum. Quæ postrema verba ex Psalmo 108. sunt desumpta.

℣. 21. *Oportet ergo ex his viris.* Jam in præsenti tempore loquitur Petrus, ac subinde necessariam Apostoli in locum Judæ substitutionem insinuat. *Quo intravit, & exivit.* Phrasis est Hebraica, quo nobiscum vixit, & conversatus est, ut firmius sit testimonium, cum testes oculati producuntur.

℣. 23. *Joseph, qui vocabatur Barsabas.* Hoc est, *Filius Sabæ.*

25. Daß einer in die Statt dieses Dienstes, und apostolischen Amts trete, davon Judas abgewichen ist, damit er an seinen Ort hingienge.

26. Und sie gaben das Loos über sie: und das Loos fiel auf Mathiam: und er ward den eilf Aposteln zugezählet.

Das zweyte Capitel.

I. Die Jünger werden mit dem heiligen Geist erfüllet, und reden mit unterschiedlichen Sprachen. 1. II. P.trus prediget dem Volke, und es werden bey dreytausend bekehrt. 14 III. Die Glaubigen verharren in der Lehre der Apostel, in der Gemeinschaft des Brodbrechens, und im Gebeth. 42. Und hatten alle Dinge gemein. 44.

1. Und als die Tage der Pfingsten erfüllet wurden, waren sie alle zugleich an einem Orte beysammen.

2. Und es geschah schnell ein Brausen vom Himmel, als wann ein gewaltiger Wind herankäme, und erfüllte das ganze Haus, da sie saßen.

3. Und es erschienen ihnen wie feurige zertheilte Zungen, und er setzte sich auf einen jeglichen unter ihnen:

4. Und sie wurden alle mit dem heiligen Geist erfüllet, und fiengen an mit vielerley Zungen zu reden, nachdem es ihnen der heilige Geist gab, auszusprechen.

5. Es waren aber Jüden, welche in Jerusalem wohneten, gottselige Männer aus allerhand Völkern, die unter dem Himmel sind.

6. Als sich nun diese Stimme hören ließ, da kam die Menge zusammen, und ward zerschlagen vom Gemüth: denn ein jeglicher hörete sie mit seiner Sprache reden.

7. Sie entsetzten sich aber alle miteinander, und verwunderten sich, und sprachen: Siehe, sind diese nicht alle Galiläer, die da reden?

8. Wie hören wir dann, ein jeglicher seine Sprache, darinnen wir gebohren sind?

9. Parther, und Meder, und Aelamiter, und die da wohnen in Mesopotamia, im Jüdischen Lande, und in Cappadocia, in Ponto, und Asia,

10. In Phrygia, und Pamphilia, in Aegypten, und an den Gränzen Lybiä, so bey Cyrene gelegen ist, und auch Ausländische von Rom,

11. Auch Jüden, und Jüdengenossen, Creter, und Araber: wir hören sie mit unsern Zungen die herrliche Thaten GOttes reden.

12. Sie aber entsetzten, und verwunderten sich alle untereinander, und sprachen: Was will das werden?

25. Accipere locum ministerii hujus, & Apostolatus, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in locum suum.

26. Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiam: & annumeratus est cum undecim Apostolis.°

CAPUT II.

I. Effuso super discipulos Spiritu sancto omnium loquuntur linguis. 1. II. Petrus explicans prophetiam Joel, convertit ad Christum tria circiter millia. 14. III. Fideles simul perseverant in doctrina Apostolorum, fractione panis & oratione. 42. Habentes omnia communia. 44.

1. Et † cum complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco: † DOM. PENTEC.

2. Et factus est repente de cœlo sonus, tamquam advenientis spiritus vehementis, & replevit totam domum, ubi erant sedentes.

3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum:

4. Et *a* repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

5. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est.

6. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est: quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes.

7. Stupebant autem omnes, & mirabantur, dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur, Galilæi sunt?

8. Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram, in qua nati sumus?

9. Parthi, & Medi, & Ælamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Judæam, & Cappadociam, Pontum, & Asiam,

10. Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & advenæ Romani,

11. Judæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.°

12. Stupebant autem omnes, & mirabantur ad invicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?

a Matth. 3. 11. Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Joann. 7. 39. Supr. 1 8. Infr. 11. 16. & 19. 6.

℣. 25. *De quo prævaricatus est.* Seu per prævaricationem excidit. *Ut abiret in locum suum.* In locum gehennæ.

℣. 26. *Et dederunt sortes eis.* Electio jam præcesserat, qua duo ex fratrum, seu discipulorum numero selecti fuerant, qui cum viderentur meritis pares, hos sortitio discrevit. Unde sors illa fuit cum electione conjuncta, & divitiva, ut ajunt, qua uti solent, cum divisæ hæreditatis, quæ pars unicuique hæredi contingat, forti committitur. Augustinus sermone 2. in Psalmum. 30. *Sors non aliquid mali est, sed res est in dubitatione humana divinam indicans voluntatem.* Tum sortem misisse Apostolos ait, postquam duos elegerant virtutibus pares: *Electi sunt duo judicio humano, electus est unus ex duobus judicio divino.*

CAPUT II.

℣. 1. *Et cum complerentur dies Pentecostes.* Cum dies quinquagesimus post festum Azymorum compleretur. Qui dies cum ex constanti Ecclesiæ traditione fuerit Dominicus, hinc colligunt quidam viri docti festum Azymorum a plerisque Judæis hoc anno die Sabbati fuisse celebratum, & agnum Paschalem die Veneris fuisse immolatum. In textu Græco *dies* in singulari numero ponitur. Nam una tantum erat dies in festo Pentecostes, non plures, ut in Paschate. *Pariter*, Gr. *Unanimiter.* Simul: eo die quasi animata fuit Ecclesia Spiritu sancto, a quo jam habuerat justitiam: sed motum & vigorem nunc accipit.

℣. 2. *Tanquam advenientis spiritus.* i. Venti. *Vehementis.* Qui signum erat divini adventus, ut L. 3. Regum, cap. 19. eo ipso die, quo legem Israelitis dederat Deus.

℣. 4. *Et cœperunt loqui variis linguis.* Utrum una & eadem lingua, quæ ab omnibus intelligeretur, locuti sint Apostoli, ita ut miraculum in iis fuerit, qui audiebant; an potius distinctis linguis, adeo ut alii Græce, Latine alii, & ita de cæteris loquerentur, quæri merito solet. Utrumque fieri potuit; nam accepto Spiritu sancto statim cœperunt loqui variis linguis Apostoli, cum diversarum nationum homines eo confluerent, & permistim adessent. Sed illud quoque satis est verosimile una & eadem lingua postea locutos esse, quæ ab omnibus, qui aderant, intelligebatur.

℣. 5. *Viri religiosi.* i. Religiose Deum colentes.

℣. 6. *Quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes.* Non adeo stupendum fuisset, si diversi homines diversis locuti fuissent linguis: sed inauditum hactenus fuit miraculum, quod idem homo eadem utens lingua ab omnibus intelligeretur. Quæ oratio a Petro habita est, una & eadem lingua fuit pronuntiata, ab omnibus tamen intellecta. Nec dubium tamen est, quin Apostoli donum linguarum acceperint, ut Evangelium toto orbe prædicarent. Hinc Apostolus 1. Cor. 12. *Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrum lingua loquor.* Quin & fideles postea accepto Spiritu sancto variis locuti sunt linguis, ut Actorum 10. & 19. cap. testatum habemus. Divisio linguarum olim in pœnam facta est, cum dispersæ sunt nationes: nunc linguarum donum in unitatem fidei, & in unum corpus fideles adducit.

℣. 8. *Audivimus — linguam nostram.* Dialectum sc. proprium.

℣. 9. *Ælamitæ.* sc. Persæ.

℣. 10. *Et partes Libyæ.* Libya aliquando sumitur pro tota Africa, interim pro ea regione, quæ est ad occasum Ægypti: hujus metropolis erat Cyrenes. *Et advenæ Romani.* Judæi aut professione, aut genere.

℣. 11. *Magnalia Dei.* i. Opera mirifica.

13. Alii autem irridentes, dicebant: Quia musto pleni sunt isti.

† *FER. 4. QUAT. TEMP. PENTEC. EPIST. 1.*

II. 14. Stans † autem Petrus cum undecim levavit vocem suam, & locutus est eis: Viri Judæi, & qui habitatis Jerusalem, universi hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

15. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia:

16. Sed hoc est, quod dictum est per Prophetam Joël:

b Isai. 44. 3. Joel. 2. 28.

17. Et *b* erit in novissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filiæ vestræ: & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

18. Et quidem super servos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt:

19. Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

20. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus.

c Joel. 2. 32. Rom. 10. 13.

21. Et *c* erit: omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.

22. Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis:

23. Hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis:

24. Quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.

d Psal. 15. 8.

25. David enim dicit in eum: *d* Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear:

26. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe:

13. Andere aber lachten sie aus, und sprachen: Diese Leute sind voll süßen Weins.* * trunken vom Most.

II. 14. Petrus aber stund mit den Eilfen, erhub seine Stimme, und sprach zu ihnen: Ihr Jüdische Männer, und alle, die ihr zu Jerusalem wohnet, dieses sey euch kund gethan, und vernehmet mit den Ohren meine Worte.

15. Denn diese sind nicht trunken, wie ihr meynet, dieweil es erst die dritte Stunde am Tage ist:

16. Sondern das ist es, das durch den Propheten Joel gesagt ist:

17. Und es wird geschehen in den letzten Tagen, spricht der HErr, so will ich von meinem Geist über alles Fleisch ausgießen: und eure Söhne, und eure Töchter werden weissagen: und eure Jünglinge werden Gesichter sehen, und eure Aeltesten werden Träume haben.

18. Und zwar, ich will in denselbigen Tagen auf meine Knechte, und auf meine Mägde von meinem Geist ausgießen, und sie werden weissagen:

19. Und ich will Wunder geben droben im Himmel, und Zeichen hierunten auf Erden, Blut und Feuer, Dampf und Rauch.

20. Die Sonne wird sich in Finsterniß verwandeln, und der Mond in Blut, ehe dann der große und offenbare Tag des HErrn kommen wird.

21. Und es wird seyn: ein jeglicher, der den Namen des HErrn wird anrufen, der wird selig werden.

22. Ihr Männer von Israel, höret diese Worte: JEsum von Nazareth, den Mann, der von GOtt unter euch durch kräftige Thaten, und Wunder, und Zeichen bewähret ist, welche GOtt durch ihn mitten unter euch gethan hat, wie ihr selbst auch wisset:

23. Denselbigen, nachdem er aus beschlossenem Rath und Fürsichtigkeit GOttes übergeben war, habt ihr durch die Hände der Gottlosen gepeiniget und getödtet:

24. Den hat GOtt auferwecket, und die Schmerzen der Hölle aufgelöset, wie es dann unmöglich war, daß er von ihr sollte gehalten werden.

25. Denn David spricht von ihm: Ich sahe den HErrn allezeit vor meinem Angesichte: denn er ist mir auf der rechten Seite, damit ich nicht beweget werde:

26. Darum hat sich mein Herz erfreuet, und meine Zunge frohlocket, über das wird mein Fleisch auch in Hoffnung ruhen:

27. Denn

ỳ. 13. *Quia musto pleni sunt isti.* Vox Græca γλεύκος, *liquorem dulcem* significat. Non enim ea tempestate mustum fuit expressum, aut factæ sunt vindemiæ: sed vinum erat nondum auiterum, aut forsan igne coctum, cujusmodi est vinum Canariense, & alia pleraque.

ỳ. 15. *Cum sit hora diei tertia.* Hora nona matutina, qua quidem hora non solent homines inebriari, præsertim in fervidis illis regionibus. Petrus vero hinc occasionem sumit docendi Judæos, hoc ipsum, quod vino tribuebant, a Spiritu sancto esse profectum, idque prædictum a Joele Propheta ostendit, cujus verba suo loco sunt exposita. Et quidem quod solet vinum in hominibus, hoc Spiritus sancti effusio in Apostolis miro quodam efficiebat modo, lætitiam cordis incredibilem, verborum ubertatem, interritos in periculis animos, rerum terrenarum contemptum, sinceritatem in reddendis testimoniis.

ỳ. 17. *Effundam de spiritu meo super omnem carnem.* Hæc effusio Spiritus sancti cœpit in Apostolis usque ad mundi finem duratura. Vocatio Gentium his verbis insinuatur: dies vocantur novissimi, novæ legis tempora. Vox Hebraica *Achare*, אחרי, *postea*, significat. *Filii vestri.* Spiritum propheticum accipient, & varia Spiritus sancti dona, mysteria hactenus incognita penetrabunt.

ỳ. 19. *Et dabo prodigia in cælum sursum.* Hæc spectant ad extremum judicium, aut ad ea, quæ jam in morte Christi visa sunt prodigia, cujusmodi fuit sol obscuratus, terræ motus, &c.

ỳ. 21. *Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Per verum Dei cultum, quique in fide, spe, & charitate ad finem usque perseveraverit.

ỳ. 22. *Jesum Nazarenum, virum approbatum a Deo.* Dei testimonio, & innumeris miraculis comprobatum Messiam esse ostendit. *In vobis.* Syr. Apud vos. *Virtutibus.* i. Miraculis Dei virtute factis.

ỳ. 23. *Hunc definito consilio, &c.* Interemistis: non casu fortuito, non ex imbecillitate, aut invitum, sed divinæ voluntatis decreto traditum: adeo ut Christi mortem Deus voluerit, odium & invidiam Judæorum permiserit. Non enim Judæ avaritiam, aut infestos Judæorum animos fecit Deus, sed utrisque usus est ad generis humani redemptionem perficiendam, quæ invenit in cordibus eorum. *Traditum.* Gr. ἔκδοτον, *deditum, expositum.*

ỳ. 24. *Solutis doloribus inferni.* Gr. λύσας. *Solvens.* Dolores illi non aliud videntur esse, quam dolores, quos perpessus est in cruce, quique illi mortem intulerunt. Hebraismus ille frequens est Scripturis, ut *homo peccati*, est *peccator*; *dolores mortis*, sunt *mortales dolores*; corpus ab anima separavit dolor, resurrectio doloris effectus solvit. Vel ut aliis videtur Interpretibus, vox Hebraica *Chevelim*, חבלים, quæ *dolores*, eadem & *vincula* exprimit: sic Psalm. 17. 6. ad quem forte alludit Petrus, *dolores inferni*, in Vulgata, Hebr. sunt *vincula*, aut *funes*. Petrus Hebraice loquens potuit hunc locum citare, *circumdederunt me funes mortis.* Lucas vero, qui versione 70. uti solet, ita scripsit: *Solutis doloribus inferni.* Rupit enim Christus per resurrectionem suam mortis vincula, quibus mors eos constringit, qui ex hac vita excedunt. *Juxta quod.* Eo quod. *Ab eo.* A morte, ac probationis loco utitur Davidis testimonio.

ỳ. 25. *David enim dicit in eum.* David in hoc Psalmo 15. Christum inducit loquentem. *In eum.* Hoc est, in persona Christi, vel ejus nomine. *Providebam Dominum.* Patriam æternam. Hæc utique suo loco sunt exposita ad Psalmum 15. quem veteres Rabbini de Messia exposuerunt.

ỳ. 26. *Insuper & caro mea requiescet in spe.* Futuræ resurrectionis securus; nec o Deus! fines, ut corpus sanctificatum per unionem Verbi hypostaticam corrumpatur.

27. Denn du wirst meine Seele nicht in der Hölle verlassen, auch nicht zugeben, daß dein Heiliger die Verwesung sehe.

28. Du hast mir die Wege des Lebens kundgethan: und wirst mich durch dein Angesicht mit Freude erfüllen.

29. Ihr Männer, und Brüder, lasset mich kühnlich zu euch reden von dem Patriarchen David: denn er ist gestorben, und begraben: so ist auch sein Grab noch bey uns, bis auf den heutigen Tag.

30. Dieweil er nun ein Prophet war, und wußte, daß ihm GOtt mit einem Eyd geschworen hatte, daß einer von der Frucht seiner Lenden auf seinem Stuhl sitzen sollte:

31. So hat er es zuvorgesehen, und von der Auferstehung Christi geredet, daß er weder in der Hölle ist verlassen worden, noch sein Fleisch die Verwesung gesehen hat.

32. Diesen JEsum hat GOtt wiederum auferwecket, deß wir alle Zeugen sind.

33. Dieweil er dann durch die rechte Hand GOttes erhöhet ist, und die Verheißung des heiligen Geistes vom Vater empfangen hat, so hat er diesen Geist ausgegossen, den ihr sehet, und höret.

34. Denn David ist nicht gen Himmel hinaufgefahren: er spricht aber: Der HErr hat gesagt zu meinem HErrn: setze dich zu meiner Rechten:

35. Bis daß ich deine Feinde zum Schemmel deiner Füße lege.

36. So soll nun das ganze Haus Israel gewiß wissen, daß GOtt diesen JEsum, den ihr gekreuziget habt, zum HErrn, und zu Christo * gemacht hat.

* gesalbten König und Messia.

37. Als sie aber dieses gehöret, gieng ein Stich durch ihr Herz *, und sie sprachen zu Petro, und zu den andern Aposteln: Ihr Männer, und Brüder, was sollen wir thun?

* wurden von Herzen zerknirscht.

38. Petrus aber sprach zu ihnen: Thut Buße, und ein jeglicher von euch lasse sich im Namen JESU Christi taufen, zur Vergebung eurer Sünden: so werdet ihr die Gabe des heiligen Geistes empfangen.

39. Denn euch ist die Verheißung geschehen, und euren Kindern: auch allen, die noch ferne sind, welche der HErr unser GOtt herzurufen wird.

40. Er zeugete auch mit viel andern Worten, und ermahnete sie, und sprach: Lasset euch helfen * aus diesem boshaftigen Geschlecht.

* errettet.

41. Welche nun sein Wort annahmen, die liessen sich taufen: und wurden an demselbigen Tage ungefähr dreytausend Seelen zugefüget. *

* zugethan.

III. 42. Sie beharreten aber in der Lehre der Apostel, und in der Gemeinschaft des Brodbrechens, und im Gebeth.

43. Es kam aber eine Furcht über alle Seelen: so wurden auch viele Wunder und Zeichen durch die Apostel zu Jerusalem gethan, und war eine große Furcht in allen Leuten.

27. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

28. Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me jucunditate cum facie tua.

29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David: *e* quoniam defunctus est, & sepultus: & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem. *e* 3. *Reg.* 2. 10.

30. Propheta igitur, cum esset, & sciret, quia jurejurando *f* juravit illi Deus de fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus: *f* *Psalm.* 131. 11.

31. Providens locutus est de resurrectione Christi, quia *g* neque derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem. *g* *Psal.* 15. 10. *Infr.* 13. 35.

32. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes non testes sumus.

33. Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta a Patre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.

34. Non enim David ascendit in cœlum: dixit autem ipse: *h* Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis: *h* *Psal.* 109. 1.

35. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

36. Certissime sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis.

37. His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres?

38. Petrus vero ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

39. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris: & omnibus, qui longe sunt, quoscumque advocaverit Dominus Deus noster.

40. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini a generatione ista prava.

41. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.

III. 42. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.

43. Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant, & metus erat magnus in universis.

44. Omnes

℣. 27. *Quoniam non derelinques animam meam in inferno.* Descensus Christi ad inferos hinc manifeste colligitur. Nusquam enim legimus animam descendere in sepulchrum. Unde hæc duo Petrus cum Psalmista distinguit: *Quia non derelictus est in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.* Seu incinerationem; illud ad animam, hoc ad ejus corpus pertinet. Quamvis non inficiemur animam interdum pro homine accipi; nec defuerint, qui hæc intellexerint de sepulchro, hoc modo: *Non relinques me sub regno mortis.*

℣. 28. *Notas mihi fecisti vias vitæ.* Revocabis me ad vitam. *Cum facie tua.* In cœlo. Tum Judæorum objectionem occupat, ac subinde ostendit Davidem non de seipso loqui, sed de Christo ejus filio secundum carnem, quem Deus vult sedere super sedem ejus, cujus animam non dereliquit, sed dextera seu potentia sua exaltavit.

℣. 34. *Non enim David ascendit in cœlum.* Ita ut de eo vere dici possit: *Sede a dextris meis.* Hæc quippe verba in Davidem non cadunt.

℣. 36. *Et Christum fecit.* sc. Qua hominem.

℣. 37. *Compuncti sunt.* Ex pœnitentia.

℣. 38. *Et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi.* Omnes professentes nomen Christi, seu Baptismo instituto a Christo. Fidem in Christum exigit, ut missum a Deo, & hominum redemptorem, eamque ut conditionem ad Baptismum necessariam: non quod Apostoli alia uterentur forma præter eam, quam Christus ipse instituerat. *Et accipietis.* Gratiam justificantem per Sacramentum Confirmationis. Unde præcessit instructio quoad credenda & facienda.

℣. 39. *Vobis enim est repromissio.* Hæc quidem *facta est Abrahæ & semini ejus, quod est Christus.* Tametsi in gratiam Judæorum facta est. *Et omnibus, qui longe sunt.* De Judæis proprie loqui videtur, qui toto orbe erant dispersi. Nondum enim forsitan vocatio Gentium perfecta erat Petro, uti ex cap. 10. colligitur: tametsi alii de gentibus a fide alienis hæc intelligunt, ut Propheta & Christus ipse identidem prædixerant.

℣. 40. *A generatione prava.* i. Incredula & impia.

℣. 41. *Et appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia.* Fidelium numero sunt appositæ: qui a discipulis sunt baptizati, non immersione, sed effusione, vel aspersione aquæ.

℣. 42. *Et communicatione fractionis panis.* Græc. Illius panis, sc. cœlestis. Syr. Eucharistiæ. Ubi nota, id nomen, etsi græcum, etiam Syris in usu fuisse Sa.

44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.

45. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis,

47. Collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie in idipsum.

CAPUT III.

I. Petrus cum Joanne claudum a matris utero sanat. 7. II. Docet, id se fecisse per fidem nominis Christi. 12. III. Quem ostendit esse Messiam promissum per Moysen & Prophetas ipsique Abrahæ. 21.

† IN VIG. APOST. PETRI ET PAULI.

1. Petrus † autem, & Joannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam.

2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.

3. Is, cum vidisset Petrum & Joannem, incipientes introire in templum, rogabat, ut eleemosynam acciperet.

4. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos.

5. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

6. Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.

7. Et apprehensa manu ejus dextera, allevavit eum, & protinus consolidatæ sunt bases ejus, & plantæ.

8. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intravit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.

10. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat, qui ad eleemosynam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore & extasi in eo, quod contigerat illi.

11. Cum teneret autem Petrum & Joannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, stupentes.

II. 12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israëlitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?

† FER. 4. POST PASCH.

13. Deus † Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, Deus Patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum: quem vos quidem tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.

a Matth. 27. 20. Marc. 15. 11. Luc. 23. 18. Joan. 18. 40.

14. Vos *a* autem sanctum, & justum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis:

44. Es waren auch alle beyeinander, die da glaubten, und hielten alle Dinge in gemein.

45. Und sie verkauften ihre Erbschaften, und Güter, und theilten sie allen aus, nachdem jedem vonnöthen war.

46. Sie verharreten auch alle Tage einmüthiglich im Tempel, und brachen das Brod in den Häusern, nahmen auch die Speise mit Freuden, und in Einfalt des Herzens,

47. Und lobeten GOtt, und hatten Gunst bey dem ganzen Volke. Der HErr aber vermehrete täglich die Versammlung derjenigen, welche sollten selig werden.

Das dritte Capitel.

I. Petrus mit Johanne macht einen gebohrnen Lahmen gesund. 7. II. Lehret das Volk, daß er dieses Wunderzeichen nicht aus eigener, sondern aus Christi Kraft, gewürket habe, auf daß sie an ihn glaubten. 12. III. Und erweiset, daß er der Messias sey. 21.

1. Petrus aber, und Johannes giengen hinauf in den † Tempel, zur neunten Stunde des Gebeths.

2. Und ein Mann, der lahm aus seiner Mutterleib gebohren war, ward dahingetragen: und sie setzten ihn täglich vor die Thür des Tempels, welche die Schöne genennet wird, damit er ein Almosen begehrte von denen, so zum Tempel hineingiengen.

3. Als dieser Petrum und Johannem sah, daß sie zum Tempel hineingehen wollten, bath er sie, daß er ein Almosen bekommen möchte.

4. Petrus aber sah ihn an mit Johanne, und sprach: Siehe uns an.

5. Und er sah sie stark an, in Hoffnung, daß er etwas von ihnen bekommen würde.

6. Petrus aber sprach: Silber und Gold habe ich nicht: was ich aber habe, das gebe ich dir: stehe auf im Namen JEsu Christi von Nazareth, und wandele.

7. Und er griff ihn bey seiner rechten Hand, und hub ihn auf, da wurden seine Schenkel und Fußsohlen alsbald vestgemacht.

8. Und er sprang auf, stund und wandelte: er gieng auch mit ihnen zum Tempel hinein, wandelte, und sprang, und lobete GOtt.

9. Und alles Volk sah ihn wandeln, und GOTT loben.

10. Sie kenneten ihn aber wohl, daß er derselbige wäre, der an der schönen Porte des Tempels gesessen, und Almosen begehrt hatte. Und sie wurden mit Schrecken erfüllet, und entsetzten sich über das, so ihm wiederfahren war.

11. Als er sich aber an Petrum und Johannem hielt, lief alles Volk zu ihnen in den Umgang *, den man Salomonis nennet, und waren im Schrecken. **

* Schopf. ** Verwunderung.

II. 12. Da nun Petrus das sah, antwortete er dem Volke: Ihr Männer von Israel, was verwundert ihr euch hierüber? oder was sehet ihr uns an, als wann wir diesen Menschen durch unsere Kraft und Vermögen gehend gemacht hätten?

13. Der GOtt Abrahams, und der GOtt Isaacs, und der GOtt Jacobs, der GOtt unserer Väter hat seinen Sohn JEsum verkläret: den ihr zwar habt überantwortet, und verläugnet vor dem Angesichte Pilati, da derselbige urtheilte, ihn loszulassen.

14. Ihr aber habt den Heiligen und Gerechten verläugnet, und gebethen, daß euch ein Mann geschenket würde, der ein Mörder war:

15. Ab

¥. 46. *Et frangentes circa domos panem.* Græc. *per singulas domos.* Versio Syriaca utitur voce *Pherisa*, פריכתא, quæ *fractionem*, seu Eucharistiam significat, & clarius.

¥. 47. *Dominus autem augebat, qui salvi fierent quotidie in idipsum.* Hoc est, in eandem vivendi rationem; vel juxta textum Græcum, qui salvarentur, fideles.

CAPUT III.

¥. 1. *Ad horam orationis nonam.* Hora erat post meridiem tertia, quæ precibus vespertinis erat destinata.

¥. 2. *Quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa.* An forte hæc porta extructa fuit in locum ejus, quam Joathan Lib. 4. Reg. cap. 15. extruxerat in templo Salomonis? Josephus L. 7. Antiq. cap. 12. eam factam ait ex ære Corinthio. Hæc contigere eodem anno sc. trigesimo tertio.

¥. 11. *Cucurrit omnis populus ad eos, ad porticum, quæ appellatur Salomonis.* De qua Ezechiel 40. & Joan. 10. 23. Hanc describit Josephus L. 8. cap. 2. & Lib. 20. cap. 8. Ea quidem in parte extima atrii Gentium, & eodem in loco, quo a Salomone fuerat extructa, ab Herode fuit restituta. *Quasi nostra -- potestate.* Græc. Pietate.

¥. 14. *Vos autem sanctum, & justum negastis.* Oblatum Messiam, Sanctum sanctorum adeo exoptatum rejecistis. Verum hujus miraculi auctorem demonstrat Petrus.

15. Aber den Urheber des Lebens habt ihr getödtet, welchen GOtt auferwecket hat von den Todten, dessen wir Zeugen sind.

16. Und durch den Glauben an seinen Namen, hat sein Name diesen gestärket, den ihr sehet, und kennet: und der Glaube, der durch ihn ist, hat diese vollkommene Gesundheit gegeben, vor dem Angesichte euer aller.

17. Und nun, liebe Brüder, ich weis, daß ihr es durch Unwissenheit gethan habt, wie auch eure Obersten.

18. GOtt aber hat diesergestalt erfüllet, was er zuvor durch den Mund aller Propheten verkündiget hat, daß sein Christus leiden sollte.

19. Derowegen thut Buße, und bekehret euch, damit eure Sünden ausgetilget werden:

20. Auf daß ihr bestehet, wann kommen werden die Zeiten der Erquickung von dem Angesichte des HErrn, und er denselbigen senden wird, der euch geprediget ist, JEsum Christum,

III. 21. Welcher den Himmel zwar einnehmen muß, bis zu den Zeiten, daß alle Dinge wiedergebracht werden, davon GOtt geredet hat durch den Mund seiner heiligen Propheten, welche von Anfang gewesen sind.

22. Moyses hat zwar gesagt: Der HErr euer GOtt wird euch von euren Brüdern einen Propheten erwecken, gleichwie mich: denselbigen sollet ihr hören, nach allem, was er zu euch reden wird.

23. Es wird aber seyn: eine jegliche Seele, welche denselbigen Propheten nicht hören wird, die soll aus dem Volke vertilget werden.

24. So haben auch alle Propheten diese Tage zuvorverkündiget, welche von Samuel an, und folgends geredet haben.

25. Ihr seyd Kinder der Propheten, und des Bundes, den GOtt mit unsern Vätern aufgerichtet hat, da er zu Abraham sprach: Und in deinem Saamen sollen alle Geschlechte der Erde gesegnet werden.

26. Euch hat GOtt erstlich seinen Sohn erwecket, und hat ihn gesandt, daß er euch segnen sollte: damit sich ein jeglicher von seiner Bosheit bekehre.

Das vierte Capitel.

I. Petrus und Johannes werden gefangen, weil sie die Auferstehung Christi predigen. 1. Als man ihnen verbothen, nicht mehr zu predigen, antworteten sie, man müsse GOtt mehr gehorchen, als den Menschen. 17. II. Als sie zu den Ihrigen gekommen, preisen sie GOtt, und empfangen größere Kraft zu predigen. 23. III. Die Glaubigen, deren ein Herz und Seele, verkaufen ihre Güter, und bringen das Geld zu den Füßen der Apostel. 32.

1. Dieweil sie aber zu dem Volke redeten, kamen darüber die Priester, und die Obersten des Tempels, sammt den Sadducäern,

15. Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit a mortuis, cujus nos testes sumus.

16. Et in fide nominis ejus, hunc, quem vos vidistis, & nostis, confirmavit nomen ejus: & fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

17. Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri.

18. Deus autem, quæ prænuntiavit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, sic implevit.

19. Pœnitemini igitur, & convertimini, ut deleantur peccata vestra:

20. Ut cum venerint tempora refrigerii a conspectu Domini, & miserit eum, qui prædicatus est vobis, Jesum Christum,

III. 21. Quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum a sæculo prophetarum.

22. Moyses quidem dixit: *b* Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris, tamquam me: ipsum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis. *b Deut.* 18. 15.

23. Erit autem: omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.

24. Et omnes Prophetæ a Samuel, & deinceps, qui locuti sunt, annuntiaverunt dies istos.

25. Vos estis filii prophetarum, & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham: *c* Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. *c Gen.* 12. 3.

26. Vobis primum Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: ut convertat se unusquisque a nequitia sua.

CAPUT IV.

I. Apostoli examinati de claudi curatione, ostendunt in solo Christo lapide angulari esse salutem. 1. *Nec principibus contra Dei jussum obtemperant cessando a doctrina nominis Christi.* 17. *II. Dimissi & orantes, accipiunt nova signa dati Spiritus sancti.* 23. *III. Fideles nihil habent proprium, sed habentes cor & animam unam, divenditis bonis pretium commune faciunt.* 32.

1. Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt sacerdotes, & magistratus † templi, & Sadducæi, † *Eodem an.* 33.

2. Dolen-

℣. 15. *Auctorem vero vitæ interfecistis.* Deum scilicet hominem factum interfecistis. Deus enim solus est auctor vitæ; eum, qui vos creavit, occidistis. Non de vita æterna, sed de temporali manifeste loquitur, atque ex ipsa antithesi, qua Petrus utitur, palam est Petrum iis exprobrare Deicidium.

℣. 16. *Et in fide nominis ejus.* Per fidem in Christum, & invocationem nominis ejus, cui interiorem fidem conjunxerat; ac nomen hoc loco non pro virtute tantum & potestate, sed proprie pro Christi numine accipitur. *Confirmavit nomen ejus.* Hoc loco, ut sæpe alias, est hyperbaton, seu quædam vocum transpositio, quæ sic disponi potest: Et nomen ejus confirmavit per illius fidem, hunc quem vidistis & nostis: mox ad pœnitentiam eos adhortatur.

℣. 17. *Scio, quia per ignorantiam feciſtis.* Cum ignorantia peccatum imminuat: nam major culpa & gravior extitisset, si contra conscientiam, ac certam persuasionem de Christi missione & sanctitate auctorem vitæ interemissent. Eandem igitur Petrus affert excusationem, quam Salvator in cruce. Ea tamen ignorantia usus est Deus, ut Prophetarum implerentur oracula, quæque Judæi adversus Christum fecerant, Deus in bonum converteret.

℣. 20. *Ut cum venerint tempora refrigerii a conspectu Domini.* Hic est ellipsis quædam, adeo ut supplendum aliquid videatur, quale est illud, ut perfruamini refrigerio, aut ubi tempus advenerit refrigerii; sicque versiculus 19. cum vigesimo est conjungendus, ut deleantur peccata vestra, cum venerint tempora refrigerii. *A conspectu Domini.* Præsente & favente Domino; vel, ut aliis placet: *A conspectu Domini.* Adversus ignem illum, quo conflagraturus est orbis: quemadmodum in Psalmis legimus: *Umbraculum ab æstu*, ut sint tuti, & securi ab æstu; *a turbine, & a pluvia.* In Scripturis etiam *facies*, sæpe pro *ira Dei* usurpatur: ut Ps. 17. 9. *Ignis a facie ejus exarsit.*

℣. 21. *Quem oportet quidem cœlum suscipere.* Cœlo recipi. Sic enim Deo placuit, ut fides vestra exerceatur. *Usque in tempora resurrectionis.* Donec compleantur omnia, quæ dicta sunt a Prophetis. Vox Græca δέξασθαι, significat *suscipere*, aut *admittere:* ac publicam tantummodo & exteriorem præsentiam excludit Apostolus, non invisibilem, quamvis realem, qua præsens est in Eucharistia, de qua minime agebatur; aut extraordinariam, ut quando Paulo & aliis Sanctis apparuit, ut 1. Cor. 3. *Nonne Jesum Christum Dominum nostrum vidi?*

℣. 23. *Exterminabitur de plebe.* Peribit, in populo Dei non censebitur.

℣. 24. *Omnes Prophetæ.* Usus auctoritate Moysis ex capite 18. Deuteronomii, idque confirmat ex Prophetis, quorum monumenta ad nos usque pervenerunt.

℣. 25. *Filii Testamenti.* i. Pacti. *Quod disposuit.* Seu quod fecit & pactus est Deus cum Patribus.

CAPUT IV.

℣. 1. *Supervenerunt sacerdotes, & magistratus templi.* Græc. Στρατηγὸς, *Præfectus.* Nimirum custodibus Templi. Non is erat centurio cohortis, quæ præsidio erat in turre Antonia, quique non Templi, nisi forte atrii Gentium

2. Dolentes, quod docerent populum, & annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis:

3. Et injecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum: erat enim jam vespera.

4. Multi autem eorum, qui audierunt verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum quinque millia.

5. Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ in Jerusalem.

6. Et Annas princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali.

7. Et statuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine fecistis hoc vos?

8. Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & seniores audite:

9. Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est:

10. Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel: quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit a mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.

11. Hic *a* est lapis, qui reprobatus est a vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli:

12. Et non est in alio aliquo salus: nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.

13. Videntes autem Petri constantiam, & Joannis, comperto, quod homines essent sine litteris, & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos, quoniam cum Jesu fuerant:

14. Hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15. Jusserunt autem eos foras extra concilium secedere: & conferebant ad invicem,

16. Dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Jerusalem: manifestum est, & non possumus negare.

17. Sed ne amplius divulgetur in populum, comminemur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.

18. Et vocantes eos, denuntiaverunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine JESU.

19. Petrus vero, & Joannes respondentes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, judicate:

20. Non enim possumus, quæ vidimus & audivimus non loqui.

21. At illi comminantes dimiserunt eos: non invenientes, quomodo punirent eos propter populum: quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo, quod acciderat.

a Psal. 117. 22. *Isaiæ.* 28. 16. *Matth.* 21. 42. *Marc.* 12. 10. *Luc.* 20. 17. *Rom.* 9. 32. 1. *Petr.* 2. 7.

2. Die es verdroß, daß sie das Volk lehreten, und in JEsu die Auferstehung von den Todten verkündigten:

3. Und sie legten die Hände an sie, und setzten sie in das Gefängniß bis auf den Morgen: denn es war schon Abend.

4. Aber viele von denselbigen, die das Wort gehöret hatten, glaubten: und war die Anzahl der Männer in die fünftausend.

5. Es begab sich aber am folgenden Tage, daß ihre Obersten, und Aeltesten, und Schriftgelehrten zu Jerusalem zusammenkamen.

6. Da war Annas der Hohepriester, und Caiphas, und Johannes, und Alexander, und alle, die vom hohenpriesterlichen Geschlechte waren.

7. Und sie stellten sie in die Mitte, und fragten sie: Aus was Gewalt, oder in welchem Namen habt ihr dieses gethan?

8. Da ward Petrus mit dem heiligen Geiste erfüllet, und sprach zu ihnen: Ihr Obersten des Volks, und ihr Aeltesten höret:

9. Im Fall wir heutiges Tages der Wohlthat halben gerichtet werden, welche dem kranken Menschen widerfahren ist, dadurch ihm auch ist geholfen worden:

10. So sey euch allen, und dem ganzen Volk Israel kund gethan: daß im Namen unsers HErrn JEsu Christi von Nazareth, den ihr gekreuziget habt, den auch GOtt von den Todten wiederum auferwecket hat, in demselbigen stehet dieser allhier vor euch, und ist gesund.

11. Dieses ist der Stein, der von euch Bauleuten verworfen ist, und der zum Eckstein worden ist:

12. Und es ist in keinem andern Heil: denn es ist kein anderer Name den Menschen unter dem Himmel gegeben, dadurch wir müssen selig werden.

13. Als sie nun die Beständigkeit Petri und Johannis sahen, auch erfahren hatten, daß es ungelehrte Leute und Layen wären, verwunderten sie sich, und erkannten sie, daß sie mit JEsu gewesen wären:

14. Sie sahen auch den Menschen bey ihnen stehen, dem geholfen war, und konnten nichts dawider reden.

15. Sie befahlen aber, daß sie aus dem Rath hinausgiengen: und sie beredeten sich untereinander,

16. Und sprachen: Was sollen wir diesen Menschen thun? denn das Zeichen, so durch sie geschehen, ist kundbar allen Inwohnern zu Jerusalem: es ist offenbar, und wir können es nicht läugnen.

17. Damit es aber nicht weiter unter das Volk ausgebreitet werde, so lasset uns sie bedrohen, daß sie hinfüro zu keinem Menschen in diesem Namen reden.

18. Und sie riefen ihnen, und gebothen ihnen, daß sie keineswegs hinfüro im Namen JEsu reden, oder lehren sollten.

19. Petrus aber und Johannes antworteten, und sprachen zu ihnen: Urtheilet ihr selbst, ob es recht sey vor dem Angesichte GOttes, daß wir euch mehr gehorchen, dann GOtt:

20. Denn wir können nicht unterlassen, zu reden, was wir gesehen, und gehöret haben.

21. Aber sie droheten ihnen, und ließen sie gehen: dieweil sie nicht fanden, wie sie dieselbigen strafen möchten um des Volks willen: denn alle rühmeten hoch, was geschehen war in dem, so sich zugetragen hatte.

22. Denn

Gentium excubiis præerat. Nam Levitæ erant Templi & atrii interioris custodes præpositi, ne quis tumultus fieret. *Et Sadducæi.* Qui cum resurrectionem mortuorum negarent, ægre ferebant Christi resurrectionem palam annuntiari.

℣. 4. *Et factus est numerus virorum quinque millia.* An tria virorum millia, qui die Pentecostes fuerunt baptizati, in hunc numerum includuntur; an potius eo die quinque millia præter alia tria nomen Christo dederint, dubitatur. Hi vero diebus proxime sequentibus sunt baptizati per aquæ effusionem, aut aspersionem.

℣. 5. *Ut congregarentur principes eorum.* Magni Synedrii Senatores. *Et Seniores.* Alii urbis Senatores. *Et Scribæ.* Legis Doctores. An forte 24. Classium Sacerdotalium capita Seniorum nomine designantur?

℣. 7. *In quo nomine.* Seu qua authoritate, feciftis hoc?

℣. 9. *Si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi.* Syriace. Si in jus vocamur. *In beneficio.* Quod bene fecerimus. *In quo iste salvus factus est.* Supple, judicamur, quod ille sanitatem receperit.

℣. 12. *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus.* Ergo fides in Christum est ad salutem omnino necessaria: qui nobis salutem æternam impartitur, is facile potuit hunc sanare claudum.

℣. 13. *Quoniam cum Jesu fuerant.* Supple, conversati.

℣. 16. *Quoniam quidem notum signum factum est per eos.* Tam evidens, quod notum est omnibus habitantibus in Jerusalem.

℣. 19. *Si justum est in conspectu Dei.* An justum est Deo coram & teste, *vos potius audire, quam Deum?*

℣. 21. *Omnes clarificabant id.* Seu Deum glorificantes propter id.

22. Denn der Mensch war über vierzig Jahre alt, an welchem dieses Zeichen der Gesundheit geschehen war.

II. 23. Als sie aber freygelassen waren, kamen sie zu den Ihrigen: und verkündigten ihnen alles, was die Hohenpriester und Aeltesten zu ihnen gesagt hatten.

24. Da dieselbigen das höreten, huben sie einmüthiglich ihre Stimme auf zu GOtt, und sprachen: HERR! du bist, der du Himmel und Erde, das Meer, und alles, was darinnen ist, gemacht hast:

25. Der du auch durch den heiligen Geist gesagt hast, durch den Mund unsers Vaters, deines Knechts Davids: Warum wüteten die Heyden, und die Völker trachteten nach eiteln Dingen?

26. Die Könige der Erde tretten zusammen, und die Fürsten versammeln sich wider den HErrn, und wider seinen Gesalbten?

27. Denn es haben sich in der Wahrheit wider deinen heiligen Sohn JEsum, den du gesalbet hast, in dieser Stadt zusammengethan Herodes, und Pontius Pilatus, mit den Heyden, und mit den Völkern Israel,

28. Dasselbige ins Werk zu richten, was deine Hand, und dein Rath beschlossen hatte, daß es geschehen soll.

39. Und nun HErr, siehe ihr Drohen an, und gieb deinen Knechten, daß sie dein Wort mit ganzem Vertrauen ausreden,

30. Indem, daß du deine Hand ausstreckest, gesund zu machen, und daß durch den Namen deines heiligen Sohnes JEsu Zeichen und Wunder geschehen.

31. Und als sie gebethet hatten, ward der Ort beweget, da sie versammelt waren: und sie wurden alle mit dem heiligen Geist erfüllet, und redeten das Wort GOttes mit gutem Vertrauen.

III. 32. Aber die Menge der Glaubigen hatten ein Herz, und eine Seele: und keiner sagte von seinen Gütern, daß etwas davon sein wäre, sondern es war ihnen alles gemein.

33. Und die Apostel gaben mit großer Kraft Zeugniß von der Auferstehung JEsu Christi unsers HErrn: und es war große Gnade in ihnen allen.

34. Denn keiner war unter ihnen, der Mangel hatte. Denn so viel ihrer waren, die Aecker oder Häuser hatten, die verkauften sie, und brachten das Geld der Güter, die sie verkauft hatten,

35. Und legten es vor die Füße der Apostel. Es ward aber einem jeglichen ausgetheilet, nachdem es einem jeden noth war.

36. Joseph aber, der von den Aposteln mit dem Zunamen Barnabas genennet war, (das verdollmetschet wird, ein Sohn des Trostes) ein Levit, aus Cypern gebürtig,

22. Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

II. 23. Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiaverunt eis, quanta ad eos Principes sacerdotum, & seniores dixissent.

24. Qui, cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine! tu es, qui fecisti cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt:

25. Qui Spiritu sancto per os patris nostri David, pueri tui, dixisti: *b* Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? *b Psal.* 2. 1.

26. Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus?

27. Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum puerum tuum JESUM, quem unxisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum Gentibus, & populis Israel,

28. Facere, quæ manus tua, & consilium tuum decreverunt fieri.

29. Et nunc Domine respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30. In eo, quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa, & prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Jesu.

31. Et cum orassent, motus est locus, in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

III. 32. Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

33. Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis.

34. Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum, quæ vendebant,

35. Et ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.

36. Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, (quod est interpretatum filius consolationis) Levites, Cyprius genere,

37. Cum

℣. 27. *Convenerunt enim vere &c. adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes &c.* Ex hoc loco nonnulli interpretes colligunt Herodem cum Pilato in Christi necem consensisse.

℣. 28. *Facere, quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.* Nefarium illud parricidium non decrevit Deus, sed permisit. Mortem quidem filii sui decrevit sanctissimo consilio, quod illi impleverunt perversissima voluntate: sicut eleemosynam facit Paterfamilias pia voluntate, quam interdum distribuit servus prava voluntate. Consilia Dei, Pilatus, Herodes & Principes Sacerdotum promoverunt iis obsistendo. *Et fecerunt.* Perfecerunt. *Quæ manus Dei.* Potentia, & consilium, seu divina providentia, *decreverunt fieri.*

℣. 29. *Et nunc Domine respice in minas eorum.* Ut eas avertas, non ut vindices.

℣. 30. *In eo quod.* Græc. ἐν τῷ. Sanationes & signa operando.

℣. 31. *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Ut in die Pentecostes, & ob eundem finem. Nam loquebantur verbum Dei cum fiducia. Hinc discimus nos quotidiana egere Dei gratia, ut quod ipse dedit, conservemus, quia semper deficimus.

℣. 32. *Nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.* Atque hic erat religiosæ & monasticæ vitæ progressus, quæ in Christi familia habuisse videtur initium. *Communia.* Iis scilicet qui bonis relictis se Deo totos dederant. Primum enim non fideles omnes, qui in Judæa erant a Christo Domino ad fidem conversi, iis qui Jerosolymis habitabant se adjunxere; atque illud ex Evangelio liquet plurimos ex iis, qui crediderant, proprias habuisse possessiones. Sed neque omnes, qui erant Jerosolymis, ut Nicodemus, & Gamaliel, propria reliquerunt bona. Quod igitur generatim in hoc & secundo capite scriptum est, ad eos potissimum pertinet, qui post acceptum Spiritum sanctum una item & altera Petri prædicatione conversi credidere: neque illos omnes sine ulla exceptione complecti necesse est. Nam plerique erant filiifamilias, quorum parentes nondum erant fideles: alii conjugati, qui continere se nollent ab opere conjugali. Nam qui fidem amplectebantur Christianam, non omnes jubebantur suas relinquere facultates: siquidem Petrus postea dixit Ananiæ: *Nonne manens tibi manebat?* loquens de possessione quam vendiderat; liberum cuique erat fundos saltem suos retinere.

℣. 33. *Et gratia magna erat in omnibus illis.* Grati erant Deo & hominibus: sic Ecclesiæ velut infantia Christi infantiæ respondebat. *Virtute magna.* i. Miraculis, Spiritu, ac zelo divinitus immisso.

℣. 34. *Neque enim quisquam egens erat inter illos.* Pauperes erant, quia nemo ex iis, qui se totos Deo addixerant, suum esse quidquam dicebat: non erant tamen egeni, cum necessaria iis non deessent.

℣. 36. *Joseph autem, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis.* Illustre hujus rei affert exemplum Barnabæ, qui cum Cyprius esset genere, & Levita, possessionem habuit in Judæa, vel in Cypro Insula, quam vendidit, & pretium attulit ad pedes Apostolorum.

37. Cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAPUT V.

I. Ananias & Saphira ob fraudatum agri pretium subita morte percutiuntur. 1. II. Apostoli, & maxime Petrus multa signa faciunt. 12. III. Gamalielis consilio dimittuntur, gaudentes, quod pro Christi nomine cædi meruissent, quem continuè annuntiant. 34.

† Eodem anno 33.

1. Vir autem quidam †, nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum.

2. Et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua: & afferens partem quamdam ad pedes Apostolorum posuit.

3. Dixit autem Petrus: Anania, cur tentavit satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

4. Nonne manens tibi manebat, & venumdatum in tua erat potestate? quare posuisti in corde tuo hanc rem? non es mentitus hominibus, sed Deo.

5. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expiravit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt.

6. Surgentes autem juvenes amoverunt eum, & efferentes sepelierunt.

7. Factum est autem, quasi horarum trium spatium, & uxor ipsius, nesciens, quod factum fuerat, introivit.

8. Dixit autem ei Petrus: Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit: Etiam tanti.

9. Petrus autem ad eam: Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce, pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum ad ostium, & efferent te.

10. Confestim cecidit ante pedes ejus, & expiravit. Intrantes autem juvenes invenerunt illam mortuam, & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum.

11. Et factus est timor magnus in universa Ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc.

† FER. 4. QUAT. T^PUS PENTEC. EPIST. 2.

II. 12. Per † manus autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.

13. Ceterorum autem nemo audebat se conjungere illis: sed magnificabat eos populus.

14. Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum:

15. Ita, ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis, ac grabatis: ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.

37. Hatte auch einen Acker, den verkaufte er, und brachte das Geld, und legte es vor die Füße der Apostel.

Das fünfte Capitel.

I. Ananias und Saphira werden des Betrugs halben mit gähem Tode gestraft. 1. II. Die Apostel, und sonderlich Petrus, thun viele Zeichen. 12. III. Werden aus Rath Gamaliels der Haftung entlassen, und verkündigen hin und wieder Christum Jesum. 34.

1. Aber ein Mann, mit Namen Ananias, samt Saphira seinem Weibe, verkaufte seinen Acker.

2. Und er entwandte etwas vom Gelde des Ackers, mit Wissen seines Weibes: und er brachte einen Theil davon, und legte es zu den Füßen der Apostel.

3. Petrus aber sprach: Anania, warum hat der Satan dein Herz eingenommen, dem heiligen Geist vorzulügen, und etwas vom Gelde des Ackers zu entwenden?

4. Blieb er nicht dein, da er dein war? und als er verkauft war, war das Geld nicht in deiner Macht? warum hast du dieses Ding in deinem Herzen vorgenommen? du hast nicht den Menschen, sondern GOtt vorgelogen.

5. Als aber Ananias diese Worte hörete, fiel er nieder, und gab den Geist auf. Und es kam eine große Furcht über alle, die es höreten.

6. Aber junge Männer stunden auf, und thaten ihn hinweg, und trugen ihn hinaus, und begruben ihn.

7. Es begab sich aber über eine Weile, ungefähr über drey Stunden, da kam auch sein Weib hinein, und wußte nicht, was sich zugetragen hatte.

8. Petrus aber sprach zu ihr: Sage mir, Weib, habt ihr den Acker so theuer verkauft? Sie aber sprach: Ja, so theuer.

9. Und Petrus sprach zu ihr: Was seyd ihr dessen eins worden, den Geist des HErrn zu versuchen? Siehe, die Füße derjenigen, welche deinen Mann begraben haben, sind vor der Thür, und sie werden dich auch hinaustragen.

10. Alsbald fiel sie vor seinen Füßen nieder, und gab den Geist auf. Es kamen aber die junge Männer hinein, und fanden sie todt, und trugen sie hinaus, und begruben sie zu ihrem Manne.

11. Und es kam eine große Furcht über die ganze Gemeinde, und über alle, die dieses höreten.

II. 12. Es geschahen aber durch die Hände der Apostel viele Zeichen und Wunderwerke unter dem gemeinen Volke. Und sie waren alle einmüthiglich * beysammander in dem Umgange ** Salomonis. * einhellig. ** Vorhof.

13. Aber von den andern durfte sich keiner zu ihnen gesellen: sondern das Volk preisete sie hoch.

14. Es nahm aber mehr und mehr zu die Menge der Männer und Weiber, die an den HErrn glaubten:

15. Also, daß sie die Kranken auf die Gassen heraustrugen, und legten sie auf Bettlein und Bettladen: damit, wann Petrus käm, auch nur sein Schatten jemand von ihnen überschattete, und sie von ihren Krankheiten befreyet würden.

16. Es

CAPUT V.

℣. 1. *Vendidit agrum.* Græc. Possessionem.

℣. 2. *Et fraudavit de pretio agri.* Græc. Antevertit, partem pretii majorem uxore conscia retinuit, quod fortasse totum consecraverat, ut videtur Augustino sermone 10. de diversis, qui votum præcessisse putat, eumque mentitum esse in fraudem voti. Quamquam illud ipsum ex textu non aperte colligitur. In eo saltem peccarunt, quod timidi fuerint dispensatores, necessariis non contenti, commodâ sua sectantes, meliorem pretii partem sibi servantes, totum a se asserri simulaverint; imo & mentientes Apostolos & Ecclesiam se fallere posse crediderint, quasi totum dedissent: hypocrisim cum mendacio & fraude conjunxerunt. Quæ & quanta fuerit hujus peccati gravitas, nostrum non est judicare.

℣. 3. *Cur tentavit satanas cor tuum?* Gr. *Cur implevit?* Cur tentationi consensum adhibuisti?

℣. 4. *Nonne manens tibi manebat.* Si noluisses votum emittere, aut pretium Deo consecrare: secus foret difficile hæc verba cum voto, aut consecratione pretii conciliare. Metuebant quidem egestatem divinæ providentiæ diffisi, aut certe metuebant, ne bonorum dispensatores satis caute, aut fideliter se gererent. Hinc tamen recte sequitur Apostolos id fidelium libertati reliquisse, ut bona sua in commune conferrent. *Sed Deo.* Hinc merito colligunt sancti Patres adversus Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse. Petrus enim dixerat Ananiam mentitum esse Spiritui sancto; atque is mentitus fuerat Ecclesiæ, cujus velut anima est Spiritus sanctus.

℣. 5. *Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit & expiravit.* Non propterea Ananias a Petro fuit occisus. Quæ enim protulit verba, increpationem tantummodo continebant, nullam mortis mentionem: Saphiræ quidem sententiam Dei declaravit. Ambos ex increpatione Petri salutari dolore percussos fuisse valde credibile est. *Petrus Apostolus.* Inquit Hieronymus in Epistola ad Demetriadem, *nequaquam his imprecatur mortem, ut stultus Porphyrius calumniatur; sed Dei judicium prophetico spiritu annuntiat, ut pœna duorum hominum sit doctrina multorum.*

℣. 9. *Quid utique convenit vobis?* Quid ita conspirastis? *Tentare Spiritum Domini?* An Spiritus sanctus ipsis inesset Apostolis, an eorum fraudem detegeret?

℣. 11. *Et factus est timor magnus in universa Ecclesia.* Illud permagni intererat severius animadvertere in primos hujus peccati auctores, ad terrorem aliorum. Sic enim omnibus persuasum fuit Spiritum Dei in Ecclesia residere, quam per Apostolos regebat.

℣. 15. *Ut in plateas ejicerent.* i. Efferrent.

16. Es kam aber auch vieles Volk aus den benachbarten Städten zusammen gen Jerusalem, und brachten ihre Kranken dahin, und die von unreinen Geistern geplaget wurden: welchen allen geholfen ward.

17. Aber der Hohepriester stund auf, samt allen, die bey ihm waren, (welche ist die Secte der Sadducäer) und wurden mit Eifer erfüllet.

18. Und sie legten die Hände an die Apostel, und legten sie in das gemeine Gefängniß.

19. Aber der Engel des HErrn eröffnete in der Nacht die Thüren des Kerkers, und führete sie daraus, und sprach:

20. Gehet hin, und trettet auf, und redet im Tempel zum Volke alle die Worte dieses Lebens.

21. Da sie dieses gehöret hatten, giengen sie des Morgens früh in den Tempel, und lehreten. Es kam aber der Hohepriester, samt denen, die bey ihm waren, und riefen den Rath zusammen, und alle Aeltesten der Kinder Israel, und sandten hin zum Kerker, damit sie herzugeführet würden.

22. Als nun die Diener kamen, und den Kerker aufthaten, und fanden sie nicht, kehrten sie wieder um, und zeigeten solches an,

23. Und sprachen: Wir haben den Kerker zwar mit allem Fleiß geschlossen gefunden, und Hüter vor den Thüren stehen: da wir aber aufthaten, fanden wir niemand darinnen.

24. Als nun die Obersten des Tempels, und die Hohenpriester die Rede höreten, stunden sie ihrentwegen im Zweifel, was daraus werden wollte.

25. Es kam aber einer, der brachte ihnen diese Bothschaft: Siehe, die Männer, die ihr in das Gefängniß geleget habt, sind im Tempel, stehen allda, und lehren das Volk.

26. Da gieng der Rath und die Obrigkeit mit den Dienern hin, und führeten sie herzu, doch ohne Gewalt: denn sie fürchteten sich vor dem Volk, daß sie nicht gesteiniget würden.

27. Nachdem sie nun dieselbigen hergebracht hatten, stellten sie dieselbigen im Rath vor: und der Hohepriester fragte sie,

28. Und sprach: Wir haben euch ernstlich befohlen, daß ihr in diesem Namen nicht lehren sollet: und siehe, ihr habt Jerusalem mit eurer Lehre erfüllet, und wollet dieses Menschen Blut über uns führen.

29. Petrus aber, und die Apostel antworteten, und sprachen: Man muß GOTT mehr gehorsam seyn, dann den Menschen.

30. Der GOtt unserer Väter hat JEsum auferwecket, den ihr erwürget habt, und an ein Holz aufgehenket.

31. Diesen hat GOTT durch seine rechte Hand zum Fürsten, und zum Heiland erhöhet, zu geben dem Israel Buße, und Vergebung der Sünden.

32. Wir sind auch Zeugen dieser Worte, und der heilige Geist, den GOTT allen denen gegeben hat, welche ihm gehorsam sind.

33. Da sie das höreten, gieng ihnen ein Schnitt durchs Herz, und gedachten sie zu tödten.

III. 34. Es stund aber ein Pharisäer im Rath auf, mit Namen Gamaliel, ein Lehrer des Gesetzes, der in großem Ansehen war bey dem ganzen Volke, der befahl, daß man die Leute eine geringe Zeit hinausweisen sollte.

35. Und er sprach zu ihnen: Ihr Männer von Israel, sehet euch wohl für, was euch dieser Männer halben zu thun sey.

16. Concurrebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, & vexatos a spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

17. Exurgens autem Princeps Sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo.

18. Et injecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

19. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, & educens eos, dixit:

20. Ite, & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ hujus.

21. Qui, cum audissent, intraverunt diluculo in templum, & docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, convocaverunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel, & miserunt ad carcerem, ut adducerentur.

22. Cum autem venissent ministri, & aperto carcere, non invenissent illos, reversi nuntiaverunt,

23. Dicentes: Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante januas: aperientes autem neminem intus invenimus.

24. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi, & principes sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret.

25. Adveniens autem quidam nuntiavit eis: Quia ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.

26. Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi: timebant enim populum, ne lapidarentur.

27. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio: & interrogavit eos princeps sacerdotum,

28. Dicens: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto: & ecce, replestis Jerusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

29. Respondens autem Petrus, & Apostoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

30. Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno.

31. Hunc principem, & Salvatorem Deus exaltavit, dextera sua ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.

32. Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

33. Hæc cum audissent, dissecabantur, & cogitabant interficere illos.

III. 34. Surgens autem quidem in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legisdoctor, honorabilis universæ plebi, jussit foras ad breve homines fieri.

35. Dixitque ad illos: Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis.

℣. 17. *Repleti sunt zelo.* sc. Indignatione æmulationis.

℣. 20. *Loquimini — verba vitæ hujus.* Date rationem Doctrinæ, & hujus instituti.

℣. 28. *Præcipiendo præcepimus.* i. Serio & vehementer. *Et vultis inducere sanguinem super nos.* i. Nos vultis reos facere.

℣. 31. *Hunc principem, & salvatorem Deus exaltavit dextera sua.* Hunc per resurrectionem glorioſam exaltatum ab omnipotentia Dei, in Principem & Salvatorem hominum constituit.

℣. 32. *Et nos sumus testes horum verborum.* Testes oculati nihil in hoc mundo spectantes, aut timentes, sibi ubique constantes, quorum testimonium non variat, testes numero plures. *In* hoc testimonio sunt *omnes* veritatis characteres. sincerum est de his, quæ viderunt, & audierunt; facta ab iis miracula eorum testimonium confirmabant. *Et Spiritus sanctus.* Supple: Testatur per virtutem, quam operatur in fidelibus.

℣. 33. *Hæc cum audissent, dissecabantur.* Fremebant. *Interficere eos.* De horum nece nulla servata juris forma cogitabant.

† *Ann. ante aram vulg.* 3.

36. Ante hos enim dies † extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est, & omnes, qui credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

† *Ann. æræ vulg.* 6.

37. Post hunc † extitit Judas Galilæus in diebus professionis, & avertit populum post se, & ipse periit, & omnes, quotquot consenserunt ei, dispersi sunt.

38. Et nunc itaque dico vobis: Discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur:

39. Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud: ne forte & Deo repugnare inveniamini. Consenserunt autem illi.

40. Et convocantes Apostolos, cæsis denuntiaverunt, ne omnino loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos.

41. Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

42. Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes, & evangelizantes Christum Jesum.

CAPUT VI.

I. Electio septem diaconorum. 5. *II. Stephani zelus cum signis & prodigiis, quem Judæi falsis testibus opprimere nituntur.* 8.

† *Eodem ann.* 33.

1. In diebus autem illis † crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

3. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus.

4. Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus.

I. 5. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum, virum ple-

36. Denn vor diesen Tagen that sich Theodas hervor, und sagte, er wäre etwas, und es schlug sich zu ihm eine Anzahl von Männern in die vierhundert: derselbige ist erschlagen, und alle, die ihm glaubten, sind zerstreuet, und zunichte gemacht worden.

36. Nach diesem stund Judas der Galiläer auf in den Tagen der Beschreibung, und machte, daß vieles Volk abfiel, und ihm folgete, derselbige ist auch umkommen, und alle, so viel mit ihm hielten, sind zerstreuet worden.

38. Also sage ich euch jetzt auch: Thut euch dieser Leute ab, und lasset sie bleiben: denn ist dieser Rath, oder dieses Werk aus den Menschen, so wird es verschwinden:

39. Ist es aber aus GOtt, so könnet ihr es nicht zertrennen: damit ihr vielleicht auch nicht gefunden werdet, daß ihr GOtt widerstrebet. Da fielen sie ihm bey.

40. Und sie riefen den Aposteln sämtlich, und geißelten sie, und gebothen ihnen, daß sie keineswegs im Namen JEsu reden sollten, und ließen sie gehen.

41. Sie aber giengen fröhlich vom Angesichte des Raths, dieweil sie würdig geachtet waren, für den Namen JEsu Schmach zu leiden.

42. Und sie höreten nicht auf, alle Tage im Tempel und in den Häusern hin und wieder zu lehren, und Christum JEsum zu verkündigen.

Das sechste Capitel.

I. Sieben Kirchendiener werden erwählet. 5. II. Stephanus thut Wunderzeichen, derohalben er von den Jüden verfolget wird. 8.

1. Aber in denselbigen Tagen, als sich die Anzahl der Jünger fast mehrete, erhub sich ein Murren der Griechen wider die Hebräer, darum, daß ihre Wittwen in der täglichen Ausspendung nicht in Acht genommen wurden.

2. Da riefen die Zwölfe die Menge der Jünger zusammen, und sprachen: Es ist nicht billig, daß wir GOttes Wort verlassen, und zu Tische dienen sollten.

3. Darum, liebe Brüder, erwählet aus euch sieben Männer, welche ein gutes Zeugniß haben, auch mit dem heiligen Geiste erfüllet, und voller Weisheit sind, die wir zu diesem Werke bestellen mögen.

4. Wir aber wollen mit dem Gebeth, und mit dem Dienste des Worts anhalten.

I. 5. Und die Rede gefiel der ganzen Menge vor ihren Augen wohl. Und sie erwählten Stephanum, einen

Mann,

ỳ. 36. *Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem.* Græcus textus leg. Se esse aliquem magnum. Hujus filius aut nepos fuit alter Theodas, cujus meminit Josephus L. 20. cap. 5. qui anno quarto Claudii rebellionem patris, aut avi sui sub Augusto factam paulo post Herodis mortem renovare conatus est, quique a Cuspio Fado Judææ præside occisus fuit: nisi forte Josephum memoria fefellerit, qui sub Claudio hoc factum recensuit, quod sub Augusto contigerat. Sed probabilius videtur duos extitisse impostores ejusdem nominis, quod apud Judæos erat usitatum, ac priorem, cujus meminit Gamaliel, iis temporibus rebellasse, quæ variis seditionibus fuerunt obnoxia, nimirum paulo post Herodis obitum, cum Archelaus Romam se contulisset, ut Testamenti paterni confirmationem obtineret. Tum enim die Pentecostes orta est seditio in Judæa adversus Sabinum Augusti procuratorem, ac multi iis temporibus rebellarunt, qui se Reges & Messias venditabant. Decimo post anno cum Quirinus censum Judææ jussu Augusti iniret, Judas Galilæus rebellavit. Primus quidem census, ut alibi dictum fuit, factus est vivente Herode seniore, cum descriptus est orbis terrarum, nulla capitatione indicta. Nam sub Herode nullum a Romanis tributum Judæis fuit impositum: sed Archelao ultra alpes relegato, bona ejus fisco sunt addicta, Judæa in provinciam redacta, ac Judæi tributum persolvere coacti sunt, quæ Judæ Galilæo rebellandi fuit occasio. Tum vero Quirinus secundum censum instituit. Prior quidem ad potentiæ Romanæ ostentationem factus est, ut vires Imperii perspectæ haberentur. In eo homines tantum, non facultates censebantur; posterior ad fiscum pertinebat: unde prior census citra ullum tumultum factus est, non item posterior.

ỳ. 38. *Quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur.* Ita quidem est: consilium quod ex Deo non proficiscitur, tandem dissolvitur. Sed non propterea cessare debet præpositorum vigilantia. Deinde in his, quæ profert Gamaliel exemplis, Theodæ, & Judæ Galilæi seditiones non sine auctoritate publica sedatæ fuerunt. Gamaliel vero hac ratione & his usus est exemplis, ut Apostolos ab instanti periculo eriperet, atque ejus verba non sunt Spiritus sancti. Hoc Gamalielis dilemma ab Heterodoxis frustra profertur, ut probent nihil licere potestatibus adversus eorum schismata. Id quidem apud Synhedrium valebat, cui jus non erat vitæ & necis adversus reos. Id quoque verum erat, hoc opus, si ex hominibus esset, non ex Deo, omnino dissolutum iri, aut per se, cum error ipse per se manifestus fieret, aut per legitimas potestates, quibus usurus esset Deus. Sed adversus potestatem a Deo constitutam, schismati aut hæresi destruendæ hoc dilemma perperam adhiberetur.

ỳ. 41. *Digni habiti sunt — contumeliam.* i. Verbera, seu verberum injuriam: nihilominus *in templo & circa domos.* i. Per domos docere non desistebant.

CAPUT VI.

ỳ. 1. *Factum est murmur Græcorum adversus Hebræos.* Græci illi, seu Hellenistæ erant Judæi, qui scilicet in aliis Provinciis nati græce loquebantur. *Adversus Hebræos.* Qui in Judæa nati, hebraice, seu potius syriace loquebantur. Judæi dici solent tum genere, tum religione, Hebræi qui ex Abrahamo sunt oriundi, adeo ut vox illa originis potius, quam religionis videatur. Græcos, seu Hellenistas eos vocat Evangelista, qui in iis regionibus, ubi græcus sermo erat usitatus, nati & educati, ad fidem Christi erant converti. *Despiciebantur.* Quod nimirum divitum eleemosynæ, non ut par erat, viduis distribuerentur, adeo ut jam quædam videretur fieri personarum acceptio. Unde Apostoli viros septem elegerunt, qui ex justitia quæque cibaria, & vitæ necessaria præberent. Crescente multitudine incipiunt obmurmurationes: cum hactenus fidelium cor unum fuerit.

ỳ. 2. *Non est æquum.* Syr. leg. Non est decens. *Nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis.* Ea scilicet, quæ ad vitam sunt necessaria, tribuere.

ỳ. 4. *Nos vero orationi.* Ac præcipue incruento altaris sacrificio, quæ est oratio perfectissima, intenti erimus.

Mann, der des Glaubens, und heiligen Geistes voll war, und Philippum, und Prochorum, und Nicanorem, und Timonem, und Parmenam, und Nicolaum, einen Judengenossen von Antiochia.

6. Diese stellten sie vor das Angesichte der Apostel: und betheten, und legten die Hände auf sie.

7. Und das Wort des HErrn nahm zu, und die Anzahl der Jünger mehrete sich sehr zu Jerusalem: und es gab sich eine große Schaar der Priester unter den Gehorsam des Glaubens.

II. 8. Stephanus aber, der voller Gnade und Kraft war, that Wunder, und große Zeichen unter dem Volke.

9. Und es stunden etliche auf von der Schule, welche der Libertiner genennet ward, und deren von Cyrenen, und von Alexandria, und deren, welche aus Cilicia und Asia waren, und disputirten mit Stephano:

10. Aber sie konnten der Weisheit nicht widerstehen, und dem Geiste, der da redete.

11. Da stellten sie etliche Männer an, die sprachen, sie hätten ihn wider Moysen, und wider GOTT Lästerworte reden hören.

12. Also bewegten sie das gemeine Volk, samt den Aeltesten, und Schriftgelehrten: und sie liefen zusammen, nahmen ihn mit Gewalt hinweg, und führten ihn in den Rath:

13. Und sie stellten falsche Zeugen dahin, die sprachen: Dieser Mensch höret nicht auf, wider die heilige Stadt, und wider das Gesetz Lästerworte zu reden:

14. Denn wir haben ihn sagen hören: daß dieser JESUS von Nazareth diesen Ort zerstören werde, und ändern die Satzungen, die uns Moyses hinterlassen hat.

15. Und alle, die im Rath saßen, die sahen ihn starr an, und sie sahen sein Angesicht, wie eines Engels Angesicht.

Das siebente Capitel.

I. Stephanus vertheidiget die christliche Lehre, und erzählet kürzlich die Geschichte der Patriarchen. 1. II. Verweiset den Juden ihren Ungehorsam, und Widerspenstigkeit. 51. III. Derohalben sie ihn steinigen. 55.

1. Da sprach der Hohepriester: Ist diesem also?

2. Und er sprach: Ihr Männer, liebe Brüder, und Väter, höret zu: GOtt der Herrlichkeit erschien unserm Vater Abraham, da derselbige in Mesopotamia war, ehe dann er zu Charan wohnete,

3. Und sprach zu ihm: Gehe hinaus aus deinem Lande, und aus deiner Verwandtschaft, und komme in das Land, das ich dir zeigen werde.

num fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.

6. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.

7. Et verbum Domini crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.

II. 8. Stephanus † autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. † *IN FESTO S. STEPH. MART.*

9. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant a Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano:

10. Et non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur.

11. Tunc summiserunt viros, qui dicerent, se audivisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen, & in Deum.

12. Commoverunt itaque plebem, & Seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium:

13. Et statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum, & legem:

14. Audivimus enim eum dicentem: quoniam Jesus Nazarenus hic, destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.

15. Et intuentes eum omnes, qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus, tamquam faciem Angeli.

CAPUT VII.

I. Stephanus multa refert de pacto Dei cum Abraham ejusque posteris & de exitu Israel ex Ægypto. 1. II. Judæos reprehendit, quod Spiritui sancto semper restiterint. 51. III. Lapidatur orans prolapidantibus. 55.

1. Dixit autem † princeps sacerdotum: Si hæc ita se habent? † *Eodem ann. 33.*

2. Qui ait: Viri fratres, & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan,

3. Et dixit ad illum: *a* Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam monstravero tibi. *a Gen. 12. 1.*

4. Tunc

℣. 6. *Et orantes imposuerunt eis manus.* Gr. Cum orassent: ut septem hos viros ordinarent ad hoc munus obeundum, non solum ut mensæ communi præessent, sed & sacræ. Eleemosynarum quidem distributio hujus electionis faciendæ fuit occasio, sed is non erat præcipuus Apostolorum finis, cum viros Spiritu sancto plenos & sapientia eligi oportere statuerunt. Illa eleemosynarum distributio nihil admodum spiritale, aut supra naturæ vires exigebat, quodque in quibusdam Clericis non occurreret: quemdam dumtaxat justitiæ affectum requirebat. Majus quiddam Apostoli habebant in animo, nempe ut in ministerio sacro adjutores seligerent, qui in altaris sacrificio adessent Episcopis, Eucharistiam populo distribuerent, & alia obirent sacra munera, quæ ex traditione Apostolica accepimus. Et quidem id peculiare fuit urbi Jerusalem, quod e divitum facultatibus in commune collatis vitæ necessaria viduis & pauperibus tribuerentur; & tamen in omnibus Ecclesiis ordinati sunt Diaconi, ut Ecclesiæ ministri, in quibus Apostolus in priori Epistola ad Timotheum easdem pene dotes postulat, quas in Episcopis requirit, magno quidem argumento, eos ad sacra ministeria electos fuisse. Unde Apostoli orantes iis manus imponunt, ut Moyses olim Josue, ut potestatis suæ utcumque eos participes efficiant, & in partem aliquam spiritalis regiminis eos vocent. Id quidem Lucas silentio prætermittit, & vivæ vocis traditioni integrum relinquit, ut pleraque alia. Nam ex perpetua Ecclesiæ traditione id facile intelligimus Diaconos ad Hierarchiam Ecclesiasticam pertinere; neque argumentis negativis dogma illud omnium Ecclesiarum traditione firmatum convelli ullo modo potest. Illud porro satis est verosimile septem Diaconos fuisse Hellenistas: nam eorum nomina Græca sunt, non Hebraica.

℣. 9. *Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum.* Qui forte e patribus libertate donatis erant oriundi. Nam Pompejus complures Judæos in servitutem abduxerat, quos alii Judæi in suas Synagogas nolebant admittere. Sunt qui per *Libertinos* intelligunt oriundos e Libya inter Cyrenem & Ægyptum, quorum fit mentio Actor. 2. atque hoc in loco junguntur Cyrensibus.

℣. 10. *Et non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur.* Gr. *Quo loquebatur.* Sapientiæ resistitur, cum sola est, nec spiritus ei adjungitur. Vid. cap. seq. vers. 54. audientes.

℣. 14. *Mutabit traditiones.* Græc. Instituta. Syr. Ritus.

℣. 15. *Viderunt faciem ejus tanquam faciem Angeli.* Hujus splendorem ferre non potuerunt, uti nec olim Judæi faciem Moysis.

CAPUT VII.

℣. 1. *Si hæc ita se habent?* Legi debet, an hæc ita se habent?

℣. 2. *Cum esset in Mesopotamia.* Quæ inter Euphratem & Tigrim interjacet regio, proprie Mesopotamia dicitur: late sumpta Chaldæam complectitur, eaque ad Austrum sita est: ex capite 11. Geneseos palam est Deum apparuisse Abraham, cum esset in Ur Chaldæorum: capite 12. per recapitulationem loquitur Moyses: *Dixit autem Dominus:* Quod licet interpretari. *Dixerat Dominus.* Siquidem, ut identidem monuimus, Hebræi carent præterito plusquamperfecto: adeo ut Thare præ senio, aut infirmitate coactus fuerit in Charan, seu in Haran, aut Carris habitare,

4. Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitavit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater ejus, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.

4. Da zog er aus dem Lande der Chaldäer, und wohnete zu Charan. Und nachdem sein Vater gestorben war, brachte er ihn herüber in das Land, darinnen ihr jetzt wohnet.

5. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionem, & semini ejus post ipsum, cum non haberet filium.

5. Und er gab ihm kein Erbtheil darinnen, auch nicht einen Fuß breit: sondern verhieß ihm, dasselbige zum Eigenthum einzugeben, und seinem Saamen nach ihm, da er noch keinen Sohn hatte.

b Gen.15.13. 6. Locutus est autem ei Deus: *b* Quia erit semen ejus accola in terra aliena: & servituti eos subjicient, & male tractabunt eos annis quadringentis:

6. GOtt aber sprach zu ihm: Daß sein Saame ein Fremdling seyn würde in einem fremden Lande: und sie werden sie ihnen zur Dienstbarkeit unterwerfen, und vierhundert Jahre lang übel mit ihnen umgehen:

7. Et gentem, cui servierint, judicabo ego, dixit Dominus: & post hæc exibunt, & servient mihi in loco isto.

7. Und ich will das Volk richten, sprach der HErr, dem sie dienen werden: darnach werden sie herausgehen, und mir an diesem Orte dienen.

c Gen.17.10. *d* Gen. 21. 2. 4. *e* Gen.25.25. *f* Gen.29.32. & 35. 22. *g* Gen.37.28.

8. Et *c* dedit illi testamentum circumcisionis: *d* & sic genuit Isaac, & circumcidit eum die octavo: & *e* Isaac Jacob: & *f* Jacob duodecim Patriarchas.

8. Und er gab ihm den Bund der Beschneidung: und also zeugete er Isaac, und beschnitte ihn am achten Tage: und Isaac zeugete Jacob: und Jacob die zwölf Patriarchen.

9. Et Patriarchæ æmulantes, *g* Joseph venditerunt in Ægyptum, & erat Deus cum eo:

9. Und die Patriarchen beneideten Joseph, und verkauften ihn in Aegypten, und GOtt war mit ihm:

10. Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus ejus: & *h* dedit ei gratiam, & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam.

10. Und errettete ihn aus allen Trübsalen: und er gab ihm Gnade und Weisheit vor dem Angesichte Pharaonis, des Königs in Aegypten, und er setzte ihn zum Vorsteher über Aegypten, und über sein ganzes Haus.

h Gen.41.37.

11. Venit autem fames in universam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inveniebant cibos patres nostri.

11. Es kam aber eine Theurung über das ganze Land Aegypten, und Chanaan, und war eine große Bedrängniß: und unsere Väter fanden keine Speise.

i Gen. 42. 2.

12. Cum *i* audisset autem Jacob esse frumentum in Ægypto, misit patres nostros primum:

12. Als aber Jacob hörete, daß Getrayde in Aegypten wäre, sandte er unsere Väter zum erstenmal hinein:

k Gen. 45. 3.

13. Et *k* in secundo cognitus est Joseph a fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus ejus.

13. Und zum andernmal ward Joseph von seinen Brüdern erkannt, und dem Pharao ward sein Geschlecht offenbaret.

14. Mittens autem Joseph accersivit Jacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque.

14. Joseph aber sandte aus, und ließ seinen Vater Jacob fordern, mit seinem ganzen Geschlechte, in die fünf und siebenzig Seelen.

l Gen. 46. 5. *m* Gen. 49. 32.

15. Et *l* descendit Jacob in Ægyptum, & *m* defunctus est ipse, & patres nostri.

15. Und Jacob zog hinab in Aegypten, und starb allda, er selbst, und unsere Väter.

n Gen.23.16. & 50. 5. & 13. Jos. 24. 32.

16. Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, *n* quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor, filii Sichem.

16. Und sie wurden herübergebracht gen Sichem, und wurden in das Grab gelegt, das Abraham um Geld von den Söhnen Hemor, des Sohns Sichem, gekauft hat.

17. Als

℣. 4. *Transtulit illum in terram istam.* Moyses præceptum Dei eo loco retulit, ubi executioni mandatum est: Stephanus vero ex recepta traditione cavet, ne illa recapitulatio Moysis nos in errorem inducat, ac subinde admonet Deum apparuisse Abrahamo, priusquam esset in Charan, cum scilicet is esset in Ur Chaldæorum. Videntur quidem hæc cum utriusque ætate Thare nimirum & Abrahæ non omnino convenire. Qua de re diximus alibi. Ussierius cui subscribunt Auctor Analyseos Gallicæ, & alii, probabilius existimat Abrahamum non fuisse primogenitum Thare, licet dignitatis causa primo loco nominetur. Cum autem Moyses ait Thare anno ætatis septuagesimo genuisse Abraham, Nachor & Aran, non aliud insinuat, quam quod id ætatis cœperit filios generare. Itaque anno 130. Thare genuit Abram. Nec sane tres filios genuit eodem anno ætatis suæ septuagesimo. Addunt alii cum Rabbinis, cum de Chronologia agitur, non scrupulose temporum ordini insisti oportere, Moysem ad res ipsas magis, quam ad exactam temporum seriem attendisse.

℣. 5. *Et non dedit illi hæreditatem.* Quam per se possideret instar prædii aut agri frugiferi; possedit quidem speluncam duplicem Gen. 23. v. 9. sed solum pro sepultura fuit, quæ non est hæreditas vivorum, sed carcer mortuorum.

℣. 6. *Et male tractabunt eos annis quadringentis.* Quod vaticinium cum ad posteros Abrahæ pertineat, videtur a nativitate Isaac incipere, qui post annos 25. natus est: adeo ut ex eo tempore ad exitum usque ex Ægypto 405. anni numerentur, & rotundo numero expresso 5. anni negligantur. Alii numerant annos 400. ab eo ipso tempore, quo hanc a Deo accepit promissionem; vel denique numerus 400. annorum tempus omne complectitur, quo posteri Abrahæ in terra aliena peregrinati sunt, ut 70. Interpretes verterunt, & textus iple Samaritanus expressit.

℣. 7. *Judicabo ego.* i. Ego puniam.

℣. 8. *Et dedit illi testamentum circumcisionis.* Fœdus circumcisionis. *Et sic genuit Isaac.* Qui datus est Abrahæ vi promissionis illi factæ a Deo, isque Christi Domini figura fuit, & gratiæ per Evangelium datæ. Tum adversus Judæorum calumnias Jesum defendit, eumque cum Patriarcha Joseph, quem fratres sunt persecuti, confert, & cum Moyse ipso: ambo quippe insignes typi fuerunt Jesu Christi.

℣. 13. *Et in secundo cognitus est Joseph a fratribus suis.* Cum iterum fratres ejus rediissent in Ægyptum. Tum ea recenset, quæ evenerunt Joseph, quæque Jesu Christo facile applicari poterant, fratrum invidiam, venditionem, suæ familiæ salutem.

℣. 14. *Et omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque.* Textus Hebraicus tantum 70. numerat Genes. 46. Illud porro videtur Auctori Analyseos Gallicæ id satis esse verisimile textum 70. Interpretum a scriba quodam nonnihil esse immutatum, ut Stephanum cum Moyse conciliaret. Nam Deuteron. 10. 22. septuaginta Interpretes cum textu Hebraico conveniunt, atque septuaginta tantum animas recensent.

℣. 16. *Et positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor, filii Sichem.* Difficile plerisque videtur hæc cum historia Geneseos conciliare. Sed de iis diximus in notis ad Genesim. Sunt qui suspicentur mendum irrepsisse in nomen Abrahæ, quod positum fuit loco Jacob. Abraham quidem speluncam duplicem emit ab Ephron Hethæo 400. siclis argenti, ubi sepulti sunt Sara, Abraham, Isaac, Rebecca, Lia, Jacob: sed Jacob emit agrum a filiis Hemor Hevæi patris Sichem 100. agnis, ubi sepultus est Joseph: adeo ut diversæ historiæ permistæ iis videantur. Sunt denique qui putent Ephronis patrem binomium fuisse, eumque Seor, & Hemor dictum. Hemor quidem filius fuit Sichem, non illius, qui vendidit agrum Jacob, sed longe antiquioris. Hemor quidem multos habuit filios, quorum primogenitus Ephron fratrum & suo nomine agrum vendidit Abrahæ. Quod si res ita sit, ut Hemor fuerit binomius, satis commodus futurus est sensus, Patriarchas primum in Sichem esse sepultos, tum eos translatos esse in Hebron, & sepultos in spelunca, quam Abraham emerat a filio Hemor, qui in Genesi dicitur Seor. Quamcumque ex iis amplectamur sententiam, cavendum est, ne Ste-

17. Als sich aber die Zeit der Verheißung herzunahete, die GOtt dem Abraham mit Eydespflicht gethan hatte, wuchs das Volk, und mehrete sich fast in Aegypten,

18. Bis zu der Zeit, daß ein anderer König in Aegypten aufstund, der von Joseph nichts wußte.

19. Derselbige hintergieng unser Geschlecht mit List, und plagte unsere Väter, daß sie ihre Kindlein hinwegwerfen mußten, damit sie nicht im Leben blieben.

20. Zu derselbigen Zeit ward Moyses gebohren, und er war GOtt angenehm, und ward drey Monathe lang in seines Vaters Hause ernähret.

21. Als er aber ausgetragen ward, nahm ihn des Pharaonis Tochter hinweg, und erzog ihn, als wann er ihr Sohn wäre.

22. Und Moyses ward in aller Weisheit der Aegypter unterwiesen, und war mächtig in seinen Worten, und Werken.

23. Nachdem er aber vierzig Jahre alt worden, kam ihm in den Sinn, daß er seine Brüder, die Kinder Israel, heimsuchen wollte.

24. Und als er einen unrecht leiden sah, erlösete er denselbigen, und übete Rache für den, dem Unrecht geschah, und erschlug den Aegypter.

25. Er hielt aber dafür, seine Brüder sollten es verstehen, daß ihnen GOtt durch seine Hand Heil gebe: aber sie verstunden es nicht.

26. Und am folgenden Tage ließ er sich von denjenigen sehen, die sich zankten: und er wollte sie miteinander versöhnen, daß sie zufrieden wären, und sprach: Ihr Männer, ihr seyd Brüder, warum beleidiget ihr einer den andern?

27. Der aber seinem Nächsten Unrecht that, stieß ihn von sich, und sprach: Wer hat dich über uns zum Fürsten und Richter verordnet?

28. Willst du mich auch erwürgen, wie du gestern den Aegypter erwürget hast?

29. Moyses aber floh um dieses Wortes willen, und ward ein Fremdling im Lande Madian, da er zween Söhne zeugete.

30. Und als vierzig Jahre erfüllet waren, erschien ihm in der Wüste des Bergs Sina ein Engel, im Feuer der Flammen, im Busche.

31. Da es aber Moyses sah, verwunderte er sich über das Gesicht: und als er hinzutratt, dasselbige zu beschauen, geschah die Stimme des HErrn zu ihm, und sprach:

32. Ich bin der GOtt deiner Väter, der GOtt Abrahams, der GOtt Isaacs, und der GOtt Jacobs. Moyses aber erzitterte, und durfte es nicht anschauen.

33. Der HErr aber sprach zu ihm: Löse die Schuhe auf von deinen Füßen: denn der Ort, da du stehest, ist ein heilig Land.

34. Ich habe sehr wohl gesehen die Bedrängniß meines Volks, das in Aegypten ist, und habe ihr Seufzen gehöret, und bin herabgekommen, sie zu erretten. Und nun komme herzu, ich will dich in Aegypten senden.

35. Diesen Moysen, den sie verläugnet haben, und gesagt: Wer hat dich zum Fürsten und Richter gesetzt? eben diesen hat GOtt zum Fürsten und Erlöser gesandt, durch die Hand des Engels, der ihm im Busche erschienen ist.

36. Dieser führte sie heraus, und that Wunder, und

17. Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, *o* crevit populus, & multiplicatus est in Ægypto, *o Exod.* 1. 7.

18. Quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Joseph.

19. Hic circumveniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur.

20. Eodem *p* tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. *p Exod.* 2. 2. *Hebr.* 11. 23.

21. Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutrivit eum sibi in filium.

22. Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis.

23. Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor ejus, ut visitaret fratres suos filios Israel.

24. Et *q* cum vidisset quemdam injuriam patientem, vindicavit illum, & fecit ultionem ei, qui injuriam sustinebat, percusso Ægyptio. *q Exod.* 2. 12.

25. Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

26. Sequenti *r* vero die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri, fratres estis, ut quid nocetis alterutrum? *r Exod.* 2. 13.

27. Qui autem injuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem, & judicem super nos?

28. Numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfeciſti heri Ægyptium?

29. Fugit autem Moyses in verbo isto, & factus est advena in terra Madian, ubi generavit filios duos.

30. Et expletis annis quadraginta, *s* apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi. *s Exod.* 3. 2.

31. Moyses autem videns, admiratus est visum: & accedente illo, ut consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens:

32. Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

33. Dixit autem illi Dominus: Solve calceamentum pedum tuorum: locus enim, in quo stas, terra sancta est.

34. Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum eorum audivi, & descendi liberare eos. Et nunc veni, & mittam te in Ægyptum.

35. Hunc Moysen, quem negaverunt, dicentes: Quis te constituit principem, & judicem? hunc Deus principem, & redemptorem misit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.

36. Hic *t* eduxit illos, faciens prodigia, & signa *t Exod.* 7. 8. & 9. 10. & 11. 14.

Stephanum plenum sapientia & Spiritu sancto memoria lapsum temere asseramus, & Jacobi acquisitionem cum ea, quæ ante annos 120. facta fuerat, confudisse videamur. Syriacæ ac Arabicæ versiones pluralem numerum in singularem mutant, & loco, *positi sunt*, in his legitur: *Translatus est in Sichem, positusque in sepulchro.* Grotius hæc verba, *filii Sichem*, ex Syriaca versione relecat, & mutat *Hemor* in *Epiron*, cum in utroque vocabulo sit idem numerus litterarum & syllabarum; ac proclivis fuerit illa vocum mutatio.

℣. 17. *Cum autem appropinquaret tempus promissionis.* 400. Annorum, quam *confessus erat Deus.* Professus. Græc. *quam juraverat.*

℣. 19. *Circumveniens.* Græc. Dolosis artibus, obruendo parentes vectigalibus & laboribus injustis; filios vero vel per obstetrices vel emissarios suffocando, sicque cogens parentes suos exponere infantes in antris, vel ripis fluminum, ut Moyses in Nilo expositus fuit.

℣. 29. *Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo.* Vox, *Deo*, est Hebraismus, pro valde. Laudes Moysis fuse prosequitur Stephanus, ne videatur de legis abrogatione locutus, tum etiam ut exemplo Moysis toties a populo contempti & exasperati tacitus iis exprobret immemorem Judæorum animum erga Christum Dominum; ac demum ut tam magni Prophetæ testimonium illustre commendet.

℣. 35. *Hunc Deus principem, & redemptorem misit.* Moyses citra injuriam unius Redemptoris Christi, mediator & sequester Deum inter & filios Israel, ut typus Salvatoris, appellatur. Atque in hoc Christum expressit, quod a Judæis reprobatus, horum princeps & redemptor factus fuerit. *Cum manu Angeli.* Cum protectione & tutela Angeli.

signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.

37. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel: *u* Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tamquam me, ipsum audietis.

38. Hic *x* est, qui fuit in Ecclesia in solitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris: qui accepit verba vitæ dare nobis.

39. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & aversi sunt cordibus suis in Ægyptum,

40. Dicentes ad Aaron: *y* Fac nobis deos, qui præcedant nos: Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus, quid factum sit ei.

41. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & lætabantur in operibus manuum suarum.

42. Convertit autem Deus, & tradidit eos servire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro Prophetarum: *z* Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

43. Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham, figuras, quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem:

44. Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto: sicut disposuit illis Deus, *a* loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam, quam viderat.

45. Quod *b* & induxerunt, suscipientes patres nostri cum Jesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus a facie patrum nostrorum, usque in diebus David:

46. Qui *c* invenit gratiam ante Deum, *d* & petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.

47. Salomon *e* autem ædificavit illi domum.

48. Sed *f* non excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit:

49. Cœlum *g* mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est?

50. Nonne manus mea fecit hæc omnia?

II. 51. Dura cervice, & incircumcisis cordibus, & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos.

52. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos, qui prænuntiabant de adventu Justi, cujus vos nunc proditores, & homicidæ fuistis?

53. Qui accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis.

54. Audientes autem hæc dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

u Deut. 18. 15.

x Exod. 19. 3.

y Exod. 32. 1.

z Amos 5. 25.

a Exod. 25. 40.

b Jos. 3. 14. *Heb.* 8. 9.

c 1. *Reg.* 16. 13.

d Psalm. 131. 5.

e 3. *Reg.* 6. 1. 2. *Par.* 17. 12.

f Isa. 17. 24.

g Isai. 66. 1.

Zeichen in Aegyptenland, auch im rothen Meer, und in der Wüste, vierzig Jahre lang.

37. Dieses ist der Moyses, der zu den Kindern Israel gesagt hat: GOtt wird euch aus euren Brüdern einen Propheten erwecken, wie mich, denselbigen sollet ihr hören.

38. Dieser ist es, der in der Wüste unter der Gemeinde mit dem Engel war, der mit ihm redete auf dem Berge Sina, und mit unsern Vätern: der die Worte des Lebens empfangen hat, daß er sie uns geben sollte.

39. Dem unsere Väter nicht wollten gehorsam seyn: sondern verwarfen ihn, und wandten sich mit ihrem Herzen wiederum in Aegypten,

40. Und sprachen zu Aaron: Mache uns Götter, die vor uns hergehen: denn wir wissen nicht, was diesem Moysi wiederfahren ist, der uns aus Aegyptenland geführet hat.

41. Und sie machten ein Kalb in denselbigen Tagen, und opferten demselbigen Bilde Opfer, und erfreueten sich über die Werke ihrer Hände.

42. Aber GOtt wandte sich um, und übergab sie, daß sie dem Heer des Himmels dieneten, wie dann im Buche der Propheten geschrieben stehet: Habt ihr mir auch die vierzig Jahre lang in der Wüste Schlachtopfer, und andere Opfer geopfert, ihr vom Hause Israel?

43. Und ihr nahmet die Hütten Moloch an, und das Gestirn eures Gottes Rempham, die Bilder, die ihr gemacht habt, sie anzubethen. Darum will ich euch hinwegführen, jenseit Babylon:

44. Der Tabernackel des Bundes war bey unsern Vätern in der Wüste: wie ihnen GOtt verordnet hatte, da er zu Moyse sagte, daß er denselben machen sollte nach dem Vorbilde, so er gesehen hatte.

45. Es haben ihn auch unsere Väter aufgenommen, und mit JEsu * in die Erbschaft der Heyden gebracht, welche GOtt vor dem Angesichte unserer Väter ausgestoßen hat, bis zu den Tagen Davids: * Josue.

46. Der Gnade gefunden vor GOtt, und gebethen, daß er für den GOtt Jacobs einen Tabernackel finden möchte.

47. Salomon aber bauete ihm ein Haus.

48. Aber der Allerhöchste wohnet nicht in Häusern, welche mit Händen gemacht sind, wie der Prophet spricht:

49. Der Himmel ist mein Stuhl, die Erde aber ist ein Schemmel meiner Füße. Was wollet ihr mir dann für ein Haus bauen, spricht der HErr? oder welcher Ort ist meine Ruhestatt?

50. Hat nicht meine Hand dieses alles gemacht?

II. 51. Ihr Hartnäckigen, und Unbeschnittenen an Herzen und Ohren, ihr widerstrebet allezeit dem heiligen Geist, wie eure Väter, also auch ihr.

52. Welchen Propheten haben eure Väter nicht verfolget? und sie haben diejenigen getödtet, welche die Zukunft des Gerechten verkündigten, dessen Verräther und Mörder ihr worden seyd?

53. Die ihr durch Verordnung der Engel das Gesetz empfangen habt, und habt es nicht gehalten.

54. Da sie aber solches höreten, wurden ihre Herzen durchschnitten, und sie bissen über ihn die Zähne aufeinander.

III. 55. Die

ỳ. 37. *Tanquam me, ipsum audietis.* Vox illa non æqualitatem, sed similitudinem designat, quia similiter Christus legislator & dux in terram promissionis cœlestem nos ducit.

ỳ. 38. *In Ecclesia.* In totius populi cœtu. *Cum Angelo.* Ductore & adjutore. *Qui accepit verba vitæ.* Talia verba, in quorum observatione vita animæ est.

ỳ. 42. *Numquid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto.* Citatur hic locus Amos 5. juxta versionem 70. Interpretum, exceptis verbis postremis.

ỳ. 43. *Transferam vos trans Babylonem.* In Hebræo & apud 70. habemus *trans Damascum.* Ut non solum ultra Damascum, sed etiam ultra Babylonem transferantur.

ỳ. 44. *Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto.* Cultus publici locum variasse ostendit, quæ pars est altera sui argumenti: nam eum accusabant, quod Templi futuram destructionem prædixisset: id vero eos admonet, nec tabernaculo, nec Templo Deum indigere.

ỳ. 46. *Et petiit, ut inveniret tabernaculum Deo Jacob.* Psal. 131. Nimirum sedem fixam.

ỳ. 48. *Sed non excelsus in manufactis habitat.* Tamquam egens habitatione, ut exponit Paulus Act. 17. Habitat vero in templo Deus, quatenus ibi exaudit preces nostras, confert beneficia, ac peculiari quodam modo præsentiam suam exhibet; eoque nos conferre jubet, ut ei laudes, sacrificia, & orationes offeramus. Verum in templo non habitat, ut rex in palatio, quod sit ab aeris injuriis tutus, ac præ immensitate sua templi angustiis contineri nequit.

ỳ. 51. *Dura cervice.* Præfracto animo, qui salutaria monita audire non vultis. *Et incircumcisis cordibus.* Qui sanctas rejicitis admonitiones, & pleni estis pravis affectibus.

ỳ. 52. *Cujus vos nunc proditores & homicidæ fuistis.* Nam Judæi Christum tradiderunt Pilato, & Gentibus; proditores fuerunt, Judæ ministerio utentes, & homicidæ per Pilatum.

ỳ. 53. *Qui accepistis legem in dispositione Angelorum.* Græc. *In dispositiones.* Nam Angeli hujus legislationis ministri extiterunt.

III. 55. Dieweil er aber des heiligen Geistes voll war, schauete er hinauf gen Himmel, und sah die Herrlichkeit GOttes, und JEsum stehen zu der Rechten GOttes, und sprach: Siehe, ich sehe den Himmel offen, und den Sohn des Menschen zur Rechten GOttes stehen.

56. Sie riefen aber mit lauter Stimme, und hielten ihre Ohren zu, und stürmeten einmüthiglich auf ihn zu.

57. Und stießen ihn zu der Stadt hinaus, und steinigten ihn: und die Zeugen legten ihre Kleider ab zu den Füßen eines Jünglings, der Saulus genennet ward.

58. Und steinigten Stephanum, der anrief, und sprach: HErr JEsu, nimm meinen Geist auf.

59. Er kniete aber nieder, und rief mit lauter Stimme, und sprach: HErr, rechne ihnen diese Sünde nicht zu. Und als er das gesagt hatte, entschlief er im HErrn. Saulus aber verwilligte in seinen Tod.

Das achte Capitel.

I. Saulus verfolget die Glaubigen zu Jerusalem. 1. II. Philippus bekehrt viele in Samaria: 5. Auch Simonem den Zauberer: 13. III. So von Petro und Johanne durch Auflegung der Hände den heiligen Geist empfangen. 14. Petrus straft den Simon, weil er die Gewalt, den heiligen Geist mitzutheilen, mit Geld erkaufen wollen. 18. IV. Philippus unterweiset den Kämmerling der Königinn in Mohrenland. 26.

1. Es erhub sich aber an demselbigen Tage eine große Verfolgung in der Kirchengemeinde*, die zu Jerusalem war, und sie wurden alle in die Landschaften des Jüdischen Landes, und Samariä zerstreuet, ohne die Apostel.

* oder Gemeinde der Glaubigen.

2. Aber gottesfürchtige Männer bestatteten Stephanum zur Erde, und machten eine große Klage über ihn.

3. Saulus aber verwüstete die Kirche, und ging durch die Häuser, und zog gefangen Männer und Weiber, und übergab sie in den Kerker.

4. Welche nun zerstreuet waren, die zogen herum, und predigten das Wort GOttes.

II. 5. Philippus aber zog hinab in die Stadt Samaria, und predigte ihnen Christum.

6. Und das Volk gab fleißig acht auf dasselbige, so von Philippo gesagt ward, und sie höreten ihn einmüthiglich, und sahen die Zeichen, die er that.

7. Denn aus vielen unter ihnen, welche mit unreinen Geistern besessen waren, fuhren dieselbigen Geister aus, und riefen überlaut.

8. Es wurden aber auch viele Gichtbrüchige, und Lahme gesund gemacht.

III. 55. Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei, & ait: Ecce, video cœlos apertos, & Filium hominis stantem a dextris Dei.

56. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum.

57. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

58. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jesu, suscipe spiritum meum.

59. Positis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormivit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci ejus.

CAPUT VIII.

I. In persecutione dispergantur omnes præter Apostolos. 1. II. Philippus plurimos in Samaria convertit, & in his Simonem magum baptizat. 5. III. Petrus & Joannes, manuum impositione impetrant credentibus Spiritum sanctum. 14. Simon volens Spiritus sancti dationem pecunia emere, dure a Petro corripitur. 18. IV. Philippus ab Angelo monitus Eunuchum instruit & baptizat. 26.

1. Facta est autem in illa die † persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Jerosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Judææ, & Samariæ præter Apostolos. † *Eodem anno 33. cadente.*

2. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum.

3. Saulus autem devastabat Ecclesiam per domos intrans, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam.

4. Igitur, qui dispersi erant, pertransibant, evangelizantes verbum Dei.

II. 5. Philippus † autem descendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. † *FER. 5. POST PENTEC.*

6. Intendebant autem turbæ his, quæ a Philippo dicebantur unanimiter audientes, & videntes signa, quæ faciebat.

7. Multi enim eorum, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant.

8. Multi autem paralytici, & claudi curati sunt.

9. Factum

℣. 55. *Vidit gloriam Dei.* Fulgorem quemdam divinæ majestatis indicem. *Ecce, video cœlos apertos.* Dicuntur cœli aperti, quatenus Christus in cœlo videbatur oculis corporeis: dicitur sedere a dextris Dei, quando regia ejus potestas designatur; stans vero instar Ducis pro nobis pugnat, aut præmium cœlestis gloriæ Athletis suis ostendit. Nam stare est situs naturalis corporis valentis & glorioši. Filium hominis vocat: nam Judæi Jesum ut purum hominem habebant, eumque sic appellat, ne dubitent te de Jesu loqui: quod quidem illis fuit scandalo.

℣. 56. *Continuerunt aures suas.* Syr. Obturaverunt aures.

℣. 57. *Testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis.* Græc. *Juvenis.* Seu adulti. Ex lege Deuteron. 17. testes ipsi lapidare incipiebant blasphemos. Quo autem ii essent magis expediti, deposuerunt vestimenta sua secus pedes Sauli.

℣. 58. *Domine Jesu, suscipe spiritum meum.* Bene & pie moriendi formam nobis demonstrat. Primum enim non rerum temporalium, sed animæ suæ curam gerit, actus fidei & spei in Jesum exerit, ejus amore incensus inimicis ignoscit. Sic mortem Christi pulchre imitatus, pro seipso primum tum pro inimicis suis Deum interpellat; Jesum invocat ut Dominum & Deum. Saulus vero in Stephani necem consentiens, hanc instar sacrificii Deo grati spectabat.

℣. 59. *Ne statuas illis hoc peccatum.* Id est, ne perenni decreto permittas illos hærere in hoc, sed fac eos pœnitere. S. Hilarius ait: *Nesciebat iis iratsi, per quos videbat aulam regni cœlestis sibi aperiri.* Et S. August. *Putas verba ista Stephani audivit Paulus? audivit subsannans, sed irrisit. Verum si Stephanus non oraſſet, Ecclesia Paulum non haberet.*

CAPUT VIII.

℣. 1. *Et omnes dispersi sunt per regiones Judææ & Samariæ.* Dispersio illa divinæ misericordiæ opus fuit, & occasio propagandi Evangelii. Vox illa, *Omnes*, non omnes complectitur fideles: quorsum enim Apostoli soli remansissent, si cuncti senes, pueri, mulieres fugissent? oves suos procul dubio secuti essent Pastores. Itaque non fideles omnes, sed discipuli, qui fidelium nomine comprehenduntur, relicta Jerosolyma in Judææ & Samariæ regiones se receperunt. In quo quidem Apostoli illustre pastoribus præbuerunt exemplum, ne fugiant in communi persecutione, nisi forte ii soli ad necem quærantur. Tum enim exemplo Petri & Pauli fugere iis licet, dummodo non desint, qui fidelibus Sacramenta, & verbum Dei administrent.

℣. 2. *Et fecerunt planctum magnum super eum.* Solemnes exequiæ factæ sunt in Protomartyre.

℣. 3. *Tradebat in custodiam.* In templi carcerem. Atque hinc perspicuum est non fugisse fideles omnes, sed plerosque cum discipulis.

℣. 5. *Philippus autem descendens in civitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.* Philippus unus e septem Diaconis, non Apostolus: siquidem is manus imposuisset baptizatis; neque id opus fuisset, ut Petrus & Joannes eo descenderent, ut darent Spiritum sanctum baptizatis. Ex quo quidem duo colligimus, Episcopos solos esse Ministros saltem ordinarios Sacramenti Confirmationis, & munus Diaconorum sacrum esse, ac procurandæ fidelium saluti destinatum. Philippus lucem Evangelii huic populo intulit, qui quidem legem Moysis agnoscens, Messiam expectabat. Unde & Semi-Judæi quodammodo habebantur.

9. Factum est ergo gaudium magnum in illa civitate.* Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in civitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum:

10. Cui auscultabant omnes a minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.

11. Attendebant autem eum, propter quod multo tempore magiis suis dementasset eos.

12. Cum vero credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei, in nomine Jesu Christi baptizabantur viri, ac mulieres.

13. Tunc Simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa, & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur.

† FER. 3. POST PENTEC. III. 14. Cum † autem audissent Apostoli, qui erant Jerosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Joannem.

15. Qui, cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum:

16. Nondum enim in quemquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu.

17. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

18. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam,

19. Dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum:

20. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.

21. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto: cor enim tuum non est rectum coram Deo.

22. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

23. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.

24. Respondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum, quæ dixistis.

25. Et illi quidem testificati, & locuti verbum Domini, redibant Jerosolymam, & multis regionibus Samaritanorum evangelizabant.

† FER. 5. POST PASCH. IV. 26. Angelus † autem Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra meridianum ad viam, quæ descendit ab Jerusalem in Gazam, hæc est deserta.

9. Also erhub sich eine große Freude in derselbigen Stadt. Es war aber ein Mann, mit Namen Simon, der zuvor ein Zauberer gewesen war in derselbigen Stadt, und das Volk zu Samaria verführet, und vorgegeben hatte, daß er ein besonderer großer Mann wäre:

10. Denn gehorchten alle, vom Geringsten bis auf den Größten, und sprachen: Dieser ist die Kraft GOttes, die man die Große nennet.

11. Sie sahen aber darum auf ihn, dieweil er sie lange Zeit mit seiner Zauberey bethöret hatte.

12. Als sie aber Philippo glaubten, der vom Reiche GOttes predigte, ließen sich Männer und Weiber im Namen JEsu Christi taufen.

13. Da glaubte auch Simon selbst: und nachdem er getauft war, hieng er Philippo an. Als er auch sah, daß Zeichen, und sehr große Wunder geschahen, ward er bestürzt, und verwunderte sich.

III. 14. Als aber die Apostel, welche zu Jerusalem waren, höreten, daß Samaria GOttes Wort angenommen hatte, sandten sie Petrum und Johannem zu ihnen.

15. Da diese nun angekommen waren, bathen sie für sie, daß sie den heiligen Geist empfiengen:

16. Denn er war noch auf keinen unter ihnen gekommen, sondern sie waren allein im Namen des HErrn JEsu getauft.

17. Da legten sie die Hände auf sie, und sie empfiengen den heiligen Geist.

18. Als aber Simon sah, daß der heilige Geist durch Auflegung der Hände der Apostel gegeben war, both er ihnen Geld an,

19. Und sprach: Gebet mir auch diese Macht, daß, wem ich die Hände auflegen werde, derselbige auch den heiligen Geist empfahe. Petrus aber sprach zu ihm:

20. Dein Geld soll mit dir zur Verdammniß fahren: dieweil du gemeynet hast, daß die Gabe GOttes durch Geld zu erlangen sey.

21. Du hast weder Theil noch Loos an diesem Worte: denn dein Herze ist nicht richtig vor GOtt.

22. Darum thu Buße über diese deine Schalkheit, und bitte GOtt, ob dir vielleicht diese Gedanken deines Herzens möchten vergeben werden.

23. Denn ich sehe, daß du mit Galle der Bitterkeit, und mit Stricken der Ungerechtigkeit verhaftet bist.

24. Simon aber antwortete, und sprach: Bittet ihr den HErrn für mich, daß keines von den Dingen über mich komme, davon ihr gesagt habt.

25. Nachdem sie aber das Wort des HErrn bezeuget, und geprediget hatten, kehreten sie wiederum gen Jerusalem, und predigten das Evangelium in vielen Flecken der Samariter.

IV. 26. Aber der Engel des HErrn redete Philippum an, und sprach: Stehe auf, und gehe hin gegen Mittag auf die Straße, welche von Jerusalem hinabgehet auf Gaza, die da wüste ist.

27. Und

℣. 9. *In illa civitate.* In Samaria sc.

℣. 13. *Tunc Simon & ipse credidit.* Christum resurrexisse, ac fidem Christianam professus est. Ex ipsis Petri verbis, qui eum ad pœnitentiam est adhortatus, non ad credendum, colligitur eum vere credidisse.

℣. 15. *Oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum.* Jam quidem illum acceperant in baptismo ad sanctificationem; sed eum ab Apostolis acceperunt ad robur per Confirmationis Sacramentum. Quo quidem modo in Apostolos effusus est in die Pentecostes. Quiddam Samaritanis deerat ad Christianismi perfectionem, quod iis datum est per Confirmationem. Hoc conferendi Spiritum sanctum privilegium, Apostolorum dignitatem præ discipulis extollebat, & Ecclesiæ conservabat unitatem.

℣. 17. *Et accipiebant Spiritum sanctum.* Majorem & uberiorem gratiam receperunt, quæ tunc temporis fere aliquo signo visibili prodebatur.

℣. 19. *Date & mihi hanc potestatem.* Id vero simillimum est, signo aliquo exteriori tum fuisse manifestatum, fideles accepisse Spiritum sanctum: non quod omnes linguis loquerentur, sed forte signis quibusdam exterioribus illud palam fiebat. Nec Simon valde solicitus erat de interiori robore, sed de patrandis miraculis, e quibus famam & lucrum quærebat.

℣. 20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Peribis sacrilege cum tua pecunia. *Possideri.* Comparari: sic enim vox possidere accipi solet in Scripturis.

℣. 21. *Non est tibi pars, neque sors in sermone isto.* In negotio isto, in re ista: dona Spiritus sancti nec dare potes, nec recipere.

℣. 22. *Si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Hinc colligimus difficilem admodum Simonis & Simoniacorum omnium fuisse pœnitentiam, & reconciliationem.

℣. 23. *In felle enim amaritudinis.* i. Amarissimo. *Et obligatione iniquitatis.* Græc. *In colligatione iniquitatis.* Video te peccatis quasi tot funibus & catenis constrictum; aut video te gravioribus pœnis destinatum. Vel illud videtur esse doctrina execranda. *Obligatio iniquitatis.* Pacta cum diabolo facta.

℣. 26. *Hæc est deserta.* Nempe Gaza ab Alexandro Magno vastata. Sed nova fuit Machabæorum temporibus, non procul a veteri, quæ hoc loco deserta appellatur, ad veteris Gazæ rudera. *Contra meridianum.* i. Versus meridiem.

27. Und er stund auf, und gieng dahin. Und siehe, ein Mann aus Mohrenland, ein Kämmerling, einer von den Gewaltigen Candacis, der Königinn in Mohrenland, der über alle ihre Schätze war, derselbige war gen Jerusalem gekommen anzubethen:

28. Und er zog wiederum zurück, und saß auf seinem Wagen, und las den Propheten Isaiam.

29. Der Geist aber sprach zu Philippo: Gehe, und verfüge dich zu diesem Wagen.

30. Da lief Philippus hinzu, und hörete, daß er den Propheten Isaiam las, und sprach: Meynest du, daß du verstehest, was du lieselst?

31. Er sprach: Wie kann ich es, so mich nicht jemand unterweiset? Und er bath Philippum, daß er hinaufstieg, und sich zu ihm setzte.

32. Der Ort aber der Schrift, den er las, war dieser: Er ist wie ein Schaf zur Schlachtung geführet worden: und wie ein Lamm vor dem Scheerer keine Stimme von sich giebt, also hat er auch seinen Mund nicht aufgethan.

33. In der Erniedrigung ist sein Gericht aufgenommen. Wer wird seine Geburt ausreden? denn sein Leben wird von der Erde hinwegnommen werden.

34. Da antwortete der Kämmerling Philippo, und sprach: Ich bitte dich, von wem redet das der Prophet? von ihm selbst, oder von jemand andern?

35. Philippus aber that seinen Mund auf, und fieng von dieser Schrift an, und verkündigte ihm JEsum.

36. Und als sie auf der Straße fortzogen, kamen sie an ein Wasser: und der Kämmerling sprach: Siehe, da ist Wasser, was soll dann hindern, daß man mich nicht taufen sollte?

37. Philippus aber sprach: So du glaubest von ganzem Herzen, so mag es seyn. Er antwortete, und sprach: Ich glaube, daß JEsus Christus GOttes Sohn ist.

38. Und er ließ den Wagen still halten: und sie stiegen beyde ins Wasser hinab, Philippus und der Kämmerling, und er taufte ihn.

39. Als sie aber aus dem Wasser heraufgekommen waren, zuckte der Geist Philippum hinweg, und der Kämmerling sah ihn nicht mehr. Er aber reisete auf seinem Wege fort mit Freuden.

40. Aber Philippus war zu Azoto gefunden, und zog durchs Land, und predigte allen Städten das Evangelium, bis daß er gen Cäsarea kam.

Das neunte Capitel.

1. Paulus wird bekehrt. 1. II. Predigt Christum: 20. Wird von den Juden verfolgt, zu Damasco von der Stadtmauer hinabgelassen: 23. Zu den Aposteln geführt. 27. III. Petrus macht einen Gichtbrüchigen gesund: 32. Und erwecket zu Joppen die Tabithin von den Todten. 36.

1. Saulus aber schnaufte noch mit Drohen und Morden wider die Jünger des HErrn, und gieng zum Hohenpriester,

2. Und bath ihn um Briefe gen Damascum an die Schulen: damit, wenn er etliche finde, die dieses Weges wären, Männer und Weiber, daß er dieselbigen gebunden gen Jerusalem führete.

3. Als er nun auf dem Wege reisete, begab es sich, daß er nahe zu Damascum kam: und es umleuchtete ihn plötzlich ein Licht vom Himmel.

4. Und er fiel auf die Erde, und hörete eine Stimme, die sprach zu ihm: Saule! Saule! was verfolgest du mich?

27. Et surgens abiit. Et ecce, vir Æthiops, Eunuchus, potens Candacis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas ejus, venerat adorare in Jerusalem:

28. Et revertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam.

29. Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adjunge te ad currum istum.

30. Accurrens autem Philippus, audivit eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit: Putasne, intelligis, quæ legis?

31. Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogavitque Philippum, ut ascenderet, & sederet secum.

32. Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic: *a* Tanquam ovis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. *a Isai. 53. 7.*

33. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita ejus.

34. Respondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo?

35. Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens a Scriptura ista, evangelizavit illi Jesum.

36. Et dum irent per viam, venerunt ad quamdam aquam: & ait Eunuchus: Ecce, aqua, quid prohibet me baptizari?

37. Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Jesum Christum.

38. Et jussit stare currum: & descenderunt uterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizavit eum.

39. Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens.

40. Philippus autem inventus est in Azoto, & pertransiens evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.*

CAPUT IX.

I. Admiranda Saŭli conversio. 1. II. Qui cœpit Damasci acerrime tueri Jesum esse Christum: 20. Et audius ad Apostolos, propter insidias Judæorum dimittitur Tarsum. 27. III. Petrus Lyddæ sanat Æneam paralyticum: 32. Et in Joppe Tabitham resuscitat. 36.

1. Saulus † autem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem sacerdotum,

2. Et petiit ab eo Epistolas in Damascum ad Synagogas: ut si quos inveniset hujus viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.

3. Et *a* cum iter faceret, contigit, ut appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cœlo. *a Infr. 22. 6. & 22. 10. & 26. 1. Cor. 15. 8. 2. Cor. 12. 2.*

4. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule! Saule! quid me persequeris?

† INCONVERS. S. PAULI.

* Anno 34. æræ vulg. incunte 1 morte Christi. Anno 2. Gal. 1. 13.

¥. 27. *Et ecce vir Æthiops, Eunuchus.* Seu spado is fuerit, seu Princeps palatinus: Candacis Reginæ nomen commune erat regionis Meroes, quæ Æthiopiæ accensebatur, & mulieribus Æthiopiæ erat subjecta, ex Strabone, L. 17. Plinius, L. 6. cap. 29. Reginam Æthiopiæ Candacem commemorat. Eunuchus *venerat adorare in Jerusalem.* Ut proselytus.

¥. 33. *In humilitate judicium ejus sublatum est.* Per resurrectionem a morte liberatus. Hebr. *De carcere, & de judicio sublatus est.* E sepulchro, vel in passione ipsa & condemnatione, sublatus est in crucem, in supplicii humilitate summam adeptus gloriam. *Generationem ejus.* Numerosam ejus sobolem, postquam mortem subierit. *Quoniam.* Hic sumitur pro: & tamen.

¥. 36. *Venerunt ad quamdam aquam.* Existimat Abbas Pezronius Eunuchum Reginæ Candacis baptizatum fuisse in fonte, qui erat prope vicum Bethron, vicesimo ab Jerosolymis lapide, versus Chebronem; tincto Eunucho raptus est Philippus Azotum.

¥. 37. *Credo, Filium Dei esse Jesum Christum.* Non hoc solum fuit ei ad credendum propositum; sed hoc solum exprimitur, quod erat inter credenda difficillimum. Vid. S. Aug. de fide & oper. cap. 9.

CAPUT IX.

¥. 1. *Saulus autem adhuc spirans minarum & cædis.* Minas & cædes in discipulos versabat animo.

¥. 2. *Epistolas.* Præfectus Damasci Judæis favebat.

¥. 4. *Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi.* Vidit etiam Jesum loquentem: etsi hoc in loco nullam facit mentionem visionis: sed in hoc ipso capite Ananias id aperte testatur; uti & Paulus cap. 22. & 26. item 1. Cor. 15.

5. Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare.

6. Et tremens, ac stupens dixit: Domine! quid me vis facere?

7. Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

8. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum.

9. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducavit, neque bibit.

10. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: *b* & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce, ego, Domine.

b Alor. 22. 12.

11. Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem: ecce, enim orat.

12. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat.)

13. Respondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem:

14. Et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes, qui invocant nomen tuum.

15. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.

16. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

17. Et abiit Ananias, & introivit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu sancto.

18. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tamquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est.

19. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot.

II. 20. Et continuo in Synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei.

21. Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos, qui invocabant nomen istud? & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad principes sacerdotum?

22. Saulus autem multo magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus.°

† *Ann. ærævulg. 37.*

23. Cum autem implerentur dies multi, † consilium fecerunt in unum Judæi, ut eum interficerent.

5. Er sprach: HErr! wer bist du? Und der HErr sprach: Ich bin JEsus, den du verfolgest: es wird dir hart fallen, wider den Stachel ausschlagen.

6. Da sprach er mit Zittern und Schrecken: HErr! was willst du, daß ich thun soll?

7. Und der HErr sprach zu ihm: Stehe auf, und gehe in die Stadt, da wird man dir sagen, was du thun sollst. Aber die Männer, welche mit ihm reiseten, stunden, und waren erschrocken, sie höreten auch die Stimme wohl, aber sie sahen niemand.

8. Saulus aber stund auf von der Erde, und als er seine Augen aufthat, sah er nichts. Sie aber nahmen ihn bey der Hand, und führten ihn gen Damascum.

9. Und er war daselbst drey Tage lang, daß er nicht sah, auch weder aß, noch trank.

10. Es war aber ein Jünger zu Damasco, mit Namen Ananias: zu demselbigen sprach der HErr im Gesichte: Anania. Er aber sprach: Siehe, hier bin ich, HErr.

11. Und der HErr sprach zu ihm: Stehe auf, und gehe hin in die Gasse, welche die Rechte genennet wird, und frage im Hause Juda nach einem, dessen Name ist Saulus, von Tarsen: denn siehe, er betet.

12. (Und er hat einen Mann gesehen, mit Namen Ananiam, zu ihm hineinkommen, und die Hände auf ihn legen, damit er sein Gesicht wiederum bekomme.)

13. Ananias aber antwortete: HErr, ich habe von vielen gehöret von diesem Manne, wie viel Böses er deinen Heiligen zu Jerusalem gethan habe:

14. So hat auch dieser Macht von den Hohenpriestern, alle zu binden, welche deinen Namen anrufen.

15. Aber der HErr sprach zu ihm: Gehe du hin, denn dieser ist mir ein auserwähltes Gefäß, daß er meinen Namen trage vor den Heyden, und Königen, und den Kindern Israel.

16. Denn ich will ihm zeigen, wie viel er leiden müsse um meines Namens willen.

17. Da gieng Ananias hin, und kam in das Haus: und er legte die Hände auf ihn, und sprach: Saule, lieber Bruder, der HErr JEsus hat mich gesandt, der dir erschienen ist auf dem Wege, durch welchen du kamest, damit du sehend, und mit dem heiligen Geiste erfüllet werdest.

18. Und alsbald fielen gleichwie Schuppen von seinen Augen, und er bekam sein Gesichte wiederum: und er stund auf, und ward getaufet.

19. Und nachdem er Speise zu sich genommen hatte, kam er wiederum zu Kräften. Und er hielt sich etliche Tage auf bey den Jüngern, welche zu Damasco waren.

II. 20. Und alsbald predigte er JEsum in den Schulen, daß derselbige der Sohn GOttes wäre.

21. Es entsetzten sich aber alle, die es höreten, und sprachen: Ist das nicht derselbige, der zu Jerusalem diejenigen verfolgte, welche diesen Namen anruften? der auch derentwegen hergekommen ist, damit er sie gebunden zu den Hohenpriestern führe?

22. Saulus aber nahm je länger je mehr an Kräften zu, und machte zu schanden die Jüden, welche zu Damasco wohneten, und bewährete, daß dieser Christus wäre.

23. Als nun viele Tage verlaufen waren, hielten die Jüden sämmtlich einen Rath, daß sie ihn ums Leben brächten.

24. Aber

℣. 5. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Proverbium est a bobus, vel equis cervicosis ductum, qui contra stimulum non impune calcitrant. Nam ii magis compungi solent. Sic Apostolorum miracula, & Stephani prædicatio tot erant stimuli, quibus Pauli conscientia vellicata resistebat.

℣. 7. *Audientes quidem vocem, neminem autem videntes.* Paulus cap. 22. contrarium videtur innuere. Responsio facilis est, Pauli comites sonum confusæ vocis audierunt, non distinctæ. Sic Joan. 12. Turbæ de cœlo vocem audierunt, sed confuse, cum plerique tonitruum esse dicerent. Deinde Pauli comites vocem quidem ejus, cum Domino responderet, audire potuerant, non Christi loquentis: unde cap. 22. ait, *ejus qui loquebatur mecum.* Hæc Paulus, cap. 26. aliis quidem verbis refert; ut hinc liquere possit non semper ad verbum res gestas, aut dictas narrari, quæ in alio loco interdum supplentur.

℣. 15. *Vas electionis.* i. Instrumentum singulariter electum ex millenis hominum millibus. *Ut portet.* Ut præferet nomen meum. Vas admirabile excelsi: Eccl. 43. v. 2. Vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso. Eccli. 50. v. 10. sic exponit S. Chrys. qui S. Paulum Patriarchis, Prophetis, immo Cherubinis & Seraphinis præfert.

℣. 17. *Et imponens ei manus.* Marci ultimo capite, *& super ægros manus imponent.* Pergit Lucas.

℣. 18. *Tamquam squamæ.* Quæ traditiones Pharisaicas, & falsa præjudicia, quibus mens ejus obducta fuerat, figurabant.

℣. 23. *Cum autem implerentur dies multi.* An tres anni, quos egit in Arabia: videtur enim Paulus post conversionem suam se in Arabiam contulisse, ubi tres fere annos exegit, ut Judæorum ira hoc temporis spatio lenire-

24. Aber es ward Saulo kund gethan, daß sie ihm nachstelleten. Sie hüteten auch Tag und Nacht an den Thoren, daß sie ihn umbrächten.

25. Aber die Jünger nahmen ihn bey der Nacht, und ließen ihn über die Mauer in einem Korbe hinab.

26. Da er nun gen Jerusalem kam, wollte er sich zu den Jüngern gesellen: und sie furchten sich alle vor ihm, und glaubten nicht, daß er ein Jünger wäre.

27. Barnabas aber nahm ihn, und führte ihn zu den Aposteln, und erzählete ihnen, wie er auf dem Wege den HErrn gesehen hätte, und daß derselbige mit ihm geredet hätte, auch wie er zu Damasco kühnlich gehandelt hätte im Namen JEsu.

28. Und er gieng ein und aus mit ihnen zu Jerusalem, und handelte frey im Namen des HErrn.

29. Er hatte auch Unterredung mit den Heyden, und disputirte mit den Griechen: aber sie suchten ihn zu tödten.

30. Da solches die Brüder erfuhren, begleiteten sie ihn gen Cäsarea, und schickten ihn fort gen Tarsum.

31. Die Kirche aber war im Frieden durch das ganze Jüdische Land, und durch Galiläam, und Samariam, und ward erbauet, sie wandelte auch in der Furcht des HErrn, und ward mit Trost des heiligen Geistes erfüllet.

III. 32. Es begab sich aber, daß Petrus, da er allenthalben herdurchzog, auch zu den Heiligen kam, die zu Lydda wohneten.

33. Er fand aber daselbst einen Menschen, mit Namen Aeneam, der acht Jahre lang zu Bette gelegen, und gichtbrüchtig war.

34. Und Petrus sprach zu ihm: Aenea, der HErr JEsus Christus mache dich gesund: stehe auf, und mache dir selbst ein Bette. Und er stund alsbald auf.

35. Und es sahen ihn alle, die zu Lydda, und zu Sarona wohneten, und sie bekehreten sich zum HErrn.

36. Es war aber zu Joppen eine Jüngerinn, mit Namen Tabitha, das verdollmetschet so viel heißet, als Dorcas. Diese war voll guter Werke, und Almosen, die sie that.

37. Es trug sich aber zu in denselbigen Tagen, daß sie krank ward, und starb. Und sie wuschen dieselbige, und legten sie oben auf den Saal.

38. Dieweil aber Lydda nahe bey Joppen gelegen war, und die Jünger höreten, daß Petrus daselbst wäre, sandten sie zween Männer zu ihm, und bathen ihn: Säume dich nicht zu uns hinüber zu kommen.

39. Petrus aber machte sich auf, und zog mit ihnen. Da er nun angekommen war, führten sie ihn auf den Saal: und alle Wittwen stunden um ihn herum, und weineten, und zeigeten ihm die Röcke und Kleider, die ihnen Dorcas gemacht hatte.

24. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, ut eum interficerent.

25. Accipientes *c* autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta. *c* 2. Cor. 11. 32.

26. Cum autem venisset in Jerusalem, tentabat se jungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes, quod esset discipulus.

27. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, & narravit illis, quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Jesu.

28. Et erat cum illis intrans, & exiens in Jerusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini.

29. Loquebatur quoque Gentibus, & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum.

30. Quod cum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream †, & dimiserunt Tarsum. † *Eadem anu.* 37.

31. Ecclesia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur.

III. 32. Factum est autem, ut Petrus, dum pertransiret universos, deveniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.

33. Invenit autem ibi hominem quemdam, nomine Æneam, ab annis octo jacentem in grabato, qui erat paralyticus.

34. Et ait illi Petrus: Ænea, sanat te Dominus Jesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuo surrexit.

35. Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, qui conversi sunt ad Dominum.

36. In Joppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat.

37. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lavissent, posuerunt eam in cœnaculo.

38. Cum autem prope esset Lydda ad Joppen, discipuli audientes, quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire usque ad nos.

39. Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cum advenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas.

40. Ejectis

---

niretur, ac postea rediisse Damascum; tumque Judæi de illo interficiendo cogitarunt. Nam post tres annos a conversione sua venit Jerosolymam, ubi fideles nondum eum noverint. Quod si Damasci per triennium mansisset, ejus conversionem ignorare non potuissent, cum tam prope esset Damascus, & inter duas illas urbes multa intercederent commercia: sed Arabes cum Judæis vix ulla societate jungebantur. Unde potuit facile Pauli conversio diu ignota permanere. Fama quidem illius ut persecutoris Ecclesiæ Damascum pervenerat. Sed cum postea nulla ejus facta esset mentio, dubitare poterant fideles Jerosolymæ, an ille in fide Christi constans permansisset. Unde post ejus reditum eum fugiebant. Ita Auctor Analyseos, Dissert. 27. Idque constat ex cap. 1. Epistolæ ad Galatas v. 16. 17. & 18. Petrus autem tum erat Jerosolymis, necdum Gentibus prædicaverat, ut liquet ex v. 32. ac toto hoc anno Paulus morabatur in Arabia. Herodis Antipæ exercitus deletus est ab Areta Arabiæ rege, qui præsidium habebat Damasci, Josephus Lib. 18. c. 7.

℣. 27. *Barnabas duxit ad Apostolos.* sc. Petrum & Jacobum. Vid. ad Gal. 1. v. 19.

℣. 28. *Intrans & exiens.* Hebr. Conversans.

℣. 29. *Loquebatur quoque Gentibus.* Vox illa, *Gentibus*, deest in Græco textu, ac nonnulli existimant ex alia versione, quæ pro *Græcis* posuit, *Gentibus*, eam vocem huc esse translatam. Nam Interpres hanc vocem Ἕλληνας, interdum *Gentes* vertit.

℣. 30. *Cum cognovissent fratres.* Sic olim omnes vocabantur inter se Christiani.

℣. 31. *Et* sc. Ecclesia *ædificabatur.* Vox Græca incrementum quoque significat, & firmitatem.

℣. 32. *Ut Petrus, dum pertransiret universos.* Tamquam caput visibile, cum obiret Ecclesias, creditur hoc tempore S. Petrum venisse Antiochiam, ibique sedem collocasse. *Lyddæ.* Cujus fit mentio L. 2. Machab. cap. 12. eaque postea dicta est Diospolis, ubi coacta fuit Synodus adversus Pelagium: civitas erat ad mare posita prope Joppen.

℣. 34. *Surge & sterne tibi.* Para lectum ad exportandum.

℣. 35. *Saronæ.* Græc. *Assaron.* Mons est simul & urbs; ac tota regio campestris inter Cæsaream & Joppen saginandis pecoribus idonea hoc censetur nomine.

℣. 36. *Quæ interpretata dicitur Dorcas.* Caprea, aut Damula. *Operibus bonis.* Ergo cuncta nostra opera non sunt immunda, aut peccata.

℣. 39. *Ostendentes ei tunicas & vestes.* Vestes interiores.

40. Ejectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua oravit: & conversus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro, resedit.

41. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos, & viduas, assignavit eam vivam.

42. Notum autem factum est per universam Joppen: & crediderunt multi in Domino.

43. Factum est autem, ut dies multos moraretur in Joppe, apud Simonem quemdam coriarium.

CAPUT X.

I. Jussu Angeli accersit Cornelius Petrum. 1. *II. Qui visione admonitus Gentes ad Evangelium admittendas esse venit ad illum.* 10. *III. Super omnes verbum Christi audientes Spiritus sanctus descendit, & jussu Petri baptizantur.* 34.

† *Anno* 39. 1. Vir autem quidam erat † in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica,

2. Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua: faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.

3. Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: Corneli.

4. At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid est? Domine! Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

5. Et nunc mitte viros in Joppen, & accersi Simonem quemdam, qui cognominatur Petrus:

6. Hic hospitatur apud Simonem quemdam coriarium, cujus est domus juxta mare: hic dicet tibi, quid te oporteat facere.

7. Et cum discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocavit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex his, qui illi parebant.

8. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppen.

9. Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus civitati, ascendit Petrus in superiora, ut oraret circa horam sextam.

II. 10. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus:

11. Et vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum,

40. Petrus aber, nachdem er sie alle hinausgetrieben, knyete nieder, und bethete: darnach wandte er sich zum Leichnam, und sprach: Tabitha, stehe auf. Sie aber that ihre Augen auf: und da sie Petrum sah, setzte sie sich aufrecht.

41. Er aber gab ihr die Hand, und richtete sie vollends auf. Und er rief den Heiligen und Wittwen, und stellte sie ihnen lebendig vor.

42. Es ward aber durch ganz Joppen kundig: und viele glaubten an den HErrn.

43. Und es begab sich, daß er sich zu Joppen viele Tage lang aufhielt bey einem, Simon genannt, der ein Gerber war.

Das zehente Capitel.

I. Cornelius der Hauptmann beruft Petrum. 1. II. Petrus wird durch ein Gesicht ermahnet, daß man auch den Heyden das Evangelium verkündigen soll. 10. III. Unterweiset Cornelium im christlichen Glauben, und läßt ihn sammt andern taufen. 34.

1. Es war aber ein Mann zu Cäsarea, mit Namen Cornelius, ein Hauptmann über die Schaar, welche die Italiänische genennet wird,

2. Der war gottselig, und fürchtete GOtt mit seinem ganzen Hause: und er gab dem Volke viel Almosen, und bethete immerdar zu GOtt:

3. Dieser sah im Gesichte offenbarlich, um die neunte Stunde des Tages, daß der Engel GOttes zu ihm hineinkam, und sprach zu ihm: Corneli.

4. Er aber sah ihn an, und ward mit Furcht eingenommen, und sprach: HErr! was ist es? Und er sprach zu ihm: Dein Gebeth und dein Almosen sind hinaufgekommen zum Gedächtniß vor dem Angesichte GOttes.

5. Und nun sende Männer aus gen Joppen, und berufe einen, Simon, mit dem Zunamen Petrus genannt:

6. Dieser ist in der Herberge bey Simon, einem Gerber, dessen Haus am Meer gelegen ist: derselbige wird dir sagen, was du thun sollst.

7. Als nun der Engel verschwunden, der mit ihm redete, rief er zween von seinen Hausknechten, und einen Kriegsknecht, der den HErrn fürchtete, von denen, die unter seinem Befehl waren.

8. Und nachdem er ihnen alles erzählet hatte, sandte er sie gen Joppen.

9. Am folgenden Tage aber, da diese auf der Reise waren, und sich zu der Stadt naheten, gieng Petrus auf den obern Gemach im Hause zu bethen um die sechste Stunde.

11. 10. Und als er hungrig ward, wollte er etwas essen. Dieweil sie aber Speise zubereiteten, fiel eine Entzückung über ihn:

11. Und er sah, daß der Himmel offen war, und ein Gefäß herabkam, gleichwie ein groß leinen Tuch, an vier Zipfel

---

℣. 40. *Resedit.* Vox eadem & Græca similem ob rationem usurpatur a Luca cap. 7. Evangelii, *& resedit, qui erat mortuus*, hoc est sedens surrexit, non recubuit, ut nonnullis visum est: quæ jacebat, resedit. Quorsum enim recubuisset? an præ infirmitate, & velut moritura? Tumque non signum vitæ dedisset, ac frustra dixisset Petrus: *Tabitha, surge.* Neque illa Petro obtemperasset, ut probat Auctor Analyseos Dissert. 28.

℣. 43. *Apud Simonem quemdam coriarium.* Non apud unum e primariis civitatis, quo facilior esset ad eum aditus; simul ut doceret Pastores, magnatum consuetudinem non anteponi oportere pauperum aut mediæ sortis hominum familiaritati. Hoc anno Herodes Antipas Tetrarcha Galilææ a Cajo Cæsare relegatus est Lugdunum in Gallia una cum Herodiade.

CAPUT X.

℣. 1. *Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.* Centurio ex cohorte, quæ dicebatur Italica. Erat legio Romana hoc nomine insignita. Ac subinde illud est credibile Cornelium fuisse Centurionem primæ cohortis, ex decem, quibus constabat legio. Ecclesia in Judæam & in Samariam propagata Princeps Apostolorum Gentibus lucem Evangelii intulit.

℣. 2. *Religiosus.* Justus adeo, qui credebat in Deum, non naturali tantum fide, sed etiam supernaturali, eaque implicita in Mediatorem, ut Judæi, inter quos versabatur. *Nec tamen*, inquit S. Aug. Lib. de Prædestinatione SS. *sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo invocabat, in quem non crediderat? Sed si posset esse sine fide Christi salvus, non ad eum mitteretur Architectus Petrus.* Sed quia tempus advenerat revelati Evangelii, fide in Christum explicita opus illi fuit, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 10. art. 4.

℣. 4. *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Recordatus est: orationes, & eleemosynæ tuæ, quasi memoriale quoddam obversantur conspectui Dei.

℣. 5. *Accersi Simonem — qui cognominatur Petrus.* Volebat nempe Deus homines instrui per homines; sed hos gentiles per Petrum principem & caput Ecclesiæ ad suum ovile attrahere voluit, ut ostenderet, hujus esse aperire januam Ecclesiæ, & qui primus prædicavit Judæis, etiam primus gentilibus Evangelium annuntiet.

℣. 9. *Ascendit Petrus in superiora, ut oraret.* Ascendit in tectum, vel potius in solarium, quod planum erat. *Circa horam sextam.* Circa meridiem, quæ hora erat orationis. Deus ad hoc opus non unum ex discipulis, de cujus missione dubitari potuisset, sed principem Apostolorum mittit.

℣. 10. *Cecidit super eum mentis excessus.* Græc. ἔκστασις. *Aversa est mens ejus a consuetudine corporali ad visum quemdam contemplandum alienum a præsentibus*, ut ait Augustinus Conc. 3. in Psal. 103. ubi facta est illi quædam mentis alienatio.

℣. 11. *Quatuor initiis submitti de cælo in terram.* Græc. ἀρχαῖς, *exterioribus angulis, ut gratia Evangelii ad quatuor Orbis partes pertinere intelligatur.* August. ibid.

Zipfel gebunden, das vom Himmel herabgelassen ward auf die Erde,

12. Darinnen allerhand vierfüßige Thiere waren, und kriechende Thiere der Erde, und Vögel des Himmels.

13. Und es geschah eine Stimme zu ihm: Stehe auf, Petre, schlachte, und iß.

14. Petrus aber sprach: HERR, das sey weit von mir, denn ich habe niemals etwas Gemeines, und Unreines geessen.

15. Und die Stimme sprach zum andernmal wiederum zu ihm: Was GOtt gereiniget hat, das sollst du nicht gemein* nennen. * unrein.

16. Dieses aber geschah zu dreymalen: und das Gefäß ward alsbald wiederum hinaufgenommen gen Himmel.

17. Als aber Petrus bey sich selbst im Zweifel stund, was das Gesicht wäre, so er gesehen hatte: siehe, da fragten die Männer, welche von Cornelio gesandt waren, nach dem Hause Simonis, und stunden an der Thür.

18. Und nachdem sie angerufen hatten, fragten sie, ob Simon, mit dem Zunamen Petrus, allda seine Herberge hätte?

19. Indem aber Petrus dem Gesichte nachdachte, sprach der Geist zu ihm: Siehe, drey Männer suchen dich.

20. Darum stehe auf, und gehe hinab, und ziehe mit ihnen, zweifle auch nicht: denn ich habe sie gesandt.

21. Da gieng Petrus hinab zu den Männern, und sprach: Siehe, ich bin es, den ihr suchet: was ist die Ursache, darum ihr hergekommen seyd?

22. Sie sprachen: Cornelius der Hauptmann, der ein gerechter Mann ist, und GOtt fürchtet, und Zeugniß hat vom ganzen Volke der Jüden, hat vom heiligen Engel eine Antwort* bekommen, daß er dich soll in sein Haus fordern, und die Worte von dir hören. * Bericht.

23. Da führte er sie hinein, und nahm sie auf zur Herberge. Aber am folgenden Tage machte er sich auf, und reisete mit ihnen: und etliche der Brüder von Joppe giengen mit ihm.

24. Und des andern Tages kam er zu Cäsarea hinein. Cornelius aber wartete auf sie, nachdem er seine Verwandte, und vertraute Freunde zusammengerufen hatte.

25. Und es begab sich, da Petrus hineintratt, gieng ihm Cornelius entgegen, fiel nieder zu seinen Füßen, und bethete an.

26. Petrus aber hub ihn auf, und sprach: Stehe auf, ich bin auch selbst ein Mensch.

27. Und nachdem er mit ihm geredet, gieng er hinein, und fand ihrer viele, die zusammengekommen waren:

28. Und er sprach zu ihnen: Ihr wisset, wie es einem Jüdischen Mann abscheulich ist, sich zu einem Fremdling zu gesellen, oder zu ihm zu kommen: aber GOtt hat mir gezeiget, daß ich keinen Menschen gemein, oder unrein nennen soll.

29. Derohalben, weil ich bin berufen worden, so bin ich ohne einiges Bedenken gekommen. Also frage ich nun, aus was Ursachen habt ihr mich gefordert?

30. Und Cornelius sprach: Es ist nun bis auf diese Stunde der vierte Tag, daß ich um die neunte Stunde bethete in meinem Hause, und siehe, ein Mann stund vor mir in einem weissen Kleide, und sprach:

31. Corneli, dein Gebeth ist erhöret, und deine Almosen sind zum Gedächtniß gekommen vor dem Angesichte GOttes.

32. Derowegen sende gen Joppen, und berufe Simonem, der mit dem Zunamen Petrus genennet wird: derselbige hat seine Herberge im Hause Simonis des Gerbers an dem Meer.

33. Darum habe ich alsbald zu dir geschickt: und du hast wohlgethan, daß du gekommen bist. So sind wir

quatuor initiis submitti de cœlo in terram,

12. In quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli.

13. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.

14. Ait autem Petrus: Absit Domine, quia nunquam manducavi omne commune, & immundum.

15. Et vox iterum secundo ad eum: Quod DEUS purificavit, tu commune ne dixeris.

16. Hoc autem factum est per ter: & statim receptum est vas in cœlum.

17. Et dum intra se hæsitaret Petrus, quidnam esset visio, quam vidisset: ecce, viri, qui missi erant a Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad januam.

18. Et cum vocassent, interrogabant, si Simon, qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium?

19. Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce, viri tres quærunt te.

20. Surge itaque, descende, & vade cum eis nihil dubitans: quia ego misi illos.

21. Descendens autem Petrus ad viros, dixit: Ecce, ego sum, quem quæritis: quæ causa est, propter quam venistis?

22. Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir justus, & timens Deum, & testimonium habens ab universa gente Judæorum, responsum accepit ab Angelo sancto, accersire te in domum suam, & audire verba abs te.

23. Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Joppe comitati sunt eum.

24. Altera autem die introivit Cæsaream. Cornelius vero expectabat illos convocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

25. Et factum est, cum introisset Petrus, obvius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes ejus adoravit.

26. Petrus vero elevavit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.

27. Et loquens cum illo intravit, & invenit multos, qui convenerant:

28. Dixitque ad illos: Vos scitis, quomodo abominatum sit viro Judæo conjungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem.

29. Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me?

30. Et Cornelius ait: A nudiusquarta die usque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce, vir stetit ante me in veste candida, & ait:

31. Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.

32. Mitte ergo in Joppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarii juxta mare.

33. Confestim ergo misi ad te: & tu bene feciſti veniendo. Nunc ergo omnes nos in con-

---

℣. 13. *Surge Petre, occide, & manduca.* Primitiæ Judæorum & Gentium datæ sunt Petro.

℣. 15. *Quod Deus purificavit.* Per bestias immundas Gentes sunt designatæ: hos cibos Deus purificavit, abrogando ciborum delectum. Sed nihil hoc ad jejunia, aut ad carnis abstinentiam in quadragesima præscriptam ab Ecclesia pœnitentiæ causa.

℣. 22. *Et audire verba abs te.* sc. Vitæ & salutis æternæ. Ut explicatur cap. seq. v. 14.

℣. 25. *Et procidens ad pedes ejus adoravit.* Cultu civili & religioso, ut solemus principibus & maxime Ecclesiasticis nos summittere. Sed Petrus eum erexit, dicens: *Surge, & ego ipse homo sum.* Et hoc ideo fecit S. Petrus, ne comitibus ejus hujusmodi cæremoniæ insuetis sit scandalo, cum forte hanc adorationem latreuticam judicarent.

consPectu tuo adsumus audire omnia, quæcumque tibi præcepta sunt a Domino.

III. 34. Aperiens autem Petrus os suum, dixit: In veritate comperi, *a* quia non est personarum acceptor Deus:

35. Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur justitiam, acceptus est illi.

36. Verbum misit Deus filiis Israel, annuntians pacem per Jesum Christum, (hic est omnium Dominus.)

37. Vos † scitis, quod factum est verbum per universam Judæam: incipiens enim a *b* Galilæa, post baptismum, quod prædicavit Joannes,

38. Jesum a Nazareth, quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto, & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos a diabolo: quoniam Deus erat cum illo.

39. Et nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Judæorum, & Jerusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.

40. Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri,

41. Non omni populo, sed testibus præordinatis a Deo: nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo, postquam resurrexit a mortuis.

42. Et † præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est a Deo Judex vivorum, & mortuorum.

43. Huic *c* omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum.

44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum.

45. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.

46. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

47. Tunc respondit Petrus: Numquid aquam, quis prohibere potest, ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos?

48. Et jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi. Tunc rogaverunt eum, ut maneret apud eos aliquot diebus.

a Deut. 10. 17. 2. *Par.* 19. 7. *Job.* 34. 19. *Sap.* 6. 8. *Eccli.* 35. 15. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Ephes.* 6. 9. *Col.* 3. 25. 1. *Petr.* 1. 17.

† *FER.* 2. *POST PASCH.*

b Luc. 4. 14.

† *FER.* 2. *POST PENTEC.*

c Jerem. 31. 34. *Mich.* 7. 18.

CAPUT XI.

I. Petrus disceptantibus fratribus quod ad Gentes accessisset, rei ordinem & visionem exponit. 1. *II. Multis Antiochiæ conversis, mittitur ad eos Barnabas ab Ecclesia Jerosolymitana, mox etiam Saulus.* 19. *III. Cum quo mittitur Jerusalem, ut in famem ab Agabo Propheta prædictam ferant fratribus eleemosynam.* 27.

1. Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Judæa: † quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.

2. Cum autem ascendisset Petrus Jerosolymam, disceptabant adversus illum, qui erant ex circumcisione,

3. Dicentes: Quare introisti ad viros

† *Eodem Anno* 39.

nun alle vor deinem Angesichte zugegen, damit wir alles anhören, was dir vom HErrn befohlen ist.

III. 34. Petrus aber that seinen Mund auf, und sprach: Ich habe in der Wahrheit erfahren, daß GOtt kein Annehmer der Personen ist:

35. Sondern in allen Völkern, wer ihn fürchtet, und thut die Gerechtigkeit, der ist ihm angenehm.

36. GOtt hat das Wort den Kindern Israel zugesandt, und hat den Frieden verkündiget durch JEsum Christum, (dieser ist ein HErr über alles.)

37. Ihr wisset das Wort, das sich durch das ganze Jüdische Land zugetragen hat: denn es hatte aus Galiläa seinen Anfang, nach der Taufe, die Johannes geprediget hat,

38. Wie GOtt JEsum von Nazareth mit dem heiligen Geiste, und mit Kraft gesalbet hat, der umhergezogen ist, und hat Gutes gethan, und gesund gemacht alle, die vom Teufel überwältiget waren: denn GOtt war mit ihm.

39. Und wir sind Zeugen aller Dinge, die er im Jüdischen Lande, und zu Jerusalem gethan hat: denselbigen haben sie getödtet, und an das Holz aufgehenket.

40. Diesen hat GOtt am dritten Tage auferwecket, und ihn lassen offenbar werden,

41. Nicht allem Volke, sondern den von GOtt verordneten Zeugen: nämlich uns, die wir mit ihm gegessen, und getrunken haben, nachdem er auferstanden war von den Todten.

42. Und er hat uns befohlen, dem Volke zu predigen, und zu bezeugen, daß er derjenige sey, der von GOtt verordnet ist zum Richter der Lebendigen, und der Todten.

43. Diesem geben alle Propheten Zeugniß, daß alle, die an ihn glauben, durch seinen Namen Vergebung der Sünden empfangen werden.

44. Als Petrus diese Worte noch redete, fiel der heilige Geist auf alle die, welche das Wort höreten.

45. Und die Glaubigen aus der Beschneidung, welche mit Petro gekommen waren, wurden bestürzt, daß die Gnade des heiligen Geistes auf die Heyden ausgegossen war.

46. Denn sie hörten sie mit Zungen reden, und GOtt hoch loben.

47. Da antwortete Petrus: Mag auch jemand das Wasser verbiethen, daß man diese nicht taufe, die den heiligen Geist empfangen haben, auch wie wir?

48. Und er befahl sie zu taufen in dem Namen des HErrn JEsu Christi. Da bathen sie ihn, daß er etliche Tage bey ihnen bliebe.

Das eilfte Capitel.

I. Die Apostel und bekehrte Jüden verweisen Petro, daß er die Heyden in die Kirche aufnehme. 1. Aber er stillete sie mit Erzählung des Gesichts. 4. II. Nachdem viele Heyden in Syria bekehret, wird Barnabas, und nach ihm Paulus gen Antiochiam geschicket. 19 III. Agabus weissaget den künftigen Hunger: worauf die Glaubigen von Antiochia den Glaubigen zu Jerusalem durch Barnabam und Saulum eine Steuer überschicken. 27.

1. Es höreten aber die Apostel und Brüder, welche im Jüdischen Lande waren, daß auch die Heyden GOttes Wort angenommen hatten.

2. Als nun Petrus hinaufkam gen Jerusalem, zankten wider ihn, die aus der Beschneidung waren,

3. Und sprachen: Warum bist du zu den Männern hinein-

¥. 34. *In veritate comperi.* Comperio. *Quia non est personarum acceptor Deus.* In distribuendis fidei & gratiæ suæ donis non respicit natales; nec Judæos exclusis Gentibus ad Ecclesiam suam vocavit.

¥. 36. *Verbum misit Deus filiis Israel.* Hoc est verbum Evangelii. *Annuntiare pacem per Jesum Christum.* Ergo pax & justitia sine Christo non habentur.

¥. 37. *Vos scitis, quod factum est verbum per universam Judæam.* Ex fama, quæ late diffusa est. *Quod factum est verbum.* Quæ acciderint Jesu prædicante.

¥. 38. *Unxit.* i. Copiosissime replevit, Spiritu sancto & virtute, seu potentia, v. g. expellendorum dæmonum, patrandorum miraculorum &c.

¥. 44. *Cecidit Spiritus sanctus.* Visibili specie, forte linguis igneis, uti videtur colligi ex v. 15. cap. seq. *Qui audiebant verbum.* Qui dispositi erant per contritionem & baptismum in voto.

¥. 48. *Et jussit eos baptizari in nomine Domini Jesu Christi.* Per fideles, quos una secum adduxerat, qui eos baptizarunt juxta Christi institutionem, profitentes nomen & fidem Jesu Christi, & invocata sanctissima Trinitate.

CAPUT XI.

¥. 2. *Disceptabant.* S. Chrys. *Valde offensi expostulabant.* Auctorem hujus litis facit S. Epiphan. Cerinthum, qui proximus post Simonem magum hæresiarcha fuit.

¥. 3. *Quare introisti ad viros præputium habentes.* Nondum fideles Judæi Christianæ religionis de vocatione Gentium mysteriis, & de legis abrogatione plene instructi erant, de quibus persuaderi debuerunt, non tam

Apo

hineingegangen, welche die Vorhaut haben, und hast mit ihnen gegessen?

4. Da fieng Petrus an, und erzählete ihnen alles nach der Ordnung, und sprach:

5. Ich war in der Stadt Joppe, und bethete: und sah in der Entzückung meines Gemüths ein Gesicht, nämlich, daß ein Gefäß herabkam, wie ein groß leinen Tuch, so mit vier Zipfeln vom Himmel herabgelassen ward, und kam bis zu mir.

6. Als ich nun in dasselbige mit Fleiß hineinschauete, merkte ich, und sah vierfüßige Thiere der Erde, auch wilde und andere kriechende Thiere, und Vögel des Himmels.

7. Ich hörete aber auch eine Stimme, die sprach zu mir: Steh auf Petre, schlachte, und iß.

8. Ich aber sprach: Mit nichten, HErr, denn es ist niemal etwas gemeines, oder unreines in meinen Mund gekommen.

9. Aber die Stimme antwortete mir zum andernmal vom Himmel: Was GOtt gereiniget hat, das sollst du nicht gemein nennen.

10. Dieses aber geschah zum drittenmal: und alles ward wiederum hinaufgenommen gen Himmel.

11. Und siehe, da stunden zur Stunde drey Männer an dem Hause, darinnen ich war, welche von Cäsarea zu mir gesandt waren.

12. Der Geist aber sprach zu mir, ich sollte mit ihnen gehen, und nicht zweifeln. Es giengen aber auch diese sechs Brüder mit mir, und wir tratten in das Haus des Mannes hinein.

13. Und er erzählte uns, wie er einen Engel gesehen hätte in seinem Hause, der vor ihm gestanden wäre, und hätte zu ihm gesagt: Sende gen Joppen, und berufe den Simon, der mit dem Zunamen Petrus genennet wird:

14. Der wird zu dir die Worte reden, durch welche du, sammt deinem ganzen Hause, wirst selig werden.

15. Als ich aber angefangen hatte zu reden, fiel der heilige Geist auf sie, gleichwie auch auf uns von Anfang.

16. Da gedachte ich an des HErrn Wort, wie er sagte: Johannes hat zwar mit Wasser getaufet, ihr aber werdet mit dem heiligen Geiste getaufet werden.

17. So nun GOTT ihnen dieselbige Gnade gegeben hat, wie auch uns, die wir an den HErrn JEsum Christum geglaubt haben: wer war ich dann, daß ich es GOtt sollte verbiethen können?

18. Da sie dieses höreten, schwiegen sie stille, und preiseten GOtt, und sprachen: Also hat GOtt den Heyden auch Buße gegeben zum Leben.

II. 19. Aber diejenigen, welche zerstreuet waren wegen der Trübsal, so mit Stephano vorgefallen war, zogen hindurch bis gen Phönicen, und Cypern, und Antiochiam, und redeten das Wort zu niemand, dann allein zu den Jüden.

20. Es waren aber etliche Männer unter ihnen aus Cypern und Cyrene, da dieselbigen gen Antiochia kamen, redeten sie auch zu den Griechen, und verkündigten ihnen den HErrn JEsum.

21. Und die Hand des HErrn war mit ihnen: und war eine große Anzahl, die gläubig wurden, und sich zum HErrn bekehrten.

22. Es kam aber die Rede von diesen Dingen zu Ohren

præputium habentes, & manducasti cum illis?

4. Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens:

5. Ego eram in civitate Joppe orans: & vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis summitti de cœlo, & venit usque ad me.

6. In quod intuens considerabam, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cœli.

7. Audivi autem & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide, & manduca.

8. Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune aut immundum nunquam introivit in os meum.

9. Respondit autem vox secundo de cœlo: Quæ Deus mundavit, tu ne commune dixeris.

10. Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cœlum.

11. Et ecce, viri tres confestim astiterunt in domo, in qua eram, missi a Cæsarea ad me.

12. Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum viri.

13. Narravit autem nobis, quomodo vidisset Angelum in domo sua, stantem & dicentem sibi: Mitte in Joppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus:

14. Qui loquetur tibi verba, in quibus salvus eris tu, & universa domus tua.

15. Cum autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.

16. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: *a* Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Jesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum?

18. His auditis, tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus Pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

II. 19. Et illi quidem, qui dispersi fuerant a tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Judæis.

20. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui, cum introissent † Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Jesum.

21. Et erat manus Domini cum eis: † multusque numerus credentium conversus est ad Dominum.

22. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ

a Matth. 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Luc.* 3. 16. *Joan* 1. 26. *Supr* 1. 5. *Infr.* 19. 4.

† *Anno* 40.

† *S. BARNABÆ.*

Apostolorum, quam divinæ voluntatis testimonio; cujusmodi illa fuit Petri visio, & Spiritus sancti in Gentes effusio. Quod si enim hæc statim Judæis fuissent prædicta, vix fidem sibi annuntiatam recepissent; paulatim hæc edoctos oportuit, nec Petrus dedignatur iis rationem facti sui reddere, ut ipse præcipit Epistola prima capite tertio.

℣. 18. *Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.* Gratiam, qua vere eos pœniteat, aditum ad pœnitentiam.

℣. 19. *Quæ facta fuerat sub Stephano.* Græc. Stephani tempore, seu post Stephani martyrium: Lucas ad priora tempora suam reflectit historiam. Ecclesiæ Jerosolymitanæ dispersio ad salutem multarum Gentium profuit: nam licet diu, qui dispersi erant, solis locuti sint Judæis: nihilominus postquam audierunt Cornelium a Petro baptizatum, etiam gentibus prædicarunt. *Usque Phœnicen.* Phœnice seu Phœnicia, regio est Syriæ, cujus metropolis Tyrus.

℣. 20. *Loquebantur & ad Græcos.* Græc. Ἕλληνας. Judæos nimirum in Græcia natos, aut etiam ad Gentiles; communis est SS. PP. opinio post Chrysostomum, etsi Lucas nullam ejus rei facit mentionem, sed multa alia reticet, quæ aliunde discimus; Petrum Antiochiæ, quæ erat Syriæ metropolis, Ecclesiam ex solis Judæis fundasse, eique præfuisse per septem annos. Petri autem discipuli & proselyti verbum Dei annuntiarunt omnibus, qui Græce loquebantur, ac forte Gentilibus.

℣. 22. *Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ.* Ea res, seu conversio Antiochiensium pervenit ad fideles, qui erant Jerosolymis. Id advertit Pezronius, quod hoc ipso anno Cajus Imperator a Judæis vult adorari, quo tempore Christus ut verus Deus agnoscitur a Gentibus, Judæis repugnantibus.

quæ erat Jerosolymis super istis: & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam.

23. Qui, cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei, gavisus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino:

24. Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et apposita est multa turba Domino.

25. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulum: quem, cum invenisset, perduxit Antiochiam. †

† *Ann. 41.*

26. Et annum totum conversati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita, ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani. *b*

b. 13, v. 1.

III. 27. In his autem diebus supervenerunt ab Jerosolymis Prophetæ Antiochiam:

28. Et surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.

29. Discipuli autem, prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus:

† *Anno æræ vulg. 42.*

30. Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli. †

CAPUT XII.

I. Herodes occiso Jacobo, 1. Petrum retrudit in carcerem. 4. II. Sed orante pro eo Ecclesia, eductus est ab Angelo. 7. III. Herodes, cum divinos honores non respueret, consumptus a vermibus expirat. 21.

† *SS. APOST. PETRI ET PAUL.*

1. Eodem autem tempore † misit Herodes rex * manus, ut affligeret quosdam de Ecclesia.

* *Eodem anno 42.*

2. Occidit autem Jacobum, fratrem Joannis, gladio.

3. Videns autem, quia placeret Judæis, apposuit, ut apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

4. Quem, cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.

5. Et Petrus quidem servabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

6. Cum autem productus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem.

II. 7. Et ecce, Angelus Domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo: percussoque latere

der Kirche, so zu Jerusalem war: und sie sandten Barnabam bis gen Antiochia.

23. Als nun der dahinkam, und sah die Gnade GOttes, erfreuete er sich, und ermahnete sie alle, daß sie mit dem Vorsatz des Herzens bey dem HErrn bleiben sollten:

24. Denn er war ein frommer Mann, und voll des heiligen Geistes, und Glaubens. Und es ward ein großes Volk dem HErrn zugethan.

25. Barnabas aber reisete gen Tarsum, den Saulum zu suchen: und als er ihn fand, führte er ihn gen Antiochia.

26. Und sie hielten sich daselbst ein ganzes Jahr auf in der Gemeinde: und sie lehreten ein großes Volk, also, daß die Jünger zu Antiochia erstlich Christen genennet wurden.

III. 27. Es kamen aber in diesen Tagen etliche Propheten von Jerusalem gen Antiochia:

28. Und einer von denselbigen, Agabus genannt, stund auf, und gab zu erkennen durch den Geist, daß über den ganzen Erdboden eine große Theurung kommen werde, welche auch unter dem Claudio entstanden ist.

29. Die Jünger aber beschlossen, ein jeglicher nachdem sein Vermögen war, den Brüdern, die im Jüdischen Lande wohneten, etwas zum Dienste * zu schicken: * oder Hülfe.

30. Das sie auch thaten, und schickten es zu den Aeltesten, durch die Hand Barnabä und Sauli.

Das zwölfte Capitel.

I. Herodes tödtet Jacobum, 1. und fänget Petrum. 4. II. Welcher vom Engel erlediget wird. 7. III. Aber Herodes, weil er göttliche Ehre angenommen, wird von den Würmern verzehrt. 21.

1. Zu derselbigen Zeit aber legte der König Herodes die Hände an etliche von der Kirche zu plagen.

2. Er tödtete aber Jacobum, den Bruder Johannis, mit dem Schwerte.

3. Als er nun sah, daß es den Jüden wohlgefiel, that er ferner dazu, daß er auch Petrum fangen möchte. Es waren aber die Tage der ungesäuerten Brode.

4. Nachdem er ihn nun ergriffen hatte, legte er ihn in den Kerker, und überantwortete ihn viermal vier Kriegsknechten, ihn zu verwahren, und war willens, nach dem Osterfest ihn dem Volke herauszuführen.

5. Also ward Petrus zwar im Kerker verwahret. Aber es ward das Gebeth zu GOtt von der Kirche ohne Unterlaß für ihn gehalten.

6. Da ihn aber Herodes herausführen wollte, in derselbigen Nacht schlief Petrus zwischen zween Kriegsknechten, und war mit zwoen Ketten gebunden: und die Hüter, so vor der Thür waren, verwahreten den Kerker.

II. 7. Und siehe, der Engel des HErrn tratt hinzu: und ein Licht leuchtete im Gemach: und er schlug Petrum an die

---

¥. 25. *Perduxit Antiochiam.* Ut Gentiles conversos in fide, confirmaret, tanquam Gentium Apostolus. Nam Paulus venit Jerosolymam, Petrum ut Apostolorum principem invisurus, & Jacobum consobrinum Domini. Nullum præterea vidit Apostolum, quod forte in diversas profecti essent regiones, ut Evangelium prædicarent.

¥. 26. *Ita, ut cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani.* Qui hactenus fideles, credentes, aut Galilæi dicebantur.

¥. 28. *Quæ facta est sub Claudio.* Anno scilicet secundo Claudii inchoato, ex Dione Cassio, L. 60. eaque duravit ad annum usque Claudii quartum: hanc prædixit Agabus, ut huic malo occurrerent Christiani. Fames in Palæstina grassata est anno Claudii 4. ex Eusebio in Chronico.

¥. 29. *Proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus.* Hæc est prima Pauli legatio, quam perfecit una cum Barnaba. *Mittere in ministerium.* In subsidium fratrum, qui ut verisimile est, a Judæis fuerant spoliati, aut dira fame vexati.

¥. 30. *Mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli.* Ad Presbyteros, de quibus cap. 15. & 16. vel ad primores, ad Apostolos nimirum, Presbyteros, & Diaconos.

CAPUT XII.

¥. 1. *Eodem autem tempore misit Herodes rex manus.* Agrippa, qui erat Aristobuli filius, frater Herodiadis: huic Caligula Tetrarchias Herodis Antipæ & Philippi contulerat, Claudius adjecit Judææ regnum. Mors illius anno quarto Claudii contigit, ex Josepho L. 19. cap. 7. Paulus jam venerat Jerosolymam, & attulerat eleemosynas, quod fame ab Agabo prædicta premerentur. Nec statim Agrippa post necem Jacobi interiit, ac verisimile est eum post biennium ab Angelo percussum fuisse. Petri Acta ad hunc annum usque, quo in carcerem conjectus fuit, Lucas non commemorat. Ex Eusebio, L. 3. Hist. & ex aliis Scriptoribus Ecclesiasticis discimus interjecto hoc tempore eum Judæis in Ponto, Galatia, Bithynia & Cappadocia dispersis Evangelii lumen intulisse, idque ex Petri Epistola iis populis inscripta colligunt.

¥. 2. *Occidit autem Jacobum, fratrem Joannis, gladio.* An forte ob eam causam occidit eum præ cæteris, quod cæteri abessent Apostoli Jerosolymis?

¥. 4. *Tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum.* Sic tradiderat sexdecim militibus custodiendum, ut ternis horis quatuor vigilarent. *Post Pascha.* sc. Post dies azymorum volebat tradere populo, ut gratiam captaret.

¥. 5. *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Tamquam pro Ecclesiæ capite visibili, & Apostolorum Principe, assidua & intenta oratione Deum precabatur Ecclesia.

¥. 6. *In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites.* Securus vitæ, cum se totum divinæ providentiæ committeret. Sciebat quoque ex prædictione Domini se non nisi senem jam factum moriturum.

die Seite, weckte ihn auf, und sprach: Stehe geschwind auf. Da fielen die Ketten von seinen Händen.

8. Der Engel aber sprach zu ihm: Umgürte dich, und ziehe deine Schuhe an. Und er that also. Und er sprach zu ihm: Wirf dein Kleid um dich, und folge mir nach.

9. Und er gieng hinaus, und folgete ihm nach: und er wußte nicht, daß es wahrhaftig geschah, was durch den Engel gethan ward: sondern er meynte, daß er ein Gesichte sehe.

10. Sie giengen aber durch die erste und andere Wache, und kamen zu dem eisernen Thor, welches zu der Stadt führet, das sich ihnen selbst aufthat. Und sie traten hinaus, und giengen eine Gasse lang fort, und der Engel schied alsbald von ihm.

11. Als nun Petrus wiederum zu sich selbst kam, sprach er: Nun weis ich wahrhaftig, daß der HErr seinen Engel gesandt hat, und hat mich aus der Hand Herodis, und von allem Warten des Jüdischen Volkes errettet.

12. Und als er sich bedachte, kam er vor das Haus Mariä, der Mutter Johannis, der mit dem Zunamen Marcus genennet wird, da viele beyeinander versammelt waren, und betheten.

13. Als er aber an der Thür der Porten anklopfte, tratt eine Magd hervor, zu hören, mit Namen Rhode.

14. Da sie nun die Stimme Petri erkannte, that sie vor Freuden die Thür nicht auf, sondern lief hinein, und verkündigte, daß Petrus vor der Thür stünde.

15. Sie aber sprachen zu ihr: Du bist unsinnig. Aber sie bestand darauf, es wäre also. Da sprachen sie: Es ist sein Engel.

16. Petrus aber hörete nicht auf anzuklopfen. Da sie nun aufthaten, sahen sie ihn, und entsatzten sich.

17. Er winkte ihnen aber mit der Hand, daß sie schweigen sollten, und erzählte, wie ihn der HErr aus dem Kerker geführet hätte, und sprach: Verkündiget dieses Jacobo, und den Brüdern. Und er gieng hinaus, und reisete an einen anderen Ort.

18. Da es aber Tag ward, war nicht eine geringe Unruhe unter den Kriegsknechten, was sich doch möchte mit Petro zugetragen haben.

19. Herodes aber, da er ihn foderte, und nicht fand, nachdem er von den Hütern Kundschaft eingenommen hatte, befahl er, sie hinzuführen: * und er zog hinab aus dem Jüdischen Lande gen Cäsarea, und hielt sich daselbst auf. * zum Tode.

20. Er war aber zornig über die zu Tyro und Sidon. Sie aber kamen einmüthig zu ihm, und überredeten Blastum, der des Königs Kammerherr war, und bathen um Frieden, darum, daß ihre Landschaften von ihm ihre Nahrung hatten.

III. 21. Aber auf einen bestimmten Tag setzte sich Herodes, nachdem er seine königliche Kleider angethan, auf den Richterstuhl, und that eine Rede zu ihnen.

22. Das Volk aber rief ihm zu: Dieses ist GOttes Stimme, und nicht eines Menschen.

23. Und zur Stunde schlug ihn der Engel des HErrn,

Petri, excitavit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus.

8. Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, & sequere me.

9. Et exiens sequebatur eum: & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre.

10. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum, & continuo discessit Angelus ab eo.

11. Et Petrus ad se reversus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

12. Consideransque venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes.

13. Pulsante autem eo ostium januæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode.

14. Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intro currens, nuntiavit stare Petrum ante januam.

15. At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus est.

16. Petrus autem perseverabat pulsans. Cum autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt.

17. Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit, quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Jacobo, & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

18. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.

19. Herodes autem cum requisisset eum, & non invenisset inquisitione facta de custodibus, jussit eos duci: descendensque a Judæa in Cæsaream, ibi commoratus est.

20. Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis. At illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

III. 21. Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

22. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis.

23. Confestim autem percussit eum Ange-

℣. 8. *Præcinge & calcea te caligas tuas.* Dormituri laxabant cingulum, quo vestes longas & diffluentes cingebant iter facturi. *Vestimentum tuum.* Vestem superiorem, aut pallium. *Caligas.* Sandalia, quæ plantas tegunt, caligæ etiam calceos significant.

℣. 10. *Transeuntes autem primam & secundam custodiam.* Militum custodientium carcerem. *Venerunt ad portam ferream.* Ad portam Palatii Herodis, qua ex arce in civitatem iter erat.

℣. 12. *Consideransque.* Beneficii a Deo accepti magnitudinem. *Venit ad domum Mariæ.* In qua erat cœtus fidelium, qui multis in locis habebantur. *Marcus.* Non Evangelista, sed Pauli & Barnabæ itinerum comes.

℣. 15. *Angelus ejus est.* Persuasum erat fidelibus unicuique Angelum datum esse custodem. Quæ quidem persuasio a Synagoga, non ad Ecclesiam modo, sed etiam ad Platonicos pervenerat. Hunc quidem Actorum locum Catholicæ favere sententiæ fatetur Camero; sed eum solum esse, temere & falso subjicit, cum verba Christi Domini, Matth. 18. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei,* ut & Psalmi 90. *Angelis suis mandavit de te,* ut alia omittam plurima, id ipsum plane confirment.

℣. 17. *Egressus abiit in alium locum.* Hoc tempore creditur a quibusdam Petrum migrasse Romam, ibique sedem circa initium anni sequentis nempe 43. posuisse.

℣. 19. *Jussit eos duci.* Ad quæstionem aut supplicium. Plinius Junior in Epist. ad Trajanum de Christianis loquens: *Perseverantes,* inquit, *jussi duci.*

℣. 20. *Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis.* Horum territorium erat angustius, quam ut alere frumento eos posset: unde soliciti erant de concilianda sibi pace cum Herode, ne fame vexarentur, negata frumenti exportatione. Agrippa eo venit non statim post Petrum e vinculis ejectum: illuc enim non venit nisi post tertium regni sui annum, ex Josepho Lib. 19. cap. 6. Illud verisimillimum est hoc anno 42. & 2. Claudii vigente Agrippæ persecutione quosdam Apostolos in vicinas Gentium regiones dispersos iis Evangelium annuntiasse, eosque post mortem Agrippæ reversos Jerosolymam.

℣. 22. *Dei voces, & non hominis.* Sic acclamabant adulatores Herodi, quasi novo Deo & Messiæ.

℣. 23. *Confestim autem percussit eum Angelus Domini.* Plaga lethali ad instar Antiochi, viscerum torminibus, ut testatur Josephus L. 19. c. 8. *Et consumptus.* Ut avus ejus Herodes Ascalonites. Noctuam ab eo visam narrat Josephus.

lus Domini, eo quod non dedisset honorem
† *Anno 43. desinente.* Deo: & consumptus a vermibus, expiravit. †
24. Verbum autem Domini crescebat, & multiplicabatur.
25. Barnabas autem & Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus.

CAPUT XIII.

I. Saulus & Barnabas jubentur a Spiritu sancto segregari ad opus prædicationis inter Gentes. 2. II. Elyma magus, qui eorum prædicationi resistebat, ad Pauli verbum excæcato, credit Sergius Paulus. 6. III. Antiochiæ in Pisidia Paulus latius de Christo disserit. 13. Sed Judæis persecutionem in eos excitantibus, convertuntur ad Gentes. 44.

† *Eodem anno 42.* 1. Erant † autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.
I. 2. Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus, dixit illis Spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus, ad quod assumpsi eos.
3. Tunc jejunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos.
4. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde navigaverunt Cyprum.
5. Et cum venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in Synagogis Judæorum. Habebant autem & Joannem in ministerio.
II. 6. Et cum perambulassent universam insulam usque Paphum, invenerunt quemdam virum magum pseudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Barjesu.
7. Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic, accersitis Barnaba, & Saulo, desiderabat audire verbum Dei.
8. Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen ejus) quærens avertere Proconsulem a fide.

darum, daß er GOtt die Ehre nicht gegeben hatte: und er ward von den Würmern gefressen, und gab den Geist auf.
24. Aber das Wort des HErrn nahm zu, und mehrete sich.
25. Barnabas aber, und Saulus kamen wiederum von Jerusalem, nachdem sie ihren Dienst verrichtet hatten, und nahmen Johannem zu sich, der mit dem Zunamen Marcus genennet ward.

Das dreyzehente Capitel.

I. Saulus und Barnabas werden aus Befehl des heiligen Geists abgesöndert, und gesandt, den Heyden zu predigen. 2. II. Bekehren Sergium Paulum, den Statthalter zu Papho, wobey Elymas der Zauberer mit Blindheit geschlagen wird. 6. III. Reisen gen Pergen in Pamphilia, und gen Antiochiam in Pisidia, wo Paulus weitläuftig prediget. 13. Werden von den Jüden verstoßen, und kehren sich zu den Heyden. 44.

I. Es waren aber in der Kirche, die zu Antiochia war, Propheten und Lehrer, unter welchen auch Barnabas war, und Simon, mit dem Zunamen Niger, und Lucius von Cyrene, und Manahen, der mit Herode dem Vierfürsten auferzogen war, und Saulus.
I. 2. Als sie aber dem HErrn dieneten, und fasteten, sprach der heilige Geist zu ihnen: Söndert mir Saulum und Barnabam ab, zu dem Werk, dazu ich sie aufgenommen habe.
3. Da fasteten sie, und betheten, und legten ihnen die Hände auf, und ließen sie ziehen.
4. Und diese zwar, nachdem sie vom heiligen Geiste gesandt waren, zogen gen Seleuciam, und von dannen schifften sie in Cypern.
5. Und da sie zu Salamina ankamen, predigten sie GOttes Wort in den Schulen der Jüden. Sie hatten aber auch Johannem in ihrem Dienste.
II. 6. Und als sie die ganze Insel bis gen Paphum durchzogen hatten, fanden sie einen Mann, der ein Zauberer, und falscher Prophet, und ein Jüde war, dessen Name Barjesu genennet ward.
7. Dieser war bey Sergio Paulo dem Statthalter, einem vernünftigen Manne. Derselbige rief Barnabam und Saulum zu sich, und begehrte GOttes Wort zu hören.
8. Aber der Zauberer Elymas, (denn also wird sein Name verdollmetschet,) widerstund ihnen, und trachtete darnach, daß er den Statthalter vom Glauben abwendete.

9. Sau-

℣. 25. *Barnabas autem, & Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio.* Cum eleemosynas sibi commissas attulissent Jerosolymam, reversi sunt Antiochiam.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Erant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores.* A Malachiæ usque temporibus Prophetiæ donum fere cessaverat: Doctores, quæ essent credenda & agenda, fideles instruebant. Qui Prophetæ dicebantur, ii Scripturas interpretabantur, & reconditiora mysteria exponebant; Catechistæ edocebant religionis elementa. Tum temporis, ut videtur Pezronio, Saulus in tertium cœlum raptus est ante missionem suam ad Gentes.

℣. 2. *Ministrantibus autem illis Domino, & jejunantibus.* Vox ipsa λειτουργέω, munus publicum exercere universim significat. Sed in novo Testamento sic usurpatur, ut huic voci, *Domino*, sociata non aliud significet, quam sacrificare, ut in Epist. ad Hebr. 10. 11. 1. Cor. 9. 13. & hoc in loco *Ministrantibus Domino.* Quod enim aliud ministerium ab iis exhiberi potuit Domino? Sic ad verum sacrificium pertinebat, quod præstabant Apostoli ministerium; publica erat Missæ oratio cum jejunio conjuncta: hoc erat munus Apostolicum. Perperam igitur Novatores hæc verba: *Ministrantibus illis*, sic interpretantur, cum munere suo fungerentur, docendi videlicet & prophetandi, ait Theodorus Beza: Quasi munus illud indesinenter non obirent. Quomodo utraque hæc functio tamquam epocha Apostolatus Pauli & Barnabæ constitui potest? Quorsum jejunium cum prædicandi munere conjungitur? At enim, inquit Beza, vox Græca munus publicum significat. Ita est, sed sacrificium Deo oblatum totius Ecclesiæ nomine est munus, si quod aliud, publicum; eumque munus illud publicum vagum sit & indefinitum, multa ejusmodi officia significat, ac forte sacrificium altaris incruentum eo nomine designavit Evangelista, ne infidelibus proderetur. Sic de Zacharia patre Joannis Baptistæ loquens eandem usurpat vocem: *Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus,* τῆς λειτουργίας αὐτοῦ. Hoc scilicet officium fuit offerendi sacrificium, non docendi. Sic 2. Cor. 9. 12. eleemosynis, quæ sunt quoddam sacrificii genus, vox eadem applicatur. Ita Philip. 2. 17. vox eadem ad fidem refertur, quæ corpus Deo immolat per pœnitentiam, intellectum per obsequium, & cordis affectus per charitatem. Quamobrem in novo Testamento vox illa ubique fere ad sacrificium, aut proprie dictum, aut metaphoricum, omnino pertinet. Unde vox eadem sic accepta in Ecclesia Græca semper obtinuit. Nam Græci hoc Missæ sacrificium *Liturgiæ* nomine designant, idque lingua Gallica & Teutonica vocari solet, *le Service*, ut notat Estius in hunc locum. Jejunium erat quædam præparatio, quam excipiebat oratio cum sacrificio conjuncta; tum manuum impositio, qua dabatur Spiritus sanctus, character & potestas sacras obeundi functiones simul conferebatur. Unde & videtur proprie dicta ordinatio, non simplex benedictio cum voto & precibus conjuncta: adeo ut Episcopatus iis plane videatur manuum impositione collatus: nondum enim videntur hoc munus accepisse. Hæc fuse Auctor sæpe laudatus, dissert. 20.

℣. 3. *Tunc jejunantes, & orantes.* Unde preces & jejunia ex Apostolica traditione ministrorum ordinationi præmittuntur: ubi orationis publicæ fit mentio, cultus Dei externus intelligi solet, cujus pars præcipua est sacrificium.

℣. 4. *Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam.* Vicinam Antiochiæ urbem, unde commodus est in Cyprum trajectus, cujus Metropolis est Salamina, a Constantino dicta Constantia, nunc *Famagosta.* Saulus & Barnabas egressi Antiochia circa vernum tempus Seleuciam venerunt. Cyprum inde navigantes, insulam peragrarunt toto hoc anno 44. Christi & 4. Claudii.

℣. 5. *Habebant autem & Joannem in ministerio.* Græc. ὑπηρέτην, *Ministrum.* Joannes cognomento Marcus juvabat eos in rerum temporalium cura, quo facilius prædicationis munus exercerent. Deinde eos instituebat, quos Saulus & Barnabas Christo acquisierant.

℣. 8. *Resistebat autem illis Elymas magus.* Vox barbara, quæ magum significat. Arabes sic vocant suos Philosophos.

9. Saulus aber, der auch Paulus heißet, ward erfüllet mit dem heiligen Geiste, und sah ihn stark an,

10. Und sprach: Du Kind des Teufels! der du aller List, und aller Schalkheit voll bist, du Feind aller Gerechtigkeit, du höreſt nicht auf die richtige Wege des HErrn zu verkehren.

11. Und nun siehe, die Hand des HErrn kömmt über dich: du wirst blind seyn, und eine Zeitlang die Sonne nicht anschauen. Und zur Stunde fiel Dunkelheit und Finsterniß auf ihn: und er gieng umher, und suchte jemand, der ihm die Hand reichte.

12. Als nun der Statthalter sah, was da geschehen war, glaubte er, und verwunderte sich über die Lehre des HErrn.

III. 13. Als aber Paulus, und die bey ihm waren, von Papho zu Schiffe abfuhren, kamen sie gen Pergen in Pamphylia. Johannes aber wich von ihnen ab, und kehrete wiederum gen Jerusalem.

14. Sie aber zogen durch Pergen, und kamen gen Antiochiam in Pisidia: da giengen sie am Sabbath in die Schule, und setzten sich nieder.

15. Aber nach Verlesung des Gesetzes, und der Propheten, sandten die Obersten der Schule zu ihnen, und sprachen: Ihr Männer, liebe Brüder, ist bey euch einige Rede zur Ermahnung an das Volk, so redet.

16. Da stund Paulus auf, und winkte mit der Hand, daß man schweigen sollte, und sprach: Ihr Männer von Israel, und die ihr GOtt fürchtet, höret zu:

17. Der GOtt des Volks Israel hat unsere Väter auserwählet, und hat das Volk erhöhet, da sie im Aegyptenland Fremdlinge waren, und hat sie aus demselbigen mit hohen Arm ausgeführet.

18. Hat auch die Zeit von vierzig Jahren ihre Sitten in der Wüste übertragen.

19. Er vertilgete auch sieben Völker im Lande Chanaan, und theilete ihnen ihr Land durchs Loos aus,

20. Ungefähr nach vierhundert und fünfzig Jahren: und darnach gab er ihnen Richter, bis auf Samuel den Propheten.

21. Und von derselbigen Zeit an forderten sie einen König: und GOtt gab ihnen Saul, den Sohn Cis, einen Mann aus dem Geschlechte Benjamin, vierzig Jahre lang.

22. Und nachdem derselbige hinweggethan war, erweckte er ihnen den König David: dem er auch Zeugniß gab, und sprach: Ich habe den David gefunden, den Sohn Jesse, einen Mann nach meinem Herzen, der allen meinen Willen thun wird.

23. Aus dessen Saamen hat GOtt dem Israel nach der Verheißung den Heiland JEsum hergeführet:

24. Und hat Johannes vor dem Angesichte seiner Zukunft, die Taufe der Buße dem ganzen Volke Israel geprediget.

9. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuens in eum,

10. Dixit: O plene omni dolo, & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas.

11. Et nunc ecce, manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ: & circuiens quærebat, qui ei manum daret.

12. Tunc proconsul, cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini.

III. 13. Et cum a Papho navigassent Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ. Joannes autem discedens ab eis, reversus est Jerosolymam.

14. Illi vero pertranseuntes † Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi Synagogam die sabbatorum, sederunt.

15. Post lectionem autem legis, & Prophetarum, miserunt principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.

16. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait: Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite:

17. Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltavit, cum essent incolæ *a* in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea. *b*

18. Et *c* per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.

19. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, *d* sorte distribuit eis terram earum,

20. Quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post hæc dedit judices *e*, usque ad Samuel Prophetam.

21. Et exinde *f* postulaverunt regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin, annis quadraginta.

22. Et amoto illo, *g* suscitavit illis David regem: cui testimonium perhibens, dixit: *h* Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.

23. Hujus Deus ex semine *i* secundum promissionem eduxit Israel salvatorem Jesum:

24. Prædicante *k* Joanne ante faciem adventus ejus baptismum pœnitentiæ omni populo Israel.

† *Eodem anno* 42.

a Exod. 1. 1.

b Exod 13. 21. & 12.

c Exod. 16. 3.

d Jos. 14. 2.

e Judit 3 9.

f 1. *Reg.* 8. 5. & 9. 16. & 10. 1.

g 1. *Reg* 13. 14. & 16 13.

h Psal. 88. 21.

i Isai. 11. 1.

k Matth 3. 1. *Marc.* 1. *Luc.* 3. 3.

25. Cum

℣. 10. *Non desinis subvertere vias Domini rectas.* Oppugnare Evangelium, quod est via Domini recta tendens ad salutem.

℣. 13. *Discedens ab eis.* Laboris forte & periculorum pertæsus. Hoc ipso anno videtur Marcus a Paulo & Barnaba discessisse, & Jerosolymam rediisse. Jam fortassis audierat mortem Agrippæ Regis, qui cum annum ageret regni quartum, & octavum Tetrarchiæ a Cajo concessæ, in Palæstina diem suum obiit, post ludos in honorem Cæsaris magnifice celebratos. Ita Josephus Lib. 19. cap. 7. Post Agrippæ obitum Petrus videtur Jerosolymam reversus cum nonnullis Apostolis. Isque hoc anno videtur Pezronio fundasse Ecclesiam Antiochenam usque ad annum Claudii 11. Quo quidem tempore abiit in provincias Asiæ minoris, in Pontum, Galatiam & alias regiones.

℣. 17. *Et plebem exaltavit, cum essent incolæ in terra Ægypti.* Per Moysen, & in magna potentia eduxit eos ex Ægypto.

℣. 18. *Per* 40. *annorum tempus.* Græc. Circiter, mores eorum sustinuit rebelles.

℣. 20. *Quasi post quadringentos & quinquaginta annos.* Qui numerantur a nato Isaac, usque ad terræ sanctæ divisionem. Sed cum nulla facta fuerit mentio Isaaci, id multis non videtur probabile, Apostolum in Isaaco Chronologiæ suæ Epocham collocare voluisse. Nam ea, cujus meminit, electio tam apte ad Abrahamum, aut ad Jacob, quam ad Isaac ipsum refertur. Textus Græcus ab ea difficultate est immunis: nam versiculum 19. a vicesimo per interjectum punctum dirimit, & tempus illud ad Samuelem usque profert hoc modo. *Et post hæc per quadringentos & quinquaginta annos dedit Judices usque ad Samuel Prophetam.* Quare 450. anni a Moyse incipiunt, & in Samuelem videntur desinere. Sic enim textus videtur disponendus. Post hæc dedit Judices, & facti sunt circiter quadringenti quinquaginta anni usque ad Samuelem.

℣. 21. *Annis quadraginta.* Quibus continentur anni Samuelis: ita ut tempus Samuelis, non judicibus, sed regibus, qui eos sunt consecuti, annumeret, ac Samuel prophetico munere functus fuerit annis quadraginta partim ante regnum Saulis, partim regnante Saule.

℣. 22. *Inveni David filium Jesse, &c.* Hoc testimonium videtur e pluribus locis contextum: ex Lib. 1. Regum cap. 13. *Quæsivit sibi Dominus virum secundum cor suum, & voluntatem.* Et cap. 16. *Provide in filiis Isai mihi Regem.* Item Psalm 88. *Inveni David servum meum.* Quod autem addit Paulus: *Qui faciet omnes voluntates meas.* Illud ipsum explicat, quod dixerat Dominus, *virum secundum cor meum.* Hæc omnia de Patriarcharum electione, Israelis liberatione, Judicum regimine, Davidis electione commemorat Paulus ut præambula ad stirpem regiam Jesu Christi exponendam, atque ut hinc discant tot beneficia in populum Israeliticum esse collata, quod Christus ex eo esset nasciturus. Mox probat Jesum Nazarenum esse Messiam a Judæis expectatum: primum ex promissionibus toties Davidi iteratis, fore ut ex ejus stirpe Messias oriretur: unde a Judæis filius David solet appellari. Deinde probat ex testimoniis Joannis & Prophetarum in Jesu Christo impletis.

†. 24. *Prædicante Joanne ante faciem adventus ejus.* Ante prædicationem Jesu.

l Matth. 3. 21. *Marc.* 1. 7. *Joan.* 1. 27.

25. Cum impleret autem Joannes cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, *l* non sum ego: sed ecce, venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere.

† *FER.* 3. *POST PASCH.*

26. Viri † fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est.

27. Qui enim habitabant Jerusalem, & principes ejus hunc ignorantes, & voces prophetarum, quæ per omne Sabbatum leguntur, judicantes impleverunt:

m Matth. 27. 20. & 23. *Marc.* 15. 13. *Luc.* 23. 21. & 23. *Joan.* 19. 15.

28. Et nullam causam mortis invenientes in eo, *m* petierunt a Pilato, ut interficerent eum.

29. Cumque consumassent omnia, quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.

n Matth. 28. *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Joan.* 20.

30. Deus *n* vero suscitavit eum a mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his,

31. Qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Jerusalem: qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

32. Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est:

33. Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris resuscitans Jesum, * sicut & in Psalmo

o Psalm. 2. 7. secundo scriptum est: *o* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

p Is. 55. 3.

34. Quod autem suscitavit eum a mortuis, amplius jam non reversurum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo *p* vobis sancta David fidelia.

q Psalm. 15. 10.

35. Ideoque & alias dicit: Non *q* dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

r 3. *Reg.* 2. 10.

36. David enim in sua generatione cum administrasset voluntati Dei *r*, dormivit: & appositus est ad Patres suos, & vidit corruptionem.

37. Quem vero Deus suscitavit a mortuis, non vidit corruptionem.

38. Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi justificari:

39. In hoc omnis, qui credit justificatur.

40. Videte ergo, ne superveniat vobis, quod dictum est in Prophetis:

41. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus, quod non credetis, si quis enarraverit vobis.

42. Exeuntibus autem illis rogabant, ut sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc.

43. Cumque dimissa esset Synagoga secuti sunt multi Judæorum, & colentium advena-

25. Als aber Johannes seinen Lauf vollendet, sprach er: Ich bin nicht der, den ihr meynet, daß ich sey: aber siehe, es kömmt nach mir einer, dessen ich nicht werth bin, die Schuhe von seinen Füßen aufzulösen.

26. Ihr Männer, und Brüder, ihr Kinder des Geschlechtes Abraham, und die unter euch GOtt fürchten, euch ist das Wort dieses Heils gesandt.

27. Denn die zu Jerusalem wohneten, sammt ihren Obersten, dieweil sie diesen nicht erkannten, noch die Worte der Propheten, welche auf alle Sabbathe gelesen werden, so haben sie dieselbigen mit ihrem Urtheil erfüllet:

28. Und obwohl sie keine Ursache des Todes an ihm fanden, haben sie gleichwohl Pilatum gebethen, daß sie ihn tödten möchten.

29. Und nachdem sie alles vollzogen hatten, was von ihm geschrieben war, haben sie ihn vom Holz abgenommen, und in ein Grab geleget.

30. Aber GOtt hat ihn am dritten Tage auferwecket von den Todten: und er ist viele Tage lang denenjenigen erschienen,

31. Welche zugleich mit ihm aus Galiläa gen Jerusalem heraufgekommen waren: die auch bey dem Volke seine Zeugen sind bis auf die jetzige Zeit.

32. Und wir verkündigen euch auch die Verheißung, welche zu unsern Vätern geschehen ist:

33. Denn GOtt hat dieselbige unsern Kindern * erfüllet, da er JEsum wiederum auferwecket hat, wie dann auch im andern Psalm geschrieben stehet: Du bist mein Sohn, heute habe ich dich gezeuget. * so uns glauben.

34. Daß er ihn aber von den Todten auferwecket hat, dergestalt, daß er hinfüro in die Verwesung nicht kommen wird, davon spricht er also: Ich will euch die heilige und treue Verheißungen Davids geben.

35. Darum spricht er auch an einem andern Orte: Du wirst deinem Heiligen die Verwesung nicht sehen lassen.

36. Denn, als David zu seiner Zeit dem Willen GOttes gedienet hatte, ist er entschlafen: auch ist er zu seinen Vätern gelegt, und hat die Verwesung gesehen.

37. Den aber GOtt von den Todten auferwecket hat, der hat die Verwesung nicht gesehen.

38. So sey euch nun kund gethan, ihr Männer, liebe Brüder, daß euch durch diesen die Vergebung der Sünden angekündiget wird, wie auch die Erlösung von allem dem, dadurch ihr im Gesetz Moysis nicht habt können gerechtfertiget werden:

39. In diesem werden gerechtfertiget alle, die da glauben.

40. Derowegen sehet wohl zu, daß nicht über euch komme, was in den Propheten gesagt ist:

41. Sehet ihr Verächter, und verwundert euch, und gehet zu Grunde: * denn ich thue ein Werk in euren Tagen, ein Werk, das ihr nicht glauben werdet, wenn es euch jemand erzählen wird. * nämlich die, so nicht glauben.

42. Als sie aber hinausgiengen, bathen sie, daß sie auch am künftigen Sabbath zu ihnen reden wollten.

43. Und nachdem die Versammlung voneinander gelassen war, da folgeten Paulo und Barnabä viele der Jüden,

---

℣. 27. *Impleverunt.* Cum eum condemnassent.

℣. 33. *Quoniam hanc Deus adimplevit filiis nostris.* Gr. *Nobis filiis eorum.* Deus excitando a mortuis Jesum implevit promissiones factas Patriarchis de mittendo Liberatore, quæ in filiis Patriarcharum, in nobis scilicet completæ sunt. *Genui te.* Per resurrectionem, quæ est quasi nova generatio: unde & Christus appellatur primogenitus mortuorum.

℣. 34. *Amplius autem non reversurum in corruptionem.* Probat illud quoque Christum post resurrectionem suam non amplius moriturum, ex cap. 55. Isaiæ: *Quia dabo vobis sancta David fidelia.* Promissa olim facta Davidi, rata faciam: cujusmodi est illud Psal. 19. *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Ac subinde ostendit illud intelligi non posse de Davide ipso, cujus corpus vidit corruptionem. Citat locum Isaiæ juxta 70. Interpretes: vulgata habet, *misericordias David fideles.*

℣. 36. *David enim in sua generatione cum administrasset.* Quamdiu vixit. *Voluntati Dei.* Cum Dei consiliis serviisset, & voluntati ejus esset obsecutus. Tum ad fidem eos adhortatur ob duas potissimum rationes. Prima hæc est, quod in eo solo sit peccatorum remissio.

℣. 38. *Justificari.* Solus enim Christus, merita ejus, fides, gratia, Sacramenta justificant; alteram affert rationem, ne in iram Dei incurrant.

℣. 41. *Videte contemptores.* Habac. 1. ne vobis idem eveniat, quod patribus vestris, qui verbum Dei contempserunt. *Et disperdimini*, Gr. *deficite*, præ metu: vel *exterminemini*, Imperativum pro futuro, ut sæpe; vel demum abscondite vos præ confusione. *Quia opus operor.* Scilicet resurrectionem Christi, & omnem Verbi incarnati œconomiam. Quod Propheta Habacuc dixerat de Chaldæis, Paulus Judæis applicat. Hoc utique erat usitatum, apud Hebræos Doctores, inquit vir doctus, idque frequens esse in novo Testamento.

℣. 42. *Rogabant, ut sequenti Sabbato loquerentur sibi verba hæc.* Gr. *Rogabant gentes.* Probabile videtur eam vocem, *gentes*, culpa librariorum in textum Græcum irrepsisse, cum Gentes non intrarent Synagogas. Unde vox illa neque in textu Syriaco, neque in Latino reperitur, nec citatur a Chrysostomo, aut certe intelligenda est de Proselytis, de quibus ℣. sequenti.

℣. 43. *Et colentium.*

Jüden, und der Jüdengenossen nach, die GOTT dieneten: und sie redeten ihnen zu, und ermahneten sie, daß sie in der Gnade GOttes blieben.

44. Aber am folgenden Sabbath kam beynahe die ganze Stadt zusammen, GOttes Wort zu hören.

45. Als nun die Jüden das Volk sahen, wurden sie mit Eifer erfüllet, und widersprachen dem, was von Paulo gesagt ward, und lästerten sie.

46. Da sprachen Paulus und Barnabas beständiglich: Euch hat man erstlich das Wort GOttes verkündigen sollen: aber dieweil ihr dasselbige verwerfet, und euch selbst des ewigen Lebens nicht werth achtet, siehe, so wenden wir uns zu den Heyden:

47. Denn also hat uns der HErr befohlen: Ich habe dich zum Licht der Heyden verordnet, damit du zum Heil seyest, bis an das Ende der Erde.

48. Da solches aber die Heyden höreten, erfreueten sie sich, und preiseten das Wort des HErrn: und es glaubten alle, so viel ihrer zum ewigen Leben verordnet waren.

49. Und das Wort des HErrn ward durch das ganze Land ausgebreitet.

50. Die Jüden aber reizten andächtige und ehrliche Matronen, und die Obersten der Stadt, und sie erweckten eine Verfolgung wider Paulum und Barnabam: und trieben sie aus ihren Gränzen hinaus.

51. Aber sie schlugen den Staub von ihren Füßen über sie, und kamen gen Iconium.

52. So wurden auch die Jünger mit Freuden, und mit dem heiligen Geiste erfüllet.

Das vierzehente Capitel.

I. Paulus und Barnabas bekehren viele zu Iconio, und werden von dannen vertrieben, kommen nach Lystra: 1. II. Paulus macht allda einen Lahmen gerad: 7. Das Volk will sie als Götter verehren, welche Ehre sie hintertreiben, und widerlegen. 10. III. Nach erlittener Steinigung von den Jüden kehren sie zurück: 18. Stärken die Glaubigen an vielen Orten, weihen Priester, und kommen wieder gen Antiochiam. 21.

1. Es begab sich aber zu Iconio, daß sie miteinander in die Schule der Jüden giengen, und also redeten, daß eine sehr große Menge der Jüden und Heyden glaubig ward.

2. Aber die Jüden, welche unglaubig waren, erweckten die Seelen der Heyden, und reizten sie zum Zorn wider die Brüder.

3. Also hielten sie sich daselbst eine geraume Zeit auf, und handelten getrost im HErrn, der auch dem Worte seiner Gnaden Zeugniß gab, und verlieh, daß durch ihre Hände Zeichen und Wunder geschahen.

4. Aber die Menge der Stadt ward zertheilet: und etliche zwar hielten es mit den Jüden, aber etliche mit den Aposteln.

5. Da sich aber ein Aufstand der Heyden und Jüden mit ihren Obersten erhub, daß sie ihnen Schmach anthaten, und sie steinigten,

6. Und sie das verstunden, flohen sie zu den Städten in Lycaonia, gen Lystram und Derben, und in die Landschaft rings herum, und predigten daselbst das Evangelium.

II. 7. Und es war zu Lystra ein Mann, der saß schwach an den Füßen, und war lahm aus seiner Mutterleib gebohren, und hatte niemals gewandelt:

8. Dieser hörete Paulum reden. Als ihn nun Paulus ernstlich anschauete, und sah, daß er den Glauben hätte, gesund zu werden,

rum, Paulum, & Barnabam: qui loquentes suadebant eis, ut permanerent in gratia Dei.

44. Sequenti vero Sabbato pæne universa civitas convenit audire verbum Dei.

45. Videntes autem turbas Judæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ a Paulo dicebantur, blasphemantes.

46. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce, convertimur ad Gentes:

47. Sic enim præcepit nobis Dominus: *s* Posui te in lucem Gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ. *s Isai. 49. 6.*

48. Audientes autem Gentes gavisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam.

49. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem.

50. Judæi autem concitaverunt mulieres religiosas & honestas, & primos civitatis, & excitaverunt persecutionem in Paulum, & Barnabam: & ejecerunt eos de finibus suis.

51. At *t* illi, excusso pulvere pedum in eos venerunt Iconium. † *t Matth. 10. 14. Marc. 6. 11. Luc 9. 5.*

52. Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu sancto. † *Eodem ann. 42.*

CAPUT XIV.

I. Multis Iconii fidem in Christum suscipientibus, & concitato a Judæis tumultu, Apostoli Lystram fugiunt: 1. II. Ubi Paulus claudum a matris utero curat: 7. Populum ob id ipsis tanquam dijs sacrificare volentem ægre compescunt. 10. III. Judæi concitata turba, Paulum lapidant & pro mortuo relinquunt: 18. Surgens ipse cum Barnaba per varia loca exhortans, presbyteros ordinat, & revertitur Antiochiam. 21.

1. Factum est autem Iconii, ut simul introirent in Synagogam Judæorum, & loquerentur, ita ut crederet Judæorum, & Græcorum copiosa multitudo.

2. Qui vero increduli fuerunt Judæi, suscitaverunt, & ad iracundiam concitaverunt animas Gentium adversus fratres.

3. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.

4. Divisa est autem multitudo civitatis: & quidam quidem erant cum Judæis, quidam vero cum Apostolis.

5. Cum autem factus esset impetus Gentilium, & Judæorum cum principibus suis, ut contumeliis afficerent, & lapidarent eos,

6. Intelligentes confugerunt † ad civitates Lycaoniæ Lystram, & Derben, & universam in circuitu regionem, & ibi evangelizantes erant. † *Anno 43.*

II. 7. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat:

8. Hic audivit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns, quia fidem haberet, ut salvus fieret,

9. Dixit

℣. 45. *Repleti sunt zelo.* Seu potius invidia contra Paulum & Barnabam tam *constanter*, i. Libere prædicantes.

℣. 48. *Et crediderunt, quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Non ait solos electos, sed omnes electos credidisse, & fidem suscepisse, τεταγμένοι, aut destinati, ut legit Chrysostomus.

CAPUT XIV.

℣. 1. *Factum est autem Iconii.* Iconium erat civitas Lycaoniæ. *Multitudo.* Inter Gentiles, qui crediderunt, S. Thecla a SS. Patribus valde celebratur.

℣. 3. *Fiducialiter agentes in Domino.* Libere prædicantes Evangelium. *Verbo gratiæ suæ.* Nempe Evangelio, quod Dei gratiam & salutem hominum annuntiat. *In Domino.* Freti Domini auxilio, & auctoritate.

℣. 6. *Intelligentes confugerunt ad civitates Lycaoniæ &c.* Lycaonia Phrygiæ finitima est, ab ea montibus separatur.

℣. 8. *Ut salvus fieret.* Credebat, se posse sanitatem consequi.

9. Dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exilivit, & ambulabat.

10. Turbæ autem cum vidissent, quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam Lycaonice, dicentes: Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos.

11. Et vocabant Barnabam Jovem, Paulum vero Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi.

12. Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, tauros, & coronas ante januas afferens, cum populis volebat sacrificare.

13. Quod ubi audierunt Apostoli, Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas, clamantes,

14. Et dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis convertí ad Deum vivum, *a* qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia, quæ in eis sunt:

a Gen. 11. Psalm. 145. 6. Apoc. 14. 7.

15. Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

16. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra.

17. Et hæc dicentes, vix sedaverunt turbas, ne sibi immolarent.

III. 18. Supervenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Judæi, & persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra civitatem, existimantes eum mortuum esse.

19. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben.

20. Cumque evangelizassent civitati illi, & docuissent multos, reversi † sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam,

† *Anno 44.*

21. Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque ut permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

22. Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum jejunationibus, commendaverunt eos Domino, in quem crediderunt.

23. Transeuntesque Pisidiam, venerunt in Pamphyliam.

24. Et loquentes verbum Domini in Perge, descenderunt in Attaliam:

25. Et *b* inde navigaverunt Antiochiam, unde erant traditi gratiæ Dei, in opus, quod compleverunt.

b Supr. 13. 1.

26. Cum autem venissent, & congregassent Ecclesiam, retulerunt, quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei.

9. Sprach er mit lauter Stimme: Stehe aufrecht auf deine Füße. Und er sprang auf, und wandelte.

10. Als aber das Volk sah, was Paulus gethan hatte, erhuben sie ihre Stimme auf Lycaonisch, und sprachen: Die Götter sind den Menschen gleich worden, und sind zu uns heruntergekommen.

11. Und sie nenneten Barnabam Jupiter, und Paulum Mercurius, dieweil er das Wort führte.

12. So brachte auch der Priester Jupiters, der vor der Stadt wohnete, Ochsen mit Kränzen vor die Thür, und wollte mit dem Volk ein Opfer thun.

13. Da solches die Apostel, Barnabas und Paulus, höreten, zerrissen sie ihre Kleider, und sprangen unter das Volk, riefen,

14. Und sprachen: Ihr Männer, warum thut ihr das? wir sind auch sterblich, und Menschen euch gleich, und verkündigen euch, daß ihr euch bekehren sollet von diesen eitlen Dingen zu dem lebendigen GOtt, der den Himmel, und die Erde, und das Meer erschaffen hat, sammt allem, was darinnen ist:

15. Der in den vergangenen Zeiten alle Völker auf ihren eigenen Wegen hat hereingehen lassen.

16. Und zwar, er hat sich selbst nicht ohne Zeugniß gelassen, dieweil er vom Himmel Gutes gethan, auch Regen und fruchtbare Zeiten gegeben, und unsere Herzen mit Speise und Freude erfüllet hat.

17. Und da sie das sagten, stilleten sie kaum das Volk, daß sie ihnen nicht opferten.

III. 18. Inmittelst kamen etliche Juden von Antiochia, und Iconio dahin, und überredeten das Volk, und steinigten Paulum, und schleiften ihn zur Stadt hinaus, dieweil sie meynten, er wäre todt.

19. Da ihn aber die Jünger umgaben, stund er auf, und gieng in die Stadt, und am folgenden Tage reisete er mit Barnaba gen Derben.

20. Als sie nun derselbigen Stadt das Evangelium geprediget, und viele Leute gelehret hatten, kehreten sie wiederum gen Lystram, und Iconium, und Antiochiam,

21. Und bestättigten die Seelen der Jünger, und ermahneten sie, daß sie im Glauben blieben: und daß wir durch viele Trübsalen zum Reiche GOttes eingehen müssen.

22. Und nachdem sie ihnen in allen Kirchen Priester verordnet, auch das Gebeth mit Fasten gehalten hatten, befahlen sie dieselbigen dem HErrn, an welchen sie geglaubet hatten.

23. Und sie zogen durch Pisidiam, und kamen in Pamphyliam.

24. Und nachdem sie das Wort des HErrn zu Pergen geredet, zogen sie hinab gen Attaliam:

25. Und von dannen fuhren sie zu Schiffe gen Antiochiam, von welchem Ort sie der Gnade GOttes befohlen waren, zu dem Werke, das sie vollendet hatten.

26. Da sie nun angekommen waren, und die Gemeinde versammelt hatten, erzähleten sie, wie große Dinge GOtt mit ihnen gethan, und daß er auch den Heyden die Thür des Glaubens eröffnet hätte.

27. Sie

℣. 9. *Surge super pedes tuos.* Græca, syra & nonnulla Biblia latina habent, Paulum addidisse: in nomine Jesu Christi.

℣. 11. *Paulum vero Mercurium.* Mercurium enim putabant esse eloquentiæ Deum, qui Jovem comitari solebat: ac forsan Barnabas erat vultu & habitu corporis augustior, quam Paulus.

℣. 13. *Conscissis tunicis suis exilierunt in turbas.* Ut fieri solebat in summo dolore, cum audiebant blasphemias; ne gloria Dei transferretur ad homines. Syr. leg. conscissis togis.

℣. 15. *Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Sivit eos suo more vivere, nulla forma legis nisi naturalis præscripta: gentes in pœnam scelerum dimisit, quo ferret naturæ impetus, abripi, & tenebris suis involvi.

℣. 16. *Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit.* Quod testimonium in suo genere sufficiens erat ad Deum cognoscendum. Nam argumenta iis dedit, & beneficia, quæ Deum ipsum, si voluissent paulisper attendere, penitus ignorare non sinebant.

℣. 18. *Lapidantesque Paulum.* Hujus rei meminit Paulus 2. Cor. 11. Probabile est, S. Paulum hoc tempore passum fuisse extasim, de qua loquitur in eadem epist. & cap. cit.

℣. 20. *Reversi sunt — & Antiochiam.* Pisidiæ, obeunt Ecclesias a se constitutas.

℣. 22. *Et cum constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros.* Cum primi, tum secundi ordinis. Vox Gr. χειροτονέω, ordinationem per manuum impositionem designat. Iisdem verbis utitur Apostolus Tit. 1. ubi loquitur de Episcopis. Hæc ordinatio cum fidelium oratione & jejunio erat conjuncta.

℣. 23. *Venerunt in Pamphyliam.* Quæ est minoris Asiæ provincia, quæque una cum Cilicia nunc dicitur Caramania.

℣. 25. *Unde erant traditi gratiæ Dei.* Unde discesserant, cum gratiæ Dei & fidelium precibus sunt commendati, ut prædicarent Evangelium. Id porro factum est Antiochiæ Syriæ, ubi toto anno 47. egerant Paulus & Barnabas.

27. Sie hielten sich aber nicht eine geringe Zeit daselbst auf mit den Jüngern.

Das fünfzehente Capitel.

I. Der Streit zu Antiochia wegen der Beschneidung, und Haltung des Gesetzes, wird zu Jerusalem durch die Apostel und Aeltesten erörtert. 1. II. Paulus und Barnabas werden gen Antiochiam geschickt, die Erörterung anzudeuten. 22. III. Hernach verreisen sie, Paulus mit Sila, und Barnabas mit Johanne Marco, den Heyden das Evangelium zu verkündigen. 36.

1. Und etliche kamen herab aus dem Jüdischen Lande, und lehreten die Brüder: Wo ihr euch nicht beschneiden lasset nach der Weise Moysi, so könnet ihr nicht selig werden.

2. Da sich nun nicht ein geringer Aufstand erhub, dieweil sich Paulus und Barnabas wider sie legten, verordneten sie, daß Paulus und Barnabas, und etliche andere von jenen, dieser Frage halben zu den Aposteln und Aeltesten gen Jerusalem hinaufreisen sollten.

3. Diese nun, nachdem sie von der Gemeinde begleitet worden, zogen durch Phönicien und Samariam, und erzählten die Bekehrung der Heyden: und machten, daß sich alle Brüder hoch erfreueten.

4. Da sie aber gen Jerusalem kamen, wurden sie von der Kirche, und von den Aposteln, und Aeltesten aufgenommen, und verkündigten, wie große Dinge GOtt mit ihnen gethan hätte.

5. Es sind aber etliche von der Secte der Pharisäer aufgestanden, welche glauben, und sagen: Man muß sie beschneiden, und ihnen befehlen, daß sie auch das Gesetz Moysi halten:

6. Und die Apostel und Aeltesten kamen zusammen, zu besehen, wie es um dieses Wort wäre.

7. Als aber ein fleißiges Untersuchen geschah, stund Petrus auf, und sprach zu ihnen: Ihr Männer, liebe Brüder! ihr wisset, daß GOtt von langer Zeit her unter uns mich erwählet hat, daß die Heyden durch meinen Mund das Wort des Evangelii hören, und glauben sollten.

8. Und GOtt, der die Herzen erkennet, hat Zeugniß gegeben, dieweil er ihnen den heiligen Geist gegeben hat, wie auch uns.

9. Und hat zwischen uns und ihnen keinen Unterschied gemacht, dieweil er ihre Herzen durch den Glauben gereiniget hat.

10. Derowegen, was versucht ihr nun GOtt, das Joch den Jüngern auf den Hals zu legen, das weder unsere Väter, noch wir haben tragen können?

11. Sondern wir glauben, daß wir durch die Gnade des HErrn JEsu Christi selig werden, wie auch jene.

12. Darauf schwieg die ganze Menge: und sie höreten

27. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

CAPUT XV.

I. Orto Antiochiæ schismate & quæstione de circumcisione Gentium, Paulus & Barnabas rem ad Apostolos referunt. 1. II. Qui post Petri & Jacobi suffragia statuunt, Gentes conversas non tenari lege Mosi. 22. III. Paulus cupiens ab Antiochia invisere loca, in quibus prædicaverat, separatur a Barnaba, eo quod nollet Joannem assumi. 36.

1. Et quidam descendentes de Judæa, docebant fratres: Quia *a* nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari. — † Anno 49. desinente. — *a Gal. 5. 2.*

2. Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabæ adversus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alii ex aliis, ad Apostolos, & presbyteros in Jerusalem super hac quæstione.

3. Illi ergo deducti ab Ecclesia pertransibant Phœnicem, & Samariam, narrantes conversionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

4. Cum autem venissent Jerosolymam, suscepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & senioribus, annuntiantes, quanta Deus fecisset cum illis.

5. Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque servare legem Moysi:

6. Convenerunt que Apostoli, & seniores, videre de verbo hoc.

7. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos: Viri *b* fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Evangelii, & credere. — *b Sup. 10. 20.*

8. Et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit, *c* dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis. — *c Sup. 10. 45.*

9. Et nihil discrevit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

10. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum super cervices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?

11. Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.

12. Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant

℣. 27. *Morati sunt — cum discipulis.* Videtur, quod post hæc S. Paulus Evangelium propagaverit usque ad Illiricum ad Rom. 15. v. 19. eaque vix non omnia perpessus, quæ ipse commemorat 2. Cor. 11. v. 24.

CAPUT XV.

℣. 1. *Docebant fratres.* Seu potius disceptabant. Hujus litis authorem fuisse Cerinthum, jam supra dictum est cap. 11. v. 2. *Secundum morem Moysi.* i. Juxta ritum & legem Moysis.

℣. 2. *Facta ergo seditione non minima.* Gr. στάσεως καὶ συζητήσεως. Facta contentione & disceptatione. *Paulo & Barnaba adversus illos.* Negantibus circumcisionem esse necessariam ad salutem. *Ad Apostolos & Presbyteros.* Cum inter Judæos gravis aliqua orta esset quæstio, tum ad Synedrium ibatur, Deuteron. 6. Huic in Ecclesia Concilia successerunt.

℣. 4. *Cum autem venissent Jerosolymam.* Probabile est anno 50. æræ vulgaris, annis sc. 14. post profectionem suam Jerosolymitanam, & triennio a conversione sua exacto susceptam, Gal. 1. v. 18. S. Paulum cum Barnaba venisse denuo Jerosolymam.

℣. 5. *Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum.* De secta Pharisæorum; quidam fideles hac erant severiori disciplina imbuti.

℣. 6. *Convenerunt que Apostoli & seniores videre de verbo hoc.* Gr. Presbyteri, ut hanc controversiam dirimerent. Tum habitum est Concilium, quod omnium, quæ postea sunt celebrata, forma fuit & exemplar.

℣. 7. *Surgens Petrus dixit ad eos.* Ratione primatus jure suo primus sententiam dixit, atque ex iis, quæ ante aliquot annos in Cornelio Centurione Deus ipse testatus fuerat, ostendit, nullo discrimine inter Judæos & Gentiles facto omnes ad fidem æque vocari, ac Circumcisionis jugo Gentiles eximi oportere, quemadmodum Deus in Cornelio & in ejus familia confirmavit. *Ab antiquis diebus.* Græc. & Syr. Primis diebus prædicationis.

℣. 9. *Fide purificans corda eorum.* Fide, quæ per charitatem operatur, Gal. 5. Nam fides e corde ignorantiam tollit, charitas malam voluntatem, ut ait Aug. serm. 54. de diversis. Videtur Petrus alludere ad ea verba, quæ in visione, cum esset Joppe, dicta sibi sunt. *Quod Deus purificavit, commune ne dixeris.* Quod si corda eorum, qui una cum Cornelio sunt baptizati, purgata non fuissent, Spiritus sanctus iis datus non esset.

℣. 10. *Nunc ergo quid tentatis Deum?* Cum de voluntate Dei constet. *Quid tentatis Deum?* Illius voluntati non parendo. *Imponere jugum.* Judæis vix ferendum, nedum Gentibus non assuetis. *Quod neque nos, neque Patres nostri portare potuimus.* Nisi cum maxima difficultate. *Sarcinam.* Ut ait August. *innumerabilium observationum.*

℣. 11. *Sed per gratiam Domini Jesu Christi credimus salvari, quemadmodum & illi.* Sed neque Judæi ad fidem conversi his legibus tenebantur, cum deterioris non essent conditionis, quam Gentiles.

℣. 12. *Et audierunt Barnabam & Paulum.* Quæ per eos fecit Deus miracula, tot erant argumenta, quibus Deus nullam Circumcisionis exterioris se habere rationem testabatur.

bant Barnabam & Paulum narrantes, quanta Deus feciſſet ſigna, & prodigia in Gentibus per eos.

13. Et poſtquam tacuerunt, reſpondit Jacobus, dicens: Viri fratres! audite me:

14. Simon narravit, quemadmodum primum Deus viſitavit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo.

15. Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt:

d Amos 9. 11. 16. Poſt *d* hæc revertar, & reædificabo tabernaculum David, quod decidit: & diruta ejus reædificabo, & erigam illud:

17. Ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas invocatum eſt nomen meum, dicit Dominus faciens hæc.

18. Notum a Sæculo eſt Domino opus ſuum.

19. Propter quod ego judico non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur ad Deum:

20. Sed ſcribere ad eos, ut abſtineant ſe a contaminationibus ſimulacrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine.

21. Moyſes enim a temporibus antiquis habet in ſingulis civitatibus, qui eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur.

II. 22. Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Judam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus:

23. Scribentes per manus eorum: APOSTOLI, & ſeniores fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, ſalutem.

24. Quoniam audivimus, quia quidam ex nobis exeuntes, turbaverunt vos verbis, evertentes animas veſtras, quibus non mandavimus:

25. Placuit nobis collectis in unum, eligere viros, & mittere ad vos cum chariſſimis noſtris Barnaba, & Paulo:

26. Hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.

27. Miſimus ergo Judam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem.

Barnabam und Paulum erzählen, wie große Zeichen und Wunder GOTT durch ſie unter den Heyden gethan hätte.

13. Und darnach, als ſie ſchwiegen, antwortete Jacobus, und ſprach: Ihr Männer, liebe Brüder! höret mich:

14. Simon hat erzählet, wie GOtt erſtlich die Heyden heimgeſucht hat, ſeinem Namen ein Volk aus ihnen anzunehmen.

15. Und hiemit ſtimmen die Worte der Propheten überein, wie geſchrieben ſtehet:

16. Darnach will ich wiederkommen, und will den Tabernackel Davids wiederum aufbauen, der zerfallen iſt: und was an ihm zerſtöret iſt, das will ich wieder bauen, und will ihn aufrichten:

17. Auf daß die übrige Menſchen auch den HErrn ſuchen, ſammt allen Heyden, über welche mein Name iſt angerufen, ſpricht der HErr, der dieſes thut.

18. Dem HErrn iſt ſein Werk vom Anfang der Welt bekannt.

19. Derowegen iſt mein Urtheil, daß man diejenigen nicht verunruhigen ſoll, welche aus den Heyden zu GOtt ſich bekehren:

20. Sondern an ſie ſchreiben, daß ſie ſich enthalten von Unſauberkeit der Abgötterey, und von Hurerey, auch vom Erſtickten, und vom Blut.

21. Denn Moyſes hat von alten Zeiten her, in allen Städten, ſolche, die ihn predigen in den Schulen, da er auf alle Sabbathe geleſen wird.

II. 22. Da gefiel den Apoſteln, und Aelteſten, ſammt der ganzen Verſammlung, * daß man Männer aus ihnen erwählen, und mit Paulo und Barnaba gen Antiochiam ſchicken ſollte: nämlich Judam, der mit dem Zunamen Barſabas genennet ward, und Silam, ſo fürnehme Männer waren unter den Brüdern: * Kirche.

23. Und ſie ſchrieben durch ihre Hände alſo: Die Apoſtel, und älteſte Brüder wünſchen Heil den Brüdern aus den Heyden, welche zu Antiochia, und in Syria, und Cilicia ſind.

24. Dieweil wir gehöret haben, daß etliche von uns ſind ausgegangen, und haben euch mit Worten betrübet, und eure Seelen in Verwirrung geſetzt, denen wir ſolches nicht befohlen haben:

25. So hat uns gefallen, als wir beyeinander verſammelt geweſen, etliche Männer zu erwählen, und zu euch zu ſenden mit unſern vielgeliebten Barnaba, und Paulo:

26. Welche Menſchen ihre Seelen für den Namen unſers HErrn JEſu Chriſti übergeben haben.

27. Wir haben demnach Judam und Silam geſandt, welche euch auch daſſelbige mündlich vermelden werden.

28. Denn

ỳ. 14. *Simon narravit, quemadmodum primum Deus viſitavit ſumere ex Gentibus populum nomini ſuo.* Sic videntur verba conſtruenda: *Deus viſitavit in Gentibus.* i. e. *Gentes.* Ut ex iis ſumeret populum nomini ſuo, ut ſibi & Eccleſiæ ſuæ adjungeret.

ỳ. 15. *Et huic concordant verba Prophetarum.* Amos, cujus textum magis quam verba laudat.

ỳ. 16. *Reædificabo tabernaculum David.* Regnum Meſſiæ, ex quo Judæi exciderant, propter ſcelera ſua reprobati. Vox illa *revertar*, non legitur in Propheta; ſed Jacobus ſenſum ſpiritalem & genuinum profert potius quam verba ipſa; quæque ſub Meſſia evenerunt, qui verus eſt David, commemorat. Vox Græca ἀναστρέψω, ait vir doctus, poteſt ſignificare, *evertam:* nam duarum tribuum everſionem prædicit Amos.

ỳ. 17. *Ut requirant cæteri hominum Dominum.* Ut non ſolum Judæi, ſed etiam reliquæ nationes Dominum requirant. Hoc vaticinium ad litteram primo impletum eſt in Zorobabele, qui fuit Chriſti figura, quia reædificavit tabernaculum Davidis, Eccleſiam nimirum, in qua habitat & regnat Chriſtus filius David. Hebr. *Ut poſſideant reliquias Edom.* Pro *Edom* 70. legerunt Adam, aut forte in conſtructione verborum deeſt aliquid, nempe ut reliquiæ *Adam*, & omnes Gentes poſſideant, ſupple, Dominum.

ỳ. 18. *Notum eſt.* Nota eſt ab æterno ipſi Deo Gentium converſio.

ỳ. 20. *Ut abſtineant ſe a contaminationibus ſimulacrorum.* Ab eſu eorum, quæ Idolis erant immolata, quod dæmonibus eſſent conſecrata, atque etiam ob ſcandalum infirmorum. *Et fornicatione.* Quam Gentiles illicitam non putabant, quod legibus non eſſet vetita. *Et ſuffocatis & ſanguine.* Auguſt. L. 31. contra Fauſtum objicientem Catholicis, quod comederent morticina & immolata, munda & immunda, cap. 13. agnoſcit Eccleſiæ ſuæ ætatis conſuetudinem de non edendo morticino. *Elegiſſe*, inquit, *mihi videntur Apoſtoli pro tempore rem faciliem, & nequaquam obſervantibus oneroſam, in qua cum Judæis etiam Gentes aliquid communiter obſervarent. Atque id non ut legale præceptum, ſed ut morale quiddam præſcriptum fuit; uti & Noemo & ejus poſteris ea lex data eſt, ut abſtinerent ab omni cæde.* Auguſtinus eo loco morem hujus abſtinentiæ agnoſcit quoad morticina & ſuffocata, ac ſubinde docet omnes Chriſtianos nullam cibi naturam, quam ſocietas admittit humana, refugere. Neque id fuit Apoſtolis propoſitum, ut perpetuo Eccleſiam univerſalem hac lege obſtringerent, quam tamen complures Eccleſiæ propter reverentiam legis Apoſtolicæ diu retinuerunt. Atque ab iis abſtinebant Chriſtiani, ubi metus erat a ſcandalo: unde ea fuit tantummodo explicatio legis divinæ de vitando ſcandalo: ita Eſtius in hunc locum. Addi illud quoque poteſt nos legere in textu Græco & Latino, *a ſuffocatis & ſanguine.* Sed Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Auguſtinus, a ſuffocatis carnibus non legerunt. Hæc vero ad tempus vetita ſunt, ne Judæi, qui a ſanguine & ſuffocatis valde abhorruerant, gravius offenderentur. In ſuffocatis cum ſanguis ſuperſit, propterea eſus eorum ad tempus prohibetur.

ỳ. 27. *Miſimus Judam.* Qui & dictus Barſabas cognomento, videtur fuiſſe frater illius Joſephi, qui Act. 1. v. 23. etiam Barſabas cognominatur. *Et Silam.* S. Hieron. putat eundem eſſe cum Silvano comite S. Pauli 2. Cor. 1. v. 19.

28. Denn es hat dem heiligen Geist, und uns gefallen, euch keine Last mehr aufzulegen, dann diese nothwendige Dinge:

29. Daß ihr euch enthaltet von dem, das den Abgöttern geopfert ist, auch vom Blut, und von dem Erstickten, und von Hurerey: wenn ihr euch von diesen Stücken enthalten werdet, so werdet ihr wohl thun. Lebet wohl.

30. Als diese nun abgefertiget waren, zogen sie hinab gen Antiochia: und als sie die Menge zusammenberufen hatten, überantworteten sie den Brief.

31. Da sie nun denselbigen gelesen hatten, erfreueten sie sich über diesen Trost.

32. Judas aber, und Silas, dieweil sie selbst auch Propheten waren, trösteten die Brüder, und stärketen sie mit vielen Worten.

33. Und nachdem sie sich eine zeitlang daselbst aufgehalten, wurden sie von den Brüdern mit Frieden abgefertiget zu denen, die sie ausgesendet hatten.

34. Es gefiel aber dem Sila, allda zu bleiben: und zog also Judas allein gen Jerusalem.

35. Aber Paulus und Barnabas hielten sich zu Antiochia, und lehreten, und predigten des HErrn Wort mit vielen andern.

III. 36. Nach etlichen Tagen aber sprach Paulus zu Barnaba: Laß uns wieder umkehren, und die Brüder heimsuchen durch alle Städte, in welchen wir das Wort des HErrn geprediget hatten, wie sie sich halten.

37. Barnabas aber wollte auch Johannem mit sich nehmen, der mit dem Zunamen Marcus genennet ward.

38. Paulus aber bath dafür, daß man ihn nicht mitnehmen sollte, als einen, der aus Pamphilia von ihnen abgewichen, und nicht mit ihnen zu dem Werk gezogen wäre.

39. Da entstund ein Streit unter ihnen, also, daß sie voneinander Abschied nahmen, und Barnabas zwar nahm Marcum zu sich, und schiffete in Cypern.

40. Paulus aber erwählete Silam, und reisete hinweg, und ward von den Brüdern der Gnade GOttes befohlen.

41. Er zog aber durch Syriam, und Ciliciam, und stärkte die Kirchen: und befahl ihnen, die Gebothe der Apostel und Aeltesten zu halten.

Das sechszehente Capitel.

I. Paulus beschneidet Timotheum, durchreiset unterschiedliche Länder mit ihm, und hat zu Troade in der Nacht ein Gesichte. 4. II. Bekehrt zu Philippis Lydiam die Purpurkrämerinn. 12. Treibt aus einer Magd einen Wahrsagergeist. 16. Wird deswegen vor die Obersten gezogen, sammt Sila mit Ruthen gestrichen, und in Kerker geworfen: aber durch ein Erdbeben erlediget. 19. III. Bekehrt den Kerkermeister, wird wohl von ihm gehalten, und von der Obrigkeit mit Ehren entlassen. 27.

1. Er kam aber gen Derben, und Lystram. Und siehe, es war daselbst ein Jünger, mit Namen Timotheus, eines Jüdischen Weibes Sohn, die glaubig war, von einem heydnischen Vater.

2. Diesem gaben die Brüder, welche zu Lystra, und Iconio waren, gutes Zeugniß.

3. Diesen wollte Paulus, daß er mit ihm reisen sollte: und er nahm ihn zu sich, und beschnitt ihn um der Jüden willen, die an denselbigen Oertern waren. Denn sie wußten alle wohl, daß sein Vater ein Heyde wäre.

4. Als sie aber durch die Städte zogen, überantworteten sie ihnen die Lehrstücke zu halten, welche beschlossen waren von den Aeltesten und Aposteln, die zu Jerusalem waren.

28. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris quam hæc necessaria:

29. Ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: a quibus custodientes vos, bene agetis. Valete.

30. Illi ergo dimissi, descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam.

31. Quam cum legissent, gavisi sunt super consolatione.

32. Judas autem, & Silas, & ipsi cum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmaverunt.

33. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace a fratribus ad eos, qui miserant illos.

34. Visum est autem Silæ ibi remanere: Judas autem solus abiit Jerusalem.

35. Paulus autem, & Barnabas demorabantur Antiochiæ docentes, & evangelizantes cum aliis pluribus verbum Domini.

III. 36. Post aliquot autem dies, dixit † ad Barnabam Paulus: Revertentes visitemus fratres per universas civitates, in quibus prædicavimus verbum Domini, quomodo se habeant. † *Ann.* 51.

37. Barnabas autem volebat secum assumere & Joannem, qui cognominabatur Marcus.

38. Paulus autem rogabat eum, ut qui discessisset ab eis de Pamphylia, *e* & non isset cum eis in opus non debere recipi. *e Sup.* 13. 13.

39. Facta est autem dissensio, ita ut discederent ab invicem, & Barnabas quidem assumpto Marco navigaret Cyprum.

40. Paulus vero electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei a fratribus.

41. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorum.

CAPUT XVI.

I. Paulus, ne Judaos offenderet, Timotheum circumcidit, tradit servanda Apostolorum dogmata, vocatus per visionem in Macedoniam. 4. II. Primum Philippis prædicat, hospitio exceptus a Lydia. 12. Sed ejecto spiritu pythone. 17. Virgis cæsus mittitur cum Sila in carcerem: & facto terræ motu, liberatur. 19. III. Custos carceris convertitur, posteroque die magistratus orat, ut civitatem egrediantur. 27.

1. Pervenit † autem Derben, & Lystram. Et ecce, discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Judææ fidelis, patre Gentili. † *Eodem anno* 51.

2. Huic testimonium bonum reddebant, qui in Lystris erant & Iconio fratres.

3. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circumcidit eum, propter Judæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes, quod pater ejus erat Gentilis.

4. Cum autem pertransirent civitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Jerosolymis.

℣. 32. *Cum essent Prophetæ.* Prophetæ hic non intelliguntur, qui futura prædicerent, sed erant interpretes verbi Divini.

℣. 37. *Volebat secum assumere & Joannem.* Joannes seu Marcus erat consobrinus Barnabæ, uti ad Coloss. 4. v. 10. hinc eum denuo recepit, licet prius eum Marcus reliquerit.

℣. 39. *Facta est autem dissensio.* Idque cessit in utilitatem Ecclesiæ: sic enim divina providentia factum est, ut pluribus Evangelium nuntiaretur: sua cuique & Paulo, & Barnabæ constabat ratio. Hieron. Dialogo 2. contra Pelagium cap. 6. *Paulus severior, ille clementior, uterque in suo sensu abundat: & tamen dissensio aliquid habet fragilitatis humanæ.* Vox Græca παροξυσμὸς, primam iræ commotionem significat: ea voce utitur Paulus Hebr. 10. 24. ubi textus Latinus habet *provocationem charitatis*, adeo ut in bonam quoque partem vox illa accipiatur. Discessio Barnabæ a Paulo videtur facta anno Christi 49. verno tempore. Sila comite Paulus obiit Ecclesias Syriæ & Ciliciæ.

℣. 40. *Traditus gratiæ Dei.* i. Commendatus ductui Spiritus sancti.

CAPUT XVI.

℣. 3. *Et assumens circumcidit eum.* Quia Judæus erat ex matre. Quamobrem ne Judæi moram afferrent Evangelio, qui ab incircumcisis verbum Dei audire noluissent, eum circumcidit, non Titum, quia Gentilis erat, ne videretur jugum legis Gentilibus imponere.

℣. 4. *Tradebant eis custodire dogmata.* Quæ nuper tradita sunt in concilio Jerosolymitano.

5. Et Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

6. Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati sunt a Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia.

7. Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Jesu.

8. Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem:

9. Et visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adjuva nos.

10. Ut autem visum vidit, statim quæsivimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Deus evangelizare eis.

11. Navigantes autem a Troade, recto cursu venimus Samothraciam, & sequenti die Neapolim.

II. 12. Et inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ civitas, colonia. Eramus autem in hac urbe diebus aliquot, conferentes.

13. Die autem Sabbatorum egressi sumus foras portam juxta flumen, ubi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus, quæ convenerant.

14. Et quædam mulier, nomine Lydia, purpuraria civitatis Thyatirenorum, colens Deum audivit: cujus Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur a Paulo.

15. Cum autem baptizata esset, & domus ejus, deprecata est dicens: Si judicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

16. Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quamdam habentem spiritum pythonem obviare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis divinando.

17. Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat dicens: Isti homines servi Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis.

18. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conversus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora.

19. Videntes autem domini ejus, quia exivit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam, perduxerunt in forum ad principes:

20. Et offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant civitatem nostram, cum sint Judæi,

21. Et annuntiant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani.

a 2. *Cor.* 11. 25. *Philip.* 1. 13. 1. *Thess.* 2. 2. 22. Et cucurrit plebs adversus eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, *a* jusserunt eos virgis cædi.

5. Und zwar die Kirchen wurden bestättiget im Glauben, und nahmen täglich zu an der Zahl.

6. Da sie aber durch Phrygiam, und durch die Landschaft Galatia reiseten, ward ihnen vom heiligen Geist gewehrt*, das Wort GOttes in Asia zu reden. * verbothen.

7. Als sie aber in Mysiam gekommen waren, versuchten sie, in Bithyniam zu reisen: und der Geist JEsu ließ es ihnen nicht zu.

8. Nachdem sie aber durch Mysiam waren vorübergezogen, kamen sie hinab gen Troada:

9. Und Paulo ward bey der Nacht ein Gesicht gezeiget. Es stund allda ein Mann aus Macedonia, der bath ihn, und sprach: Ziehe durch in Macedoniam, und hilf uns.

10. Als er nun dieses Gesicht gesehen hatte, suchten wir alsbald Gelegenheit, in Macedoniam zu reisen, dieweil wir versichert waren, daß uns GOtt berufen hätte, ihnen das Evangelium zu predigen.

11. Wir schifften aber zu Troade ab, und kamen den geraden Lauf gen Samothraciam, und am folgenden Tage gen Neapolim.

II. 12. Und von dannen gen Philippos, welches ist die erste Stadt in Macedonia, eine freye Wohnstadt. Und wir hatten in dieser Stadt etliche Tage lang unser Wesen.

13. Aber am Sabbath giengen wir zum Thor hinaus an den Fluß, da man pflegte zu bethen: und wir setzten uns nieder, und redeten mit den Weibern, welche allda waren zusammengekommen.

14. Und ein Weib, mit Namen Lydia, eine Purpurkrämerinn, aus der Stadt der Thyatirer, die GOtt dienete, hörete zu: und der HErr eröffnete ihr Herz, daß sie fleißig aufmerkte auf das, was von Paulo geredet ward.

15. Nachdem sie aber getaufet war, sammt ihrem Haus, bath sie fleißig, und sprach: Wenn ihr mich erkennet habt für eine Glaubige an den HErrn, so kommet in mein Haus, und bleibet allda. Und sie nöthigte uns.

16. Es trug sich aber zu, da wir zum Gebeth giengen, daß uns eine Magd begegnete, welche einen Wahrsagergeist hatte, und ihren Herren mit Wahrsagen großen Gewinn einbrachte.

17. Dieselbige folgete Paulo und uns nach, rief, und sprach: Diese Menschen sind Knechte GOttes des Allerhöchsten, die euch den Weg der Seligkeit verkündigen.

18. Solches that sie nun viele Tage lang. Es that aber Paulo leid, und er wandte sich um, und sprach zu dem Geist: Ich befehle dir im Namen JEsu Christi, daß du von ihr ausfahrest. Und er fuhr aus in derselbigen Stunde.

19. Als nun die Herren sahen, daß die Hoffnung ihres Gewinns ausgefahren war, ergriffen sie Paulum und Silam, und führten sie auf den Markt zu den Obersten:

20. Und stellten sie vor die Obrigkeit, und sprachen: Diese Menschen machen unsere Stadt unruhig, dieweil sie Jüden sind,

21. Und verkündigen eine Weise, die uns nicht erlaubet ist anzunehmen, noch zu halten, dieweil wir Römer sind.

22. Da lief das Volk wider sie zusammen: und die Stadtobersten zerrissen ihre Kleider, und befahlen, sie mit Ruthen zu hauen.

23. Und

℣. 6. *Vetati sunt loqui verbum in Asia.* Sedulius dicit: causam esse, eoquod istæ regiones nondum fuissent dispositæ ad recipiendum Evangelium.

℣. 7. *Tentabant ire in Bithyniam.* Non permisit Deus, forsitan ob eam rationem, quod in iis regionibus Evangelium jam annuntiavisset Petrus. *Spiritus Jesu.* Spiritus S. hic vocatur Spiritus Jesu, ut declaretur, quod non minus a filio quam a Patre procedat, contra Græcos aliter sentientes, ita S. Cyrill. l. 2. in Joan. l. 3.

℣. 9. *Visio Paulo ostensa est.* Per Angelum tutelarem Macedoniæ, qui in viri specie S. Paulo apparuit.

℣. 10. *Statim quæsivimus proficisci in Macedoniam.* Lucas hic primum loquitur ut Pauli comes. An Troade expectabat Paulum, an ab Ecclesia Antiochena fuit constitutus comes peregrinationis Pauli, & eo Paulum convenerit?

℣. 11. *Recto cursu venimus Samothraciam.* Insula est e regione Thraciæ. *Et sequenti die Neapolim.* In confinio Thraciæ & Macedoniæ.

℣. 12. *Et in Philippos.* Urbs erat sic dicta a patre Alexandri. Prima est Macedoniæ, quæ occurrit venientibus e Samothracia, vel prima est Romana Colonia. *Conferentes.* Ibi commorantes non otiosi, sed de rebus Religionem spectantibus differentes.

℣. 13. *Ubi videbatur oratio esse.* Seu locus, in quo fiebat oratio, aut conventus Synagogæ. *Die Sabbatorum.* Quodam Sabbato. Mulieres eo prius videntur convenisse.

℣. 14. *Et quædam mulier nomine Lydia.* Quod esset e Lydia oriunda. *Purpuraria.* Quæ vendebat purpuram. *Civitatis Thyatirenorum.* Quæ erat in Lydia. *Colens Deum.* Forte Proselyta.

℣. 16. *Puellam quamdam habentem spiritum pythonem.* Syrus, Spiritum divinationis, qui responsa dabat petentibus.

℣. 18. *Dolens autem Paulus.* Dæmonis fraudem, quodque a patre mendacii laudaretur, præterquam id metuendum erat, ne Philippenses sibi persuaderent, Paulum & socios ejus eodem agi spiritu, cui miracula tribuerent.

23. Und als sie ihnen viele Streiche gegeben hatten, warfen sie dieselbigen ins Gefängniß, und befahlen dem Kerkermeister, daß er sie fleißig verwahrete.

24. Der sie, nachdem er solchen Befehl empfangen, in den innersten Kerker legte, und ihre Füße in den Stock schloß.

25. Aber zu Mitternacht betheten Paulus und Silas, und lobeten GOTT: und die, so im Gefängniß waren, höreten sie.

26. Da erhub sich geschwind ein großes Erdbeben, also, daß die Grundvesten des Kerkers beweget wurden. Und zur Stunde wurden alle Thüren aufgethan: und aller Gefangenen Bande wurden los.

III. 27. Als aber der Kerkermeister erwachte, und sah, daß die Thüren des Kerkers offen waren, zog er das Schwert aus, und wollte sich selbst umbringen, dieweil er vermeynte, die Gefangenen wären entflohen.

28. Paulus aber rief mit lauter Stimme, und sprach: Thue dir nichts übels, denn wir sind noch alle hier.

29. Und er foderte ein Licht, und gieng hinein, und war erzittert, und fiel Paulo und Silä zu Füßen:

30. Und er führete sie hinaus, und sprach: Meine Herren, was muß ich thun, daß ich selig werde?

31. Sie aber sprachen: Glaube an den HErrn JEsum, so wirst du selig werden, du, und dein Haus.

32. Und sie redeten das Wort des HErrn zu ihm mit allen, die in seinem Hause waren.

33. Und er nahm sie zu sich in derselbigen Stunde der Nacht, und wusch ihre Striemen ab: und er ließ sich alsbald taufen mit seinem ganzen Hause.

34. Und nachdem er sie in sein Haus geführet hatte, deckte er ihnen einen Tisch, und erfreuete sich mit seinem ganzen Hause, daß er an GOtt glaubte.

35. Da es nun Tag worden war, sandten die Stadtobersten die Stadtdiener, und sprachen: Laß diese Menschen ledig.

36. Der Stockmeister aber verkündigte Paulo diese Worte: Die Stadtobersten haben hergeschickt, daß man euch soll loslassen: so gehet nun hinaus, und ziehet hin im Frieden.

37. Paulus aber sprach zu ihnen: Sie haben uns, die wir doch römische Leute sind, ohne vorgehendes Urtheil öffentlich mit Ruthen gehauen, und ins Gefängniß geworfen, und sollten uns nun heimlich hinausstoßen? nicht also: sondern lasset sie selbst kommen,

38. Und uns hinausführen. Und die Stadtdiener verkündigten diese Worte den Stadtobersten. Und sie fürchteten sich, da sie höreten, daß sie Römisch wären.

39. Und sie kamen, und bathen sie, und führten sie hinaus, und begehrten, daß sie aus der Stadt ziehen wollten.

40. Sie giengen aber aus dem Gefängniß, und giengen zu der Lydia: und nachdem sie die Brüder gesehen, trösteten sie dieselbigen, und reiseten hinweg.

Das siebenzehente Capitel.

I. Paulus bekehrt zu Thessalonica viele Leute. 5. II. Die Juden erregen allda einen Aufruhr wider ihn, derowegen kommt er gen Beröam. 5. III. Paulus kömmt nach Athen: 13. Predigt allda von dem unbekannten GOTT, und bekehrt neben andern Dionysium. 22.

1. Als sie aber durch Amphipolim, und Apolloniam gezogen waren, kamen sie gen Thessalonica, da eine Judenschule war.

2. Paulus aber gieng nach seiner Gewohnheit zu ihnen hinein, und redete zu ihnen auf drey Sabbathe von der Schrift,

23. Et cum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi, ut diligenter custodiret eos.

24. Qui, cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

25. Media autem nocte, Paulus & Silas orantes, laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant.

26. Subito vero terræ motus factus est magnus, ita, ut moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & universorum vincula soluta sunt.

III. 27. Expergefactus autem custos carceris, & videns januas apertas carceris evaginato gladio volebat se interficere æstimans fugisse vinctos.

28. Clamavit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris, universi enim hic sumus.

29. Petitoque lumine, introgressus est, & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes:

30. Et producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, ut salvus fiam?

31. At illi dixerunt: Crede in Dominum Jesum, & salvus eris tu, & domus tua.

32. Et locuti sunt ei verbum Domini cum omnibus, qui erant in domo ejus.

33. Et tollens eos in illa hora noctis, lavit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis domus ejus continuo.

34. Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo.

35. Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.

36. Nuntiavit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistratus, ut dimittamini: nunc igitur exeuntes, ite in pace.

37. Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publice, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occulte nos ejiciunt? non ita: sed veniant,

38. Et ipsi nos ejiciant. Nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timueruntque audito, quod Romani essent.

39. Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant, ut egrederentur de urbe.

40. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAPUT XVII.

I. Paulus Thessalonicæ magno cum fructu prædicat. 1. *II. Judæi concitant adversus eum seditionem, similiter & Berææ.* 5. *III. Paulus Athenis cum Judæis & Philosophis disserit:* 13. *Ac Dionysium Areopagitam ad Christum convertit cum quibusdam aliis.* 22.

1. Cum autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, † ubi erat Synagoga Judæorum. † *Eodem anno* 51.

2. Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos, & per Sabbata tria disserebat eis de Scripturis,

3. Ada-

℣. 26. *Terræ motus factus est magnus.* Exaudivit Deus voces orantium & psallentium, videtur, quod terræ motus in tota urbe fuerit; nam eo territus magistratus jussit eos liberos dimitti.

℣. 32. *Locuti sunt ei verbum Domini.* Explicarunt ei summa fidei Christianæ capita.

℣. 37. *Indemnatos.* i. Non judicatos, seu per sententiam non condemnatos. *Sed veniant.* Honoris sui sæpe habenda est ratio. Quod utique fecit Paulus, tum ut ea ratione consultum foret fidelibus, quos Magistratus vexare non auderent sui facinoris conscii; tum ut Christi gloriam & bonum ejus odorem spargeret, cum ejus causa tantam contumeliam paterentur, quam vitare facile potuissent.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Cum autem perambulassent Amphipolim.* Græce, cum transiissent, cum iter feciissent Amphipoli, quæ est urbs Macedoniæ. *Et Apolloniam.* Quæ urbs est Thessalonicæ vicina.

℣. 2. *Secundum consuetudinem autem Paulus introivit ad eos.* Paulus solebat missionem suam a Synagogis auspicari, quod in iis exponerentur Scripturæ, atque hinc occasione accepta Jesum esse Messiam demonstrabat.

3. Adaperiens & insinuans, quia Christum oportuit pati, & resurgere a mortuis: & quia hic est Jesus Christus, quem ego annuntio vobis.

4. Et quidam ex eis crediderunt, & adjuncti sunt Paulo, & Silæ, & de colentibus, Gentilibusque multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.

II. 5. Zelantes autem Judæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitaverunt civitatem: & assistentes domui Jasonis quærebant eos producere in populum.

6. Et cum non invenissent eos, trahebant Jasonem, & quosdam fratres ad principes civitatis, clamantes: Quoniam hi, qui urbem concitant, & huc venerunt,

7. Quos suscepit Jason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse Jesum.

8. Concitaverunt autem plebem, & principes civitates audientes hæc.

9. Et accepta satisfactione a Jasone, & a cæteris, dimiserunt eos.

10. Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam in Beroeam. Qui cum venissent, in Synagogam Judæorum introierunt.

11. Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni aviditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.

12. Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.

III. 13. Cum autem cognovissent in Thessalonica Judæi, quia & Beroeæ prædicatum est a Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commoventes, & turbantes multitudinem.

14. Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, ut iret usque ad mare: Silas autem, & Timotheus remanserunt ibi.

15. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum usque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam, & Timotheum, ut quam celeriter venirent ad illum, profecti sunt.

† Anno 52. 16. Paulus autem cum † Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus ejus in ipso, videns idololatriæ deditam civitatem.

17. Disputabat igitur in Synagoga cum Judæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos, qui aderant.

18. Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant: Quid vult seminiverbius hic, dicere? Alii vero: Novorum dæmoniorum videtur

3. Eröffnete dieselbige, und zeigte ihnen, daß Christus hat müssen leiden, und wiederum auferstehen von den Todten: und daß dieser, sprach er, JEsus Christus ist, den ich euch verkündige.

4. Und etliche von ihnen glaubten, und gesellten sich zu Paulo, und Sila, und von den andächtigen Jüdengenossen, und Heyden eine große Menge, und der fürnehmsten* Weiber nicht wenig. *edeln.

II. 5. Aber die Jüden eiferten, und nahmen etliche bosshaftige Männer vom gemeinen Volke zu sich, und machten eine Rotte, und bewegten die Stadt zur Aufruhr: und sie tratten vor das Haus Jasonis, und suchten sie unter das Volk hervorzubringen.

6. Da sie aber dieselbigen nicht fanden, schleiften sie den Jason und etliche Brüder zu den Obersten der Stadt, und riefen: Diese Leute, welche die Stadt in Unruhe setzen, sind auch hiehergekommen,

7. Welche Jason hat aufgenommen, und diese alle handeln wider die Satzungen des Kayfers, dieweil sie sagen, daß ein anderer König sey, nämlich JEsus.

8. Sie bewegten aber das Volk, und die Obersten der Stadt, die solches höreten.

9. Und da sie von Jason, und von den andern genugsame Verantwortung empfangen hatten, ließen sie dieselbigen los.

10. Aber die Brüder fertigten alsbald Paulum und Silam bey der Nacht ab gen Beröam. Und als sie dahin gekommen waren, giengen sie in die Jüdenschule.

11. Diese aber waren die Edelsten unter denen zu Thessalonica, die das Wort ganz begierig annahmen, und durchforscheten täglich die Schrift, ob sich diese Dinge also verhielten.

12. Und viele zwar aus ihnen glaubten, wie auch von den heydnischen ehrbarn Weibern, und nicht wenig Männer.

III. 13. Als aber die Jüden zu Thessalonica erfuhren, daß GOttes Wort auch zu Beröa von Paulo geprediget war, kamen sie auch dahin, und bewegten das gemeine Volk, und machten es unruhig.

14. Da fertigten die Brüder Paulum zur Stunde ab, daß er bis an das Meer reisete: Silas aber, und Timotheus blieben daselbst.

15. Die aber Paulum begleiteten, die führten ihn bis gen Athen, und als sie von ihm Befehl empfangen hatten, an Silam und Timotheum, daß sie ohne einigen Verzug zu ihm kämen, reiseten sie hinweg.

16. Da aber Paulus zu Athen auf sie wartete, ergrimmete sein Geist in ihm, dieweil er sah, daß die Stadt der Abgötterey so zugethan wäre.

17. Derowegen redete er zu den Jüden, und andächtigen Jüdengenossen in der Schule, und auf dem Markte alle Tage zu denen, die zugegen waren.

18. Aber etliche Weltweise von den Epicurern, und Stoikern ließen sich mit ihm in ein Gespräch ein: und etliche sprachen: Was will dieser Schwatzer sagen? Die andern aber: Es scheinet, als wollte er neue Götter verkündi-

---

℣. 3. *Quem ego annuntio vobis.* Est Christus, seu Messias. Primum e Scripturis ostendit Christum pati oportuisse, & a mortuis resurgere; hos esse genuinos Messiæ characteres, qui uni Jesu Christo conveniunt, nulli alteri. Ordo verborum hic est: Jesus, quem annuntio vobis, est Christus, seu Messias.

℣. 4. *Et de colentibus Gentilibusque.* Conjunctio, *que*, videtur abundare, aut colentes dicuntur Proselyti, vel Gentiles, qui relictis idolis unum Deum colebant.

℣. 5. *Concitaverunt civitatem, & assistentes domui Jasonis.* Qui hospitio exceperat Paulum & Silam. *Urbem concitant.* Gr. *τὴν οἰκουμένην*, orbem.

℣. 7. *Hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Jesum.* Sic crimine læsæ Majestatis eos postulant, sævientes in Jasonem, ut hujus criminis participem.

℣. 9. *Et accepta satisfactione a Jasone.* Jason satisdedit, non ut Paulum & Silam, sed ut seipsum judicio sisteret, si de rege aliquo temporali tumultus oriretur. Nam Paulum & Silam confestim & de nocte dimisit Beroeam, quæ est urbs Macedoniæ, non procul Pella.

℣. 11. *Hi autem erant nobiliores eorum.* Aut genere, aut prosapia, aut æquitate, & docilitate animi. *Quotidie scrutantes Scripturas.* Frustra hunc locum Catholicis opponunt Protestantes, ut probent omnia dogmata ad unius Scripturæ normam expendi oportere. Nam Beroeenses *susceperunt verbum* cum omni aviditate, iique scrutabantur Scripturas, ut in veritate magis ac magis firmarentur. Catholici quoque scrutantur Scripturas, non quasi dubitantes, sed ut Ecclesiæ consensum cum Scripturis recognoscant: tametsi in eo, qui dubitat, non reprehenditur inquisitio veritatis, dummodo ea sit cum humilitate conjuncta.

℣. 14. *Ut iret usque ad mare.* Gr. ὡς. Quod sæpe redundat, & interdum particula est affirmans, aut specie eundi ad mare, cum reipsa terrestri itinere Athenas profectus sit; idque factum est, ut ejus discessus Judæis esset incognitus.

℣. 15. *Qui autem deducebant Paulum.* Vel honoris, vel securitatis causa Athenas usque eum perduxerunt.

℣. 16. *Idololatriæ.* Videns civitatem Idolis refertam, zelo incitabatur.

℣. 18. *Quid vult seminiverbius hic.* Garrulus, verbosus. *Novorum dæmoniorum.* Peregrinorum: extraneos Deos non licebat privatim admittere.

kündigen: dieweil er ihnen JEsum, und die Auferstehung verkündigte.

19. Und sie nahmen ihn zu sich, und führten ihn auf den Richtplatz, Areopagus genannt, und sprachen: Können wir dann wissen, was dieses für eine neue Lehre sey, welche von dir geprediget wird?

20. Denn du bringest uns etwas fremdes zu Ohren: derowegen wollen wir wissen, was doch das sey.

21. (Aber alle Athenienser, und fremde Einkömmlinge befleißen sich auf nichts anders, dann neue Zeitung zu reden, oder zu hören.)

22. Paulus aber stund mitten auf dem Richtplatz, und sprach: Ihr Männer von Athen, ich sehe, daß ihr in allen Dingen zu viel aberglaubig seyd:

23. Denn, als ich vorübergieng, und eure Bilder sah, da fand ich auch einen Altar, auf welchem geschrieben war: Dem unbekannten GOtt. Was ihr nun unwissend ehret, dasselbige verkündige ich euch.

24. GOtt, der die Welt erschaffen hat, und alles, was darinnen ist, derselbige, dieweil er ein HErr ist des Himmels und der Erde, wohnet nicht in Tempeln, welche mit Händen gemacht sind.

25. So wird ihm auch mit Menschen Händen nicht gedienet, als wann er einiges Dings bedürfte, dieweil er allen das Leben, und den Athem, und alles giebt:

26. Und hat gemacht, daß aus einem Menschen das ganze Geschlechte der Menschen auf dem ganzen Erdboden wohnet, hat auch gewisse Zeit bestimmet, und Ziel und Maaß ihrer Wohnung gesetzet:

27. Daß sie GOtt suchen sollen, ob sie ihn vielleicht fühlen, oder finden möchten, wiewohl er nicht weit ist von einem jeglichen unter uns.

28. Denn durch ihn leben wir, und bewegen uns, und haben das Weesen: wie auch etliche von euren Poeten gesagt haben: denn wir sind auch von seinem Geschlecht.

29. Dieweil wir dann vom Geschlechte GOttes sind, sollen wir nicht meynen, die Gottheit sey gleich dem Gold, oder Silber, oder Stein, so nach der Kunst, und menschlichen Dichtung ausgehauen sind.

30. Und zwar hat GOtt die Zeit dieser Unwissenheit übersehen, jetzt aber verkündiget er den Menschen, daß sie alle miteinander an allen Orten Buße thun sollen.

31. Darum, daß er einen Tag bestimmet hat, an welchem er den Erdkreiß in Gerechtigkeit richten wird, durch einen Mann, den er dazu bestellet hat, und giebt jedermann Glauben, dieweil er denselbigen auferwecket hat von den Todten.

annuntiator esse: quia Jesum, & resurrectionem annuntiabat eis.

19. Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus scire, quæ est hæc nova, quæ a te dicitur, doctrina?

20. Nova enim quædam infers auribus nostris: volumus ergo scire, quidnam velint hæc esse.

21. (Athenienses autem omnes, & advenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid novi.)

22. Stans † autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosiores vos video: † *SS. DIONYSII ET SOCIOR.*

23. Præteriens enim, & videns simulacra vestra, inveni & aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis.

24. Deus, *a* qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit Dominus, *b* non in manufactis templis habitat. *a Genes. 1. 1.* *b Supr. 7. 48.*

25. Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia:

26. Fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum:

27. Quærere Deum si forte attrectent eum, aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum.

28. In ipso enim vivimus, & movemur, & sumus: sicut & quidam vestrorum Poëtarum dixerunt: ipsius enim & genus sumus.

29. Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis, Divinum esse simile.

30. Et tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant.

31. Eo quod statuit diem, in quo judicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum a mortuis.

32. Cum

℣. 21. *Ad nihil aliud vacabant.* Hyperbole, qua summa Athenienſium curioſitas exprimitur. *Areopagus.* Quaſi Martis collis: una erat regio ex quinque, in quas urbs olim fuit diviſa. Ibi judices de majoribus cauſis judicabant.

℣. 22. *Viri Athenienſes, per omnia quaſi ſuperſtitioſiores vos video.* In omnibus plus ſatis religioſos: id etiam vox Græca δεισιδαιμονεστέρους, ſignificat. Syr. leg. Excellentes in timore dæmonum, ſeu Numinum.

℣. 23. *Et videns ſimulacra veſtra.* Græc. Conſiderans. *Ignoto Deo.* Complures fuiſſe aras, quarum aliæ in ſingulari, aliæ in plurali numero ſic erant inſcriptæ, valde eſt probabile. Lucianus, vel quisquis alius in Philopatride jurat per Deum ignotum, qui Athenis eſt. Quaſi diceret Paulus, non nova annuntio dæmonia, ſed Deum veſtrum ex ignoto vobis notum facio. Sic crimen novæ religionis prudenter eludit; dum unum & verum Deum prædicat, ac præcipuos Philoſophorum errores circa divinitatem refellit. Ac primum docet hoc Univerſum, quæque eo continentur, cœlum & terram ab uno Deo eſſe condita, Deum eſſe immenſum, & infinitum, neque adeo templis indigere aut iis concludi poſſe, eum eſſe cœli & terræ Dominum.

℣. 25. *Nec manibus humanis colitur.* Vox Græca θεραπεύω, in novo Teſtamento non tam pro honore, quam pro miniſterio exhibito ſumitur. Atque ad eum ſenſum voces illæ, *manibus humanis*, verbum illud determinant: non enim aliquis manibus honoratur. Quod ſequitur, *indigens aliquo*, de miniſterio intelligi oportere confirmat: non indiget templis, aut ſacrificiis, cum non egeat habitatione, aut cibo. *Inſpirationem.* Græc. πνοὴν, *Spiritum.* Non enim ut principibus, Deo neceſſarius eſt ingens famulatus, qui cibum potumque, ac vitæ adjumenta ſuppeditet, ſed omnibus eſt cauſa vivendi.

℣. 26. *Fecitque ex uno omne genus hominum.* Gr. *Ex uno ſanguine.* Ex unius Adami ſtirpe. Quod quidem contra Præadamitas merito urgeri poteſt. *Definiens ſtatuta tempora.* Anni tempeſtates, vel ætates hominum, ac fines unicuique populo præſcriptos. *Ut inhabitent.* Sic cuncta ad providentiam divinam pertinere docet contra Epicureos.

℣. 27. *Quærere Deum.* Ut Deum quærant, agnoſcant, ament, in quem conditi ſunt finem. *Si forte.* Quaſi explorando more cæcorum, qui palpando aliquid quærunt. Nos enim per creaturas ad Dei notitiam utcumque pervenimus; idque hoc facilius eſt, quod Deus nobis ſit intimus, nos conſervet ac tueatur.

℣. 28. *In ipſo enim vivimus.* Per ipſum, & in ipſo vivimus; cum ſit nobis intimior, quam ipſi nobis, ac ſua immenſitate cuncta impleat. *Dixerunt.* Aratus in Phænomenis. *Ipſius enim & genus ſumus.* Cognatione quadam naturæ. Nam homo ad Dei imaginem eſt conditus, nec pater filios ſuos deſerit.

℣. 30. *Et tempora quidem hujus ignorantiæ.* Quæ lucem Evangelii præceſſerunt. *Deſpiciens Deus.* Græc. ὑπεριδὼν, diſſimulans, quaſi averſo vultu ea videre nollet: ſed poſtea quaſi ſubducto velo ſeipſum in Chriſto exhibuit. *Annuntians hominibus.* Per Apoſtolos. *Ut omnes ubique pœnitentiam agant.* De ſua idololatria, & aliis flagitiis.

℣. 31. *Eo quod ſtatuit diem.* Neque enim inulta relinquit hominum ſcelera, ſed ſevere puniet in die extremi judicii. *In quo.* Reddens unicuique juxta opera ſua. *In viro.* Per Jeſum Chriſtum, quem huic præfecit muneri. *Fidem præbens omnibus.* Fidem faciens, atque in hujus rei argumentum eum a mortuis excitavit. Jeſum viri nomine

32. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant: quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.

33. Sic Paulus exivit de medio eorum.

34. Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

CAPUT XVIII.

I. Paulus Corinthi suum exercet artificium, ejus prædicationi resistunt Judæi, sed audit in visione multum ibi populum convertendum. 1. *II. Post sesquiannum accusatur a Judæis apud Gallionem proconsulem.* 12. *III. Venit Ephesum, ac variis in regionibus fratres confirmat.* 18. *IV. Apollo vehementer Judæos convincit, ostendens ex Scripturis Jesum esse Christum.* 24.

1. Post hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum:

† *Eodem Anno* 52.

2. Et inveniens † quemdam Judæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam uxorem ejus (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a Roma) accessit ad eos.

3. Et quia ejusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenofactoriæ artis.)

4. Et disputabat in Synagoga per omne Sabbatum, interponens nomen Domini Jesu, suadebatque Judæis & Græcis.

5. Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Judæis esse Christum Jesum.

6. Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.

7. Et migrans inde, intravit in domum cujusdam nomine Titi Justi, colentis Deum, cujus domus erat conjuncta Synagogæ.

8. Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.

9. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas:

10. Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi, ut noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac civitate.

32. Da sie nun die Auferstehung der Todten höreten, trieben etliche ihren Spott damit: etliche aber sprachen: Wir wollen dich hierüber weiter hören.

33. Also gieng Paulus mitten von ihnen hinweg.

34. Aber etliche Männer hiengen ihm an, und wurden glaubig: unter welchen auch war Dionysius, einer aus dem Rath in Areopago, und ein Weib, mit Namen Damaris, und andere mit ihnen.

Das achtzehente Capitel.

I. Paulus kömmt von Athen gen Corinthum, treibet allda das Teppichmacher-Handwerk, und prediget anderthalb Jahre. 1. II. Wird von den Jüden verklagt, und verantwortet sich vor Gallione, dem Landvogt. 12. III. Durchreiset Ephesum, Cäsaream, Antiochiam, Galatiam, und Phrygiam. 18. IV. Apollo von Aquila unterwiesen, vertheidiget, und vermehret den Glauben Christi. 24.

1. Darnach zog Paulus von Athen, und kam gen Corinthum:

2. Und er fand daselbst einen Juden, mit Namen Aquila, der aus Ponto gebürtig war, und war neulich aus Italia gekommen mit Priscilla seinem Weibe: (dieweil Claudius gebothen hatte, daß alle Jüden aus Rom weichen sollten,) und er fügete sich zu ihnen.

3. Und dieweil er * eines Handwerks war, so blieb er bey ihnen, und arbeitete: (sie waren aber ihres Handwerks Teppichmacher.) * mit ihnen.

4. Und an alle Sabbath disputirte er in der Schule, und brachte auch den Namen des HErrn JEsu mit ein, und berichtete beyde Jüden und Griechen.

5. Nachdem aber Silas und Timotheus aus Macedonia angekommen waren, hielt Paulus mit dem Worte fleißig an, und zeigete den Jüden, daß JEsus wäre Christus.

6. Als sie aber widersprachen, und lästerten, schüttelte er seine Kleider aus, und sprach zu ihnen: Euer Blut sey über euer Haupt: ich bin rein, und werde hinfüro zu den Heyden gehen.

7. Und er machte sich von dannen, und kam in das Haus eines, der Titus Justus genannt, und ein Diener GOttes war, dessen Haus zunächst an der Schule gelegen war.

8. Crispus aber, der Oberste der Schulen, glaubete an den HErrn mit seinem ganzen Hause: und viele der Corinther, da sie höreten, wurden glaubig, und ließen sich taufen.

9. Es sprach aber der HErr bey der Nacht im Gesichte zu Paulo: Fürchte dich nicht, sondern rede, und schweige nicht:

10. Denn ich bin mit dir: und niemand wird zu dir kommen, daß er dir schaden möge: denn ich habe ein großes Volk in dieser Stadt.

11. Also

---

mine appellat, quod Athenienses nihil amplius animo complecti possent. *Omnium* resurrectionem futuram, ac proinde omnes homines judicandos probat ex resurrectione Christi tot argumentis comprobata.

℣. 34. *In quibus & Dionysius Areopagita.* Unus e Senatoribus Areopagi, qui postea fuit Athenienſium Episcopus. Sic verbum Dei diversos edidit effectus: quidam irriserunt, qui suæ traditi sunt cæcitati; alii crediderunt, persuasi a Spiritu sancto intus aspirante. Ambrosius L. 6. in Lucam pulchre advertit, quod Paulus ante omnia Deum esse mundi auctorem docuerit. Nam si statim voluisset destruere cæremonias Idolorum, sermones ejus aures Gentilium respuissent. Ab uno igitur mundi Imperatore incipit dicens: *Deus, qui fecit mundum & cuncta, quæ sunt in eo.* Negare non poterant unum operatorem esse mundi, unum Deum, unum omnium Creatorem. Tum venit ad Christum: qui autem tractat, debet audientium considerare personas, ne prius irrideatur, quam audiatur. Quando enim Athenienses crederent, quia Verbum caro factum est, & de Spiritu Virgo concepit, qui irridebant, quia resurrectionem audiebant mortuorum? Quid interest quo quisque credat ordine? non in principiis perfecta quæruntur: sed de principiis ad ea, quæ perfecta sunt, pervenitur. Hactenus Ambrosius, qui ex hoc brevi, sed præclaro Apostoli sermone formam Religionis infidelium animis insinuandæ nobis tradit.

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Corinthum.* Corinthus metropolis erat Achajæ, sive Peloponnesi, quæ nunc Morea dicitur. Plena erat Philosophis & oratoribus, ait S. Chrysost.

℣. 2. *Eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Judæos a Roma.* Suetonius in Claudio cap. 25. Claudius Judæos impulsore Christo assidue tumultuantes Roma expulit. Quod ait, impulsore Christo, hunc habet sensum, quod Ethnicis id persuasum esset ex Christi occasione hos inter Judæos excitari tumultus. Josephus hujus ejectionis Judæorum non meminit, quod illud edictum Romæ diu non fuerit observatum. Edicti hæc causa esse potuit, quod Judæi cum Christianis frequenter altercarentur. Vel ob varias potius Judæorum cum Samaritanis seditiones edictum promulgavit, ut Judæi Roma excederent.

℣. 3. *Erant autem scenofactoriæ artis.* Seu tentoria, seu aulæa pararent. Vox enim Græca σκηνοποιὸς, utrumque significat.

℣. 5. *Instabat verbo Paulus.* Gr. Constringebatur spiritu: magno studio prædicabat Jesum Christum esse Messiam, adversus Judæos contradicentes verbis & miraculis confirmabat. 1. Cor. 2.

℣. 6. *Sanguis vester super caput vestrum.* q. d. Perditio vestra ex vobis, & vobis imputabitur non mihi. *Mundus ego.* Præstiti enim, quod muneris mei erat.

℣. 7. *Nomine Titi Justi.* Vox *Titi* deest in Græco; *Justi* est nomen proprium. Græce ὀνόματι Ἰούστου. Græca lectio forsan est mutila ex occasione particulæ τι bis positæ, adeo ut vera lectio sit ὀνόματι Τίτου Ἰούστου, cum prior syllaba *Titi* eadem esset cum extrema præcedentis vocabuli. Neque hic est Titus, ad quem Epistola Pauli dirigitur, qui Corinthius non erat.

℣. 8. *Et baptizabantur.* S. Paulus sua manu Crispum & Cajum baptizavit 1. Cor. 1. v. 14.

℣. 10. *Et nemo apponetur tibi, ut noceat te.* Gr. *Imponet*, vel *injiciet manus.* Ut noceat tibi.

11. Also blieb er da sitzen ein Jahr und sechs Monathe, und lehrete bey ihnen das Wort GOttes.
II. 12. Als aber Gallio Landvogt war in Achaja, erhuben sich die Jüden einmüthiglich wider Paulum, und führten ihn vor den Richterstuhl,
13. Und sprachen: Dieser überredet die Menschen, daß sie wider das Gesetz GOtt dienen.
14. Da nun Paulus anfieng den Mund aufzuthun, sprach Gallio zu den Jüden: Ihr Jüdische Männer, wenn es einige Ungerechtigkeit, oder böse That wäre, so wollte ich euch billig geduldet.
15. Wenn es aber Fragen sind von Wort, und von den Namen, und von eurem Gesetz, so möget ihr selbst zusehen: ich will darüber nicht Richter seyn.
16. Und er trieb sie von dem Richterstuhl hinweg.
17. Da ergriffen sie alle Sosthenem, den Obersten der Schule, und schlugen ihn vor dem Richterstuhl: und Gallion nahm sich dieses alles nichts an.
III. 18. Paulus aber, als er sich noch viele Tage daselbst aufgehalten hatte, nahm seinen Abschied von den Brüdern, und schiffte in Syrien, (auch) mit ihm Priscilla, und Aquila,) und er ließ ihm das Haupt bescheeren zu Cenchris: denn er hatte ein Gelübde.
19. Und er kam gen Ephesum, und ließ sie daselbst. Er aber gieng in die Schule, und disputirte mit den Jüden.
20. Als sie ihn aber bathen, daß er längere Zeit allda bliebe, verwilligte er es nicht,
21. Sondern nahm seinen Abschied von ihnen, und sprach: Ich will geliebt es GOtt, wiederum zu euch kommen, und reisete also von Epheso hinweg.
22. Und da er hinabkam gen Cäsarea, gieng er hinauf, und grüßete die Gemeinde *, und zog hinab gen Antiochia.
* die Kirche zu Jerusalem.
23. Als er sich aber daselbst eine Zeitlang aufgehalten hatte, reisete er fort, und durchwandelte nacheinander das Galatische Land, und Phrygiam, und stärkete alle Jünger.
IV. 24. Es kam aber ein Jüde gen Ephesum, mit Namen Apollo, von Alexandria gebürtig, ein wohlberedter Mann, der mächtig war in der Schrift.
25. Dieser war unterwiesen im Wege des HErrn: und redete inbrünstig im Geiste, und lehrete fleißig, was JEsum antraf, und wußte allein von der Taufe Johannis.
26. Dieser nun fieng an getrost in den Schulen zu handeln. Da ihn aber Priscilla und Aquila höreten, nahmen sie ihn zu sich, und legten ihm den Weg des HErrn fleißiger aus.
27. Als er aber in Achajam reisen wollte, schrieben die Brüder den Jüngern, und ermahneten sie, daß sie ihn aufnähmen. Und nachdem er dahingekommen war, half er viel denienigen, welche waren glaubig worden.
28. Denn er überzeugte die Jüden öffentlich mit

11. Sedit autem ibi annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei.
II. 12. Gallione autem proconsule Achajæ insurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt † eum ad tribunal, † *Anno* 53.
13. Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.
14. Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Judæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum, o viri Judæi! recte vos sustinerem.
15. Si vero quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vos ipsi videritis: judex ego horum nolo esse.
16. Et minavit eos a tribunali.
17. Apprehendentes autem omnes Sosthenem Principem Synagogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.
III. 18. Paulus vero, cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, navigavit † in Syriam (& cum eo Priscilla, & Aquila) qui sibi totonderat *a* in Cenchris caput: habebat enim votum. † *Anno* 54. *a Num.* 6. 18. *Infra* 21. 24.
19. Devenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus Synagogam, disputabat cum Judæis.
20. Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret, non consensit,
21. Sed valefaciens, & dicens: Iterum revertar ad vos Deo volente, profectus est ab Epheso.
22. Et descendens Cæsaream ascendit, & salutavit Ecclesiam, & descendit Antiochiam.
23. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem, & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.
IV. 24. Judæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, devenit Ephesum, potens in Scripturis.
25. Hic erat edoctus viam Domini: & fervens Spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quæ sunt Jesu, sciens tantum baptisma Joannis.
26. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in Synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini.
27. Cum autem vellet ire Achajam, exhortati fratres, scripserunt discipulis, ut susciperent eum. Qui, cum venisset, contulit multum his, qui crediderant.
28. Vehementer enim Judæos revincebat publice,

℣. 12. *Gallione autem proconsule Achajæ.* Totius Græciæ Proconsule, cujus tum Achæi erant principes. Hic frater erat Senecæ, ut liquet ex præfatione Senecæ in L. 4. quæstionum naturalium: a Junio Gallione is fuerat adoptatus.

℣. 15. *Si vero quæstiones sunt de verbo & nominibus.* Non multum solicitus de Judæorum Messia.

℣. 16. *Minavit a tribunali.* Summovit. Hoc anno, vel in sequenti creatus fuerat consul.

℣. 17. *Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem Synagogæ.* Non Judæi, sed Græci, qui erant in comitatu, aut negotia habebant coram Proconsule, quod Judæi pertinacius instarent. Qui Sosthenes postea ad fidem est conversus, & quarto post anno prioris ad Corinthios Epistolæ initio una cum Paulo salutat Corinthios. Nam Corinthi diu commoratus Apostolus eum ad Christianam fidem tandem adduxit.

℣. 18. *Navigavit in Syriam.* Sed ante scripsit Epistolam priorem ad Thessalonicenses, mox alteram. *In Cenchris.* Portus erat Corinthi. *Habebat enim votum.* Dubitatur, de Paulo, an de Aquila id sit accipiendum. Chrysostomus de Paulo, Hieronymus de Aquila hæc verba interpretantur. In textu Latino hæc verba nunc per parenthesim leguntur (*Habebat enim votum*) an Nazareatus ad certum tempus, an vero in perpetuum; an quoddam aliud votum? Etsi commode id intelligitur ex Græco textu de Aquila, potuit tamen Paulus votum exequi juxta legem Numer. 6. cum in ea re nihil esset mali, quove Judæos facilius adduceret. *Navigavit in Syriam.* Versus Syriam, nam venit Ephesum, quæ est metropolis Asiæ minoris. Hoc anno Petrus post septem annos a fundatione Ecclesiæ Antiochenæ Evodium reliquit adjutorem suum, qui hanc administraret Ecclesiam. Interim profectus est in Pontum, Cappadociam, & alias provincias, verbum Dei prædicaturus; quod videtur ex ejus Epistola prima colligi.

℣. 22. *Et descendens Cæsaream.* Palæstinæ, non Cappadociæ. Salutavit Ecclesiam Jerosolymitanam, ex qua aliæ omnes suam duxerunt originem.

℣. 24. *Judæus autem quidam, Apollo nomine.* Græc. Ἀπολλώς. Ita ut sit nomen indeclinabile. *Potens in Scripturis.* Exercitatus in Scripturis sanctis.

℣. 25. *Sciens tantum baptisma Joannis.* Baptizatus tantummodo baptismo Joannis. Is fortassis a Joanne ipso baptizatus fuerat, tum reversus erat Alexandriam, inde Romam.

℣. 26. *Exposuerunt.* Baptismum Christi, & alia fidei capita eum edocuerunt.

publice, ostendens per Scripturas, esse Christum Jesum.

CAPUT XIX.

I. Paulus Ephesi in Jesu nomine baptizatis, manuum impositione Spiritum sanctum impertit, ibique prædicans multa edit signa. 1. *II. Confundit Judæos incredulos, qui conabantur in nomine Jesu adjurare dæmonia: multi peccata confitentes, libros superstitiosos exurunt.* 13. *III. Demetrius argentarius adversus Paulum seditionem excitat.* 23. *Quam ægre tandem sedat scriba.* 35.

† *IN VIG. PENT.*

1. Factum † est autem, cum Apollo esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum †, & inveniret quosdam discipulos:

† *Eodem anno* 54.

2. Dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audivimus.

3. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Joannis baptismate.

a Matth. 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Luc.* 3. 16. *Joan.* 1. 26. *Sup.* 1. 5. & 11. 16.

4. Dixit autem Paulus: *a* Joannes baptizavit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum, qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Jesum.

5. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Jesu.

6. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

7. Erant autem omnes viri fere duodecim.

8. Introgressus autem Synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei.*

9. Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos †, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam.

† *Anno* 55.

10. Hoc autem factum est per biennium, ita, ut omnes, qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Judæi atque Gentiles.

11. Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:

12. Ita, ut etiam super languidos deferrentur a corpore ejus sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

† *Anno* 56.

II. 13. Tentaverunt autem † quidam & de circumeuntibus Judæis exorcistis, invocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes: Adjuro vos per Jesum, quem Paulus prædicat.

14. Erant autem quidam Judæi, Scevæ principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.

15. Respondens autem spiritus nequam dixit eis: Jesum novi, & Paulum scio: vos autem qui estis?

16. Et insiliens in eos homo, in quo erat

grossem Eifer, und überwieß durch die Schrift, daß JEsus Christus wäre.

Das neunzehente Capitel.

I. Paulus kömmt gen Ephesum, prediget allda, und thut Wunderwerke, heilet mit seinem Schweißtuche die Kranken, und treibet Teufel aus. 1. II. Macht etliche vermeynte Teufelbeschwörer von den Jüden zu schanden: Viele beichten ihre Sünden, und verbrennen die zauberische Bücher. 13. III. Demetrius ein Goldschmidt, erwecket einen Aufruhr wider Paulum. 23. Welcher vom Kanzler gestillet wird. 35.

1. Es begab sich aber, da Apollo zu Corintho war, daß Paulus, nachdem er die oberen Länder durchgezogen hatte, gen Ephesum kam, und daselbst etliche Jünger fand:

2. Und er sprach zu ihnen: Habt ihr den heiligen Geist empfangen, nachdem ihr seyd glaubig worden? Sie aber sprachen zu ihm: Wir haben noch nie gehöret, ob ein heyliger Geist sey.

3. Da sprach er: Worauf seyd ihr dann getauset? Sie sprachen: Mit der Taufe Johannis.

4. Paulus aber sprach: Johannes taufte das Volk mit der Taufe der Buße, und sagte, daß sie an den glauben sollten, der nach ihm kommen wird, das ist, an JEsum.

5. Da sie das höreten, ließen sie sich taufen in dem Namen des HErrn JEsu.

6. Und als Paulus ihnen die Hände auflegte, kam der heilige Geist auf sie, und sie redeten mit Zungen, und weissagten.

7. Die Männer aber alle waren bey zwölfe.

8. Er gieng aber in die Schule, und predigte getrost drey Monathe lang, disputirte, und beredete sie von dem Reiche GOttes.

9. Dieweil aber etliche verstockt waren, und nicht glaubten, sondern lästerten den Weg des HErrn vor dem gemeinen Volke, so wich er von ihnen, und sönderte die Jünger ab, und disputirte täglich in der Schule eines Gewaltigen.

10. Und das geschah zwey Jahre lang, also, daß alle, die in Asia wohneten, sowohl Jüden als Heyden, des HErrn Wort höreten.

11. Und GOtt that nicht geringe Wunderthaten durch die Hand Pauli:

12. Also, daß sie auch von seinem Leibe die Schweiß- und Vortücher nahmen, und sie über die Kranken hielten, und die Krankheiten wichen von ihnen, und die bösen Geister fuhren aus.

II. 13. Es unterstunden sich aber auch etliche von den herumschwebenden Jüden, die Teufelsbeschwörer waren, den Namen des HErrn JEsu über diejenigen anzurufen, welche böse Geister bey sich hatten, und sprachen: Ich beschwöre euch bey JEsu, den Paulus prediget.

14. Es waren aber etliche Jüden, nämlich sieben Söhne des Hohenpriesters Sceva, die solches thaten.

15. Aber der böse Geist antwortete ihnen, und sprach: JEsum kenne ich wohl, so weis ich auch Paulum wohl: ihr aber, wer seyd ihr?

16. Und der Mensch, in welchem ein sehr böser Geist war,

CAPUT XIX.

℣. 1. *Ut Paulus peragratis superioribus partibus.* Galatia, Ponto, Bithynia peragratis: fors est, ut Apollo Epheso Corinthum jam profectus fuerit.

℣. 2. *Si Spiritum sanctum accepistis credentes.* Per impositionem manuum in Sacramento Confirmationis, ubi Spiritus sanctus præsentiam suam signo aliquo visibili sæpius testatam faciebat.

℣. 3. *In quo ergo baptizati estis?* Hinc palam est fideles non baptizatos fuisse nisi invocato Spiritus sancti nomine.

℣. 5. *Baptizati sunt in nomine Domini Jesu.* Baptismo, quem Christus Dominus instituit, & forma ab eo præscripta.

℣. 6. *Cum imposuisset.* In Sacramento Confirmationis, quod soli Episcopi Apostolorum successores conferunt. *Et prophetabant.* De divinis nempe mysteriis prædicabant.

℣. 9. *Quotidie disputans in Schola tyranni cujusdam.* Sophistæ, cujus nomen Tyrannus.

℣. 11. *Virtutesque.* Illustria miracula.

℣. 12. *Sudaria & semicinctia.* Seu sint arctiores zonæ, seu velamina, quibus præcingi solent opifices. Gall. *Un Tablier.* Atque hinc sacrarum reliquiarum usus, & applicatio ad ægros optime colligitur.

℣. 13. *De circumeuntibus Judæis exorcistis.* Nam Judæi suos habebant Exorcistas: Matth. 12. *Filii vestri in quo ejiciunt?*

℣. 14. *Erant autem quidam Scevæ principis Sacerdotum septem filii.* Principis alicujus familiæ sacerdotalis, iique Ephesi morabantur.

℣. 16. *Et insiliens in eos homo, in quo dæmonium pessimum, & dominatus earborum.* Ex septem filiis Scevæ duo tantum erant. Græce *eorum:* duo tantum juxta vulgatam e septem male habiti sunt. Juxta textum Græcum videntur omnes a dæmoniaco vulnerati, quod majori fuit miraculo, ut sequenti vers. insinuatur. Neque id prodigio simile fuisset, si unus homo adversus duos insiliisset.

war, sprang auf sie, und überwältigte sie beyde, und ward ihnen zu stark, also, daß sie nacket und verwundet aus dem Hause entflohen.

17. Dasselbige aber ward kund allen Jüden und Heyden, welche zu Epheso wohneten: und es fiel eine Furcht über sie alle, und der Name des HErrn JEsu ward hoch gepriesen.

18. Es kamen auch viele der Glaubigen, und bekenneten* und erzähleten was sie gethan hatten. * beichteten.

19. Viele aber aus denjenigen, welche fürwitzige Künste getrieben hattten, trugen die Bücher zusammen, und verbrannten sie vor allen Menschen: und da sie überschlugen*, was sie werth wären, fanden sie an Geld fünfzigtausend Groschen**. * rechneten. ** Zehner.

20. So mächtig nahm das Wort GOttes zu, und ward bestättiget.

21. Als nun diese Dinge vollzogen waren, nahm Paulus im Geiste vor, durch Macedoniam und Achajam den Weg zu nehmen, und gen Jerusalem zu reisen, und sprach: Wenn ich daselbst gewesen bin, so muß ich auch Rom sehen.

22. Und er sandte zween aus denen, die ihm dieneten, in Macedoniam, nämlich Timotheum, und Erastum: er aber blieb noch eine Zeitlang in Asia.

III. 23. Es erhub sich aber zur selbigen Zeit kein geringer Aufruhr über dem Wege des HErrn.

24. Denn einer mit Namen Demetrius, ein Goldschmidt, der silberne Tempel für die Göttin Diana machte, wandte den Handwerkern keinen geringen Gewinn zu:

25. Dieselben versammelte er, sammt denen, die dergleichen Arbeit machten, und sprach: Ihr Männer, ihr wisset, daß wir von dieser Kunst guten Gewinn haben:

26. Ihr sehet auch, und höret, daß dieser Paulus nicht allein zu Epheso, sondern auch fast in ganz Asia viel Volk überredet, und abwendet, dieweil er spricht: Es sind keine Götter, welche mit Händen gemacht werden.

27. Es wird aber nicht allein diese unsere Handthierung in Gefahr, und Verwerfung kommen: sondern der Tempel der großen Diana wird auch für nichts geachtet werden, ja ihre Herrlichkeit wird anfahen unterzugehen, deren doch ganz Asia, und der Erdkreiß dienet.

28. Da sie dieses höreten, wurden sie voll Zorns, riefen überlaut, und sprachen: Groß ist die Diana der Epheser.

29. Und die Stadt ward voll Getümmels, und sie liefen einmüthiglich mit Ungestümmigkeit auf den Schauplatz, und nahmen Gajum, und Aristarchum, die aus Macedonia, und Pauli Gefährten waren, mit Gewalt hinweg.

30. Als aber Paulus unter das Volk gehen wollte, ließen es ihm die Jünger nicht zu.

31. Es sandten aber auch etliche von den Obersten in Asia zu ihm, die seine Freunde waren, und bathen ihn, daß er sich nicht auf den Schauplatz begäbe:

32. Einer aber schrie so, der andere ein anders: denn es war eine verwirrte Gemeinde, und der meiste Theil wußte nicht, aus was Ursache sie zusammengekommen wären.

33. Sie zogen aber Alexandrum aus dem Volke hervor, den die Jüden forttrieben. Alexander aber winkte

dæmonium pessimum, & dominatus amborum, invaluit contra eos, ita, ut nudi, & vulnerati effugerent de domo illa.

17. Hoc autem notum factum est omnibus Judæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Jesu.

18. Multique credentium veniebant confitentes, & annuntiantes actus suos.

19. Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus: & computatis pretiis illorum, invenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

20. Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur.

21. His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaja ire Jerosolymam, dicens: Quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.

22. Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum, & Erastum: ipse remansit ad tempus in Asia.

III. 23. Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. † † *Ann. 57.*

24. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum:

25. Quos convocans, & eos, qui hujusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis, quia de hoc artificio est nobis acquisitio:

26. Et videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed pæne totius Asiæ, Paulus hic suadens avertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt.

27. Non solum autem hæc periclitabitur, nobis pars in redargutionem venire: sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet majestas ejus, quam tota Asia, & orbis colit.

28. His auditis, repleti sunt ira, & exclamaverunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum.

29. Et impleta est civitas confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gajo, & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli.

30. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli.

31. Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant amici ejus, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum:

32. Alii autem aliud clamabant: erat enim Ecclesia confusa, & plures nesciebant, qua ex causa convenissent.

33. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Judæis. Alexan-

℣. 18. *Confitentes, & annuntiantes actus suos.* Commemoratis etiam peccatis gravioribus, quæ ii fecerant, qui ad Joannem Baptistam venerant. Quædam erat exterior pœnitentiæ professio & peccatorum detestatio, non Sacramentalis Confessio: nam baptismo prævertebat, & ad eum disponebat.

℣. 19. *Qui fuerant curiosa sectati.* Artes vanas & superstitiosas. Hieronymus in præfatione Epist. ad Ephesios docet hanc civitatem artium magicarum præstigiis deditam fuisse: idque nonnullis videtur Apollonium Thyanæum tum Ephesi egisse. *Denariorum.* 20000. librarum aut circiter.

℣. 21. *Proposuit Paulus in Spiritu.* Instinctu Spiritus sancti. *Oportet me & Romam videre.* Quo quidem tempore prior Epistola ad Corinthios videtur conscripta. Nam cap. ultimo hujus propositi meminit. Anno sequenti alteram ad eos misit Epistolam. Atque his fere temporibus scripsit Epistolam ad Galatas.

℣. 22. *Et Erastum.* Hic Erastus in Epist. ad Rom. vocatur Arcarius cap. 16. v. 23. quæstor nempe erat urbis Corinthi, postea a S. Paulo creatus est Episcopus Philippensis. *Ipse remansit in Asia.* Lydiacæ sc. in qua prædicasse videtur novem adhuc mensibus: qui menses biennio, quo in Schola Tyranni supra v. 10. & tribus mensibus, quibus prius in Synagoga Ephesi fuerat. ℣. 8. additi, triennium illud conficiunt, de quo Act. 20. v. 31.

℣. 24. *Demetrius enim quidam nomine, argentarius.* Auri faber, & sculptor argenti, ædiculas faciebat, in quibus erat simulacrum Dianæ, & effigies templi Ephesini.

℣. 27. *Non solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire.* Pars nostra in periculum contemptus veniret, confutata a Paulo ut vana & superstitionis plena religione.

℣. 28. *Magna Diana Ephesiorum.* q. d. Non peribit, seu non pereat Diana, sed regnet, quam Paulus perituram prædicit.

℣. 29. *Et impetum fecerunt uno animo in theatrum.* Quo populi erat concursus, ibi erat tribunal Magistratuum.

℣. 31. *Quidam autem & de Asiæ principibus.* Gr. Ἀσιαρχῶν. Qui erant sacerdotes, e præcipuis Asiæ civitatibus orti, & in Paulum bene affecti.

℣. 33. *Detraxerunt Alexandrum.* Græc. *Progredi fecerunt.* Promoverunt in eum locum unde audiri posset. *Volebat.* Suam & Judæorum causam defendere.

der autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.

34. Quem ut cognoverunt Judæum esse, vox facta una est omnium, quasi per horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum.

35. Et cum sedasset scriba turbas, dixit: Viri Ephesii, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum civitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Jovisque prolis?

36. Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere.

37. Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestram.

38. Quod si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent adversus aliquem causam, conventus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent invicem:

39. Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima Ecclesia poterit absolvi.

40. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit Ecclesiam.

CAPUT XX.

I. Paulus peragratis variis partibus Macedoniæ & Græciæ: 1. II. Concionatur Troade in mediam noctem, & Eutychum ex lapsu mortuum resuscitat. 7. III. Advocatos ex Epheso presbyteros exhortatur, ut vigilantes sint in regenda Ecclesia. 13.

1. Postquam autem cessavit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est, ut iret in Macedoniam.

2. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam:

3. Ubi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ a Judæis, navigaturo in Syriam: † habuitque consilium, ut reverteretur per Macedoniam.

† *Anno* 58.

4. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Beræensis, Thessalonicensium vero Aristarchus, & Secundus, & Gajus Derbeus, & Timotheus: Asiani vero Tychicus, & Trophimus.

5. Hi, cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade:

6. Nos vero navigavimus post dies Azymorum a Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, ubi demorati sumus diebus septem.

II. 7. Una autem Sabbati cum convenisse-

mit der Hand, und begehrte, daß sie stille wären, und wollte sich vor dem Volke verantworten.

34. Da sie nun innen wurden, daß er ein Jüde wäre, erhub sich eine Stimme von allen, und sie riefen überlaut in die zwo Stunden: Groß ist die Diana der Epheser.

35. Als aber der Kanzler das Volk gestillet hatte, sprach er: Ihr Männer von Epheso, welcher Mensch ist doch, der nicht wisse, daß die Stadt Ephesus eine Dienerinn ist der großen Göttinn Diana, und Jupiters Geschlecht?

36. Dieweil man nun solches nicht widersprechen kann, so gebühret sich auch, daß ihr stille seyd, und nichts unbedächtliches handelt.

37. Denn ihr habt diese Menschen hergeführet, die weder Kirchenräuber sind, noch Lästerer eurer Göttinn.

38. Hat aber Demetrius, und die mit ihm sind vom Handwerk, wider jemand einen Anspruch, so hat man Rechtstage, und sind die Rathsherren da, lasset sie einander anklagen:

39. Suchet ihr aber etwas anders, so kann es in einer ordentlichen Versammlung entschieden werden.

40. Denn wir stehen in Gefahr, daß wir wegen der heutigen Empörung möchten verklaget werden: da doch niemand schuldig ist, von welchem wir könnten Rechenschaft geben dieses Aufruhrs. Da er dieses gesagt hatte, ließ er die Gemeinde hinweggehen.

Das zwanzigste Capitel.

I. Paulus reiset durch unterschiedliche Asiatische und Griechische Städte, und kömmt nach Troada: 1. II. Prediget allda, und erwecket Eutychum, einen zu todtgefallenen Jüngling. 7. III. Reiset gen Miletum, berufet dahin die Aeltesten der Gemeinde von Epheso, befehlt ihnen die Kirche, und nimmt seinen Abschied. 13.

1. Nachdem sich nun die Empörung gestillet hatte, rief Paulus die Jünger zu sich, und ermahnete sie, und nahm den Abschied von ihnen, und begab sich auf den Weg, in Macedoniam zu reisen.

2. Als er aber diese Länder durchzogen, und sie mit vielen Worten ermahnet hatte, kam er in Griechenland:

3. Und nachdem er sich daselbst in die drey Monathe aufgehalten, ward ihm von den Jüden nachgestellet, als er in Syriam schiffen wollte: und er ward zu Rath, durch Macedoniam wieder umzukehren.

4. Es zogen aber mit ihm Sopater Pyrrhi * von Berda, und von den Thessalonichern, Aristarchus, und Secundus, und Gajus von Derben, und Timotheus: aber von denen aus Asia, Tychicus, und Trophimus.

* Sohn.

5. Diese zogen voran, und warteten unser zu Troade:

6. Wir aber schifften von Philippis ab, nach den Tagen der ungesäuerten Brode, und kamen in fünf Tagen gen Troade zu ihnen: daselbst blieben wir sieben Tage lang.

II. 7. Als wir aber am ersten Tag des Sabbaths zu-

sam-

ỳ. 35. *Et cum sedasset scriba turbas.* Gr. Γραμματευς. Legis doctor, aut quasi Syndicus civitatis, qui illius jura callebat. *Civitatem cultricem.* Gr. Ædilitam. Templi ornatricem. *Jovisque prolis.* Gr. A Jove demissi, simulacri nimirum e vite facti, teste Plinio L. 16. cap. 40.

ỳ. 39. *In legitima Ecclesia poterit absolvi.* In legitimo cœtu.

ỳ. 40. *Periclitamur argui seditionis.* Injicit metum Proconsulis in auctores tumultus. *Cum nullus obnoxius sit.* Cum nulla asserri possit causa probabilis hujus tumultus.

CAPUT XX.

ỳ. 1. *Et exhortatus eos.* Gr. Amplexatus, osculatus. *Valedixit.* Timotheo prius Ephesi constituto Episcopo. *Ut iret in Macedoniam.* Per Troadem. Nam videtur bis in Macedoniam se contulisse, & multa ibi perpessum, ut liquet ex Epist. 2. ad Corinth. cap. 7. Profectus Epheso Paulus in Macedoniam primum, tum in Græciam se contulit; cumque ei navigaturo in Syriam Judæi struxissent insidias, consilium cepit redeundi in Macedoniam, atque inde venit Troadem. Cum autem esset in Macedonia, Titum excepit Philippis, tumque secundam ad Corinthios scripsit Epistolam juxta ea, quæ a Tito acceperat.

ỳ. 3. *Ubi cum fecisset menses tres.* Nempe in Græcia, seu in Achaja, ac præsertim Corinthi, tumque videtur scripsisse Epistolam ad Romanos. Atque ibi certior factus est sibi in Syriam navigaturo insidias strui a Judæis, idque in causa fuit, cur mutato consilio pedestri itinere in Syriam contenderit.

ỳ. 5. *Sustinuerunt nos Troade.* Expectarunt nos Troade.

ỳ. 6. *Nos vero navigavimus Troadem.* Hinc colligimus Lucam per aliquod tempus abfuisse a Paulo; nam tertiam personam in primam commutat: causam præ modestia reticet, forte ad perferendas eleemosynas Achaorum & Macedonum missus erat Jerosolymam. *Post dies Azymorum a Philippis.* Ubi celebrarunt Pascha eodem tempore, quo Judæi. Nulla tum videtur fuisse Philippis Synagoga. Agnus quidem Paschalis Jerosolymis tantummodo mactabatur: sed Azymos panes ubique edebant Judæi, etiam qui ad fidem erant conversi: idque observabat Paulus, ne Judæos offenderet.

ỳ. 7. *Una autem Sabbati.* Die Dominica, seu prima die a Sabbato: cum venissemus *ad frangendum panem*, Eucharisticum. Jam enim cœtus Christiani die Dominica celebrabantur.

sammengekommen waren, das Brod zu brechen, predigte Paulus ihnen, dieweil er Vorhabens war, am folgenden Tage zu verreisen: und er verzog die Rede bis zu Mitternacht.

8. Es waren aber viele Ampeln im Gemach, da wir versammelt waren.

9. Ein Jüngling aber, mit Namen Eutychus, saß auf einem Fenster, und sank in einen tiefen Schlaf, und dieweil Paulus so lang redete, ward er vom Schlaf eingenommen, und fiel vom dritten Gemach hinunter, und ward todt aufgehoben.

10. Und Paulus gieng zu ihm hinab, und legte sich auf ihn: und er umfieng ihn, und sprach: Seyd unerschrocken, seine Seele ist in ihm.

11. Und gieng wiederum hinauf, und brach das Brod, und aß, und nachdem er genugsam mit ihnen geredet bis der Tag anbrach, reisete er hinweg.

12. Sie führeten aber den Knaben lebendig hinzu, und wurden nicht wenig getröstet.

III. 13. Wir aber giengen zu Schiffe, und fuhren gen Asson, und wollten Paulum von dannen zu uns nehmen: denn er hatte es also verordnet, daß er zu Land reisen wollte.

14. Als er aber zu Asson zu uns kam, nahmen wir ihn mit, und kamen gen Mitylenen.

15. Und von dannen schifften wir, und kamen des folgenden Tages gegen Chium über: und des andern Tages stießen wir zu Lande an Samon, und kamen des folgenden Tages gen Miletum.

16. Denn Paulus hatte ihm vorgenommen, für Epheso vorüberzuschiffen, damit er in Asia nicht aufgehalten würde. Denn er eilte, daß er, so es ihm möglich wäre, den Pfingsttag zu Jerusalem halten möchte.

17. Er sandte aber von Mileto gen Ephesum, und rief die Aeltesten der Gemeinde zu sich.

18. Als sie nun zu ihm kamen, und beysammen waren, sprach er zu ihnen: Ihr wisset von dem ersten Tage an, da ich in Asiam gekommen bin, wie ich bey euch gewesen bin durch die ganze Zeit,

19. Und habe dem HErrn gedienet mit aller Demuth, und mit Thränen, und in Anfechtungen, welche mir durch heimliche Nachstellungen der Jüden widerfahren sind:

20. Und wie ich nichts verhalten habe, so da nützlich ist, das ich euch nicht verkündiget, und gelehret hätte, sowohl öffentlich, als in den Häusern,

21. Und habe bezeuget beyden, den Jüden und den Heyden, die Buße gegen GOtt, und den Glauben an unsern HErrn JEsum Christum.

22. Und nun siehe, ich reise gen Jerusalem, im Geiste gebunden, und weis nicht, was mir daselbst wiederfahren wird:

23. Als daß mir der heilige Geist in allen Städten bezeuget, und spricht: daß Bande und Trübsal zu Jerusalem auf mich warten.

24. Aber ich fürchte dieser Dinge keines: und achte auch meine Seele* nicht theurer, dann mich selbst: wenn ich nur meinen Lauf vollenden mag, und den Dienst des Worts, den ich vom HErrn JESU empfangen habe, das Evangelium von der Gnade GOttes zu bezeugen.

*zeitliches Leben.

mus ad frangendum panem Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum: protraxitque sermonem usque in mediam noctem.

8. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, ubi eramus congregati.

9. Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.

10. Ad quem cum descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit; Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est.

11. Ascendens autem, frangensque panem, & gustans, satisque allocutus usque in lucem, sic profectus est.

12. Adduxerunt autem puerum viventem, & consolati sunt non minime.

III. 13. Nos autem ascendentes navem, navigavimus in Asson, inde suscepturi Paulum: sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus.

14. Cum autem convenisset nos in Asson, assumpto eo, venimus Mitylenen.

15. Et inde navigantes, sequenti die venimus contra Chium: & alia applicuimus Samum, & sequenti die venimus Miletum.

16. Proposuerat enim Paulus transnavigare Ephesum, nequa mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem Pentecostes faceret Jerosolymis.

17. A † Mileto autem mittens Ephesum, vocavit Majores natu Ecclesiæ. † S. STEPHAN PAPÆ ET MART.

18. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis: Vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim,

19. Serviens Domino cum omni humilitate, & lacrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidiis Judæorum:

20. Quomodo nihil subtraxerim utilium, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos,

21. Testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum.°

22. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Jerusalem, quæ in ea ventura sint mihi ignorans:

23. Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur, dicens: quoniam vincula, & tribulationes Jerosolymis me manent.

24. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosiorem quam me: dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi a Domino Jesu, testificari Evangelium gratiæ Dei.

25. Et

℣. 8. *Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo.* Non solum ad pellendas noctis tenebras: neque enim opus fuisset copiosis lampadibus; sed etiam ad decoranda mysteria. Quorsum enim illud commemorasset Lucas, si non alia fuisset ratio tot lampadum, quam ut locus ille illuminaretur? Eucharistiæ celebrationem claudebant Agapæ.

℣. 13. *Navigavimus in Asson.* Quæ est in Æolide, seu in Mysia, quæ & Apollonia dicta est, teste Hieronymo in locis Hebraicis. *Ipse per terram iter facturus,* ut sc. etiam in itinere Evangelium annuntiaret.

℣. 14. *Venimus Mytelenen.* Insula est in mari Ægæo, uti & Chio, & Samos.

℣. 15. *Venimus Miletum.* In Caria, ad mare, in continenti Joniæ ad Ostium Mæandri fluminis.

℣. 17. *Vocavit Majores natu Ecclesiæ.* Non Ephelinæ tantum, sed & Asianæ Ecclesiæ. Gr. Presbyteros, quos infra vocat Episcopos. Nam hæc nomina adhuc forsan erant communia. *Mittens Ephesum.* Quæ erat Metropolis Asiæ, jussit vocari singularium urbium Episcopos. Nam singulis in locis unus erat Episcopus ob paucitatem fidelium. Necdum Diœceles erant distinctæ, aut iisdem limitibus quibus hodie circumscriptæ; mutuas sibi præstabant operas Episcopi. Doctrinam cum exemplis conjungit; neque enim ea sunt separanda.

℣. 19. *Serviens.* Pastorum officia exemplo suo exhibet, humilitatem adversus superbiam, patientiam in tribulationibus, fidem in ministerio.

℣. 21. *Testificans Judæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam.* Pœnitentiam Judæis, qui jam fide aliqua erant instructi, fidem Gentilibus; conversionem inchoat pœnitentia, fides per baptismum & justificationem perficit.

℣. 22. *Et nunc ecce alligatus ego spiritu.* Vincula quæ me manent, animo prospiciens. *Spiritu* impellente, vel alligatus ob firmum animi propositum.

℣. 23. *Nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates mihi protestatur.* Per Prophetas: nam multi erant hoc dono instructi.

℣. 24. *Quam me.* Qui totum me Christo devovi.

25. Et nunc ecce, ego scio, quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transivi prædicans regnum Dei.

26. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum a sanguine omnium.

27. Non enim subterfugi, quo minus annuntiarem omne consilium Dei vobis.

28. Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.

29. Ego scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.

30. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes perversa, ut abducant discipulos post se.

31. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

32. Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.

33. Argentum & aurum, aut vestem nullius concupivi, sicut

a 1. Cor. 4. 12. 2. Thess. 3. 8

34. Ipsi scitis: *a* quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ.

35. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quam accipere.

36. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis.

37. Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli, osculabantur eum,

38. Dolentes maxime in verbo, quod dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri. Et deducebant eum ad navem.

CAPUT XXI.

I. Paulo Jerosolymam tendenti post varias navigationes: 1. Vaticinatur Agabus afflictiones, quas passurus erat Jerosolymæ: nec tamen amicorum lacrymis averti potest, ne ascendat Jerusalem, paratus pro Christo etiam mori. 10. II. Jerosolymæ Jacobus ipsi suadet, ut cum quinque viris votum habeat, ut se sanctificet. 20. III. Rapitur a Judæis. 27. IV. Sed ex eorum manibus eripitur a tribuno, qui ei dat facultatem loquendi ad populum. 31.

† *Eodem anno 58.*

1. Cum autem factum esset †, ut navigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram.

2. Et cum invenissemus navem transfretantem in Phœnicen, ascendentes navigavimus.

25. Und nun siehe, ich weis, daß ihr alle, bey welchen ich durchgezogen bin, und das Reich GOttes geprediget habe, mein Angesicht nicht mehr sehen werdet.

26. Darum bezeuge ich vor euch am heutigen Tage, daß ich rein bin von euer aller Blut.

27. Denn ich habe mich nicht geweigert, euch allen Rath GOttes zu verkündigen.

28. Habt Acht auf euch selbst, und auf die ganze Heerde, in welcher euch der heilige Geist zu Bischöfen gesetzet hat, die Kirche GOttes zu regieren, die er mit seinem Blute erworben hat.

29. Denn ich weis, daß nach meinem Abschied reissende Wölfe unter euch kommen werden, die der Heerde nicht verschonen werden.

30. Und aus euch selbst werden Männer aufstehen, die eine verkehrte Lehre reden werden, damit sie Jünger an sich ziehen.

31. Darum wachet, und behaltet im Gedächtniß, daß ich nicht aufgehöret habe, drey Jahre lang, Tag und Nacht, einen jeglichen unter euch mit weinenden Augen zu ermahnen.

32. Und nun befehle ich euch GOtt, und dem Worte seiner Gnaden, der mächtig ist, euch zu erbauen, und die Erbschaft zu geben, mit allen, die geheiliget sind.

33. Ich habe keines Menschen Silber und Gold, oder Kleider begehrt, wie

34. Ihr selbst wisset: denn was mir vonnöthen gewesen ist, und denen, die bey mir sind, haben mir diese Hände mitgetheilet.

35. Ich habe euch alles gezeiget, daß man also arbeiten, und die Schwachen aufnehmen müsse, und gedenken an des HErrn JEsu Wort, das er gesagt hat: Es ist viel seliger geben, als nehmen.

36. Und als er dieses gesagt hatte, knyete er nieder, und bethete mit ihnen allen.

37. Und es ward ein großes Weinen unter ihnen allen: und sie fielen Paulo um den Hals, und küßeten ihn,

38. Und war ihnen am allerschmerzlichsten das Wort, so er gesagt hatte, sie würden sein Angesicht nicht mehr sehen. Und sie gaben ihm das Geleit bis in das Schiff.

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. Paulus schiffet nach Coum, Rhodum, Pataram, Tyrum, Ptolemaida und Cäsaream: 1. Agabus, ein Prophet, weissaget ihm, daß er zu Jerusalem soll gebunden werden, aber Paulus läßt sich von vorhabender Reise nicht abwenden. 10. II. läßt sich zu Jerusalem im Templ reinigen. 20. III. Wird durch Aufruhr der Jüden vom Volke schier getödtet. 27. IV. Aber vom Hauptmann errettet, mit Erlaubniß, das Volk anzureden. 31.

1. Als es sich begab, daß wir von ihnen schieden, und hinwegfuhren, kamen wir richtigen Laufs gen Coum, und des andern Tages gen Rhodum, und von dannen gen Patara.

2. Und als wir ein Schiff fanden, das in Phönicien fuhr, traten wir darein, und fuhren dahin.

3. Da

℣. 28. *Attendite vobis.* Vobis primum, deinde universo gregi; primum ut sancti sitis, deinde ut omnibus, qui curæ vestræ sunt commissi, consulatis. *Regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Qui quidem locus Christi divinitatem aperte demonstrat.

℣. 32. *Et nunc commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius.* Evangelio, vel gratiæ & benignitati divinæ. *Ædificare.* Qui incœptum fidei ædificium potest absolvere. *Et dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.* Cum Sanctis omnibus, qui soli sunt capaces hujus hæreditatis, vel quam Sanctis omnibus impartietur.

℣. 35. *Omnia ostendi vobis.* Gr. Omnino, vel in omnibus, κατὰ πάντα. *Suscipere infirmos.* In fide, ne cadant; manus iis porrigere, eosque retinere vacillantes. *Quam accipere.* Id vero ex traditione acceperat Paulus. Hac ratione infirmis consulit, atque omnem suspicioni locum adimit, ne prædicationem Evangelii quæstum putent. Hoc quidem anno Princeps Apostolorum Petrus, postquam Corintho discessisset, venit Romam, ibique Cathedram suam constituit, ut videtur Pezronio: hoc ipsum colligit ex Lactantio L. de mortibus persecutorum, qui ita scribit: *Cumque jam Nero imperaret, Petrus advenit.* Multos in hanc sententiam citat e veteribus, Eusebium Histor. L. 2. cap. 13. S. Leonem serm. 1. Isque Romæ priorem scripsit Epistolam; postremo quidem anno Claudii venit, & primo Neronis anno Simonem Magum debellavit. Hinc Eusebius L. 2. cap. 13. ait, brevi magi impostoris potentiam fuisse extinctam. Anno 2. Neronis Romæ constitutam fuisse Ecclesiam Saturnino & Scipione Coss. in domo Pudentis existimat Pezronius; cumque non posset Romæ semper remanere, Linum ordinasse Episcopum & adjutorem, sed non cum summa auctoritate. Ita Catalogus primus & secundus Rom. Pontif. Irenæus L. 3. cap. 3. Epiphanius hæresi 27. Num. 6.

℣. 36. *Positis genibus suis oravit.* Non solum S. Paulo sed & aliis Apostolis id familiare erat, ante discessum orare.

CAPUT XXI.

℣. 1. *Recto cursu venimus Coum.* Quæ est Insula maris Ægæi, principis medicorum Hippocratis patria. *Et inde Pataram.* Quæ est Lydiæ metropolis.

3. Da wir aber der Insul Cypern ansichtig waren, ließen wir sie zur linken Hand liegen, und fuhren in Syrien, und kamen gen Tyrum: denn allda sollte das Schiff ausladen.

4. Als wir aber Jünger fanden, blieben wir allda sieben Tage lang: diese sagten Paulo durch den Geist, er sollte nicht gen Jerusalem hinaufziehen.

5. Und als die Tage vollendet waren, begaben wir uns auf den Weg, und reiseten fort: und sie begleiteten uns alle mit Weib und Kindern bis zu der Stadt hinaus: und wir knyeten auf dem Ufer nieder, und bethеten.

6. Und da wir einander gesegnet hatten, tratten wir in das Schiff: sie aber kehreten wiederum heim.

7. Wir aber, nachdem die Schifffahrt von Tyro vollendet war, kamen hinab gen Ptolemaida: grüßeten die Brüder, und blieben einen Tag bey ihnen.

8. Des andern Tages aber reiseten wir fort, und kamen gen Cäsaream. Und giengen in das Haus Philippi des Evangelisten, der einer von den sieben war, und blieben bey ihm.

9. Derselbige aber hatte vier Töchter, die Jungfrauen waren, und weissageten.

10. Und als wir uns etliche Tage aufhielten, kam ein Prophet an aus Judäa, mit Namen Agabus.

11. Da dieser zu uns kam, nahm er die Gürtel Pauli, und band ihm selbst die Füße, und Hände, und sprach: Dieses sagt der heilige Geist: Den Mann, dessen diese Gürtel ist, werden die Jüden also binden zu Jerusalem, und werden ihn in die Hände der Heyden überantworten.

12. Als wir das höreten, bathen wir ihn, sammt denen, die an demselbigen Orte waren, daß er nicht hinauf gen Jerusalem reisete.

13. Da antwortete Paulus, und sprach: Was machet ihr, daß ihr weinet, und betrübet mein Herz? denn ich bin bereit, nicht allein zu Jerusalem mich binden zu lassen, sondern auch zu sterben für den Namen des HErrn JEsu.

14. Und als wir ihn nicht erbitten konnten, ließen wir es seyn, und sprachen: Des HErrn Wille geschehe.

15. Aber nach denselbigen Tagen machten wir uns fertig, und zogen hinauf gen Jerusalem.

16. Es kamen aber auch mit uns etliche aus den Jüngern von Cäsarea, und führeten einen mit sich, Mnason genannt, aus Cypern gebürtig, einen alten Jünger, bey welchem wir herbergen sollten.

17. Da wir nun gen Jerusalem gekommen waren, nahmen uns die Brüder gerne auf.

18. Aber am folgenden Tage gieng Paulus mit uns zu Jacob, und alle Aeltesten kamen da zusammen.

19. Und nachdem er sie gegrüßet hatte, erzählte er eines nach dem andern, was GOTT unter den Heyden durch seinen Dienst gethan hätte.

II. 20. Da sie aber das höreten, preiseten sie GOTT, und sprachen zu ihm: Du siehest, lieber Bruder, wie viel tausend unter den Jüden sind glaubig worden, und sind doch alle Eiferer über das Gesetz.

21. Sie haben aber von dir gehöret, daß du die Jüden, welche unter den Heyden sind, von Moyse abtretten lehrest, und sagest, daß sie ihre Kinder nicht beschneiden, auch nach Gewohnheit des Gesetzes nicht wandeln sollen.

22. Was ist es dann nun? es muß gewiß die Menge zusammenkommen: denn sie werden hören, daß du angekommen bist.

3. Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, navigavimus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim navis expositura erat onus.

4. Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Jerosolymam.

5. Et expletis diebus profecti ibamus: deducentibus nos omnibus cum uxoribus, & filiis usque foras civitatem: & positis genibus in littore, oravimus.

6. Et cum valefeciissemus invicem, ascendimus navem: illi autem redierunt in sua.

7. Nos vero navigatione expleta a Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die una apud illos.

8. Alia autem die profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi Evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum.

9. Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

10. Et cum moraremur per dies aliquot, supervenit quidam a Judæa Propheta, nomine Agabus.

11. Is, cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes, & manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum, cujus est zona hæc, sic alligabunt in Jerusalem Judæi, & tradent in manus Gentium.

12. Quod cum audissemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Jerosolymam.

13. Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? ego enim non solum alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu.

14. Et cum ei suadere non possemus, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

15. Post dies autem istos præparati, ascendebamus in Jerusalem.

16. Venerunt autem & ex discipulis a Cæsarea nobiscum, adducentes secum, apud quem hospitaremur, Mnasonem quemdam Cyprium, antiquum discipulum.

17. Et cum venissemus Jerosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum, omnesque collecti sunt seniores.

19. Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.

II. 20. At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quot millia sunt in Judæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis.

21. Audierunt autem de te, quia discessionem doceas a Moyse eorum, qui per Gentes sunt, Judæorum, dicens, non debere eos circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.

22. Quid ergo est? utique oportet convenire multitudinem: audient enim te superveniisse.

23. Hoc

℣. 3. *Et venimus Tyrum.* Pervenit Evangelium ad Tyrios, qui crediderunt.

℣. 4. *Per Spiritum.* Quidam discipuli prædixerunt Paulo quæ passurus esset; alii conati sunt eum a profectione revocare.

℣. 7. *Descendimus Ptolemaidam.* Quæ dicta est Accho, Judic. 1. 31.

℣. 8. *Cæsaream.* Totius regionis caput, quæ olim fuit turris Stratonis. *Philippi Evangelistæ.* Sic dicti, quia prædicavit Evangelium. Sup. c. 6. v. 5. Erat de septem Diaconis unus.

℣. 9. *Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.* Futura prædicentes. Cum autem Virgines appellentur, hoc admodum est verisimile, eas votum, aut saltem propositum habuisse perpetuæ Virginitatis.

℣. 11. *Alligans sibi pedes & manus dixit.* More Prophetarum, qui non solum verbis, sed & factis vaticinabantur. *Sic alligabunt.* Per manus Gentium.

℣. 18. *Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Jacobum.* Cur non ad Petrum? quod abesset Petrus.

℣. 21. *Judæorum*, disperſi: *doceas* a Moyse deficere, quod utique non prædicabat Paulus.

23. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.

24. His assumptis, sanctifica te cum illis: *a Num.6.18.* & impende in illis *a*, ut radant capita: & *Supr.18.18.* scient omnes, quia, quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem.

25. De his autem, qui crediderunt ex Gen- *b Sup.15.20.* tibus *b*, nos scripsimus, judicantes, ut absti- *& 29.* neant se ab idolis, immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione.

26. Tunc Paulus, assumptis viris, postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.

III. 27. Dum autem septem dies consummarentur, hi, qui de Asia erant, Judæi, cum vidissent eum in templo, concitaverunt omnem populum, & injecerunt ei manus clamantes:

28. Viri Israelitæ, adjuvate: hic est homo, qui adversus populum, & legem, & locum hunc, omnes ubique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violavit sanctum locum istum.

29. Viderant enim Trophimum Ephesium in civitate cum ipso, quem æstimaverunt, quoniam in templum introduxisset Paulus.

30. Commotaque est civitas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt januæ.

IV. 31. Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, quia tota confunditur Jerusalem.

32. Qui statim assumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunum, & milites, cessaverunt percutere Paulum.

33. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & jussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat, quis esset, & quid fecisset?

34. Alii autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, jussit duci eum in castra.

35. Et cum venisset ad gradus, contigit ut portaretur a militibus propter vim populi.

36. Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle eum.

37. Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græce nosti?

38. Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos ✝ *Anno 55.* dies ✝ tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum?

39. Et dixit ad eum Paulus: Ego homo sum quidem Judæus a Tarso Ciliciæ, non igno-

23. So thue nun dieses, was wir dir sagen: Wir haben vier Männer, die ein Gelübde auf sich haben.

24. Dieselbigen nimm zu dir, und heilige dich mit ihnen: und wende die Kosten an sie, daß sie die Häupter bescheeren: so werden sie alle erfahren, daß es nicht wahr ist, was sie von dir gehöret haben, sondern daß du auch selbst in deinem Wandel das Gesetz haltest.

25. Aber von denjenigen, welche aus den Heyden sind glaubig worden, haben wir beschrieben, und beschlossen, daß sie sich vom Opfer der Abgötter, und vom Blut, und vom Erstickten, und von Hurerey enthalten sollen.

26. Da nahm Paulus die Männer zu sich, und reinigte sich mit ihnen am folgenden Tage, und gieng in den Tempel, und verkündigte, daß die Tage der Reinigung vollendet wären, bis daß für einen jeglichen unter ihnen ein Opfer geopfert würde.

III. 27. Als aber die sieben Tage vollendet wurden, sahen ihn die Jüden, welche aus Asia waren, im Tempel, und bewegten das ganze Volk, und legten die Hände an ihn, und riefen:

28. Ihr Männer von Israel, helft: dieses ist der Mensch, der allenthalben alle Menschen wider unser Volk, und wider das Gesetz, und wider diesen Ort lehret, über das hat er die Heyden in den Tempel geführet, und also diesen heiligen Ort entheiliget.

29. Denn sie hatten Trophimum den Epheser mit ihm in der Stadt gesehen, und vermeynten, Paulus hätte denselbigen in den Tempel geführet.

30. Da ward die ganze Stadt beweget, und das Volk lief zusammen. Und sie ergriffen Paulum, und zogen ihn aus dem Tempel: und alsbald wurden die Thüren zugeschlossen.

IV. 31. Als sie aber suchten ihn zu tödten, ward dem Oberhauptmann kund gethan, wie ganz Jerusalem in Verwirrung stünde.

32. Der nahm alsbald die Kriegsknechte und Hauptleute zu sich, und lief zu ihnen hinab. Da sie nun den Oberhauptmann und die Kriegsknechte sahen, höreten sie auf, Paulum zu schlagen.

33. Da trat der Oberhauptmann hinzu, und faßte ihn an, und befahl ihn mit zwo Ketten zu binden: und fragte, was er für einer wäre, und was er gethan hätte?

34. Da rief einer dieses, der andere jenes in dem Volk. Und dieweil er nichts gewisses erfahren konnte, wegen des Getümmels, so befahl er ihn ins Lager zu führen.

35. Und da er an die Staffeln gekommen war, trug sich zu, daß ihn die Kriegsknechte tragen mußten vor Gewalt des Volkes.

36. Denn es folgete die Menge des Volks, und rief: Hinweg mit diesem.

37. Als nun Paulus jetzt zum Lager hineingeführet wurde, sprach er zu dem Oberhauptmann: Mag ich wohl etwas mit dir reden? Er sprach: Kannst du Griechisch?

38. Bist du nicht der Aegypter, der vor diesen Tagen einen Aufruhr erwecket, und viertausend Meuchelmörder in die Wüste hinausgeführet hat?

39. Und Paulus sprach zu ihm: Ich zwar bin ein Jüdischer Mann, von Tarso in Cilicia, ein Bürger einer nicht

---

℣. 23. *Votum habentes.* Nazareatus, ut vulgo creditur: nec tamen id certum est: aliud enim votum potest intelligi.

℣. 24. *Sanctifica te cum illis.* Seu Paulus ipse idem voviſſet votum, seu quatuor illis qui voverant, adhuc tantummodo, & impensas pro sacrificiis faceret. Neque enim se gessit ut Nazaræum, sed facto suo palam probavit quatuor illorum votum: siquidem Paulus septimum non egerat diem. *Et scient omnes.* Non ergo aliqua Paulo suadetur simulatio, sed vera legis observatio, quam Judæis esse illicitam non docuerat Paulus.

℣. 25. *Judicantes, ut abstineant se ab idolis.* Occurrit objectioni tacitæ. Nam Paulus obtendere poterat Gentilium scandalum, quasi tenerentur servare legalia. Jacobus hanc occupat, & docet jam id scriptum fuisse ad Gentes, ut abstinerent tantum ab Idolothytis, sanguine, & fornicatione, neque eos adstringi lege Mosaica.

℣. 26. *Postera die purificatus.* S. Paulus vel immundus erat a contactu cadaveris, vel alia legali immunditia, juxta præscriptum legis implevit septiduum, ut mundus inchoaret votum Nazaræatus. *Annuntians.* Sacerdotibus, ad hos enim spectat cura ceremoniarum.

℣. 28. *Insuper & Gentiles induxit in templum.* In atrium Judæorum: existimabant Trophinum, quem cum Paulo in civitate viderant, ab eo introductum fuisse in templum.

℣. 30. *Et statim clausæ sunt januæ.* A Janitoribus templi.

℣. 31. *Tribuno cohortis.* Qui arcem Antoniam cum præsidio custodiebat, hic tribunus erat Claudius Lysias, ut infra ex cap. 23. v. 27. colligitur.

℣. 34. *Jussit eum duci in castra.* In arcem.

℣. 37. *Si licet mihi loqui aliquid ad te?* Paulus Græce locutus est, non Syriace; quod audiens Tribunus, statim ait, *Græce nosti?* non interrogando, cum videret eum Græce loqui: unde responsum Pauli non expectat, sed hoc statim in illius mentem venit eum esse Ægyptium, qui ante aliquot dies tumultum excitaverat, de quo Josephus, L. 20. c. 6. & de bello Judaico, L. 2. cap. 13.

nicht unberühmten Stadt. Ich bitte dich aber, laß mir zu, daß ich zum Volk reden möge.

40. Als er es ihm nun zugelassen hatte, stund Paulus auf den Staffeln, und winkte dem Volke mit der Hand, da es nun sehr stille worden, redete er ihnen zu auf Hebräisch, und sprach:

Das zwey und zwanzigste Capitel.

I. Paulus verantwortet sich vor den Jüden, und erzählet seinen Beruf vom Himmel, und Bekehrung zu Christo. 1. II. Als er vermeldet, er sey zu Bekehrung der Heyden gesandt, wollten ihn die Jüden todt haben. 22. III. Da er sollte gegeißelt werden, beruft er sich auf das Römische Bürgerrecht, und wird von der Geißelung befreyet. 25.

1. Ihr Männer, Brüder, und Väter, höret doch meine Verantwortung an euch.

2. Da sie nun höreten, daß er ihnen in der Hebräischen Sprache zuredete, wurden sie noch stiller.

3. Und er sprach: Ich bin ein Jüdischer Mann, zu Tarso in Cilicia gebohren, aber in dieser Stadt erzogen, an den Füßen Gamalielis, nach der Wahrheit des väterlichen Gesetzes unterwiesen, ein Eiferer des Gesetzes, wie ihr auch alle miteinander heutiges Tages seyd:

4. Und ich habe diesen Weg verfolget bis zum Tode, habe gebunden, und in die Kerker überantwortet Männer und Weiber,

5. Wie mir dessen der Hohepriester Zeugniß giebt, sammt allen Aeltesten: von welchen ich auch Briefe genommen habe an die Brüder, und bin gen Damascum gereiset, diejenigen, so da wären, gebunden gen Jerusalem zu bringen, damit sie gestraft würden.

6. Es trug sich aber zu, da ich hinreisete, und nahe bey Damascum kam an dem Mittag, daß mich unversehens ein großes Licht vom Himmel umblickte:

7. Und ich fiel zur Erde, und hörete eine Stimme, die sprach zu mir: Saul, Saul, was verfolgst du mich?

8. Ich aber antwortete: HERR, wer bist du? Und er sprach zu mir: Ich bin JEsus von Nazareth, den du verfolgest.

9. Und die mit mir waren, sahen zwar das Licht wohl, aber sie höreten die Stimme desjenigen nicht, der mit mir redete.

10. Und ich sprach: HErr, was soll ich thun? Der HErr aber sprach zu mir: Stehe auf, und gehe gen Damascum: und daselbst wird man dir von allem sagen, was du thun müssest.

11. Als ich nun vor Klarheit desselbigen Lichtes nicht sehen konnte, ward ich von meinen Gefährten bey der Hand geführet, und kam gen Damascum.

12. Es war aber einer, Ananias genannt, ein Mann der nach dem Gesetz ein gutes Zeugniß hatte von allen Jüden, die da wohneten,

13. Der kam zu mir, und tratt herbey, und sprach zu mir: Saul, lieber Bruder, siehe auf. Und ich sah ihn an in derselbigen Stunde.

14. Er aber sprach: Der GOTT unserer Väter hat dich verordnet, daß du seinen Willen erkennen solltest, und sehen den Gerechten, und hören die Stimme aus seinem Munde:

15. Denn du wirst zu allen Menschen sein Zeuge seyn von allem, was du gesehen und gehöret hast.

16. Und nun was verzieheſt du? stehe auf, und laß dich taufen, und wasche deine Sünden ab, und rufe seinen Namen an.

tæ civitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.

40. Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus † est lingua Hebræa, † *Anno* 58. dicens:

CAPUT XXII.

I. Paulus in sui excusationem narrat suæ conversionis ordinem. 1. II. Vociferantur Judæi ipsum de terra tollendum, eo quod diceret, se a Deo missum ad prædicandum Gentibus. 22. III. A tribuno jussus flagellis cædi & torqueri, liberatus est dicendo se civem Romanum esse. 25.

1. Viri, fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.

2. Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium.

3. Et dicit: Ego sum vir Judæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista civitate, secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & vos omnes estis hodie:

4. Qui *a* hanc viam persecutus sum usque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres, *a Supr.* 8. 3.

5. Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes majores natu, *b* a quibus & epistolas accipiens, ad fratres Damascum pergebam, ut adducerem inde vinctos in Jerusalem, ut punirentur. *b Supr.* 9. 2.

6. Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subito de cœlo circumfulsit me lux copiosa:

7. Et decidens in terram, audivi vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris?

8. Ego autem respondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris.

9. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt ejus, qui loquebatur mecum. *c* *c Infr.* 9.

10. Et dixi: Quid faciam, Domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat facere.

11. Et cum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus a comitibus, veni Damascum.

12. Ananias autem quidam, vir secundum legem testimonium habens ab omnibus cohabitantibus Judæis,

13. Veniens ad me, & astans dixit mihi: Saule frater respice. Et ego eadem hora respexi in eum.

14. At ille dixit: Deus patrum nostrorum præordinavit te, ut cognosceres voluntatem ejus, & videres justum, & audires vocem ex ore ejus:

15. Quia eris testis illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti.

16. Et nunc quid moraris? exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, invocato nomine ipsius.

17. Factum

CAPUT XXII.

℣. 2. *Magis præstiterunt silentium.* Inter alia, quæ Paulo objiciebant, hoc primum erat & præcipuum, quod a Moysis religione defecisset, quodque Gentibus Christi Evangelium prædicasset; mutationem religionis primo loco purgat.

℣. 3. *Secus pedes Gamaliel eruditus juxta veritatem paternæ legis.* Græc. Juxta accuratam rationem, vel rigorem legis Mosaicæ, se Judæum natum esse, in Judaismo educatum, ac zelum suum pro lege ostendit.

℣. 5. *Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit.* Suismet litteris tum ad me datis. *Majores natu.* Gr. Presbyterium, Senatus Judæorum.

℣. 9. *Vocem non audierunt ejus.* Nisi confuse admodum; vel audierunt quidem vocem Pauli, non ejus qui loquebatur cum Paulo, ut mox subjicit.

℣. 13. *Saule frater respice.* Verbum est efficax ejus quod præcipitur, eoque visus est restitutus Paulo, ut Lucæ 18. cum Dominus dixit cæco: *Respice.*

℣. 14. *Deus patrum nostrorum præordinavit te.* Elegit te. *Et videres justum.* Christum scilicet, quem vidit Paulus oculis corporeis, ut ipse testatur 1. Cor. 15. ubi se cum iis annumerat, qui oculati testes fuerunt resurrectionis Christi.

17. Factum est autem revertenti mihi in Je-
† *Anno* 37. rusalem †, & oranti in templo, fieri me in stupore mentis,

18. Et videre illum dicentem mihi: Festina, & exi velociter ex Jerusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me.

d Supr. 8. 3. 19. Et ego dixi: Domine, ipsi sciunt *d*, quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per Synagogas eos, qui credebant in te:

20. Et cum funderetur sanguis Stephani te-
e Supr. 7. 57. stis tui, *e* ego astabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum.

21. Et dixit ad me: Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te.

II. 22. Audiebant autem eum usque ad hoc verbum, & levaverunt vocem suam dicentes: Tolle de terra hujusmodi: non enim fas est eum vivere.

23. Vociferantibus autem eis, & projicientibus vestimenta sua, & pulverem jactantibus in aërem,

24. Jussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, ut sciret, propter quam causam sic acclamarent ei.

III. 25. Et cum astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?

26. Quo audito, Centurio accessit ad tribunum, & nuntiavit ei, dicens: Quid acturus es? hic enim homo civis Romanus est.

27. Accedens autem tribunus, dixit illi: Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam.

28. Et respondit tribunus: Ego multa summa civilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait: Ego autem & natus sum.

29. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit postquam rescivit, quia civis Romanus esset, & quia alligasset eum.

30. Postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur a Judæis: solvit eum, & jussit sacerdotes convenire, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

CAPUT XXIII.

I. Paulus coram concilio principem sacerdotum, qui ipsum jusserat in faciem percuti, dicit parietem dealbatum. 1. *II. Cum diceret se Pharisæum, & de resurrectione mortuorum judicari, orta est inter Pharisæos & Sadducæos dissensio.* 6. *Dominus nocte eum confortat.* 11. *III. Detecta multorum de occidendo Paulo conjuratione.* 12. *Tribunus mittit eum Cæsaream militibus stipatum ad præsidem Felicem.* 22.

† *Eodem anno* 58. 1. Intendens † autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conversatus sum ante Deum usque in hodiernum diem.

2. Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os ejus.

3. Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te

17. Es begab sich aber mit mir, da ich wiederum gen Jerusalem kam, und im Tempel bethete, daß ich im Geist verzucket ward,

18. Und ihn sah, und er sprach zu mir: Eile und ziehe geschwind von Jerusalem hinweg: denn sie werden dein Zeugniß von mir nicht annehmen.

19. Und ich sprach: HErr, sie wissen wohl, daß ich gefangen legte, und hin und wieder in den Schulen mit Ruthen schlug die, so an dich glaubten:

20. Und als des Stephani, deines Zeugen Blut vergossen ward, stund ich auch dabey, und bewilligte, und verwahrte die Kleider derer, die ihn tödteten.

21. Und er sprach zu mir: Gehe hin, ich will dich ferne unter die Heyden schicken.

II. 22. Sie aber höreten ihn an bis auf dieses Wort, und erhuben ihre Stimme, und sprachen: Hinweg mit einem solchen von der Erde: denn es ist nicht billig, daß er leben soll.

23. Da sie aber riefen, und ihre Kleider hinwegwarfen, und Staub in die Luft warfen,

24. Befahl der Oberhauptmann, daß man ihn ins Lager führen, und mit Geißeln schlagen, und peinlich befragen sollte, damit er erfahren möchte, um welcher Ursache willen sie also über ihn schrien.

III. 25. Und als sie ihn mit Riemen angebunden hatten, sprach Paulus zu dem Hauptmann, der dabeystund: Ist euch zugelassen, einen Römischen Menschen, und Unverdammten zu geißeln?

26. Da das der Hauptmann hörete, gieng er zu dem Oberhauptmann, that es ihm zu wissen, und sprach: Was willst du thun? denn dieser Mensch ist ein Römischer Bürger.

27. Da tratt der Oberhauptmann hinzu, und sprach zu ihm: Sage mir, bist du ein Römer? Er aber sprach: Ja.

28. Der Oberhauptmann antwortete: Dieses Bürgerrecht habe ich mit einer großen Summa zuwegengebracht. Und Paulus sprach: Ich aber bin auch also gebohren.

29. Da tratten alsbald von ihm ab, die ihn peinlich befragen sollten. So furchte sich auch der Oberhauptmann, nachdem er erfuhr, daß er ein Römischer Bürger war, wegen daß er ihn gebunden hatte.

30. Am folgenden Tage aber wollte er mit mehrerem Fleiß erkundigen, aus was Ursachen er von den Juden verklagt würde: er machte ihn los, und hieß die Priester, und den ganzen Rath zusammenkommen, und er führete Paulum hervor, und stellete ihn unter sie.

Das drey und zwanzigste Capitel.

I. Paulus verantwortet sich vor dem Rath zu Jerusalem, und wird auf Gebeiß des Hohenpriesters geschlagen. 1. II. Bekennet, er sey ein Pharisäer, und erhält hiedurch der Pharisäer Gunst wider die Sadducäer: wird in der Aufruhr der Gefahr entzogen. 6. Und des Nachts von Christo heimgesuchet, und gestärket. 11. III. Die Juden schwören zusammen, ihn zu tödten, welches dem Oberhauptmann entdecket wird. 12. Darum überschickt ihn Lysias gen Cäsarea dem Landpfleger Felix. 22.

1. Paulus aber sah den Rath an, und sprach: Ihr Männer und Brüder, ich habe mit allem gutem Gewissen vor GOtt gewandelt, bis auf den heutigen Tag.

2. Der Hohepriester Ananias aber befahl denen, die bey ihm stunden, daß sie ihn aufs Maul schlugen.

3. Da sprach Paulus zu ihm: GOtt wird dich schla-

gen

℣. 17. *Factum est autem revertenti. &c. & oranti in templo, fieri me in stupore mentis.* Cum venisset Jerosolymam una cum Barnaba, Actor. 11. Missionis suæ ad Gentes causam affert.

℣. 28. *Ego autem & natus sum.* Siquidem natus est Tharsi, quæ civilitate Romana donata fuerat, quod Cæsaris partes secuta esset, Plinius L. 5. cap. 27. Illud quidem erat civium Romanorum privilegium, ut verberibus cædi, aut in crucem agi non possent, ut docet Brissonius L. 1. Antiquit. Juris Romani cap. 13.

CAPUT XXIII.

℣. 1. *Intendens autem in concilium Paulus.* Gr. Constanter eos intuens, & velut fixis oculis. *Omni conscientia.* De vera justitia loqui videtur, quæ est coram Deo, & citra ullam hypocrisim.

℣. 2. *Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os ejus.* Quasi impium & blasphemum, quod se innoxium diceret, qui totius populi judicio nocens habebatur.

℣. 3. *Percutiet te Deus.* Non dixit: Percutiat te Deus, quasi imprecando, sed percutiet, quasi prædicendo. Quæ verba nec maledictionem, nec contumeliam involvunt, sed eorum quæ futura erant, vaticinium: præter quam sacerdotium illud jam erat inutile, & abrogatum. Unde Paulus vocat eum parietem dealbatum, rem scilicet specie tenus pretiosam, sed quæ re ipsa nullius esset pretii, ut paries e luto & argilla compactus, & calce vel gypso illitus. Huic similis prorsus est Evangelica locutio. *Sepulchra dealbata.* Exterius speciosa, intus plena ossibus: quibus Christi & Pauli verbis Phariseorum & sacerdotum signatur hyprocrisis. Erat Ananias e secta Sadducæorum, & gener Annæ.

gen du getünchte *Wand. Sitzest du, und richtest mich nach dem Gesetz, und heißest mich wider das Gesetz schlagen?

*verweißnete.

4. Die nun dabeystunden, sprachen: Fluchest du dem Hohenpriester GOttes?

5. Paulus aber sprach: Ihr Brüder, ich wußte nicht, daß er der Hohepriester ist. Denn es stehet geschrieben: Dem Obersten deines Volkes sollst du nicht fluchen.

II. 6. Dieweil aber Paulus wußte, daß ein Theil Sadducäer wären, und der andere Theil Pharisäer, rief er im Rath: Ihr Männer und Brüder, ich bin ein Pharisäer, und ein Sohn der Pharisäer, ich werde gerichtet wegen der Hoffnung und Auferstehung der Todten.

7. Und als er das gesagt hatte, erhub sich eine Uneinigkeit zwischen den Pharisäern, und Sadducäern, und die Menge zerspaltete sich.

8. Denn die Sadducäer sagen, daß weder Auferstehung, noch Engel, noch Geist sey: die Pharisäer aber bekennen beydes.

9. Es erhub sich aber ein großes Geschrey. Und etliche von den Pharisäern stunden auf, stritten, und sprachen: Wir finden nichts Böses an diesem Menschen, wie, wenn ein Geist, oder ein Engel mit ihm geredet hätte?

10. Als nun eine große Uneinigkeit entstund, besorgte sich der Oberhauptmann, Paulus möchte von ihnen zerrissen werden, hieß er die Kriegsknechte hinabgehen, und ihn mitten aus ihnen reissen, und ins Lager führen.

11. In der folgenden Nacht aber stund der HErr bey ihm, und sprach: Sey beständig: denn gleichwie du zu Jerusalem von mir bezeuget hast, also mußt du auch zu Rom bezeugen.

III. 12. Da es nun Tag werden, schlugen sich etliche Jüden zusammen, und verschwuren sich, und sprachen: daß sie weder essen noch trinken wollten, bis sie Paulum erwürget hätten.

13. Es waren aber mehr als vierzig Männer, die sich auf diese Weise miteinander verschworen hatten:

14. Und sie traten zu den Hohenpriestern und Aeltesten, und sprachen: Wir haben uns zusammengeschworen, und gelobt, nichts zu kosten, bis wir Paulum erwürget haben.

15. So thut nun ihr dem Oberhauptmann, sammt dem Rath zu wissen, daß er ihn zu euch herausführe, als wolltet ihr ihn ferner verhören. Wir aber sind bereit ihn zu erwürgen, ehe dann er herzunahet.

16. Als nun Pauli Schwestersohn den Anschlag hörete, kam er, und gieng zum Lager hinein, und verkündigte es Paulo.

17. Paulus aber rief einen von den Hauptleuten zu sich, und sprach: Führe diesen Jüngling zu dem Oberhauptmann, denn er hat ihm etwas anzuzeigen.

18. Derselbige nahm ihn zu sich, und führete ihn zum Oberhauptmann, und sprach: Der gefangene Paulus hat mich gebethen, diesen Jüngling zu dir zu führen, denn er habe dir etwas anzuzeigen.

19. Da nahm ihn der Oberhauptmann bey der Hand, gieng mit ihm an einen besondern Ort, und fragte ihn: Was ist es, das du mir anzuzeigen hast?

20. Er aber sprach: Die Jüden sind eins worden, dich zu bitten, daß du morgenden Tages Paulum herausführest in den Rath, als wollten sie ihn ferner verhören:

Deus, paries dealbate. Et tu sedens judicas me secundum legem, & contra legem jubes me percuti?

4. Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis?

5. Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est enim: *a* Principem populi tui non maledices. *a Exod. 22. 28.*

II. 6. Sciens autem Paulus, quia una pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum; exclamavit in concilio: Viri fratres, *b* ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego judicor. *b Philip. 3. 5.*

7. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos, & Sadducæos, & soluta est multitudo.

8. Sadducæi *c* enim dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem utraque confitentur. *c Matth. 22. 23.*

9. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes: Nihil mali invenimus in homine isto, quid si Spiritus locutus est ei, aut Angelus?

10. Et cum magna dissensio facta esset, timens tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, jussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.

11. Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait: Constans esto: sicut enim testificatus es de me in Jerusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

III. 12. Facta autem die collegerunt se quidam ex Judæis, & devoverunt se dicentes: neque manducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum.

13. Erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc conjurationem fecerant:

14. Qui accesserunt ad principes sacerdotum, & seniores, & dixerunt: Devotione devovimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

15. Nunc ergo vos notum facite tribuno cum concilio, ut producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cognituri de eo. Nos vero prius quam appropiet, parati sumus interficere illum.

16. Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intravit in castra, nuntiavitque Paulo.

17. Vocans autem Paulus ad se unum ex Centurionibus, ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum, habet enim aliquid indicare illi.

18. Et ille quidem assumens eum duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogavit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

19. Apprehendens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogavit illum: Quid est, quod habes indicare mihi?

20. Ille autem dixit: Judæis convenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo:

℣. 5. *Dixit autem Paulus: Nesciebam.* Videtur nonnullis ironice dictum, & tamen vere, quia hunc non amplius agnoscebat Paulus ut sacerdotum Principem, cujus jam nullum erat sacerdotium. Sed probabilius videtur Ananiam a Paulo agnitum non fuisse, cum cœtus ille solemnis non esset, nec quicquam fieret ex ordine, sed cuncta tumultuarie. Præter quam Paulus a viginti quatuor, aut circiter annis jam aberat Jerosolyma, quo tantum venerat non diu commoratus, adeo ut Ananiam numquam a se visum non agnoverit. Hinc videtur serio S. Paulum locutum fuisse, dicens: *Principem populi non maledices.* S. Cyprian. L. 1. epist. 8. ait: *Si ita veretus est Pontificem, qui tantum inane nomen & umbram Pontificis gerebat*, Paulus, *quomodo verendi sunt Pontifices Catholici & Romani, quibus sacerdotalis authoritas & potestas de divina dignatione firmatur.*

℣. 6. *De spe, & resurrectione mortuorum ego judicor.* Sic bona arte vitæ & causæ suæ consulit, ac Judices male sociatos inter se committit; dogma de resurrectione Christi, dogmati de resurrectione in universum substituit, hypothesi thesim ipsam.

℣. 9. *Et surgentes quidam Pharisæorum.* Secta Pharisæus, Gamalielis discipulus: hoc quippe vocabulum severioris disciplinæ institutum, non errorem significat: doctrinæ ipsius habita ratione erat Pharisæus, quatenus resurrectionem contra Sadducæos propugnabat.

℣. 12. *Devoverunt se.* Cum juramento vel execratione promiserunt.

℣. 14. *Devotione devovimus.* Græc. Anathemate anathematizavimus.

21. Tu vero ne credideris illis: insidiantur enim ei ex eis viri amplius quam quadraginta, qui se devoverunt non manducare, neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt, expectantes promissum tuum.

22. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens, ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset.

23. Et vocatis duobus Centurionibus, dixit illis: Parate milites ducentos, ut eant usque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, a tertia hora noctis:

24. Et jumenta præparate, ut imponentes Paulum, salvum perducerent ad Felicem præsidem.

25. (Timuit enim ne forte raperent eum Judæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tamquam accepturus pecuniam.)

26. Scribens epistolam continentem hæc: CLAUDIUS Lysias optimo præsidi, Felici, salutem.

27. Virum hunc comprehensum a Judæi, & incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu eripui, cognito, quia Romanus est:

28. Volensque scire causam, quam objiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum.

29. Quem inveni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis.

30. Et cum mihi perlatum esset de insidiis, quas paraverant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus, ut dicant apud te. Vale.

31. Milites ergo secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

32. Et postera die dimissis equitibus, ut cum eo irent, reversi sunt ad castra.

33. Qui cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum.

34. Cum legisset autem, & interrogasset de qua provincia esset: & cognoscens, quia de Cilicia,

35. Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint. Justitque in prætorio Herodis custodiri eum.

CAPUT XXIV.

1. Accusatur Paulus coram Felice a Tertullo Judæorum oratore. 1. II. Negat impacta sibi crimina, confitens se Christianum, & dixisse se de resurrectione mortuorum judicari. 10. III. Felix cum uxore audit Paulum de fide Christiana: sed cum non acciperet a Paulo pecuniam, reliquit eum vinctum successori suo Portio Festo. 24.

† *Eodem Anno* 58.

1. Post quinque autem dies † descendit princeps sacerdotum, Ananias, cum senioribus quibusdam, & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem adversus Paulum.

2. Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam providentiam,

21. Du aber traue ihnen nicht: denn es stellen ihm nach mehr dann vierzig Männer aus ihnen, die sich verschworen haben, nichts zu essen, noch zu trinken, bis sie ihn erwürget haben: und sie sind jetzt schon bereit, und warten auf deine Verheißung.

22. Da ließ der Oberhauptmann den Jüngling von sich, und befahl ihm, er sollte es niemand sagen, daß er ihm dieses kund gethan hätte.

23. Und er foderte zween Hauptleute zu sich, und sprach zu ihnen: machet fertig zweyhundert Kriegsknechte, daß sie gen Cäsaream ziehen, und siebenzig Reiter, und zweyhundert Lanzierer *, auf die dritte Stunde der Nacht:

* Lanzenträger.

24. Bereitet auch die Thiere, daß sie Paulum darauf setzen, und ihn wohlbewahret zu dem Landpfleger Felice führen.

25. (Denn er befürchtete, die Jüden möchten ihn mit Gewalt hinwegnehmen, und tödten, und er müßte hernach die Nachrede leiden, als wann er deswegen Geld bekommen würde.)

26. Und er schrieb einen Brief dieses Inhalts: Claudius Lysias wünschet dem gütigsten Landpfleger Felici Heil.

27. Diesen Mann hatten die Jüden ergriffen, und war an dem, daß sie ihn tödten wollten: da kam ich mit dem Kriegsvolk dazu, und errettete ihn, dieweil ich in Erfahrung kommen, daß er ein Römer ist:

28. Und als ich die Ursache erkundigen wollte, damit sie ihn beschuldigten, führete ich ihn in ihren Rath.

29. So befand ich, daß er wegen etlichen Fragen ihres Gesetzes beschuldiget ward, aber mit keinem Laster behaftet, welches des Todtes, oder der Bande werth wäre.

30. Und als mir kund gethan, daß sie ihm heimlich nach dem Leben stelleten, so habe ich ihn zu dir gesandt, und den Klägern zu wissen gethan, daß sie ihre Anklage bey dir vortragen. Gehab dich wohl.

31. Da nahmen die Kriegsknechte Paulum, wie ihnen befohlen war, und führeten ihn bey der Nacht gen Antipatridem.

32. Am folgenden Tage ließen sie die Reiter mit ihm fortziehen, und kehreten wieder um zum Lager.

33. Da nun dieselbigen gen Cäsaream kamen, überantworteten sie dem Landpfleger den Sendbrief, und stelleten ihm Paulum auch vor.

34. Als aber der Landpfleger den Brief gelesen hatte, fragte er, aus welchem Lande er wäre: und nachdem er vernommen, daß er aus Cilicia wäre,

35. Sprach er: Ich will dich hören, wann deine Ankläger werden angekommen seyn. Und er befahl, ihn im Richthause Herodis zu verwahren.

Das vier und zwanzigste Capitel.

1. Paulus wird vor dem Landpfleger Felice verklaget. 1. II. Er bekennet sich einen Christen, und verantwortet sich, also, daß Felix in der Sache nichts richten will. 10. III. Felix höret Paulum reden vom Glauben an Christum, von der Gerechtigkeit, und Keuschheit, erzittert darüber, und hinterläßt ihn Portio Festo gefangen. 24.

1. Nach fünf Tagen aber reisete der Hohepriester Ananias hinab mit etlichen von den Aeltesten, und mit einem Redner Tertullo: und sie erschienen vor dem Landpfleger wider Paulum.

2. Und als Paulus berufen worden, fieng Tertullus an zu klagen, und sprach: Daß wir durch dich in großem Friede leben, und daß viele Dinge durch deine Vorsichtigkeit gebessert werden,

3. Sol-

¥. 21. *Exspectantes promissum tuum.* Non factum, sed faciendum: nempe promittas cras te Paulum productu um.

¥. 23. *Et lanceariοs.* Sunt hastis instructi milites lancearii, qui S. Paulum perduxerunt Cæsaream, ubi tunc sedes erat præsidis Judææ.

¥. 24. *Ut imponentes Paulum, salvum perducerent ad Felicem præsidem.* Pallantis Liberti & Claudii chari fratrem.

¥. 25. *Timuit enim.* Hic versiculus 25. textui Græco deest, ac nonnullis videtur e margine codicis in textum translatus.

¥. 26. *Optimo præsidi.* Græc. κρατίστῳ. Præstantissimo, potentissimo.

¥. 30. *Ut dicant apud te.* Ut causam suam agant.

¥. 31. *Duxerunt per noctem in Antipatridem.* Urbs erat ab Herode extructa in honorem patris, non procul Cæsarea. Parata erant jumenta ex cap 24. quibus milites insederunt: nam longius distabat Antipatris, quam ut intra unius noctis spatium eo pervenirent, si pedites fuissent.

¥. 35. *Jussitque in prætorio Herodis custodiri eum.* In palatio ab Herode extructo.

CAPUT XXIV.

¥. 1. *Post quinque autem dies.* Ex quo Paulus in carcerem conjectus fuerat.

3. Solches nehmen wir, allergütigster Felix, jederzeit und allenthalben mit aller Danksagung auf.

4. Damit ich dich aber nicht zu lang aufhalte, bitte ich, du wollest uns nach deiner Gütigkeit kürzlich anhören.

5. Wir haben diesen Menschen befunden, daß er gar schädlich ist, und wider alle Jüden in der ganzen Welt Aufruhr erwecket, und der vornehmste Stifter ist der Secte der Nazarener:

6. Der sich auch unterstanden hat, den Tempel zu entheiligen, welchen wir auch ergriffen, und wollten ihn nach unserm Gesetz gerichtet haben.

7. Aber der Oberhauptmann Lysias kam dazu, rettete ihn mit großer Gewalt aus unsern Händen,

8. Und hieß seine Kläger zu dir kommen: von welchen du wirst von allem, weswegen wir ihn verklagen, selbst Bericht einnehmen, und urtheilen können.

9. Die Jüden aber redeten auch dazu, und sprachen, daß diesem also wäre.

II. 10. Paulus aber, nachdem ihm der Landpfleger gewinket, daß er reden sollte, antwortete: Dieweil ich weis, daß du von vielen Jahren her über dieses Volk ein Richter bist, so will ich gutes Muths mich selbst verantworten.

11. Denn du magst wissen, daß es nicht mehr als zwölf Tage sind, daß ich gen Jerusalem hinaufgezogen bin anzubethen:

12. Sie haben mich auch nicht gefunden im Tempel mit jemand disputieren, oder einen Aufruhr machen im Volke, weder in den Schulen,

13. Noch in der Stadt: sie können dir auch die Dinge nicht beweisen, deren sie mich jetzt beschuldigen.

14. Dieses bekenne ich dir aber, daß ich nach der Weise zu leben, die sie eine Ketzerey nennen, also dem Vater, und meinem GOtt diene, daß ich allen dem glaube, was im Gesetz, und in den Propheten geschrieben stehet:

15. Und die Hoffnung zu GOtt habe, darauf sie selbst auch warten, daß eine Auferstehung seyn wird, der Gerechten und Ungerechten.

16. In diesem befleißige ich mich auch selbst, daß ich jederzeit gegen GOtt, und gegen den Menschen ein unanstößiges Gewissen habe.

17. Aber nach vielen Jahren bin ich gekommen, meinem Volke Allmosen zu geben, und Opfer, und Gelübde.

18. Darüber haben sie mich, nachdem ich mich gereiniget, im Tempel gefunden, nicht mit Rumor, oder mit Getümmel.

19. Da waren aber etliche Jüden aus Asia, welche billig allhier bey dir gegenwärtig seyn sollten, und mich verklagen, wenn sie etwas wider mich hätten:

20. Oder laß diese selbst sagen, ob sie einige Ungerechtigkeit an mir gefunden haben, dieweil ich hier vor dem Rath stehe,

3. Semper & ubique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione.

4. Ne diutius autem te protraham, oro, breviter audias nos pro tua clementia.

5. Invenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Judæis in universo orbe, & auctorem seditionis sectæ Nazarenorum:

6. Qui etiam templum violare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare.

7. Superveniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris,

8. Jubens accusatores ejus ad te venire: a quo poteris ipse judicans de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

9. Adjecerunt autem & Judæi, dicentes, hæc ita se habere.

11. 10. Respondit autem Paulus annuente sibi Præside dicere: Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciam.

11. Potes enim cognoscere, quia non plus sunt mihi dies, quam duodecim, ex quo ascendi adorare *a* in Jerusalem: *a Sup.21.26.*

12. Et neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in Synagogis,

13. Neque in civitate: neque probare possunt tibi, de quibus nunc me accusant.

14. Confiteor autem hoc tibi, quod secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deservio Patri, & Deo meo, credens omnibus, quæ in lege, & Prophetis scripta sunt:

15. Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram justorum, & iniquorum.

16. In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper.

17. Post annos autem plures eleemosynas facturus in gentem meam, veni, & oblationes, & vota.

18. In *b* quibus invenerunt me purificatum *b Sup.21.26.* in templo, non cum turba, neque cum tumultu.

19. Quidam autem ex Asia Judæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, si quid haberent adversum me:

20. Aut hi ipsi dicant, si quid invenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio,

21. Nisi

℣. 3. *Suscipimus.* Gr. Amplectimur; vel suscipimus, tuam videlicet providentiam.

℣. 5. *Auctorem seditionis.* Principem sectæ.

℣. 6. *Quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram judicare.* Damnatum tradere præsidi, penes quem erant judicia Capitalia, Judæorum senatui relictum erat jus cognoscendi & judicandi de reo in iis maxime, quæ ad legem pertinebant: hujusmodi erat crimen, quo Paulum accusabant, illud imprimis quod Gentiles induxisset in templum, quodque templi violationem dicebant.

℣. 8. *A quo poteris ipse judicans, de omnibus istis cognoscere.* Græc. Examinans, seu interrogans. Neque enim id negare poterit. Sed forte Tertullus Judæorum patronus non erat adeo imperitus, ut causæ suæ judicium ad Paulum revocaret, quasi se ipsemet reum perageret. Existimat quidem Auctor Analyseos Gallicæ loco, παρ' ὧν, *a quo*, legendum esse παρ' ὧν, *a quibus*, nempe accusatoribus, de quibus proxime verba fecerat, iique erant Ananias & Senatores magni Synedrii, qui non expectarunt, dum interrogarentur, sed ultro confirmarunt, quæ dicta erant a Tertullo. Unde Apostolus v. 19. eos ut testes rejicit, simul id contendit ad Judæos, qui ex Asia venerant, non ad Senatores jus accusandi pertinere. Lectio autem illa, *a quibus*, ad marginem novi Testamenti a Roberto Stephano editi in folio fuit annotata, quæ videtur admodum probabilis, & sensum elicit apertum.

℣. 10. *Ex multis annis te esse judicem genti huic sciens.* Nam multis præfuerat annis Trachonitidi, Batanææ, Gaulanitidi & Judææ ipli ante biennium. Quod si turbas aliquas, aut tumultus commovisset Paulus, Felici ignotum illud esse non potuisset. Deinde Judæorum mores a multis annis perspectos habebat Felix, isque noverat, quam prompti essent ad seditiones & tumultus.

℣. 11. *Potes enim cognoscere.* E testibus.

℣. 12. *Aut concursum.* L. Tumultum, voluit S. Paulus dicere, per illos duodecim dies, quibus hic versor, jam novem in vinculis exegi, quomodo ergo possibile est, ut peregrinus & advena & incomitatus in reliquis paucis diebus tumultum concitaverim?

℣. 14. *Quod secundum sectam.* Gr. ὁδὸν. Viam, institutum, & vivendi rationem *quam vocant hæresim*, seu factionem, aut sectam vitiosam. *Sic deservio Deo & Patri.* Gr. τῷ πατρῴῳ θεῷ. Deo Patrum, seu patrio.

℣. 16. *In hoc & ipse studeo &c.* Propterea, ob eam spem.

℣. 18. *Purificatum.* Dum his rebus vacarem, invenerunt me purificatum, ea purificatione, de qua dictum est cap. 21.

℣. 20. *Cum stem in concilio.* Gr. Cum starem coram Concilio, Synedrio, ubi hæc causa acta fuit. Quod confirmant hæc verba ἐπὶ τοῦ συνεδρίου. Idque proxime sequenti.

21. Nisi de una hac solummodo voce, qua
c *Sup.* 23. 6. clamavi inter eos stans: *c* Quoniam de resurrectione mortuorum ego judicor hodie a vobis.

22. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos.

23. Jussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei.

III. 24. Post aliquot autem dies veniens Felix
d *Sup.* l. 12. cum Drusilla *d* uxore sua, quæ erat Judæa, vocavit Paulum, & audivit ab eo fidem, quæ est in Christum Jesum.

25. Disputante autem illo de justitia, & castitate, & de judicio futuro, tremefactus Felix respondit: Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te.

26. Simul & sperans, quod pecunia ei daretur a Paulo: propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.

† *Anno* 60. 27. Biennio autem expleto, accepit † successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAPUT XXV.

I. Festus non obsequitur Judæis insidiose petentibus, ut Paulus Jerosolymam ducatur: sed Cæsareæ audit ejus accusatores & Pauli responsionem. 1. *II. A Festo requisitus, an vellet de his judicari Jerosolymæ, appellat Cæsarem.* 9. *III. Festus Paul. causam regi Agrippæ indicat, qui ipsum audire cupit.* 13. *IV. Postero die jubente Festo adducitur coram Agrippa & Bernice.* 23.

† *Eodem Anno* 60. 1. Festus ergo cum venisset † in provinciam post triduum ascendit Jerosolymam a Cæsarea.

2. Adieruntque eum principes sacerdotum, & primi Judæorum adversus Paulum: & rogabant eum,

3. Postulantes gratiam adversus eum, ut juberet perduci eum in Jerusalem: insidias tendentes, ut interficerent eum in via.

4. Festus autem respondit: Servari Paulum in Cæsarea: se autem maturius profecturum.

5. Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum.

6. Demoratus autem inter eos dies non amplius quam octo, aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali, & jussit Paulum adduci.

7. Qui cum perductus esset, circumstetерunt eum, qui ab Jerosolyma descenderant Judæi, multas, & graves causas objicientes, quas non poterant probare,

8. Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccavi.

21. Ausgenommen diese einige Stimme, da ich unter ihnen stunde, und schrie: Von wegen der Auferstehung der Todten werde ich heutiges Tages von euch gerichtet.

22. Aber Felix hielt sich auf, als er von diesem Weg gar wohl wußte, und sprach: Wann Lysias der Oberhauptmann herabkommen wird, so will ich euch hören.

23. Und er befahl dem Hauptmann, ihn zu bewahren, und Ruhe zu haben, und niemand von den Seinen zu wehren, ihm zu dienen.

III. 24. Nach etlichen Tagen aber kam Felix mit Drusilla seinem Weibe, die eine Jüdinn war, und foderte Paulum, und hörete von ihm den Glauben, der an JEsum Christum ist.

25. Da er aber von der Gerechtigkeit, und von der Keuschheit, und von dem künftigen Gerichte redete, erzitterte Felix, und antwortete: Für diesesmal magst du hingehen: ich will dich aber zu gelegener Zeit wiederum zu mir rufen.

26. Er hoffte aber zugleich, es sollte ihm Geld von Paulo gegeben werden: darum er ihn auch oft zu sich foderte, und mit ihm redete.

27. Nachdem aber zwey Jahre vollendet waren, kam an Statt des Felicis Portius. Felix aber wollte den Jüden eine Gunst erzeigen, und hinterließ Paulum gefangen.

Das fünf und zwanzigste Capitel.

I. Paulus wird abwesend vor Festo zu Jerusalem, hernach in Cäsarea anwesend verklaget. 1. II. Da ihn Festus fraget, ob er sich zu Jerusalem für Gericht stellen wolle, beruset er sich auf den Kayser. 9. III. Der König Agrippa, nach eingenommenem Bericht von Festo: 13. IV. Kömmt selbst in das Richthaus zu Cäsarea, die Verhörung Pauli vorzunehmen. 23.

1. Da nun Festus ins Land gekommen war, zog er nach dreyen Tagen von Cäsarea hinauf gen Jerusalem.

2. Und die Hohenpriester, sammt den Vornehmsten unter den Jüden ersuchten ihn wider Paulum: und bathen ihn,

3. Und begehrten Gunst wider ihn, daß er befehlen wollte, ihn gen Jerusalem zu bringen: und sie stelleten ihm nach, daß sie ihn unter Weges erwürgen möchten.

4. Festus aber antwortete: Paulus werde ja zu Cäsarea verwahret: er aber werde bald wieder dahinreisen.

5. Welche nun unter euch, sprach er, können, die mögen zugleich hinabziehen, und so einiges Laster an dem Mann ist, ihn verklagen.

6. Nachdem er sich aber unter ihnen nicht länger dann acht oder zehen Tage aufgehalten hatte, zog er hinab gen Cäsaream, und des andern Tages setzte er sich auf den Richtstuhl, und befahl Paulum vor sich zu bringen.

7. Als er nun dahingebracht war, tratten die Jüden rings um ihn her, welche von Jerusalem hinabgekommen waren, und brachten viele schwere Sachen wider ihn hervor, die sie nicht beweisen konnten,

8. Dieweil Paulus sich also verantwortete: Ich habe noch wider das Gesetz der Jüden, noch wider den Tempel, noch wider den Kayser etwas gesündiget.

℣. 21. *Nisi de una.* Nec Paulus de tribunali præsidis potuit aut dicere, aut cogitare, cum Tertullus & Judæi eum accusaverint ut pestiferum & seditiosum hominem. Concilium igitur illud non aliud est, quam Synedrium, in quo steterat Paulus; ac verba illa, *cum starem*, ad præteritum, *invenerunt*, optime referri possunt.

℣. 22. *Certissime sciens de via hac.* An de instituto Christianorum, & de Pauli moribus? Vox illa *dicens*, per parenthesim intelligi potest, adeo ut responsum incipiat ab his verbis, *certissime sciens*, cum de hac secta diligentius inquisiero, & tribunus Lysias descenderit.

℣. 23. *Jussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem.* Gr. ἄνεσιν. Relaxationem: jussit eum mitius tractari.

℣. 24. *Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla uxore sua.* Soror erat Agrippæ Junioris, neptis Antonii & Cleopatræ, ex horum filia Cypria nomine Drusilla videtur cognomen sortita a Druso patre Claudii. Hæc relicto marito Azizo Emesenorum Rege, & circumciso, duxerat Felicem, idque contra legem. Hic per omnem sævitiam ac libidinem jus regium servili ingenio exercebat, cuncta maleficia sibi licere ratus, ait Tacitus.

℣. 25. *Disputante autem illo de justitia, & castitate, & de judicio futuro.* Cum Felix vitiis oppositis deditus esset, cumque has virtutes Christiana religio imprimis commendet, ideo tremuit.

℣. 26. *Simul & sperans, quod pecunia detur a Paulo.* Quod Paulum inter Christianos Principem esse existimaret, & audiisset eleemosynas ab eo allatas fuisse Jerosolymam.

℣. 27. *Biennio autem expleto.* Vel a captivitate Pauli, vel a præfectura Felicis, in Judæa. *Judæis*, quibus exosus erat, & a quibus fuit accusatus, & ad Neronem missus a Festo ejus successore: sed Pallantis fratris potentia fultus pœnas debitas non dedit.

CAPUT XXV.

℣. 5. *Qui — potentes sunt.* Vox Græca utrumque significare potest, cum eos, qui apti sunt ad dicendum & probandum, tum illos qui commode possunt & sine rerum suarum detrimento eo se conferre.

℣. 8. *Neque peccavi in templum.* Ut impius. *Neque in Cæsarem.* Ut seditiosus.

II. 9. Festus aber wollte den Jüden Gunst erzeigen, und antwortete Paulo, und sprach: Willst du hinauf gen Jerusalem, und dich daselbst über diese Dinge vor mir richten lassen?

10. Paulus aber sprach: Ich stehe vor dem Richterstuhl des Kayser, da muß ich gerichtet werden: den Jüden habe ich kein Leid gethan, wie dir am besten bewußt ist.

11. Denn habe ich sie beleidiget, oder etwas begangen, das des Todes werth ist, so weigere ich mich nicht zu sterben: ist aber der Dinge keines wahr, deren sie mich beschuldigen, so kann mich niemand ihnen übergeben. Ich berufe mich auf den Kayser.

12. Da unterredete sich Festus mit dem Rath, und antwortete: Hast du dich auf den Kayser berufen? zum Kayser sollst du ziehen.

III. 13. Nachdem aber etliche Tage verlaufen waren, kamen der König Agrippa, und Bernice hinab gen Cäsaream, Festum zu begrüßen.

14. Als sie sich nun viele Tage daselbst aufhielten, that Festus von Paulo Meldung bey dem Könige, und sprach: Es ist ein Mann von Felice in Verhaftung hinterlassen,

15. Um welches willen die Hohenpriester und Aeltesten der Jüden mich ersuchten, da ich zu Jerusalem war, und begehrten das Urtheil wider ihn.

16. Ich antwortete ihnen: Es ist der Römer Gewohnheit nicht, einen Menschen zu verdammen, ehe dann derselbige, der angeklaget wird, seine Kläger gegenwärtig habe, und Raum bekomme, sich gegen die Anklage zu verantworten.

17. Da sie nun ohne einigen Verzug hieher zusammenkamen, setzte ich mich am folgenden Tage zu Gerichte, und befahl den Mann beyzuführen.

18. Von welchem die Kläger, nachdem sie aufgetreten waren, keine Sache hervorbrachten, daraus ich etwas Böses vermuthete:

19. Sie hatten aber etliche Fragen wider ihn von ihrem Aberglauben, und von einem verstorbenen JESU, von welchem Paulus sagte, daß er leben soll.

20. Als ich aber solcher Frage halber im Zweifel stund, sagte ich, ob er gen Jerusalem reisen wollte, und daselbst von wegen dieser Dinge sich richten lassen?

21. Da sich aber Paulus berief, daß er auf des Kaysers Erkenntniß behalten werden möchte, befahl ich ihn zu verwahren, bis ich ihn zum Kayser schicke.

22. Agrippa aber sprach zu Festo: Ich wollte den Menschen auch gern hören. Er sprach: Morgen sollst du ihn hören.

23. Des andern Tages aber, nachdem Agrippa und Bernice mit großem Gepränge gekommen, und zum Richthause hineingegangen waren, mit den Oberhauptleuten, und vornehmsten Männern der Stadt, ward Paulus auf Festi Geheiß hinzugeführet.

24. Und Festus sprach: Agrippa, lieber König, und ihr Männer alle, die ihr mit uns allhier zugegen seyd, da sehet ihr den Menschen, um welchen mich die ganze Menge der Jüden zu Jerusalem ersuchet, und gebethen hat, und zugeschrien, er müsse nicht länger leben.

25. Ich habe gleichwohl befunden, daß er nichts begangen hat, das des Todes werth sey. Dieweil er sich aber selbst auf den Kayser berufen hat, so habe ich beschlossen ihn dahinzuschicken.

26. Nun habe ich nichts beständiges von ihm, das ich

II. 9. Festus autem volens gratiam præstare Judæis, respondens Paulo, dixit: Vis Jerosolymam ascendere, & ibi de his judicari apud me?

10. Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet judicari: Judæis non nocui, sicut tu melius nosti.

11. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si vero nihil est eorum, quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem apello.

12. Tunc Festus cum concilio locutus, respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.

III. 13. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex, & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.

14. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicavit de Paulo, dicens: Vir quidam est derelictus a Felice vinctus,

15. De quo, cum essem Jerosolymis, adierunt me principes sacerdotum, & seniores Judæorum, postulantes adversus illum damnationem.

16. Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

17. Cum ergo huc convenissent sine ulla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, jussi adduci virum.

18. De quo, cum stetissent accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum:

19. Quæstiones vero quasdam de sua superstitione habebant adversus eum, & de quodam Jesu defuncto, quem affirmabat Paulus vivere.

20. Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione, dicebam, si vellet ire Jerosolymam, & ibi judicari de istis?

21. Paulo autem appellante, ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Cæsarem.

22. Agrippa autem dixit ad Festum: Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

23. Altera autem die, cum venisset Agrippa, & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus civitatis, jubente Festo, adductus est Paulus.

24. Et dicit Festus: Agrippa rex, & omnes, qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me Jerosolymis petentes & acclamantes, non oportere eum vivere amplius.

25. Ego vero comperi nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, judicavi mittere.

26. De quo, quid certum scribam domino, non

℣. 10. *Ad tribunal Cæsaris sto.* Jus appellandi erat civis Romani privilegium. Hinc discimus licitam esse appellationem non audita Judicis inferioris sententia, cum ille suspectus est.

℣. 11. *Nemo potest me illis donare.* Ut pro arbitratu suo in me sæviant.

℣. 13. *Agrippa rex.* Filius Agrippæ ab Angelo percussi, Rex Chalcidis & Trachonitidis. *Et Bernice,* Soror Agrippæ, quæ patruo suo Herodi dicto nupserat primum, tum Polemoni Ciliciæ Regi, ex Josepho, L. 20. c. 5. Hæc postea placuit Vespasiano, ac prope abfuit, ut nuberet Tito.

℣. 18. *Nullam causam deferebant.* Nullum crimen, aut culpam flagitiosam proferebant, uti esset seditionis, aut rebellionis, de quibus suspicabar ipsum reum agi.

℣. 19. *Quæstiones vero quasdam de sua superstitione habebant adversus eum.* Vox Græca a nonnullis ut anceps accipitur, ita, ut & superstitionem & religionem significare possit.

℣. 21. *Ad Augusti cognitionem.* Per Augustum intelligitur Nero, quia quilibet Imperator in gratam primorum antecessorum memoriam usurpabat nomen Cæsaris & cognomen Augusti, quod venerandum significat, & sancte colendum.

℣. 23. *Cum multa ambitione.* Cum apparatu magno.

℣. 26. *Scribam domino.* Dominus titulus erat Imperatorum, adeo sublimis, ut Augustus Dione & Tertulliano testibus, illum recusarit se indignum tanto nomine reputans.

non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maxime ad te, rex Agrippa, ut interrogatione facta habeam quid scribam:

27. Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & causas ejus non significare.

CAPUT XXVI.

I. Paulus coram Agrippa suam causam defendit, referens suæ ad Christum conversionis ordinem, & se Judæis ac Gentibus prædicasse. 1. *II. Festo ipsum ex nimia scientia insanire dicenti respondet, quod optet omnes esse Christianos.* 24. *III. Agrippa dicit eum potuisse dimitti, nisi Cæsarem appellasset.* 30.

† *Eodem anno 60.*

1. Agrippa vero ad Paulum † ait: Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere:

2. De omnibus, quibus accusor a Judæis, Rex Agrippa, æstimo me beatum, apud te cum sim defensurus me hodie,

3. Maxime te sciente omnia, & quæ apud Judæos sunt consuetudines, & quæstiones: propter quod obsecro patienter me audias,

4. Et quidem vitam meam a juventute, quæ ab initio fuit in gente mea in Jerosolymis, noverunt omnes Judæi:

5. Præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus.

6. Et nunc in spe, quæ ad patres nostros repromissionis facta est a Deo, sto judicio subjectus:

7. In quam duodecim tribus nostræ, nocte ac die deservientes, sperant devenire: de qua spe accusor a Judæis, rex.

8. Quid incredibile judicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?

9. Et ego quidem existimaveram, me adversus nomen JESU Nazareni debere multa contraria agere:

a Supr. 8. 3. 10. Quod *a* & feci Jerosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, a principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiam.

11. Et per omnes Synagogas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar usque in exteras civitates.

b Supr. 9. 2. 12. In quibus *b* dum irem Damascum cum potestate, & permissu principum sacerdotum,

13. Die media in via, vidi, rex, de cœlo, supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos, qui mecum simul erant.

14. Omnesque nos cum decidissemus in terram, audivi vocem loquentem mihi Hebraica lingua: Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.

15. Ego autem dixi: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Jesus, quem tu persequeris.

16. Sed exurge, & sta super pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, ut constituam te

dem Herrn zuschreiben möge. Derowegen habe ich ihn zu euch hervorgeführet, und allermeist zu dir, o König Agrippa! daß ich nach gehaltener Erforschung etwas zu schreiben habe:

27. Denn es dünket mich ein ungereimtes Ding zu seyn, einen Gefangenen zu schicken, und die Ursache wider ihn nicht anzuzeigen.

Das sechs und zwanzigste Capitel.

I. Paulus erzählet vor Agrippa und Felice seinen Wandel von Jugend auf, und seinen göttlichen Beruf, und verantwortet sich. 1. II. Festus hält ihn für unsinnig, wegen Ueberfluß der Wissenschaft. 24. III. Agrippa erkennet ihn für unschuldig, und freylässig, wenn er sich nicht auf den Kayser berufen hätte. 30.

1. Agrippa aber sprach zu Paulo: Es wird dir erlaubet für dich selbst zu reden. Da streckte Paulus die Hand aus, und fieng an sich zu verantworten:

2. Ich achte mich glückselig, König Agrippa, daß ich mich heutiges Tages bey dir verantworten soll, wegen allem dem, worüber ich von den Jüden beschuldiget werde,

3. Allermeist, dieweil dir alle Gebräuche und Fragen der Jüden bekannt sind: derowegen bitte ich, du wollest mich mit Geduld anhören,

4. Und zwar mein Leben von Jugend auf, wie das von Anfang unter meinem Volke zu Jerusalem gewesen ist:

5. Als die auch zuvor erkannt haben, (wenn sie es anders bekennen wollen) daß ich nach der allergewissesten Secte unsers Glaubens, als ein Pharisäer gelebet habe.

6. Und nun stehe ich, und werde gerichtet, wegen der Hoffnung auf die Verheißung, welche unsern Vätern von GOtt geschehen ist:

7. Zu welcher unsere zwölf Stämme vertrauen zu kommen, derowegen sie Tag und Nacht ämsig GOTT dienen: um dieser Hoffnung willen, Herr König, werde ich von den Jüden angeklaget.

8. Warum wird das für unglaubig bey euch gehalten, daß GOtt die Todten auferwecket?

9. Und ich zwar vermeynte auch, ich müßte dem Namen JESU von Nazareth vieles zuwiderthun:

10. Das ich zu Jerusalem auch gethan habe, und habe viele der Heiligen in die Kerker verschlossen, nachdem ich von den Hohenpriestern Macht bekommen habe: und wann sie getödtet wurden, brachte ich das Urtheil.

11. Ich peinigte sie auch oft in allen Schulen, und zwang sie zu lästern: und ich wüthete über die Maaße wider sie, und verfolgte sie bis in fremde Städte.

12. Ueber welches, als ich gen Damascum reisete, mit Macht und Befehl der Hohenpriester,

13. Sahe ich, Herr König, am hellen Mittag auf dem Wege, daß mich und diejenigen, so mit mir waren, ein Licht vom Himmel umleuchtete, das heller war, dann der Sonnenglanz.

14. Und da wir alle zur Erde gefallen, hörte ich eine Stimme in Hebräischer Sprache zu mir sagen: Saul, Saul, was verfolgest du mich? es ist dir schwer wider den Stachel zu tretten.

15. Ich aber sprach: HERR, wer bist du? Der HERR aber sprach: Ich bin JESUS, den du verfolgest.

16. Aber stehe auf, und tritt auf deine Füße: denn deswegen bin ich dir erschienen, daß ich dich zum Diener verord-

CAPUT XXVI.

℣. 5. *Præscientes me ab initio.* Qui noverunt me jam ab adolescentia, antequam essem Christianus. *Secundum certissimam sectam.* Exactissimam, in Græco vox est αἱρεσις, quod tum generale erat vocabulum omnem sectam significans: sed apud Christianos tunc cœpit specialem & vitiosam habere significationem.

℣. 6. *Et nunc in spe.* Ob spem, seu per Christum partam salutem: spes enim pro re sperata hic accipitur.

℣. 7. *In quam duodecim tribus nostræ &c. sperant devenire.* Non Pharisæi solum, sed omnes Israelitæ salutem suam sperant per Messiam se consecuturos. *De qua ipse accusor.* Quod Jesum esse Messiam affirmem, Judæi vero id negent.

℣. 8. *Quid incredibile judicatur apud vos?* An illud est incredibile Deum omnipotentem, qui cuncta e nihilo creavit, Jesum a mortuis excitasse? *Quid mirum*, ait S. Gregorius hom. 26. in Evang. *si ossa, nervos, carnem, capillosque reducat ex pulvere, qui lignum, folia, fructus in magna arboris mole, ex parvo quotidie semine reflaurat?*

℣. 10. *Detuli sententiam.* Latam a Judicibus detuli ad eos, quorum erat illam executioni mandare.

℣. 12. *In quibus.* Civitatibus, dum hæc agerem. *Cum permissu.* Cum procuratione.

℣. 16. *Et eorum, quibus apparebo tibi.* Gr. Quorum causa apparebo tibi: ut scilicet ea te doceam; unde Christus sæpe Paulo apparuit.

verordne, und zum Zeugen der Dinge, die du gesehen hast: und die ich dir noch offenbaren werde.

17. Und ich will dich erretten von diesem Volke, und von den Heyden, unter welche ich dich jetzt sende,

18. Ihre Augen aufzuthun, damit sie sich von der Finsterniß zum Licht, und von der Gewalt des Satans zu GOTT bekehren, auf daß sie Vergebung der Sünden erlangen, und das Erbtheil unter * den Heiligen, durch den Glauben an mich. * mit

19. Derowegen, O König Agrippa, war ich gegen der himmlischen Erscheinung nicht unglaubig:

20. Sondern ich verkündigte erstlich denen, welche zu Damasco sind, und zu Jerusalem, und in allen Landschaften des Jüdischen Landes, auch den Heyden, daß sie Buße thäten, und sich zu GOtt bekehreten, und thäten rechtfertige Werke der Buße.

21. Aus dieser Ursache haben mich die Juden ergriffen, als ich im Tempel war, und unterstunden sich, mich zu tödten.

22. Aber durch Beystand der Hülfe GOttes stehe ich annoch bis auf den heutigen Tag, und bezeuge dem Kleinen und dem Großen, und sage nichts außer dem, was die Propheten geredet haben, und Moyses, das sich zutragen würde,

23. Nämlich, daß Christus leiden würde, und der Erste seyn aus der Auferstehung von den Todten, und daß er dem Volk, und den Heyden das Licht verkündigen würde.

II. 24. Da er dieses redete, und sich verantwortete, sprach Festus mit lauter Stimme: Paule, du bist unsinnig: die große Kunst machet dich unsinnig.

25. Und Paulus sprach: Ich bin nicht unsinnig, mein guter Feste, sondern ich rede wahrhaftige und vernünftige Worte.

26. Denn der König weißt von diesen Dingen, zu welchem ich auch standhaftig rede: denn ich halte es dafür, daß ihm nichts von diesen Dingen verborgen sey: dieweil nichts hievon im Winkel geschehen ist.

27. Glaubest du König Agrippa den Propheten? Ich weis, daß du glaubest.

28. Agrippa aber sprach zu Paulo: Es fehlet nicht viel, so überredest du mich, daß ich ein Christ werde.

29. Und Paulus sprach: Ich wünsche von GOtt, es fehle gleich wenig, oder viel, daß nicht allein du, sondern auch alle, die mich hören heutiges Tages, solche würden, wie ich, ausgenommen diese Bande.

III. 30. Da stund der König auf, und der Landpfleger, sammt der Bernice, und die bey ihnen saßen.

31. Und nachdem sie beyseits getretten waren, redeten sie miteinander, und sprachen: Dieser Mensch hat nichts begangen, das des Todes, oder der Bande werth sey.

32. Agrippa aber sprach zu Festo: Man hätte diesen Menschen können loslassen, wenn er sich nicht auf den Kayser berufen hätte.

Das sieben und zwanzigste Capitel.

I. Paulus wird neben andern Gefangenen einem Hauptmann überliefert, daß er nach Rom geführet werd:, und kömmt zu Creta an. 1. II. Sagt den Sturm auf dem Meer zuvor, und warnet, wiewohl ver-

ministrum, & testem eorum, quæ vidisti, & eorum, quibus apparebo tibi.

17. Eripiens te de populo, & gentibus, in quas nunc ego mitto te,

18. Aperire oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter sanctos per fidem, quæ est in me.

19. Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni:

20. Sed *c* his, qui sunt Damasci primum, & Jerosolymis, & in omnem regionem Judææ, & Gentibus annuntiabam, ut pœnitentiam agerent, & converterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. *c Supr. 9. 20.*

21. Hac ex causa me Judæi, cum essem in templo, *d* comprehensum tentabant interficere. *d Sup. 21. 31.*

22. Auxilio autem adjutus Dei usque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque majori, nihil extra dicens quam ea, quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses,

23. Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo, & Gentibus.

II. 24. Hæc loquente eo, & rationem reddente, Festus magna voce dixit: Insanis Paule: multæ te litteræ ad insaniam convertunt.

25. Et Paulus: Non insanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor.

26. Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror: neque enim in angulo quidquam horum gestum est.

27. Credis rex Agrippa prophetis? Scio, quia credis.

28. Agrippa autem ad Paulum: In modico suades me Christianum fieri.

29. Et Paulus: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.

III. 30. Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis.

31. Et cum secessissent, loquebantur ad invicem, dicentes: Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste.

32. Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAPUT XXVII.

I. Paulus a Julio ducitur Romam, navigans per varia loca, adversante vento, pervenit ad quemdam in Creta locum. 1. *II. Paulus prædicit periculosam fore navigatio-*

℣. 17. *Eripiens de populo.* Ita ut evadas mortem a Judaico populo tibi intentatam: licet multa esses passurus.

℣. 18. *Aperire oculos eorum.* Deus aperit ut causa princeps, Doctores ut ministri. *Per fidem, quæ est in me.* Quæ est initium justificationis.

℣. 20. *Digna pœnitentiæ opera facientes.* Non solam fidem, sed & bona opera ad justificationem requirit Apostolus.

℣. 22. *Nihil extra dicens quam ea, quæ Prophetæ locuti sunt.* Non quod nihil præter Scripturas doceri, vel credi oporteat; sed ut Paulus nihil extra Prophetas, ita & nos nihil extra Apostolos, ut dogma fidei tradimus, nihil quod non acceptum sit ab Apostolis, & ab Ecclesia propositum. *Et Moyses.* Propter ejus excellentiam: seperatim eum nominat ut Prophetarum præcipuum.

℣. 23. *Si passibilis Christus.* Græc. παθητὸς. Erasmus vertit *passurus*: nam verbale interdum ponitur pro participio: atque is est Hebraismus non infrequens.

℣. 24. *Multæ litteræ ad insaniam te convertunt.* Verum est, pertinax studium, teste Aristotele, Melancholiam adauget, hinc dicitur Platonem, Socratem &c. laborasse Melancholia: at sæpissime insanum est mundi judicium; uti etiam hic cum S. Paulo contigit: nam si viderit zelosos, vereque divinos viros, insigni contemptu stultos, stolidos, & insanos vocat, ne doctrinæ ipsorum & moribus se accommodare teneatur; sed deprehendent hujusmodi aliquando errorem suum, utinam non sero nimis, fatentes: *Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Sap. 5. ℣. 4.

℣. 28. *In modico suades me Christianum fieri.* Propemodum suades me Christianum fieri; ac subinde respondit Agrippa aulicorum more irridendo, sed Paulus serio instat.

℣. 29. *Opto apud Deum & in modico.* Non solum te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie, tales fieri, qualis ego sum, non ut aliquantulum, sed ut omnino talis sis, qualis ego sum. In quo quidem zelum suum pro animarum salute declarat. Græce *in parvo & in multo*, seu per omnem modum. *Exceptis his vinculis.* Non putandum, quod S. Paulus doleat de vinculis, sed magis exultare solebat; sed, quod Rex Agrippa pompis adhuc sæculi involutus, necdum capax esset sublimioris sapientiæ, dolnit. S. Chrysost. hom. 52.

gationem. 9. Et patiuntur ingentem tempestatem. 14. III. Paulus narrat factam sibi de omnium salute revelationem, ergo cibum sumunt: & passi naufragium omnes evadunt incolumes. 21.

† *Eodem anno 60.*

1. Ut autem † judicatum est navigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodiis centurioni nomine Julio cohortis Augustæ:

a 2. *Cor.* 11. 25.

2. *a* Ascendentes navim Adrumetinam, incipientes navigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.

3. Sequenti autem die devenimus Sidonem. Humane autem tractans Julius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere.

4. Et inde cum sustulissemus, subnavigavimus Cyprum, propterea quod essent venti contrarii,

5. Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ navigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ:

6. Et ibi inveniens centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, transposuit nos in eam.

7. Et cum multis diebus tarde navigaremus, & vix devenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnavigavimus Cretæ, juxta Salmonem.

8. Et vix juxta navigantes, venimus in locum quemdam, qui vocatur Boniportus, cui juxta erat civitas Thalassa.

II. 9. Multo autem tempore peracto, & cum jam non esset tuta navigatio, eo quod & jejunium jam præteriisset, consolabatur eos Paulus,

10. Dicens eis: Viri, video, quoniam cum injuria, & multo damno non solum oneris, & navis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse navigatio.

11. Centurio autem Gubernatori & nauclero magis credebat, quam his, quæ a Paulo dicebantur.

12. Et cum aptus portus non esset ad hiemandum, plurimi statuerunt consilium navigare inde, si quomodo possent, devenientes Phœnicen, hiemare, portum Cretæ respicientem ad Africum, & ad Corum.

13. Aspirante autem Austro æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam.

14. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo.

gebens, für Schiffbruch. 9. Ein großes Ungestüm erhebet sich auf dem Meer. 14 III. Paulus tröstet die Schiffer, und weissaget durch eine göttliche Offenbarung, daß alle nach dem Schiffbruch mit dem Leben davonkommen werden, wie dann auch geschehen. 21.

1. Nachdem es aber beschlossen war, daß er in Wälschland schiffen sollte, übergaben sie Paulum, sammt den andern Gefangenen, einem Hauptmann, mit Namen Julius, von der kayserlichen Schaar: * * Rom.

2. Also tratten wir ins Schiff von Adrumet, und fiengen an um die Oerter in Asia zu schiffen, und fuhren vom Lande, und Aristarchus, der aus Macedonia war, von Thessalonica *, blieb bey uns. * Thessalonicher.

3. Und des andern Tages kamen wir gen Sidon. Julius aber hielt sich freundlich mit Paulo, und erlaubte ihm zu seinen Freunden zu gehen, und seiner zu pflegen.

4. Und als wir von dannen abfuhren, schifften wir unter Cypern hin, darum, daß uns die Winde zugegen waren,

5. Und da wir über das Meer an Cilicia und Pamphilia gefahren waren, kamen wir gen Lystram, welche in Lycia gelegen ist:

6. Und daselbst fand der Hauptmann ein Schiff von Alexandria, das in Wälschland fuhr, und übersetzte uns in dasselbige.

7. Als wir nun viele Tage langsam fuhren, und kaum gegen Gnidum gekommen waren, (denn der Wind wehrete uns) schifften wir unter Creta hin, neben der Stadt Salmone.

8. Und da wir kaum vorübergeschiffet waren, kamen wir an einen Ort, das Guthaf genennet wird, dabey war nahe die Stadt Thalassa.

II. 9. Als aber viele Zeit vorübergegangen, und die Schiffarth nunmehr gefährlich war, darum, daß auch die Fasten schon vorüber war, tröstete sie Paulus,

10. Und sprach zu ihnen: Ihr Männer, ich sehe, daß hinfüro die Schifffahrt mit Beleidigung, und großem Schaden seyn wird, nicht allein der geladenen Güter, und des Schiffs, sondern auch unserer Seelen.

11. Aber der Hauptmann glaubte dem Steuermann, und Schiffherrn vielmehr, als demjenigen, was von Paulo gesagt ward.

12. Und dieweil der Hafen unbequem war, allda zu überwintern, wurden sie mehrentheils zu Rath, von dannen zu fahren, ob sie einigermassen gen Phönicien kommen möchten, allda zu wintern, das ein Hafen in Creta ist, gegen Südwest, und Nordwest gelegen.

13. Dieweil aber der Südwind ziemlich wehete, vermeynten sie, ihr Vornehmen zu erhalten, und fuhren von Asson ab, und schifften an Creta her.

14. Aber nicht lange hernach erhub sich wider das Schiff ein Windesbrauß, so der Ostwind genennet wird.

15. Da

CAPUT XXVII.

℣. 1. *Et tradi Paulum cum reliquis custodiis.* Vinctis, qui metonymice ita dicuntur a Suetonio in Domitiano, uti & a Jurisconsultis. *Cohortis Augustæ.* Ex legione Augustæ, seu Imperatricis: cohortes enim nominibus legionum, non propriis, signari solebant. Non cohors tota, sed pars illius huic custodiæ fuit destinata.

℣. 2. *Ascendentes navem Adrumetinam.* Adrumetum est urbs maritima Africæ. Aliis tamen videtur urbem hoc loco designari in Æolide, seu in Mysia, quam Stephanus Adramitteum vocat. In Græco textu est Adramytina: idque videtur probabilius, cum navis Adrumetina non Asiæ littora legere, sed ad sinistram versus Ægyptum flectere debuisset, aut medio mari se committere. *Sustulimus.* Anchoram solvimus, vela dedimus. Et quidem navis mutata est, cum Asiæ minoris relicta est navigatio. *Circa Asiæ loca.* Syrus, ad Asiæ loca navigaturi.

℣. 3. *Permisit ad amicos ire, & curam agere.* Corpus fessum curare, quæque erant navigationi necessaria, parare.

℣. 4. *Subnavigavimus Cyprum.* Non recto itinere, præternavigavimus, sed circuitu quodam infra Cyprum Insulam uti coacti sumus.

℣. 5. *Venimus Lystram.* Quæ est urbs Lyciæ, & patria Timothei. Hæc late sumpta Lycaoniam complectitur ex Stephano. Gr. εἰς Μύρα, quæ est Lyciæ civitas ad mare: Lystra vero in continenti sita est, & in Lycaonia. Unde non desunt, qui putent Vulgatam hoc in loco ad textum Græcum corrigi oportere.

℣. 7. *Et vix devenissemus contra Gnidum.* Est Asiæ promontorium Cretæ objectum. *Adnavigavimus Cretæ.* Juxta Cretam. *Juxta Salmonem.* Ex Strabone, L. 2. est promontorium Cretæ orientale.

℣. 8. *Cui juxta erat civitas Thalassa.* In quodam MS. legitur Ἀλασσά. Nusquam enim occurrit civitas nomine Thalassa: quæ urbs erat in Cretæ littore juxta Gaignæum.

℣. 9. *Eo quod & jejunium jam præteriisset.* Jejunium solemne mensis Tisri, quod absolute dicitur jejunium; tumque jam minus tuta erat navigatio. *Consolabatur eos Paulus.* Græc. *Exhortabatur*, Syrus, *Consilium dabat*, nempe de intermittenda navigatione.

℣. 12. *Portum Cretæ respicientem ad Africum.* Ventus est inter Austrum, & Occidentem, isque flat ab occasu brumali. *Et ad Corum.* Qui ab occasu æstivo.

℣. 13. *Cum sustulissent de Asson.* Locus est prope positus. *Legebant Cretam.* Cretæ oram quam proxime legebant.

℣. 14. *Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus.* Gall. vulgo *un Ouragan.* Qui vocatur Euro aquilo, in his regionibus *Nord est.*

15. Da nun das Schiff ergriffen ward, und sich wider den Wind nicht richten konnte, überließen wir das Schiff dem Wind, und schwebeten also.

16. Wir stießen aber auf eine Insel, die Cauda genennet wird, und konnten kaum den Nachen ergreifen.

17. Denselbigen zogen sie hinan, und gebrauchten sich des Hülfszeugs, und gürteten das Schiff umher an, und dieweil sie in der Furcht stunden, zu stranden *, ließen sie das Gefäße hinunter, und fuhren also daher. * in einen Wirbel zu fallen.

18. Nachdem wir aber durch die Ungestümmigkeit gewaltig hin- und hergeworfen worden, thaten sie am folgenden Tage einen Auswurf:

19. Und am dritten Tage warfen sie das Schiffgezeug mit ihren Händen hinaus.

20. Dieweil aber in vielen Tagen weder Sonne, noch Gestirn erschien, und abermal nicht ein geringes Ungewitter vorhanden war, so war uns nunmehr alle Hoffnung des Heils benommen.

III. 21. Und nachdem langes Fasten geschehen war, da tratt Paulus mitten unter sie, und sprach: Es hätte sich zwar gebühret, liebe Männer, daß man mir gehorchet hätte, und von Creta nicht abgefahren wäre, damit man dieses Unheil und Schaden hätte verhüten können.

22. Und nun ermahne ich euch, daß ihr wohlgemuth seyd: denn keines Seele von euch wird verlohren werden, als das Schiff.

23. Denn der Engel GOttes, dessen ich bin, und dem ich diene, ist diese Nacht bey mir gestanden,

24. Und hat gesagt: Fürchte dich nicht Paule, du mußt vor den Kayser gestellet werden: und siehe, GOtt hat dir alle die geschenket, welche mit dir schiffen.

25. Darum liebe Männer, seyd wohlgemuth: denn ich glaube GOtt, daß es also gehen wird, wie zu mir gesagt worden ist.

26. Wir müssen aber an eine Insul zu Lande kommen.

27. Als aber die vierzehente Nacht herangekommen war, und wir um die Mitternacht im Adriatischen Meer fuhren, vermeynten die Schiffleute, sie sähen ein Land.

28. Und sie senkten das Grundbley hinab, und fanden zwanzig Klafter tief: und da sie ein wenig von dannen gefahren, fanden sie fünfzehen Klafter tief.

29. Dieweil sie sich aber fürchteten, wir möchten an harte Oerter anstoßen, warfen sie vom Hinterschiff vier Anker aus, und wünschten, daß es Tag würde.

30. Als aber die Schiffleute suchten vom Schiffe zu fliehen, dieweil sie den Nachen ins Meer gelassen hatten, unter dem Schein, als wenn sie anfiengen die Anker vorne aus dem Schiffe zu lassen,

31. Da sprach Paulus zu dem Hauptmann, und zu den Kriegsknechten: Wo diese nicht im Schiffe bleiben, so könnet ihr nicht erhalten werden.

32. Da hieben die Kriegsknechte die Seile vom Nachen ab, und ließen ihn fallen.

33. Und als es anfieng Tag zu werden, bath sie Paulus, alle Speise zu nehmen, und sprach: Es ist heute der

15. Cumque arrepta esset navis, & non posset conari in ventum, data nave flatibus, ferebamur.

16. In insulam autem quamdam decurrentes, quæ vocatur Cauda potuimus vix obtinere scapham.

17. Qua sublata, adjutoriis utebantur, accingentes navem, timentes, ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur.

18. Valida autem nobis tempestate jactatis, sequenti die jactum fecerunt:

19. Et tertia die suis manibus armamenta navis projecerunt.

20. Neque autem sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, jam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

III. 21. Et cum multa jejunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem, o viri audito me, non tollere a Creta, lucrique facere injuriam hanc, & jacturam.

22. Et tunc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam navis.

23. Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui deservio,

24. Dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce, donavit tibi Deus omnes, qui navigant tecum.

25. Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.

26. In insulam autem quamdam oportet nos devenire.

27. Sed posteaquam quartadecima nox supervenit, navigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.

28. Qui & submittentes bolidem, invenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, invenerunt passus quindecim.

29. Timentes autem, ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.

30. Nautis vero quærentibus fugere de navi, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent a prora anchoras extendere,

31. Dixit Paulus Centurioni, & militibus: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis.

32. Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.

33. Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartade-

℣. 15. *Cumque arrepta esset navis.* Acta in gyrum a typhone, vel in altum abrepta.

℣. 16. *Cauda.* Gr. Clauda, quæque vicina est Cretæ, ventorum vi impulsa. *Potuimus vix obtinere scapham;* navi nostræ illigatam vix potuimus e mari in navim attollere, ne illa in navim impacta frangeretur, aut a puppi divelleretur.

℣. 17. *Adjutoriis utebantur, accingentes navem.* Uncis, funibus, & aliis constringentes instrumentis, ne in syrtem impingens frangeretur. *Summisso vase sic ferebamur.* Syrus, Submissimus antennam, exiguam veli partem explicantes, ut parum venti exciperet instar vasis; aut forte; vasis nomine navis ipsa intelligitur, cujus demisso malo sese fluctibus & ventis permiserunt.

℣. 18. *Sequenti die jactum fecerunt.* Sarcinas aliquas & merces in mare projicientes.

℣. 19. *Armamenta*, vulgo *les agrès.*

℣. 21. *Jejunatio.* Ob nimiam navis jactationem fastidium cibi consequitur.

℣. 24. *Donavit tibi Deus omnes.* S. Chrys. ait in gratiam Pauli servati sunt omnes. *Jam cogita, quam utile sit habere domi suæ virum sanctum.* S. Hier. l. contr. Vigil. & Hagiom. Si tanta potuit S. Paulus mortalis adhuc & peccator, quid apud Deum non poterit jam immortalis & glorioſus? quis jam vituperet invocationem Sanctorum?

℣. 27. *Navigantibus nobis in Adria.* In mari Adriatico, quod non modo sinum Venetum, sed & Jonium quoque mare complectitur, ex Strabone.

℣. 28. *Qui & submittentes bolidem.* Seu plumbum, quo aquæ altitudo exploratur, vulgo *la sonde. Invenerunt passus viginti*, Gall. 20. *brasses*, & pusillum inde invenerunt *passus quindecim*, quod indicio erat se terræ esse viciniores.

℣. 31. *Nisi hi in navi manserint &c.* Salutem quidem iis promiserat Deus, dummodo ea præstarent, quibus promissi executio erat illigata.

℣. 33. *Quarta decima die hodie expectantes jejuni permanetis, nihil accipientes.* Quod nihil per modum justæ refectionis accepissent, sed tantum perparum quid, & carptim idemtidem delibassent ad vitam sustentandam: nisi hoc fuerit miraculum.

cima die hodie expectantes jejuni permanetis, nihil accipientes.

34. Propter quod rogo vos, accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit.

35. Et cum hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cum fregisset, cœpit manducare.

36. Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.

37. Eramus vero universæ animæ in navi ducentæ septuaginta sex.

38. Et satiati cibo alleviabant navem, jactantes triticum in mare.

39. Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum vero quemdam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, ejicere navem.

40. Et cum anchoras sustulissent, committebant se mari simul laxantes junctúras gubernaculorum: & levato artemone secundum auræ flatum tendebant ad littus.

41. Et cum incidissemus in locum dithalassum, impegerunt navem: & prora quidem fixa manebat immobilis, puppis vero solvebatur a vi maris.

42. Militum autem consilium fuit, ut custodias occiderent: ne quis, cum enatasset, effugeret.

43. Centurio autem volens servare Paulum, prohibuit fieri: jussitque eos, qui possent natare, emittere se primos, & evadere, & ad terram exire:

44. Et ceteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea, quæ de navi erant. Et sic factum est, ut omnes animæ evaderent ad terram.

CAPUT XXVIII.

I. Paulus cum comitibus humane a Barbaris excipitur in insula Melita, ubi a vipera, invadente manum ejus, nihil læditur. 1. *II. Patrem Publii ac alios sanitati restituit.* 7. *Ab eo loco navigans Romam pervenit.* 14. *III. Ubi primis Judæorum causam exponit, cur Cæsarem apellarit, dieque constituto prædicat de Christo.* 17. *IV. Incredulis pertinaciam exprobrat ex Isaia, & per biennium fidem Christi prædicat intrepide.* 25.

1. Et cum evasissemus, tunc cognovimus, quia Melita insula vocabatur. Barbari vero præstabant non modicam humanitatem nobis.

2. Accensa enim pyra, reficiebant nos omnes, propter imbrem, qui imminebat, & frigus.

3. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera a calore cum processisset, invasit manum ejus.

4. Ut vero viderunt Barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non sinit eum vivere.

5. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.

vierzehente Tag, daß ihr wartet, und seyd ungeeßen geblieben, und habt nichts zu euch genommen.

34. Darum bitte ich euch, ihr wollet Speise nehmen zu eurer Erhaltung: denn keinem unter euch wird ein Haar vom Haupte entfallen.

35. Und da er dieses gesagt hatte, nahm er Brod, und dankete GOtt in aller Ansehung: und nachdem er es gebrochen hatte, fieng er an zu essen.

36. Da wurden sie alle gutes Muths, und nahmen auch Speise.

37. Wir waren aber alle zusammen im Schiffe zweyhundert und sechs und siebenzig Seelen.

38. Und nachdem sie sich mit Speise ersättiget hatten, erleichterten sie das Schiff, und warfen den Waizen ins Meer.

39. Da es nun Tag worden, erkannten sie das Land nicht: sie wurden aber einer Anfurt gewahr, die ein Ufer hatte, dahin gedachten sie, wenn sie könnten, das Schiff zu treiben.

40. Und als sie die Anker aufgehoben, vertraueten sie sich dem Meer, und löseten die Ruderbank auf: und richteten den Segel auf nach dem Wind, und fuhren gegen dem Ufer.

41. Und als wir an einen Ort getrieben worden, da auf beyden Seiten Meer war, stieß das Schiff an: und das Vordertheil blieb veststehen, aber das Hintertheil ward durch die Gewalt des Meers gebrochen.

42. Aber der Kriegsknechte Anschlag war, die Gefangenen zu ermürgen: damit niemand, wann er ausschwimmete, entfliehen möchte.

43. Der Hauptmann aber, dieweil er Paulum erhalten wollte, verboth dasselbige ins Werk zu richten: und er befahl denjenigen, die schwimmen konnten, sich zuerst ins Meer zu lassen, und an das Land zu entkommen:

44. Die übrigen brachten sie davon, etliche auf den Brettern, etliche auf dem, was vom Schiff war. Und also geschah es, daß alle Seelen erhalten ans Land kamen.

Das acht und zwanzigste Capitel.

I. Paulus, nach erlittenem Schiffbruch, kömmt in die Insul Malta, und schlenkert unverletzt eine Schlange von der Hand. 1. II. Macht des Publii Vater, und andere gesund. 7. Schiffet nach drey Monathen von dannen, und langet zu Rom an. 14. III. Ruset allda die Jüden zusammen, und erkläret ihnen die Ursache seiner Ankunft, und den Glauben an Christum. 17. IV. Verweiset den Jüden ihre Verstockung, und prediget zwey Jahre lang zu Rom das Evangelium unerschrocken. 25.

1. Als wir nun aus dem Meer gekommen, da erfuhren wir, daß die Insul Melita genennet ward. Aber die Barbaren erzeigten uns nicht geringe Freundschaft.

2. Denn sie zündeten ein großes Feuer an, und erquickten uns alle miteinander wegen des Regens, der über uns gekommen war, und wegen der Kälte.

3. Als aber Paulus einen Haufen Reiser zusammengeraffet, und auf das Feuer geleget hatte, kam eine Natter von der Hitze herausgekrochen, und sprang an seine Hand.

4. Da nun die Barbaren an seiner Hand das Thier hangen sahen, sprachen sie untereinander: Dieser Mensch ist gewißlich ein Mörder, den die Rache gleichwohl nicht leben läßt, ob er schon dem Meer entgangen ist.

5. Er aber schlenkerte das Thier ins Feuer, und es wiederfuhr ihm nichts Uebels.

6. Sie

℣. 38. *Jactantes triticum in mare.* Qui tertius fuit jactus.
℣. 39. *In quem cogitabant.* In quod littus, (nam Græce est masculini generis;) enitebantur navem deducere.
℣. 40. *Committebant se mari, simul laxantes junctúras Gubernaculorum.* Syrus, Solverunt vincula gubernaculorum: prius enim videntur alligasse, ne tempestatis vi frangerentur. An forte, ut videtur viro docto, olim duo erant in unaquaque navi gubernacula, suum cuique lateri, eaque vinculis quibusdam navi erant alligata, quibus laxatis in aquas descendebant. Quo loco navis posita essent ea gubernacula, non est explicatu facile; nisi forte sic aptata erant, ut nuper vir nobilis excogitavit, adeo ut unum gubernaculum ad puppim, alterum ad proram poneretur. *Et levato artemone.* Syrus, Parvo velo, quod proræ proximum est, quove utuntur nautæ, cum metuunt, ne vela majora plus satis venti concipiant.
℣. 41. *Et cum incidissemus in locum dithalassum.* Isthmus est, qui mare utrimque dividit: locum illum prope Melitam vocant *la Gala di S. Paolo*, portum, seu appulsum sancti Pauli. *Et prora quidem.* In arenoso solo.

CAPUT XXVIII.

℣. 1. *Tunc cognovimus, quia Melita insula vocabatur.* Hanc incolebant Africani. Dicitur vulgo Malta.
℣. 2. *Accensa pyra.* i. Strue lignorum. *Qui imminebat.* Gr. Qui supervenerat.
℣. 3. *Invasit.* Momordit.
℣. 4. *Ultio.* Gr. Δίκη. Justitiæ Deus, ultrix justitia.

6. Sie aber vermeynten, er würde schwellen, und alsbald dahinfallen, und sterben. Da sie nun lange gewartet hatten, und sahen, daß ihm nichts Uebels wiederfuhr, wandten sie sich um, und sprachen, er wäre ein Gott.

II. 7. Es waren aber an demselbigen Orte Meyerhöfe, dem Obersten der Insul, mit Namen Publius, zugehörig, der uns aufnahm, und drey Tage lang sehr freundlich beherbergete.

8. Es begab sich aber, daß des Publii Vater vom Fieber, und von der rothen Ruhr geplaget, zu Bette lag. Zu demselbigen gieng Paulus hinein, bethete, und legte die Hände auf ihn, und machte ihn gesund.

9. Da das geschehen war, kamen alle, welche in der Insul mit Krankheiten behaftet waren, hinzu, und wurden gesund gemacht:

10. Dieselbigen thaten uns auch große Ehre an: und da wir hinwegschifften, luden sie ein, was uns vonnöthen war.

11. Aber nach drey Monathen fuhren wir ab in einem Schiffe von Alexandria, das in der Insul überwintert hatte, und führte das Zeichen der Zwillinge.

12. Und da wir gen Syracusa gekommen waren, blieben wir daselbst drey Tage lang.

13. Von dannen fuhren sie herum, und kamen gen Rhegium: und nach einem Tage, da der Südwind wehete, kamen wir des andern Tages gen Puteolos:

14. Da wir Brüder fanden, und gebethen wurden, sieben Tage lang bey ihnen zu bleiben: und also kamen wir gen Rom.

15. Da es nun die Brüder gehöret hatten, kamen sie uns von dannen entgegen bis gen Appifor*, und Tritabern. Da sie nun Paulus sah, dankete er GOtt, und nahm ein gutes Vertrauen.

* Appi Markt, und drey Caffern.

16. Da wir aber gen Rom gekommen, ward Paulo zugelassen, für sich selbst zu bleiben mit einem Kriegsknechte, der ihn verwahrete.

III. 17. Aber nach dreyen Tagen rief Paulus die Vornehmsten unter den Jüden zusammen. Und als sie zusammengekommen waren, sprach er zu ihnen: Ihr Männer, und Brüder, ich habe nichts gethan wider unser Volk, noch wider die väterliche Sitten, und bin gleichwohl gebunden von Jerusalem in der Römer Hände überantwortet worden,

18. Welche mich wollten ledig lassen, nachdem sie mich verhöret hatten, angesehen, daß keine Ursache des Todes an mir war.

19. Als aber die Jüden widersprachen, bin ich genöthiget worden, mich auf den Kayser zu berufen, doch nicht, als wenn ich über mein Volk etwas zu klagen hätte.

20. So habe ich euch um dieser Ursache willen begehret zu sehen, und anzureden: denn von wegen der Hoffnung Israels bin ich mit dieser Kette umgeben.

21. Sie aber sprachen zu ihm: Wir haben aus dem Jüdenlande keine Briefe deinethalben empfangen, so ist auch keiner von den Brüdern anhergekommen, der etwas Böses von dir verkündiget, oder geredet hätte.

22. Wir begehren aber von dir zu hören, was deine Meynung sey: denn von dieser Secte ist uns kündig, daß ihr allenthalben widersprochen wird.

6. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, convertentes se, dicebant, eum esse Deum.

II. 7. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publii, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit.

8. Contigit autem, patrem Publii febribus, & dysenteria vexatum jacere. Ad quem Paulus intravit, & cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit eum.

9. Quo facto, omnes, qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur:

10. Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt: & navigantibus imposuerunt, quæ necessaria erant.

11. Post menses autem tres † navigavimus in navi Alexandrina, quæ in insula hyemaverat, cui erat insigne Castorum. † *Anno 61.*

12. Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.

13. Inde circumlegentes devenimus Rhegium: & post unum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos:

14. Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.

15. Et inde, cum audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad Apii forum, ac tres Tabernas. Quos cum vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.

16. Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.

III. 17. Post tertium autem diem convocavit primos Judæorum. Cumque convenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum,

18. Qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.

19. Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.

20. Propter hanc igitur causam rogavi vos videre, & alloqui: propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum.

21. At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te a Judæa, neque adveniens aliquis fratrum nuntiavit, aut locutus est quid de te malum.

22. Rogamus autem a te audire, quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur.

23. Cum

℣. 6. *Convertentes se, dicebant eum esse Deum.* Mutata sententia. Jam ab iis temporibus hujus regionis serpentes venenum omne suum exuerunt.

℣. 7. *In locis autem illis erant prædia principis insulæ.* Civis Romani, qui in ea insula magistratum gerebat, aut vir erat primarius.

℣. 11. *Cui erat insigne Castorum.* Castoris & Pollucis, quos navigantibus præesse vulgo opinabantur.

℣. 14. *Ubi inventis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem.* Ubi jam erant Christiani a viris Apostolicis ad fidem conversi.

℣. 15. *Occurrerunt nobis usque ad Appii forum.* Erat oppidum, distans Roma 50. milliaribus, sic dictum, quod Appii Claudii statua esset insignitum. Sic enim vocabant loca, ubi Principum virorum statuæ erant collocatæ, ut *Fundi*, forum Julii, forum Livii, vulgo *Forli*. *Tres Tabernæ*, vulgo *Casterna*, urbecula quædam 33. passuum millibus ab urbe Roma dissita prope Velitras, Augusti patriam. *Accepit fiduciam.* Spem magnam fidei propagandæ, cum tam benignos in se experiretur.

℣. 16. *Permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.* Addunt Græca scholia: *Tradidit Centurio vinctos omnes Principi.* Seu præfecto carcerum, qui tum erat præfectus prætorii, nomine Burras, excepto Paulo, cui ex commendatione Centurionis permissum est arbitratu suo, ubi vellet, manere, *cum custodiente se milite.* Septimo hæc facta sunt Neronis anno.

℣. 20. *Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum.* Propter Messiam a Judæis expectatum, quem venisse docet, aut propter resurrectionis dogma, quod in persona Jesu Christi propugno adversus Judæos.

℣. 21. *Nos neque litteras accepimus de te a Judæa.* Judæi Jerosolymæ actores esse deferant, quod de lege eorum ageretur, quæ Romæ facile contemneretur, cumque in Judæa ipsa spreta fuisset eorum accusatio.

23. Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex lege Moysi & prophetis, a mane usque ad vesperam.

24. Et quidam credebant his, quæ dicebantur: quidam vero non credebant.

IV. 25. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paulo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros,

a Isaiæ 6. 9. *Matth.* 13. 14. *Marc.* 4. 12. *Luc.* 8. 10. *Joan.* 12. 40. *Rom.* 11. 8.

26. Dicens: *a* Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.

27. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

28. Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.

29. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, multam habentes inter se quæstionem.

† *Ad ann. usque* 63.

30. Mansit † autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,

31. Prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

23. Da sie ihm nun einen Tag bestimmet hatten, kamen ihrer sehr viele zu ihm in die Herberge, denen er auslegte, und bezeugte das Reich GOttes, und predigte ihnen von JEsu aus dem Gesetz Moysis, und aus den Propheten, vom Morgen an, bis zum Abend.

24. Und etliche glaubten demjenigen, was gesaget ward: etliche aber glaubten nicht.

IV. 25. Als sie aber untereinander streitig waren, giengen sie hinweg, nachdem Paulus dieses einige Wort geredet hatte: Der heilige Geist hat durch den Propheten Isaiam recht gesaget zu unsern Vätern,

26. Da er spricht: Gehe hin zu diesem Volk, und sprich zu ihnen: Ihr werdet es mit dem Ohr hören, und nicht verstehen: und ihr werdet es sehend sehen, und doch nicht erkennen.

27. Denn das Herz dieses Volkes ist verstockt, und sie hören schwerlich mit den Ohren, und haben ihre Augen zugethan: damit sie es vielleicht nicht sehen mit den Augen, und hören mit den Ohren, und verstehen mit dem Herzen, und sich bekehren, und ich sie gesund mache.

28. So sey euch nun kund gethan, daß dieses Heil GOttes den Heyden gesendet ist, und sie werden es hören.

29. Und da er dieses gesagt hatte, giengen die Jüden von ihm hinaus, und hatten viel Fragens untereinander.

30. Er aber blieb zwey ganzer Jahre in seiner gedingten Wohnung, und nahm alle auf, die zu ihm hineinkamen,

31. Und predigte das Reich GOttes, und lehrete von dem HErrn JEsu Christo mit ganzem Vertrauen unverbothen.

℣. 23. *Exponebat testificans regnum Dei.* Scripturas illis exposuit, certo affirmans & probans per Christum obtineri regnum cœleste.

℣. 26. *Aure audietis.* Isaiæ 6. Hebr. *Audite, neque intelligatis.* Non ut occludant aures, sed ex indignantis affectu, & cum aliqua imprecatione loquitur Propheta. Lucas sequitur 70. Interpretum versionem. *Et non percipietis.* Quid ea significent, quæve ex iis consequantur, non intelligent.

℣. 29. *Multam habentes inter se quæstionem.* Gr. Disceptationem.

℣. 30. *In suo conducto.* In ædibus, quas conduxerat, quo Judæorum turbæ quotidie confluebant: adeo ut non parva esset illa mansio. Lucas multa prætermittit a Paulo gesta, & dicta. Sic non meminit primæ ejus defensionis, cujus mentionem facit 2. Timoth. 4. *In prima mea defensione nemo mihi adfuit.* Etsi probabilius videtur Chrysostomo primam illam Apologiam in secunda Pauli profectione factam esse. Nam secunda ad Timotheum Epistola non multo ante martyrium Pauli scripta creditur; neque id verisimile est Paulum rem multis ante annis peractam, ut novam Timotheo scribere.

℣. 31. *Prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Jesu Christo.* Evangelii doctrinam. *Cum omni fiducia.* Libertate, quam copia amicorum dabat, etiam ex aula Imperatoris, de quibus in Epist. ad Philipp. *Salutant vos omnes sancti, maxime, qui de domo Cæsaris sunt.* Anno Christi 67. Jacobus Alphæi Jerosolymorum Episcopus Martyrium obiit, ex Josepho, L. 20. cap. 8. Eusebio Hist. L. 2. cap. 23. Anno jam affecto Timotheus e vinculis liber dimissus est. Exeunte hoc anno, aut insequenti Lucam scripsisse Acta Apostolorum tradit Hieron. in Catalogo. Cum Paulus fere per biennium in libera fuisset custodia, ineunte anno 68. videtur arctiori custodia servatus, qua de re videtur loqui Epist. ad Philip. cap. 1. Suspicatur Pezronius vivente Burra prætorii Præfecto Paulum Romæ liberius prædicasse verbum Dei: sed eo mortuo, Præfectis prætorii Rufo satis probo homine, & Tigellino nequissimo, tum forte Pauli vincula pressiora fuisse, & nota in toto prætorio: etsi paulo post dimissus est. Anno Neronis octavo Paulus plena libertate potitus, Roma egressus abiit in Macedoniam; mansit Philippis, ut promiserat in Epist. ad Philip. cap. 2. v. 21. æstivo tempore profectus est Troadem. Hinc Colossas venit. Petrus firmatis Asiæ Ecclesiis videtur hoc anno Romam venisse. Paulus circa vernum tempus Epheso, ubi hiemem egerat, profectus est Miletum Cariæ, hinc in Cretam Insulam transfretavit, illic Titum ordinavit Episcopum, ut hanc regeret Ecclesiam. Anno jam affecto, Creta relicta navigavit in Græciam, & Ecclesias a se fundatas visitavit. Petrus dum Romæ esset, secundam scripsit Epistolam, aut anno insequenti, cap. 1. ubi innuit mortem suam instare. Paulus Romam secundo venit, Tit. 3. & 2. Timoth. 4. Iterum in vincula conjectus; 2. Timoth. 1. non multo post coram Nerone sistitur; divina ope *liberatus est de ore leonis*, 2. Timoth. 4. post primam defensionem suam nondum plane solutus. Titus ab eo adhuc vincto missus in Dalmatiam, Crescens in Galliam, ex Eusebio, L. 3. cap. 4. Lucas solus cum eo remansit. Non multo post solutus est omnino vinculis, 2. Timoth. 4. profectus est in Hispaniam, quod jam sæpe cogitaverat, Rom. 15. ad fines Occidentis, ut testatur Clemens Rom. in Epistola ad Corinthios. Petrus persecutione audita venit Romam, non multo post in vincula conjectus, & cruci affixus capite in terram demisso, III. Calendas Julias Nerva & Vestino Coss. Catalogus 1. Pontificum, Lactantius de mortibus persecut. cap. 2. Sulpicius Severus Histor. L. 2. cap. 41. Euseb. in Chronico. Paulus audita Neronis persecutione Romam ex Hispania tertio proficiscitur, & anno proxime sequenti Martyrium obiit eodem die, non eodem anno. Suspicatur Pezronius id factum esse sententia Præfectorum prætorii Sabini, & Tigellini τῶν ἡγεμόνων, ut innuit Clemens Romanus in Epist. ad Corinthios. Hinc Prudentius, Lib. de Coronis, Hymn. 12.

Unus utrumque dies pleno tamen innovatus anno vidit superba morte laureatum.

Ita quoque Arator in poëmate, L. 2. in Actus Apostolorum anno 544. Vigilio Papæ dicato:

Non eadem tamen una dies, annique voluto
Tempore sacravit repetitam passio lucem.

Ita quidem Pezronius utriusque Apostoli Martyrium ex veteribus, certis addicit temporibus.

Die

Die Epistel des heiligen Pauli zu den Römern.

Das erste Capitel.

I. Paulus grüßet die Römer, und wünschet, sie zu besuchen, und ihnen das Evangelium zu verkündigen. 1. II. Lehret, daß der Glaube sey eine Kraft GOttes allen, die da glauben. 16. III. Daß die Heyden nicht GOtt, den sie aus seinen Geschöpfen erkannten, sondern die Götzen verehret haben: darum alle des wahren Evangelii, und der Gnade Christi des Erlösers bedürftig seyn. 18.

Paulus, ein Knecht JESU Christi, ein berufener Apostel, abgesöndert zum Evangelio GOttes,

2. Das er zuvor durch seine Propheten in der heiligen Schrift verheißen hatte

3. Von seinem Sohn, der ihm worden ist aus dem Saamen Davids nach dem Fleisch:

4. Der auch vorerwählet ist zum Sohn GOttes in der Kraft nach dem Geiste der Heiligung, durch die Auferstehung unsers HErrn JEsu Christi von den Todten:

5. Durch welchen wir die Gnade empfangen haben, sammt dem Apostolischen Amt, zum Gehorsam des Glaubens unter allen Völkern, für seinen Namen,

6. Unter welchen ihr auch seyd die Berufenen JESU Christi:

7. Allen, die zu Rom sind, den Geliebten GOttes, und berufenen Heiligen. Gnade sey mit euch, und Friede von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

8. Erstlich zwar danke ich meinem GOtt durch JEsum Christum für euch alle: dieweil euer Glaube in der ganzen Welt verkündiget wird.

9. Denn GOTT ist mein Zeuge, dem ich in meinem Geiste, im Evangelio seines Sohnes diene, daß ich ohne Unterlaß an euch gedenke,

10. Und allezeit in meinem Gebeth bitte: ob ich endlich dermalen eine glückliche Reise haben möchte, nach dem Willen GOttes, um zu euch zu kommen.

11. Denn ich habe Verlangen euch zu sehen: auf daß ich euch etwas von geistlichen Gaben mittheilen möge, euch zu stärken:

12. Das ist, daß ich möchte zugleich in euch getröstet werden, durch euren und meinen Glauben, den wir untereinander haben.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPUT I.

I. Paulus commendato munere Evangelico, ex zelo prædicandi Evangelii, optat Romanos invisere. 1. II. Docet fidem singulare Dei donum esse. 16. III. Ostendit Ethnicos, licet ex creaturis Deum agnoscerent, eum non coluisse, ideoque in scelera abominanda incidisse, consequenter egvisse fide & gratia Christi. 18.

Paulus †, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus *a*, segregatus in Evangelium Dei, † *VIGIL. NATIV. DOMINI.* *a Act.* 13. 2.

2. Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis

3. De Filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem:

4. Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Jesu Christi Domini nostri:

5. Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus Gentibus pro nomine ejus,

6. In quibus estis & vos vocati JESU Christi:

7. Omnibus, qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

8. Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.

9. Testis enim mihi est Deus, cui servio in spiritu meo in Evangelio filii ejus, quod sine intermissione memoriam vestri facio,

10. Semper in orationibus meis: obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.

11. Desidero enim videre vos: ut aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos:

12. Id est, simul consolari in vobis per eam, quæ invicem est, fidem vestram, atque meam.

13. Nolo

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus, servus Jesu Christi, vocatus Apostolus.* Ad muneris Apostolici dignitatem *vocatus*, aut vocatione divina Apostolus. *Segregatus.* Delectus ad prædicandum Evangelium.

℣. 3. *De filio suo.* Hæc enim est Evangelio subjecta materies: hoc utique Evangelium est doctrina de Filio Dei, qui Deus est & homo; per quem Paulus vocatus est ad Apostolatum, ut illud prædicaret Gentibus, ex quibus sunt Romani. Solet enim Paulus perpetua quadam oratione distinctas periodos inter se connectere, & ex uno in aliud paulatim labi, sic tamen, ut cuncta ad rem propositam revocet, atque ex ultimis vocibus occasionem sumat inceptum sermonem persequendi in eandem sententiam. *Qui factus est ei.* Qui cum ab æterno sit Filius Dei in tempore factus est, & genitus secundum humanam naturam ex semine David. *Secundum carnem.* Calvinus quidem in hunc locum: Hæc, inquit, particula aliquid in Christo fuisse carne nobilius subindicat. Sic ergo ex semine Davidis progenitus est homo, ut suam interea Divinitatem retineat.

℣. 4. *Qui prodestinatus est Filius Dei.* Gr. ὁρισθέντος. Qui definitus est, aut declaratus Filius Dei. Deinde, inquit Erasmus, Christi geminam in eadem hypostasi naturam mira verborum emphasi describit. De homine dicit, *factus est*, ut intelligas, aliquid accessisse, quod non erat. De Divinitate dicit, *declaratus est.* Primum ex virtute patrandi miracula, deinde *secundum Spiritum sanctificationis*, per Spiritum sanctum, quo credentes sanctificat. Signa edebat Jesus per Spiritum illum sanctificationis, id est, vim divinam, per quam ab initio conceptionis sanctificatus fuerat. Ita Grotius; adeo ut Spiritus sanctificationis sit ipsa essentialis Divinitas, qua sanctificata est humanitas. Postremo, *ex resurrectione mortuorum Jesu Christi*, ex eo, quod suapte virtute a mortuis surrexerit. Ex eo triplici effectu Divinitas palam fuit declarata & probata. Vel prædestinatum est ab æterno fore, ut Christus, ut filius David secundum carnem, idem foret Filius Dei. In Græco textu voces illæ v. 3. *de Filio suo*, in eodem sunt casu cum ultimis vocibus v. 4. *Jesu Christi Domini nostri:* adeo ut ea sit verborum constructio; *De Filio suo Jesu Christo Domino nostro;* quæque intercedunt, legenda videantur per parenthesim. Atque hæc est pars prior salutationis, in qua fidei suæ puritatem, & missionem, quæ a Christo ipso manavit, ante omnia præmittit. *Vocatus Apostolus*, v. 1. qui & divina electione fuit confirmatus. *Segregatus in Evangelium Dei.* Qui quidem Apostolatus nullis circumscribitur finibus.

℣. 5. *Ad obediendum fidei in omnibus Gentibus.* Ut Gentes adducantur ad fidem. Græc. *Ad obedientiam fidei. Pro nomine ejus.* Ut Christi Legatus, vice ejus hoc fungar munere.

℣. 6. *In quibus estis & vos vocati Jesu Christi.* Vocati a Christo: quemadmodum dicuntur dilecti Dei, id est, dilecti a Deo.

℣. 7. *Vocatis sanctis.* Vocatis ad sanctitatem. Atque in hac voce desinit epigraphe, seu Epistolæ inscriptio; idque supplendum videtur, ut in aliis Epistolis, salutem dicit. *Gratia vobis.* Gratia, quæ nos cum Deo conjungit, & pax quæ cum proximo: quæ duo non separat Apostolus.

℣. 9. *Cui servio in spiritu meo.* Mente pura & integra.

℣. 10. *Si quomodo.* Si quando prospero itinere veniam ad vos. *In voluntate Dei.* Deo ita volente.

℣. 12. *Id est, simul consolari in vobis.* Gr. Exhortari, ex mutua & communi fide.

13. Nolo autem vos ignorare fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum usque adhuc) ut aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus.

14. Græcis, ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum:

15. Ita (quod in me) promptum est & vobis, qui Romæ estis, evangelizare.

II. 16. Non enim erubesco Evangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum, & Græco.

b Habac.2.4. Gal. 3. 11. Hebr. 10.38.

17. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est: *b* Justus autem ex fide vivit.

III. 18. Revelatur enim ira Dei de cœlo super omnem impietatem, & injustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.

19. Quia, quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit.

20. Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas: ita, ut sint inexcusabiles.

c Ephes.4.17.

21. Quia *c*, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum:

22. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

d Ps.105.20. Jerem. 11. 10.

23. Et *d* mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.

e Infr. v. 26. & cap. 6 10. Gal. 5. 19. Ephes. 4. 19. & 5 3. Col 3 5. & 1. Thess. 2. 3. & 4. 7.

24. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, *e* in immunditiam: ut contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis:

25. Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt, & servierunt creaturæ potius quam Creatori, qui est benedictus in sæcula, Amen.

26. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam feminæ eorum immutaverunt naturalem usum, in eum usum, qui est contra naturam.

27. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu feminæ, exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.

13. Ich will euch aber nicht verhalten, liebe Brüder, daß ich mir oft vorgesetzet habe, zu euch zu kommen, (und bin bisher daran verhindert worden,) damit ich auch einige Frucht haben möchte, gleichwie auch unter den andern Heyden.

14. Ich bin ein Schuldner der Griechen, und deren, die nicht Griechen sind, der Weisen und Unweisen:

15. Bin also bereit, (so viel an mir ist) auch euch, die ihr zu Rom seyd, das Evangelium zu predigen.

II. 16. Denn ich schäme mich des Evangelii nicht. Weil es ist eine Kraft * GOttes zum Heil allen, die da glauben, den Jüden erstlich, darnach auch den Griechen.

* Gnade, Gabe.

17. Denn es wird darinnen die Gerechtigkeit GOttes offenbaret, aus dem Glauben, in den Glauben: wie geschrieben stehet: Der Gerechte aber lebet aus dem Glauben.

III. 18. Denn der Zorn GOttes wird vom Himmel offenbaret über alles gottlose Wesen, und Ungerechtigkeit der Menschen, welche die Wahrheit GOttes durch Ungerechtigkeit aufhalten.

19. Denn dasjenige, so von GOtt bekannt ist, ist ihnen offenbar. Denn GOtt hat es ihnen geoffenbaret.

20. Denn was unsichtbar an ihm ist, das wird von Erschaffung der Welt, durch die erschaffenen Dinge erkannt, und gesehen: darzu seine ewige Kraft und Gottheit: also, daß sie keine Entschuldigung haben.

21. Denn als sie GOtt erkannten, haben sie ihn nicht geehret wie GOtt, noch ihm gedanket: sondern sie sind zunicht worden in ihren Gedanken, und ihr unverständiges Herz ist verfinstert worden:

22. Denn, da sie sich für Weise ausgaben, sind sie zu Narren worden.

23. Und sie haben die Ehre eines unvergänglichen GOttes verwandelt in Gleichniß eines Bildes, eines vergänglichen Menschen, und der Vögel, und der vierfüßigen Thiere, und der kriechenden Thiere.

24. Darum hat sie auch GOtt in den Lüsten ihres Herzens übergeben zur Unsauberkeit: daß sie ihre eigene Leiber unter sich schänden:

25. Welche die Wahrheit GOttes in Lügen verwandelt haben: und Ehre erzeiget, und vielmehr gedienet der Creatur, dann dem Schöpfer, der gebenedeyet ist in Ewigkeit, Amen.

26. Darum hat sie GOTT schändlichen Lüsten übergeben. Denn ihre Weiber haben den natürlichen Brauch verändert in einen Brauch, der wider die Natur ist.

27. Ingleichen haben auch die Männer den natürlichen Brauch des Weibes verlassen, und sind in ihren Lüsten gegeneinander entbrannt, und haben Männer mit Männern schändliche Dinge begangen, und haben den Lohn ihres Irrthums, der darauf gehöret, in ihnen selbst empfangen.

28. Und

℣. 14. *Græcis.* Per Græcos politiores nationes, ut Romani, intelligi solent, tametsi Gentes omnes præter Græcos vocabant Barbaros. *Sapientibus.* Doctis juxta & indoctis. *Debitor sum.* Teneor prædicare Evangelium.

℣. 15. *Promptum est.* Quantum ad me attinet.

℣. 16. *Non enim erubesco Evangelium.* Non me pudet Evangelii, tametsi plerisque videtur vile & abjectum, prædicare Deum crucifixum. *Virtus enim.* Nam Dei virtute & potentia salvat credentes. *Judæo primum.* Si minus dignitate, saltem tempore. *Et Græco.* Deinde Græco.

℣. 17. *Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem.* Qua nos justificat Deus per Evangelii prædicationem, non qua Deus justus est: non enim de justitia Dei ipsius in hac Epistola loquitur Apostolus. *Revelatur.* Retegitur, aut manifestatur. *Ex fide in fidem.* Quæ a fide incipit & in fidem desinit; vel est Hebraismus, ex fide augescente, ut Psalmo 83. *Ibunt de virtute in virtutem. Vivit.* Bruta sensu, homo ratione, Christianus fide vivit. *Sicut scriptum est.* Habac. 2. v. 4. Hoc ipsum est, quod in hac Epistola probandum suscipit Apostolus, postquam, quæ huic propositioni adversari videntur, diluerit. Itaque hoc loco justitiam Dei, quam solam dare potest Deus, adstruit, eamque per fidem in Evangelio esse declaratam docet: ex quo id consequitur, quod mox subjicit.

℣. 18. *Revelatur enim ira Dei.* Per Evangelium denuntiatur ultio Dei. *Super omnem impietatem.* In Deum & adversus verum Dei cultum. *Injustitiam hominum.* Adversus proximum, cum Legem Dei perrumpunt. *Et veritatem Dei.* Aut cognitam celant, aut naturalem legem scientes & volentes violant, aut cultum uni Deo debitum Idolis tribuunt, aut demum veri notitia abutuntur.

℣. 19. *Quia quod notum est Dei.* Lumine naturali. *Manifestum est.* In illorum mente fulget: veritas enim per se est manifesta.

℣. 20. *Invisibilia enim ipsius.* Divinæ illius perfectiones, sapientia, bonitas, justitia. *A creatura.* Græc. *A conditione mundi.* Ex quo mundus conditus est.

℣. 21. *Sed evanuerunt in cogitationibus suis.* Gr. διαλογισμοῖς, *ratiocinationibus.* Disquisitionibus.

℣. 22. *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Dicentes.* Gr. Existimantes.

℣. 23. *Et mutaverunt.* Idola pro Deo colentes.

℣. 24. *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum.* Psalm. 80. *Dimisit secundum desideria cordis eorum.* Abire permisit; pravos & inordinatos secuti sunt affectus, *ut*, ita ut *contumeliis afficiant.*

℣. 25. *Qui commutaverunt veritatem Dei in mendacium.* Idolis supremum cultum tribuentes.

℣. 26. *In passiones ignominiæ.* In fœdas libidines, quas parit oblivio Dei & contemptus.

℣. 27. *Et mercedem, quam oportuit.* Pro meritis.

28. Und gleichwie sie nicht geachtet haben, GOtt zu erkennen: also hat sie GOtt einem verkehrten Sinn übergeben, Dinge zu thun, die sich nicht gebühren:

29. Als die erfüllet mit aller Unge rechtigkeit, Bosheit, Hurerey, Geiz, Schalkheit, voll Neides, Mordes, Haders, Betrugs, Bosshaftigkeit, Ohrenbläser,

30. Verläumder, Feinde GOttes, Lästerer, hoffärtig, ruhmsüchtig, Stifter des Bösen, den Aeltern ungehorsam,

31. Unvernünftig, unbändig, unfreundlich, treulos, unbarmherzig.

32. Welche, nachdem sie die Gerechtigkeit GOttes erkannt, gleichwohl nicht verstanden haben, daß diejenigen, die solches thun, des Todes werth sind: und nicht allein, die solches thun, sondern auch, die mit den Thätern zustimmen.*

* einwilligen.

Das zweyte Capitel.

1. Paulus straft die Jüden wegen ihrer Laster, in welchen sie den Heyden gleich waren. 1. II. Lehret, daß die, so das Gesetz halten, gerechtfertiget werden. 13. III. Strafet sie, daß sie andere lehren, und sich nicht selbsten. 17. IV. Lehret, daß die wahre Beschneidung nicht auswendig im Fleisch, sondern im Herzen, und Geiste vor GOtt bestehe. 25.

1. Derowegen hast du keine Entschuldigung, o Mensch! wer du auch bist, der du richtest. Denn du verdammest dich selbst in dem, darinnen du einen andern richtest: dieweil du eben dasselbige thust, was du richtest.

2. Denn wir wissen, daß GOttes Gericht nach der Wahrheit über diejenigen gehet, die solches thun.

3. Meynest du aber, o Mensch! der du diejenigen richtest, die solches thun, und du thust es auch, daß du dem Gerichte GOttes entrinnen werdest?

4. Verachtest du dann die Reichthümer seiner Güte, und seiner Geduld, und Langmüthigkeit? weißt du nicht, daß dich die Gütigkeit GOttes zur Buße anleitet?

5. Du aber häufest dir selbst den Zorn, nach deinem verstockten, und unbußfertigen Herzen, auf den Tag des Zorns, und der Offenbarung des gerechten Gerichts GOttes,

6. Der einem jeglichen vergelten wird nach seinen Werken:

7. Denen zwar, welche mit Geduld in guten Werken die Ehre und Herrlichkeit, und Unsterblichkeit suchen, das ewige Leben:

8. Denen aber, die da zänkisch sind, und der Wahrheit nicht beyfallen, gehorchen aber der Ungerechtigkeit, Zorn, und Ungnade.

9. Trübsal und Angst wird über eine jegliche Seele kommen eines Menschen, der Böses thut, erstlich des Jüden, und hernach des Griechen:

10. Aber Glori, und Ehre, und Friede über alle, die Gutes thun, erstlich dem Jüden, und darnach dem Griechen:

11. Denn bey GOTT ist keine Annehmung der Personen.

28. Et sicut non probaverunt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt:

29. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, nequitia, plenos invidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones,

30. Detractores, Deo odibiles, contumelioso, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes,

31. Insipientes, incompositos sine affectione, absque fœdere, sine misericordia.

32. Qui, cum justitiam Dei cognovissent, non intellexerunt, quoniam, qui talia agunt, digni sunt morte: & non solum, qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.

CAPUT II.

I. Probat etiam Judæos fide & gratia Christi egere: quia & ipsi fuere, & sunt peccato, & iræ Dei obnoxii. 1. II. Indigni justificatione, quia solummodo auditores legis non factores. 13. III. Qui prævaricator legis frustra gloriatur in lege. 17. IV. Imo condemnandus est a Gentilibus, nisi habeat circumcisionem cordis in Spiritu. 25.

1. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis, qui judicas. In quo enim judicas alterum *a*, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ judicas. *a Matth. 7. 2.*

2. Scimus enim, quoniam judicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt.

3. Existimas autem hoc o homo! qui judicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies judicium Dei?

4. An divitias bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? *b* ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *b Sap. 9. 24. 2. Petr. 3. 2.*

5. Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, *c* thesaurizas tibi iram in die iræ, & revelationis justi judicii Dei, *c Deut. 32. 35.*

6. Qui *d* reddet unicuique secundum opera ejus: *d Matth. 16. 27.*

7. Iis quidem, qui secundum patientiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt, vitam æternam:

8. Iis autem, qui sunt ex contentione, & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio.

9. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum, & Græci:

10. Gloria autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primum, & Græco:

11. Non *e* enim est acceptio personarum apud Deum. *e Deut. 10. 17. 2. Paral. 19. 7. Job. 34. 19. Sap. 6. 8 Eccl. 15. 35. Actor. 10. 34. Ephes. 6. 9. Colos. 3. 25. 1. Petr. 1. 17.*

12. Qui-

℣. 28. *Non probaverunt.* Pro nihilo habuerunt, quod Deus ignoret pravas eorum libidines; vel Dei beneficia noluerint agnoscere. *Tradidit eos.* Deserendo. *In reprobum sensum.* Gr. *In mentem reprobam.* De rebus agendis male sentientem: omnes justitiæ leges perruperunt, & innumerabilia admiserunt flagitia.

℣. 29. *Repletos omni iniquitate.* Malitia Gr. πορνείᾳ, πονηρίᾳ, *scortatione, nequitia.* Ubi est paronomasia, corruptionem omnimodam cum in seipsis, tum erga proximos exhibentes. *Malignitate.* Gr. κακοηθείας. Qua omnia in deteriorem partem accipiuntur.

℣. 30. *Detractores, Deo odibiles.* Vox Græca θεοστυγεῖς, etiam *Dei osores* significat; vellent Deum non esse. *Elatos.* Gr. ἀλαζόνας. Cyprianus vertit *sui jactantes.*

℣. 31. *Insipientes.* Absque judicio. *Incompositos.* Gr. ἀσυνθέτους. Inurbanos, turbulentos. *Sine affectione.* Qui præter seipsos amant neminem. *Absque fœdere.* i. Fœdifragi.

℣. 32. *Qui cum justitiam Dei cognovissent.* Leges divinas; jus naturale. *Non intellexerunt.* Noluerunt intelligere. *Sed qui consentiunt facientibus.* Ut Philosophi, qui Idololatriam & alia scelera dissimulabant, & publice colebant idola, quæ ipsi irridebant.

CAPUT II.

℣. 1. *Propter quod inexcusabilis es, o homo.* Si enim gentiles, qui malitiam supradictorum criminum, non tam plene intellexerunt, quam tu, quia tamen ea vel patrarunt, vel ut alii patrarent, permiserunt. *Digni sunt morte,* Rom. 1. v. 25. & ult. Quanto magis tu, qui ex lege tua scivisti hæc esse mala, morte dignus eris. Applica tibi Christiane.

℣. 4. *An divitias bonitatis ejus.* An exuberantem Dei bonitatem & patientiam contemnis? *Et longanimitatis.* Qua pœnam in longum differt tempus, atque in ea securitatem & impunitatem tibi promittis.

℣. 7. *Qui secundum patientiam boni operis.* Qui in bonis operibus constantes. *Incorruptionem.* Immortalitatem quærunt. *Vitam æternam.* Græci Interpretes sic exponunt, *vitam æternam, quærentibus gloriam & honorem,* supple, *reddet.*

℣. 8. *Iis autem, qui sunt ex contentione.* Contentiosis. *Ira & indignatio.* Supple. Reddetur, seu gravis punitio. *Judæi primum.* Quod Judæi priores sint vocatione, & a Deo majora acceperint beneficia.

℣. 11. *Non enim est acceptio personarum apud Deum.* Non exteriora quædam, ut generis nobilitatem, aut opes, sed merita tantummodo respicit Deus.

12. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege peribunt: & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur:

f Matth. 7. 21. Jacob. 1. 22. II. 13. Non *f* enim auditores legis justi sunt apud Deum: sed factores legis justificabuntur.

14. Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt, ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex:

15. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus,

16. In die, cum judicabit Deus occulta hominum, secundum Evangelium meum per Jesum Christum.

g Apoc. 11. 9. III. 17. Si *g* autem tu Judæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo,

h Phil. 1. 10. 18. Et nosti voluntatem ejus, *h* & probas utiliora, instructus per legem,

19. Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt,

20. Eruditorem insipientium, magistrum infantium: habentem formam scientiæ, & veritatis in lege.

21. Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris:

22. Qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis:

23. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras:

i Isa. 52. 5. Ezech. 36. 20. 24. (Nomen *i* enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.)

IV. 25. Circumcisio quidem prodest, si legem observes: si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.

26. Si igitur præputium justitias legis custodiat: nonne præputium illius in circumcisionem reputabitur?

k Matth. 12. 42. 27. Et *k* judicabit id, quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per litteram, & circumcisionem prævaricator legis es?

l Isai. 48. 28. Non *l* enim, qui in manifesto, Judæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio:

29. Sed qui in abscondito, Judæus est: & circumcisio cordis in spiritu, non littera: cujus laus non ex hominibus, sed ex DEO est.

12. Denn alle, die ohne das Gesetz gesündiget haben, werden auch ohne das Gesetz verlohren werden: und alle, die im Gesetz gesündiget haben, werden durch das Gesetz gerichtet werden:

II. 13. Denn bey GOtt sind nicht gerecht, die das Gesetz hören: sondern die das Gesetz thun, werden gerechtfertiget.

14. Denn wann die Heyden, welche das Gesetz nicht haben, von Natur dasselbige thun, was das Gesetz vermag, alsdann sind sie ihnen selbst ein Gesetz, ob sie wohl das Gesetz nicht haben:

15. Und beweisen, daß in ihrem Herzen das Werk des Gesetzes beschrieben sey, sintemal ihr Gewissen sie bezeuget, darzu auch die Gedanken, die sich untereinander verklagen, oder entschuldigen werden,

16. An dem Tage, wann GOtt die verborgene Dinge der Menschen richten wird durch JEsum Christum, nach meinem Evangelio.

III. 17. So du aber mit dem Zunamen ein Jüde genennet wirst, und verlässest dich auf das Gesetz, und berühmest dich GOttes,

18. Und weißt seinen Willen, und prüfest, was das Beste sey, dieweil du durch das Gesetz unterrichtet bist,

19. Und vertraust auf dich selbst, daß du ein Führer der Blinden seyest, und ein Licht derjenigen, die in der Finsterniß sind,

20. Ein Unterrichter der Unweisen, ein Lehrer der Unmündigen: der die Weise der Erkenntniß, und die Wahrheit im Gesetz habe.

21. Der du dann einen andern lehrest, und lehrest dich selbst nicht: der du predigest, man soll nicht stehlen, und du stiehlest:

22. Der du sagest, man soll nicht ehebrechen, und du brichst die Ehe: der du einen Abscheu hast von den Abgöttern, und begehest Kirchenraub:

23. Der du dich des Gesetzes berühmest, und thust GOtt Unehre an, durch Uebertrettung des Gesetzes:

24. (Denn um euretwillen wird der Name GOttes unter den Heyden gelästert, wie geschrieben stehet.)

IV. 25. Die Beschneidung ist zwar nütze, wenn du das Gesetz hältst: bist du aber ein Uebertretter des Gesetzes, so ist deine Beschneidung zur Vorhaut worden.

26. Darum, wenn die Vorhaut die Rechte des Gesetzes hält: soll dann nicht seine Vorhaut für eine Beschneidung gerechnet werden?

27. Und wird nicht dasjenige, so von Natur eine Vorhaut ist, und das Gesetz vollbringet, dich richten, der du unter dem Buchstaben, und der Beschneidung das Gesetz übertrettest?

28. Denn der ist kein Jüde, der es auswendig ist: das ist auch nicht die Beschneidung, welche auswendig am Fleische geschichet:

29. Sondern das ist ein Jüde, der inwendig verborgen ist: und die Beschneidung des Herzens ist eine Beschneidung, welche im Geist, und nicht im Buchstaben geschichet: dessen Lob nicht aus den Menschen, sondern aus GOtt ist.

Das

℣. 12. *Quicunque enim sine lege peccaverunt.* Sine lege scripta, aut Mosaica, ut Gentiles. *Sine lege peribunt.* Ne forte sibi persuaderent, se fore impunitos, quod legem non acceperint, ut Judæi.

℣. 14. *Quæ legem non habent.* Quæ scriptam non habent legem. *Naturaliter.* Per liberum voluntatis motum divina adjutum gratia. *Faciunt.* His conscientia est vice legis, quæ eos excusat, aut pungit, cum bene vel male agunt.

℣. 15. *Et inter se invicem cogitationibus accusantibus.* Gr. λογισμῶν. Quæ vox significat cogitationes cum disceptatione, & ratiocinatione conjunctas: cogitationes illæ pro conscientia, quæ præcessit, sumuntur.

℣. 16. *In die.* Gr. *In diem.* Id manifestum fiet in die judicii. Sic videtur ordinanda lectio. *Cum Deus judicabit occulta hominum per Jesum Christum: secundum Evangelium meum.* Sicut prædicare, & docere soleo, Deus judicabit per Christum, ut nunc per eum salvat.

℣. 17. *Si autem tu Judæus cognominaris.* Jam ad Judæos solos sermonem suum convertit. In Græcis quibusdam codicibus legitur ἰδὲ, *ecce*, in aliis εἰ δὲ, *si autem*. An quia Judæus es, confidis te esse ducem cæcorum, & gloriaris in Deo, quod unum colas Deum: in nuda ejus cognitione, & exteriore cultu confidis, de reliquo male securus, inflatus scientia, prævaricationi addens superbiam?

℣. 20. *Eruditorem insipientium.* Græc. Imperitorum. *Habentem formam in lege.* Quæ est regula & norma rerum agendarum.

℣. 23. *Per prævaricationem legis Deum inhonoras.* Basilius Homil. 16. *Contumelia legislatoris est legum contemptus.*

℣. 24. *Sicut scriptum est.* Alludit ad locum Isaiæ, cap. 52. v. 5. juxta 70. Interpretes & Ezech. 56. 20. *Propter vos semper nomen meum blasphematur in Gentibus.*

℣. 25. *Circumcisio quidem prodest.* Suo quidem tempore profuit, vel prodest, non carnali, sed spiritali modo intellecta pro cordis circumcisione, quæ verum est fœdus cum Deo sancitum.

℣. 26. *Si præputium justitias legis custodiat.* Si præputiatus aut incircumcisus præcepta naturalia & moralia observet, erit coram Deo sicut circumcisus: sicut tu, qui es circumcisus, eris sicut præputiatus, si legem non custodias.

℣. 28. *Est circumcisio.* Duplex Judæorum & circumcisionis genus distinguit, exteriorem scilicet Judæum, aut circumcisionem: & interiorem in spiritu, non littera. Laus cum Judæi, tum circumcisionis vitiorum, a Deo pendet, non ab hominibus.

Das dritte Capitel.

I. Paulus bekräftiget, daß die Jüden und Heyden der Gnade Christi bedürfen, obwohl die Jüden in diesem die Heyden übertreffen, daß ihnen GOttes Gesetz vertrauet ist. 1. II. Doch seyn die Jüden unter der Sünde, wie die Heyden. 9. III. Von welcher sie erlöset, und gerechtfertiget werden, nicht aus den Werken des Gesetzes, sondern aus dem Glauben an JEsum Christum den Versöhner. 20.

1. Was Vortheil hat dann nun ein Jüde, oder was nützet die Beschneidung?

2. Zwar fast viel in alle Wege. Denn zum ersten ist ihnen das Wort GOttes vertrauet worden.

3. Denn was liegt daran, daß etliche unter ihnen nicht geglaubet haben? Sollte ihr Unglaube den Glauben GOttes vernichtigen? Das sey ferne.

4. Denn GOtt ist und bleibet wahrhaftig: aber alle Menschen sind Lügner, wie geschrieben stehet: Auf daß du gerechtfertiget werdest in deinen Worten, und überwindest, wann man dich richtet.

5. So aber unsere Ungerechtigkeit die Gerechtigkeit GOttes preiset, was wollen wir dann sagen? Ist dann GOtt ungerecht, der sich darüber erzürnet?

6. (Ich rede also auf Menschen Weise.) Das sey ferne. Wie würde sonst GOtt diese Welt richten?

7. Denn so die Wahrheit GOttes durch meine Lügen herrlicher wird, zu seiner Ehre, warum sollte ich dannoch wie ein Sünder gerichtet werden?

8. Und nicht vielmehr sagen, (wie wir dann gelästert werden, und wie etliche ausgeben, daß wir sagen sollen,) laßt uns Böses thun, auf daß Gutes daraus komme: welcher Verdammniß gerecht ist.

II. 9. Was ist es dann? Uebertreffen wir sie? Mit nichten. Denn wir haben droben Ursachen angezeiget, daß Jüden und Griechen alle miteinander unter der Sünde sind:

10. Wie geschrieben stehet: Denn niemand ist gerecht:

11. Niemand ist verständig, niemand ist, der GOtt suchet.

12. Sie sind alle abgewichen, und zugleich untüchtig worden, es ist keiner, der Gutes thue, auch nicht ein einziger.

13. Ihr Rachen ist ein offenes Grab: sie handeln betrüglich mit ihren Zungen: Natterngift ist unter ihren Lippen:

14. Ihr Mund ist voll Fluchens, und Bitterkeit:

15. Ihre Füße sind schnell, Blut zu vergiessen:

CAPUT III.

I. Concludit tam Judæos quam Gentiles egere gratia Christi: quia Judæis fuit promissiones Dei de Christo, quæ complebuntur, licet eorum multi fuerint incredi. II. 1. II. Quia Judæi æque ac Ethnici sunt sub peccato 9 III. A quo non liberat lex sed fides in Christum propitiatorem: ergo nemini de operibus legis gloriandum esse. 20.

1. Quid ergo amplius Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis?

2. Multum per omnem modum. Primum quidem, quia *a* credita sunt illis eloquia Dei. *a Infr. 9. 4.*

3. Quid enim si quidam illorum non crediderunt? *b* Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. *b 2. Tim. 2. 13.*

4. Est *c* autem Deus verax: *d* omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: *e* Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas, cum judicaris. *c Joan. 3. 33. d Ps. 115. 11. e Psal. 50. 6.*

5. Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram?

6. (Secundum hominem dico) Absit. Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?

7. Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tamquam peccator judicor?

8. Et non (sicut blasphemamur, & sicut ajunt quidam nos dicere) faciamus mala, ut veniant bona: quorum damnatio justa est.

II. 9. Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam. *f* Causati enim sumus Judæos, & Græcos omnes sub peccato esse: *f Gal. 3. 22. Supr. 1. 17. Infr. 11. 9.*

10. Sicut scriptum est: *g* Quia non est justus quisquam: *g Psal. 13. 3.*

11. Non est intelligens, non est requirens Deum.

12. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum.

13. Sepulchrum *h* patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: *i* venenum aspidum sub labiis eorum: *h Psal. 5. 11. i Psal. 139. 4. Jacob. 3. 8.*

14. Quorum *k* os maledictione, & amaritudine plenum est: *k Psal. 9. 7.*

15. Veloces *l* pedes eorum ad effundendum sanguinem: *l Isai. 59. 7. Prov. 1. 16.*

CAPUT III.

℣. 1. *Quid ergo amplius Judæo est?* Objectioni occurrit: nam videbatur superiori capite circumcisionem omnino deprimere. *Quid ergo.* Inquient, habet Judæus præ Gentili, si præputium Gentili credenti imputandum sit in circumcisionem?

℣. 2. *Multum per omnem modum.* Multæ sunt Judæorum prærogativæ, de quibus cap. 9. v. 4. & 5. sed ea præcipua est, quod uni populo Judaico credita sint & commissa Dei oracula.

℣. 3. *Quid enim si quidam illorum non crediderunt?* Quid tum enim, si quidam eorum in sua perstiterint perfidia, an irritas Dei promissiones efficiet eorum incredulitas? *Evacuabit.* Quidam codices habent, *evacuavit.*

℣. 4. *Est autem Deus verax.* Gr. *Sit verax.* Interpres forsan scripserat, *esto*, ac littera *o*, excidit, ut suspicatur Gaignæus. Cum omnis homo in verbis suis sit mendax, & in promissis fallax; utrumque longe abest a Deo. *Ut justificeris.* Ut justus agnoscaris. *Et vincas.* Ut eventum significat, non causam; ut victor in causa tua pronuntieris, cum aliquis de tuis factis judicare ausus fuerit, quasi non stes promissis. Exemplo Davidis probat ob Judæorum incredulitatem irritas non fieri Dei promissiones: cum generatim populo Dei, non singulis Judæis factæ sint a Deo promissiones. Incredulitas eorum, aut perfidia veritati & justitiæ divinæ in præstandis promissis majorem affert splendorem. Justitiam Dei vocat, quam in liberanda fide promissorum sibi debet Deus.

℣. 5. *Si autem iniquitas nostra justitiam Dei commendat.* Tacitam objectionem occupat, peccatores adeo justo puniri non posse, si Dei justitiam magis commendant & illustrant quodammodo. *Qui infert iram.* Seu pœnam.

℣. 6. *Secundum hominem dico.* More carnalium hominum loquor. *Absit.* Hanc impiam statim rejicit blasphemiam manifesto falsam, ac breviter respondet mundum a Deo judicatum non iri, si Deus esset injustus.

℣. 7. *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipsius.* Objectionem adversarii urget acrius. Quod si meum mendacium in Dei laudem cedit, & ejus veritatem in præstandis promissis commendat magis, cur condemnor ut peccator? imo & hinc videtur concludi oportere facienda esse mala, ut majora inde eveniant bona, cum ex iis Dei gloria fiat illustrior: uti malevoli nobis falso tribuunt hanc impietatem. Responsione in caput sextum dilata, id unum subjicit.

℣. 8. *Quorum damnatio justa est.* Qui scilicet ita sentiunt, quique eo nomine merito damnandi sunt, uti & ii, qui falso asserunt, hæc a nobis prædicari. Nullum enim malum cujusvis boni causa faciendum: tametsi id quandoque est tolerandum, sed illud committendum non est, ut id faciamus, quod Deus vetat, quodcumque ex eo veniat bonum.

℣. 9. *Præcellimus eos?* Gentiles? *Nequaquam.* Neque id pugnat cum ipso hujus capitis initio. Hoc enim in loco agitur de meritis utriusque, qua in re pares existunt; tum vero de beneficiis in Judæos a Deo collatis agebatur. *Causati enim sumus.* Causas attulimus, quod omnes æque sint peccatorum rei.

℣. 10. *Sicut scriptum est.* Psal. 13. Ex variis Scripturæ testimoniis probat omnes esse peccatores, neminem esse justum, nisi ex gratia Dei, neminem esse sapientem.

℣. 12. *Non est usque ad unum.* Ne unus quidem ex conditione sua naturali, aut ex natura sua.

℣. 13. *Sepulchrum patens.* Obscæna sunt eorum verba, dolis plena & calumniis, Psal. 13. *Linguis suis dolose agebant.* Amaritudine, verborum acerbitate, calumniis.

℣. 15. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Isaiæ 59. Membra omnia peccatoris serviunt iniquitati.

m *Psal.* 13.3. 16. Contritio, *m* & infelicitas in viis eorum:
17. Et viam pacis non cognoverunt:
n *Psal.* 35.2. 18. Non *n* est timor Dei ante oculos eorum.
o *Gal.* 2.16. 19. Scimus *o* autem, quoniam quæcumque lex loquitur, iis, qui in lege sunt, loquitur: ut omne eos obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo;
III. 20. Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.
21. Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est: testificata a lege & Prophetis.
22. Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio:
23. Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei.
24. Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Jesu,
25. Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiæ suæ propter remissionem præcedentium delictorum,
26. In sustentatione Dei, ad ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore: ut sit ipse justus, & justificans eum, qui est ex fide Jesu Christi.
27. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non: sed per legem fidei.
28. Arbitramur enim justificari hominem per fidem sine operibus legis.
29. An Judæorum Deus tantum? nonne & gentium? Immo & gentium:
30. Quoniam quidem unus est Deus, qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.
31. Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

CAPUT IV.

I. Non ex legis operibus contigit justificatio Abrahæ, sed ex fide in Deum, ante datam ipsi circumcisionem: futurus non lege, sed justitia fidei, pater omnium, qui ipsius fidem imitarentur. 1. *II. Similiter & nobis obtingit benedictio, justitia & salus, non per opera legis aut naturæ, sed per fidem Christi.* 13. *III. Commendat fidem Abrahæ, quia credidit Deo se patrem fore multarum gentium per promissum sibi semen, cum tam ipse quam uxor ejus Sara annos excessissent aptos ad generandum.* 18. *IV. Ad imitationem ejus fidei nos hortatur.* 23.

16. Jammer und Unglück ist auf ihren Wegen:
17. Und sie haben den Weg des Friedens nicht erkannt:
18. Es ist keine Gottesfurcht vor ihren Augen.
19. Wir wissen aber, daß alles, was das Gesetz redet, dasselbige zu denen redet, welche unter dem Gesetze sind: damit aller Mund verstopfet, und die ganze Welt GOtt unterthan werde:
III. 20. Denn aus den Werken des Gesetzes wird kein Fleisch vor ihm gerechtfertiget werden. Denn durch das Gesetz kömmt Erkenntniß der Sünde.
21. Nun aber ist die Gerechtigkeit GOttes ohne das Gesetz offenbaret worden: und hat Zeugniß vom Gesetz, und von den Propheten.
22. Aber die Gerechtigkeit GOttes kömmt durch den Glauben JEsu Christi in alle, und über alle, die an ihn glauben: denn es ist hier kein Unterschied:
23. Denn sie haben allzumal gesündiget, und bedürfen der Herrlichkeit * GOttes. * Gnade.
24. Also werden wir umsonst gerechtfertiget durch seine Gnade, und durch die Erlösung, die in Christo JEsu ist,
25. Welchen GOTT zur Aussöhnung durch den Glauben in seinem Blute vorgestellet hat, zu Erweisung seiner Gerechtigkeit, in Erlassung der Sünden, welche zuvor geschehen sind,
26. Unter der Geduld GOttes, damit er zu dieser Zeit seine Gerechtigkeit erwiese: auf daß er gerecht sey, und denjenigen gerecht mache, der aus dem Glauben JEsu Christi ist.
27. Wo ist dann nun dein Ruhm? Er ist ausgeschlossen. Durch welches Gesetz? Der Werke? Nein: sondern durch das Gesetz des Glaubens.
28. Denn wir halten dafür, daß der Mensch durch den Glauben gerecht werde, ohne die Werke des Gesetzes.
29. Ist GOtt allein der Jüden GOtt? ist er nicht auch ein GOtt der Heyden? Ja freylich auch der Heyden:
30. Denn es ist ein einiger GOtt, der die Beschneidung aus dem Glauben, und die Vorhaut durch den Glauben gerecht machet.
31. Zerstören wir dann das Gesetz durch den Glauben? Das sey ferne: sondern wir bestättigen das Gesetz.

Das vierte Capitel.

I. Paulus beweiset mit dem Exempel Abrahä, daß nicht durch die Werke des Gesetzes, und der Natur, sondern durch den Glauben Christi die Menschen gerechtfertiget werden, gemäß was Gen. 15. stehet: Abraham hat geglaubt, ꝛc. 1. II. Gleichermassen, daß wir nicht durch das Gesetz, sondern durch den Glauben den Segen bekommen, das ist, die Gerechtigkeit und Heil, welche Abrahä und seinem Saamen versprochen. 13. III. Rühmet den Glauben Abrahä, daß er wider die Hoffnung in die Hoffnung geglaubet, es werde ihm Isaac aus der unfruchtbaren Sara gebohren werden. 18. IV. Ermahnet uns, solchem Glauben Abrahä nachzufolgen, wenn wir begehren gerechtfertiget zu seyn. 23.

1. Was

ỳ. 16. *Contritio.* Eo tendunt ut alios opprimant.
ỳ. 17. *Et viam pacis.* Proverb. 18. *Non est pax impiis.*
ỳ. 19. *Scimus autem.* Ne forte Judæi sibi persuaderent hæc non ad se, sed ad Gentes pertinere. *Ut omne os obstruatur.* Ne sibi blandiantur, quasi sint ab iis peccatis immunes. *Et subditus.* Ut omnes se Deo obnoxios agnoscant.
ỳ. 20. *Quia ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo.* Ex iis quod sibi erat propositum concludit Apostolus, per legem justificari neminem coram Deo, per eam peccatum cognosci, non deleri. Homini suam fœditatem occultat superbia, lex detegit, mundat gratia.
ỳ. 21. *Nunc autem sine lege justitia Dei manifestata est.* Postquam Apostolus ostendit nec Philosophorum placitis, nec Legis Mosaicæ præceptis justificari homines, id demum colligit per solam fidem, seu Christianam religionem nos justos effici, justitia Dei, qua justi sumus coram Deo. *Manifestata est.* Cui justitiæ testimonium perhibent Lex & Prophetæ.
ỳ. 23. *Omnes — & egent gloria Dei.* Græc. *Destituuntur.* Non habent unde coram Deo glorientur, vel egent gratia Dei.
ỳ. 24. *Justificati gratis per gratiam ipsius.* Quamobrem ex mera Dei misericordia sine meritis, quæ præcesserint, justi effici mur. *Per redemptionem.* Quam gratiam Christus suo sanguine nobis acquisivit.
ỳ. 25. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius.* Oblato sanguine suo in sacrificium, ut per eum nos Deo reconciliaret.
ỳ. 26. *In sustentatione Dei.* Postquam omnibus retro sæculis peccata hominum quasi dissimulando toleravit, tandem his temporibus, cum omnes essent in peccato constituti, justitiam suam ostendit, quam iis largitus est. *Qui sunt ex fide Jesu Christi.* Qui credunt in Christum Deum & hominem, quique ad ostensionem justitiæ Dei, veteris Adæ noxam eluit proprio sanguine.
ỳ. 27. *Per quam legem? Factorum?* Sic vocat legem Mosaicam. *Sed per legem fidei.* Per Christianam religionem. Ideo autem legem Mosaicam vocat legem factorum, quia multa facienda præscribebat, sed gratiam non concedebat.
ỳ. 28. *Sine operibus legis.* Videtur hic Apostolus insinuare, quod sola fide sine operibus justificari possimus, saltem sic fingunt hæretici; sed legant caput 12. ad Rom. ejusdem Apostoli, & invenient, quid nos agere oporteat, ut coram Deo justi appareamus, legant Jacobi c. 2. Joannis 1. ep. totam. Pervolvant caput X. Act Apost. & v. 4 ubi expresse habetur: *orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* Non ergo frustranea sunt bona opera; sed fidem vivam, & perfectam, non otiosam sed operantem, quæ necessaria est ad perfectam justificationem, demonstrant.
ỳ. 29. *Imo & Gentium.* Sic enim Deus & Judæos & Gentiles ex æquo salvat.
ỳ. 31. *Legem ergo destruimus per fidem?* Pervulgatæ Judæorum objectioni occurrit, quasi hæc doctrina legem destrueret: sed respondet eam adeo non destrui per fidem, ut per eam stabiliatur, & perficiatur: quod enim lex imperat, fides impetrat, sed fides viva per gratiam.

1. Was wollen wir dann sagen, daß Abraham unser Vater nach dem Fleisch gefunden habe?

2. Denn so Abraham aus den Werken ist gerechtfertiget worden, so hat er wohl Ruhm, aber nicht bey GOtt.

3. Denn was sagt die Schrift? Abraham hat GOtt geglaubet: und das ist ihm zur Gerechtigkeit gerechnet worden.

4. Dem aber, der Werke thut, wird der Lohn nicht aus Gnaden, sondern aus Pflicht zugerechnet.

5. Der aber nicht wirket, glaubet aber an den, der den Gottlosen gerecht machet, dem wird sein Glaube zur Gerechtigkeit gerechnet, nach dem Vorsatz der Gnade GOttes.

6. Wie auch David sagt von der Seligkeit des Menschen, dem GOtt die Gerechtigkeit zurechnet, ohne Zuthun der Werke.

7. Selig sind diejenigen, denen ihre Missethaten vergeben, und ihre Sünden bedecket sind.

8. Selig ist der Mann, dem der HErr die Sünde nicht zurechnet.

9. Bleibet nun diese Seligkeit allein in der Beschneidung, oder ist sie auch in der Vorhaut? denn wir sagen, daß der Glaube dem Abraham zur Gerechtigkeit sey zugerechnet worden.

10. Wie ist er ihm dann zugerechnet? in der Beschneidung, oder in der Vorhaut? Nicht in der Beschneidung, sondern in der Vorhaut.

11. Und er empfieng das Zeichen der Beschneidung zum Siegel der Gerechtigkeit des Glaubens, welche in der Vorhaut ist: auf daß er ein Vater sey aller Glaubigen durch die Vorhaut, damit solches ihnen auch zur Gerechtigkeit zugerechnet werde:

12. Und daß er ein Vater der Beschneidung sey, nicht denen allein, welche aus der Beschneidung sind, sondern auch denjenigen, welche den Fußstapfen des Glaubens nachfolgen, der in der Vorhaut unsers Vaters Abrahams ist.

II. 13. Denn es ist dem Abraham, oder seinem Saamen, nicht durch das Gesetz die Verheißung geschehen, daß er ein Erbe der Welt seyn sollte, sondern durch die Gerechtigkeit des Glaubens.

14. Denn so die vom Gesetz Erben sind, so ist der Glaube zunichtgemacht, und die Verheißung abgeschaffet worden.

15. Denn das Gesetz wirket Zorn. Und wo kein Gesetz ist, da ist auch keine Uebertrettung.

16. Derohalben ist die Verheißung geschehen durch den Glauben, auf daß die Verheißung aus Gnaden vestbestünde allem Saamen, nicht dem allein, der nur aus dem Gesetz ist, sondern auch dem, der aus dem Glauben Abrahams ist, welcher ein Vater ist unser aller.

17. (Wie dann geschrieben stehet: Ich habe dich zum Vater vieler Völker gesetzet) vor GOtt, dem er geglaubet, der die Todten lebendig machet, und rufet den Dingen, die nicht sind, als denen, die da sind.

1. Quid ergo dicemus inveniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem?

2. Si enim Abraham ex operibus juſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum.

3. Quid enim dicit Scriptura? *a* Credidit Abraham Deo: & reputatum eſt illi ad juſtitiam. *a Gen.* 15. 6. *Gal.* 3. 6. *Jac. b.* 2. 23.

4. Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.

5. Ei vero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui juſtificat impium, reputatur fides ejus ad juſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei.

6. Sicut & David dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert juſtitiam ſine operibus.

7. Beati *b*, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. *b Pſal.* 31. 1.

8. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum.

9. Beatitudo ergo hæc in circumciſione tantum manet, an etiam in præputio? dicimus enim, quia reputata eſt Abrahæ fides ad juſtitiam.

10. Quomodo ergo reputata eſt? in circumciſione, an in præputio? Non in circumciſione, ſed in præputio.

11. Et *c* ſignum accepit circumciſionis, ſignaculum juſtitiæ fidei, quæ eſt in præputio: ut ſit pater omnium credentium per præputium, ut reputetur & illis ad juſtitiam: *c Gen.* 17. 10. 11.

12. Et ſit pater circumciſionis non iis tantum, qui ſunt ex circumciſione, ſed & iis, qui ſectantur veſtigia fidei, quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ.

II. 13. Non *d* enim per legem promiſſio Abrahæ, aut ſemini ejus, ut hæres eſſet mundi, ſed per juſtitiam fidei. *d Gal.* 3. 18. *Hebr.* 11. 9.

14. Si enim, qui ex lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, abolita eſt promiſſio.

15. Lex enim iram operatur. Ubi enim non eſt lex, nec prævaricatio.

16. Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio omni ſemini, non ei, qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei, qui ex fide eſt Abrahæ, qui pater eſt omnium noſtrum.

17. (Sicut ſcriptum eſt: *e* Quia patrem multarum gentium poſui te) ante Deum, cui credidit, qui vivificat mortuos, & vocat ea, quæ non ſunt, tamquam ea, quæ ſunt. *e Gen.* 17. 4.

III. 18.

CAPUT IV.

℣. 2. *Si enim Abraham ex operibus legis juſtificatus eſt.* Quod ſi ex circumciſione ipſa Abraham fuit juſtificatus, gloriari potuit, juſtam ſibi mercedem eſſe redditam: ſed Scripturæ teſtimonio contrarium evincitur.

℣. 3. *Credidit Abraham Deo.* Promiſſioni Dei. *Et reputatum eſt ei ad juſtitiam.* Quare juſtitia non ut merces operi debita, ſed inſtar gratiæ huic reddita eſt.

℣. 5. *Secundum propoſitum gratiæ Dei.* Prout decrevit Deus gratiam illi conferre: gratis eam accepit, non ex juſtitia, quaſi illi deberetur.

℣. 6. *Cui Deus accepto fert juſtitiam ſine operibus.* Gr. λογίζεται. Imputat, cui juſtitiam gratis largitur.

℣. 7. *Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & tecta peccata.* Peccata ſemel remiſſa per infuſionem gratiæ ita obliterantur & teguntur, ut revera non amplius inſint homini; res enim aliter a Deo non videntur, quam in ſeipſis ſunt. Hinc falſum eſt dogma Calvini: peccata in anima juſti manere, ſed latere. Item Lutheri, qui putat peccata ſolum non imputari ad pœnam.

℣. 9. *Beatitudo ergo hæc in circumciſione tantum manet.* Gr. *In circumciſionem, an in præputium?* An ad Judæos tantum, non ad Gentiles pertinet? vel certe Apoſtolus tempus ipſum, quo Abraham juſtificatus eſt per fidem, videtur reſpicere. Cum enim promiſſioni Dei credidit, nondum erat circumciſus.

℣. 11. *Et ſignum accepit circumciſionis.* Sigillum, quo gratia jam collata, ut rata habebatur; idque rei apponitur ad tempus occultandæ, & certo tempore declarandæ. Circumciſio ſigillum erat juſtitiæ fidei, quam habuerat Abraham in præputio, quæque in lege occultata, in Evangelio erat revelanda. *Credentium.* Idcirco ante juſtificatus fuit, quam circumciſus, ut eſſet incircumciſorum omnium Pater, uti & circumciſorum. Ante circumciſionem juſtificatus fuit, ut Pater eſſet Gentilium; poſt circumciſionem, ut Pater Judæorum. *Per præputium.* In præputio.

℣. 13. *Sed per juſtitiam fidei.* Non legis merito, quæ nondum erat accepta. *Sed per juſtitiam fidei.* Promiſſum fuit Abrahæ. *Ut hæres eſſet mundi.* Ut mundum univerſum poſſideret in ſemine ſuo, per Chriſtum videlicet, in totius mundi converſione. Quæ promiſſio impleta eſt non per legem, ſed per fidem.

℣. 15. *Lex enim iram operatur.* Si a fide & gratia Chriſti lex ſejungatur, eſt obſervatu impoſſibilis; unde non cauſat benedictionem & ſalutem, ſed iram & indignationem ratione infirmitatis humanæ, cui ſic lex eſt occaſio prævaricationis & transgreſſionis.

℣. 17. *Qui vivificat mortuos.* Ex duplici capite fidem Abrahæ commendat, ex filii ſacrificio, & ex ſenili ætate conjugis, cum filium peperit.

III. 18. Qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod
f Gen. 15. 5. *f* dictum est ei: Sic erit semen tuum.

19. Et non infirmatus est fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, & emortuam vulvam Saræ.

20. In repromissione etiam Dei non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo:

21. Plenissime sciens, quia quæcumque promisit, potens est & facere.

22. Ideo & reputatum est illi ad justitiam.

IV. 23. Non est autem scriptum tantum propter ipsum, quia reputatum est illi ad justitiam:

24. Sed & propter nos, quibus reputabitur
g 2. Pet. 1. 21. credentibus in eum, qui *g* suscitavit Jesum Christum Dominum nostrum a mortuis:

h Isa. 53. 6. 25. Qui *h* traditus est propter delicta nostra,
1. Petr. 1. 3. & resurrexit propter justificationem nostram.

III. 18. Und er hat wider die Hoffnung in die Hoffnung geglaubet, auf daß er zum Vater vieler Völker würde, nachdem das zu ihm gesaget war: Also wird dein Saame seyn.

19. Und er ward nicht schwach im Glauben, nahm auch nicht wahr seines Leibes, welcher schon erstorben war, da er nun nahe bey hundert Jahre alt war, noch den erstorbenen Leib der Sara.

20. Er zweifelte auch nicht durch Mistrauen an der Verheißung GOttes, sondern er ward stark im Glauben, und gab GOtt die Ehre:

21. Und wußte das aufs allergewisseste, daß er alles, was er verheißen hat, auch mächtig ist zu thun.

22. Darum ist es ihm auch zur Gerechtigkeit gerechnet worden.

IV. 23. Es ist aber nicht allein um seinetwillen geschrieben, daß es ihm zur Gerechtigkeit gerechnet worden:

24. Sondern auch um unsertwillen, denen es auch wird zugerechnet werden, so wir an den glauben, der unsern HErrn JEsum Christum von den Todten auferwecket hat:

25. Welcher überantwortet ist um unserer Sünde willen, und um unserer Gerechtigkeit willen wiederum auferstanden.

CAPUT V.

I. Varios recenset fructus justitiæ, quæ per fidem in Christum obtinetur, docens nos per sanguinem Christi justificari. 2. *II. Per Adam intrasse in mundum peccatum & mortem, sed per Christum gratiam, justitiam & vitam haberi.* 12. *III. Imo superabundare gratiam Christi omni peccato delendo.* 20.

†*SABB.* 4. *TEMP. PENT. EPIST.* 6. *Item de PLUR. MART.*

1. Justificati † ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum:

2. Per *a* quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

a Ephes. 2. 18.

3. Non solum autem, sed & gloriamur in
b Jacob. 1. 3. tribulationibus: *b* scientes, quod tribulatio patientiam operatur:

4. Patientia autem probationem, probatio vero spem:

c Psal. 28. 2. 5. Spes *c* autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

6. Ut quid enim Christus, cum adhuc in-
d Hebr. 9. 14 *1. Petr.* 3. 18. firmi essemus, secundum tempus pro impiis *d* mortuus est?

7. Vix enim pro justo quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

8. Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus

9. Christus pro nobis mortuus est: multo igitur magis nunc justificati in sanguine ipsius, salvi erimus ab ira per ipsum.

Das fünfte Capitel.

I. Paulus redet von den Früchten der Rechtfertigung, welche wir durch Christum haben, und aus dem Glauben herfließen. 2. II. Setzt gegen einander die Gnade von Christo, und die Sünde von Adam, daß wir durch Christi Gehorsam die Gerechtigkeit erlangen, und das ewige Leben. 12. III. Lehret, daß von Adam und dem Gesetz die Sünde überhandgenommen hat; doch viel reichlicher überhandgenommen habe die Gnade durch JEsum Christum. 20.

1. So wir dann nun aus dem Glauben sind gerechtfertiget worden, so lasset uns Friede haben mit GOtt, durch unsern HErrn JEsum Christum:

2. Durch welchen wir auch einen Zugang haben im Glauben zu dieser Gnade, darinnen wir stehen, und rühmen uns wegen der herrlichen Hoffnung der Kinder GOttes.

3. Nicht allein aber deswegen, sondern wir rühmen uns auch wegen der Trübsal: dieweil wir wissen, daß Trübsal Geduld wirket:

4. Die Geduld aber wirket Bewährung, die Bewährung aber wirket Hoffnung:

5. Die Hoffnung aber macht nicht zu Schanden: denn die Liebe GOttes ist ausgegossen in unsere Herzen, durch den heiligen Geist, der uns gegeben ist.

6. Denn warum ist sonst Christus, da wir noch schwach waren, nach der Zeit für die Gottlosen gestorben?

7. Denn es stirbt kaum einer für einen Gerechten: denn für einen Frommen dürfte vielleicht jemand sterben.

8. GOTT aber giebt seine Liebe gegen uns zu erkennen: denn als wir noch Sünder waren, nach der Zeit

9. Ist Christus für uns gestorben: darum werden wir jetzt, nachdem wir durch sein Blut gerechtfertiget sind, vielmehr durch ihn vom Zorn befreyet werden.

10. Denn,

℣. 18. *Qui contra spem.* Qui cum naturaliter prolem sperare non posset, Deo tamen promittenti credidit se patrem fore multarum Gentium.

℣. 20. *In repromissione.* Gr. *Ad hanc Dei promissionem.*

℣. 25. *Qui traditus est propter delicta nostra.* Ut nostra expiaret delicta. *Et resurrexit.* Christi resurrectio fidem omnium mysteriorum complectitur.

CAPUT V.

℣. 1. *Justificati ergo ex fide.* Non ex lege. *Habeamus.* Græc. *Pacem habeamus cum Deo.* In gratiam redimus cum Deo. Atque hic est primus veræ justitiæ effectus, reconciliatio nostra cum Deo, quam neque Lex, neque humana philosophia potuerunt efficere.

℣. 2. *Habemus accessum per fidem in gratiam istam.* Justificationis, & reconciliationis. *In qua stamus.* In qua perseveramus, & gloriamur in spe æternæ felicitatis; atque hic est secundus justificationis effectus.

℣. 3. *Non solum autem.* Supple, gloriamur *in ea spe filiorum Dei.* Quam futuræ gloriæ habent filii Dei, sed etiam in iis omnibus, quæ ad eam perducunt: cujusmodi sunt, quæ sequuntur; nempe læto & securo animo perpeti hujus vitæ afflictiones, quod cum futura gloria sint conjunctæ. *Scientes, quod tribulatio.* Nos ad patientiam exerceat.

℣. 4. *Patientia autem probationem.* Nos a pravis affectibus tamquam a contractis sordibus expurgat, ut ignis aurum in fornace purius efficit. *Probatio vero spem.* Cujus est velut fundamentum, eamque firmam efficit.

℣. 5. *Spes autem non confundit.* Nos non fallit. Gr. *Non pudefacit.* Ut iis accidit, qui spem suam ponunt in hominibus; neque enim id consequuntur, quod speraverant: contra iis evenit, qui spem omnem suam in Deo collocant. Nam Spiritum sanctum acceperunt ut pignus & arrhabonem Regni cœlestis.

℣. 6. *Ut quid enim Christus.* Gr. ἔτι γὰρ. *Jam enim.* Aut forte legebatur εἰς τὶ. *Ad quid enim.* Quorsum enim Christus mortuus est, cum adhuc peccatores essemus, nisi ut in eam spem nos erigeret? *Secundum tempus.* Tempore a Patre constituto, & a Prophetis prædicto; vel ad tempus, scilicet per triduum.

℣. 7. *Vix enim pro justo quis moritur.* Ut opponat ei, quod dixerat Christum pro impiis mortuum, cum vix invenias, qui pro justi vita tuenda mori velit.

℣. 8. *In nobis.* Gr. εἰς ἡμᾶς. *In nos.*

10. Denn so wir mit GOtt versöhnet sind durch den Tod seines Sohnes, da wir noch Feinde waren, so werden wir vielmehr jetzt, nachdem wir versöhnet sind, durch sein Leben selig werden.

11. Nicht allein aber das: sondern wir rühmen uns auch in GOtt, durch unsern HErrn JEsum Christum, durch welchen wir nun die Versöhnung empfangen haben.

II. 12. Darum, gleichwie die Sünde durch einen Menschen in diese Welt ist eingegangen, und durch die Sünde der Tod, und ist also der Tod über alle Menschen durchgegangen, dieweil alle in ihm gesündiget haben:

13. Denn die Sünde war in der Welt, bis auf das Gesetz: aber die Sünde ward nicht zugemessen, da das Gesetz noch nicht war:

14. Gleichwohl hat der Tod geherrschet, von Adam bis auf Mosen, auch über die, welche nicht gesündiget haben auf die Weise, wie Adam übertreten hat, welcher ein Vorbild ist des Künftigen.

15. Aber es ist nicht mit der Gabe, wie mit der Uebertretung: denn so durch eines Menschen Uebertretung viele gestorben sind: so ist vielmehr GOttes Gnade und Gabe durch die Gnade des einigen Menschen JEsu Christi vielen reichlich wiederfahren.

16. Es ist auch nicht mit der Gabe, wie mit der Sünde, so durch einen begangen ist: denn das Gerichte ist zwar aus einer Sünde zur Verdammniß hergekommen: aber die Gnade errettet aus vielen Sünden zur Gerechtigkeit.

17. Denn so um des einigen Menschen Uebertretung willen, der Tod durch den einigen geherrschet hat: so werden vielmehr diejenigen, welche die Fülle * der Gnaden, und der Gaben, und der Gerechtigkeit empfahen, durch den einigen JEsum Christum im Leben herrschen.

* die Menge, Völle.

18. Derowegen, gleichwie durch des einigen Menschen Sünde die Verdammniß auf alle Menschen gekommen ist: also ist auch durch des einigen Gerechtigkeit die Rechtfertigung des Lebens auf alle Menschen gekommen.

19. Denn, gleichwie durch eines Menschen Ungehorsam viele Sünder worden sind: also werden auch durch eines Gehorsam viele gerecht gemacht werden.

III. 20. Das Gesetz aber ist neben eingekommen, auf daß die Sünde überhandnehme. Wo aber die Sünde überhandgenommen hat, da hat auch die Gnade noch viel reichlicher überhandgenommen.

10. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati, salvi erimus in vita ipsius.

11. Non solum autem: sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

II. 12. Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt:

13. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset:

14. Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysem etiam in eos, qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri.

15. Sed non sicut delictum, ita & donum: si enim unius delicto multi mortui sunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.

16. Et non sicut per unum peccatum, ita & donum: nam judicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in justificationem.

17. Si enim unius delicto mors regnavit per unum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & justitiæ accipientes, in vita regnabunt per unum JESUM Christum.

18. Igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ.

19. Sicut *e* enim per inobedientiam unius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per unius obeditionem, justi constituentur multi. *e Philip. II. 3. & 9.*

III. 20. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Ubi autem abundavit delictum, superabundavit gratia.

21. Ut

℣. 10. *Multo magis reconciliati, &c.* Qui peccatores Deo reconciliavit per mortem suam glorioſam. Qui vitam inimicis suis dedit, hanc multo magis amicis dabit.

℣. 11. *Per quem nunc reconciliationem accepimus.* Non solum reconciliati sumus Deo, sed & in Deo gloriamur, quod in ejus familiam asciti sumus per Christum. Itaque hi sunt justificationis nostræ fructus, pax cum Deo, spes futuræ gloriæ, securus & lætus animus in ipsis tribulationibus, & adoptio divina. Jam utrumque statum justitiæ & peccati sic confert inter se, ut justitiæ vim peccati stragi longe anteponat: sed prius ab utriusque origine sumit initum.

℣. 12. *Propterea sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit.* Gr. διὰ τοῦτο, *propterea, sicut per unum hominem.* Ut in oratione Dominica, *Sicut in cælo, & in terra.* Videtur Origeni hoc in loco esse ellipsis. *Sicut per unum hominem peccatum.* Ita per ipsum hominem est justificatio: sed alterum comparationis caput redditur v. 18. Duplex vero objectio illius occurrit animo adversus hanc generalem peccati labem: primum enim videntur excipiendi omnes, qui ante Moysis legem vixere, qui legem violare non potuerunt, cum nulla iis data esset; tum infantes ipsi, ut rationis, sic peccati expertes: utrique objectioni respondet Apostolus, & omnes ante legem peccato obnoxios docet. *In quo*, in Adamo, *omnes peccaverunt.*

℣. 13. *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo.* Tametsi coram hominibus non imputabatur, quod nulla lex positiva pœnam imposuisset sceleribus.

℣. 14. *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Mousen.* Sed mors in genus humanum grassata est. *Etiam in eos.* Adeo ut infantes ipsos, qui instar Adæ ultro & voluntarie prævaricati non sunt, penitus involvat. *Qui est forma futuri.* Typus secundi Adæ, ut mox dicturus est, ad interruptam comparationem rediturus, sic tamen, ut justitiæ vim præ peccati ruina extollat.

℣. 15. *Et donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Non enim solum Adæ, sed & cætera delevit peccata, ac præterea vitam donavit immeritis. *Multi.* Id est, omnes. *Multo magis gratia Dei, &c.* Non quod plures justificentur, quam condemnentur. Græce enim non πλείονας, seu *plures*; sed πολλοὺς, id est *multos*, legimus, quod gratia Christi plus valuerit in justificando, quam peccatum Adæ in occidendo: ita ut non comparate plures, sed positive multi exprimantur.

℣. 16. *Nam judicium quidem ex uno in condemnationem.* Justitiæ & peccati fontes superius inter se contulit, nunc de subjecta utrique materia differit. Unius peccati commissio hominum condemnationi satis fuit; sed gratiæ donum post innumera peccata justificavit homines. Græci legunt, *& non sicut per unum peccatorem donum.* Ubi est ellipsis frequens in Epistolis Pauli: sensus hic est, non tale donum est, qualis fuit per unum peccatorem prævaricatio. *Ex uno*, vel *peccato*, ut noster legit, vel *peccatore*, ut Græci legunt; ex uno tantum delicto Adæ in judicium, ad condemnationem incurrimus; post multa autem delicta cum originis, tum actu commissa, justitiam accipimus, eamque largitur Christi gratia.

℣. 18. *Sicut per unius delictum &c.* Institutam occidentis peccati, & justitiæ vivificantis comparationem, quoad generalem utriusque effectum, & principii unitatem prosequitur. *In omnes homines.* Sic manavit, ut quemadmodum peccati originis labes omnes inficit, qui nascuntur per Adamum, ita omnes, qui justificantur, per Christum vitam accipiunt: qui scilicet a Christo per spiritalem generationem descendunt. *In justificationem vitæ.* Qua a morte peccati in gratiæ vitam revocantur.

℣. 20. *Lex autem subintravit, ut abundaret delictum.* Particula, *ut*, eventum significat, non causam; hoc est, propterea factum fuit, ut delictum abundaret ex occasione.

21. Ut sicut regnavit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per justitiam in vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

CAPUT VI.

I. Hortatur nos Paulus in Christo baptizatos, ut mortui peccato deinceps in novitate vitæ ambulemus: sicut Christus semel mortuus, resurrexit ad novam vitam, non amplius moriturus. 1. II. Ut non obediamus peccato aut concupiscentiis; sed soluti a lege, & per Christi gratiam liberati a peccato, tradamus membra nostra in obsequium justitiæ ad vitam. 12.

1. Quid ergo dicémus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet?

a 2. Pet. 2. 22. 2. Absit. *a* Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in illo?

† DOM. 6. POST PENT. 3. An ignoratis, quia † quicunque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus?

b Gal. 3. 27. Coloss. 2. 12. c Ephes. 4. 13. Hebr. 12. 1. 1. Petr. 2. 1. & 4. 2. 4. Consepulti *b* enim sumus cum illo per baptismum in mortem: ut, quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, *c* ita & nos in novitate vitæ ambulemus.

5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus: simul & resurrectionis erimus.

6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultra non serviamus peccato.

7. Qui enim mortuus est, justificatus est a peccato.

8. Si autem mortui sumus cum Christo: credimus, quia simul etiam vivemus cum Christo:

9. Scientes, quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

10. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem vivit, vivit Deo.

11. Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viventes autem Deo, in Christo JEsu Domino nostro.*

II. 12. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.

d Coloss. 3. 5. 13. Sed *d* neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo.

14. Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.

21. Damit, gleichwie die Sünde zum Tod geherrschet hat: also auch die Gnade durch die Gerechtigkeit zum ewigen Leben herrsche, durch Christum JEsum unsern HErrn.

Das sechste Capitel.

I. Paulus lehret, daß, gleichwie wir mit Christo durch die Taufe in den Tod begraben, und der Sünde gestorben sind, also auch in einem neuen Leben wandeln sollen. 1. II. Ermahnet, daß wir die Sünde nicht sollen herrschen lassen in unserm sterblichen Leibe; sondern unsere Glieder gebrauchen zu der Heiligkeit, die wir zuvor der Ungerechtigkeit unterworfen waren. 12.

1. Was wollen wir dann sagen? Sollen wir in der Sünde bleiben, damit die Gnade überhandnehme?

2. Das sey ferne. Denn wie sollten wir, die wir der Sünde abgestorben sind, in derselbigen noch leben wollen?

3. Wisset ihr nicht, daß wir alle, die wir in Christo JEsu getaufet sind, in seinem Tod sind getaufet worden?

4. Denn wir sind mit ihm durch den Tod in den Tod begraben: auf daß, gleichwie Christus von den Todten auferstanden ist, durch die Herrlichkeit des Vaters, also auch wir in einem neuen Leben wandeln sollen.

5. Denn so wir ihm eingepflanzet durch das Gleichniß des Todes: sollen wir auch billig miteingepflanzet werden durch das Gleichniß der Auferstehung.

6. Dieweil wir wissen, daß unser alter Mensch zugleich mit ihm gekreuziget ist, auf daß der Leib der Sünde zerstöret werde, und wir hinfüro der Sünde nicht dienen.

7. Denn wer gestorben ist, der ist von der Sünde gerechtfertiget.

8. Sind wir aber mit Christo gestorben: so glauben wir, daß wir auch zugleich mit Christo leben werden:

9. Dieweil wir wissen, daß Christus, nachdem er auferstanden ist von den Todten, hinfüro nicht mehr stirbet, der Tod wird hinfüro über ihn nicht herrschen.

10. Denn daß er der Sünde gestorben ist, ist er einmal gestorben: daß er aber lebet, lebet er GOtt.

11. Also sollet ihr auch dafürhalten, daß ihr zwar der Sünde abgestorben seyd: GOTT aber lebet in Christo JEsu unserm HErrn.

II. 12. Derowegen lasset die Sünde nicht herrschen in eurem sterblichen Leibe, demselbigen gehorsam zu seyn in seinen bösen Lüsten.

13. So ergebet auch eure Glieder der Sünde nicht zu Waffen der Ungerechtigkeit: sondern ergebet euch GOtt, als die aus den Todten lebendig worden sind, daß eure Glieder GOtt dienen, als Waffen der Gerechtigkeit.

14. Denn die Sünde wird über euch nicht herrschen: dieweil ihr nicht unter dem Gesetze seyd, sondern unter der Gnade.

15. Wie

---

* ỳ. 21. *In mortem.* Hominibus mortem inferens.

CAPUT VI.

ỳ. 2. *Qui enim mortui sumus peccato.* In Dativo casu. Moritur enim peccato, qui penitus abstinet a peccato. Qui fieri potest, ut qui per baptismum vivimus, & peccatum abjecimus, vitam in peccato inveniamus?

ỳ. 3. *Quia quicunque baptizati sumus in Christo Jesu.* Gr. *In Christum.* Ad similitudinem mortis ejus. *In morte.* Gr. *In mortem.* Baptismus id efficit, quod significat: immersio ipsa, quæ tum temporis erat usitata, mortem & sepulturam Christi exhibebat: emersio illius resurrectionem: adeo ut baptismus mortem, sepulturam & Christi resurrectionem exprimat. Item tropologica similitudine designamus, quod, sicut Christus morte corporali mortuus est huic mundo, ita nos morte spirituali moriamur eidem mundo, ejusque Regi, peccato sc. ita S. Chrysost. idque seu vi Baptismi ut S. Aug. Enchiridii c. 51. seu proposito sanctæ vitæ instituendæ, ut Tertull. L. de pœnitentia.

ỳ. 4. *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem.* Ita ut omne cum peccato commercium abrumpatur, ut Christus in sepulchro ab omni hominum societate sejunctus fuit. *Per gloriam Patris.* Virtute gloriosi & omnipotentis Patris sui.

ỳ. 5. *Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus.* Gr. *Insiti.* Per similitudinem mortis ejus, ad similitudinem quoque resurrectionis ejus erimus: ut ramus communi succo vivit cum arbore; moriente arbore hiemis tempore, ramus quoque huic insitus moritur; illa veris tempore revivisceute, ramus revivisceit. Christus resurgendo vitam mortalem exuit, nos per Baptismum vitam peccati, & sic per novitatem vitæ cum eodem resurgimus, in vere quidem hujus vitæ per sanctam conversationem, in futuræ autem vitæ plena ætate per gloriam immortalem. Tertull. de resurrect. carnis c. 47.

ỳ. 6. *Et ultra non serviamus peccato.* In cupiditate, & in peccatis ex ea nascentibus: corpus peccati sunt prava opera.

ỳ. 7. *Justificatus est a peccato.* Qui mortuus est cum Christo per baptismum, is liberatus est a peccato.

ỳ. 10. *Quod enim mortuus est peccato.* Ut id destrueret. *Mortuus est semel.* Non ultra moriturus: sic peccatum semel per baptismum deletum, non debet iterum revivisceere. *Vivit Deo.* De Deo, & propter Deum vivit vita immortali, cui participare debemus, ut suscitati per Baptismum deinceps vivamus Deo, & propter Deum. Nobis vivimus in Adam vita, quam accepimus ab eo; vivimus Deo per Christum vita gratiæ, quam accepimus in Baptismo.

ỳ. 12. *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore.* Objectionem initio propositam ex mysteriis Christianæ Religionis hactenus evertit: nunc ex libertate, quam lex nova nobis attulit, eandem diluit objectionem; simul & nos adhortatur, ne pravis affectibus pareamus, sed ut nos totos Deo permittamus tamquam mortuos, & a Deo suscitatos, ut membra nostra exhibeamus, ut arma pietatis & justitiæ exercendæ destinata, non ut peccati instrumenta.

ỳ. 14. *Peccatum enim vobis non dominabitur.* Ne forte pravas obtenderent consuetudines; in lege quidem peccatum

15. Wie dann? sollen wir darum sündigen, dieweil wir nicht unter dem Gesetz sind, sondern unter der Gnade? Das sey ferne.

16. Wisset ihr nicht, dem ihr euch als Knechte ergebet zum Gehorsam, daß ihr desselbigen Knechte seyd, dem ihr Gehorsam leistet, entweder der Sünde zum Tod, oder des Gehorsams zur Gerechtigkeit?

17. Aber GOtt sey Dank, daß ihr Knechte der Sünde gewesen seyd, nun aber von Herzen seyd gehorsam worden dem Vorbild der Lehre, der ihr euch ergeben habt.

18. Ihr seyd aber von der Sünde befreyet, und Diener der Gerechtigkeit worden.

19. Ich rede menschlich davon wegen der Schwachheit eures Fleisches: denn gleichwie ihr eure Glieder ergeben habt zum Dienste der Unreinigkeit, und Ungerechtigkeit zu der andern: also ergebet auch nun eure Glieder zum Dienste der Gerechtigkeit, daß sie heilig werden.

20. Denn als ihr Knechte der Sünde waret, da waret ihr frey von der Gerechtigkeit.

21. Was habt ihr aber der Zeit für Frucht gehabt in den Dingen, derer ihr euch jetzt schämet? denn das Ende solcher Dinge ist der Tod.

22. Nun aber, nachdem ihr von der Sünde befreyet, aber Knechte GOttes worden seyd, so habt ihr zur Frucht die Heiligung, zum Ende aber das ewige Leben.

23. Denn der Sold der Sünde ist der Tod. Aber die Gnade GOttes ist das ewige Leben, in Christo JEsu, unserm HErrn.

Das siebente Capitel.

I. Paulus lehret, daß uns Christus von dem mosaischen Gesetz erlöset habe, und durch seine Gnade völlig erlösen wolle von der Sünde. 7. II. Von der Begierlichkeit, oder Streit des Fleisches wider den Geist, welchen auch die Gerechten leiden, erledige allein GOttes Gnade durch Christum. 14.

1. Wisset ihr nicht, liebe Brüder, (denn ich rede mit denen, die das Gesetz wissen) daß das Gesetz über den Menschen herrsche, so lang er lebet?

2. Denn ein Weib, das unter dem Mann ist, ist an das Gesetz gebunden, so lang der Mann lebet: wenn aber ihr Mann stirbet, so ist sie vom Gesetz des Mannes entbunden.

3. Derowegen, wenn sie sich beym Leben ihres Mannes, zu einem andern Mann gesellet, so wird sie eine Ehebrecherinn genennet werden: wenn aber ihr Mann gestorben ist, so ist sie vom Gesetz des Mannes befreyet: also, daß sie keine Ehebrecherinn ist, wenn sie sich zu einem andern Mann gesellet.

4. Also, liebe Brüder, seyd ihr auch dem Gesetz getödtet, durch den Leib Christi: auf daß ihr eines andern seyd, der von den Todten ist aufgestanden, damit wir GOtt Frucht bringen.

5. Denn als wir im Fleische waren, da wirkten die sündliche Lüsten, so durch das Gesetz erwecket wurden, in unsern Gliedern, dem Tod Frucht zu bringen.

15. Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

16. Nescitis *e*, quoniam, cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam? *e Joan. 8. 34. 2. Pet. 2. 19.*

17. Gratias autem Deo, quod fuistis servi peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

18. Liberati autem a peccato, servi facti estis justitiæ.

19. †Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem. † *DOM. 7. POST PENT.*

20. Cum enim servi essetis peccati, liberi fuistis justitiæ.

21. Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est.

22. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.

23. Stipendia enim peccati, mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Christo Jesu Domino nostro.*

CAPUT VII.

I. Sicut Christus per suam mortem nos liberavit a lege, quæ peccatum poterat ostendere & acuere, sed non tollere. 7. II. Ita & Christi gratia nos liberabit a fomite peccati seu concupiscentia, quam nunc etiam justi experiuntur. 14.

1. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur, quanto tempore vivit?

2. *a* Nam quæ sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta est a lege viri. *a 1. Cor. 7. 39.*

3. Igitur, vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir ejus, liberata est a lege viri: ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro.

4. Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

5. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.

6. Nunc

---

catum vestri dominabatur: sed gratia vim ejus & tyrannidem infregit. Apostolus per hoc non vult dicere, quod absolute simus liberi a peccato, sed solum a peccato & servitute legis Mosaicæ, nihilominus, quia sumus obnoxii servituti Christi, quæ præcipit, ut obediamus Deo, fidei, & superioribus tam politicis, quam Ecclesiasticis, peccare possumus, sed non nisi volentes, quia peccatum non amplius quam jure hæreditario dominatur, sed sub solius Christi gratia & dominio sumus.

℣. 15. *Quid ergo? peccabimus.* Horum verborum occasione. *Sed sub gratia.* Objectionem initio propositam repetit & refellit. *Absit.* Imo contrarium potius hinc colligi debet, nempe omnino abstinendum a peccato.

℣. 16. *Nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum &c.* Peccati & justitiæ fructus inter se comparat. *Sive obeditionis.* Obedientiam pro fide usurpat.

℣. 17. *In formam doctrinæ, in quam traditi estis.* Quod cum fueritis servi peccati, obedistis ad eum modum, quem Evangelium præscribit, ad cujus formam instituti fuistis. *In quam.* Quæ vobis tradita est.

℣. 18. *Servi facti estis justitiæ.* Justitiæ legibus mancipati. Quamobrem peccatis servire vobis fas non est, nisi violata fide, quam dedistis Deo per Baptismum.

℣. 19. *Humanum dico.* Quod in usu & societate hominum positum est, hoc tantum vobis dico; servus non sibi, sed domino laborat: vel rem a vobis postulo non adeo difficilem, id unum peto ut tantum justitiæ tribuatis, quantum immunditiæ & iniquitati tribuistis. *In sanctificationem.* Ut sancti sitis.

℣. 20. *Liberi fuistis justitiæ.* In Dativo casu: tum a lege justitiæ liberi non ei serviebatis.

℣. 23. *Stipendia enim peccati, mors.* Hic est peccati fructus, hoc stipendium, quod instar Regis militibus rependit suis; non addit, ut antitheteos membra sibi respondeant, stipendium justitiæ vita æterna, ne tantum bonum nobis tribuamus, tametsi ex meritis datur: sed merita ipsa sunt gratiæ dona. *In Christo Jesu.* Per Christum & ejus merita.

CAPUT VII.

℣. 1. *Lex in homine dominatur.* Instituit comparationem, sicut maritus dominatur in uxorem, jubendo, minando, castigando &c.

℣. 4. *Et vos mortificati estis legi.* Lex in vobis mortua est & omni actione destituta. *Per corpus Christi.* In cruce mortuum. *Ut fructificemus Deo.* Qui fructus ex hoc spirituali cum Christo conjugio nascuntur uberrimi. Justi anima sponsi gratia fœcundata, & Christo conjuncta, bona opera quasi liberos parit.

℣. 5. *Operabantur in membris nostris.* Non ita res se habuit in Synagogæ fœdere, cum lex servabatur carnaliter,

6. Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, ita, ut serviamus in novitate Spiritus, & non in vetustate litteræ.

I. 7. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognovi, nisi per legem: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: *b* Non concupisces.

b Exod. 20. 17. Deut. 5. 21.

8. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat.

9. Ego autem vivebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum revixit.

10. Ego autem mortuus sum: & inventum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

11. Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.

c 1. Tim. 1. 8.

12. Itaque *c* lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum.

13. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

II. 14. Scimus enim, quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum venumdatus sub peccato.

15. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio.

16. Si autem, quod nolo, illud facio: consentio legi, quoniam bona est.

17. Nunc autem jam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

18. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adjacet mihi: perficere autem bonum, non invenio.

19. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.

20. Si autem quod nolo, illud facio: jam

6. Nun aber sind wir vom Gesetz des Todes entbunden, von welchem wir angehalten wurden, also, daß wir GOtt im neuen Wesen des Geistes, und nicht im alten Wesen des Buchstabens dienen sollen.

I. 7. Was sollen wir dann sagen? Ist das Gesetz Sünde? Das sey ferne. Aber ich erkannte die Sünde nicht, dann durch das Gesetz: denn ich wußte nichts von der Lust, wenn das Gesetz nicht gesagt hätte: Laß dich nicht gelüsten.

8. Als aber die Sünde diese Gelegenheit bekam, wirkte sie durch das Geboth in mir allerhand böse Lüste. Denn ohne das Gesetz war die Sünde todt.

9. Ich aber lebete etwan ohne das Gesetz. Als aber das Geboth kam, da ward die Sünde wiederum lebendig.

10. Ich aber starb: und hat sich befunden, daß mir das Geboth, so zum Leben gegeben war, zum Tod gereiche.

11. Denn die Sünde nahm durch das Geboth die Gelegenheit, und verführte mich, und sie tödtete mich durch dasselbige.

12. Derowegen ist das Gesetz heilig, das Geboth ist auch heilig, und gerecht, und gut.

13. Ist dann dasselbige, so gut ist, mir zum Tod worden? Das sey ferne. Sondern die Sünde, damit sie offenbar würde, daß sie Sünde ist, hat durch das Gute den Tod an mir gewirket: auf daß die Sünde durch das Geboth überaus sündig würde.

II. 14. Denn wir wissen, daß geistlich sey das Gesetz: ich aber bin fleischlich unter die Sünde verkauft.

15. Denn ich verstehe nicht, was ich thue. Denn ich thue nicht das Gute, das ich will: sondern ich thue das Böse, das ich hasse.

16. Wenn ich aber dasselbige thue, das ich nicht will: so falle ich dem Gesetz bey, daß es gut ist.

17. Nun aber wirke ich dasselbige nicht, sondern die Sünde, die in mir wohnet.

18. Denn ich weis, daß in mir, das ist, in meinem Fleische nichts Gutes wohnet. Denn das Wollen ist wohl bey mir: aber das Gute zu vollbringen, finde ich nicht.

19. Denn ich thue das Gute nicht, das ich will: sondern ich thue das Böse, das ich nicht will.

20. So ich aber das thue, was ich nicht will, so wirke

liter, non ex amore Dei: tum enim secundum carnem sub lege vivebamus. *Passiones peccatorum.* Peccatum affectus, qui per legis prohibitionem acrius insurgebant, quasi irritati crescebant. *Ut fructificarent morti.* Ut fructus mortis afferrent, pravas videlicet actiones.

℣. 6. *Nunc autem soluti sumus a lege mortis.* Quæ cum vivificare non posset, mortem ex occasione inferebat transgressoribus. Gr. *Mortuo eo, in quo detinebamur.* Quod nos tenebat captivos, in cujus potestate eramus. Vox Græca κατειχόμεθα. Eos significat, qui alieno ducuntur arbitrio, sic lex victos innumeris cæremoniis tenebat Judæos, morbos & vulnera detegebat, sed non curabat, utpote spiritu & gratiæ auxilio destituta, nec non & solam sequens litteram.

℣. 7. *Lex peccatum est?* Id videbatur sequi ex iis, quæ dixerat Apostolus, passiones peccatorum per legem ut causam irritatas operari in membris nostris. Hanc utique pravam rejicit consecutionem, simul & exponit, quæ a lege ut a causa, quæque ab ea ut ab occasione manant. Lex per se efficit peccati cognitionem. *Sed peccatum non cognovi.* Vim illius & tyrannidem non novi, *nisi per legem. Concupiscentiam.* Quæque essent prava desideria nesciebam.

℣. 8. *Peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.* Nam passiones inordinatæ, & pravi affectus tum minus excitabantur: peccati nomine concupiscentiam, aut peccati fomitem designat.

℣. 9. *Ego autem vivebam sine lege aliquando.* Quasi vivens mihi videbar; nondum eram prævaricator; tametsi peccator eram: sed postquam lex data est, peccatum vitiatæ naturæ inhærens occasione sumpta revixit.

℣. 10. *Ego autem mortuus sum.* Æternæ morti manifeste factus sum obnoxius. Quod ante latebat, prohibitionis occasione vim suam exeruit. Id vero non legi tribuendum, sed corruptioni nostræ, quam sola sanat gratia.

℣. 12. *Itaque lex quidem sancta.* Hinc concludit Apostolus legem sanctam esse & mandatum sanctum, ut a Deo sancita, atque ut sancta præcipiunt. Sic objectionem propositam diluit, & concludit legem ex se bonam esse sanctam. Legem interdum pro jure potestatis, & dominio, interdum pro præcepto sumit.

℣. 13. *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors?* Alteri occurrit objectioni, rem bonam & justam nobis mortem intulisse. Id vero negat Apostolus: non enim lex ipsa, sed peccatum ante incognitum legis occasione sumpta nos occidit, tumque id manifesto apparuit, & minus excusandum. *Ut fiat.* Gr. *Ut fieret supra modum peccator.* Ut totum peccati ipsius venenum palam fieret; vel, ut concupiscentia fiat supra modum potens ad peccandum, irritata per legem.

℣. 14. *Scimus enim, quia lex spiritualis est.* Ea præcipit, quæ sancta sunt, ut sequamur virtutes, vitia fugiamus. *Carnalis sum.* Obnoxius affectibus, qui in peccatum nos ducunt. Non enim ab eo peccati fomite nos eximit lex nova; concupiscentia in Sanctis non extinguitur. *Venumdatus sub peccato.* Quasi servus emptitius, gemens sub peccati tyrannide.

℣. 15. *Quod enim operor, non intelligo.* In primis illis motibus, qui rationi prævertunt. *Non intelligo.* Non approbo, ut legi contrarium odi. Sed alia est ratio Judæi, qui est sub lege: nam deliberato & voluntarie fructus mortis operatur; legis sanctitatem agnoscit, sed præ concupiscentia legis jugum ferre non potest.

℣. 17. *Sed quod habitat in me peccatum.* De seipso ut de homine sub gratia constituto loquitur, qui luctatur cum concupiscentia.

℣. 18. *Scio enim, quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum.* Propter innatam naturæ corruptionem. *In carne mea.* Peccato corrupta.

℣. 19. *Sed quod nolo malum, hoc ago.* Per motus indeliberatos. Græc. κακὸν. Quod defectum magis, quam malitiam, seu vitiositatem quamdam, quæ inclinat ad malum, significat. *Non enim, &c.* quia imperfecta est voluntas, & concupiscentiæ lex fortior est.

℣. 20. *Jam non ego operor illud.* Non igitur plena voluntate his motibus consensum adhibeo. Græc. *Non amplius ago.* Idque ex versiculo, insequenti fit manifestum.

wirke ich nun dasselbige nicht, sondern die Sünde, welche in mir wohnet.

21. Derowegen finde ich ein Gesetz, wann ich Gutes thun will, daß mir das Böse anhanget.

22. Denn ich habe Lust an dem Gesetz GOttes nach dem innerlichen Menschen.

23. Aber ich sehe ein anderes Gesetz in meinen Gliedern, das dem Gesetz meines Gemüths zuwider ist, und mich gefangen nimmt im Gesetz der Sünde, das in meinen Gliedern ist.

24. Ich unseliger Mensch, wer wird mich doch erlösen von dem Leibe dieses Todes?

25. Die Gnade GOttes durch JEsum Christum unsern HErrn. So diene ich nun selbst mit dem Gemüth dem Gesetz GOttes: aber mit dem Fleische dem Gesetz der Sünde.

non ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum.

21. Invenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.

22. † Condelector enim legi Dei secundum *d* interiorem hominem. † *PRO REMISS. PECCAT. d* 1. *Pet.* 3. 4.

23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

24. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?

25. Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur ego ipse mente servio legi Dei: carne autem legi peccati.

Das achte Capitel.

1. Die, so Christo durch den Glauben und Gnade einverleibt, sind frey von aller Schuld und Verdammniß, wenn sie nicht nach dem Fleische, sondern nach dem Geiste wandeln. 1. II. Ermahnet, daß man dem Geist nachlebe, auf daß wir der zukünftigen Herrlichkeit Miterben seyn. 12. III. Lobet die unbegreifliche Liebe GOttes zu uns, und erkläret unsere schuldige Gegenliebe, damit uns alles zum Besten diene. 28.

1. So ist nun keine Verdammniß denen, die in Christo JEsu sind, welche nicht nach dem Fleische wandeln.

2. Denn das Gesetz des Geistes, der da lebendig macht in Christo JEsu, hat mich vom Gesetz der Sünde, und des Todes befreyet.

3. Denn das dem Gesetz unmöglich war, in dem, daß es durch das Fleisch geschwächet war: so hat GOtt seinen Sohn gesandt, in dem Gleichniß des sündlichen Fleisches, und hat die Sünde im Fleisch durch die Sünde verdammet.

4. Damit in uns die Rechtfertigung des Gesetzes erfüllet würde, die wir nicht nach dem Fleische, sondern nach dem Geiste wandeln.

5. Denn die nach dem Fleische leben, die sind fleischlich gesinnet: die aber dem Geiste folgen, die sind auch geistlich gesinnet.

6. Aber fleischlich gesinnet seyn *, ist der Tod: und geistlich gesinnet seyn, ist Leben und Friede.

* die fleischliche Weisheit.

7. Denn nach dem Fleische gesinnet seyn, ist eine Feindschaft wider GOtt; dieweil es dem Gesetze GOttes nicht unterworfen ist: denn es mag auch nicht.

8. Welche nun fleischlich sind, die können GOtt nicht gefallen.

CAPUT VIII.

1. Christo per baptismum insiti ab omni damnatione sunt liberi, si non carnem sectentur, sed Spiritum, quem acceperunt. 1. II. Spiritum infans adoptionis, qui Dei filios ac gloriæ hæredes effert. 12. III. Declarat incomparabilem Dei erga suos exhibitam in Christo charitatem, asserens nihil posse eos a charitate Dei separare. 28.

1. Nihil ergo nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Jesu, qui non secundum carnem ambulant.

2. Lex enim Spiritus vitæ in Christo JESU liberavit me a lege peccati & mortis.

3. Nam *a* quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. *a Act.* 15. 10. *Hebr.* 9. 15.

4. Ut justificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum Spiritum.

5. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui vero secundum Spiritum sunt, quæ sunt Spiritus, sentiunt.

6. Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem Spiritus, vita & pax.

7. Quoniam sapientia carnis inimica est Deo; legi enim Dei non est subjecta: nec enim potest.

8. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

℣. 22. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem.* Etiam cum experitur aliam legem in membris suis. Duplicem velut hominem nobis exhibet Apostolus, legem itidem duplicem, interiorem scilicet, seu spiritualem, & carnalem; legem carnis & mentis. Lex carnis est innatus læsæ naturæ ad peccandum affectus, qui spiritui resistit: interior homo dicitur, quatenus agit ex recta ratione, & gratiæ ipsi obsequitur; exterior, quatenus parti sentienti obsequitur.

℣. 23. *Et captivantem me in lege peccati.* Quod obstet, quominus bona desideria exequatur ut vellet: captivat autem non voluntatis consensione, sed vitiosa passionum commotione.

℣. 24. *Quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Tot pravis affectibus obnoxio.

℣. 25. *Gratia Dei.* Græc. εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ. *Gratias ago Deo.* Quod cum iis, quæ sequuntur, magis cohæret. Igitur parte mei præcipua, ex qua manant actiones humanæ, legi Dei servio; quoad partem animalem, unde actus indeliberati nascuntur, legi concupiscentiæ obnoxius.

CAPUT VIII.

℣. 1. *Nihil ergo nunc damnationis est iis.* Renatis per Baptismum, etiamsi motus concupiscentiæ sentiant. *Nihil est damnationis.* Qui pravis affectibus non obsequuntur. Legi quidem peccati subjiciuntur inviti, sed secundum carnem non ambulant.

℣. 2. *Lex enim Spiritus vitæ in Christo Jesu liberavit me.* Lex Spiritus vivificantis, ut Lex peccati & mortis est Lex peccati occidentis. Lex itaque Spiritus, quam Spiritus sanctus infundit animæ, liberavit me, ut non amplius serviam peccato. Hujus libertatis prima velut tentamina cœperunt a Lege Mosaica: sed ea debilior fuit, seu juberet, seu prohiberet, seu denique minaretur, quam ut naturæ corruptæ prava desideria extingueret.

℣. 3. *In quo infirmabatur per carnem.* Græc. ἐν ᾧ. *Quatenus.* Infirmatur per carnalem sui intellectum, vel potius per carnis infirmitatem: cum propter carnem ipsi reluctantem præstare non possit, ut inordinati affectus non dominentur. *Carnis peccati.* Quidam codices Græci habent: *In similitudinem carnis peccatricis.* Adeo ut vera esset caro, sed peccatrici similis. In qua utique carne, *de peccato damnavit peccatum in carne.* Per corpus Filii sui peccatum sustulit, dum innoxius, & in cruce moriens vim peccati infregit. Atque hæc fuit efficax ratio, qua nos liberavit a Lege peccati, ut Christus fieret hostia pro peccato; in carne innoxia carnem peccatricem crucifixit, ut nos ab ejus servitute liberaret.

℣. 4. *Ut justificatio legis implerctur in nobis.* Quam Lex non dabat. *Sed secundum Spiritum.* Esse secundum Spiritum, esse in carne, aut secundum carnem, apud Apostolum, constantem & stabilem subjectionis statum significat, qualis fuit Judæorum status sub Lege Mosaica: sed vivere secundum carnem est obsequi carnis desideriis. Sic esse in Spiritu, potentiam; vivere secundum Spiritum, actum ipsum significat.

℣. 6. *Nam prudentia carnis, mors est.* Animæ, cum secundum carnem vivit, & humana pro magnis habet.

℣. 7. *Quoniam sapientia carnis inimica est Deo.* Prudentia carnis, media, ut vocant, spectat, & præfert fini, ideo contraria est sapientiæ, quæ finem spectat, imo *inimica est Deo.* Gr. *In Deum.* Quem odio habet quodammodo, ut auctorem præcepti, quod carnis desideriis adversetur.

9. Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.

10. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum: Spiritus vero vivit propter justificationem.

b Actor. 3. 15. & 4. 18. & 5. 30. & 13. 38. Supr. 4. 24. 1. Cor 6. 14. & alibi.

11. Quod *b* si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum ejus in vobis.

† DOM. 8. POST PENT.

II. 12. Ergo † fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem vivamus.

c Thess 5. 19.

13. Si *c* enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

14. Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii sunt filii Dei.

d 2. Tim. 1. 7. e Gal. 4. 5.

15. Non *d* enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum *e* adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba, (Pater!)

16. Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro, quod sumus filii Dei.

17. Si autem filii, & hæredes: hæredes quidem DEI, cohæredes autem Christi: * si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

† DOM. 4. POST PENT. † DE PLUR. MART.

18. † Existimo enim, quod † non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

19. Nam expectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei expectat.

20. Vanitati enim creatura subjecta est non volens, sed propter eum, qui subjecit eam in spe:

21. Quia & ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.

23. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias Spiritus habentes: & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

24. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat?

25. Si autem, quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.

9. Ihr aber seyd nicht fleischlich, sondern im Geist: wo anders der Geist GOttes in euch wohnet. Wer aber Christi Geist nicht hat, der ist nicht sein.

10. Ist aber Christus in euch, so ist der Leib zwar todt um der Sünde willen: aber der Geist lebet um der Rechtfertigung willen.

11. So nun der Geist desjenigen, der JEsum von den Todten auferwecket, in euch wohnet: so wird auch derselbige, der JEsum Christum von den Todten auferwecket hat, eure sterbliche Leiber lebendig machen, um seines Geistes willen, der in euch wohnet.

II. 12. Derowegen sind wir Schuldner, liebe Brüder, nicht dem Fleisch, daß wir nach dem Fleische leben.

13. Denn, so ihr nach dem Fleische leben werdet, so werdet ihr sterben: so ihr aber die Werke des Fleisches durch den Geist tödten werdet, so werdet ihr leben.

14. Denn alle, so durch den Geist GOttes getrieben werden, dieselbigen sind Kinder GOttes.

15. Denn ihr habt nicht einen knechtlichen Geist empfangen, daß ihr euch abermal fürchten müsset; sondern ihr habt empfangen, den Geist derer, die zu Kindern angenommen sind, durch welchen wir rufen: Abba, (lieber Vater!)

16. Denn derselbige Geist giebt unserm Geiste Zeugniß, daß wir Kinder GOttes sind.

17. Sind wir aber Kinder, so sind wir auch Erben: nämlich, Erben GOttes, aber Miterben Christi: jedoch, so wir mit ihm leiden, auf daß wir auch mit ihm zur Herrlichkeit erhaben werden.

18. Denn ich halte es dafür, daß dieser Zeit Leiden nicht gemäß sey der künftigen Herrlichkeit, welche in uns soll offenbaret werden.

19. Denn das langwierige Harren der Creatur wartet auf die Offenbarung der Kinder GOttes.

20. Denn die Creatur ist der Eitelkeit unterworfen, ohne * ihren Willen, sondern um deßentwillen, der sie auf Hoffnung unterworfen hat: * wider.

21. Denn auch die Creatur wird frey werden vom Dienste des vergänglichen Wesens zu der herrlichen Freyheit der Kinder GOttes.

22. Denn wir wissen, daß alle Creaturen seufzen, und sich ängstigen noch immerdar.

23. Nicht allein aber sie, sondern auch wir selbst, die wir die Erstlinge des Geistes haben: ja wir seufzen bey uns selbst, dieweil wir warten auf die Aufnehmung der Kinder GOttes, auf die Erlösung unsers Leibes.

24. Denn wir sind wohl selig worden, der Hoffnung nach. Die Hoffnung aber, die man siehet, ist keine Hoffnung: denn wie kann man das hoffen, was man siehet?

25. So wir aber das hoffen, das wir nicht sehen, so erwarten wir es durch Geduld.

26. Des-

℣. 9. *Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu.* Id est, vos non carnalia sectamini, sed spiritualia. Ita sibi persuadet de ipsis S. Paulus. Sed statim addit: *Si tamen Spiritus Dei habitat in vobis.* Nempe, per fidem vivam & gratiam sanctificantem dirigens & excitans vos ad spiritualia. *Si quis Spiritum Christi non habet, non est ejus.* Qui hoc destitutus est Spiritu, non est ejus genuinus discipulus.

v. 10. *Corpus quidem mortuum est.* Mortis affectibus obnoxium, propter peccatum Adæ. *Spiritus vero vivit.* Græc. *Vita est.*

℣. 11. *Quod si Spiritus ejus — habitat in vobis &c.* Hoc probat ex resurrectione Christi, in quo erat plenitudo Spiritus sancti, qui corporibus nostris vitam præsentia & inhabitatione sua reddit. *Propter inhabitantem.* Græc. *Per Spiritum sanctum, qui inhabitat in vobis.* Hujus inhabitationis & præsentiæ certa præbet indicia.

℣. 14. *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur.* Hæc est inhabitantis in nobis Spiritus insignis nota, cum ejus impulsu agimus.

℣. 15. *Non enim accepistis Spiritum servitutis iterum in timore.* Ut olim Judæi, qui timore tantum, aut spe mercedis temporalis, ut servi, aut mercenarii mandata faciebant. *In quo clamamus.* Per quem clamamus, affectu magis, quam voce, *Abba, Pater.* Vox illa geminatur, vel majoris affectus exprimendi causa: vel potius prima est vox ipsa Syriaca אבא, cui aliam pro interpretatione adjecit.

℣. 16. *Ipse enim Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro.* Per eum clamorem, seu affectum occultum in conscientiæ intimis nos esse filios Dei, atque adeo illius hæredes, & Christi cohæredes. Cui tamen hæreditati percipiendæ ea conditio apponitur, ut cum Christo patiamur.

℣. 18. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad gloriam.* Passiones quatenus humanæ & naturales non sunt condignæ, quatenus autem ex gratia Christi toleratæ, ejusque meritis innixæ, prorsus condignæ sunt ad futuram gloriam. *Quæ revelabitur in nobis.* Quæ nobis apparebit aliquando.

℣. 19. *Nam expectatio creaturæ, revelationem filiorum Dei expectat.* Ex vehementi, ut ita loquar, & anxia creaturarum etiam rationis expertium expectatione, per prosopopœjam quamdam nos ad patientiam adhortatur.

℣. 20. *Vanitati enim creatura subjecta est non volens.* Vanitati vel corruptioni, vel hominum vanitati quasi invita subjacet. *Sed propter eum.* Vox Græca διὰ τὸν, significat etiam, *per eum.* Qui subjecit eam in spe, fore ut aliquando liberetur ab ea servitute.

℣. 22. *Ingemiscit & parturit usque adhuc.* Quod omnes creaturæ libertatem nostram quodammodo exoptent.

℣. 23. *Adoptionem filiorum Dei expectantes.* Hæreditatem nimirum illam, quæ effectus est adoptionis nostræ: quam spe jam tenemus.

26. Desgleichen hilft auch der Geist unserer Schwachheit: denn wir wissen nicht, was wir bitten sollen, wie es sich gebühret: sondern der Geist selbst begehret für uns mit unaussprechlichem Seufzen.

27. Der aber die Herzen durchforschet, der weißt, was des Geistes Begehren sey: denn er begehret für die Heilige, was GOtt gefällig ist.

III. 28. Wir wissen aber, daß denjenigen, die GOTT lieb haben, alle Dinge zum Besten dienen, nämlich denen, welche nach dem Vorsatz zur Heiligkeit berufen sind.

29. Denn die er vorgesehen hat, die hat er auch verordnet, daß sie gleichförmig werden sollen dem Ebenbilde seines Sohnes, auf daß derselbige der Erstgebohrne sey unter vielen Brüdern.

30. Die er aber zuvor verordnet hat, die hat er auch berufen: und die er berufen hat, die hat er auch gerechtfertiget: die er aber gerechtfertiget hat, die hat er auch herrlich gemacht.

31. Was sollen wir dann hiezu sagen? Ist GOtt für uns, wer mag dann wider uns seyn?

32. Der auch seinen eigenen Sohn nicht verschonet hat, sondern hat denselben für uns alle dargegeben: wie sollte er uns dann auch nicht alles mit ihm geschenket haben?

33. Wer will dann die Auserwählten GOttes beschuldigen? GOtt ist es, der da rechtfertiget.

34. Wer will dann verdammen? Christus JEsus ist es, der gestorben, ja der auch wiederum auferstanden ist, und ist zu der Rechten GOttes, der auch selbst für uns bittet.

35. Wer will uns dann scheiden von der Liebe Christi? Trübsal? oder Angst? Hunger? oder Blöße? Gefahr? Verfolgung? oder Schwert?

36. (Wie dann geschrieben stehet: Um deinetwillen werden wir den ganzen Tag getödtet: wir sind geachtet wie Schafe, die man schlachtet.)

37. Aber in diesem allem überwinden wir, um dessen willen, der uns geliebet hat.

38. Denn ich bin gewiß, daß weder Tod, noch Leben, noch Engel, noch Fürstenthum, noch Kräften, noch was gegenwärtig ist, noch was künftig, noch Stärke,

39. Noch Höhe, noch Tiefe, noch einige andere Creatur uns wird scheiden können von der Liebe GOttes, die in Christo JEsu ist, unserm HErrn.

Das neunte Capitel.

I. Paulus bedauret, daß die Jüden verworfen sind, und erzählet seine Liebe gegen sie. 1. II. Zeiget, daß darum die Verheißungen, so Abrahä geschehen, nicht aufgehoben sind, dieweil sie nicht betreffen die Kinder dem Fleische nach, sondern die Kinder der Verheißung, und der Gnadenwahl, die an Christum glauben. 6. III. Deswegen sey GOtt nicht ungerecht, denn er erbarmet sich, über welchen er will, und läßt verstockt werden, welchen er will. 14. IV. Und hat sowohl aus den Jüden, als Heyden, Kinder der Verheißung erwählet. 24. V. Jene aber hat er von dem

26. Similiter autem & Spiritus adjuvat infirmitatem nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

27. Qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis.

III. 28. Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis, qui secundum propositum vocati sunt sancti.

29. Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.

30. Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit.

31. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?

32. Qui *f* etiam proprio Filio suo non pepercit, *f Gen. 22. 12.* sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?

33. Quis accusabit adversus electos Dei? Deus, qui justificat.

34. Quis est, qui condemnet? Christus Jesus, qui mortuus est, immo, qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

35. †Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? *† S. IGNAT. EP. & M.*

36. (Sicut scriptum est: *g* Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oves occisionis.) *g Psal. 43. 23.*

37. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.

38. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo,

39. Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.*

CAPUT IX.

I. Propter Judæorum ruinam, de qua vehementer dolet. 1. II. Promissiones non frustrari asserit factas a Deo Abrahæ filiis; cum illæ non pertineant ad omnes carnales Abrahæ filios, sed tantum ad eos, qui ex Judæis & Gentilibus gratuita Dei electione filii Abrahæ per fidem constituuntur. 6. III. Deus autem, cujus vult, miseretur, & quem vult, indurat. 14. IV. Vocans & eligens sibi filios promissionis ex Judæis & Gentibus. 24. V. Licet reliquat illos Judæos, qui non ex fide sed

---

℣. 26. *Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Hoc quoque aliud est præsentiæ Spiritus sancti indicium, quod orandi nobis præbeat affectum, & pias nobis suggerat preces. *Postulat.* Postulare nos facit, & docet; res ineffabiles modo quodam ineffabili postulat.

℣. 27 *Scit, quid desideret Spiritus.* Quid nos deliderare faciat. *Quia secundum Deum.* Quod Deo gratum est, postulat.

℣. 28. *Quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Jam de ultimo effectu justitiæ Christianæ, seu de perseverantia dicturus, causam illius in Dei providentia positam esse docet, quæ omnes eventus sic disponit, ut cuncta ad Sanctorum bonum conspirent. *Qui secundum propositum.* Vox Græca προθεσις, fixum & stabile consilium, habita ratione finis alicujus propositi, significat. *Vocati sunt sancti.* Vox illa, *sancti*, deest in Græco.

℣. 29. *Nam quos præscivit.* Scientia approbationis, hos etiam prædestinavit. *Conformes fieri.* Quando reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: ut, quemadmodum Christus est primogenitus Dei Patris Filius, ita & nos ejusdem Patris per illum filii simus adoptione, ut ille est natura filius.

℣. 30. *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit.* A primo gradu ad ultimum pervenitur; non ait, quos præscivit fore conformes Filio suo, hos prædestinavit, ut essent conformes Filio suo. Gradus omnes ad gloriam referuntur. Prædestinatio decernit media, quæ electis præparantur. Prima hujus decreti executio est vocatio, tum justificatio, perseverantia denique est ultimum mediorum, quæ in glorificationem desinunt. Quæ omnia conformitate cum Christo includuntur. Nam in mente Apostoli incepta cum Christo similitudo ad perfectam cum eo conformitatem refertur. Vocatio & justificatio illam inchoant, gloria est ejus perfectio; vocatio & justificatio sunt media, quibus utuntur præscientia & prædestinatio, ut homines perducant ad gloriam, ut ad finem.

℣. 31. *Quid ergo dicemus ad hæc?* Quid ergo salutem nostram impedire poterit, an obstabunt admissa crimina? sed hæc Christi sanguine sunt expiata.

℣. 32. *Donavit.* Gr. Donabit.

℣. 37. *Propter eum, qui dilexit nos.* Per eum, qui dilexit nos.

℣. 38. *Neque mors.* Neque mortis metus. *Neque vita.* Aut spes vitæ hujus. *Neque Angeli.* Neque dæmones ipsi quos spoliavit, quos in numerum persecutorum adscribit, quique propria retinuerunt nomina. *Neque instantia.* Gr. *Non præsentia.* Aut futura hujus vitæ bona. *Neque fortitudo.* Deest in Græco; non violentiæ.

℣. 39. *Neque altitudo, neque profundum.* Non altitudines & profunditates satanæ, de quibus Apocal. cap. 3. Vel potius non cœlum, non inferi. Vel ut alii: neque prosperitas, neque adversitas.

sed ex operibus justitiam quærunt, Gentes justificans per fidem in Christum. 30.

1. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto:

2. Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

a *Actor.* 9. 2. 3. Optabam *a* enim ego ipse anathema esse
1. *Cor.* 15. 9. a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,

4. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa:

5. Quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula, Amen.

II. 6. Non autem quod exciderit verbum Dei: non enim omnes, qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ:

7. Neque, qui semen sunt Abrahæ, om-
b *Gen.* 21. 12. nes filii: *b* sed in Isaac vocabitur tibi semen:

8. Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei:
c *Gal.* 4. 28. sed *c*, qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.

d *Gen.* 18. 10. 9. Promissionis enim verbum hoc est: *d* Secundum hoc tempus veniam: & erit Saræ filius.

e *Gen.* 25. 24. 10. Non solum autem illa, *e* sed & Rebecca ex uno concubitu habens, Isaac patris nostri.

11. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundum electionem propositum Dei maneret)

12. Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei:

f *Gen.* 25. 23. 13. Quia *f* major serviet minori, sicut scri-
Mal. 1. 2. ptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio habui.

Heil verstoßen, weil sie in Christum nicht geglaubt: diese aber erwählet, weil sie an ihn geglaubt. 30.

1. Ich sage die Wahrheit in Christo, und lüge nicht, dessen mir mein Gewissen Zeugniß giebt im heiligen Geist:

2. Daß ich große Traurigkeit, und stätigen Schmerzen in meinem Herzen trage.

3. Denn ich wünsche mir selbst verbannet zu seyn von Christo für meine Brüder, die meine Blutsverwandte sind nach dem Fleisch,

4. Welche Israeliten sind, denen die Aufnehmung zu Kindern gehöret, und die Herrlichkeit, und der Bund, und das gegebene Gesetz, und der Gottesdienst, und die Verheißungen:

5. Denen auch die Väter zugehören, und aus welchen auch Christus hergekommen ist nach dem Fleisch, der GOtt ist, über alles gebenedeyet in Ewigkeit, Amen.

II. 6. Aber dieses ist nicht darum gesagt, als wann GOttes Wort aufgehoben wäre: denn es sind nicht alle Israeliten, die von Israel herkommen:

7. Wie auch nicht alle, die von Abrahams Saamen sind, darum seine Kinder sind: sondern in Isaac wird dir der Saame genennet werden:

8. Das ist, welche Kinder des Fleisches sind, die sind nicht GOttes Kinder: sondern die Kinder der Verheißung sind, die werden im Saamen gerechnet.

9. Denn dieses Wort ist ein Wort der Verheißung: Um diese Zeit will ich kommen: und Sara wird einen Sohn haben.

10. Nicht allein aber sie, sondern auch Rebecca, da sie von einem Beylager unsers Vaters Isaac schwanger war.

11. Denn als die Kinder noch nicht gebohren waren, noch etwas Gutes, oder Böses gethan hatten, (auf daß der Vorsatz GOttes nach der Auserwählung bestünde)

12. Ward zu ihr gesagt, nicht aus den Werken, sondern aus dem Beruf:

13. Der Große wird dem Kleinern dienen, wie geschrieben stehet: Jacob habe ich geliebet, Esau aber habe ich gehasset.

CAPUT IX.

℣. 1. *Veritatem dico in Christo.* Teste Christo. *In Spiritu sancto.* Per Spiritum sanctum, qui est conscientiæ meæ testis.

℣. 2. *Tristitia mihi magna est.* Dolebat S. Paulus Judæos ob eorum incredulitatem & infelicitatem, qua rejecti & repudiati sunt a Deo.

℣. 3. *Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis.* Gr. Ηὐχόμην. *Optaverim*, subaudi ἂν, *Optarim ego.* Si liceret, separari a Christo, non tamen ab ejus charitate. Quod si illa separatio cum pœnis æternis conjuncta intelligatur, erit hyperbolica locutio, qualis est Exodi 32. *Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro vitæ.* Sed longe probabilius est Apostolum de æterna damnatione non loqui, quæ cum justitia Dei conciliari non potest. Non enim pœnis æternis damnari potest, qui charitatem habet; ac profecto plus debeo salutem meam diligere, quam aliorum mille. Unde longe probabilior videtur Hieronymi interpretatio, qui *anathema* sumit pro *corporis occisione.* Nam *anathemata* Græcis erant homines scelesti, qui ad urbis lustrationem diis manibus mactabantur, si quæ immineret urbi calamitas. Atque ad hujusmodi sacrificia Paulus videtur alludere. Eum dicebant hominem sacrum, & *anathema*, a verbo ἀνατίθημι, *suspendo, consecro*, ἀνατιθέναι, *seponere*, vel *suspendere* significat, vel *donarium suspendere.*

℣. 4. *Quorum adoptio est filiorum.* Quos Deus adoptavit in filios, Exod. 4. *Et gloria.* Quorum major est gloria, quam Gentilium. *Et testamentum.* Gr. διαθῆκαι, *& testamenta*, seu fœdera cum iis sancita. *Et obsequium.* Græc. λατρεία. Sacrorum ritus. *Et promissa.* Ad quos factæ sunt promissiones, quarum præcipua est Christi adventus.

℣. 5. *Quorum patres.* Subaudi, *sunt. Et ex quibus.* Conjunctio, *Et*, redundat; de quorum gente sancti Patriarchæ prodierunt, ex quibus natus est Christus. *Deus benedictus.* Deus super omnia, aut benedictus super omnia, Græc. ἐπὶ πάντων, forte *super omnes.*

℣. 6. *Non autem quod exciderit verbum Dei.* Hoc autem dico, non quod existimem Dei promissiones factas esse irritas. Nam solis veris Israelitis facta est promissio; neque omnes, qui sunt ex Israel secundum carnem, ii sunt veri Israelitæ.

℣. 7. *Sed in Isaac vocabitur tibi semen.* Non omnes, qui semen sunt Abrahæ, hi filii, aut hæredes censentur. Non enim Ismael filius, aut hæres Abrahæ habitus est.

℣. 8. *Sed qui filii sunt promissionis.* Quos non tam semen Abrahæ, quam illius fides genuit, habentur pro filiis Abrahæ.

℣. 9. *Promissionis enim verbum hoc est.* De hac enim promissione ita scriptum est. *Secundum hoc tempus.* Hoc ipso tempore veniam, Gen. 18.

℣. 10. *Non solum autem illa.* Sara nimirum. *Sed & Rebecca.* Alia quoque ratione probat Apostolus carnalem Abrahæ generationem non esse legitimam titulum, quo filii Dei habeantur; probat, inquam, ex electione Jacob præ Esau, ut hæres fieret promissionis divinæ. *Ut secundum electionem.* Ut firmum esset decretum Dei juxta æternam electionem. Hoc inter Jacob & Esau discrimine utitur, tamquam figura allegorica discriminis, quod est inter electos & reprobos. Nihil tamen obstat, quominus Esau salutem æternam sit consecutus; sed cum ipse & posteri hujus a terra promissionis sint excluſi, quæ Jacob & posteritati ejus concessa est, ut Jacob electorum, sic Esau reproborum typus fuit.

℣. 12. *Sed ex voluntate dictum est ei.* Dictum est Rebeccæ ex Dei vocatione, quam Apostolus justitiam gratuitam esse ostendit, non datam ex meritis præcedentibus.

℣. 13. *Quia major serviet minori.* Idumæi Israelitis. *Esau autem odio habui.* In posteris saltem, vel ut aliis placet. *Minus dilexi.* Minorem natu majori prætuli, idque typice dictum est, quod Jacob electos saltem ad gratiam, Esau vero reprobos adumbret.

III. 14. Was wollen wir dann ſagen? iſt dann die Ungerechtigkeit bey GOtt? Das ſey ferne.

15. Denn er ſpricht zu Moyſe: Ich werde mich erbarmen, über welchen ich mich erbarme: und werde Barmherzigkeit erzeigen, über welchen ich mich erbarmen werde.

16. Derowegen liegt es nicht an dem, der da will, noch an dem, der da laufet, ſondern an GOttes Erbarmen.

17. Denn die Schrift ſpricht zu dem Pharao: Eben dazu habe ich dich erwecket, daß ich an dir meine Kraft beweiſe, und daß mein Name in der ganzen Welt verkündiget werde.

18. Derowegen erbarmet er ſich, über welchen er will, er verhärtet auch, welchen er will.

19. Nun ſprichſt du zu mir: Was beſchuldiget er uns dann? denn wer kann ſeinem Willen widerſtehen?

20. O Menſch! wer biſt du, daß du mit GOtt rechten ſollteſt? ſpricht auch ein Werk zu dem, der es gemacht hat: Warum haſt du mich alſo gemacht?

21. Hat der Hafner nicht Macht, aus einem Klumpen Laim zu machen ein Gefäß zu der Ehre, und das andere zu der Unehre?

22. Alſo, da GOtt den Zorn erzeigen, und ſeine Macht bekannt machen wollte, hat er die Gefäße des Zorns mit großer Geduld übertragen, welche zur Verdammniß bereit waren:

23. Auf daß er die Reichthümer ſeiner Herrlichkeit erzeigte gegen die Gefäße der Barmherzigkeit, die er zur Herrlichkeit * bereitet hat.

* herrlichen Glorie.

IV. 24. Welche er auch berufen hat, nämlich uns, nicht allein aus den Jüden, ſondern auch aus den Heyden.

25. Wie er dann auch durch Oſea ſpricht: Ich will mein Volk nennen, das nicht mein Volk iſt: und meine Geliebte, die nicht meine Geliebte iſt: und daß die Barmherzigkeit erlanget habe, die nicht Barmherzigkeit erlanget hatte.

26. Und es wird geſchehen: An dem Orte, da zu ihnen geſaget ward: Ihr ſeyd nicht mein Volk: daſelbſt werden ſie Kinder des lebendigen GOttes genennet werden.

27. Iſaias aber ſchreyet für Iſrael: Wenn die Zahl der Kinder Iſrael ſeyn wird, wie der Sand am Meer, werden die übrigen noch ſelig werden.

III. 14. Quid ergo dicemus? numquid iniquitas apud Deum? Abſit.

15. Moyſi enim dicit: g Miſerebor, cujus miſereor: & miſericordiam præſtabo, cujus miſerebor. g *Exod.* 33. 19.

16. Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.

17. Dicit enim Scriptura Pharaoni: *h* Quia in hoc ipſum excitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam, & ut annuntietur nomen meum in univerſa terra. *h* *Exod.* 9. 16.

18. Ergo cujus vult, miſeretur, & quem vult, indurat.

19. Dicis itaque mihi: Quid adhuc quæritur? voluntati enim ejus, quis reſiſtit?

20. O homo! tu quis es, qui reſpondeas Deo? numquid *i* dicit figmentum ei, qui ſe finxit: Quid me feciſti ſic? *i* *Sap.* 15. 7. *Iſa* 45. 9. *Jerem.* 18. 6.

21. An non habet poteſtatem figulus luti ex eadem maſſa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?

22. Quod ſi Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia, vaſa iræ, apta in interitum:

23. Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

IV. 24. Quos & vocavit nos non ſolum ex Judæis, ſed etiam ex Gentibus.

25. Sicut in Oſee dicit *k*: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam. *k* *Oſee* 2. 24. 2. *Pet.* 2. 10.

26. Et *l* erit: In loco, ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi. *l* *Oſee* 1. 10.

27. Iſaias autem clamat pro Iſrael: *m* Si fuerit numerus filiorum Iſrael tamquam arena maris, reliquiæ ſalvæ fient. *m* *Iſai.* 10. 22.

28. Ver-

ỳ. 14. *Quid ergo dicemus?* An igitur injuſtitia erit in Deo, qui tantum poſuit diſcriminis inter eos, quorum eadem erat conditio, cauſa eadem? Hanc objectionem rejicit Apoſtolus; primum quod Deus eorum miſereatur, quorum vult miſereri, nec miſericordia ejus ab aliquo pendeat extrario.

ỳ. 15. *Moyſi enim dicit: Miſerebor, cujus miſereor.* Hebr. *Miſerebor, cui voluero.* Clemens ero, in quem mihi placuerit. Miſericordia miſeriam ſupponit, hæc peccatum; non enim exercetur miſericordia, niſi in eos, qui in peccati miſeriam ſunt demerſi, non erga innoxios, quibus divitias bonitatis ſuæ largitur Deus, & majorem felicitatem.

ỳ. 16. *Igitur non volentis.* Græci ſic illud exponunt, non eſt volentis ſolius, ſed divino opus eſt auxilio. At illud opus eſt gratiæ ut homo velit, & currat; quod tamen non ſit ſine illius conſenſu.

ỳ. 17. *Quia in hoc ipſum excitavi te.* Hebr. *Heemadtica*, העמדתיך, *ſtare te feci*, Exod. 9. Pharaonis pertinacia Dei potentiam fecit illuſtriorem, vel, *excitavi te*, ad regnum te evexi.

ỳ. 18. *Et quem vult indurat.* Ubi cor durum non emollit, indurat deſerendo; qui effectus eſt noſtræ rebellionis, quæ conſilium Dei, & juſtitiæ illius gloriam non impedit.

ỳ. 19. *Voluntati enim ejus quis reſiſtit?* Photius in hunc locum: Vides, inquit, quomodo dubitationis hujus ſolutio alterius eſt occaſio dubii. Idcirco præſtat hujusmodi cauſas non inquirere, aut ſi inquiras, majorum dubiorum cauſas pro ſolutione adfert. Eſt enim ingenui & non ingrati ſervi ab ipſo opifice & domino rerum cauſas non exigere, ſed de omnibus, quæ agit, gratias illi reddere. Fruſtra pravitatem noſtram in Deum, qui eſt ſanctitas ipſa, conjicimus. Hinc potius concludamus, mandatis Dei nos obſequi oportere, quando quidem voluntati ejus nemo reſiſtit. Sic enim Apoſtolus obſtruit os hominis, qui vult cum Deo contendere, cum ſit vilis & abjecta creatura, in peccato nata.

ỳ. 20. *Qui reſpondeas Deo.* Suprema lex eſt voluntas Dei ſemper juſta, etſi non ſemper nobis cognita. Deus veritas eſt, huic credendum, juſtitia ejus & voluntas adoranda.

ỳ. 21. *An non habet poteſtatem figulus luti.* Utrum Apoſtolus eandem maſſam, ſive pura ſit, ſive corrupta, in univerſum intelligat, hoc loco non excutio. Quæſtio eſt late fuſa, quæ in tam brevibus ſcholiis, ut par eſſet, tractari nequit.

ỳ. 22. *Quod ſi Deus volens oſtendere iram.* Si velit juſtam iram oſtendere, ac ſe ultorem eſſe ſcelerum, quid ad te. *Vaſa iræ apta in interitum.* Aptata præ malitia eorum.

ỳ. 23. *Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ.* Ad gloriam. Vaſis miſericordiæ præparavit Deus media ad gloriam, non item reprobis paravit media ad damnationem; ipſi enim ſuis criminibus aptarunt damnationis ſuæ merita. Unde Apoſtolus non ait *vaſa iræ*, quæ aptavit in interitum, ſed *apta*, ſeu aptata, eaque a ſeipſis. In his omnibus rite intelligendis, media ab occaſionibus ſunt ſecernenda. Illa ad finem propoſitum eliguntur; occaſionibus, quæ ſeſe offerunt, utimur. Hanc enim homines ipſi ſuggerunt; media requirimus & eligimus, occaſiones invenimus. Peccatum & omnis ordinis perverſitas, occaſionis locum tenet, non medii ad gloriam Dei manifeſtandam. Voluit Deus violentam mortem pati; Judæ avaritia, Sacerdotum odiis, militum ſævitia, populi ignorantia, Pilati ambitione uſus eſt, ut occaſionibus, non ut media elegit.

ỳ. 24. *Quos & vocavit nos non ſolum ex Judæis.* Sed etiam ex Gentibus. A v. 6. uſque ad hunc verſiculum demonſtravit Apoſtolus inanes non fuiſſe Dei promiſſiones: quæ conſecutio ex illius dictis erui poſſe videbatur; nunc probat populum Judaicum non fuiſſe omnino reprobatum: nam Deus electos ſuos habet cum e Judæis, tum e Gentibus.

ỳ. 25. *Sicut in Oſee dicit.* Quoad Gentes, probat ex Oſee cap. 2. *Vocabo.* Apud Hebræos *vocare* eſt *efficere.*

ỳ. 26. *Ubi dictum eſt eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei vivi.* Id ipſum, quod ſequitur, eveniet. Item ex Iſaia cap. 10. ubi de Judæorum converſione loquitur: quidquid ſupererit in fine ſæculi, ſalvatum iri ait, etiamſi reliquiæ filiorum Iſrael arenæ maris numerum æquarent: vel ut aliis placet, reliquiæ ſalvæ fient, ſeu pauci in tanto Judæorum numero. Uter verior ſit ſenſus, ex intellectu verborum Iſaiæ colligi debet.

28. Verbum enim consummans, & abbrevians in æquitate: quia verbum breviatum faciet Dominus super terram:

n *Isai.* 1. 9. 29. Et sicut prædixit Isaias *n*: Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.

V. 30. Quid ergo dicemus? quod gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem, quæ ex fide est.

31. Israel vero sectando legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit.

32. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis,

o *Isai.* 8. 14. & 28. 16. 1. *Petr.* 2. 7. 33. Sicut scriptum est *o*: Ecce, pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui credit in eum, non confundetur.

CAPUT X.

I. Justitia fidei in Christum præcellit justitiam legalem: 1. II. Sed Judæi male quærunt istam, & male repellunt illam, quæ omnibus in Christum credentibus offertur, dum fides Christi ubique prædicatur. 12.

1. Fratres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem.

2. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

3. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.

4. Finis enim legis, Christus, ad justitiam omni credenti.

a *Levit.* 18. 5. *Ezech.* 20. 11. 5. Moyses enim scripsit, quoniam justitiam, quæ ex lege est, *a* qui fecerit homo, vivet in ea.

6. Quæ autem ex fide est justitia, sic di-

28. Denn dieses ist das Wort, so vollenden und abkürzen wird in Gerechtigkeit: denn der HErr wird ein abgekürztes Wort machen auf Erden:

29. Und wie Isaias vorgesaget hat: Wenn uns der HErr Sabaoth nicht hätte Saamen überbleiben lassen, so wären wir worden wie Sodoma, und gleichwie Gomorrha.

V. 30. Was wollen wir dann sagen? dieses nämlich, daß die Heyden, welche der Gerechtigkeit nicht nachgetrachtet, die Gerechtigkeit erlanget haben, aber die Gerechtigkeit, die aus dem Glauben ist.

31. Israel aber, wiewohl er nach dem Gesetz der Gerechtigkeit getrachtet hat, ist gleichwohl zum Gesetz der Gerechtigkeit nicht gekommen.

32. Warum? dieweil sie es nicht aus dem Glauben, sondern alles aus den Werken gesucht haben: denn sie haben sich an dem Stein der Aergerniß gestoßen,

33. Wie geschrieben stehet: Siehe, ich lege in Sion einen Stein des Anstoßes, und einen Felsen der Aergerniß: und wer an ihn glaubet, der wird nicht zu Schanden werden.

Das zehente Capitel.

I. Paulus setzet gegeneinander die Gerechtigkeit des Gesetzes, und GOttes, welche er jener vorziehet, als welche in dem Glauben Christi bestehet: 1. II. Zu welchem nicht allein die Juden, sondern auch alle Heyden berufen worden, immassen allen das Evangelium angekündiget werden soll. 12.

1. Liebe Brüder, meines Herzens Wunsch und Flehen zu GOtt ist zwar für sie, daß sie mögen selig werden.

2. Denn ich gebe ihnen das Zeugniß, daß sie einen feurigen * Eifer GOttes haben, aber nicht nach dem rechten Verstand.

* bestigen.

3. Denn dieweil sie die Gerechtigkeit GOttes nicht erkennen, sondern trachten ihre eigene Gerechtigkeit aufzurichten, so sind sie der Gerechtigkeit GOttes nicht unterworfen. *

* unterthänig.

4. Denn das Ende des Gesetzes ist Christus, zur Gerechtigkeit allen, die da glauben.

5. Denn Moyses hat geschrieben von der Gerechtigkeit, welche aus dem Gesetz kömmt, daß, welcher Mensch dieselbige thut, dadurch leben werde.

6. Aber die Gerechtigkeit, welche aus dem Glauben kömmt,

℣. 28. *Verbum breviatum faciet Dominus super terram.* Cum ingentem populi multitudinem ad se vocaturus est. Non enim eadem erit Judæorum & Gentium ratio. Gentiles paulatim vocat in serie sæculorum: sed in extremis temporibus vias suas Deus breviabit, & Judæos omnes ad se convertet: cum Apostolorum temporibus perpauci Judæi ad fidem converterentur, si cum Gentilibus conferantur. Verbum enim Gr. λόγος, promissionem Dei, & ejus consilium de salvandis Judæis videtur indicare. Vox συντελῶν, non *destructionem* significat & consumptionem, sed *perfectionem*, ut συντόμων, *abbrevians*, seu brevi temporis spatio efficiet Judæorum sanctificationem.

℣. 29. *Sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.* Idque maxime post excidium nationis, quod simile fuisset stragi Sodomæ & Gomorrhæ, ubi nulli relicti sunt præter familiam Loth. *Reliquisset nobis semen*, posteros scilicet, qui per orbem terrarum dispersi ad finem usque sæculorum propagantur. Tum vero fiet generalis eorum conversio, juxta illud Danielis 12. *In tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit in libro.* Id est, populus tuus, cum scriptus sit in libro, salvabitur, adeo ut voces illæ, scriptus in libro, non determinent, sed explicent tantummodo vocem, *omnis*. Alioqui nihil aliud diceret Propheta, quam eos salvatum iri Judæos, qui in libro vitæ scripti reperientur: quod utique aliis omnibus commune est. Hæc fuse pertractat Auctor Analyseos Gallicæ dissertatione tertia adversus Edium & alios, qui hunc Apostoli locum & Isaiæ vaticinium de pauciſſimis Judæis ad fidem convertendis interpretantur.

℣. 30. *Gentes, quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam: justitiam autem, quæ ex fide est.* Hujus comparationis occasione redit Apostolus ad id, quod præcipuo loco sibi erat propositum, legis operibus justificari neminem.

℣. 32. *Sed quasi ex operibus.* Supple voluerunt haurire justitiam, non ex fide. *Offenderunt enim in lapidem.* Scandalizati sunt in Christi humilitate, paupertate &c.

CAPUT X.

℣. 1. *Voluntas quidem cordis mei.* Græc. εὐδοκία. Propensus admodum sum animi affectu ad Judæorum salutem: ne forte sibi persuaderent ex invidia, aut odio in Judæos locutum esse Apostolum.

℣. 2. *Quod æmulationem Dei habent.* Græc. *Zelum* pro lege sua, zelum fervidum, sed cæcum.

℣. 3. *Ignorantes enim justitiam Dei: Ignorantes.* Hic est errorum fons & origo, quod ignorent in quo posita sit vera justitia, qua Deus nos justificat. *Statuere.* Græc. στῆσαι. *Stabilire.* Propriis scilicet suis viribus innixi. *Justitiæ Dei.* Fidei nimirum, & mediis a Deo ad veram justitiam consequendam institutis, *non sunt subditi.*

℣. 4. *Finis enim legis Christus.* Ab eo Lex suam habet perfectionem, ad eum unum tendit, non in figuris modo, quæ in eum desinunt, sed etiam in præceptis. Qui legi obediunt, ii soli justi fiunt, qui hanc implent in fide Christi.

℣. 5. *Moyses enim scripsit &c. Vivet in ea.* Id probat ex discrimine, quod Scriptura statuit inter justitiam, quam assequuntur, qui Legem observare volunt ex naturæ viribus, & justitiam ipsam fidei; quod illi in Legis observatione vitæ suæ consulant, & pœnas a Lege impositas non subeant, atque iis bona temporalia promittantur, non æterna, ut Levit. 18. ea tamen præceptis constat pene innumeris.

℣. 6. *Quæ autem ex fide est justitia.* Observatu est facilior; corde tantummodo & ore opus est. *Ne dixeris.* Verba sunt Moysis Deuter. 30. quibus hortatur Judæos ad Legis observationem, eaque transfert Apostolus ad fidem ipsam & justitiam; quasi Christus de fide & religione nobis dicat, ne tibi persuadeas fidei & Christianæ religionis justitiam esse observatu impossibilem, aut adeo difficilem, ut opus tibi sit in cœlum ascendere, hoc est, Christum deducere, & evocare e cœlo, quasi id jam factum non fuerit per Incarnationem; aut ex abyssis, seu ex inferis eum revocare, quod in resurrectione impletum fuit. His fere duobus articulis, fidei nostræ summa continetur.

kömmt, spricht also: Sprich nicht in deinem Herzen: wer wird gen Himmel auffahren? das ist, Christum herabführen:

7. Oder wer wird in den Abgrund hinabfahren? das ist, Christum von den Todten wiederum heraufbringen.

8. Aber was sagt die Schrift? Das Wort ist nahe in deinem Munde, und in deinem Herzen: dieses ist das Wort des Glaubens, das wir predigen.

9. Denn so du mit deinem Munde den HErrn JEsum bekennest, und glaubest in deinem Herzen, daß ihn GOtt von den Todten auferwecket hat, so wirst du selig werden.

10. Denn mit dem Herzen glaubet man zur Gerechtigkeit: aber mit dem Munde geschiehet die Bekenntniß zur Seligkeit.

11. Denn die Schrift saget: Wer an ihn glaubet, der wird nicht zu Schanden werden.

II. 12. Denn es ist hier kein Unterschied zwischen Jüden und Griechen: dieweil einer HErr ihrer aller ist, der reich ist gegen alle, die ihn anrufen.

13. Denn ein jeglicher, der des HErrn Namen anrufen wird, der wird selig werden.

14. Wie sollen sie aber denjenigen anrufen, an den sie nicht glauben? oder wie sollen sie dem glauben, den sie nicht gehöret haben? wie sollen sie aber hören ohne Prediger?

15. Wie sollen sie aber predigen, wenn sie nicht gesendet werden? wie geschrieben stehet: Wie schön sind die Füße derjenigen, die den Frieden verkündigen, und das Gute verkündigen!

16. Aber sie sind dem Evangelio nicht alle gehorsam. Denn Isaias spricht: HErr, wer hat geglaubt unserem Gehör?

17. Also ist der Glaube aus dem Gehör: das Gehör aber durch das Wort Christi.

18. Ich sage aber: Haben sie es nicht gehöret? und zwar in alle Lande ist ausgegangen ihr Schall, und bis an das Ende der Welt ihre Worte.

19. Ich sage aber: Hat es Israel nicht erkannt? Aufs erste spricht Moyses: Ich will euch zum Eifer erwecken durch ein Volk, das kein Volk ist: und durch ein unverständiges Volk will ich euch zum Zorn bewegen.

20. Isaias aber erkühnet sich, und spricht: Ich bin gefunden von denen, die mich nicht suchten: und bin denen öffentlich erschienen, die nicht nach mir fragten.

21. Zu Israel aber spricht er: Den ganzen Tag habe ich meine Hände ausgestrecket zu einem Volk, das nicht glaubet, und mir widerspricht.

Das eilfte Capitel.

I. Paulus ermahnet die Heyden, daß sie sich nicht übernehmen, wegen des Unglaubens der Jüden; weil nicht alle Jüden unglaubig, und verworfen sind. 1. II. Weil die Verblendung der Jüden den Heyden zum Heil gereichet. 7. III. Weil die Jüden in den Patriarchen geheiliget sind, und die Heyden, als ein wilder Oel-

cit: *b* Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cœlum? id est, Christum deducere: *b Deut. 20. 12.*

7. Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis revocare.

8. Sed quid dicit Scriptura? *c* Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est verbum fidei, quod prædicamus. *c Deut. 30. 14.*

9. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris.

10. † Corde enim creditur ad justitiam: ore autem confessio fit ad salutem. † *S. AND.*

11. Dicit enim Scriptura: *d* Omnis, qui credit in illum, non confundetur. *d Isai. 28. 16.*

II. 12. Non enim est distinctio Judæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui invocant illum.

13. Omnis *e* enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. *e Joel. 2. 32. Act. 2. 21.*

14. Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?

15. Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est: *f* Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! *f Isai. 52. 7. Nah. 1. 15.*

16. Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: *g* Domine, quis credidit auditui nostro? *g Isai. 53. 1. Joann. 12. 38.*

17. Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi.

18. Sed dico: Numquid non audierunt? *h* & quidem in omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *h Psal. 18. 5.*

19. Sed dico: Numquid Israel non cognovit? Primus Moyses dicit: *i* Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. *i Deut. 32. 21.*

20. Isaias autem audet, & dicit: *k* Inventus sum a non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant. *k Isa. 65. 1.*

21. Ad Israel autem dicit: *l* Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. *l Isa. 65. 2.*

CAPUT XI.

I. Deus quosdam ex populo Judaico gratuita sua electione sibi servavit per fidem in Christum salvandos. 1. II. Reliquos ob incredulitatem in sua cæcitate relictis, ac gentibus in locum ipsorum ex gratuita Dei bonitate

---

℣. 8. *Prope est verbum in ore tuo.* Res ipsa, seu negotium omne facile est, id tantummodo a te exigitur, ut corde credas, & ore confitearis. Id præcipue in baptizandis adultis exigebant Apostoli, ut crederent Jesum Christum esse Filium Dei unigenitum, Messiam scilicet, Salvatorem, Legislatorem nostrum. Quæ erat aperta religionis nostræ professio, scilicet ut crederent, quæ Christus docuit, & mandatis ejus parerent. Fides enim est solemnis obligatio ad obediendum; ac prima justitiæ infusio est ex fide: sed nec conservari potest, nec augeri, nisi divinis præceptis pareamus, ac fides cum obedientia jungatur. *Prope est verbum.* Quod annuntio vobis.

℣. 9. *Si confitearis in ore tuo Dominum Jesum.* Quod revera venerit in nundum carnem assumens, mortuus, & resuscitatus sit. *Et hoc corde credideris.* Hic enim articulus tanquam ultimus sc. resurrectionis complectitur omnes alios articulos fidei, *salvus eris.*

℣. 10. *Corde enim creditur ad justitiam.* Ad fidei justitiam; confessioni salutem adscribit: neque enim salvi esse possumus, nisi cum res poscit, ore confiteamur. Fides itaque cum interior, tum exterior, est necessaria. Fides cum amore conjuncta est, ubi est in corde, & opere; cum in Christum credimus.

℣. 11. *Omnis, qui credit in illum.* Sive Judæus sit, sive Gentilis: omnes enim sine discrimine justificat Deus per fidem cum charitate conjunctam.

℣. 13. *Omnis enim, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit.* Invocare est rite orare Deum pro salute obtinenda, idque per fidem. Ac necessitas illa invocandi, necessitatem prædicationis involvit. Unde Apostolus missionem suam ad Gentes quasi obiter insinuat & tuetur adversus Judæorum calumnias.

℣. 15. *Quomodo vero prædicabant.* Hoc loco est ellipsis, ac suppliendum videtur aliquid, quale est illud; Et jam missi sunt prædicatores.

℣. 16. *Quis credidit auditui nostro?* Hactenus ostendit justificari neminem, nisi qui legem observat in fide Christi. Nunc alteram subjicit propositionem, nempe Christum a Judæis rejectum esse, ac perpaucos Evangelio paruisse. Quod probat ex cap. 53. Isaiæ: *Domine, quis credidit auditui nostro?* Quis credidit iis, quæ audivit ex nobis, aut iis, quæ ex te audivimus?

℣. 17. *Ergo fides ex auditu.* Ex verbi Dei prædicatione, & ex viva traditione, non ex Scriptura sola: non enim omnes possunt legere, aut quæ legunt, intelligere. Mox id subjicit, Judæos nullam posse excusationem obtendere, cum ubique prædicatum sit Evangelium, atque Gentes pene innumerabiles Christi Evangelium fuerint amplexæ, iis ipsis videntibus. Ex auditu quidem fides ducit initium: sed Deus aures cordis aptat ad intelligendum.

℣. 18. *Et quidem in omnem terram exivit sonus eorum.* Ubicumque erant Judæi, Evangelii prædicatio ad eos potuit pervenire, adeo ut sint penitus inexcusabiles.

℣. 20. *Isaias autem audet.* Non veritus offensionem populi sui; & quidem Deus variis modis homines quærit etiam non cogitantes.

tate assumptis. 7. *III. Has monet Apostolus, ne adversus Judæos glorientur; quod multi etiam ex Judæis sint conversi:* 16. *Et reliqui in fine mundi ad Christum convertentur.* 25. *IV. Exclamans divinæ sapientiæ incomprehensibilitatem admiratur.* 33.

baum, durch die Gnade, in den guten Oelbaum, nämlich in die Kirche, eingeimpfet worden: 16. Weil am Ende der Welt, wann die Völle der Heyden wird eingehen, ganz Israel wird selig werden. 25. IV. Verwundert sich über GOttes Weisheit und Gütigkeit, als der die Jüden und Heyden zum Glauben berufe. 33.

1. Dico ergo: Numquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Benjamin.

1. So sage ich nun: Hat dann GOtt sein Volk verworfen? Das sey ferne. Denn ich bin auch ein Israeliter vom Saamen Abrahams, aus dem Stamm Benjamin.

2. Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis in Elia, quid dicit Scriptura: quemadmodum interpellat Deum adversum Israel?

2. GOTT hat sein Volk nicht verworfen, das er vorgesehen hat. Wisset ihr nicht, was die Schrift von Elia sagt: wie er vor GOTT tritt wider Israel?

a 3. *Reg.* 19. 10. 3. Domine *a*, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

3. HErr! (spricht er) sie haben deine Propheten getödtet, und deine Altäre ausgegraben: und ich bin allein übriggeblieben, und sie suchen meine Seele.

b 3. *Reg.* 19. 18. 4. Sed quid dicit illi divinum responsum? *b* Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal.

4. Aber was sagt ihm die göttliche Antwort? Ich habe mir siebentausend Mann übrig bleiben lassen, welche vor dem Baal die Knie nicht gebogen haben.

5. Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt.

5. Also sind dann auch etliche bey dieser Zeit übriggeblieben, und nach der Wahl der Gnade GOttes selig worden.

6. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia.

6. Ist es aber Gnade, so ist es ja nun nicht aus den Werken: sonst würde die Gnade nicht mehr Gnade seyn.

II. 7. Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: cæteri vero excæcati sunt:

II. 7. Was ist es dann? was Israel gesuchet hat, das hat er nicht erlanget: aber die Wahl hat es erlanget: die andere aber sind verblendet worden:

c Isai. 6. 9. *&* 29. 10. *Matth.* 13. 14. *Joan.* 12. 40. *Actor.* 28. 26. *d Ps.* 68. 23. 8. Sicut scriptum est: *c* Dedit illis Deus Spiritum compunctionis: oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, usque in hodiernum diem.

8. Wie geschrieben stehet: GOtt hat ihnen einen stähelen Geist gegeben: Augen, daß sie nicht sehen, und Ohren, daß sie nicht hören, bis auf den heutigen Tag.

9. Et David dicit: *d* Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.

9. Und David spricht: Ihr Tisch soll ihnen zum Strick werden, und zur Verhaftung, und zum Anstoß, und zur Vergeltung.

10. Obscurentur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurva.

10. Ihre Augen sollen verfinstert werden, daß sie nicht sehen: und krümme ihren Rücken immerdar.

11. Dico ergo: Numquid sic offenderunt, ut caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, ut illos æmulentur.

11. So sage ich nun: Haben sie darum also angestossen, daß sie fallen sollten? Das sey ferne. Sondern durch ihre Uebertrettung ist den Heyden Heil wiederfahren, damit sie ihnen nacheiferten.

12. Quod si delictum illorum divitiæ sunt mundi, & diminutio eorum divitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorum?

12. So nun ihre Uebertrettung der Welt Reichthum ist, und ihre Verminderung der Heyden Reichthum: wie vielmehr dann ihre Völle?

e Actor. 9. 2. *&* 15. *Gal.* 2. 7. 13. Vobis enim dico Gentibus: *e* Quamdiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo,

13. Denn euch Heyden sage ich: Weil ich der Heyden Apostel bin, so will ich meine Amtsverwaltung auch in Ehren halten,

14. Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam, & salvos faciam aliquos ex illis.

14. Ob ich diejenigen, die mein Fleisch sind, einigermassen zum Eifer anreizen, und etliche von ihnen zur Seligkeit bringen möchte.

15. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?

15. Denn so ihr Verlurst der Welt Versöhnung ist, was ist dann die Aufnehmung anders, dann das Leben aus den Todten?

III. 16. Ist

CAPUT XI.

℣. 1. *Numquid Deus repulit populum suum?* Neque omnem populum, neque in omne tempus abjecit Deus. Id primum suo probat exemplo: atque ex Scriptura ipsa ostendit populi Israelitici infidelitatem numquam adeo generalem fuisse, ut multas non admiserit exceptiones.

℣. 2. *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit.* Quam acceptam habuit, quam ab æterno suam facere decrevit.

℣. 4. *Reliqui mihi septem millia virorum.* Numerus finitus, & sæpe septenarius pro indefinito ponitur.

℣. 5. *Reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt.* Quos mihi reservavi, & complures sunt Judæi electi per gratiam. Vox, *Salvæ*, deest in Græco; Origenes tamen & Augustinus legunt cum nostro Interprete.

℣. 6. *Non ex operibus.* Legis, nec absolute propter bona opera datur prima gratia.

℣. 7. *Electio autem consecuta est.* Qui e Judæis sunt electi. *Cæteri vero.* Id probat ex Isaia, cap. 6.

℣. 8. *Compunctionis*, Hebr. *stuporis*, aut *soporis.* Qui veterno, aut lethargo corripiuntur, ii pungi solent, ut a somno excitentur. *Oculos.* Deut. 29. 4. ad videndum.

℣. 9. *Fiat mensa eorum in laqueum.* Psal. 68. Altare eorum, quod adeo venerantur ob sacrificia, quique præ illius zelo nolunt Evangelio credere. *In laqueum.* Ut cibus oblatus avibus in exitium cedit. Sic quæ sunt optima, in perniciem vertuntur iis, qui Dei abutuntur beneficiis; aut *in laqueum;* quæcumque in hac vita optant magis, vertuntur in contrarium.

℣. 10. *Et dorsum eorum semper incurva.* Præ amore rerum terrenarum, adeo ut cœlestia iis non sapiant.

℣. 11. *Numquid sic offenderunt, ut caderent?* Sine ulla spe resurgendi. *Absit.* Non enim abjectio Judæorum erit perpetua, & citra ullum fructum: horum quippe occasione Gentiles salutem sunt consecuti, quando Judæis Evangelium rejicientibus assumpti sunt. *Ut illos æmulentur.* Gentiles Judæos, aut Judæi Gentiles: cum promissiones sibi factas ad Gentes transisse videant, æmulationis zelo excitentur ad fidem amplectendam.

℣. 12. *Et diminutio eorum divitiæ Gentium.* Quod si abjectio Judæorum ob sua scelera. *Divitiæ sunt mundi.* Tanta Gentibus intulerunt commoda. *Quanto magis plenitudo eorum.* Cum Judæi ad fidem conversi, Gentes vicissim ad imitandum provocabunt?

℣. 13. *Vobis dico Gentibus.* Inceptum sermonem interrumpit. *Honorificabo.* Græc. *Illustrabo.* Munus meum prædicandi Gentibus.

℣. 14. *Si quomodo ad æmulandum provocem carnem meam.* Ut ex Gentilium laudibus quosdam e Judæis provocem ad imitationem.

℣. 15. *Si enim amissio eorum.* Si Judæorum abjectio per occasionem reconciliatio est mundi. *Quæ est assumptio?* Quanta futura est eorum restitutio, quæ lætitia, quasi ii revixerint?

III. 16. Ist der Anbruch heilig, so ist auch der Teig heilig: ist die Wurzel heilig, so sind auch die Zweige heilig.

17. Sind nun etliche von den Zweigen abgebrochen, du aber, da du ein wilder Oelbaum warest, bist unter sie eingepfropfet, und bist also der Wurzel, und der Feiste im Oelbaum theilhaftig worden,

18. So rühme dich nicht wider die Zweige. Rühmest du dich aber, so trägst du die Wurzel nicht, sondern die Wurzel trägt dich.

19. Darauf wirst du sagen: Die Zweige sind abgebrochen, auf daß ich eingepfropfet würde.

20. Ist wohl geredet: sie sind um des Unglaubens willen abgebrochen. Du aber stehest durch den Glauben: erhebe dich nicht in deinem Sinn, sondern fürchte dich.

21. Denn so GOtt der natürlichen Zweige nicht verschonet hat: so möchte er auch vielleicht deiner nicht verschonen.

22. Darum schaue die Güte, und die Strengheit GOttes: die Strengheit zwar an denen, welche gefallen sind: an dir aber die Güte GOttes, wofern du in der Güte bleibest, sonst wirst du auch ausgehauen werden.

23. Es werden auch jene eingepfropfet werden, wofern sie nicht im Unglauben verharren: denn GOtt ist mächtig genug, sie wiederum einzupfropfen.

24. Denn so du aus einem natürlichen wilden Oelbaum ausgehauen, und wider die Natur in einen guten Oelbaum eingepfropfet bist: wie vielmehr werden diejenigen, welche natürlich sind, in ihren eigenen Oelbaum eingepfropfet werden?

25. Denn ich will euch, liebe Brüder, dieses Geheimniß nicht verhalten, (damit ihr nicht klug seyd bey euch selbst) denn die Blindheit ist Israel eines Theils wiederfahren, bis die Völle der Heyden eingienge,

26. Und daß also ganz Israel hernach selig würde, wie geschrieben stehet: Aus Sion wird kommen, der erlösen wird, und das ungöttliche Wesen von Jacob abwenden.

27. Und dieses ist mein Bund mit ihnen: wann ich ihre Sünden hinwegnehmen werde.

28. Nach dem Evangelio zwar sind sie Feinde um euretwillen: aber nach der Wahl sind sie die Allerliebsten um der Väter willen.

29. Denn die Gaben, und der Beruf GOttes mögen ihn nicht gereuen.

30. Denn gleichwie auch ihr vor diesem in GOtt nicht geglaubet, jetzt aber Barmherzigkeit erlanget habt, um ihres Unglaubens willen:

31. Also haben auch jene nicht geglaubet an die Barmherzigkeit, die euch wiederfahren ist: auf daß sie auch Barmherzigkeit erlangen möchten.

32. Denn GOtt hat alles unter dem Unglauben beschlossen, auf daß er sich ihrer erbarme.

III. 16. Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.

17. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem, cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis olivæ factus es,

18. Noli gloriari adversus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

19. Dices ergo: Fracti sunt rami, ut ego inserar.

20. Bene: propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.

21. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat.

22. Vide ergo bonitatem, & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.

23. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur: potens est enim Deus iterum inserere illos.

24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam olivam: quanto magis ii, qui secundum naturam, inserentur suæ olivæ?

25. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc: (f ut non sitis vobis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, *f Prov. 3. 7. Isai. 5. 21.*

26. Et sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est: g Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem a Jacob. *g Isai. 59. 20.*

27. Et hoc illis a me testamentum: cum abstulero peccata eorum.

28. Secundum Evangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem, charissimi propter patres.

29. Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei.

30. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum:

31. Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam: ut & ipsi misericordiam consequantur.

32. Conclusit enim Deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur.

℣. 16. *Quod si delibatio sancta est.* Græc. ἀπαρχὴ. Primitiæ. *Et massa.* Quod si Apostoli, & primi discipuli sancti sunt, & massa ipsa sancta erit: sunt enim ejusdem naturæ primitiæ & massa ipsa. *Radix sancta est.* Patres & Patriarchæ. *Et rami.* Judæi ex iis prognati. Nota tamen, Apostolum hic non loqui de sanctitate proprie dicta, qua quis sit justus in se & amicus Dei, sed de sanctitate solum analogica & metaphorica, qua quid Deo consecratur & appropriatur, sic vestes, pecuniæ, servitio divino dicatæ, vocantur sanctæ, immo & conjux infidelis nupta fideli dicitur sancta; sed talis quoad se non est justa & amica Deo.

℣. 17. *Tu autem cum Oleaster esses.* Vetat Gentiles gloriari, quod in bonam oleam sint insiti. Nam si ramus oleastri præter naturam oleæ insertus est, multo potiori ratione Judæi tamquam rami in eam inserentur.

℣. 20. *Noli altum sapere.* Noli superbire. *Sed time.* Hoc utique est Dei beneficium, non tuum meritum. Cave ne Deus tibi non parcat, ut non pepercit ramis.

℣. 22. *Si permanseris in bonitate.* In iis, quæ tibi donavit.

℣. 24. *Insertus es.* Non enim solet oleaster in oleam inseri.

℣. 26. *Salvus fieret.* In fine sæculorum, cum plenitudo Gentium intraverit. *Sicut scriptum est.* Isaiæ 59. 20. *Cum venerit Sion.* Cum Redemptor venerit Sioni.

℣. 27. *Testamentum.* Jerem. 31. fœdus, aut pactum, ut vertunt 70. Interpretes.

℣. 28. *Secundum Evangelium quidem.* Propter Evangelium. *Propter vos.* O Gentiles: illis enim neglectis assumpsit vos Deus. *Secundum electionem autem.* Qua Deus olim eos elegit in populum suum. *Charissimi.* Quoad Judæos, qui a Deo sunt electi. August. L. de Prædestin. SS. cap. 16. Inimici, quia permisit Deus, ut interficerent Christum, & sic redemptio in omnes redundaret: sed secundum electionem, id est, prædestinationem, amici propter patres, quia tandem convertentur.

℣. 29. *Sine pœnitentia enim sunt dona.* Deus non revocat, quod promisit.

℣. 30. *Propter incredulitatem eorum.* Illud fuit divinæ misericordiæ: cum enim aliis stantibus, alii excidant; qui stant in fide, dubitare non possunt, quin eorum salus sit divinæ misericordiæ opus.

℣. 31. *Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam.* Ad vestram misericordiam, ut Deus vestri misereretur. *Consequantur.* Ut exemplo vestro provocati crederent in Christum, sic Deus omnium misereretur. Gentes olim fuerunt infideles, nunc Judæi. Futurum est, ut Judæi nunc increduli, credant in Christum; incredulitas non causa, sed occasio fuit, cur Deus Gentibus misericordiam præstiterit: nam semper habere voluit, in quos beneficia sua conferret.

℣. 32. *Conclusit enim Deus omnia in incredulitate.* Permisit Deus, ut omnes non simul, sed successive essent increduli, quo misericordiam suam exerceat. Nam ab initio homines Deum colebant, tum Gentes in idololatriam lapsi sunt; fœdus cum Abrahamo, & cum ejus posteris sancivit Deus, tum Judæi Christum & ejus Evangelium respue-

† *IN FESTO SS. TRIN.*

IV. 33. † O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!

34. Quis *h* enim cognovit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit?

35. Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

36. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.

h Sap. 9. 13. *Isai.* 40. 13. 1. *Cor.* 2. 16.

IV. 33. O wie eine Tiefe der Reichthümer der Weisheit, und der Erkenntniß GOttes! wie unbegreiflich sind seine Gerichte, und wie unerforschlich sind seine Wege!

34. Denn wer hat den Sinn des HErrn erkannt? oder, wer ist sein Rathgeber gewesen?

35. Oder, wer hat ihm erstlich etwas gegeben, das ihm wiederum vergolten werde?

36. Denn aus ihm, und durch ihn, und in ihm sind alle Dinge: ihm sey Ehre in Ewigkeit, Amen.

CAPUT XII.

I. Incipit pars altera epistolæ, qua in moribus instruit Romanos, ut a sæculi vanitate abstracti totos se Deo dedant, ob dona non se efferant, sed velut membra ejusdem corporis omnia ad proximi utilitatem ordinent. 1. *II. Hortatur ad veram charitatem:* 9. *Conjunctam cum humilitate, ut ipsis quoque inimicis benefaciant.* 16.

Das zwölfte Capitel.

I. Anfang des andern Theils dieser Sendschrift, in welcher Paulus handelt von den Sitten, die zum Glauben gehören, und ermahnet, daß sich alle, als ein heiliges, wohlgefälliges Opfer, GOtt ergeben, und sich nicht hoffärtig überheben sollen. 1. II. Daß sich alle einer wahren, aufrichtigen Liebe befleißen sollen: 9. Neben der Liebe die Demuth üben, und das Böse in dem Guten überwinden. 16.

† *DOM. INFRA OCTAV. EPIPH.*

1. Obsecro † itaque vos fratres per misericordiam Dei, *a* ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

2. Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in novitate sensus vestri: *b* ut probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

3. Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos: non plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: *c* & unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei.

4. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent:

5. Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

6. † Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes: sive prophetiam secundum rationem fidei,

7. Sive ministerium in ministrando, sive qui docet in doctrina.

8. Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

9. Dilectio sine simulatione. *d* Odientes malum, adhærentes bono:

10. Charitate *e* fraternitatis invicem diligentes: honore invicem prævenientes:

a Phil. 4. 18. *b Ephes* 5. 17. 1. *Thess.* 4. 3. *c* 1. *Cor.* 12. 11. *Ephes.* 4. 7. † *DOM.* 2. *POST EPIPH.* *d Amos* 5. 15. *e Ephes.* 4. 3. 1. *Petr.* 2. 17.

1. Derowegen bitte ich euch, liebe Brüder, durch die Barmherzigkeit GOttes, daß ihr eure Leiber zum lebendigen, heiligen, und GOtt wohlgefälligen Opfer ergebet, und dasselbige euer vernünftiger Gottesdienst sey.

2. Und werdet dieser Welt nicht gleichförmig, sondern verändert euch durch die Verneuerung eures Sinnes: damit ihr prüfen möget, welches der gute, und wohlgefällige, und vollkommene Wille GOttes sey.

3. Denn ich sage durch die Gnade, die mir gegeben ist, einem jeglichen, der unter euch ist: daß er nicht weiser sey, dann ihm gebühret weise zu seyn, sondern daß er mäßiglich weise sey: ein jeglicher, nachdem GOtt ausgetheilt hat die Maaß des Glaubens.

4. Denn, gleichwie wir in einem Leibe viele Glieder haben, aber alle Glieder haben nicht einerley Geschäffte:

5. Also sind wir viele ein Leib in Christo, aber ein jeglicher ist einer des andern Glied.

6. Wir haben aber unterschiedliche Gaben nach der Gnade, die uns gegeben ist: entweder Weissagung nach der Maaß und Regel des Glaubens,

7. Oder ein Amt im Dienst zu üben, oder da jemand lehret, daß er sich in der Lehre übe.

8. Ermahnet auch jemand, so übe er sich in der Ermahnung, wer giebt, der thue es in Einfalt, wer andern vorstehet, der thue es mit Sorgen, wer Barmherzigkeit erzeiget, der thue es mit Freuden.

9. Die Liebe sey ohne falschen Schein. Hasset das Böse, und hanget dem Guten an:

10. Liebet einander mit brüderlicher Liebe: einer komme dem andern mit Ehrerbietung vor:

11. Seyd

---

respuerunt, quod apud Gentes translatum fuit, iique in fine sæculorum majore ex parte fient increduli, ut docet Apostolus Epist. 2. ad Thessalon. cap. 3. tumque Judæos ad fidem vocaturus est. Sic duos populos ante inimicos in unum adducet corpus: ne sibi justitiam tribuerint homines, permittit Deus eos esse miseros, quo digni essent misericordia.

℣. 36. *Quoniam ex ipso.* Tanquam authore & primo effectore. *Et per ipsum.* Tanquam conservatorem & directorem. *Et in ipso.* Tanquam abyssio omnis perfectionis. Græc. In ipsum. sc. Tanquam ultimum finem, sunt omnia, quæcunque habent esse.

CAPUT XII.

℣. 1. *Rationabile obsequium vestrum.* Gr. *Rationalem cultum.* Seu spiritale novæ in Christo vitæ sacrificium, prout recta exigit ratio: quod alii turpitudini, vos date honestati.

℣. 2. *Et nolite conformari huic sæculo.* Quoad mores, consuetudines, & vivendi rationem. *Sed reformamini.* Gr. *Transformemini.* Dissimiles omnino fitis huic sæculo per renovationem mentis vestræ.

℣. 3. *Per gratiam, quæ data est mihi.* Id est, ex munere Apostolico mihi gratis dato a Christo docendi viam salutis. *Dico* vobis Romanis, & per vos omnibus fidelibus. *Non plus sapere, quam oportet sapere.* Nolite altius de vobis existimare, quam par sit. *Ad sobrietatem.* Cum modestia, de se, & sobrie sentire. *Et unicuique.* Deest in Græco conjunctio, καὶ, sicque commodior est connexio: videtur Paulus fidem pro donis gratuitis & visibilibus hoc loco sumere.

℣. 4. *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus &c.* In corpore mystico, seu in Ecclesia singuli homines, ut diversa membra diversas obeunt functiones juxta diversas donationes sibi concessas; omnes ad bonum commune æque conspirant, ac unusquisque dono accepto contentus manere in eo debet, neque adversus alium non habentem insolescere. Usus donorum sit communis, ut aliis pro doni sui ratione subveniant.

℣. 6. *Sive prophetiam secundum rationem fidei.* Ad prædicenda futura, vel ad Scripturarum interpretationem. *Secundum rationem fidei.* Græc. *Analogiam.* Seu proportionem, aut mensuram fidei, aut donorum visibilium.

℣. 7. *Sive ministerium in ministrando.* Græc. διακονίαν. Ministerii Ecclesiastici gratiam. *In ministrando.* Gr. *In ministerio.* Supple, maneat, ita ut se ad laborem, non ad honorem vocatum sciat. Ministerium illud character, aut potestas, qua Deus pastorem instruxit, recte intelligitur. *In doctrina.* Se exerceat, ut magis ac magis proficiat: de Catechistis videtur loqui, qui fidei elementa docent.

℣. 8. *Qui exhortatur in exhortando.* Concionando; quique ad bene agendum alios excitat. *In simplicitate.* Bona fide, sine ostentatione, aut personarum acceptione distribuat eleemosynas sibi creditas, vel ex propriis bonis, vel ex alienis, liberaliter. Cum vigilantia, & cura præsit. *In hilaritate.* Qui curandis ægris pauperibus vacat, id præstet hilari animo, non tristi & morosо.

℣. 9. *Dilectio sine simulatione.* A ministeriis Ecclesiæ transit ad officia Christianis omnibus communia, quorum illud est primum, ut universim malum odio habeamus, bono adhæreamus; tum ut proximum sincere diligamus, honorifice de eo sentiamus.

11. Seyd nicht träg in der Sorgfältigkeit: seyd inbrünstig im Geist: dienet dem HErrn:
12. Erfreuet euch in der Hoffnung: seyd geduldig in Trübsal: haltet an im Gebeth:
13. Kommet den Heiligen zu hülfe in ihren Nöthen: beherberget die Leute gern:
14. Segnet diejenigen, die euch verfolgen: benedeyet und verfluchet nicht:
15. Freuet euch mit den Fröhlichen, und weinet mit den Weinenden:
16. Seyd einerley gesinnet untereinander: haltet nicht etwas hohes von euch, sondern machet euch gleich den Demüthigen. Haltet euch nicht selbst für klug:
17. Vergeltet niemand Böses mit Bösem: befleißiget euch des Guten, nicht allein vor GOTT, sondern auch vor allen Menschen.
18. Ist es möglich, so haltet Friede mit allen Menschen, so viel an euch ist:
19. Rächet euch nicht selbst, ihr Liebsten, sondern gebet dem Zorn Raum. Denn es stehet geschrieben: Die Rache ist mein; ich will es vergelten, spricht der HErr.
20. Sondern wenn dein Feind Hunger hat, so speise ihn: wenn er Durst hat, so gieb ihm zu trinken: denn wenn du das thust, so wirst du feurige Kohlen auf sein Haupt sammeln.
21. Laß dich das Böse nicht überwinden, sondern überwinde du das Böse mit Gutem.

Das dreyzehente Capitel.

I. Paulus ermahnet die Unterthanen zum Gehorsam gegen ihre Obern: 1. II. Und zur Liebe des Nächsten, in welcher die Vollkommenheit des Gesetzes bestehet. 8. III. Und daß die Gläubigen vom Schlafe der Sünden aufstehen, und unsern HErrn anziehen. 11.

1. Eine jegliche Seele sey unterthan der obrigkeitlichen Gewalt: denn es ist keine Gewalt, als von GOtt; was aber Gewalt hat, das ist von GOtt verordnet.
2. Derowegen, wer der Obrigkeit widerstrebet, der widerstrebet der Ordnung GOttes. Welche aber also widerstreben, die werden ihnen selbst die Verdammniß gewinnen:
3. Denn die das Regiment führen, sind nicht den guten, sondern den bösen Werken zu fürchten. Willst du dich aber vor der Obrigkeit nicht fürchten? Thue Gutes: so wirst du Lob von ihr haben:
4. Denn sie ist eine Dienerinn GOttes, dir zum Guten. Thust du aber Böses, so fürchte dich: denn sie trägt das Schwert nicht ohne Ursache. Denn sie ist eine Dienerinn GOttes, zur Rache im Zorn demselbigen, der Böses thut.
5. Darum seyd aus Noth unterthan, nicht allein um des Zorns willen, sondern auch um des Gewissens willen:

11. Solicitudine non pigri: spiritu ferventes: Domino servientes:
12. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes:
13. Necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes *f*:
14. Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere:
15. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus:
16. Idipsum invicem sentientes: non alta sapientes, sed humilibus consentientes. † Nolite esse prudentes apud vosmetipsos:
17. Nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.
18. Si *g* fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:
19. Non *h* vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim *i*: Mihi vindicta; ego retribuam, dicit Dominus.
20. Sed *k* si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput ejus.
21. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum.

f Hebr. 13. 2. 1. *Petr.* 4. 9.

† *DOM.* 3. *POST EPIPH. &* 24. *POST PENTEC.*

g 2. *Cor.* 8. 21. *Hebr* 12. 14.

h Eccli. 28. 1. 2 & 3. *Matth* 5. 39.

i Deut 32. 35. *Hebr* 10. 30.

k Prov 25. 21.

CAPUT XIII.

I Hortatur subditos obedire superioribus, omnibusque debita reddere: 1. II. Ad proximi dilectionem, ad quam universa lex reducitur. 8. III. Ad Christi imitationem, ut tempore gratiæ, transactis legis tenebris, relictis vitiis amplectandur Christi virtutes. 11.

1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: *a* non est enim potestas nisi a Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinatæ sunt.
2. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt:
3. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac: & habebis laudem ex illa:
4. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.
5. Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam:
6. Ideo

a Sap. 6. 4. 1. *Petr.* 2. 13.

℣. 11. *Solicitudine non pigri.* Habita nostri ratione, ut officio quisque suo fungatur, excussa omni socordia, *Spiritu ferventes.* Cum fervore animi Deo servientes: memineritis vos Deo ipsi servire.

℣. 13. *Necessitatibus Sanctorum communicantes.* Græc. *Usibus Sanctorum.* Necessariis, non supervacaneis, subvenientes. Origenes: nam usibus sanctorum honeste & decenter, non quasi stipem indigentibus præbere, sed censum nostrum cum ipsis quodammodo habere communem conveniens videtur.

℣. 15. *Gaudete cum gaudentibus &c.* q. d. Tantam opto inter Christianos esse sympathiam, ut singulorum bona vel mala, prospera vel adversa æque vos atque illos tangant; quod secundum Basilium & Bernardum eximiæ immo completæ virtutis est.

℣. 16. *Idipsum invicem sentientes.* Invicem concordes & unanimes. *Humilibus consentientes.* Græc. *Accommodantes.* Vosmetipsos humilibus, & abjectis, vel obsecundantes.

℣. 17. *Providentes bona non tantum coram Deo.* Non solum in conscientia. *Sed etiam coram hominibus.* Ut nullam iis scandali occasionem præbeatis.

℣. 18. *Si fieri potest.* Salva justitia, veritate, pietate. Vox Græca προσῶπον. Significat consulere, aut prospicere.

℣. 19. *Non vosmetipsos defendentes.* Græc. *Ulciscentes.* Quod cum sequentibus convenit. *Date locum iræ.* Irato cedite.

℣. 20. *Carbones ignis congeres super caput ejus.* Charitatem accendes, ad redamandum eum provocabis, ac mutua charitas hinc accendetur. Congeres carbones, quibus ejus odium in te, ut glacies resolvetur.

℣. 21. *Sed vince in bono malum.* Græc. τὸ κακὸν. Non hominem malum, sed malitiam hominum benignitate tua vince.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Publicis Magistratibus. Nam ex Judæis conversis quidam in hoc errore versabantur, ut alium principem a Deo nollent agnoscere, idque imprimis postquam Messias advenisset; quod ex se malum erat, & Christianam religionem in invidiam vocabat. Subditos eos esse oportere docet, quia omnis potestas est a Deo instituta. Sic Christus religionem constituit, ut civilem ordinem non mutaret. Tertull. ad Scap. *Colimus Imperatorem sic & quomodo & nobis licet, & ipsi expedit, ut hominem a Deo secundum, & solo Deo minorem. Quæ autem sunt.* Supple, potestates.

℣. 3. *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.* Superiores & potestates sunt institutæ, ut bonum promoveant, quod malum est, puniant. Græc. *Non sunt terrori bonorum.* In bonorum gratiam sunt constitutæ, in terrorem improborum.

℣. 4. *Dei enim minister est tibi in bonum.* Ut pacifice vivamus, juvat & tuetur bonos. *Vindex in iram.* Ut puniat, & vice Dei justitiam exerceat.

℣. 5. *Ideo necessitate subditi estote.* Non solum timore pœnæ. *Sed etiam propter conscientiam.* Quia id justum est;

6. Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes.

b Matth. 22. 21. 7. Reddite *b* ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.

† DOM. 4. POST EPIPH. II. 8. † Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit.

c Exod. 20. 14. Deut. 5. 18. 9. Nam: *c* Non adulterabis: Non occides: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. *d*

d Lev. 19. 18. Matth. 22. 39. Marc. 12. 31. Gal. 5. 14. Jac. 2. 8. 10. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

† DOM. 1. ADV. EP. III. 11. Et hoc † scientes tempus, quia hora est jam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus.

12. Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

e Luc. 21. 34. 13. Sicut in die honeste ambulemus: *e* non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione:

f Gal. 5. 16. 1. Petr. 2. 11. 14. Sed *f* induimini Dominum Jesum Christum, g & carnis curam ne feceritis in desideriis.

CAPUT XIV.

I. Fide firmiores debent infirmos fovere & non contemnere. 1. II. Nec hi nec illi judicare quemquam. 4. III. Nec quid edere cum fratris offendiculo: 15. Aut agere contra suam conscientiam. 22.

1. Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

2. Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.

3. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum assumpsit.

a Jac. 4. 13. II. 4. Tu *a* quis es, qui judicas alienum servum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens est enim Deus statuere illum.

5. Nam alius judicat diem inter diem: alius

6. Darum gebt ihr auch Schatzung: dieweil sie Diener GOttes sind, welche eben diesem Dienst abwarten.

7. Derowegen gebet einem jeglichen, was ihr schuldig seyd: Schatzung, dem Schatzung gebühret: Zoll, dem Zoll gebühret: Furcht, dem Furcht gebühret: Ehre, dem Ehre gebühret.

II. 8. Seyd niemand etwas schuldig, als daß ihr euch untereinander liebet: denn wer seinen Nächsten liebet, der hat das Gesetz erfüllet.

9. Denn: Du sollt nicht ehebrechen: Du sollt nicht tödten: Du sollt nicht stehlen: Du sollt nicht falsche Zeugniß geben: Du sollt der Lust nicht Statt geben: und so ein anderes Geboth mehr ist, das wird in diesem Worte begriffen: Du sollt deinen Nächsten lieben, wie dich selbst.

10. Die Liebe des Nächsten wirket nichts Böses. Demnach ist die Liebe die Erfüllung des Gesetzes.

III. 11. Und dieweil wir diese Zeit erkennen, so ist nun die Stunde da, daß wir vom Schlafe aufstehen. Denn unser Heil ist jetzt näher herbey, als da wir glauben würden.

12. Die Nacht ist vergangen, der Tag aber ist herangekommen. Darum lasset uns die Werke der Finsterniß ablegen, und die Waffen des Lichts anziehen.

13. Lasset uns ehrbarlich wandern, als am Tage; nicht in Fressen, und Saufen, nicht in Schlafkammern, und Geilheit, nicht in Hader, und Eifer.

14. Sondern ziehet an den HErrn JEsum Christum, und leget euren Fleiß * nicht auf das Fleisch, und seine Wohllüste.

* Sorge.

Das vierzehente Capitel.

I. Paulus lehret, daß man die Schwachen im Glauben mit Geduld soll übertragen. 1. II. Daß keiner den andern soll urtheilen: 4. III. Noch Aergerniß geben: 15. Noch wider sein Gewissen handeln. 22.

1. Den Schwachen im Glauben aber nehmet auf, und nicht in zänkischen Gedanken.

2. Denn einer glaubet, daß er alles essen möge: wer aber schwach ist, der mag Kraut essen.

3. Wer nun isset, der verachte denjenigen nicht, der nicht isset: und wer nicht isset, der richte auch denjenigen nicht, der da isset: denn GOtt hat ihn aufgenommen.

II. 4. Wer bist du nun, der du einen fremden Knecht richtest? er stehet, oder fället seinem Herrn: er wird aber stehen: denn GOtt ist mächtig genug, ihn aufzurichten.

5. Einer hält einen Unterschied zwischen diesem und jenem

℣. 7. *Cui Tributum. Tributum.* Pro prædiis. *Vectigal.* Pro mercibus exportandis. *Timorem.* Reverentiam.

℣. 8. *Nemini quidquam debeatis.* Ad officia erga proximum tranlit Apostolus, quæ omnia ad charitatem revocat. Charitatis debitum perpetuum est. *Sola etiam reddita semper debitorem tenet; nec cum redditur, amittitur, sed potius reddendo multiplicatur; habendo enim redditur, non carendo.* August. Epist. 62.

℣. 9. *Non concupisces.* Quo quidem mandato omne desiderium injustum adversus proximum prohibetur. *Instauratur.* Græc. Summatim colligitur, eaque velut ad caput seu ad summam redigitur. Aug. recapitulatur, & consummatur.

℣. 10. *Dilectio proximi malum non operatur.* Græc. Proximo non nocet. *Plenitudo legis.* i. Consummatio. Græc. Completio legis *est dilectio.*

℣. 11. *Et hoc scientes tempus.* Opportunitatem adesse id faciendi, ut diligatis invicem. *Hora jam est de somno surgere.* De somno negligentiæ, & peccatorum veterno evigilare. *Nunc propior est nostra salus.* Tum justitiæ, tum gloriæ æternæ. *Quam cum credidimus.* Quam speravimus nobis obventuram, vel quam cum credere incepimus, cum baptizati sumus.

℣. 12. *Nox præcessit.* Jam peccatorum tenebræ sunt depulsæ. *Dies autem* æternitatis, seu potius dies Evangelii & legis gratiæ, quo sol Christus radios divinæ lucis quaquaversum spargit, appropinquavit velut in diluculo, immo jam præsens est. Forte legendum, *nox processit:* id enim vox græca προέκοψεν significat. *Abjiciamus opera tenebrarum.* i. Peccata & mala opera. *Et induamur arma lucis.* Comparemus nobis opera virtutem ex luce fidei & gratiæ Christi prognata.

℣. 13. *Non in cubilibus & impudicitiis.* Illicitos omnes concubitus, & petulantiam omnem, uti & epulas, non honestatis, sed voluptatis causa & gulæ, ut & vinolentiam damnat.

℣. 14. *Sed induimini Dominum Jesum Christum.* Ejus virtutes & exempla vita & moribus exprimite. *Ne feceritis.* Nec prætexentes corporis necessitatem, cupiditates & inordinata desideria expleatis.

CAPUT XIV.

℣. 1. *Infirmum autem in fide assumite.* Tolerate, nolite abjicere, quod infirmus sit in fide; sed eum benigne suscipite. *Cogitationum.* Gr. Non ad certamina disceptationum, nec tempus teratis in altercationibus disceptationum.

℣. 2. *Alius enim credit se manducare omnia.* Credit licere sibi de quibuslibet cibis vesci. *Manducet.* Græc. Manducat, idque ex conscientia scrupulosa; vel si existimet periculum esse in carnibus edendis, vescatur oleribus. Sic litem dirimit, ut unicuique libertatem relinquat suam.

℣. 3. *Deus enim illum assumpsit.* Non abjecit: sed ad fidem vocavit, ac quisque pro conscientiæ suæ dictamine agat. *Qui non manducat, manducantem non judicet.* Aug. L. 2. serm. in monte, cap. 18. *Maxime autem illi temere judicant de incertis, & facile reprehendunt, qui magis amant vituperare & damnare, quam emendare & corrigere: quod vitium vel superbiæ est, vel invidiæ.*

℣. 4. *Tu quis es, qui judicas alienum servum?* Judæos primum in eo reprehendit, quod Gentiles conversos damnarent ob libertatem edendi de quibuslibet cibis. *Domino suo.* Hoc nihil ad te, Domini judicio est relinquendus. *Statuere illum.* Eum stabilire, & efficere ne cadat: Domini est judicare, reus sit, necne.

℣. 5. *Nam alius judicat diem inter diem.* Alius existimat discrimen esse inter diem & diem, secundum legem Mosaicam; alius censet omnem diem esse cuilibet rei gerendæ non malæ idoneum; sic libertatem gentilium tue-

jenem Tag: ein anderer aber hält alle Tage einander gleich: ein jeglicher hält sich bey seiner Meynung.

6. Wer auf einen Tag hält, der hält dem HErrn darauf: und wer isset, der isset dem HErrn: denn er danket GOtt. Wer sich aber von der Speise enthält, der enthält sich dem HErrn, und danket GOtt.

7. Denn keiner von uns lebet ihm selbst, und keiner stirbet ihm selbst.

8. Denn leben wir, so leben wir dem HErrn: sterben wir, so sterben wir dem HErrn. Derowegen, wir leben, oder wir sterben, so sind wir des HErrn.

9. Denn dazu ist Christus gestorben, und wiederum auferstanden: auf daß er sowohl über die Todten, als über die Lebendigen herrsche.

10. Du aber, was richtest du deinen Bruder? oder warum verachtest du deinen Bruder? denn wir werden alle vor dem Richterstuhl Christi stehen.

11. Denn es stehet geschrieben: So wahr ich lebe, spricht der HErr, vor mir sollen sich alle Knye beugen, und alle Zungen sollen GOtt bekennen.

12. Derowegen wird ein jeglicher aus uns für sich selbst GOtt Rechenschaft geben.

13. Darum lasset uns nimmermehr einander richten: sondern das richtet vielmehr, damit ihr dem Bruder keinen Anstoß, oder Aergerniß darstellet.

14. Ich weis, und habe mein Vertrauen darauf im HErrn JEsu, daß nichts gemein* ist von ihm selbst, denn allein dem, der es dafürhält, daß es etwas gemein sey: demselbigen ist es auch gemein: * unrein.

III. 15. Denn so dein Bruder um der Speise willen betrübet wird, so wandelst du nicht mehr nach der Liebe. Mache nicht mit deiner Speise, daß der verlohren werde, für welchen Christus gestorben ist.

16. Darum lasset uns daran seyn, daß unser Gut nicht gelästert werde.

17. Denn das Reich GOttes ist nicht Speise und Trank: sondern Gerechtigkeit, und Friede, und Freude im heiligen Geiste.

18. Denn wer darinnen Christo dienet, der ist GOtt wohlgefällig, und den Menschen angenehm.

19. Derowegen lasset uns dem nachtrachten, was zum Frieden dienet, und das untereinander halten, was zur Erbauung gereichet.

20. Zerstöre das Werk GOttes nicht um der Speise willen. Denn es ist zwar alles rein: aber es ist nicht gut dem, der es isset, andern zum Aergerniß.

21. Es ist gut, nicht Fleisch essen, noch Wein trinken,

autem judicat omnem diem: unusquisque in suo sensu abundet.

6. Qui sapit diem, Domino sapit: & qui manducat, Domino manducat: gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

7. Nemo enim nostrum sibi vivit, & nemo sibi moritur.

8. Sive enim vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus.

9. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: ut & mortuorum & vivorum dominetur.

10. Tu autem, qui judicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes *b* enim stabimus ante tribunal Christi. *b* 2. Cor. 5 01.

11. Scriptum est enim: *c* Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. *c* Isai. 45. 24. Philip. 2. 10.

12. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

13. Non ergo amplius invicem judicemus: sed hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

14. Scio, & confido in Domino JESU, quia nihil commune per ipsum, nisi ei, qui existimat, quid commune esse: illi commune est.

III. 15. Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas. Noli *d* cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. *d* 1. Cor. 8. 11.

16. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

17. Non est enim regnum Dei esca, & potus: sed justitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto.

18. Qui enim in hoc servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

19. Itaque quæ pacis sunt, sectemur, & quæ ædificationis sunt, in invicem custodiamus.

20. Noli propter escam destruere opus Dei. Omnia *e* quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat. *e* Tit. 1. 15.

21. Bonum *f* est non manducare carnem, & *f* 1. Cor. 8. 13.

non

---

tuetur Apostolus. *Unusquisque.* Gr. *Unusquisque sit certus mentis suæ.* Seipsum consulat, & agat, quod sibi dictat conscientia: seu de ciborum delectu agat Apostolus, ut videtur Chrysostomo, seu de dierum & feriarum observatione, non statim avocandos censet a consuetis observationibus, ne deserant fidem, sed ad tempus tolerandos jubet.

℣. 6. *Qui sapit diem.* Qui dierum habet rationem, ad honorem Domini id facit, aut facere debet.

℣. 7. *Nemo enim nostrum sibi vivit.* Sed ad Dei gloriam vivere & mori debemus.

℣. 9. *Ut & mortuorum & vivorum dominetur.* Ut ex morte & resurrectione sua dominium in vivos & mortuos exerceat.

℣. 10. *Tu autem.* Judæe, seu infirmior fide. *Quid judicas fratrem tuum.* Gentilem libertate sua utentem, & quidvis quovis die manducantem. *Aut tu.* Gentilis. *Quare spernis fratrem tuum.* Judæum ex teneritudine animi legem Moysaicam, festa ac jejunia lege præscripta, observare volentem?

℣. 11. *Dicit Dominus.* Vox Hebræa apud Isaiam. *Jehova.* Est nomen Dei, quod Apostolus Christo Domino tribuit. *Et omnis lingua confitebitur Deo.* Laudabit, me Deum agnoscet.

℣. 13. *Sed hoc judicate magis.* Hoc potius decernite, ne fratribus sitis scandalo, nec judicate vos invicem, saltem in rebus non omnino manifestis. Temeraria judicia multis rationibus condemnat, quod Deus sibi uni cordis intentionem & arcana reservarit. Qui temere judicat, sæpe eum damnat, quem Deus absolvit; in rebus, quæ sunt indifferentes, unusquisque in suo sensu abundet, & ex conscientiæ dictamine agat.

℣. 14. *Scio & confido.* i. Confidenter dico per Jesum Christum nihil amplius commune esse, aut immundum per se, sed solum per accidens, ratione ignorantiæ, qua putat frater tuus hanc vel illam escam immundam esse, quia putat lege prohibitam. Hinc

℣. 15. *Noli cibo tuo illum perdere.* Frater tuus propter cibum illum, quem putat immundum, a te liberum sumptum contristatur, & scandalizatur; sic peccas contra charitatem.

℣. 16. *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Christianismus, religio, & fides nostra, ne ea sit opprobrio infidelibus propter dissensiones. Gr. *Bonum vestrum.* Ne libertas vestra infirmorum maledictis sit obnoxia; ne licentia potius immoderata, quam libertas ab iis habeatur.

℣. 17. *Non est enim regnum Dei esca, & potus.* Regnum, quo Deus regnat in nobis, vel summum bonum non positum est in esca & potu, sed in justitia & gratia Dei, in pace cum proximo, & in spiritali gaudio, quod a Spiritu Sancto proficiscitur. Unde qui abstinet a cibis ob infirmorum scandalum, nihil veri & solidi amittit: imo multum is lucratur, qui in hoc placet Deo.

℣. 18. *Qui enim in hoc servit Christo.* Gr. *Per hæc.* Nempe per justitiam, pacem, & gaudium in Spiritu Sancto; nec tamen delectus ciborum rejicitur, quem servat Ecclesia, tum enim non cibus & potus secundum se, sed obedientia præcepti ad regnum Dei pertinet.

℣. 20. *Noli propter escam destruere opus Dei.* Noli offendere & destruere proximum tuum. *Qui per offendiculum manducat.* Quod fidem illius infirmare potest, aut lædere.

non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

22. Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo. Beatus, qui non judicat semetipsum in eo, quod probat.

23. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

CAPUT XV.

I. Firmiores infirmorum ferant, & sublevent imperfectiones, studeantque proximorum utilitati sicut Christus. 1. *II. Excusat se Paulus, quod liberius scripserit tanquam Gentium Apostolus.* 15. *III. Dicit, quod ad Romanos sit venturus, ubi Macedonum eleemosynam dederit Jerosolymitanæ Ecclesiæ.* 24. *IV. Petit, ut pro se interim orent.* 30.

1. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

2. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.

3. Etenim Christus non sibi placuit, sed si-
a Ps. 68. 10. cut scriptum est: *a* Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.

† DOM. 2. ADV. 4. †Quæcumque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: ut per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus.

b 1. *Cor.* 1. 12. 5. Deus autem patientiæ, & solatii, *b* det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum Jesum Christum:

6. Ut unanimes, uno ore honorificetis Deum, & patrem Domini nostri Jesu Christi.

7. Propter quod suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.

8. Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum:

9. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est: *c* Propterea
c 2. *Reg.* 22. 50. confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini
Psal. 17. 50. tuo cantabo.

10. Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe ejus.

d Psal. 116. 1. 11. Et iterum: *d* Laudate omnes Gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi.

oder etwas thun, dadurch dein Bruder Anstoß, oder Aergerniß leidet, oder in Schwachheit fällt.

22. Hast du den Glauben? so habe ihn bey dir selbst vor GOtt. Selig ist, der sich selbst nicht richtet in dem, was er für gut hält.

23. Wer aber den Unterschied machet, der ist verdammt, wenn er isset: denn er thut es nicht aus dem Glauben. Alles aber, was nicht aus dem Glauben geschiehet, das ist Sünde.

Das fünfzehente Capitel.

I. Paulus lehret, ein jeglicher sey schuldig, des Nächsten Heil zu suchen, und seine Unvollkommenheiten gütlich zu übertragen. 1. II. Entschuldiget sich, daß er den Römern etwas freyers zugeschrieben habe, und nicht zu ihnen gekommen sey. 15. III. Verspricht, wann er in Hispanien verreisen wird, sie im Durchzuge zu besuchen. 24. IV. Begehret ihr Gebeth für sich. 30.

1. Wir aber, die wir etwas stärker sind, sollen die Schwachheiten der Unvermögenden übertragen, und kein Wohlgefallen an uns selbst haben.

2. Ein jeglicher unter euch soll seinem Nächsten wohlgefällig seyn im Guten, zur Auferbauung.

3. Denn auch Christus nicht an ihm selber ein Gefallen hatte, sondern wie geschrieben stehet: Die Schmachworte derjenigen, die dich schmähen, sind auf mich gefallen.

4. Denn alles, was geschrieben ist, das ist uns zur Lehre geschrieben: damit wir durch Geduld und Trost der Schrift Hoffnung haben.

5. Aber GOtt der Geduld und des Trostes gebe euch, daß ihr untereinander einerley gesinnet seyd nach JEsu Christo:

6. Damit ihr einmüthig mit einem Munde GOtt preiset, und den Vater unsers HErrn JEsu Christi.

7. Derowegen nehmet einander auf, wie euch Christus zu der Ehre GOttes aufgenommen hat.

8. Denn ich sage, daß Christus JEsus ein Diener der Beschneidung gewesen sey, um der Wahrheit GOttes willen, die Verheißungen zu bestättigen, welche den Vätern geschehen sind:

9. Und daß die Heyden GOtt preisen, um der Barmherzigkeit willen, wie geschrieben stehet: Darum will ich dir HErr, danken unter den Heyden, und deinem Namen lobsingen.

10. Und abermal spricht er: Freuet euch, ihr Heyden mit seinem Volke.

11. Und abermal: Lobet den HErrn alle Heyden, und preiset ihn alle Völker.

12. Und

℣. 22. *Tu fidem habes.* Fidelem conscientiam. Græca scholia recte admonent hoc in loco non agi de fide circa dogmata. *Penes teipsum.* Tibi serva, cum nulla erit occasio scandali. *Beatus.* Quem propria conscientia non condemnat in eo, quod eligit, & persuasum habet id non adversari religioni Christianæ.

℣. 23. *Qui autem discernit.* Qui dubitat, an sibi liceat vesci tali cibo, & comedit tamen. *Damnatus est.* Peccat, seipsum condemnat, quod agat contra conscientiam. *Quia non ex fide.* Subaudi, manducat, nec credit hoc sibi licitum esse. *Omne autem, quod non est ex fide.* Quod fit contra propriam conscientiam. Græc. πίστις. Quod persuasionem etiam significat. *Peccatum est.* Vel si de fide proprie dicta illud intelligamus, quidquid fit contra fidei regulam, peccatum est.

CAPUT XV.

℣. 1. *Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere.* Chrys. *Repende Deo mercedem, qui talem te fecit: tunc autem rependes, quando infirmitatem ægroti correxeris.*

℣. 2. *Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum.* In his, quæ proximum ædificare possunt, huic obsequatur.

℣. 3. *Sed sicut scriptum est.* Non sua spectavit commoda, non sibi indulgens, imbecillitates infirmorum ipse portavit. *Scriptum est.* Ellipsis hoc loco quædam videtur inesse ac supplendum, soli. *Non sibi placuit, sed Patri. Improperia.* Ps. 68. Illatas tibi, o Pater, contumelias meas esse duxi; peccata populi expiare volui, & eorum subire pœnas.

℣. 4. *Quæcumque enim scripta sunt.* Id obiter advertit, quæ scripta sunt in veteri Testamento, ad utilitatem nostram & instructionem scripta esse, ut patientia & consolatione, quam nobis suppeditant Scripturæ adversus hujus vitæ tentationes, spes nostra confirmetur. Chrys. *Nam vicissim hæ duæ, altera parit alteram, tolerantiæ spem spes tolerantiam; utraque vero ex Scripturis nascitur.*

℣. 5. *Deus patientiæ & solatii.* Supple, author & donator. *Det vobis idipsum sapere in alterutrum.* Id est, similem affectum, benevolentiam, & beneficentiam invicem exhibere secundum exemplum Christi.

℣. 6. *Uno ore honorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Jesu Christi.* Deum, qui est Pater Domini nostri Jesu Christi.

℣. 7. *Suscipite.* Vos invicem amate ob gloriam Dei: sitis inter vos conjunctissimi, vos præsertim Gentiles.

℣. 8. *Dico enim Christum Jesum ministrum fuisse circumcisionis.* i. Judæorum, hinc manifestum est, vos ab eo susceptos esse, quia utrique populo prospexit: Judæis Evangelium ministravit. *Propter veritatem Dei.* Ex justitia quadam & fide, qua implevit, quod eorum patribus promiserat, ut se veracem esse ostenderet. Unde quamdiu vixit, intra Judæorum fines se continuit.

℣. 9. *Gentes autem super misericordia honorare Deum.* Ex vera gratia & misericordia sua gentes assumpsit, quod variis probat Scripturæ testimoniis: ex Psal. 17. 50. *Propterea confitebor.* Laudes tuas celebrabo.

℣. 10. Ex Deuter. 32. 43. juxta 70. versionem: *Lætamini gentes cum plebe ejus.* Cum populo Israelitico, ut idem corpus efficiatis.

℣. 11. Ex Psalmo 116. *Laudate Dominum omnes gentes.*

12. Und abermal spricht Isaias: Es wird seyn die Wurzel Jesse, und der auferstehen wird zu herrschen über die Heyden, auf denselbigen werden die Heyden hoffen.

13. Aber GOtt der Hoffnung erfülle euch mit aller Freude, und Friede im Glauben: auf daß ihr die Völle* habt in der Hoffnung, und in der Kraft des heiligen Geistes.

* Ueberfluß.

14. Ich bin aber auch dessen von euch versichert, liebe Brüder, daß ihr auch selbst voller Liebe seyd, und mit aller Erkenntniß also erfüllet, daß ihr euch selbst einander ermahnen könnet.

II. 15. Aber ich habe euch zum Theil etwas kühnlicher geschrieben, liebe Brüder, und euch gleichsam erinnern wollen, um der Gnade willen, die mir von GOtt gegeben ist,

16. Daß ich ein Diener Christi JEsu seyn soll unter den Heyden: das Evangelium GOttes zu heiligen, auf daß der Heyden Opfer angenehm, und geheiliget werde durch den heiligen Geist.

17. Darum habe ich den Ruhm zu GOtt in Christo JEsu.

18. Denn ich darf nichts reden von den Dingen, die Christus durch mich nicht wirket, zum Gehorsam der Heyden, mit Worten und Thaten:

19. Durch Kraft der Zeichen und Wunder, und durch die Kraft des heiligen Geistes: also, daß ich von Jerusalem an rings herum, bis an Illyricum, alles mit dem Evangelio erfüllet habe.

20. Ich habe aber dieses Evangelium also geprediget, nicht, wo der Name Christi zuvor bekannt war: damit ich nicht auf einen fremden Grund bauete: sondern wie geschrieben stehet:

21. Welchen nichts davon verkündiget war, die werden es sehen: und welche es nicht gehöret haben, die werden es verstehen.

22. Darum ich auch oft bin verhindert worden, zu euch zu kommen, und werde noch verhindert bis auf diese Zeit.

23. Nun aber, dieweil ich nicht mehr Raum habe in diesen Landschaften, und aber schon von vielen Jahren her Verlangen gehabt habe, zu euch zu kommen:

III. 24. Hoffe ich, wann ich die Reise in Hispanien vornehmen werde, euch im Durchzuge zu sehen, und von euch hinbegleitet zu werden, nachdem ich mich erstlich etwas mit euch werde ergötzet haben.

25. Jetzt aber werde ich gen Jerusalem reisen, den Heiligen zu dienen.

26. Denn die in Macedonia, und Achaja haben für gut angesehen, eine Steuer zusammenzubringen für die Armen unter den Heiligen, die zu Jerusalem sind,

27. Denn es hat ihnen also gefallen: wie sie auch ihre Schuldner sind. Denn so die Heyden ihrer geistlichen Güter theilhaftig worden sind: so müssen sie ihnen auch Handreichung thun mit leiblichen Gütern.

12. Et rursus Isaias ait: *e* Erit radix Jesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. *e Isai. 11. 10.*

13. Deus autem spei repleat vos omni gaudio, & pace in credendo: ut abundetis in spe, & virtute Spiritus sancti.

14. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita, ut possitis alterutrum monere.

II. 15. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tamquam in memoriam vos reducens, propter gratiam, quæ data est mihi a Deo,

16. Ut sim minister Christi Jesu in Gentibus: sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu sancto.

17. Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum.

18. Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis:

19. In virtute signorum & prodigiorum; in virtute Spiritus sancti: ita, ut ab Jerusalem per circuitum usque ad Illyricum repleverim Evangelium Christi.

20. Sic autem prædicavi Evangelium hoc, non ubi nominatus est Christus: ne super alienum fundamentum ædificarem: sed sicut scriptum est:

21. Quibus *f* non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligent. *f Isai. 52. 15.*

22. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos, & prohibitus sum usque adhuc.

23. Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis jam præcedentibus annis:

III. 24. Cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero, quod præteriens videam vos, & a vobis deducar illuc, si vobis primum ex parte fruitus fuero.

25. Nunc igitur proficiscar in Jerusalem ministrare sanctis.

26. Probaverunt enim Macedonia, & Achaja, collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Jerusalem.

27. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam *g* si spiritualium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. *g 1. Cor. 9. 11.*

28. Hoc

℣. 12. Ex Isaiæ cap. 11. 10. *Erit radix Jesse*, Christus, ex stirpe Jesse; idem est, *qui exurget regere gentes.* Isa. 22.

℣. 13. *Deus autem spei repleat vos omni gaudio.* Auctor & objectum spei nostræ. *In virtute.* Per virtutem Spiritus sancti.

℣. 15. *Audacius autem scripsi vobis.* Paulo liberius, non vos increpandi gratiâ, sed ut in memoriam revocarem, quæ vobis non erant incognita, atque ut satisfacerem officio Apostolatus mihi a Deo delegati.

℣. 16. *Ut sim minister Christi Jesu in Gentibus.* Sacerdotio fungens, rem sacram faciens ex gratia mihi data, ut sim gentium Apostolus. *Sanctificans Evangelium.* Ut Evangelii docendi munere defungar. *Oblatio.* Ut Gentiles instar sacrificii fiant Deo accepti. Alludit ad ritum veteris Sacerdotii, in quo hostiæ Deo offerendæ sanctificabantur. Chrysost. *Sacerdoti vero nemo vitio vertit, quod immaculatam hostiam offerre satagat. Machæra siquidem mea Evangelium est, prædicationis videlicet sermo. Propterea omnia facio, ne ignis iste extinguatur: hoc enim in mandatis habeo.*

℣. 17. *Habeo igitur gloriam in Christo Jesu ad Deum.* Gr. *Habeo, quod in Christo glorier.* In his quæ ad Deum pertinent. Quod opus mihi a Deo impositum felicem habuerit exitum.

℣. 18. *Non enim audeo aliquid loqui eorum.* Non audeo gloriari, aut loqui, nisi de iis, quæ per me Christus effecit. *In obedientiam gentium.* Ut per me gentes Evangelio obedientes faceret, cum verbis, quæ iis annuntiavi, tum factis, quorum ipsi testes fuerunt.

℣. 20. *Sic autem prædicavi Evangelium hoc.* Sic laboravi, ut Evangelium prædicarem iis tantum in locis, ubi Christus non erat annuntiatus, ne viderer aliorum labores mihi tribuere. *Sed sicut scriptum est.* Hoc loco est Ellipsis, ac supplendum, in iis locis ubi Christus nondum erat cognitus, sicut scriptum est futurum esse.

℣. 22. *Propter quod.* Propter occupationem sc. prædicationis impeditus eram.

℣. 23. *Nunc vero ulterius locum non habens in his regionibus.* In oriente diutius manendi.

℣. 24. *Si vobis primum ex parte fruitus fuero.* Aliquantulum vestra consuetudine. Gr. *Impletus fuero.* Desiderium meum expleturus.

℣. 26. *Collationem aliquam facere in pauperes sanctorum.* Seu de bonis suis largiri. Hujus collationis meminit in utraque Epistola ad Corinth. adeo ut illæ scriptæ videantur ante hanc Epistolam: nam de incepta collatione in sanctos non perfecta, in utraque Epistola ad Corinth. mentionem facit.

℣. 27. *Debent & in carnalibus ministrare.* i. In bonis temporalibus debent subvenire.

28. Hoc igitur cum consummavero, & assignavero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam.

29. Scio autem, quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Evangelii Christi veniam.

IV. 30. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Jesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.

31. Ut liberer ab infidelibus, qui sunt in Judæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Jerusalem sanctis.

32. Ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum.

33. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis, Amen.

CAPUT XVI.

I. Commendat Apostolus quosdam ad Romanos, propter nonnullas eorum præeminentias nominatim salutandos. 1. *II. Quosdam vero vitandos hortatur.* 17. *III. Deum laudat propter vocationem Gentium ad Evangelium.* 25.

1. Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris:

2. Ut eam suscipiatis in Domino digne sanctis, & assistatis ei, in quocumque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.

a Act. 18. 2. & 26. 3. Salutate a Priscam, & Aquilam adjutores meos in Christo Jesu,

4. (Qui pro anima mea suas cervices supposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium.)

5. Et domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitivus Asiæ in Christo.

6. Salutate Mariam, quæ multum laboravit in vobis.

7. Salutate Andronicum, & Juniam cognatos & concaptivos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.

8. Salutate Ampliatum, dilectissimum mihi in Domino.

9. Salutate Urbanum, adjutorem nostrum in Christo Jesu, & Stachyn dilectum meum.

10. Salutate Apellen, probum in Christo.

11. Salutate eos, qui sunt ex Aristoboli domo. Salutate Herodionem, cognatum meum. Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.

12. Salutate Tryphænam, & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laboravit in Domino.

13. Salutate Rufum, electum in Domino, & matrem ejus, & meam.

28. Wann ich nun dieses ausgerichtet, und ihnen diese Frucht überantwortet habe: alsdann will ich durch euch in Hispanien reisen.

29. Ich weis aber, wann ich zu euch komme, daß ich mit überflüßigem Segen des Evangelii Christi kommen werde.

IV. 30. Derowegen bitte ich euch, liebe Brüder, durch unsern HErrn JEsum Christum, und durch die Liebe des heiligen Geistes, daß ihr mir helft mit eurem Gebeth für mich zu GOtt.

31. Damit ich von den Unglaubigen errettet werde, welche im Jüdischen Lande sind, und damit das Opfer meines Dienstes den Heiligen zu Jerusalem angenehm werde.

32. Auf daß ich mit Freuden zu euch kommen möge, durch den Willen GOttes, und mich mit euch etwas ergötzen.

33. Aber der GOtt des Friedens sey mit euch allen, Amen.

Das sechszehente Capitel.

I. Paulus begrüßet unterschiedliche von den Römern, und stellet ihnen etlicher Frommen Exempel vor Augen. 1. II. Warnet diejenigen zu vermeiden, die Spaltungen und Zwietracht anstellen. 17. III. Preiset letztlich, und lobet GOtt, daß er alle Heyden zum Evangelio berufen hat. 25.

1. Ich befehle euch aber Phöben unsere Schwester, welche ist im Dienste der Kirche zu Cenchris:

2. Daß ihr sie aufnehmet im HErrn, wie sich den Heiligen geziemet, und ihr Beystand leistet in allen Geschäfften, darinnen sie euer bedürfen wird: denn dieselbige hat auch vielen Beystand gethan, ja auch mir selbst.

3. Grüßet die Priscam, und den Aquilam, meine Gehülfen, in Christo JEsu,

4. (Welche für meine Seele ihre Hälse dargestrecket haben: denen nicht allein ich Dank sage, sondern auch alle Kirchen der Heyden.)

5. Grüßet auch die Gemeinde in ihrem Hause. Grüßet Epänetum, meinen Geliebten, der in Asia der Erstling ist in Christo.

6. Grüßet Mariam, welche vieles unter euch gearbeitet hat.

7. Grüßet Andronicum, und Juniam, meine Verwandten, und Mitgefangenen: welche berühmte Apostel sind, welche auch vor mir in Christo gewesen sind.

8. Grüßet Ampliatum, meinen Liebsten im HErrn.

9. Grüßet Urbanum, unsern Gehülfen in Christo JEsu, und Stachyn meinen Geliebten.

10. Grüßet Apellen, den Bewährten in Christo.

11. Grüßet diejenigen, welche sind von des Aristoboli Hause. Grüßet den Herodionem, meinen Verwandten. Grüßet die aus des Narcissi Hause, welche im HErrn sind.

12. Grüßet Tryphänam, und Tryphosam, welche arbeiten in dem HErrn. Grüßet Persidem die Geliebte, welche viel gearbeitet hat in dem HErrn.

13. Grüßet Rufum, den Auserwählten im HErrn, auch seine und meine Mutter.

14. Grü-

℣. 28. *Et assignavero eis fructum hunc.* Gr. Consignavero.

℣. 29. *In abundantia benedictionis.* Græc. εὐλογίας. Quæ largitatem & munificentiam significat cum copioso fructu donorum spiritualium.

℣. 30. *Ut adjuvetis me in orationibus vestris.* Græc. Ut simul contendatis, ut certetis mecum.

℣. 31. *Infidelibus.* A Judæis, qui non credunt Evangelio. *Oblatio.* Gr. Ministerium meum: eleemosynæ, quas deferam, acceptæ sint fidelibus Judæis.

℣. 32. *Et refrigerer vobiscum.* Ut mutua consuetudine nos consolemur.

℣. 33. *Deus autem pacis sit cum omnibus vobis.* Deus amator & auctor pacis. Hic videtur Apostolus finem imponere voluisse Epistolæ: sed postea quæ sequuntur adjecisse.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Quæ est in ministerio Ecclesiæ.* Erga fideles bene affecta, & bonis officiis plena. Gr. *Ministram.* Forte diaconissam: quæ diaconissæ olim in Ecclesia sunt institutæ in subsidium mulierum. *Quæ est in Cenchris.* Oppidum erat & statio navalis Corinthiorum.

℣. 2. *Digne sanctis.* Ut sanctos suscipere æquum est. *Astitit multis.* Gr. προστάτις. *Patrona.* Sic dicebantur Athenis peregrinorum defensores.

℣. 3. *Salutate Priscam.* Græc. Priscillam uxorem Aquilæ.

℣. 4. *Qui pro anima mea.* Pro tuenda vita mea evidenti mortis periculo sese exposuerunt. Verisimiliter in illa Corinthiaca seditione Act. 18. v. 12. vel Ephesina 10. v. 24.

℣. 5. *Primitivus.* Græc. *Primitiæ.* Achajæ.

℣. 7. *Salutate Andronicam & Juliam, cognatos.* Vel ejusdem generis, vel sanguine propinquos. *Concaptivos.* Olim in aliquo carcere. *Qui sunt nobiles in Apostolis.* Insignes inter Evangelii præcones.

℣. 11. *Salutate eos, qui sunt ex Narcissi domo.* Qui, ut verisimile est, fuit libertus Claudii.

℣. 13. *Salutate Rufum electum in Domino, & matrem ejus & meam.* Affectu, & piis officiis.

14. Grüßet Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, samt den Brüdern, die bey ihnen sind.

15. Grüßet Philologum, und die Juliam, Nereum, und seine Schwester, auch Olympiadem, und alle Heilige, die bey ihnen sind.

16. Grüßet euch untereinander mit dem heiligen Kuß. Es grüßen euch alle Kirchen Christi.

II. 17. Ich bitte euch aber, liebe Brüder, daß ihr aufsehet auf die, welche Uneinigkeit, und Aergerniß anrichten, wider die Lehre, die ihr gelernet habt, und weichet von denselbigen.

18. Denn solche Leute dienen nicht unserm HErrn Christo, sondern ihrem Bauch: und verführen durch süße Reden, und gute Worte die Herzen der Einfältigen.

19. Denn euer Gehorsam ist an allen Enden kundbar worden. Derowegen erfreue ich mich über euch. Ich will aber, daß ihr weise seyd im Guten, und einfältig im Bösen.

20. Aber der GOtt des Friedens wolle den Satan unter euren Füßen zertretten, und das bald. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch.

21. Es grüßen euch Timotheus, mein Gehülfe, und Lucius, und Jason, und Sosipater, meine Verwandten.

22. Ich Tertius, der ich diesen Sendbrief geschrieben habe, grüße euch im HErrn.

23. Euch grüßet Cajus, mein Wirth, und die ganze Gemeinde. Euch grüßet Erastus, der Stadtrentmeister, und Quartus der Bruder.

24. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch allen, Amen.

III. 25. Dem aber, der euch stärken kann, nach meinem Evangelio, und predigen von JEsu Christo, nach der Offenbarung des Geheimnisses, so von ewigen Zeiten her verschwiegen war,

26. (Nun aber offenbaret ist durch die Schrift der Propheten nach dem Befehl des ewigen GOttes, zum Gehorsam des Glaubens) und unter allen Heyden ist kündig worden,

27. Dem allein weisen GOtt, durch JEsum Christum, sey Ehre und Preiß in alle Ewigkeit, Amen.

14. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt, fratres.

15. Salutate Philologum, & Juliam, Nereum, & sororem ejus, & Olympiadem, & omnes, qui cum eis sunt, sanctos.

16. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

II. 17. Rogo autem vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones, & offendicula, præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.

18. Hujuscemodi enim Christo Domino nostro non serviunt, sed suo ventri: & per dulces sermones, & benedictiones, seducunt corda innocentium.

19. Vestra enim obedientia in omnem locum divulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.

20. Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

21. Salutat*b* vos Timotheus, adjutor meus, & Lucius, & Jason, & Sosipater, cognati mei. *b Actor.* 16. 1.

22. Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino.

23. Salutat vos Cajus, hospes meus, & universa Ecclesia. Salutat vos Erastus, arcarius civitatis, & Quartus frater.

24. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

III. 25. Ei autem, qui potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, & prædicationem Jesu Christi, secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti,

26. (Quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti,

27. Soli sapienti Deo, per Jesum Christum, cui honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

℣. 14. *Hermam.* Is forte est Auctor libri, qui *Pastor* inscribitur. Ita suspicatur Origenes.

℣. 16. *Salutate invicem in osculo Sancto.* Sic Judæi se invicem salutabant. *Salutant vos omnes Ecclesiæ.* Theodoretus totius, ut semel dicam, terrarum orbis nomine eam civitatem salutavit, quæ universo terrarum orbi præsidet.

℣. 17. *Rogo autem vos fratres.* Rogat, ut Pseudo-Apostolos & Seductores fugiant, qui dissensiones faciunt, & sanam doctrinam pervertunt. Origenes in hunc locum: Et ideo diligenter oportet intendere, quo prospectu doceat ille, qui docet, utrum gratiam & honorem ab auditoribus quærens, an mercedem a Domino pro institutione & profectu discentium sperans.

℣. 19. *Gaudeo igitur in vobis.* De vobis. *Sed volo vos sapientes esse in bono.* Nam prudentia sine simplicitate, astutia est; simplicitas sine prudentia, stultitia. Cavendum igitur vobis, ne a bono, quod accepistis, seductorum adulationibus, & benedictionibus excidatis. Itaque id optat, ut in discretione bonorum & usu sint prudentes, simplices in malo & innoxii. Origenes: Paulus indiscretam & facilem Romanorum obedientiam notat: filii hujus sæculi in malo sunt sapientes, intenti ad malum. Contra Apostolus vult nos esse in bono sapientes; ut, quod bonum est, id sapienter efficiamus, tempus & occasiones illud faciendi captantes, ut eo modo fiat, quo faciendum est.

℣. 20. *Deus autem pacis conterat Satanam sub pedibus vestris velociter.* Gr. Conteret omnem adversarium, & dæmonem imprimis, cujus caput conteres, si primam peccati suggestionem repellas.

℣. 22. *Saluto vos ego Tertius.* Hic fuit quasi scriba, aut amanuensis Apostoli: hanc saltem exscripsit.

℣. 23. *Salutat vos Erastus arcarius civitatis.* Græc. Oeconomus, cui commissa erat cura publici ærarii.

℣. 24. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.* Hæc subscriptio erat consueta Apostolis: nam in ipsa fronte Epistolæ nomen erat inscriptum.

℣. 25. *Ei autem, qui potens est &c.* Longum hyperbaton sensum efficit subobscurum: Hic vero est sensus: Ei, qui potest vos stabilire in fide suscepta, per quam adhæretis Evangelio de Christo Jesu; qua quidem Evangelii prædicatione manifestatur mysterium omnibus retro sæculis tacitum. *Quodque nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum.* Qui Christum, & vocationem gentium prædixerunt, prout Deus æternus ordinaverat, ut scilicet fidei ab omnibus obediatur; sit illi, inquam, honor & gloria. *Secundum præceptum.* Ex mandato Dei.

℣. 27. *Cui honor & gloria. Cui.* Hoc pronomen superfluum videtur. Idem significat, quod, *illi:* pleonasmus est frequens apud Hebræos, & relativum abundat, cum antecedens expressum fuit.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS I.

CAPUT I.

I. Paulus Deo gratias agit de donis datis Corinthiis: sed dolet, quod de baptizatoribus & magistris essent inter ipsos schismata. 10. *II. Ostendit reprobatam mundi sapientiam, & electos simplices: sicut & sita est salus in Christi morte, cujus prædicatio judicatur mundo stultitia, credentibus vero virtus ac sapientia.* 17. *III. Deus enim contemptibilia mundi elegit, ne quis in se glorietur, sed in solo Deo.* 26.

1 Paulus vocatus Apostolus JESU Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,

2 Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro.

3 Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

†*DOM. 18. POST PENTEC.* 4 †Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu,

5 Quod in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia:

6 Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:

7 Ita, ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi,

8 Qui & confirmabit vos usque in finem sine crimine, in die adventus Domini nostri JESU Christi.

a 1. *Thess.* 5. 24. 9 Fidelis *a* Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus JESU Christi Domini nostri.

I. 10 Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.

11 Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, ab iis, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.

12 Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem *b* Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Christi.

b Act. 18. 24.

13 Divisus est Christus? numquid Paulus

Die erste Epistel des heiligen Pauli zu den Corinthern.

Das erste Capitel.

I. Paulus saget GOtt Dank für die Gnaden, so den Corinthern gegeben worden, und straft den Zwietracht, daß etliche Paulisch, etliche Apollisch seyn wollten. 10. II. Ermahnet, sie sollen nicht ansehen die Wohlredenheit eines Verkündigers des Evangelii; sondern die Lehre, das ist, Christi Kreuz, so den Jüden eine Aergerniß sey, den Heyden eine Thorheit, den Glaubigen aber Kraft und Weisheit GOttes. 17. III. Darum habe GOtt zur Verkündigung des Evangelii nicht berufen Weise, und Gewaltige, sondern Schwache, und Unedle. 26.

1 Paulus ein berufener Apostel JESU Christi, durch den Willen GOttes, und Sosthenes der Bruder,

2 Der Kirche GOttes, die zu Corintho ist, den Geheiligten in Christo JEsu, den berufenen Heiligen, sammt allen, die den Namen unsers HErrn JEsu Christi anrufen, an allen Orten, da sie und wir sind.

3 Gnade sey mit euch, und Friede, von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

4 Ich danke meinem GOtt allezeit für euch, wegen der Gnade GOttes, die euch gegeben in Christo JEsu,

5 Daß ihr durch ihn in allen Dingen reich worden seyd, in allerley Wort, und in allerley Erkenntniß:

6 Wie dann das Zeugniß Christi in euch bestättiget ist:

7 Dergestalt, daß es euch an keiner Gnade mangelt, die ihr auf die Offenbarung JESU Christi wartet,

8 Der euch auch bestättigen wird bis zum Ende, daß ihr unsträflich seyd an dem Tage der Zukunft unsers HErrn JEsu Christi.

9 GOtt ist getreu, durch welchen ihr berufen seyd zu der Gemeinschaft seines Sohnes unsers HErrn JEsu Christi.

I. 10 Ich bitte aber, liebe Brüder, durch den Namen unsers HErrn JEsu Christi, daß ihr allzumal einerley Rede führet, und daß unter euch keine Trennungen seyen: sondern daß ihr vollkommen seyd in einem Sinne, und in einer Meynung.

11 Denn es ist mir von euch, meine Brüder, kund gethan durch diejenigen, die von Chloes sind, daß Streit unter euch sey.

12 Ich sage aber davon, daß ein jeglicher unter euch spricht: Ich zwar bin Pauli*: ich aber bin des Apollo**: ich aber bin Cephä***: ich aber bin Christi.

* Paulisch. ** Apollisch. *** Cephisch.

13 Ist dann Christus getheilet? ist dann Paulus für euch

CAPUT I.

℣. 1. *Et Sosthenes frater.* Qui ante conversionem ad Christi fidem princeps Synagogæ extiterat, & coram tribunali Gallionis Proconsulis, a Judæis ipsis multis verberibus est affectus.

℣. 2. *Sanctificatis in Christo.* Per aquas baptismi, & fidem in Christum. *Vocatis sanctis.* Vocatione sanctis.

℣. 4. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei.* Ob gratiam Dei. *In Christo Jesu.* Per Christum Jesum.

℣. 5. *Divites facti estis in illo.* i. Per illum. *In omni verbo, & scientia.* sc. Rerum divinarum & mysteriorum fidei.

℣. 6. *Sicut testimonium.* Græc. καθὼς. Quod exponunt, *per quæ*, nempe sermonem & intelligentiam mysteriorum Dei, testimonium Christi in vobis confirmatur. Ex quibus donis palam est, veram vos accepisse fidem. Atque hæc sunt divinitatis Christi, quæ vobis est annuntiata, & Spiritus sancti præsentiæ testimonia.

℣. 7. *Exspectantibus revelationem.* Spe certissima secundum Christi ad judicium adventum, ut, quæ adhuc desunt ad perfectam beatitudinem vobis, tunc suppleantur.

℣. 9. *Fidelis Deus.* Verax est Deus; certum illud est & indubitatum fore, ut opus inceptum perficiat. *In societatem.* Ejusdem felicitatis. Hactenus congratulatio Apostoli, quæ ad corpus Ecclesiæ Corinthiorum universim pertinet, in qua multi erant donis sancti Spiritus locupletati, tametsi complures erant in eadem Ecclesia his donis destituti.

℣. 10. *Obsecro autem vos fratres.* Dissidia primum inter Corinthios orta commemorat, eosque obsecrat, ut omnia divisionis semina abjiciant. *Sitis autem.* Ut sitis concordes in eadem sententia.

℣. 11. *Ab iis, qui sunt Chloes.* Ex familia piæ mulieris; aut forte locus aliquis designatur.

℣. 12. *Ego quidem sum Pauli.* Eos non reprehendit, quod quisque suo præceptore gauderet, sed quod salutem uni Deo acceptam non referant, eamque neglecto Christo suis magistris tribuant. *Ego autem Apollo.* Qui post Apostolum fidem Corinthiorum confirmavit. *Ego vero Cephæ.* Propter ejus auctoritatem; seu Petrus Corinthum venerit, seu quosdam Judæos Romæ, ut multis videtur, ad fidem converterit, qui propter edictum Claudii Corinthum se receperint.

℣. 13. *Divisus est Christus?* Quod uni debetur Christo, in plures dividitis. Merito id metuebat Apostolus, ne

euch gekreuziget worden? oder seyd ihr in Pauli Namen getaufet?

14. Ich danke GOtt, daß ich keinen unter euch getaufet habe, als Crispum und Cajum:

15. Damit niemand sagen möge, daß ihr in meinem Namen getaufet seyd.

16. Ich habe aber auch das Hausgesinde Stephanä getaufet: ferner weis ich nicht, ob ich jemand andern getaufet habe.

II. 17. Denn Christus hat mich nicht gesandt zu taufen, sondern das Evangelium zu predigen: nicht durch Weisheit der Rede, damit das Kreuz Christi nicht aufgehoben werde.

18. Denn das Wort vom Kreuz ist zwar eine Thorheit denen, welche verlohren werden: aber denjenigen, die selig werden, das ist, uns, ist es eine Kraft GOttes.

19. Denn es stehet geschrieben: Ich will die Weisheit der Weisen zu nichte machen, und die Klugheit der Klugen verwerfen.

20. Wo ist der Weise? wo ist der Schriftgelehrte? wo ist der Erforscher dieser Welt? Hat nicht GOtt die Weisheit dieser Welt zur Thorheit gemacht?

21. Denn dieweil die Welt durch ihre Weisheit GOtt in seiner Weisheit nicht erkannt hat: so hat es GOTT wohlgefallen, durch die Thorheit der Predigt die Glaubigen selig zu machen.

22. Denn die Jüden fordern Zeichen, und die Griechen suchen Weisheit:

23. Wir aber predigen den gekreuzigten Christum: den Jüden zwar eine Aergerniß, den Heyden aber eine Thorheit;

24. Aber den Berufenen, sowohl den Jüden als den Griechen, predigen wir Christum, GOttes Kraft, und GOttes Weisheit:

25. Denn was in GOTT scheinet thöricht zu seyn, das ist weiser dann die Menschen: und die Schwachheit GOttes ist stärker dann die Menschen.

III. 26. Denn sehet euern Beruf an, liebe Brüder, daß nicht viel Weise nach dem Fleische, nicht viel Gewaltige, nicht viel Edle berufen sind:

27. Sondern was vor der Welt thöricht ist, das hat GOtt erwählet, auf daß er die Weisen zu Schanden mache: und was vor der Welt schwach ist, das hat GOtt erwählet, auf daß er zu Schanden mache, was stark ist:

28. Und was in der Welt unedel und verachtet ist, das hat GOtt erwählet, und das, was nichts ist, auf daß er zerstöre, was etwas ist:

29. Damit sich kein Fleisch rühme vor seinem Angesicht.

30. Ihr aber seyd aus ihm in Christo JEsu, welcher uns von GOtt gemacht ist zur Weisheit, und zur Gerechtigkeit, und zur Heiligung, und zur Erlösung:

31. Auf daß, wie geschrieben stehet: Wer sich rühmet, der rühme sich im HErrn.

crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

14. Gratias ago Deo, quod neminem vestrum baptizavi, *c* nisi Crispum & Cajum: *c Act.* 18 8.

15. Ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis.

16. Baptizavi autem & Stephanæ domum: cæterum nescio, si quem alium baptizaverim.

II. 17. Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare: *d* non in sapientia verbi, *d 2. Petr. 1.* ut non evacuetur crux Christi. 16.

18. Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem, qui salvi fiunt, id est nobis, *e* Dei virtus est. *Infr. 2. 1.* *e Rom 1. 16.*

19. Scriptum est enim: *f* Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. *f Isai. 29. 14.*

20. Ubi *g* sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? *g Isai 33. 18.*

21. Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.

22. Quoniam & Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt:

23. Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam;

24. Ipsis autem vocatis Judæis, atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam:

25. Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

III. 26. † Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: † *S. AGATHÆ.*

27. Sed, quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit DEUS, ut confundat fortia:

28. Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt destrueret:

29. Ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.

30. Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, & *h* justitia, & sanctificatio, & redemptio: *h Jerem 23. 5.*

31. Ut quemadmodum scriptum est: *i* Qui gloriatur, in Domino glorietur.* *i Jerem. 9. 23. & 24. 2. 2. Cor. 10. 17*

CAPUT

ne inter Christianos schismata, aut dissidia orirentur, ut inter Philosophos, qui nomina sua ex cujusque sectæ auctore sumpserunt. An plures sunt Christi? unus ille est magister noster. *Numquid.* Redemptio hominum, & Sacramentorum institutio ad unum Christum pertinent, non ad Paulum, aut ad Petrum.

℣. 16. *Et Stephanæ domum.* i. familiam viri teste Theophylacto a fide, charitate & zelo valde celebris.

℣. 17. *Non in sapientia verbi.* Non in humana eloquentia. *Evacuetur.* Ne homines salutem suam humanæ eloquentiæ tribuant, non passioni Christi.

℣. 19. *Perdam sapientiam sapientium &c.* Sapientiam nempe sæcularem, & hujus mundi. *Et per stultitiam prædicationis.* (loquitur S. Paulus secundum judicium mundi.) Salvos faciam.

℣. 20. *Ubi sapiens?* Isaias cap. 33. 18. *Ubi sapiens.* Ubi professor & doctor sapientiæ? *Ubi scriba.* Legisperitus. *Ubi conquisitor hujus sæculi.* Ubi Philosophus, aut naturæ indagator? *Nonne stultam fecit.* Inanem prorsus, cum ad pravos mores corrigendos, & ad veram Dei cognitionem informandam Deus non elegerit hujus sæculi sapientes.

℣. 21. *Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum.* Cum Dei sapientia in hujus mundi conditione & regimine ubique fulgeat, perpauci tamen ad eam intenderunt animum, ac nulli fere ex operum Dei aspectu fructum aliquem perceperunt. Placuit Deo aliam inire viam, rationi fidem, doctis abjectos & humiles substituere, & salvare homines prædicando Deum crucifixum, quod stultitiæ speciem præ se fert. *Et salvos facere credentes.* Id vero parum videbatur idoneum persuadendis hominibus.

℣. 22. *Quoniam & Judæi signa petunt.* Miracula. *Et Græci sapientiam quærunt.* Philosophi rationes & ornatum orationis: Judæi auctoritate, Gentiles ratione persuaderi volunt.

℣. 23. *Judæis quidem scandalum &c.* Quod aliis infirmum, aliis stultum videtur; illis horrori est, his contemptui.

℣. 24. *Ipsis autem vocatis Judæis.* Qui signa petunt, & prodigia, Christum Dei virtutem; Græcis, qui rationes quærunt, Dei sapientiam.

℣. 25. *Quia quod stultum est Dei.* Salvare homines per crucem. *Sapientius est hominibus.* Qui per suam sapientiam vel unum hominem probum efficere numquam potuerunt. *Fortius est.* Nullis enim obicibus a fine sibi proposito deduci potuit.

v. 26. *Videte enim vocationem vestram fratres.* Multitudinem vocatorum, & per quos vocati sint. *Non multi sapientes secundum carnem.* Humana sapientia. *Non multi nobiles.* Generis claritate.

℣. 28. *Et ea, quæ non sunt.* ic. Elegit, quæ pro nihilo habentur. Ut ea quæ videntur sublimia, destrueret.

℣. 30. *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu.* Per Dei gratiam vos estis vocati. *Et sanctificatio, & redemptio.* Per quem sanctificati sumus & redempti.

CAPUT II.

I. Ostendit Paulus se Christum & hunc crucifixum magna modestia verbisque simplicibus prædicasse Corinthus: quamquam perfectis loqueretur etiam sapientiam mundo absconditam. 5. II. Quæ solo Dei Spiritu cognosci potest; animalis enim homo non percipit, quæ Dei sunt. 14.

1. Et ego, cum venissem ad vos, fratres, veni
a Supr. 1. 17. *a* non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi.

2. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.

b Actor. 18. 1. 3. Et *b* ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos:

c 2. Petr. 1. 16. 4. Et sermo meus, & prædicatio mea, *c* non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus, & virtutis:

I. 5. Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

6. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, qui destruuntur:

7. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.

8. Quam nemo principum hujus sæculi cognovit: si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.

d Isai. 64. 4. 9. Sed sicut scriptum est: *d* Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum.

10. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei.

11. Quis enim hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt, nemo cognovit, nisi Spiritus Dei.

12. Nos autem *non* spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est: ut sciamus, quæ a Deo donata sunt nobis:

e Supr. 1. 17. & 2. 1. & 4. 2. Petr. 1. 16. 13. Quæ *e* & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

II. 14. Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei: stultitia enim est illi,

Das zweyte Capitel.

I. Paulus erhebet die Weisheit Christi über alle natürliche Geschicklichkeit, und prediget nichts anders als Christum, den Gekreuzigten: nicht mit geschmückter Rede, oder Weisheit der Welt, sondern aus der Lehre und Weisheit GOttes. 5. II. Lehret, daß der viehische Mensch nicht vernehme, was GOttes ist. 14.

1. Und ich, liebe Brüder, da ich zu euch kam, so kam ich nicht mit hohen Reden, oder in hoher Weisheit, euch das Zeugniß Christi zu verkündigen.

2. Denn ich hatte mir vorgenommen, unter euch nichts anders zu wissen, als allein JEsum Christum, und zwar eben den, der gekreuziget ist.

3. Und ich war bey euch in Schwachheit, und in Furcht, und in großen Zittern:

4. So war auch meine Rede und meine Predigt nicht in überredenden Worten menschlicher Weisheit, sondern in Erweisung des Geistes, und der Kraft:

I. 5. Damit euer Glaube bestehe nicht in Weisheit der Menschen, sondern in der Kraft GOttes.

6. Wir reden aber Weisheit unter den Vollkommenen: jedoch nicht die Weisheit dieser Welt, noch der Fürsten dieser Welt, welche zerstöret werden:

7. Sondern wir reden die Weisheit GOttes, die im Geheimniß ist, und verborgen liegt: welche GOtt vorhin verordnet hat vor der Welt Anfang, zu unserer Herrlichkeit.

8. Die keiner von den Fürsten dieser Welt erkennet hat: denn wenn sie dieselbige erkennet hätten, so hätten sie den HErrn der Herrlichkeit nicht gekreuziget.

9. Aber wie geschrieben stehet: Das kein Auge gesehen, und kein Ohr gehöret hat, es ist auch in keines Menschen Herz gekommen, was GOtt denjenigen bereitet hat, die ihn lieben.

10. Uns aber hat es GOtt durch seinen Geist geoffenbaret: denn der Geist erforschet alle Dinge, auch die tiefe Dinge GOttes.

11. Denn welcher Mensch weis, was im Menschen ist, als der Geist des Menschen, der in ihm ist? also weis auch niemand, was GOttes ist, dann der Geist GOttes.

12. Wir aber haben den Geist dieser Welt nicht empfangen, sondern den Geist, der aus GOtt ist: damit wir wissen, was uns von GOtt geschenket worden ist:

13. Daß wir auch reden nicht mit klugen Worten der menschlichen Weisheit: sondern durch die Lehre des Geistes, und vergleichen geistliche Sachen mit den geistlichen.

II. 14. Aber der thierliche Mensch verstehet das nicht, was vom Geiste GOttes ist: denn es ist ihm eine Thorheit,

---

CAPUT II.

℣. 2. *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos.* Non enim aliud vos docere statui nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum. Ita me gessi apud vos, ac si non aliud scirem. Quæ duo neque eloquentiam, neque humanam requirunt sapientiam; sed ea simplici fide & humili sermone prædicari oportuit. *Christus crucifixus & lac sugentibus, & cibus est proficientibus,* August. Tract. 98. in Joan.

℣. 3. *Et ego in infirmitate & timore.* Quod utique cum sermonis, aut sapientiæ humanæ ostentatione, & pompa non convenit.

℣. 4. *Non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis.* Non verbis exquisitis, & ad persuadendum appositis. *Sed in ostensione.* Sed effusis Spiritus sancti donis, & miraculis, tamquam demonstrationibus invictis, Evangelii prædicationem comprobans. Qua quidem agendi ratione usus sum.

℣. 5. *Ut fides vestra non sit in sapientia hominum.* Ut fidem vestram non humanæ sapientiæ, sed virtuti Dei per nos operanti tribueretis: nec tamen deest sermonibus nostris vera sapientia.

℣. 6. *Sapientiam autem loquimur inter perfectos.* Inter fideles jam divinis imbutos mysteriis: sapientiam loquimur juxta cujusque statum & conditionem, non humanam. *Neque principum.* Non potentum; aut forte dæmonum, quorum imperium magis ac magis quotidie exolescit.

℣. 7. *Quæ abscondita est.* In mysterio Incarnationis: quam Deus ab æterno præparavit, ut nos gloriæ suæ participes efficeret.

℣. 8. *Quam nemo principum hujus sæculi cognovit.* Non Philosophi, non Oratores, & juxta Chrysost. non Herodes, aut Pilatus, aut Judæorum principes; nec juxta Ambros. Dæmones ipsi, qui si cognovissent Christum esse Deum, & redemptorem, numquam ejus mortem procurassent: adeo ut hæc Dei sapientia non in seipsa modo, sed etiam in mediis, quæ elegit, omnino fuerit abscondita. *Dominum gloriæ.* Sic Deus vocari solet in Scripturis, ac Paulus eodem titulo Christum designat.

℣. 9. *Sed sicut scriptum est.* Particula *Sed* in plerisque codicibus Latinis deest, & ea sublata non minus commodus videtur sensus. *Loquimur Dei sapientiam.* Absconditam rationi humanæ, aut sensibus inaccessam. *Sicut scriptum est: Quod oculus non vidit,* Isaiæ 6. *Quæ præparavit Deus.* Vitam æternam solis Christianis cognitam, & præparatam in Filii sui Incarnatione. *Quod promittitur in futuro, non cernitur in præsenti:* Hieron. Epistol. 148. ad Marcellam.

℣. 10. *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Nempe per Spiritum Sanctum. *Etiam profunda Dei.* i. Consilia Dei intime penetrat, & perfecte cognoscit.

℣. 12. *Non Spiritum hujus mundi accepimus.* Non humana sapientia, & mundana sumus instituti, sed divina. Nec fas est res divinas ad humanam rationem exigere.

℣. 13. *Sed in doctrina Spiritus.* Quam nobis suggerit Spiritus Sanctus. *Spiritualia comparantes.* Si quæ oritur obscuritas, unum Scripturæ locum cum alio apertiore conferimus: Christi resurrectionem, ut exemplo utar Chrysostomi, cum Jonæ typo, qui ventri ceti per triduum inclusus fuit.

℣. 14. *Animalis autem homo non percipit ea.* Animalis, qui sensibus tantum, & humanæ rationis lumine ducitur. *Examinatur.* Gr. *Dijudicatur.* Lumine tantummodo spirituali.

heit, und er kann es nicht verstehen, dieweil es geistlicher Weise geurtheilet wird.

15. Der geistliche aber urtheilet alles: und er selbst wird von niemand geurtheilet.

16. Denn wer hat des HErrn Sinn erkannt, der ihn unterweisen möge? Wir aber haben den Sinn Christi.

Das dritte Capitel.

I. Paulus bemühet sich, die Trennungen zwischen den Corinthern hinwegzunehmen: dahero lehret er, Paulus und Apollo seyn beyde nur Diener Christi, der HErr aber gebe die Gnade. 1. II. Beweißt, daß der Kirche Grundveste Christus sey, darauf man gute Werke bauen soll. 10. III. Und sie, die glaubigen Corinther, seyn der Tempel GOttes, welcher durch Trennungen verunehret werde. 16.

1. Und ich, liebe Brüder, habe mit euch nicht reden können, als mit geistlichen, sondern als mit fleischlichen. Euch als jungen Kindern in Christo

2. Habe ich die Milch zu trinken gegeben, und nicht Speise: denn ihr habt es nicht vermöget: ja ihr vermöget es auch noch nicht: sintemal ihr noch fleischlich seyd.

3. Denn dieweil Eifer und Zank unter euch ist: seyd ihr dann nicht fleischlich, und wandelt nach menschlicher Weise?

4. Denn wann einer sagt: Ich zwar bin Pauli: Ein anderer aber: Ich bin Apollo? seyd ihr dann nicht Menschen? Was ist aber Apollo? und was ist Paulus?

5. Diener sind sie desjenigen, dem ihr geglaubet habt, und wie es einem jeglichen der HErr gegeben hat.

6. Ich habe gepflanzet, Apollo hat begossen: aber GOtt hat es machen wachsen.

7. Derowegen, so ist weder der da pflanzet etwas, noch der es begießt: sondern GOtt, der es wachsen macht.

8. Der aber pflanzet, und der da begießt, sind eins. Ein jeder aber wird seine eigene Belohnung empfangen, nach seiner Arbeit.

9. Denn wir sind GOttes Gehülfen: ihr seyd GOttes Ackerwerk, ihr seyd GOttes Gebäude.

II. 10. Ich habe nach GOttes Gnade, die mir gegeben ist, als ein weiser Baumeister den Grund geleget: ein anderer aber bauet darauf. Da sehe nun ein jeglicher zu, wie er darauf baue.

11. Denn niemand kann einen andern Grund legen, außer dem, der geleget ist, welcher ist Christus JESUS.

12. So aber jemand auf diesen Grund Gold bauet, und Silber, Edelgestein, Holz, Heu, und Stoppeln,

13. So wird eines jeglichen Werk offenbar werden: denn der Tag des HErrn wird es erklären: denn er

& non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur.

15. Spiritualis autem judicat omnia: & ipse a nemine judicatur.

16. Quis *f* enim cognovit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus. *f Sap. 9. 13. Isai. 40. 13. 1 Rom. 11. 34.*

CAPUT III.

I. Ostendit Corinthios frustra contendere & gloriari de ministris: quia ipse Paulus non potuit Corinthus adhuc carnalibus recondita fidei mysteria praedicare, nec ministri, sed Dominus dat gratiam & virtutum incrementa. 1. II. Solus Christus est fidei fundamentum, super quod bene superaedificandum. 10. III. Nec per schismata violandum est Dei templum. 16.

1. Et ego, fratres, non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tamquam parvulis in Christo

2. Lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis: sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis.

3. Cum enim sit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

4. Cum enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli: Alius autem: Ego Apollo? nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid vero Paulus?

5. Ministri ejus, cui credidistis, & unicuique, sicut Dominus dedit.

6. Ego plantavi, Apollo rigavit: sed Deus incrementum dedit.

7. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.

8. Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam *a* mercedem accipiet secundum suum laborem. *a Psal 61. 13. Matth. 16. 27 Rom 2. 6. Gal. 6. 5.*

9. Dei enim sumus adjutores: Dei agricultura estis, Dei aedificatio estis.

II. 10. Secundum gratiam Dei, quae data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superaedificat. Unusquisque autem videat, quomodo superaedificet.

11. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id, quod positum est, quod est Christus Jesus.

12. Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, faenum, stipulam,

13. Uniuscujusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit: quia in igne revela-

---

℣. 15. *Spiritualis autem judicat omnia.* Quid bonum sit, quid malum, ex lumine fidei dijudicat. *Et ipse a nemine judicatur.* Chrys. arguitur, vel dijudicatur; non a fidelibus, quod ab iis non dissideat; non ab incredulis, cum eorum examine sit superior, quaeque sunt spiritualia, captum hominis carnalis superent.

℣. 16. *Quis enim cognovit sensum Domini?* Id vero ex testimonio Isaiae cap. 40. confirmat: soli ergo norunt consilia Dei, qui ejus Spiritum acceperunt, ut Apostoli, quique Spiritu Christi animantur.

CAPUT III.

℣. 1. *Fratres non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus.* Carnales vocat, quos antea animales dixit, quibus sublimia & supra eorum captum praedicare non debuit, sed ad eorum infirmitatem se demittere. *Tamquam parvulis in Christo.* Tamquam infantibus.

℣. 2. *Lac vobis potum dedi.* Graec. *Potavi vos lacte.* Non solidum cibum, sed facilem & simplicem doctrinam dedi, ut in catechismis fieri solet; in sacris concionibus solidior traditur cibus. Altiora Dei mysteria nondum vos docere potui.

℣. 3. *Nonne carnales estis.* Cujus rei contentiones vestrae & aemulationes magno sunt argumento. *Cui credidistis.* Gr. *Per quem credidistis.* Alii cod. *Per quos credidistis.* Non ii sunt auctores fidei, sed per eos tamquam per canales ad vos illa manavit.

℣. 5. *Unicuique, sicut Dominus dedit.* Subintellige, quale & quantum ministerium dedit Dominus, sic ministrat. Non ergo in ministro, sed in solo Deo vobis gloriandum, ita S. Ambros.

℣. 6. *Ego plantavi.* Primus omnium vobis Christum annuntiavi, & fidei elementa tradidi. *Apollo rigavit.* Sermonis ubertate, & praeceptis fidem aluit vestram. *Sed Deus.* Fidei vestrae ut plantis incrementum dat, quam ferunt ejus ministri, & rigant verbo praedicationis, orationibus suis, & Sacramentorum administratione.

℣. 8. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Ambo nihil aliud sunt quam ministri unius & ejusdem Domini.

℣. 9. *Dei enim sumus adjutores.* Operarii a Deo missi; vos autem Dei opus estis, & ejus agricultura, ad quam ille nos applicat; ager estis, quem ipse colit, aedificium, quod nostris manibus extruit.

℣. 10. *Ut sapiens architectus fundamentum posui.* Aedificii spiritualis, fidem in Jesum Christum. Templum illud Ecclesia est, cujus fundamentum Christus, Architecti sunt Apostoli.

℣. 11. *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere.* Ac ne haeretici quidem commenta sua, nisi sub Christi nomine, commendant: vel non aliud potest legitimum substerni hujus aedificii fundamentum quam Christi doctrina.

℣. 12. *Si quis autem superaedificat super fundamentum hoc.* Doctrinam puram, & sanam, is mercedem amplam accipiet. Ligna, faenum, stipulae, sunt doctrinae pravae, aut inanes.

℣. 13. *Dies enim Domini declarabit.* Dies extremi judicii, qui illuceset cum igne. Vox *Domini*, deest in Graeco

velabitur: & uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit.

14. Si cujus opus manserit, quod superædificavit, mercedem accipiet.

15. Si cujus opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit: sic tamen quasi per ignem.

III. 16. Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?

17. Si quis autem templum Dei violaverit, *b Infr. 6. 19.* disperdet illum Deus. Templum *b* enim Dei *2. Cor. 6.* sanctum est, quod estis vos.

18. Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens:

19. Sapientia enim hujus mundi stultitia est *c Job. 5. 13.* apud Deum. Scriptum est enim *c*: Comprehendam sapientes in astutia eorum.

d Ps. 93. 11. 20. Et iterum: *d* Dominus novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt.

21. Nemo itaque glorietur in hominibus.

22. Omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: omnia enim vestra sunt.

23. Vos autem Christi: Christus autem Dei.

CAPUT IV.

I. Pergit redarguere dissidentes, eo quod de Dei ministris & donis nec temere judicandum sit nec gloriandum. 3. II. Hortatur eosdem suo & aliorum Apostolorum exemplo ad veram humilitatem. 9. III. Velut Pater obsecrat & minatur, se in virga venturum, quo pseudo-apostolos coarguat. 15.

† *DOM. 4. I. ADV.* Sic † nos existimet homo, ut ministros *a* Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

a 2. Cor. 6 4. 2. Hic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.

I. 3. Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die: sed neque meipsum judico:

4. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc justificatus sum: qui autem judicat me, Dominus est.

5. Itaque nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.

6. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus adversus alterum infletur pro alio.

wird durchs Feuer offenbar werden: wie nun eines jeglichen Werk gestalt sey, das wird das Feuer bewähren.

14. Wird jemands Werk bleiben, das er darauf gebauet hat, so wird er Lohn bekommen.

15. Wird aber jemands Werk brennen, so wird er Schaden leiden: er selbst aber wird selig werden: so doch als durchs Feuer.

III. 16. Wisset ihr nicht, daß ihr ein Tempel GOttes seyd, und daß der Geist GOttes in euch wohnet?

17. So aber jemand den Tempel GOttes entheiligen wird, den wird GOTT vertilgen. Denn der Tempel GOttes ist heilig, der seyd ihr.

18. Lasset euch von niemand betrügen: welcher unter euch sich dünket weise zu seyn in dieser Welt, der werde ein Narr, damit er weise sey:

19. Denn die Weisheit dieser Welt ist Thorheit bey GOtt. Denn es stehet geschrieben: Ich will die Weisen in ihrer Klugheit fangen.

20. Und abermal: Der HErr weißt die Gedanken der Weisen, daß sie eitel sind.

21. Derowegen berühme sich niemand der Menschen.

22. Denn alles ist euer, es sey Paulus, oder Apollo, oder Cephas, oder die Welt, oder das Leben, oder der Tod, oder was gegenwärtig ist, oder was zukünftig ist: denn alles ist euer.

23. Ihr aber seyd Christi: Christus aber ist GOttes.

Das vierte Capitel.

I. Paulus fährt fort den Zwiespalt und Uebermuth der Corinther zu strafen, und daß man nicht soll der Menschen Urtheil achten, sondern allein GOttes. 3. II. Ermahnet sie zur Demuth, nach seinem, und anderer Apostel Exempel. 9. III. Verweiset ihnen als ein Vater, drohet auch nach Corinthum zu kommen, die falschen, und aufgeblasenen Lehrer zu strafen. 15.

1. So halte uns nun jedermann als Diener Christi, und Ausspender der Geheimnissen GOttes.

2. Hie suchet man nun an den Ausspendern, daß einer treu gefunden werde.

I. 3. Mir aber ist es ein geringes, daß ich von euch gerichtet werde, oder von einem menschlichen Tage: ich richte mich aber auch selbst nicht:

4. Denn ich weis mich selber in nichts schuldig: aber darinnen bin ich nicht gerechtfertiget: es ist aber der HErr, der mich richtet.

5. Derowegen richtet nicht vor der Zeit, bis der HErr komme: der ans Licht bringen wird, was in der Finsterniß verborgen ist, und wird die Rathschläge der Herzen offenbaren: und alsdann wird ein jeglicher sein Lob von GOtt haben.

6. Dieses aber, liebe Brüder, habe ich auf mich und Apollo gedeutet, um euretwillen: damit ihr an uns lernet, daß sich nicht jemand weiter, dann geschrieben stehet, wider seinen Nächsten vor einem andern aufblase.

7. Denn

Græco. Unde quidam interpretantur tempus futurum. Sed longe probabilior est prior expositio de die extremi judicii.

℣. 15. *Si cujus opus arserit, detrimentum patietur.* Ut Architectus qui parietem male coagmentatum erexit, is mulctabitur. *Sic tamen quasi per ignem.* Quod quidem de doctrina non prava, sed plus satis curiosa nonnulli interpretantur. *Salvus erit quasi per ignem.* Ut qui ex incensa domo elabuntur: at non item qui templum Dei falsis doctrinis evertunt, ut pseudo-apostoli & hæretici. Vox, *quasi*, apud Hebræos & Hellenistas interdum est affirmans.

℣. 16. *Templum Dei estis &c.* Ergo Spiritus sanctus est Deus: nam Deus solus templum habet.

℣. 17. *Si quis templum Dei violaverit.* Profanaverit per falsas doctrinas, aut corruptos mores, Deus æternis suppliciis illum condemnabit. *Templum: Hoc Templum*, inquit Aug. serm. 20. de verbis Apost. *Credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur.*

℣. 18. *Nemo se seducat.* Ne forte sibi blandientes de humana sapientia, respondeant satis se esse instructos, ut sanam doctrinam a perversa secernant: hos admonet mundi hujus sapientiam stultitiam esse coram Deo; idque probat ex c. 5. Job. & ex Psal. 93.

℣. 22. *Omnia enim vestra sunt.* Ad vestram salutem ordinata; nulli enim addicti estis, imo omnia vestra sunt.

℣. 23. *Vos autem Christi.* Ut Dei & hominis. *Christus autem Dei.* Ut homo ad Deum ordinatur. Vel Christo in omnibus placere, & parere debetis, ut ipse Patri placuit.

CAPUT IV.

℣. 2. *Ut fidelis quis inveniatur.* Ut non desit muneri suo, vel utilitati proximi, non rebus suis serviat.

℣. 3. *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer.* Quod ad me attinet, non reformido hominum de me judicia. *Aut ab humano die.* Hominum favore approbari. Sic Jeremiæ 17. *Tu es laus mea, & diem hominis non desideravi, tu scis.* Dies quoque pro judicio subeundo in tribunali sumitur. Sic dies dicitur hominis, ut judicio se sistat: dies Domini in Scripturis pro extremo Dei judicio sumitur. *Judico:* Gr. *dijudico.* Ut me cum aliis conferam.

℣. 4. *Sed non in hoc justificatus sum.* Fieri enim potest, ut quædam mihi peccata insint, quæ me fugiant. Vel in iis, quæ sunt ministerii mei, nihil mihi conscius sum.

℣. 5. *Qui & illuminabit abscondita tenebrarum.* Obscuras, & tenebrosas hominum cogitationes, actiones, & quo fine fiant.

℣. 6. *Transfiguravi in me & Apollo.* Meo & Apollo nomine usus sum propter vos, ne si vestrorum Doctorum, aut Pseudo-apostolorum nomina appellarem, majorem vobis præberem dissensionum occasionem; atque id etiam feci, ut vestro pudori consulerem. Græc. *In figuram.* Transtuli in typum, aut in exemplum eorum me & Apollo constitui. *Ut in nobis discatis.* Non cuiquam nostrum plus tribui oportere quam ministris Dei.

7. Denn wer unterscheidet dich? Was hast du aber, so du nicht empfangen hast? So du es aber empfangen hast: was berühmest du dich dann, als wann du es nicht empfangen hättest?

8. Ihr seyd schon satt worden, ihr seyd schon reich worden: ihr herrschet ohne uns: und wollte GOtt, daß ihr herrschetet, damit wir auch mit euch herrschen möchten.

II. 9. Denn ich halte es dafür, daß GOtt uns Aposteln für die Allergeringsten dargegeben habe, als die dem Tode zugeeignet seyn: denn wir sind zum Schauspiel worden der Welt, und den Engeln, und den Menschen.

10. Wir sind Narren um Christi willen, ihr aber seyd klug in Christo: wir sind schwach, ihr aber seyd stark: ihr seyd edel, wir aber unedel.

11. Bis auf diese Stunde leiden wir Hunger und Durst, und sind nackend, und werden mit Fäusten geschlagen, und haben keine gewisse Statt.

12. Und wir arbeiten, und wirken mit unsern eigenen Händen: man verfluchet uns, und wir segnen: wir leiden Verfolgung, und gedulden es:

13. Wir werden gelästert, und wir bitten: wir sind als ein Kehrsal dieser Welt, und jedermanns Abschab * bis auf diese Zeit. * Waschhader.

14. Dieses schreibe ich nicht, euch zu beschämen: sondern ich ermahne euch, als meine allerliebsten Kinder.

III. 15. Denn wenn ihr gleich zehen tausend Schulmeister hättet in Christo, so habt ihr doch nicht viel Väter. Denn ich habe euch durch das Evangelium in Christo JEsu gebohren.

16. Derowegen bitte ich euch, seyd meine Nachfolger, gleichwie auch ich Christi Nachfolger bin.

17. Darum habe ich Timotheum zu euch gesandt, der mein allerliebster und getreuer Sohn im HErrn ist: der euch erinnern wird meiner Wege, die da gehen in Christo JEsu, wie ich allenthalben in allen Kirchen lehre.

18. Es sind aber etliche unter euch aufgeblasen, als wann ich zu euch nicht kommen würde.

19. Ich werde aber, so der HErr will, bald zu euch kommen: und nicht die Rede, sondern die Kraft derjenigen vernehmen, welche aufgeblasen sind.

20. Denn das Reich GOttes stehet nicht in der Rede, sondern in der Kraft.

21. Was wollt ihr? soll ich mit der Ruthe zu euch kommen, oder in der Liebe, und im Geiste der Sanftmüthigkeit?

Das fünfte Capitel.

I. Paulus strafet die Corinther, daß sie die Aergerniß der Blutschande gedulden, befiehlt, solchen Sünder in Bann zu thun, und dem Satan zu übergeben. 1. II. Ermahnet aller Sünden Sauerteig auszufegen, damit sie das Osterlamm rein genießen. 6. III. Gebiethet, alle Gemeinschaft mit den Lasterhaften zu fliehen. 9.

1. Man höret für gewiß, daß Unzucht unter euch sey, und solche Unzucht, dergleichen auch unter den Heyden nicht gehöret wird, nämlich, daß einer seines Vaters Weib hat.

7. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris, quasi non acceperis?

8. Jam saturati estis, jam divites facti estis: sine nobis regnatis: & utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.

II. 9. † Puto enim, quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tamquam morti destinatos: quia † spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.

10. Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

11. Usque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus.

12. Et *b* laboramus operantes manibus nostris: maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus:

13. Blasphemamur, & obtecramus: tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.

14. Non ut confundam vos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo.

III. 15. Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

16. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu, sicut ubique in omni Ecclesia doceo.

18. Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam.

19. Veniam autem ad vos cito, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem.

20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute.

21. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

CAPUT V.

I. Corinthios reprehendit, quod tolerent in incestu publico viventem, quem absens tradit satanæ, hoc est, excommunicat. 1. II. Monet, ut expurgato vitiorum fermento, puri Pascha celebrent. 6. III. Nec vult eos commisceri Christianis palam criminosis. 9.

1. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio *a*, qualis nec inter Gentes, ita ut uxorem patris tui aliquis habeat.

† SANCT. JACOB. APOST. † JUG. SS. APOST. SIM. ET JUD.

b Act. 20. 34. 1. Thess. 2. 2. Thess. 3.

a Lev. 18. 7. 8. & 20. 21.

2. Et

¥. 7. *Quis enim te discernit?* Quis te ab aliis, quibus te anteponis, secernit, nisi ipse Deus? *Accepisti.* Aliquis forsan respondeat se suo labore, aut studio ab aliis fuisse secretum; id pressius urget Apostolus: si accepisti a Deo ipso naturæ, aut gratiæ dona, *quid gloriaris?* Ex superiori versiculo, & ex iis, qui sequuntur, palam est hæc ad Corinthios, seu ad discipulos, non ad pseudo-apostolos, quos in secunda Epistola reprehendit, omnino referri oportere.

¥. 8. *Jam saturati estis.* Jam cœlestibus donis repleti estis, cum antea pauperes essetis. *Sine nobis regnatis.* Nostro auxilio non indigentes videmini Regnum, victoriam, & triumphum adepti. *Et utinam regnetis.* Ut oportet ad salutem, ut & nos vobiscum regnemus, tanti boni participes facti per charitatem, quia Regnum meum vestra perfectio est, vestra sanctitas, & gloria æterna. Balinghen.

¥. 9. *Tamquam morti destinatos.* Ut qui feris sunt expositi, quos Tertul. bestiarios vocat.

¥. 10. *Nos stulti propter Christum.* Hominum judicio. *Vos autem prudentes.* Vestro quidem judicio. Hæc autem sunt verba indignantis, & ironice dicta.

¥. 11. *Et instabiles sumus.* Nullam certam sedem habentes.

¥. 13. *Tamquam purgamenta.* Quasi sontes. *Omnium peripsema.* Instar pulveris, aut scobis e ligno abrasæ. Aut juxta alios, ut victimæ expiandis populi peccatis destinatæ.

¥. 17. *Ideo misi ad vos Timotheum.* Ut ab eo discatis vitæ meæ rationem. *Fidelis in Domino.* In iis, quæ ad cultum Dei pertinent.

¥. 20. *Non enim in sermone est regnum Dei.* Christiana perfectio: sed in morum sanctimonia, & in potenti operatione.

¥. 21. *In virga veniam ad vos, an in charitate?* Eligite ex duobus unum, an lenis, an severa correptione & punitione, ut pater ad filios dyscolos veniam. Ita S. Chrysost.

CAPUT V.

¥. 1. *Omnino auditur inter vos fornicatio.* Constanti & certa fama; paulo ante quasi optionem iis dederat, utrum veniret ad eos cum severa & paterna correptione, ut decet venire Patrem ad filios malæ indolis; an cum lenitate, ut ad filios bene moratos. Atque hinc occasionem sumit puniendi incestuosum & adulterum. Flagitium erat publicum, & inter Ethnicos saltem ejus loci & temporis pene inauditum.

2. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.

b *Coloss.* 2. 5. 3. Ego *b* quidem absens corpore, præsens autem spiritu, jam judicavi ut præsens, eum, qui sic operatus est,

4. In nomine Domini nostri Jesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Jesu,

5. Tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi.

c *Gal.* 5. 9. II. 6. Non est bona gloriatio vestra *c*. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

✝ *DOM. RESUR. EPIST.* 7. ✝ Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

8. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis, & veritatis.*

III. 9. Scripsi vobis in epistola, ne commisceamini fornicariis:

10. Non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.

11. Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi nec cibum sumere.

12. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare? Nonne de iis, qui intus sunt, vos judicatis?

13. Nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

CAPUT VI.

I. Corripit eos, quod judicio contenderent coram judice ethnico. 1. *II. Enumerat quædam peccata, quibus involuti regnum Dei non possidebunt.* 9. *III. Varias ob causas ostendit vitandam fornicationem.* 13.

1. Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?

2. An nescitis, quoniam sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabi-

2. Und ihr seyd noch aufgeblasen: und habt euch nicht darum bekümmert, daß derselbige, der diese That begangen hat, aus eurem Mittel hinweggeschaffet würde.

3. Ich zwar, mit dem Leibe abwesend, aber gegenwärtig mit dem Geiste, habe schon, als gegenwärtig, das Urtheil gefället, daß derselbige, der also mißhandelt hat,

4. Im Namen unsers HErrn JEsu Christi, in eurer Versammlung mit meinem Geiste, samt der Kraft unsers HErrn JEsu,

5. Dem Satan solle übergeben werden, zum Verderben des Fleisches, auf daß der Geist selig werde am Tage unsers HErrn JEsu Christi.

II. 6. Euer Ruhm ist nicht gut. Wisset ihr nicht, daß ein wenig Sauerteig den ganzen Teig versäuret?

7. So feget den alten Sauerteig aus, auf daß ihr ein neuer Teig seyd, wie ihr dann ungesäuert seyd. Denn unser Osterlamm Christus, der ist geopfert worden.

8. Darum lasset uns die österliche Speise essen, nicht mit dem alten Sauerteig, noch mit dem Sauerteig der Boßheit und Schalkheit: sondern mit dem ungesäuerten Teig der Lauterkeit und Wahrheit.

III. 9. Ich habe euch in einem Sendbrief geschrieben, daß ihr euch mit den Hurern nicht vermischen sollet:

10. Nicht zwar mit den Hurern dieser Welt, oder mit den Geizigen, oder mit den Räubern, oder mit denjenigen, die den Abgöttern dienen: sonst hättet ihr müssen aus dieser Welt gehen.

11. Nun aber habe ich euch geschrieben, ihr sollet euch mit ihnen nicht vermischen: nämlich, so einer, der ein Bruder genennet wird, ein Hurer ist, oder ein Geiziger, oder ein Diener der Abgötter, oder ein Lästerer, oder ein Vollsäufer, oder ein Räuber: mit einem solchen sollet ihr auch nicht essen.

12. Denn was gehen mich diejenigen an, welche draußen sind, daß ich sie richten soll? Richtet ihr nicht über die, welche darinnen sind?

13. Denn die draußen sind, die wird GOtt richten. Thut den Bösen von euch hinweg.

Das sechste Capitel.

I. Paulus verweist den Corinthern, daß sie vor unglaubigen Richtern zu Gerichtstreiten ziehen. 1. II. Erzählet, welche ungerechte Menschen das Reich GOttes nicht besitzen werden. 9. III. Strafet die Hurerey, so unter dem Volke verübet wird. 13.

1. Wie darf einer unter euch, so er einen Handel hat mit einem andern, sich richten lassen von den Gottlosen, und nicht von den Heiligen?

2. Wisset ihr nicht, daß die Heiligen die Welt richten werden? Wird nun die Welt durch euch gerichtet werden,

seyd

℣. 2. *Vos inflati estis.* Superbis de magistrorum præcellentia contentionibus. *Nec luctum habuistis.* Nec curam, nec dolorem, ut scelestus *de medio vestrum tollatur.* Præscindatur per excommunicationem. S. Chrysost. notat virum hunc potentem fuisse, & e primis, ac Ducem factionis inter Corinthios.

℣. 3. *Ego quidem absens corpore, præsens autem Spiritu.* Seu mente S. Spiritu Dei illustrata, seu potestate & auctoritate Apostolica munitus. *Judicavi.* Sententiam excommunicationis tuli adversus hunc hominem.

℣. 4. *In nomine Domini nostri Jesu Christi.* Formam excommunicationis, & absciſſionis, Christi auctoritate sibi concessa, pronuntiat, quasi in cœtum fidelium esset spiritu translatus. Cum hæc punitio sit omnium maxima, in paucos, atque ob gravia scelera est decernenda. Multi erant Corinthii scelerum rei, unus tamen ab Apostolo absciditur, quod excommunicatio ex Tertul. Apolog. cap. 39. *Summum sit futuri judicii præjudicium, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis & conventus, & omnis sancti commercii relegetur.* Itaque non passim & temere, sed circumspecte fulmen illud vibrandum. *Et in Spiritu, & in nomine Domini nostri Jesu Christi,* ut ait Apostolus.

℣. 5. *Tradere hujusmodi satanæ.* Vel obsidendum ad aliorum terrorem, vel ab Ecclesiæ consortio eum repellendo, ita ut in potestatem satanæ veniat indirecte. *In interitum carnis.* Ut carne sit afflictus, sive per pœnitentiæ labores, sive per vexationem obsidentis dæmonis. *Ut Spiritus salvus fiat.* Qui finis excommunicationis, salus nimirum animæ pœnitentis, & Ecclesiæ utilitas.

℣. 6. *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Aut malæ doctrinæ, uti Dominus de fermento Pharisæorum dixit; vel pravi exempli, uti de hoc incestuoso. *Totam massam corrumpit.* Gr. *Conspersionem fermentat.* Suo sapore inficit.

℣. 7. *Expurgate vetus fermentum.* Alludit ad ritum Judæorum, qui circa festum Paschatis fermentatum omne e domibus suis abjiciebant. *Immolatus.* Gr. *Pro nobis.* Isque semper pro nobis, & in usus nostros immolatur in altari; vita Christianis, quos panes azymi adumbrabant, & pura & sancta agenda est, omni malitia & hypocrisi abjectis.

℣. 9. *Scripsi vobis in epistola.* Quæ forsan excidit. *Ne commisceamini.* Non gentilibus, & ab Ecclesia alienis. Chrysostomus, Theodoretus & alii existimant, in hac ipsa Epistola id scriptum esse.

℣. 11. *Si is, qui frater nominatur.* Seu qui Christianus est, & tam manifeste peccat, ut talis nominetur, & passim audiat ut fornicator.

℣. 12. *Qui foris sunt.* Qui extra Ecclesiam sunt, nec eam ingressi ut pagani & infideles

℣. 13. *Auferte malum ex vobis ipsis.* Græc. τὸν πονηρὸν. Quod ad malum, & ad fornicatorem, qui novercam suam pro concubina habebat, referri potest.

CAPUT VI.

℣. 1. *Audet aliquis vestrum habens negotium adversus alterum.* Adversus litigantes, qui apud Infideles causas suas agebant, usque ad v. 15. invehitur, eosque acriter reprehendit, quod res indigna videretur, & Ecclesiæ injuriosa; quasi deessent idonei inter Christianos arbitri, qui has lites dirimerent.

℣. 2. *Et si in vobis.* Si per vos judicabitur mundus; indigni estis, *qui de minimis judicetis.*

seyd ihr dann nicht würdig genug, die geringsten Dinge zu richten?

3. Wisset ihr nicht, daß wir die Engel richten werden? wie vielmehr die zeitlichen Dinge?

4. Wenn ihr dann zeitliche Sachen zu richten habt: so verordnet dieselbige zu Richtern, welche in der Gemeinde am geringsten geachtet sind.

5. Das sage ich euch zur Schande. Ist dann nicht einer unter euch so weise, der zwischen seinen Brüdern Richter seyn könnte?

6. Sondern ein Bruder rechtet mit dem andern: und das bey den Unglaubigen?

7. Nun ist es zwar allerdings unter euch vermacht, daß ihr miteinander rechtet. Warum laßt ihr nicht lieber euch unrecht thun? warum laßt ihr nicht lieber vervortheilen?

8. Aber ihr selbst thut unrecht, und vervortheilet: und das thut ihr auch den Brüdern.

II. 9. Wisset ihr nicht, daß die Ungerechten das Reich GOttes nicht besitzen werden? Irret nicht: weder die Hurer, noch die den Abgöttern dienen, noch die Ehebrecher,

10. Noch die Weichlinge, noch die Knabenschänder, noch die Diebe, noch die Geizigen, noch die Trunkenen, noch die Lästerer, noch die Räuber, werden das Reich GOttes besitzen.

11. Und solche seyd ihr zwar auch etwan gewesen: aber ihr seyd abgewaschen, ihr seyd geheiliget, ihr seyd gerechtfertiget durch den Namen unsers HErrn JESU Christi, und durch den Geist unsers GOttes.

12. Es ist mir wohl alles erlaubet, aber es nutzet nicht alles: alles ist mir wohl erlaubet, aber ich werde mich von niemand unter seine Gewalt bringen lassen.

III. 13. Die Speise gehöret dem Bauche, und der Bauch der Speise: GOtt aber wird diese und jene zerstören: der Leib aber gehöret nicht der Hurerey, sondern dem HErrn: und der HErr dem Leibe.

14. GOtt aber hat den HErrn auferwecket: und er wird uns auch auferwecken durch seine Kraft.

15. Wisset ihr nicht, daß eure Leiber Glieder Christi sind? Soll ich dann die Glieder Christi nehmen, und Glieder der Huren daraus machen? Das sey ferne.

16. Wisset ihr nicht, daß, wer einer Hure anhanget, der wird mit ihr ein Leib? Denn sie werden (spricht er) zwey in einem Fleische seyn.

17. Wer aber dem HErrn anhanget, der ist ein Geist in ihm.

18. Meidet die Hurerey. Alle Sünde, die der Mensch thut, ist außer dem Leibe: wer aber Hurerey treibet, der sündiget an seinem Leibe.

19. Wisset ihr nicht, daß eure Glieder ein Tempel sind

tur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis?

3. Nescitis, quoniam angelos judicabimus? quanto magis sæcularia?

4. Sæcularia igitur judicia si habueritis: contemptibiles, qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad judicandum.

5. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?

6. Sed frater cum fratre judicio contendit: & hoc apud infideles?

7. Jam *a* quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habetis inter vos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

8. Sed vos injuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus.

II. 9. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis servientes, neque adulteri,

10. Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei possidebunt.

11. Et hæc quidam fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.

12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

III. 13. Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc, & has destruet: corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori.

14. Deus vero & Dominum suscitavit: & nos suscitabit per virtutem suam.

15. † Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi: Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

16. An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur? *b* Erunt enim (inquit) duo in carne una.

17. Qui autem adhæret Domino, unus Spiritus est.

18. Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

19. An nescitis, quoniam *c* membra vestra tem-

a *Matth.* 5. 39 *Luc.* 6. 29. *Rom.* 12. 17. 1. *Thess.* 4. 6.

† *PRO SPONSO ET SPONSA.*

b *Gen.* 2. 24. *Matth* 19 5. *Marc* 10. 8. *Ephes.* 5. 31.

c *Sup.* 3. 17. 2. *Cor.* 6. 16.

℣. 3. *Quanto magis sæcularia?* Quæ ad vitæ hujus usum pertinent, quæque sunt peritura.

℣. 4. *Contemptibiles, qui sunt in Ecclesia.* Cum de rebus minimis agatur. Quod ironice, & quasi indignans dicit, ut iis pudorem incutiat.

℣. 5. *Ad verecundiam vestram dico.* Non ut ea de re statuat abjectos homines, quique nullo habentur loco, judices constitui oportere, qui lites ortas componant: at si nulli sint judices domestici, malim apud infimos Christianos litem dijudicari, quam apud infideles vel potentissimos.

℣. 7. *Jam quidem omnino delictum est in vobis.* Græc. Defectus, imbecillitas, & impotentia animi, qua cupiditati succumbitis.

℣. 10. *Neque molles.* Illi sunt, qui se ultro polluunt, vel qui turpia patiuntur; hi vero turpia peragunt; utrique in crimen abominandum incurrunt. *Neque maledici.* Vox Græca eos significat, qui alios convicis injectantur.

℣. 11. *Et hæc quidam fuistis.* Alii alio vitio inquinati.

℣. 12. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.* Unicuique licet, quod suum est, judicio repetere; idque per se malum non est, nec præcepto vetitum: sed sæpius non expedit. *Potestate.* Quod fit, cum lites sequimur: nolim vos sub infidelium potestate redigi; idque ob bona temporalia, quæ corpori tantum serviunt. Multa nobis licent, sed ad populorum, aut ad nostram utilitatem non expediunt. *Sapienter enim illicita superat, qui didicerit etiam non uti concessis.* Gregor. M. L. 7. Epist. 39.

℣. 13. *Esca ventri, & venter escis.* Sibi mutuo facta sunt. Sed earum usum Deus abolebit: duo vitia sibi cognata impudicitiam cum intemperantia jungit Apostolus: nam ut præclare Tertul. L. de Jejuniis, cap. 1. *Monstrum scilicet haberetur libido sine gula: cum hæc duo tam unita, atque concreta sint. Corpus autem non fornicationi.* Ne forte simplicem fornicationem inter res indifferentes & usus promiscui haberent. *Sed Domino.* Ut membrum capiti suo subditum esse debet, & illi servire; *Et Dominus corpori.* Aug. serm. 18. de verbis Apost. *Si ergo unusquisque cupiens fornicari, vile cat sibi, & in seipso contemnat seipsum, saltem non in se condemnat Christum.* Corpus itaque non fornicationi, sed Domino servire debet, ac Dominus illud suæ gloriæ particeps efficiet.

℣. 15. *Tollens ergo membra Christi.* Id fine quodam sacrilegio fieri nequit, quod tamen fit, cum fornicatione corpus contaminatur.

℣. 17. *Qui autem adhæret Domino &c.* Nam unusquisque id fit, quod vehementer amat. *Unus est Spiritus.* Voluntatum conjunctione, gratia, charitate. Casta enim anima, ait Basilius Lib. de vera Virg. sponsa est Dei, in divinæ imaginis excellentiam, & ut S. Bern. addit serm. 7. in Cant. In bonorum omnium collocationem translata.

℣. 18. *Fugite fornicationem.* Hoc vitium potius fugiendo, quam pugnando vincitur. *In corpus suum peccat.* Quod ignominia afficit.

℣. 19. *Templum sunt Spiritus sancti.* Ergo Spiritus sanctus est Deus: nam uni Deo templum & altare consecrantur.

templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis a Deo, & non estis vestri?

d Infr. 7. 23. 1. Pet. 1. 18. 20. Empti *d* enim estis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.*

CAPUT VII.

I. Corinthios instruit de matrimonio, ejus usu & indissolubili vinculo, innuptis commendans cælibatum. 1. II. Quomodo fidelis cum conjuge infideli se habere debeat. 10. III. Quod unusquisque, in quo vitæ statu ad fidem vocatus est, permaneat. 17. IV. Virginitatem matrimonio præferens, uxorem mortuo marito liberam dicit, ut cui velit in Domino nubat. 25.

1. De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini, mulierem non tangere.

2. Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, & unaquæque suum virum habeat.

a 1. Petr. 3. 7. 3. Uxori *a* vir debitum reddat: similiter autem & uxor viro.

4. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

5. Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi: & iterum revertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.

6. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

7. Volo enim omnes vos esse sicut meipsum: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic.

8. Dico autem non nuptis, & viduis: Bonum est illis, si sic permaneant, sicut & ego.

9. Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam uri.

II. 10. Iis autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, *b* uxorem a viro non discedere:

b Matth. 5. 32. & 19. 9. Marc. 10. 9. Luc. 16. 18. 11. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari: & vir uxorem non dimittat.

des heiligen Geistes, der in euch ist, den ihr von GOtt habt, und nicht euer eigen seyd?

20. Denn ihr seyd mit theurem Werth erkaufet. Ehret und traget GOtt in eurem Leibe.

Das siebente Capitel.

I. Paulus beantwortet unterschiedliche Fragen, vom Ehe- und Jungfräulichen Stande: nämlich, daß der Ehestand zulässig, ꝛc. 1. II. Daß der Glaubige schuldig sey dem Unglaubigen beyzuwohnen, wenn dieser friedlich darein verwilliget. 10. III. Daß ein jeglicher in seinem Beruf verbleiben soll, und GOtt dienen. 17. IV. Daß die Jungfrauschaft nicht gebothen, doch aus vielen Ursachen dem Ehestande vorzuziehen sey. 25.

1. Von dem ihr mir aber geschrieben habt, sage ich: Es ist dem Menschen gut, daß er kein Weib anrühre:

2. Aber um der Unkeuschheit willen habe ein jeglicher sein Weib, und ein jegliches Weib ihren Mann.

3. Der Mann leiste dem Weibe die schuldige Pflicht: imgleichen das Weib dem Manne.

4. Das Weib ist ihres Leibes nicht mächtig, sondern der Mann. Imgleichen aber ist auch der Mann seines Leibes nicht mächtig, sondern das Weib.

5. Entziehet euch einer dem andern nicht, es sey dann vielleicht aus beyder Bewilligung eine Zeitlang, damit ihr dem Gebeth auswartet: darnach kommt wiederum zusammen, auf daß euch der Satan nicht versuche, um eurer Unkeuschheit willen.

6. Dieses sage ich euch aber aus Erlaubniß, und nicht aus einem Geboth.

7. Denn ich wollte, daß alle Menschen wären, wie ich selbst bin: aber ein jeder hat seine eigene Gabe von GOtt: einer also, der andere aber auf eine andere Weise.

8. Ich sage aber den Unverheyratheten, und Wittwen: Es ist ihnen gut, wenn sie also bleiben, wie ich auch thue.

9. Wenn sie sich aber nicht enthalten, so schreiten sie zu der Ehe. Denn es ist besser ehelich werden, als Brunst leiden.

II. 10. Denen aber, welche im Ehestande sind, gebiethe nicht ich, sondern der HErr, daß sich das Weib von dem Mann nicht scheide:

11. Wenn sie sich aber scheidet, daß sie alsdann ohne Ehe bleibe, oder sich mit ihrem Manne wiederum versöhne: und daß der Mann sein Weib nicht von sich lasse.

12. Den

ỳ. 20. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Græc. *In corpore vestro, & spiritu vestro.* Quæ sunt Dei, non vestri: corporis & animi puritate Deum colite; castum servate corpus vestrum in obsequium Dei. Flagitium est, iis, quæ Dei sunt, contra ipsum prave uti.

CAPUT VII.

ỳ. 1. *De quibus autem scripsistis mihi.* Postquam Apostolus de iis, quæ corrigenda in Corinthiorum Ecclesia videbantur, sermonem habuit, nunc quæstionibus in Epistola quæ excidit, propositis sigillatim respondet. Prima ex iis quæstionibus hæc fuit, utrum matrimonio jungi bonum esset, & ad salutem utile. Generatim respondet continentiam matrimonio anteponi oportere. Aliis tamen videtur quæstionem de conjugatis esse propositam, an post fidem acceptam a re uxoria esset abstinendum. Sic enim respondet: *Bonum est homini mulierem non tangere.* Gr. *Muheri non adhærere.* Si per utriusque consensum liceat τὸ καλὸν, res esset egregia, si id fieri posset sine periculo. Ita Græcorum scholia. Scripserant Paulo, si oporteret ab uxore abstinere, an non. Theodoretus in hunc locum: *Scribit autem, continentiam quidem laudans, fornicationem vero vituperans, conjugalem autem conjunctionem concedens.*

ỳ. 2. *Et unusquisque suam uxorem habeat.* Non relinquat, ea utatur. Quem locum exponens Hieron. L. 1. contra Jovin. *Non dixit, unusquisque propter fornicationes ducat uxorem, sed unusquisque suam uxorem habeat, suam, inquit, habeat, sua utatur, quam habebat, antequam crederet.* Item Chrysost. *Habeat, id est, utatur sua.* Gr. *Propter fornicationes.* Propter varias libidinum species vitandas.

ỳ. 3. *Uxori vir debitum reddat.* Mutua viri & uxoris officia designat: primum est ut sibi mutuum amoris conjugalis debitum reddant. Gr. *Debitam benevolentiam.* Quæ omnia conjugii officia complectitur, debitum imprimis conjugalis copulæ, cum exigitur.

ỳ. 4. *Mulier sui corporis potestatem non habet.* Uxor, eadem voce Græca γυνὴ utitur, qua prius, cum ait: *Bonum est homini mulierem non tangere.*

ỳ. 5. *Nolite fraudare invicem.* Debito conjugali: adeo ut semper de conjugatis loquatur. *Ut vacetis orationi.* Diebus præcipue Dominicis, & solemnibus, cum Eucharistiam sumebant. Tum enim fiebat oratio publica: Græce additur, *& jejunio.* *Propter incontinentiam vestram.* Ne Satanas vos in peccatum inducat propter vestram continendi impotentiam.

ỳ. 6. *Hoc autem dico secundum indulgentiam.* Nempe ut se invicem non fraudent. *Et iterum revertantur.* Hoc autem non ut præceptum tradit, ut illud, Non occides: *Sed secundum indulgentiam.* Quasi ad infirmitatem eorum se demittens, & secundum concessionem: non utique matrimonium indulgentia eget, cum sit sanctum; sed conjuges, cum limites ipsos, & finem institutionis conjugii excedunt.

ỳ. 7. *Volo enim omnes vos esse sicut meipsum.* Vellem vos esse continentes, sicut ego sum, virgines nempe.

ỳ. 8. *Si sic permaneant.* Quod autem præmisit. *Dico non nuptis, & viduis.* Hinc colligi potest de conjugatis ante locutum fuisse.

ỳ. 9. *Melius est enim nubere, quam uri.* Quam libidinis flamma non tentari modo, sed & superari, & vastari. Nam pugnare & vincere gloriosum est: idque intelligi debet de iis, quibus licet nubere. Si continere se non possint, nubant. Nec propterea licet nubere, si continentiam voverit. Sed is jejunium, orationem, & alia adhibeat remedia. Cum sit postea Apostolus: *Si nupserit virgo, non peccat.* De virginibus sacris non loquitur.

ỳ. 10. *Qui matrimonio juncti sunt.* De conjugatis tantummodo Christianis agit, ut videtur Augustino. Nam alteri quæstioni a Corinthiis propositæ respondet, quæ ad divortia spectat. Si quæ justa separationis causa occurrat, ne conjuges alterum ineant matrimonium. *Causa vero una est, adulterium. Cæteras vero universas molestias, si quæ forte extiterint, jubet pro fide conjugali, & pro castitate fortiter sustinere.* Aug. L. 1. de serm. Dom. in monte, c. 14.

12. Den andern aber sage ich, nicht der HErr: Wenn ein Bruder ein unglaubiges Weib hat, und dieselbige williget bey ihm zu wohnen, so soll er sie nicht von sich lassen.

13. Weun auch ein glaubiges Weib einen unglaubigen Mann hat, und derselbige williget bey ihr zu wohnen, so soll sie den Mann nicht von sich lassen:

14. Denn ein unglaubiger Mann ist geheiliget durch ein glaubiges Weib, und ein unglaubiges Weib ist geheiliget durch einen glaubigen Mann: sonst wären eure Kinder unrein, nun aber sind sie heilig.

15. Wenn sich aber der Unglaubige scheidet, so mag er hinziehen: denn ein Bruder oder Schwester ist in solchen Fällen der Dienstbarkeit nicht unterworfen: GOtt aber hat uns im Frieden berufen.

16. Denn was weißt du Weib, ob du den Mann wirst selig machen? oder was weißt du Mann, ob du das Weib wirst selig machen?

III. 17. Denn allein, wie es einem jeglichen der HErr ausgetheilet hat, und wie GOtt einen jeglichen berufen hat, also führe er seinen Wandel, wie ich dann auch in allen Kirchen lehre.

18. Ist jemand beschnitten berufen: der zeige keine Vorhaut. Ist jemand in der Vorhaut berufen: der lasse sich nicht beschneiden.

19. Die Beschneidung ist nichts, und die Vorhaut ist nichts: sondern die Haltung der Gebothe GOttes.

20. Ein jeglicher bleibe in dem Beruf, darinnen er berufen ist.

21. Bist du ein Knecht berufen: laß dich das nicht bekümmern: kannst du aber frey werden, so gebrauche dich dessen viel lieber.

22. Denn wer ein Knecht berufen ist im HErrn, der ist ein Gefreyter des HErrn: ingleichen wer frey berufen ist, der ist ein Knecht Christi.

23. Ihr seyd theuer erkauft, werdet nicht Knechte der Menschen.

24. Worinnen ein jeglicher berufen ist, liebe Brüder, darinnen bleibe er bey GOtt.

IV. 25. Von den Jungfrauen aber habe ich kein Geboth des HERRN: aber ich gebe einen Rath, als der ich Barmherzigkeit vom HErrn erlanget habe, getreu zu seyn.

26. Derowegen halte ich es dafür, daß solches gut sey,

12. Nam cæteris ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.

13. Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum:

14. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

15. Quod si infidelis discedit, discedat: non enim servituti subjectus est frater, aut soror in hujusmodi: in pace autem vocavit nos Deus.

16. Unde enim scis mulier, si virum salvum facies? aut unde scis vir, si mulierem salvam facies?

III. 17. Nisi unicuique sicut divisit Dominus, unumquemque sicut vocavit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesiis doceo.

18. Circumcisus aliquis vocatus est: non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est: non circumcidatur.

19. Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed observatio mandatorum Dei.

20. Unusquisque *c* in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. *c Ephes. 4. 1.*

21. Servus vocatus es: non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber, magis utere.

22. Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, servus est Christi.

23. Pretio *d* empti estis, nolite fieri servi hominum. *d Sup. 6. 20. 1. Petr. 1. 18.*

24. Unusquisque, in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum.

IV. 25. † De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus a Domino, ut sim fidelis. † *PRO VIRGINE NON MART.*

26. Existimo ergo hoc bonum esse propter instan-

℣. 12. *Nam cæteris ego dico, non Dominus.* Dubium tertium de conjugio inter fidelem & infidelem proponit; idque in Evangelio non esse definitum ait, sed Apostolus negat ejusmodi matrimonia dirimi, aut infidelem abjici oportere, dummodo is consentiat, neque ullum sit fidei periculum. Quod autem ait: *Dico ego, non Dominus.* Consilium tantum esse existimat Augustinus, ut fidelis infidelem consentientem retineat. Præceptum esse contendit Theodoretus: adeo ut Apostolus dicat se non invenire ea de re præceptum in Evangelio, sed eam a se legem ferri. Id vero advertit Theodoretus post Chrysostomum, non statuere Apostolum, nec jubere, ut mulier fidelis infideli jungatur: nam contrarium præcipit: paulo post enim viduis legem ferens subjungit, tantum in Domino, hoc est, fideli.

℣. 14. *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem.* Verus est & legitimus maritus. Fidelis etiam consuetudine ad fidem præparatur infidelis. *Immundi essent.* Haberentur adulterini, non legitimi; vel filii vestri in fide educati infideles fierent, ii potissimum, qui facto divortio parentem infidelem sequerentur: torus ipse a fideli conjuge mundatur: unde qui nascuntur filii, ad Baptismum præparantur bona institutione, conjugis fidelis pietate, & exemplis: ob alterius sanctitatem sanctificatur matrimonii usus.

℣. 15. *In pace autem vocavit nos Deus.* Ad pacem nos vocavit. Quod si infidelis habitare simul non consentit, nec sine periculo salutis id fieri potest, tum discedendum est; ne tranquillitas animi, & pax, ad quam nos vocavit Deus, continuis jurgiis turbetur, ac fides ipsa periculo exponatur. *Non enim servituti subjectus est.* Sed habet libertatem contrahendi cum altera.

℣. 16. *Si virum salvum facies?* Occurrit tacitæ objectioni, forsan virum infidelem lucrabor. *Unde scis,* inquit, *si virum salvum facies?* Cum te ad defectionem a fide solicitet, tutius est ab eo discedere.

℣. 17. *Nisi unicuique sicut divisit Dominus.* Græci legunt, *an non.* Idque referunt ad præcedentia: unde scis, si uxorem salvam facies, an non? Unde speras fore, ut uxorem salvam facias? *Nisi unicuique sicut divisit Dominus,* supple, *gratiam.* Ita quisque ambulet, sicut unumquemque vocavit. Vox, *nisi,* idem significare potest, quod verumtamen. De discessione & divortio fidelis ab infideli dixit: si pax esse non possit sine divortio; alioquin vult unumquemque in vocatione sua & statu permanere. Nam fides conditionem cujusque non mutat. *Sicut in omnibus Ecclesiis doceo.* Græc. *Præcipio.* Quod variis postea illustrat exemplis.

℣. 18. *Non adducat præputium.* Quod fieri posse tradit Epiphanius, Lib. de ponderibus & mensuris, & Celsus, Lib. 7. cap. 25. uno verbo, non id affectet, ut incircumcisus videatur. Hoc enim, ut ait Chrysost. ad fidem nihil confert.

℣. 19. *Circumcisio nihil est.* Ad salutem homini christiano nec obest, nec prodest.

℣. 21. *Magis utere.* Servitute utere ad animi salutem, in usum bonum eam confer: vel ut aliis videtur, si se offerat occasio consequendæ libertatis, illa utere, & in libertatem te asserere. Aliter Chrysost. *Magis utere, magis servi, volens ostendere, quod nihil lædit servitus.* Sed magis prodest.

℣. 22. *Qui enim in Domino vocatus est servus.* Is a Christo in libertatem filiorum Dei est ascitus, & manumissus; atque hæc verba ad præcedentia referuntur: *Non sit tibi curæ.*

℣. 23. *Nolite fieri servi hominum.* Non de civili servitute loquitur Apostolus, juxta S. Chrysost. sed de vitiorum servitute: *Non eam tollit servitutem, sed eam, quæ est a vitio, in qua sunt etiam liberi.*

℣. 25. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.* Quæsitum ab eo fuerat, an perpetua virginitas a Domino præcepta fuerit. Id vero negat; sed tamen hanc suadet iis, qui in eo sunt statu, ut virginitatem suam Deo consecrare possint. *Ut sim fidelis.* Gratiam Apostolici muneris in Gentes consecutus, ut fideliter iis consulam.

℣. 26. *Existimo hoc bonum esse propter instantem necessitatem.* Ob difficultates & incommoda, quibus obnoxii sunt conjugati.

instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.

27. Alligatus es uxori: noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore: noli quærere uxorem.

28. Si autem acceperis uxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccavit: tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco.

29. Hoc itaque dico, fratres: Tempus breve est: reliquum est, ut & qui habent uxores, tamquam non habentes sint:

30. Et qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes:

31. Et qui utuntur hoc mundo, tamquam non utantur: præterit enim figura hujus mundi.

32. Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.

33. Qui autem cum uxore est, solicitus est, quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.

34. Et mulier innupta, & virgo, cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat, quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

35. Porro hoc ad utilitatem vestram dico: non, ut laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

36. Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult, faciat: non peccat, si nubat:

37. Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc judicavit in corde suo, servare virginem suam, bene facit.

38. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit, melius facit.

e Rom. 7. 2. 39. Mulier *e* alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit: quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino.

40. Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeam.

CAPUT VIII.

I. Quamquam idolothytis vesci non sit ex se illicitum, cum idolum nullius sit efficaciæ aut potestatis. 4. II. Non sunt tamen illa edenda cum repugnante conscientia, aut cum infirmorum offendiculo. 7.

um der vorstehenden Noth willen, denn es ist dem Menschen gut, also zu seyn.

27. Bist du an ein Weib gebunden: so suche nicht los zu werden. Bist du aber frey vom Weibe: so suche kein Weib.

28. Wenn du aber ein Weib nimmst: so sündigest du nicht. Wenn auch eine Jungfrau einen Mann nimmt, so sündiget sie nicht: doch werden solche Trübsal des Fleisches haben. Ich aber verschone euer.

29. Derowegen sage ich dieses, liebe Brüder: Die Zeit ist kurz: so ist nun übrig, daß diejenigen, so Weiber haben, seyn, als wann sie keine hätten:

30. Und die da weinen, als weinten sie nicht: und die sich freuen, als freueten sie sich nicht: und die da kaufen, als besäßen sie es nicht:

31. Und die sich dieser Welt gebrauchen, als gebrauchten sie sich derselbigen nicht: denn die Gestalt dieser Welt gehet vorüber.

32. Ich will aber, daß ihr ohne Sorge seyd. Wer ohne Weib ist, der ist sorgfältig für dasjenige, so des HErrn ist, wie er GOtt gefallen möge.

33. Wer aber ein Weib hat, der ist sorgfältig für dasjenige, was der Welt ist, wie er seinem Weibe gefallen möge, und er ist getheilet.

34. Ein Weib, das keinen Mann hat, und eine Jungfrau sorget für das, was des HErrn ist, daß sie heilig sey am Leibe, und am Geiste. Welche aber einen Mann hat, die sorget für das, was der Welt ist, wie sie dem Mann gefallen möge.

35. Dieses aber sage ich zu eurem Nutzen: nicht, daß ich euch einen Strick anwerfe, sondern ermahne zu dem, was ehrlich ist, und euch geschickt * macht, GOtt ohne Hinderniß zu bitten. * bereit.

36. Im Fall sich aber jemand bedünken läßt, es stehe ihm nicht wohl an mit seiner Jungfrau, daß sie über ihre mannbare Jahre komme, und daß es also geschehen müsse: der thue, was er will: er sündiget nicht, wenn er sie heyrathen läßt:

37. Aber wer ihm vest vorgesetzet hat in seinem Herzen, und wird nicht gedrungen, sondern ist seines Willens mächtig, und hat das in seinem Herzen beschlossen, daß er seine Jungfrau bewahren will, der thut wohl.

38. Derowegen, wer seine Jungfrau verheyrathet, der thut wohl: wer sie aber nicht verheyrathet, der thut besser.

39. Ein Weib ist an das Gesetz gebunden, so lang ihr Mann lebet: wenn aber ihr Mann entschlafen ist, so ist sie frey: und mag sich verheyrathen, mit wem sie will: allein, daß es im HErrn geschehe.

40. Sie ist aber seliger, wenn sie also bleibet, nach meinem Rath: ich halte es aber dafür, daß ich auch den Geist GOttes habe.

Das achte Capitel.

I. Paulus antwortet den Corinthern, es sey an ihm selbst zulässig, von den Speisen, so den Abgöttern geopfert, essen, weil die Abgötter wahrhaftig nichts sind. 4. II. Jedoch ist solches verbothen, wenn das Gewissen einen abhält, oder Aergerniß den Schwachen daraus entstehet. 7.

1. Von

ỳ. 28. *Si autem acceperis uxorem, non peccasti.* Hieron. Lib. 1. contr. Jovin. *Non illa virgo*, inquit, *quæ semet Dei cultui dedicavit.* Virgines enim, quæ post consecrationem nupserunt, non tam sunt adulteræ quam incestæ. *Tribulationem.* Dolores partus, & mille incommoda matrimonii, quæ quidem obstant, quominus pietati penitus incumbant. Ab iis vellem vos immunes esse: *Vobis parco.*

ỳ. 29. *Tamquam non habentes.* Ob brevitatem vitæ, non magnopere iis sint addicti.

ỳ. 31. *Præterit enim figura hujus mundi.* Græc. Σχῆμα. Species, dispositio, habitus. *Incassum cor quasi amantes figitis, dum fugit ipse, quem amatis.* Gregor. Pastor. part. 3. cap. 27.

ỳ. 32. *Volo autem vos sine solicitudine esse.* Velim, *vos esse sine solicitudine.* Unde & continentiam suadeo. Hieron. L. 1. adversus Jovin. *Ut nihil aliud esset, ut nulla merces amplior Virginem sequeretur, sufficeret hæc sola prælatio, cogitare, quæ Domini sunt.*

ỳ. 33. *Et divisus est.* In varias distractus curas.

ỳ. 35. *Non ut laqueum vobis injiciam.* Non ut vobis necessitatem imponam. *Dominum obsecrandi.* Vel observandi. Ut in obsequio assidui sitis. Græc *Assidui adesse Domino, sine distractione.*

ỳ. 36. *Si quis autem turpem se videri existimat.* Quod si quis in animum suum induxerit, sibi probro esse, quod filiam jam ætate provectam non collocet. *Et ita oportet fieri.* Quod filia nolit virginitatem servare. *Non peccat, si nubat.*

ỳ. 37. *Non habens necessitatem.* Eam collocandi in matrimonium. *Potestatem autem habens.* Nec movetur vulgi sermonibus, & huic proposito consentit filia. *Bene facit.*

ỳ. 39. *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir ejus vivit.* Matrimonii, vivente viro; adeo ut alteri nubere non possit, quamdiu vir ejus vivit: sed eo mortuo. *Liberata est a lege.* Græc. Libertatem habet nubendi, cui volet. *Tantum in Domino.* Secundum Dominum; Christiano, non infideli, castis & honestis nuptiis, juxta leges Christianæ religionis.

ỳ. 40. *Puto autem quod & ego Spiritum Dei habeam.* Ea voce utitur ex modestia: non enim dubitabat, quin Spiritu Dei ageretur in consiliis dandis. Simul id insinuat in consiliis, quæ dedit, sibi fidem potius adhibendam, quam iis, qui diversa consulebant.

1. Von dem Opfer aber der Abgötter, wissen wir, denn es ist uns allen bewußt. Das Wissen bläßt auf, aber die Liebe erbauet.

2. So sich aber jemand bedünken läßt, daß er etwas wisse, der erkennet noch nicht, wie es ihm gebühre zu wissen.

3. So aber jemand GOtt liebet, derselbige wird von ihm erkannt.

I. 4. Die Speisen aber belangend, welche den Abgöttern geopfert werden, da wissen wir, daß ein Abgott für nichts ist in der Welt, und daß kein anderer GOtt ist, ohne der einige.

5. Denn obwohl etliche sind, die Götter genennet werden, es sey im Himmel, oder auf Erden, (dieweil viele Götter, und viele Herren sind)

6. So haben wir doch nur einen GOtt, den Vater, von welchem alle Dinge sind, und wir zu ihm: und einen HErrn JEsum Christum, durch welchen alle Dinge sind, und wir durch ihn.

II. 7. Aber die Erkenntniß ist nicht in allen. Denn etliche machen ihnen noch bis auf diese Zeit ein Gewissen des Abgotts halben, und essen, als wann es den Abgöttern geopfert sey: also wird ihr Gewissen beflecket, dieweil es schwach ist.

8. Die Speise aber machet uns GOTT nicht angenehm. Denn so wir essen, so werden wir darum keinen Ueberfluß haben: so wir aber nicht essen, so wird uns darum nichts mangeln.

9. Sehet aber zu, daß diese eure Freyheit vieleicht den Schwachen nicht zur Aergerniß gerathe.

10. Denn wenn jemand einen, der die Erkenntniß hat, im Götzenhause zu Tische sitzen sehe: wird dann nicht sein Gewissen, dieweil es schwach ist, verursachet, das zu essen, was den Abgöttern geopfert ist?

11. Und wird also durch deine Erkenntniß der schwache Bruder verderbet, um welches willen Christus gestorben ist.

12. Wann ihr aber also wider die Brüder sündiget, und schlaget ihr schwaches Gewissen, so sündiget ihr wider Christum.

13. Derowegen wo die Speise meinen Bruder ärgert: so will ich in Ewigkeit kein Fleisch essen, auf daß ich meinen Bruder nicht ärgere.

Das neunte Capitel.

I. Paulus erzählet, wie er, Aergerniß zu vermeiden, keine Speise habe annehmen wollen, die man sonst den Predigern schuldig ist. 7. II. Wie die Corinther, nach seinem Exempel, allen sollen alles werden, wegen des Heils des Nächsten: 20. III. Und sollen eingedenk seyn, unser Leben sey gleich dem Laufen den Schranken, in welchen man allezeit nach dem Kleinod rennen und kämpfen muß. 24.

1. De iis autem, quæ idolis sacrificantur, scimus, quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat.

2. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognovit, quemadmodum oporteat eum scire.

3. Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

I. 4. De escis autem, quæ idolis immolantur, scimus, quia nihil est idolum in mundo, & quod nullus est Deus, nisi unus.

5. Nam etsi sunt, qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (siquidem sint dii multi, & domini multi)

6. Nobis tamen unus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & unus Dominus JESUS Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

II. 7. Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum, cum sit infirma, polluitur.

8. Esca autem nos non comendat DEO. Neque enim si manducaverimus, abundabimus: neque si non manducaverimus, deficiemus.

9. Videte autem, ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis.

10. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nonne conscientia ejus, cum sit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

11. Et *a* peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. *a Rom.* 14. 15.

12. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis.

13. Quapropter *b* si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem. *b Rom.* 14. 21.

CAPUT IX.

I. Paulus non accipiebat victum a Corinthiis, quibus concionabatur, ut omnem amputaret offendiculi occasionem. 7. II. Omnibus omnia factus est, quo plures ad Dei cultum adduceret: 20. III. Corinthios exhortans ad imitationem eorum, qui in stadio currunt, aut in agone certant, suum ait se domare corpus. 24.

1. Non

CAPUT VIII.

℣. 1. *Quæ idolis sacrificantur.* Consultus fuerat Apostolus, an liceret de idolothytis edere: erant enim qui sibi videbantur aliis peritiores, qui citra scrupulum & cum scandalo infirmorum idolothyta palam edere non dubitabant, de sua scientia nimirum præsumentes. Hunc abusum hoc in capite, & in duobus, quæ proxime sequuntur, evellere volens Apostolus, primum a præjudicata eorum opinione, qua de scientia sua nimium sibi tribuebant, eos deducit. *Scientiam habemus.* Qua novimus idola nihil esse. Verum id non sufficit: *nam scientia inflat*, cum sola est, & a charitate secreta. *Charitas vero ædificat.* Aliorum salutem promovet. *Scientiam habemus omnes.* Pars major fidelium.

℣. 2. *Si quis autem se existimat scire aliquid.* In quo sibi blandiatur, hic necdum scit, quis sit finis & usus scientiæ, ut scilicet aliis prosit, obsit nemini, nec de sua scientia superbiat.

℣. 3. *Si quis autem diligit Deum.* Deum & proximum propter Deum. *Hic cognitus est ab eo.* Approbatus ac dilectus.

℣. 4. *Scimus, quia nihil est idolum in mundo.* Nihil est in eo numinis, nihil divinum exprimit, aut repræsentat.

℣. 6. *Ex quo omnia.* Prodierunt. *Et nos in illum.* Redimus per veram religionem. *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Creata sunt, & nos per ipsum conditi sumus, & redempti. Hæc summa fidei nostræ, Deus Creator, unus Christus Redemptor: de Spiritu sancto non loquitur, de quo alibi sæpe.

℣. 7. *Sed non in omnibus est scientia.* Hæc scientia, quod idolum nihil sit; quidam autem cum conscientia erronea carnes idolis oblatas edunt, seu idolothyta, & repugnante conscientia manducant alienis exemplis inducti. Itaque propter infirmorum conscientiam, qua putant escas illas inquinatas esse, omnino ab iis abstinere debetis.

℣. 8. *Esca autem nos non commendat Deo.* Per se nos non commendat Deo: qui ex idolothytis edunt, non propterea Deo sunt gratiores. Unde ab iis facile possunt & debent abstinere, cum infirmis sint offendiculo. Abstinentia quidem sæpe est actus virtutis; sed esus idolothyti pietatem nostram non promovet: imo infirmis est ruinæ occasio.

℣. 10. *In idolio recumbentem.* In loco, ubi de idolothytis convivia faciebant. Nonne conscientia ejus ædificabitur. Nonne exemplo & libertate tua inficetur & provocabitur ad manducandam simili modo idolothyta. Nota esum idolothytorum non esse perpetuo prohibitum, neque omnibus, sed solis Antiochenis Christianis & eorum vicinis, uti patet e xv. 29. cap. 15. Act. & hoc ratione concordiæ Judæorum cum gentilibus.

℣. 11. *In tua scientia.* Per tuam scientiam.

℣. 12. *Percutientes conscientiam.* i. Vulnerantes per malum exemplum.

℣. 13. *Non manducabo carnem in æternum.* Paratus sum per totam vitam abstinere a carnibus potius quam fratribus infirmis esse offendiculo. Maligni & invidi sunt contemnendi, Christi exemplo Matth. 15. Sed cavendum, ne infirmis simus scandalo.

1. Non sum liber? Non sum Apostolus? Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in Domino?

2. Et si aliis non sum Apostolus, sed tamen vobis sum: nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino.

3. Mea defensio apud eos, qui me interrogant, hæc est:

4. Numquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi?

5. Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini & Cephas?

6. Aut ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi?

I. 7. Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

8. Numquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit?

a *Deut.*25 4. 1. *Tim.* 5. 18. 9. Scriptum est enim in lege Moysi: *a* Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura est Deo?

10. An propter nos utique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt. Quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.

b *Rom.* 15. 27. 11. Si *b* nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?

12. Si alii potestatis vestræ participes sunt, quare non potius nos? Sed non usi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi.

c *Deut.* 18. 1. 13. Nescitis *c* quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt? & qui altari deserviunt, cum altari participant?

14. Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.

15. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.

1. Bin ich nicht frey? Bin ich nicht ein Apostel? Habe ich nicht unsern HErrn JEsum Christum gesehen? Seyd ihr nicht mein Werk im HErrn?

2. Und wenn ich schon andern nicht ein Apostel bin, so bin ich es euch doch: denn ihr seyd das Siegel meines apostolischen Amtes im HErrn.

3. Bey denen, die mich fragen, verantworte ich mich also:

4. Haben wir nicht Macht, zu essen, und zu trinken?

5. Haben wir nicht Macht, ein Weib, die eine Schwester ist, mit herumzuführen, wie auch die andern Apostel, und die Brüder des HErrn, und Cephas?

6. Oder haben wir allein, ich und Barnabas, nicht Macht dasselbige zu thun?

I. 7. Wer ziehet immer zum Krieg auf seinen eigenen Sold? Wer pflanzet einen Weinberg, und isset nicht von seiner Frucht? Wer weydet eine Heerde, und isset nicht von der Milch derselbigen Heerde?

8. Rede ich solches nun auf Menschen Weise? Saget auch dieses nicht das Gesetz?

9. Denn es stehet geschrieben im Gesetz Moysi: Du sollst dem Ochsen, der drischet, das Maul nicht zubinden. Sorget dann GOtt für die Ochsen?

10. Oder saget er dasselbige nicht vielmehr um unsertwillen? denn es ist ja um unsertwillen geschrieben. Denn wer da pflüget, der soll in Hoffnung pflügen: und wer drischet, der thut es in Hoffnung, der Frucht theilhaftig zu werden.

11. So wir euch das Geistliche gesäet haben, ist es dann ein so großes Ding, wenn wir euer Fleischliches ärnten?

12. Und so andere diese Macht bey euch haben, warum nicht vielmehr wir? Aber wir haben uns solcher Macht nicht gebrauchet: sondern alles übertragen, damit wir dem Evangelio Christi keine Aergerniß machen.

13. Wisset ihr nicht, daß diejenigen, welche im Heiligthum das Werk verrichten, auch essen, was vom Heiligthum kömmt? und daß die dem Altar dienen, auch ihren Theil von dem Altar empfangen?

14. Also hat es auch der HErr für die verordnet, welche das Evangelium verkündigen, daß sie von dem Evangelio leben.

15. Ich aber habe mich deren keines gebraucht. So habe ich aber dieses nicht geschrieben, daß es also mit mir soll gehalten werden: denn sterben wäre mir viel besser, als daß mir jemand meine Ehre sollte zu nichts machen.

16. Denn

CAPUT IX.

℣. 1. *Non sum liber?* Objectionem occupat, durum esse libertate sua non uti in iis, quæ sunt concessa, ne infirmos offendamus; qui infirmi debent & falsas persuasiones exuere. Exemplo suo eos refellit, quave charitate, & œconomia erga infirmos usus fuerit, cum esset Apostolus, ostendit: sed prius Apostolatum suum, & potestatem sibi a Christo traditam adversus pseudo-apostolos constituit. *Non sum liber?* Non sum mei juris? *Non sum Apostolus?* Quod duplici probat argumento. *Nonne Christum Jesum Dominum nostrum vidi?* Qui me immediate misit. Deinde ex ipsa Corinthiorum ad fidem conversione id probat. *In Domino?* In iis, quæ ad Christianam pertinent religionem.

℣. 2. *Nam signaculum Apostolatus mei vos estis in Domino.* Quasi sigillum, quo litteræ mei Apostolatus sunt obsignatæ; apud quos Apostolatus opera gessi, ac dona Spiritus Sancti, quæ accepistis, sunt velut sigilla & characteres mei Apostolatus.

℣. 3. *Mea defensio apud eos.* Gr. Apologia hæc est apud eos, qui discutiunt, an sim Apostolus. Quæ apud vos per me Deus operatus est miracula, id ipsum evincunt.

℣. 5. *Numquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi.* Mulieres pias, qui Apostolis ministrabant, quales Christum sequebantur; qui mos erat Judæorum. Nota contra hæreticos, licet omnes antiqui Patres dicant S. Paulum non fuisse uxoratum, est tamen Clemens Alexandr. qui solus hoc cum S. Ignatio Martyre defendit. Sed hoc concesso, neutiquam favet hæreticis, cum ipsemet Clemens diserte asserat, Paulum post conversionem uxorem reliquisse; de S. Ignatii autem Epist. constat, Pauli nomen ejusdem Ignatii epistolæ clam a clericis græcis fuisse additum.

℣. 8. *Numquid secundum hominem hæc dico?* An tantummodo humanis rationibus hanc potestatem asserimus? An non potius jus illud lege ipsa sancitum est?

℣. 9. *Numquid de bobus cura est Deo?* An propter boves hæc facta est lex? An potius propter homines in sensu sublimiori, & intento a Spiritu sancto.

℣. 10. *In spe percipiendi fructus.* Supple, debet laborare.

℣. 12. *Si alii potestatis vestræ participes sunt.* Facultatum, aut bonorum vestrorum. *Sed non usi sumus.* Ne moram afferremus prædicationi Evangelii.

℣. 13. *Nescitis quoniam, qui in sacrario.* In templo, *operantur.* Bernardus de vita & mor. Cleric. *De altari, inquam, vivat, non superbiat, non luxurietur, denique non ditetur.*

℣. 14. *Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant.* Constituit, & eo præcepto ii tenentur, quibus Evangelium annuntiatur, Matth. 10. Bernardus ibidem: *Nec enim ordinavit Deus his, qui Evangelio serviunt, aut habere delicias, vel ornatum: sed vivere, ait Paulus, ex eo, ut videlicet sint contenti alimenta corporis, non ornamenta gulæ, aut incitamenta libidinis, & quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere.*

℣. 15. *Non autem scripsi hæc, ut ita fiant in me.* Ut mihi a vobis sumptus exhiberi velim. Id unum mihi assumo, hanc unam mihi tribuo gloriam ex meo ministerio.

16. Denn wenn ich das Evangelium predige, so habe ich keine Ehre: dieweil mir solches von Noth wegen obliget. Und wehe mir zwar, wenn ich das Evangelium nicht predigen würde.

17. Thue ich es aber willig, so habe ich Belohnung: thue ich es aber unwillig, so ist mir gleichwohl die Verwaltung vertrauet.

18. Was ist dann nun meine Belohnung? nämlich daß ich das Evangelium predige, und dasselbige ohne einige Kosten darstelle, damit ich meine Macht im Predigtamte des Evangelii nicht mißbrauche.

19. Denn als ich frey war von jedermann, habe ich mich allen zum Knechte gemacht, damit ich ihrer vielmehr gewinnen möchte.

II. 20. Also bin ich den Jüden wie ein Jüde worden, die Jüden zu gewinnen:

21. Denen, die unter dem Gesetz sind, bin ich worden, als wäre ich unter dem Gesetz (wiewohl ich nicht unter dem Gesetz war) diejenigen zu gewinnen, welche unter dem Gesetz waren. Denen, die ohne Gesetz waren, bin ich worden, als wann ich ohne Gesetz wäre (wiewohl ich nicht ohne GOttes Gesetz war: sondern ich war unter dem Gesetz Christi) diejenigen zu gewinnen, welche ohne Gesetz waren.

22. Den Schwachen bin ich schwach worden, die Schwachen zu gewinnen. Ja ich bin allen alles worden, damit ich sie alle selig machte.

23. Ich thue aber alles um des Evangelii willen, auf daß ich desselbigen theilhaftig werde.

III. 24. Wisset ihr nicht, daß die, so in den Schranken * laufen, die laufen wohl alle, aber einer bekömmt das Kleinod? laufet also, daß ihr es ergreifet. * Kampfplatz.

25. Ein jeglicher aber, der sich im Kampf bemühet, enthält sich von allen Dingen: und jene zwar, daß sie eine vergängliche Krone bekommen, wir aber eine unvergängliche.

26. Nun laufe ich also, nicht als aufs Ungewisse: ich streite also, nicht als einer, der Luftstreiche thut:

27. Sondern ich casteye meinen Leib, und bringe ihn unter die Dienstbarkeit: damit ich vielleicht nicht, wann ich andern geprediget habe, selbst verwerflich werde.

Das zehende Capitel.

I. Paulus mahnt die Corinther ab von der Unkeuschheit und Abgötterey, durch das Exempel derer, so von GOtt, wegen gemeldter Laster, gestraft worden. 7. II. Ermahnet sie, von den Speisen, so den Abgöttern geopfert, sich zu enthalten, wegen der Aergerniß, und alles zu GOttes Ehre, und Heil des Nächsten zu thun. 22.

1. Denn ich will euch nicht verhalten, liebe Brüder, daß unsere Väter alle unter der Wolke gewesen sind, und daß sie alle durchs Meer gegangen sind:

16. Nam si evangelizavero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non evangelizavero.

17. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem invitus, dispensatio mihi credita est.

18. Quæ est ergo merces mea? ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate mea in Evangelio.

19. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me servum feci, ut plures lucrifacerem.

II. 20. Et factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrarer:

21. Iis, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem (cum ipse non essem sub lege) ut eos, qui sub lege erant, lucrifacerem. Iis, qui sine lege erant, tamquam sine lege essem (cum sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) ut lucrifacerem eos, qui sine lege erant.

22. Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos.

23. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps ejus efficiar.

II. 24. † Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? sic currite, ut comprehendatis. † *DOM SEPTUA.*

25. Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

26. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aërem verberans:

27. Sed castigo corpus meum, & in servitudem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.

CAPUT X.

I. Exemplo veterum Hebræorum docet etiam nunc punendos, qui cultu idolorum vel scandalo esu idolothytorum se contaminant. 7. II. Vel qui scandalum afferunt infirmis, si videantur aliquid idolis deferre. 22.

1. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes *a* sub nube fuerunt, & omnes *b* mare transierunt: *a Exod.* 13. 21. *Num.* 9. 21. *b Exod.* 14. 22.

2. Et

---

†. 16. *Non est mihi gloria.* Non est, cur gloriari possim, qui ad hoc ministerium ex mera Dei gratia vocatus sum: quod jubeor facere, id facio. *Necessitas enim mihi incumbit.* Ne ut servus inutilis abjiciar. *Væ enim mihi si non evangelizavero.* Cum sim pastor a Deo constitutus, cui munus pascendi est impositum: sed majorem recipiam mercedem, si ultro & volens hoc munere defungar. *Si autem invitus.* i. e. Justus, & ex mandato, nihil est cur glorier: sed munus mihi impositum exequi debeo.

†. 18. *Quæ est ergo merces mea?* Quod meritum singulare, nempe ut gratuito & sine sumptu prædicem Evangelium. *Ut non abutar potestate mea.* Libertate sumptus exigendi, quod Evangelii fructum remorari potuisset. Sed non de hoc tantummodo jure decedere volui, quin & memetipsum vobis addixi, & meam libertatem ultro abdicavi.

†. 19. *Nam cum liber essem ex omnibus.* Ab omnibus; cum nulli essem obnoxius.

†. 22. *Omnibus omnia factus sum.* Judæis, quasi essem sub lege, gentilibus, qui sine lege, quasi sine lege forem, omnibus compatiens, omnium moribus, humoribus, desideriis, quantum fas erat, me contemperans, & eorum commodis deserviens. Aug. Epist. 9. *Non metiendo, sed compatiendo, non simulantis æstu, sed commiserantis affectu.*

†. 23. *Omnia autem facio propter Evangelium.* Propagandum. *Ut ejus particeps efficiar.* Ut assequar ea bona, quæ promittit, ut fructus ejus percipiam, Evangelium annuntians.

†. 24. *Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt.* Christianos, qui in cœlum contendunt, cum athletis comparat, ex quibus pauci præmium propositum consequuntur, & ii soli, qui perseveranter ad metam sibi propositam perveniunt. *Ut comprehendatis.* Assequamini.

†. 25. *Omnis autem, qui in agone contendit.* Gr. In publico aliquo certamine. *Ab omnibus se abstinet.* Temperanter vivit, cibis & rebus omnibus parce utitur. Alludere videtur ad olympica certamina, quæ Corinthi celebrabantur, in quibus pugiles decertabant. *Ab omnibus.* Quæ obesse possunt.

†. 26. *Non quasi aërem verberans.* Sed certis ictibus hostem meum, seu carnem, ferio & subigo. Hac similitudine ostendit, quam pauci sint, qui ad destinatum præmium magnis laboribus perveniant, quod capite sequenti usque ad vers. 14. prosequitur; ne Corinthii superbia elati inertem vitam agant.

†. 27. *Ne forte - ipse reprobus efficiar.* Dignus, qui ejiciar, si vivendi ratio verbis non respondeat.

CAPUT X.

†. 1. *Nolo enim vos ignorare.* Quod in extrema parte superioris capitis proposuit, id probat exemplo Israelitarum, qui ex Ægypto sunt educti, ut terram promissam adirent, quique variis a Deo beneficiis affecti Christianorum statum figurabant. *Sub nube.* Quæ tabernaculum & populum ab æstu solis defendebat, ac Dei singularem in eos providentiam & curam exprimebat.

2. Et omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari:

c *Exod.* 16. 15. 3. Et *c* omnes eandem escam spiritalem manducaverunt,

d *Exod.* 17. 6. *Num.* 20. 11. 4. Et *d* omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de spiritali, consequente eos petra: petra autem erat Christus.)

e *Num.* 26. 64. 65. 5. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo: *e* nam prostrati sunt in deserto.

6. Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut † non simus concupiscentes malorum, *f* sicut & illi concupierunt.

† *DOM.* 9. *POST PENT.*

f *Ps.* 105. 14.

7. Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodum scriptum est: Sedit *g* populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.

g *Exod.* 32. 6.

h *Num.* 25. 1. 8. Neque fornicemur, sicut *h* quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia.

i *Num.* 21. 5. 6. 9. Neque tentemus Christum: sicut *i* quidam eorum tentaverunt, & a serpentibus perierunt.

k *Num.* 11. 1. & 14. 1. & 16. 3. 10. Neque *k* murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.

11. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.

12. Itaque, qui se existimat stare, videat, ne cadat.

13. Tentatio vos non apprehendat nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.

14. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura.

15. Ut prudentibus loquor: vos ipsi judicate, quod dico.

16. Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

17. Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes, qui de uno pane participamus.

2. Und alle durch Moysen unter der Wolke, und im Meere sind getaufet worden:

3. Und daß sie alle einerley geistliche Speise gessen,

4. Und alle einerley geistlichen Trank getrunken haben: (sie tranken aber von dem geistlichen Felsen, der ihnen folgete: der Felß aber war Christus.)

5. Aber an vielen unter ihnen hatte GOtt kein Wohlgefallen: denn sie sind in der Wüste niedergeschlagen worden.

6. Dieses ist uns aber zum Vorbild geschehen, damit wir uns des Bösen nicht gelüsten lassen, wie jene ihre Lüste gehabt haben.

7. Werdet auch nicht Diener der Abgötter, wie etliche von jenen: wie geschrieben stehet: Das Volk satzte sich nieder zu essen, und zu trinken, und stund auf zu spielen.

8. Lasset uns nicht Hurerey treiben, wie etliche aus ihnen Hurerey trieben, und fielen auf einen Tag drey und zwanzig tausend.

9. Lasset uns auch Christum nicht versuchen: wie ihn etliche unter ihnen versucht haben, und sind von den Schlangen umgebracht worden.

10. Murret auch nicht, wie etliche unter ihnen murreten, und wurden von dem Verderber umgebracht.

11. Aber alle diese Dinge widerfuhren ihnen in einer Figur: sie sind aber geschrieben uns zur Besserung, auf welche das Ende der Welt gekommen ist.

12. Derowegen, wer sich bedünken läßt, daß er stehe, der sehe zu, daß er nicht falle.

13. Lasset euch keine Versuchung ergreifen, sie sey dann menschlich: GOTT aber ist getreu, der euch nicht wird versuchen lassen über euer Vermögen, sondern wird auch mit der Versuchung ein gutes Auskommen machen, damit ihr es ertragen könnet.

14. Darum ihr meine Liebsten fliehet von dem Dienste der Abgötter.

15. Als mit den Klugen rede ich: richtet ihr selbst, was ich sage.

16. Der Kelch der Benedeyung, den wir segnen, ist der nicht die Gemeinschaft des Blutes Christi? und das Brod, das wir brechen, ist das nicht die Gemeinschaft des Leibes des HErrn?

17. Denn wir viele sind ein Brod und ein Leib, alle nämlich, die wir eines Brodes theilhaftig werden.

18. Sehet

℣. 2. *Et omnes in Moyse baptizati sunt.* Græc. *In Moysen.* Duce Moyse: typice sunt baptizati *in nube*, quæ Spiritus sancti gratiam. *Et in mari.* Quod aquas Baptismi exprimebat.

℣. 3. *Et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt.* Manna e cœlo demissum, Eucharistiæ typum; unde & esca spiritalis dicitur, uti & aqua, quæ e rupe manavit: utraque corporis & sanguinis Domini figura fuit mystica. *Consequente eos petra.* Gr. *Per totum iter comitante.* Quod aquæ, quas fundebat petra percussa in rivos divisæ longo itinere profluerent. Ps. 77. *Et deduxit tamquam flumina aquas, & torrentes inundaverunt.* Non Petra eos consequebatur, sed Christus in petra figuratus. Unde mox subdit: *Bibebant autem de spiritali.* Id est, credebant in Christum, in eum sperabant. *Petra autem erat Christus.* De cujus latere in cruce percussio sanguis & aqua exierunt, quibus potati sumus, & redempti, ac cœlestis gratiæ aqua viva in nos exundavit. *Beneplacitum est Deo.* Tot affecti beneficiis in terram promissionis non pervenerunt, nisi Josue & Caleb.

℣. 6. *Hæc autem in figura facta sunt nostri.* Ut ab eorum vitiis abstineamus: alioquin in deserto perpetuæ vastitatis perituri.

℣. 9. *Neque tentemus Christum.* Diffidentia, ut Israelitæ, qui Deum, & suum ducem tentaverunt, cum dixerunt: *Cur eduxit nos de Ægypto?* Quasi experiri illius potentiam volentes. *Tentaverunt.* Adeo ut supplendum sit. *Eum.* i. e. Christum Dominum.

℣. 11. *Pervenerunt.* Qui ad ultimam mundi ætatem devenimus.

℣. 12. *Videat, ne cadat.* Alienis exemplis sapiat.

℣. 13. *Tentatio.* Leves & humanas non experiri est impossibile: sed eas non foventis, ne fiant penitus insuperabiles. Græc. *Non vos apprehendit.* Nondum experti estis vehementes tentationes; & tamen in Deo confidite. *Sed faciet.* Felicem dabit exitum; adeo ut nullum ex tentatione damnum, sed potius lucrum reportemus.

℣. 14. *Fugite ab idolorum cultura.* Iterum ab idolothytis, & ab omni specie idololatriæ eos deterret, vel ex eo maxime, quod in quavis religione, quicumque ex immolatis edit, altaris, & cultus illius religionis particeps fiat; idque ex cultu Christianæ religionis probat.

℣. 15. *Ut prudentibus loquor.* Theodor. *Una cum laude affert reprehensionem bonis verbis, ut ea bene accipiantur.*

℣. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus.* Quem cum gratiarum actione sumimus; vel calix, qui prius benedicitur, quam consecretur, & sumatur. *Frangimus.* Seu corpus Christi, quod sub specie panis sumimus, nonne declarat nos communicare cum vero Christi corpore, & vero ejus sanguine? Sacrificia infidelium cum sacrificio Christianorum, altare cum altari, calicem cum calice comparat, & instar principii id ponit, Eucharistiam verum esse Sacramentum, & sacrificium, ac communionem corporis & sanguinis Domini. Chrysost. in hunc locum, valde fideliter dixit & terribiliter; hoc est autem quod dicit: *Id quod est in calice, est id, quod fluxit a latere, & illius sumus participes . . . Qui amant quidem, in possessionibus, pecuniis & vestibus suorum ostendunt liberalitatem, & magnificentiam, in sanguine autem nullus unquam: quod tamen Christus fecit in hoc Sacramento, ut amorem suum in nos ostenderet.* *Participamus.* Gr. Nam participamus.

℣. 17. *Unum corpus multi sumus omnes, qui de uno pane participamus.* Quæ communicatio adeo est vera & realis, ut omnes, qui eundem panem manducamus, idem corpus mysticum efficimur. Hinc concludendum reliquit, eos, qui idolothyta comedunt, participes fieri sacrificii idolis oblati; ut qui de pane Eucharistico edunt, ii fiunt participes sacrificii Eucharistici. Chrysost. *Quid autem fiunt, qui sumunt corpus Christi? non corpora multa, sed unum corpus.*

18. Sehet Israel nach dem Fleische an: sind nicht diejenigen, welche die Opfer essen, des Altars theilhaftig?

19. Was ist dann? sage ich, daß etwas sey das Opfer der Abgötter? oder daß der Abgott etwas sey?

20. Sondern was die Heyden opfern, das opfern sie den Teufeln, und nicht GOtt. Ich will aber nicht, daß ihr euch in die Gemeinschaft der Teufel begebet: ihr könnt nicht zugleich trinken den Kelch des HErrn, und den Kelch der Teufel:

21. Ihr könnet auch nicht des Tisches des HErrn theilhaftig seyn, und des Tisches der Teufel.

II. 22. Oder wollen wir den HErrn reitzen? Sind wir stärker, dann er ist? Es ist mir wohl alles erlaubet, aber es nützet nicht alles.

23. Alles ist mir wohl erlaubet, aber es erbauet nicht alles.

24. Niemand suche, was sein ist, sondern was eines andern ist.

25. Alles, was auf dem Fleischmarkt feil ist, das esset, und fraget nicht nach um des Gewissens willen.

26. Die Erde ist des HErrn, und alles, was darinnen ist.

27. So euch jemand von den Unglaubigen ladet, und ihr wollet dahingehen, so esset alles, was euch vorgesetzet wird, und fraget nicht nach um des Gewissens willen.

28. Wenn aber jemand sagen würde: dieses ist den Abgöttern geopfert: so esset es nicht, um dessen willen, der es angezeiget hat, und um des Gewissens willen:

29. Ich sage aber nicht von deinem, sondern von des andern Gewissen: denn warum wird meine Freyheit von eines andern Gewissen geurtheilet?

30. Wenn ich es dann mit Dankfagung genieße, was werde ich dann gelästert über dem, dafür ich Dank sage?

31. Ihr esset, oder trinket, oder thut etwas anders: so thut alles zu der Ehre GOttes.

32. Seyd ohne Aergerniß den Jüden, und den Heyden, und der Kirche GOttes:

33. Gleichwie ich mich auch jedermann in allerley gefällig mache, und suche nicht was mir, sondern was vielen nützet: damit sie selig werden.

Das eilfte Capitel.

I. Die Männer sollen mit bloßem, die Weiber aber mit bedecktem Haupte beten. 1. II. Mißbräuche bey dem Abendmahl, indem etliche im vorhergehenden gemeinen Abendmahl sich mit Trunkenheit überladen, und die Armen davon ausschlossen. 17. III. Erkläret die Einsetzung des heiligen Abendmahls, und wie man dasselbige würdiglich genießen soll. 23.

18. Videte Israel secundum carnem: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

19. Quid ergo? dico, quod idolis immolatum sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid?

20. Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum:

21. Non potestis Mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

II. 22. An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? Omnia *l* mihi licent, sed non omnia expediunt. *l Supr. 6. 12.*

23. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

24. Nemo, quod suum est, quærat, sed quod alterius.

25. Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

26. Domini *m* est terra, & plenitudo ejus. *m Psal. 23. 1.*

27. Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

28. Si quis autem dixerit: hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicavit, & propter conscientiam:

29. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius: ut quid enim libertas mea judicatur ab aliena conscientia?

30. Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?

31. Sive *n* ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. *n Coloss. 3. 17.*

32. Sine offensione estote Judæis, & Gentibus, & Ecclesiæ Dei:

33. Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi utile est, sed quod multis: ut salvi fiant.

CAPUT XI.

I. Vir aperto, mulier autem velato debet orare capite. 1. II. Corinthios reprehendit, quod ad celebrandam cœnam Dominicam invicem non expectarent; sed inter se dissiderent. 17. III. Refert Sacramenti Eucharistiæ a Christo institutionem, & scelus ac pœnam indigne ad illud accedentium. 23.

℣. 18. *Videte Israel secundum carnem.* Idipsum illustrat ex cultu Judaico. *Participes.* Nonne ostendunt se colere eum Deum, cujus est altare, & in ejus societatem venire? Quæ argumentatio Apostoli probat per esum idolothytorum, altaris & cultus idolorum eos quodammodo participes fieri, eaque hoc nititur principio: corporis & sanguinis Christi Domini participationem veram esse & realem, ut participatio cruenti Judæorum sacrificii est realis. Quod si participatio illa in typicam, quæ fit per fidem tantummodo, commutetur, nulla erit Apostoli consecutio.

℣. 21. *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Altaris dæmoniorum: ergo mensa Domini est ipsum altare, in quo offertur corporis & sanguinis Domini sacrificium: mensa itidem est, cum sumitur ut Sacramentum.

℣. 22. *An æmulamur Dominum?* Gr. An illum ad zelum & iram provocare volumus? *Omnia mihi licent.* Rem esse licitam obtendebant. *Sed non omnia expediunt.* Habita ratione temporis, loci, & personarum.

℣. 23. *Sed non omnia ædificant.* Nec licent, cum utilitati proximi adversantur. Is enim ædificari debet, non offendi.

℣. 24. *Nemo, quod suum est, quærat.* Nemo vesci velit idolothytis cum aliorum offensione.

℣. 25. *Omne, quod in macello venit, manducate.* Eo utitur temperamento, ut securitati infirmorum caveat: ne scrupulose quærant, unde carnes illæ, quæ veneunt in macello, prodierint: cum cuncta ad Dominum pertineant; id cavendum ne conscientia cujusquam, vel tua ipsa lædatur.

℣. 27. *Si quis vocat vos infidelium.* Ex Herodoto, Eusebio, & S. Aug. constat, quod sacerdotes etiam carnes idolis immolatas ad macellum miserint divendendas; has tamen Apostolus licitas esse ait, quia nullum suberat scandalum.

℣. 28. *Et propter conscientiam.* Ejus scilicet, qui indicavit carnes esse immolatitias, vel propter infirmi conscientiam, abstinendum. *Et propter conscientiam.* Particula *Et* idem exprimit, atque *id est;* explicationis vim habet, non conjunctionis.

℣. 29. *Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.* Qui te admonuit: non enim libertate mea uti debeo in fratris mei scandalum.

℣. 30. *Quid blasphemor pro eo, quod gratias ago?* Cur tamquam idololatra traducor? In his & superioribus ostendit se idolothyta non prohibere, nisi quatenus suspicionem afferunt cultus idolorum, & infirmi offenduntur. Si per Dei gratiam quolibet cibo vesci possum, & pro hac libertate gratias Deo ago, quid est cur blasphemer? Quid me sino blasphemari, & male audire apud Gentiles? qui, ut ait Chrysost. videntes Christianos idola aversari, & tamen ad eorum mensas accurrere, accusabant eos simulationis & gulæ. Vel etiam apud fideles, qui propterea me condemnant, sicque objectioni occurrit: sed charitati imprimis vult habendam esse rationem, quæ omnia ad Dei gloriam & proximi ædificationem revocat.

℣. 31. *Omnia in gloriam Dei facite.* Cuncta ex ejus amore profluunt, cuncta ex amore nostro ad eum sunt referenda; de omni bono opere laudetur Deus.

℣. 33. *Placeo.* Ut veritas ipsa placeat.

1. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

2. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

a Ephes. 5. 23. 3. Volo autem vos scire, quod *a* omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput vero Christi, DEUS.

4. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

5. Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum: unum enim est, ac si decalvetur.

6. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.

b Gen. 1. 26. 7. Vir quidem non debet velare caput suum, quoniam *b* imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est.

8. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

c Gen. 2. 23. 9. Etenim *c* non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

10. Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

11. Verumtamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino.

12. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

13. Vos ipsi judicate: decet mulierem non velatam orare Deum?

14. Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:

1. Seyd meine Nachfolger, wie ich auch Christi Nachfolger bin.

2. Ich lobe euch aber, liebe Brüder, daß ihr meiner ingedenk seyd: und haltet meine Gebothe, wie ich sie euch vertraut habe.

3. Ich will euch aber nicht verhalten, daß Christus eines jeglichen Mannes Haupt ist: der Mann aber ist des Weibes Haupt: aber Christi Haupt ist GOtt.

4. Ein jeglicher Mann, der bethet oder weissaget mit bedecktem Haupte, der schändet sein Haupt.

5. Ein jegliches Weib aber, so bethet, oder weissaget mit unbedecktem Haupte, die schändet ihr Haupt: denn es ist eben so viel, als wann sie kahl geschoren wäre.

6. Denn so sich ein Weib nicht bedecket, so schere man ihr das Haar ab. Ist es aber einem Weibe schändlich, wann sie beschoren, oder kahl gemacht wird, so bedecke sie ihr Haupt.

7. Der Mann zwar soll sein Haupt nicht bedecken, dieweil er GOttes Bild und Ehre ist: das Weib aber ist des Mannes Ehre.

8. Denn der Mann ist nicht vom Weibe, sondern das Weib ist von dem Manne hergekommen.

9. Denn der Mann ist nicht geschaffen um des Weibes willen, sondern das Weib um des Mannes willen.

10. Darum soll das Weib einen Schleyer auf dem Haupte haben, um der Engel willen.

11. Gleichwohl ist weder der Mann ohne das Weib, noch das Weib ohne den Mann im HErrn.

12. Denn gleichwie das Weib vom Manne ist, also ist der Mann durch das Weib: aber alles ist aus GOtt.

13. Urtheilet ihr selbst: stehet das wohl, daß ein Weib unbedeckt zu GOtt bethe?

14. Lehret euch nicht die Natur selbst, daß es einem Manne eine Schande ist, wenn er er lange Haare zeuget: *

* ziegelt.

15. Wenn

CAPUT XI.

℣. 1. *Imitatores mei estote.* Hic versiculus ad superioris capitis finem pertinet. *Imitatores mei estote.* In eo maxime, quod non meam, sed aliorum utilitatem quæro. Chrysost. *Nihil enim æque potest facere imitatorem Christi, ac curam gerere proximorum.*

℣. 2. *Laudo autem vos.* Quod multi ex iis doctrinam ejus servarent. *Præcepta.* Gr. παραδόσεις. Traditiones, seu instituta, quæ vobis tradidi. Omnes quidem eas traditiones, aut præcepta non servaverant; eos tamen universim laudat. *Sic enim*, inquit Chrysost. *& auditores fortiores reddebat, ac firmiores, & eorum, qui adversabantur, detrahebat fastum.* Hac præmissa præfatiuncula, alium, qui obrepserat, abusum reprehendit, qui in eo positus erat, quod mulieres aperto capite in Ecclesia aut prophetarent, aut Scripturas interpretarentur. Id vero & naturæ ipsi, & receptæ ubique consuetudini adversari docet, atque hoc velut fundamentum ponit Christum esse caput viri, & virum mulieris.

℣. 3. *Quod omnis viri caput Christus est.* Qui virum regit, huic imperat, ac per Spiritum sanctum motas omnes efficit, & in sensus influit, ut caput in membra corporis; atque in similem fere modum vir est caput mulieris, quatenus mulier viro subjecta ab eo regitur: caput vero Christi, quatenus est Homo-Deus. Etsi Pater quoque dici potest caput Christi ratione principii, licet Christus Filius ejusdem sit essentiæ cum Patre, & illi consubstantialis, ut docet Chrysost. caput autem est ejusdem essentiæ, cujus corpus: caput autem Christi est Deus. Sed ut optime advertit Theodoretus, Paulus, non divina decreta tradens, neque Theologia utens, aut de divinitate loquens, hunc ordinem composuit, quo nimirum ritu viros & mulieres orare in Ecclesia oporteat. *Omnis viri caput.* Omnium fidelium, de quibus loquitur.

℣. 4. *Omnis vir orans aut prophetans velato capite deturpat caput suum.* In cœtu publico aut prophetans, seu divina mysteria edisserens, velato capite, deturpat caput suum, dedecore afficit: caput autem illud, vel est ipsius hominis, vel Christus ipse, cui injuriam facit, quod id sit indecens: cumque immediate Christo subjaceat, hoc velamine profitetur se uxori subesse: nam velamen tum temporis subjectionem ex omnium consensu indicabat.

℣. 5. *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum.* Contra, si mulier oret in cœtu publico non velato capite. *Deturpat caput suum.* Et ignominia afficit, aut virum ipsum, cum hoc signo subjectionem ejus excutiat, aut caput proprium: nam perinde est. *Ac si decalvetur.* Seu radatur. Tam enim indecorum est mulieri sic orare in cœtu publico, quam tonsam incedere. Id quippe est mulieri pepium, quod naturale capillorum velum. Hanc videtur mulieribus optionem dare, ut orent velato capite, aut radantur: quod utique valde exhorrebant. Capilli enim sunt a natura concessi tamquam naturæ monitum quoddam, id omnino decere, ut velo caput tegant, quod pudor & honestas imponunt. Illud judicabat Apostolus valde interesse ad salutem cum mulierum, tum virorum; ut mulieres magnam in vestibus modestiam ostenderent. *Orans, aut prophetans.* In publico cœtu psalmos aut cantica recitans.

℣. 7. *Vir quidem non debet velare caput suum.* Virum inter & mulierem hoc discriminis ponit. *Quod vir sit imago & gloria Dei.* Imago est Dei non tantum ob animam intellectualem (sic enim mulier est etiam imago & gloria Dei) sed ob principatum in cuncta viventia; atque in hoc principatu elucet imago & gloria Dei. Mulier autem gloria viri est, subjectionis suæ professione. Quod probat ex ipsa mulieri ob peccatum pœna a Deo inflicta: nam si virum non seduxisset, in omnibus viro æquaretur: post peccatum merito audit, ait Chrysost. *Ad virum tuum conversio tua.* Quamquam id quoque probat ex creatione mulieris.

℣. 8. *Sed mulier ex viro.* Nam mulier e viro formata est in ejus adjutorium, ad vitæ societatem, & prolis propagationem: unde in viri gloriam creata est, non vicissim: siquidem vir est origo & finis mulieris. Sed & mulieris modestia, viri gloria est, cum castitatis sit indicium.

℣. 10. *Ideo debet mulier potestatem habere super caput.* Decet mulierem velamen gestare, quod signum est potestatis viri in mulierem. *Propter Angelos.* Qui sacris intersunt cœtibus, & testes sunt pudoris mulierum; vel ut aliis videtur, propter sacerdotes & ministros Ecclesiæ, quos mulierum inverecundia offenderet, ii vero sunt velut Angeli a Deo missi. Quamquam ut Christianis, sic Judæis persuasum est, Angelos ut Dei ministros actionibus nostris & cœtibus interesse. *Potestatem habere.* Signum subjectionis: res significata pro signo.

℣. 14. *Nec ipsa natura docet vos.* Id quoque ex recepta ubique consuetudine a natura ipsa profecta ostendit, non decere mulierem non velato capite orare: cum mulieribus capilli instar velamenti dati sint, non item viro. *Qui si comam nutriat, ignominia est illi.* Nam capillitium longius mollis animi indicium præbet. Contra in muliere, *si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.* Quod tamen aliud exigit velamen ab ipsa natura insinuatum: nam ut pulchre Tertull. L. de veland. virg. cap. 15. *Scriptura legem condidit, natura contestatur, disciplina exigit.*

15. Wenn aber ein Weib lange Haare zeuget, das ist ihr eine Ehre: denn die Haare sind ihr zur Decke gegeben.

16. Ist aber jemand unter euch, der Lust zu zanken hat, der wisse, daß wir diese Weise nicht haben, auch nicht die Kirche GOttes.

II. 17. Aber dieses ist mein Befehl, und lobe immittelst nicht, daß ihr nicht auf bessere, sondern auf ärgere Weise zusammenkommet.

18. Denn erstlich zwar, wann ihr in der Gemeinde zusammenkommet, so höre ich, daß Spaltungen unter euch sind, und zum Theil glaube ich es.

19. Denn es müssen auch Ketzereyen seyn, auf daß diejenigen, so bewährt sind, unter euch offenbar werden.

20. Wann ihr nun zusammenkommet, so hält man nicht des HErrn Abendmahl:

21. Sondern ein jeder unterstehet sich sein eigenes Abendmahl zuvorzuessen. Und einer ist hungerig, der andere ist trunken.

22. Habt ihr dann nicht Häuser, wo ihr essen und trinken möget? oder verachtet ihr die Kirche GOttes, und verschmähet diejenigen, die nichts haben? Was soll ich euch sagen? soll ich euch loben? hierinnen lobe ich euch nicht.

III. 23. Denn ich habe es von dem HErrn empfangen, das ich euch auch übergeben habe: denn der HErr JEsus in der Nacht, da er verrathen ward, nahm er das Brod,

24. Und danket, und brach es, und sprach: Nehmet hin, und esset: das ist mein Leib, der für euch gegeben wird: solches thut zu meinem Gedächtniß.

25. Desgleichen auch den Kelch, nachdem er das Nachtmahl gehalten, und sprach: Dieser Kelch ist das neue Testament in meinem Blut. Solches thut, so oft ihr trinket, zu meinem Gedächtniß.

26. Denn so oft ihr dieses Brod essen werdet, und diesen Kelch trinken, sollt ihr den Tod des HErrn verkündigen, bis daß er kömmt.

27. Derowegen, wer unwürdiglich dieses Brod essen, oder den Kelch des HErrn trinken wird, der wird schuldig seyn an dem Leibe und Blute des HErrn.

28. Der Mensch aber prüfe sich selbst: und also esse er von diesem Brod, und trinke aus diesem Kelch.

15. Mulier vero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.

16. Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

II. 17. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius convenitis.

18. Primum quidem convenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.

19. Nam oportet & hæreses esse, ut &, qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

20. † Convenientibus ergo vobis in unum, jam non est Dominicam cœnam manducare: † *FER. 5. IN COENA DOMINI.*

21. Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

22. Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? laudo vos? in hoc non laudo.

III. 23. † Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, † *SS. SACRAMENTI.*

24. Et gratias agens fregit, & dixit: *d* Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. *d Matth. 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 17.*

25. Similiter & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

26. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.

27. Itaque *e* quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis, & sanguinis Domini. *e Joan. 6. 59.*

28. *f* Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. *f 2. Cor. 13. 5.*

29. Qui

℣. 16. *Nos talem consuetudinem non habemus.* Contradicendi, vel quod mulier oret sine velamine, & aperto capite. Omnem amputat disceptationi locum ex recepta Ecclesiarum consuetudine. Quid ergo dicturi sunt, qui universæ Ecclesiæ consuetudines rejiciunt, neque Ecclesiæ Dei ubique diffusæ acquiescunt? Chrysost. Est ergo contentionis, non rationis, his resistere & contendere. *Ecclesia Dei.* Gr. Ecclesiæ.

℣. 17. *Hoc autem præcipio.* Gr. Hoc autem præcipiens, ne mulieres aperto capite orent; simul valde improbo alium quorumdam abusum multo deteriorem. *Quod non in melius, sed in deterius convenitis.* Adeo ut cœtus vestri sæpe plus detrimenti quam emolumenti afferant.

℣. 18. *Audio scissuras esse inter vos.* Græc. *Schismata.* Dissensiones; quibus de rebus inter se dissentirent, Apostolus non declarat.

℣. 19. *Nam oportet & hæreses esse.* Tam in fide, quam in moribus. *Ut qui probati sunt.* Qui firmi sunt & stabiles, *manifesti fiant in vobis.* Particula *ut* eventum, non causam designat. Qua quidem ratione videtur innuere dissensiones illas circa mysteria ipsa & eorum fidem ibi ortas esse: unde institutionem Eucharistiæ refert ex ordine, & nuda fidei expositione disceptationes omnes elidit. Theodoretus tamen post Chrysostomum existimat per hæreses intelligi contentiones, non diversitates dogmatum. Quidam graviter errabant, sed magis ex ignorantia, quam ex pervicacia; & tamen hæreses cedunt in bonum Ecclesiæ, ut præter cæteros docet Aug. L. 16. de civit. cap. 2. *Multa quidem ad fidem Catholicam pertinentia, dum hæreticorum calliditas inquietudine exagitantur, ut adversus eos defendi possint, & considerantur diligentius, & intelliguntur clarius, & instantius prædicantur, & ab adversario mota quæstio discendi existit occasio.*

℣. 21. *Unusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum.* Ante Eucharistiæ sumptionem, communem cœnam instruebant divitibus & pauperibus communem, Christum imitantes: sed has agapas aut charitatis convivia non, ut par erat, celebrabant: divites cum aliis divitibus cœnabant, exclusis pauperibus. *Ebrius.* i. e. Large epulatur. *Domos.* Si epulari vultis, cur privatim id domi non facitis? Cur his comessationibus Ecclesiam profanatis, aut contemnitis, & pauperes cum ignominia rejicitis?

℣. 22. *Laudo vos?* Quod conveniatis in unum. *In hoc non laudo.* Quod pauperes contemnatis, & laute in Ecclesia epulemini: nam mysterio corporis & sanguinis Domini ea ratione injuriam facitis.

℣. 23. *Ego enim accepi a Domino.* Per revelationem accepi, quod vos docui viva voce, cum apud vos essem.

℣. 24. *Et gratias agens fregit.* Cum gratias egisset. *Quod pro vobis tradetur.* Gr. κλώμενον. Frangitur, quod frangendo nunc distribuitur, idem corpus tradetur in mortem. *Hoc facite in meam commemorationem.* Quod nunc facio, id a vobis fieri volo in memoriam passionis & mortis meæ, in qua sanguis a corpore fuit divisus.

℣. 25. *Similiter & calicem.* Accepit. *Testamentum.* Confirmat & continet novum Testamentum meo sanguine obsignatum: id meo sanguine, qui hoc continetur calice, sancitur. *Hoc facite.* Vos Apostoli & sacerdotes, consecrate, offerte, sumite, id facite, quod jam feci.

℣. 26. *Mortem Domini annuntiabitis donec veniat* Gr. καταγγέλλετε, *annuntiatis.* Ecclesia ubique & perpetua successione per hoc Sacramentum annuntiat, & repræsentat mortem Christi ad extremum usque judicium, adeo ut hic sacer ritus ad mundi usque finem sit duraturus.

℣. 27. *Itaque quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne.* Hinc colligitur, 1. sub una specie sumi posse Sacramentum; 2. eum qui conscius est peccati mortalis, & irreverenter accedit, reum esse corporis & sanguinis Domini violati & indigne susceptí. Petrus Blesensis Epist. 123. *Quam perditus ergo es, qui redemptionem in perditionem, qui sacrificium in sacrilegium, qui mysterium in parricidium, qui vitam convertit in mortem?*

℣. 28. *Probet autem seipsum homo.* Examinet se, utrum digne sit dispositus ad tanta mysteria. Et si quid,

quod

29. Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

30. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

31. Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur:

32. Dum judicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.*

33. Itaque fratres mei, cum convenitis ad manducandum, invicem expectate.

34. Si quis esurit, domi manducet: ut non in judicium conveniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.

CAPUT XII.

I. Variis dantur varia ejusdem Spiritus sancti charismata. 4. II. Ut in modum humani corporis quisque suo fungatur officio, & mutua se opera omnes indigere cognoscentes, mutuo se foveant. 12. III. Ideo Christus suæ providit Ecclesiæ de variis hominum statibus. 27.

1. De spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres.

† *DOM. 10. POST PENT.*

2. † Scitis, quoniam cum Gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini, euntes.

a Marc. 9. 38.

3. Ideo notum vobis facio, *a* quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema JESU. Et nemo potest dicere: Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.

I. 4. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus:

5. Et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus.

6. Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.

8. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum:

9. Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum in uno Spiritu:

10. Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii ge-

29. Denn wer unwürdiglich isset und trinket, der isset und trinket ihm selbst das Gericht, dieweil er den Leib des HErrn nicht unterscheidet.

30. Darum sind unter euch viele Schwache und Kranke, und viele schlafen.

31. Denn wenn wir uns selbst richteten, so würden wir nicht gerichtet:

32. Wann wir aber gerichtet werden, so werden wir vom HErrn gezüchtiget, damit wir nicht mit dieser Welt verdammt werden.

33. Darum, meine liebe Brüder, wann ihr zusammenkommet zu essen, so warte einer auf den andern.

34. Hat jemand Hunger, der esse zu Hause: damit ihr nicht zum Gerichte zusammenkommet. Das übrige will ich verordnen, wann ich kommen werde.

Das zwölfte Capitel.

I. Unterschiedliche Gaben werden von dem heiligen Geiste ausgetheilet. 4. II. Daß ein jeglicher in seinem Berufe zur gemeinen Beförderung des Heils helfen soll, wie viele Glieder in einem Leibe einander helfen. 12. III. Dahero habe Christus mit vielerley Ständen die Kirche versehen, ꝛc. 27.

1. Von den geistlichen Gaben aber will ich euch, liebe Brüder, nichts verhalten.

2. Ihr wisset, daß ihr, da ihr noch Heyden gewesen seyd, zu den stummen Götzen hingegangen seyd, wie ihr geführet wurdet.

3. Darum mache ich euch zu wissen, daß niemand JEsum verfluchet, der durch den Geist GOttes redet. Und niemand kann sagen: Der HErr JEsus, ohne durch den heiligen Geist.

I. 4. Es sind wohl mancherley Gaben, aber es ist ein Geist:

5. So sind auch mancherley Aemter, aber es ist ein HErr.

6. Und es sind mancherley Wirkungen, aber es ist ein GOtt, der alles in allem wirket.

7. Einem jeglichen aber wird die Offenbarung des Geistes zum Nutzen mitgetheilet.

8. Einem wird durch den Geist die Rede der Weisheit gegeben: einem andern aber die Rede der Erkenntniß, nach demselbigen Geiste:

9. Einem andern der Glaube durch denselbigen Geist: einem andern die Gabe gesund zu machen, durch denselbigen Geist:

10. Einem andern Wunderthaten zu thun, einem andern Weissagung, einem andern die Geister zu unterschei-

---

quod impediat, deprehenderit, non sola contritione, sed & confessione sacramentali expurget. S. Cypr. serm. de lapsis. Leo Ep. 91. ad Theodor. forojulien.

℣. 29. *Judicium sibi manducat & bibit.* Reatum damnationis incurrit. *Non dijudicans corpus Domini.* Sed eo utens quasi cibo promiscuo: ergo verum est corpus Domini, non tantum ejus signum.

℣. 30. *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles.* Multi inter vos variis morbis & præmatura morte puniuntur.

℣. 32. *Dum judicamur autem.* In hac præsenti vita. *A Domino corripimur.* Dei misericordia castigamur.

℣. 34. *Ut non in judicium conveniatis.* i. In condemnationem. *Cætera autem, cum venero, disponam.* Quæ ad dignam Eucharistiæ sumptionem & certum sacrificii ritum spectant. *Disponam.* Viva voce, non scriptis.

CAPUT XII.

℣. 1. *De spiritualibus autem, nolo vos ignorare.* Inter Corinthios orta erat dissensio, quæ Spiritus sancti dona essent præstantiora, & in quem usum fidelibus essent concessa. De iis enim nonnulli insolescentes aliis se anteponebant: primum eos docet Apostolus, quomodo hæc dona a dæmonum præstigiis discernantur, & quantum sit discriminis inter Christianam Religionem, & eam, quam ante secuti fuerant.

℣. 2. *Cum Gentes essetis ad simulacra muta, prout ducebamini.* Nempe ut Ariolos & Pythones consulerent, vel audirent. *Euntes.* Gr. Abducti ibatis, seu abducebamini: nam Hebræis & Græcis frequens est participium pro verbo. Ne igitur Spiritus sancti operationes cum dæmonum ludificationibus confunderent, hanc illis certam designat discretionis notam.

℣. 3. *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu.* Gr. Jesum: nemo Jesum execratur, aut maledicit, nisi maligno spiritu agitatus. *Dominus Jesus.* Potest quis nomen Jesu pronuntiare, & ore confiteri sine Spiritu sancto, Matth. 7. 21. At si ultro confiteatur Dominum Jesum, eumque invocet cum pietate, seu ex pio voluntatis affectu, is Spiritu sancto movente loquitur. Si blasphemat, impuro spiritu agitatur. *Nomen illud*, inquit Bernard. serm. 13. in Cantica, *est lux, cibus, medicina; lucet prædicatum, pascit recogitatum, invocatum lenit & ungit.*

℣. 5. *Divisiones ministrationum sunt.* In Hierarchia Ecclesiastica sub eodem Christo Domino.

℣. 6. *Operationum.* Miraculorum, aut insignium virtutum.

℣. 7. *Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem.* sc. Præsentia Spiritus sancti ostenditur ad utilitatem Ecclesiæ, qui communis est visibilium charismatum finis. Atque ex iis donis exteris notum fiebat Spiritu sancto eos afflari, qui iis instructi erant.

℣. 8. *Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ.* Varia ejusmodi charismata recenset. *Sapientiam.* Per quam, ex Augustino, divina in se cognoscimus; sermo sapientiæ est facultas eloquendi res divinas & abditas a Deo revelatas; sermo scientiæ est donum exponendi res fidei modo quodam familiari per exempla & humanas rationes. Græci *sermonem sapientiæ* de rebus altissimis, ut de mysterio Trinitatis, aut Incarnationis. *Scientiam.* De rebus inferioribus interpretantur.

℣. 9. *Alteri fides in eodem Spiritu.* Fides pro constanti in Deum fiducia hoc loco accipitur, quam donum miraculorum comitatur. *Alii gratia sanitatum.* Curatio morborum.

℣. 10. *Alii operatio virtutum.* Scilicet miraculorum. *Alii prophetia.* Seu in futurorum prædictione, seu in expositione Scripturarum. *Discretio.* Divini Spiritus, & humani, aut diabolici; donum, quo dignoscebantur ii, qui divino erant afflati spiritu, a Magis & impostoribus. *Linguarum.* Variarum linguarum cognitio & locutio. *Interpretatio.* Gr. *Linguarum.* Qua scilicet aliqui non intelligentibus linguam alia lingua iis nota interpretabantur.

den, einem andern mancherley Zungen, einem andern Auslegung der Sprachen.

11. Aber dieses alles wirket der einige und selbige Geist, der es einem jeglichen austheilet, wie er will.

II. 12. Denn gleichwie ein Leib ist, und hat viele Glieder, aber alle Glieder des Leibes, wiewohl ihrer viel sind, dannoch ein Leib sind: also auch Christus.

13. Denn wir alle sind durch einen Geist zu einem Leibe getaufet worden, wir seyn Jüden oder Heyden, oder Knechte, oder Freye: und sind alle in einem Geiste getränket worden.

14. Denn der Leib ist auch nicht ein einiges Glied, sondern viele Glieder.

15. Wenn der Fuß sagen würde: Ich bin keine Hand, so bin ich nicht vom Leibe: ist er dann darum nicht vom Leibe?

16. Und wenn das Ohr sagen würde: Ich bin kein Auge, so bin ich nicht von dem Leibe: ist es dann darum nicht vom Leibe?

17. Wenn der ganze Leib das Auge wäre, wo bliebe das Gehör? wenn er ganz das Gehör wäre, wo bliebe der Geruch?

18. Nun aber hat GOtt die Glieder gesetzet, ein jegliches von demselbigen am Leibe, wie er gewollt hat.

19. Wenn sie aber alle ein Glied wären, wo bliebe der Leib?

20. Nun aber sind wohl viele Glieder, es ist aber ein Leib.

21. Das Auge aber kann der Hand nicht sagen: Ich bedarf deiner nicht: oder wiederum das Haupt zu den Füßen: Ihr seyd mir nicht nöthig.

22. Sondern vielmehr die Glieder des Leibes, welche man für die schwächsten ansieht, sind die allernothwendigsten:

23. Und die uns dünken die unehrlichsten zu seyn, denselbigen legen wir die meiste Ehre an: und welche unehrlich an uns sind, die bedecket man am meisten.

24. Denn unsere ehrliche Glieder bedürfen es nicht: aber GOtt hat den Leib also zusammengefügt, daß er dem dürftigen am meisten Ehre gegeben,

25. Auf daß im Leibe keine Spaltung sey, sondern die Glieder zugleich für einander Sorge tragen.

26. Und wenn ein Glied etwas leidet, so leiden alle Glieder mit ihm: oder wenn ein Glied verehret wird, so erfreuen sich alle Glieder mit ihm.

III. 27. Ihr aber seyd der Leib Christi, und Glieder untereinander.

28. Und GOTT hat zwar etliche in der Kirche verordnet, erstlich die Apostel, zum andern die Propheten, zum dritten die Lehrer, darnach die Wunderthaten, darnach die Gaben gesund zu machen, Gehülfen, Regierung, mancherley Zungen, Auslegung der Sprachen.

nera linguarum, alii interpretatio sermonum.

11. Hæc *b* autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult. *b Rom.12.3. 6. Ephes.4.7.*

II. 12. Sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum tamen corpus sunt: ita & Christus.

13. Etenim in uno Spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Judæi, sive Gentiles, sive servi, sive liberi: & omnes in uno Spiritu potati sumus.

14. Nam & corpus non est unum membrum, sed multa.

15. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

16. Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

17. Si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus?

18. Nunc autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit.

19. Quod si essent omnia unum membrum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa quidem membra, unum autem corpus.

21. Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarii.

22. Sed multo magis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt:

23. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.

24. Honesta autem nostra nullius egent: sed Deus temperavit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem,

25. Ut non sit schisma in corpore, sed idipsum pro invicem solicita sint membra.

26. Et si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.

III. 27. † Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. † *SANCT. BARTH. APOST*

28. Et *c* quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. *c Ephes.4.11.*

29. Num-

℣. 11. *Hæc omnia operatur unus atque idem Spiritus.* August. Tract. 32. in Joan. *Accepimus & nos Spiritum sanctum, si amamus Ecclesiam; tolle invidiam, & meum est, quod habes; livor separat, charitas jungit.*

℣. 12. *Sicut enim corpus unum est &c. ita & Christus.* Christus totus; caput & corpus, seu Ecclesia, vel Christus unum habet corpus mysticum, quod multis membris constat.

℣. 13. *Etenim in uno Spiritu.* Per unum & eundem Spiritum. *Corpus.* Quod est Ecclesia. *Baptizati sumus.* Per Baptismum Christo insiti sumus: similitudinem corporis mystici cum naturali prosequitur. Primum quoad membrorum diversitatem: nam Judæi, Gentiles, servi, liberi, & omnis conditionis homines, per Baptismum Christo sunt insiti, in eam unitatem cum suo capite formantur. *In uno Spiritu.* In Eucharistiæ Sacramento admirabilis illa unitas membrorum cum suo capite perficitur. Vel eundem Spiritum in Baptismo accipimus; quod metaphorica loquendi ratione exprimit.

℣. 14. *Nam & corpus non est unum membrum, sed multa.* Imo ex multis est membris compactum, quæ inter se consentiunt. Unde & in corpore mystico vitanda esse schismata & obmurmurationes, subinde admonet: neque perfectiores adversus infirmiores ob accepta dona debent insolescere, ac vicissim infirmiores sua sorte contentos esse oportet: cum in corpore naturali membra debiliora plerumque sint magis necessaria. Uti solet Apostolus exemplis & similitudinibus ex natura ipsa desumptis, ut sublimiora mysteria modo quodam familiari exponat.

℣. 23. *Quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus.* Ut pedes, ut venter, & viscera, hæc majori studio tegimus & vestimus.

℣. 24. *Honesta autem nostra nullius egent.* Ut facies, & manus non egent ascititiis ornamentis.

℣. 27. *Vos autem estis - membra de membro.* Membra invicem connexa, quæ a se mutuo pendent. Gr. *Ex parte.* Quod non sibi solis sint membra; vel pro suæ cujusque functionis munere, vel singillatim.

℣. 28. *Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos.* Qui instar capitis omnes eas dotes possident, quique primitias Spiritus acceperunt. *Secundo Prophetas.* Qui sunt quasi oculi occulta & futura prævidentes, quique olim frequentes erant in Ecclesia. *Tertio Doctores.* Prophetis in hoc erant inferiores, quod in illis donum esset a Deo omni ex parte profectum; Doctores autem inter erudiendum humanam adhiberent industriam multa de suo admiscentes, quæ tamen cum fide & Scripturis consentiebant. Hi Doctores erant instar linguæ. *Deinde virtutes.* Gr. *Potestates.* Abstractum pro concreto more Hebræorum; qui patrant miracula; iique sunt instar manuum. *Opitulationes.* Qui miseris opitulantur. *Gubernationes.* Qui bona Ecclesiæ administrabant, aut cuncta ordinabant.

29. Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores?

30. Numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?

31. Æmulamini autem charismata meliora.* Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

29. Sind sie alle Apostel? sind sie alle Propheten? sind sie alle Lehrer?

30. Thun alle Wunderwerke? haben sie alle die Gnade gesund zu machen? reden sie alle mit Zungen? legen sie alle die Sprachen aus?

31. Eifert aber nach den besten Gaben. So will ich euch noch einen vortrefflichern Weg zeigen.

CAPUT XIII.

Das dreyzehente Capitel.

I. Ostendit charitatis necessitatem, supra fidem & alia Dei dona. 1. II. Declarat sedecim ejus officia & proprietates. 4. III. Ejusdem supra reliqua dona præcellentiam & perpetuitatem. 8.

I. Paulus lehret, daß die größte aus allen Gaben die Liebe sey, ohne welche keine Tugend nützet. 1. II. Erzählet sechszehen Eigenschaften der Liebe. 4. III. Und daß sie im Himmel verharre, da der Glaube und die Hoffnung vergehen wird. 8.

*DOM. QUINQUAG.

1. Si †linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

2. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita, ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita, ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

II. 4. Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur,

5. Non est ambitiosa, non quærit, quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum:

6. Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati:

7. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

III. 8. Charitas numquam excidit, sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

10. Cum autem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est.

11. Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi, quæ erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.

13. Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.*

1. Wenn ich mit Menschen- und Engelzungen redete, aber die Liebe nicht habe, so wäre ich, wie ein lautendes Erz, oder klingende Schelle.

2. Und wenn ich weißagen könnte, und wüßte alle Geheimnisse, und alle Erkenntniß: und wenn ich allen Glauben hätte, also, daß ich Berge versetzte, die Liebe aber nicht hätte, so wäre ich nichts.

3. Und wenn ich alle meine Güter zur Speise der Armen austheilete, und wenn ich meinen Leib dargäbe, also, daß ich brennen sollte, die Liebe aber nicht hätte, so wäre mir es nichts nütze.

II. 4. Die Liebe ist geduldig, sie ist gütig: die Liebe eifert nicht, sie handelt nicht boshaftig, sie bläßt sich nicht auf,

5. Sie ist nicht ehrgeizig, sie suchet nicht das Ihrige, sie läßt sich nicht erbittern, sie gedenket nichts Arges:

6. Sie freuet sich nicht der Ungerechtigkeit, freuet sich aber der Wahrheit:

7. Sie überträget alles, sie glaubet alles, sie hoffet alles, sie duldet alles.

III. 8. Die Liebe vergehet nimmermehr, obgleich die Weißagungen ein Ende nehmen, oder die Zungen aufhören, oder die Kunst vergehen würde.

9. Denn unser Wissen ist unvollkommen, und unser Weißagen ist unvollkommen.

10. Wann aber kommen wird das Vollkommene, so wird das Unvollkommene aufhören.

11. Als ich ein Kind war, da redete ich wie ein Kind, ich war gesinnet wie ein Kind, ich hatte Anschläge wie ein Kind. Da ich aber ein Mann ward, da legte ich ab, was kindisch war.

12. Wir sehen jetzt durch einen Spiegel im Räthsel*: alsdann aber werden wir sehen von Angesicht zu Angesicht. Jetzt erkenne ich unvollkommentlich: alsdann aber werde ich erkennen, wie ich auch erkannt bin. * im Dunkeln.

13. Nun aber bleiben Glaube, Hoffnung, Liebe, diese drey: aber die Liebe ist das größeste unter ihnen.

Das

℣. 31. *Æmulamini autem charismata meliora.* Quandoquidem æmulamini charismata Ecclesiæ utiliora, adhuc *excellentiorem viam vobis demonstro.* Hanc mox ostendam, quæ ad vitam æternam recta ducit; nempe charitatis viam.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Si linguis hominum.* Omnium gentium. *Angelorum.* Seu facundissima, quæ est hyperbole: sic elegantem hominis faciem, Angelicam vulgo dicimus. *Charitatem.* Linguarum donum, quo imprimis gloriabantur Corinthii, quodve præ cæteris ambiebant, quod forte exteri eo frequentes convenirent, cum charitate ipsa, quæ, ut docet Augustinus, cordis lingua est, sic confert, ut donum illud linguarum charitate destitutum sit instar cymbali, vel æris tinnientis, seu edentis inconditum sonum, ut vox Græca exprimit. Aug. Tract. 9. in Joan. *Quanta est ergo charitas, quæ si desit, frustra habentur cætera; si adsit, recte habentur omnia.*

℣. 2. *Et si habuero prophetiam.* Seu futura & occulta prædicendi gratiam, seu Scripturas interpretandi donum. *Mysteria.* Dona Prophetiæ, scientiæ, & fidei perfectæ miracula facientis, quam Dominus cum grano sinapi comparat, longe abesse a perfectione charitatis docet, cujus imaginem & effectus pulchre exprimit. Quin & martyrium ipsum cum affectu peccati lethalis, aut propter inanem gloriam susceptum, si absit charitas, nullius esse apud Deum momenti, aperte declarat.

℣. 3. *Si tradidero corpus, ut ardeam.* Ut exurar *v. g.* pro patria servanda, vel inani gloria, vel etiam pro fide Christi curanda, sed odio erga proximum vel alio mortaliter peccandi affectu reservato. *Nihil mihi prodest* ad regnum cœlorum obtinendum. S. Aug. L. de patient.

℣. 4. *Charitas patiens est.* Gr. Longanimis. *Benigna.* Comis, non aspera, non morosa. *Non æmulatur.* Non invidet. *Perperam.* Gr. *Non est procax.* Nec præceps, sed lenis & placida: nihil agit inordinate, nihil tumultuario.

℣. 5. *Non est ambitiosa.* Græc. *Non se gerit indecore.* Aut impudenter. *Non quærit.* Non suis, sed aliorum commodis servit. *Non irritatur.* Non exacerbatur. *Non cogitat malum.* Gr. De proximo nihil mali suspicatur, non illi malum imputat, non ultionem petit, vel impuras cogitationes & desideria expellit.

℣. 6. *Non gaudet super iniquitate.* Non gaudet, si quis malum egerit. *Veritati.* Cum quis juste & pie vivit: nam veritas pro æquitate hoc loco & alibi sæpe sumitur.

℣. 7. *Omnia suffert.* Gr. *Continet.* Aliorum facta silentio tegit, & benigne interpretatur. *Credit.* Quæ prudenter credenda sunt, divinæ auctoritati in omnibus se subjicit. *Sustinet.* Aliorum defectus patienter tolerat.

℣. 8. *Charitas nunquam excidit.* Jam charitatis excellentiam præ aliis donis commendare incipit. Primum non intermoritur, nec cessat in patria, ut dona cætera. Hæc vero virtutum omnium finis est, & perfectio, quæ in hac vita, quantum est ex se, non excidit. Cætera dona Deus concessit, ut fidem constitueret, ea constituta non sunt amplius necessaria: scientia & Prophetiæ cessabunt, quatenus imperfectionem habent adjunctam.

℣. 12. *Videmus nunc per speculum.* Velut per radios e creaturis reflexos. *Et in ænigmate.* Obscure.

Das vierzehente Capitel.

I. Paulus ziehet allen Gaben der Zungen vor die Gabe der Weißagung. 1. II. Erkläret die Weise, sich dieser Gaben zu gebrauchen, und die Ordnung, welche zu halten, wann die christliche Gemeinde zusammenkömmt. 23.

1. Trachtet nach der Liebe, eifert nach den geistlichen Gaben, vornämlich aber, daß ihr weißagen * möget.

* auslegen die göttliche Dinge.

2. Denn wer mit der Zunge redet, der redet nicht mit den Menschen, sondern mit GOtt: denn niemand höret ihm zu. Er redet aber die Geheimnisse im Geist.

3. Wer aber weißaget, der redet mit den Menschen zur Erbauung, und zur Ermahnung, und zum Trost.

4. Wer mit der Zunge redet, der erbauet sich selbst: wer aber weißaget, der erbauet die Kirche GOttes.

5. Ich wollte zwar, daß ihr alle mit Zungen redetet: vielmehr aber, daß ihr weißagetet. Denn der weißaget, der ist größer, als der mit Zungen redet: es sey dann, daß er es etwan auslege, damit die Kirche erbauet werde.

6. Nun aber, liebe Brüder, wenn ich zu euch käme, und redete mit Zungen, was würde ich euch nütze seyn? es wäre dann, daß ich mit euch redete, entweder durch Offenbarung, oder durch Erkenntniß, oder durch Weißagung, oder durch Lehre?

7. Denn auch die Dinge, die da nicht leben, und doch lauten, es sey gleich eine Pfeife, oder eine Harpfe, wenn sie keinen unterschiedlichen Ton von sich geben: wie kann man dann wissen, was gepfiffen, oder auf der Harpfe gespielet wird?

8. Denn so die Posaune einen ungewissen Schall giebt, wer wird sich dann zum Streit bereiten?

9. Also auch ihr, wenn ihr nicht durch die Zunge eine deutliche Rede gebet, wie kann man dann wissen, was geredet wird? denn ihr werdet in die Luft reden.

10. Es sind zwar mancherley Arten der Sprachen in dieser Welt: und ist derselbigen keine ohne Stimme.

11. Wenn ich nun die Bedeutung der Stimme nicht verstehe, so werde ich dem, mit welchem ich rede, unverständlich in der Sprache seyn: und der da redet, wird mir unverständlich seyn.

12. Also auch ihr, dieweil ihr eifert nach den geistlichen Gaben, so trachtet darnach, daß ihr die Völle habt zu Erbauung der Kirche.

13. Und derowegen, wer mit der Zunge redet, der bitte GOtt, daß er es auch auslegen möge.

14. Denn wenn ich in einer fremden Zunge bethe, so bethet mein Geist, aber mein Verstand bringet keine Frucht.

CAPUT XIV.

I. Donum linguarum inferius esse dicit dono prophetiæ: imo inutile, si desit, qui interpretetur. 1. II. Traditi normam, qua his donis ordinate utantur: & mulieres in Ecclesiis silere jubet. 23.

1. Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia, magis autem, ut prophetetis.

2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

4. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autem prophetare. Nam major est, qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero? nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

7. Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, sive tibia, sive cithara, nisi distinctionem sonituum dederint: quomodo scietur id, quod canitur, aut quod citharizatur?

8. Etenim si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

9. Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis, quomodo scietur id, quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes.

10. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est.

11. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

12. Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite, ut abundetis.

13. Et ideo, qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur.

14. Nam si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

15. Quid

CAPUT XIV.

℣. 1. *Sectamini charitatem, æmulamini spiritalia.* Spiritus sancti dona sic consectari debetis, ut fratribus prodesse possint. Prophetiam & linguarum dona sic inter se confert, ut Prophetiæ donum anteponat, multas ob rationes, quas deinceps prosequitur. Illud Prophetiæ donum multi Scripturarum intelligentiam, aut prædicationis munus ædificandæ Ecclesiæ idoneum intelligunt, quod Prophetiæ dono est finitimum, cum zelo & spiritu Prophetarum est animatum.

℣. 2. *Qui enim loquitur lingua:* Peregrina & incognita. *Loquitur.* Cum nemo eam linguam intelligat, is Deo tantum loquitur, non ad aliorum, sed ad sui ipsius ædificationem: mysteria loquitur, quæ explicare vix potest, cum sæpe difficile sit, linguam peregrinam in vulgarem vertere. *Spiritu.* Græce πνεύματι. *Spiritui loquitur.* In Dei laudem, vel illi per Spiritum sanctum loquuntur mysteria, seu res aliis absconditas, nec tam magno fructu. Quæ est prima ratio, cur donum Prophetiæ linguarum dono sit præferendum, cum sit utilius, & pluribus profit. Qui autem linguis loquitur, nisi interpretationis donum acceperit, Ecclesiam non ædificat, quemadmodum is, qui futura prædicit, aut Scripturæ obscuriora evolvit loca, & speciali Sancti Spiritus motu alios ad pietatem excitat, aut afflictos consolatur.

℣. 6. *Si venero ad vos linguis loquens.* Id exemplo suo confirmat: nam licet sit Apostolus, si loquatur linguis peregrinis, nihil eis proderit, nisi interpretetur, aut doceat per Prophetiam revelatione acceptam, aut scientiam studio, aut labore partam. Quatuor illa, revelatio, prophetia, scientia, & doctrina, ad duo revocari possunt, ad scientiam, & prophetiam; scientia quippe cum doctrina, prophetia cum revelatione confunditur. Nisi per scientiam mysteriorum notitiam, per doctrinam fidei veritates, & regulas morum intelligamus. *In revelatione.* Seu expositione rerum sublimium. *Aut in scientia.* Seu in explicatione rerum, quæ in Scriptura sunt intellectu faciliores, cujusmodi sunt historiæ sacræ, quæ facile intelliguntur.

℣. 7. *Quæ sine anima sunt vocem dantia.* Ut instrumenta musica, quæ pulsantur, aut vento inflantur, nisi sonorum & modulorum distinctionem dederint, ex iis, quid cantetur, scire non possumus. Sic donum simplex linguarum, nisi id cum interpretatione sit conjunctum, pene frustra est. Quæ est secunda ratio e vocis usu desumpta, cur linguarum donum sit infra prophetiæ gratiam.

℣. 9. *Eritis enim in aëra loquentes* frustra: nemo enim intelligit.

℣. 10. *Ut puta.* Verbi gratia: Vide, quot sint genera linguarum in hoc mundo. Nihil est sine voce distincta & intelligibili; cuique nationi sua est peculiaris lingua, qua quidem constant hominum commercia, & societas omnis. Atque hæc est tertia ratio, ex mutua hominum societate ducta, quæ omnino destruitur, cum homines non sese mutuo intelligunt, iique sibi invicem sunt barbari, & contemptui.

℣. 12. *Quoniam æmulatores estis Spirituum:* Spiritualium donorum. *Ad ædificationem Ecclesiæ.* Hæc quærite, non ad ostentationem, sed quæ ad splendorem Ecclesiæ sunt utiliora.

℣. 13. *Oret, ut interpretetur.* Roget, ut Deus det gratiam interpretationis.

℣. 14. *Nam si orem lingua.* Publice. *Spiritus meus orat.* Voluntas mea movente Spiritu sancto. *Mens autem mea.* Sine fructu est audientium, tametsi ego intelligo quæ dico. Sunt qui per *Spiritum* donum ipsum intelligunt.

15. Quid ergo eſt? orabo Spiritu, orabo & mente: pſallam Spiritu, pſallam & mente.

16. Cæterum ſi benedixeris Spiritu: qui ſupplet locum idiotæ quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem? quoniam quid dicas, neſcit.

17. Nam tu quidem bene gratias agis, ſed alter non ædificatur.

18. Gratias ago Deo meo, quod omnium veſtrum lingua loquor.

19. Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, ut & alios inſtruam, quam decem millia verborum in lingua.

20. Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote.

a Iſai.28.11. 21. In lege ſcriptum eſt: *a* Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.

22. Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: Prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus.

II. 23. Si ergo conveniat univerſa Eccleſia in unum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles: nonne dicent, quod inſanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25. Occulta cordis ejus manifeſta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit DEUM, pronuntians, quod vere DEUS in vobis ſit.

26. Quid ergo eſt, fratres? cum convenitis, unusquisque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut ut multum tres, & per partes, & unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia, ſibi autem loquatur, & Deo.

15. Was iſt es dann? ich will bethen mit dem Geiſte, und will auch bethen mit dem Sinne: ich will ſingen mit dem Geiſte, und will auch ſingen mit dem Sinne.

16. Wenn du aber den Segen giebſt mit dem Geiſte: wie wird dann derſelbige, der anſtatt des Layen ſtehet, Amen ſagen auf deinen Segen? dieweil er nicht weis, was du ſageſt.

17. Denn du thuſt die Dankſagung wohl fein, aber der andere wird nicht erbauet.

18. Ich danke meinem GOtt, daß ich mit euer aller Zungen rede.

19. Aber in der Kirche will ich lieber fünf Worte reden nach meinem Sinn, auf daß ich auch andere unterweiſe, dann zehentauſend Worte mit der Zunge.

20. Liebe Brüder, werdet nicht Kinder am Verſtande, ſondern ſeyd Kinder an der Bosheit: aber am Verſtande ſeyd vollkommen.

21. Es ſtehet geſchrieben im Geſetz: Ich will mit andern Zungen, und mit andern Lefzen zu dieſem Volke reden: und ſie werden mich auch alſo nicht hören, ſpricht der HErr.

22. Darum ſind die Zungen zum Zeichen nicht den Glaubigen, ſondern Unglaubigen: die Weißagung aber nicht den Unglaubigen, ſondern den Glaubigen.

II. 23. Wenn nun die ganze Gemeinde an einem Orte zuſammenkäme, und ſie alle mit Zungen redeten, es kämen aber Layen, oder Unglaubige hinein: würden die nicht ſagen, ihr wäret unſinnig?

24. Wenn ſie aber alle weißageten, und es käme ein Unglaubiger, oder Laye hinein, ſo würde er von allen überwieſen, und von allen geurtheilet:

25. So würde das Verborgene ſeines Herzens offenbar: und alſo würde er auf ſein Angeſicht fallen, und GOtt anbethen, und frey bekennen, daß GOtt wahrhaftig in euch ſey.

26. Was iſt dann nun, liebe Brüder? wann ihr zuſammenkommet, ſo hat ein jeglicher unter euch einen Pſalmen, er hat eine Lehre, er hat eine Offenbarung, er hat eine Zunge, er hat eine Auslegung: laßt alles zur Erbauung geſchehen.

27. So jemand mit Zungen redet, das durch zween, oder zum meiſten durch drey geſchehen ſoll, alsdann ſoll einer nach dem andern reden, und einer ſoll es auslegen.

28. Wenn aber kein Ausleger vorhanden iſt, ſo ſchweige er in der Gemeinde, und rede mit ihm ſelbſt, und mit GOtt.

29. Es

℣. 15. *Orabo Spiritu.* De publica oratione loquitur, cum aliquis divino afflatus Spiritu, aut affectu orabat aliis audientibus. *Orabo Spiritu.* Voce ipſa. *Orabo, & mente.* Ut ego & alii intelligant: aut demum *orabo Spiritu.* Devotionis, & zelo. *Orabo & mente.* Ut alii ad pietatem excitentur.

℣. 16. *Qui ſupplet locum idiotæ.* Græc. Qui tenet locum idiotæ, qui eſt illitteratus. *Quomodo dicet, Amen.* Tuam orationem probaturus? Toto hoc capite id quidem vetat Apoſtolus, ne inſtructiones aut exhortationes fiant in lingua peregrina: ſed non prohibet, quominus oremus in lingua peregrina. Aliis datum erat donum linguarum, aliis ſæpe donum intelligentiæ, aut interpretationis. Atque ut concedimus de oratione facta in lingua non vulgari Apoſtolum differere hoc in loco, tamquam de re minus utili, cum lingua eſt penitus ignota, ac nemo adeſt, qui interpretari poſſit: res aliter ſe habet, cum paſtores non deſunt, qui exponant preces publicas, præſertim ſi in vulgarem linguam ſint verſæ, ut in Eccleſia Catholica ubique eſt uſitatum. Neque Apoſtolus usquam vetat orare in lingua vulgari, ut contendunt Novatores; ſed neque id inficiamur preces publicas & Liturgias Hebraice, ſeu Syriace, Græce & Latine jam ab ipſis Eccleſiæ exordiis fuiſſe celebratas, quæ tum erant linguæ vulgares in majori orbis parte; quæque jam erant conſecratæ myſteriis religionis celebrandis: ac deinceps permanſerunt puræ: cum vulgares linguæ quotidie mutentur, neque adeo unitati & communioni Eccleſiæ tuendæ ſint idoneæ. Secus verba ipſa, quibus incruentum Sacrificium conficitur, crebris mutationibus eſſent expoſita, uti & forma Baptismi.

℣. 19. *Sed in Eccleſia volo quinque verba.* Perpauca. *Senſu meo.* Quæ intelligam, & aliis exponam. *In lingua.* Peregrina. Ambroſiaſter ſuſpicatur ab Apoſtolo deſignari quosdam Judæos ad fidem converſos, qui in Eccleſia Corinthi lingua Hebraica, aut Syriaca loquebantur.

℣. 20. *Nolite pueri effici ſenſibus.* Defectu prudentiæ, ſed ſapiatis ut viri perfecti ac rerum pretia, ut par eſt, æſtimetis.

℣. 21. *In lege ſcriptum eſt.* In Scriptura, Iſaiæ 28. 11. *Nec ſi exaudient me.* Non credent verbis meis, quæ ad intima cordis non penetrabunt.

℣. 22. *Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus.* Nam fideles fidem ſuam doctrina ſana ali volunt & confirmari: donum linguarum infideles convincit, & ad fidem adducit, ut miraculorum donum ex Chryſoſtomo.

℣. 23. *Et omnes linguis loquantur.* Ignotis, nonne imperiti eos inſanire judicabunt?

℣. 24. *Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, convincitur ab omnibus.* Erroris revincitur, ac de veritate Chriſtianæ religionis perſuaſus e Scripturis & Prophetiis, quæ exponuntur, omnino dijudicatur; omnes eum cogunt fateri quam falſa ſit religio Gentilium.

℣. 25. *Occulta cordis ejus manifeſta fiunt.* Quod cordis intima penetrentur.

℣. 26. *Cum convenitis, unusquisque veſtrum pſalmum habet.* Quando in Eccleſiam convenitis. Jam de uſu utriusque doni, Prophetiæ, & linguarum, multa præſcribit Apoſtolus. *Pſalmum habet.* Pſallendi, ſeu hymnos cantandi, aut componendi donum, aut docendi, aut linguis loquendi, aut ſcientiam revelatione infuſam. *Omnia ad ædificationem.* Chryſoſt. *Quomodo enim eſt artificis officium ædificare, ita etiam Chriſtiani proximis prodeſſe per omnia.*

℣. 27. *Sive lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut, ut multum tres.* Tres ad ſummum loquantur, idque alternis, dummodo adſint, qui interpretentur.

29. Es sollen aber zween oder drey Propheten reden, und die andern sollen urtheilen.

30. Wenn es aber einem andern offenbaret wird, der da sitzet, so soll der erste schweigen.

31. Denn ihr könnet wohl alle weißagen, einer nach dem andern: auf daß sie alle lernen, und alle ermahnet werden:

32. Und die Geister der Propheten sind den Propheten unterworfen.

33. Denn GOtt ist nicht ein GOtt der Uneinigkeit, sondern des Friedens: wie ich auch in allen Kirchen der Heiligen lehre.

34. Die Weiber sollen in den Versammlungen schweigen, denn es wird ihnen nicht zugelassen, daß sie reden: sondern daß sie unterthan seyn, wie auch das Gesetz sagt.

35. Wollen sie aber etwas lernen, so mögen sie zu Hause ihre Männer fragen. Denn es stehet einem Weibe übel an, in der Kirche reden.

36. Ist dann das Wort GOttes von euch ausgekommen? oder ist es allein zu euch gekommen?

37. Wird jemand für einen Propheten gehalten, oder für einen Geistlichen, der erkenne, daß diese Dinge, die ich euch schreibe, des HErrn Gebothe sind.

38. Ist aber jemand unwissend, von dem wird man auch nicht wissen.

39. Derowegen, liebe Brüder, eifert darnach, daß ihr weißaget: und verbiethet nicht mit Zungen zu reden.

40. Laßt aber alles ehrlich, und in guter Ordnung geschehen.

Das fünfzehente Capitel.

I. Paulus bestättiget die Auferstehung der Todten wider die falsche Lehrer, weil Christus auferstanden ist, und die Menschen getauft werden um der Todten willen. 29. II. Beschreibt, wie die Leiber in der Auferstehung beschaffen seyn werden, sonderlich mit vier Gaben geziert. 35. III. Und daß alle werden auferstehen, aber nicht alle verwandelt, und der Tod alsdann soll verschlungen werden. 51.

1. Ich thue euch aber kund, liebe Brüder, das Evangelium, das ich euch geprediget habe, das ihr auch habt angenommen, in welchem ihr auch stehet,

2. Durch welches ihr auch selig werdet, so ihr es behaltet, welcher Gestalt ich es euch geprediget habe, es wäre dann, daß ihr umsonst wäret glaubig worden.

3. Denn ich habe euch zum ersten übergeben, was ich auch empfangen habe: daß Christus für unsere Sünden gestorben ist, nach der Schrift:

4. Und daß er begraben ist, und daß er am dritten Tage wiederum auferstanden ist, nach der Schrift:

5. Und daß er von Cepha ist gesehen worden, und hernach von den Eilfen:

6. Darnach ist er von mehr dann fünfhundert Brüdern zugleich gesehen worden: von welchen noch viele bis auf heutigen Tag im Leben sind, etliche aber sind entschlafen:

7. Darnach ist er von Jacob gesehen worden, folgends von allen Aposteln:

29. Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & cæteri dijudicent.

30. Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

31. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur:

32. Et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt.

33. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo.

34. Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui: sed subditas esse, sicut *b* & lex dicit. *b Gen. 3. 16.*

35. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.

36. An a vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit?

37. Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat, quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.

38. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

39. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.

4. Omnia autem honeste, & secundum ordinem fiant.

CAPUT XV.

I. Adstruit corporum resurrectionem contra pseudo-doctores, eo quod Christus a mortuis resurrexerit, multisque apparuerit. 29. II. Declarat resurrectionis ordinem, modum & universam hominum fore gloriam, non solum in anima sed & in corpore. 35. III. Fore, ut in resurrectione mors absorbeatur. 51.

1. Notum ✝ autem vobis facio, fratres, Evangelium *a*, quod prædicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis, ✝ *DOM. XI. POST PENT.* *a Gal. 1. 11.*

2. Per quod & salvamini, qua ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

3. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris *b*, secundum Scripturas: *b Isai. 53. 5.*

4. Et *c* quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum Scripturas: *c Jona 2. 1.*

5. Et quia visus est Cephæ, & post hoc *d* undecim. *d Joan. 20. 19.*

6. Deinde visus est plus quam quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt:

7. Deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus:

℣. 29. *Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent.* Per discretionem spirituum, ne irrepat spiritus mendacii. *Cæteri.* Aut doctores, aut Prophetæ dijudicent.

℣. 32. *Et Spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt.* Non enim aguntur cæco impetu, ut pythoniſſæ, sed cum volunt, & Spiritus Sancti aspiratione.

℣. 36. *An a vobis verbum Dei processit &c.* Itaque morem Ecclesiarum imitari debetis.

℣. 38. *Si quis autem ignorat.* Quia non vult agnoscere hanc legem, suo malo id faciet: tria vero præscribit; primum, ut Prophetiæ donum æmulentur, nec tamen linguarum donum negligant, atque omnia honeste & ex ordine faciant. Illa autem Apostoli verba: *Si quis ignorat, ignorabitur.* Non ad Prophetas, aut ad spirituales, sed ad eos, qui tales sibi videbantur, omnino diriguntur: nam veri Prophetæ hac admonitione non egebant, sed il tantum, qui constitutum in Ecclesia ordinem, aut quæ ad fidei ædificationem spectant, insuper habebant. Non autem ea est mens Apostoli, ut intelligentiam mysteriorum ad salutem necessariam velit: nam ut pulchre Chrys. *Si propter eos solos Christus mortuus est, qui certa intelligentia possunt illa discernere, pene frustra in Ecclesia laboramus.*

CAPUT XV.

℣. 1. *Notum autem vobis facio Evangelium.* Idque ab iis exigit, tamquam depositum.

℣. 2. *Si tenetis.* Si modo tenetis, qua ratione prædicaverim vobis. Nullum fere est mysterium, quod Christus & Apostoli majori cura constituerint, quam mysterium resurrectionis.

℣. 3. *Tradidi enim vobis imprimis.* Inter præcipua fidei capita id vobis tradidi. *Quod & accepi.* Divinitus quemadmodum, cap. 11. loquitur de Eucharistia. Resurrectionem omnium ex Christi resurrectione probat.

℣. 4. *Et quia resurrexit tertia die secundum Scripturas.* Osee 6. 3. Quæ est prima resurrectionis probatio e Prophetis ducta, quorum verba non profert, quod iis essent notissima.

℣. 5. *Et quia visus est Cephæ.* Secunda hujus mysterii probatio e variis Christi apparitionibus desumitur: primum ex ea, quæ facta est Petro, qui princeps erat Apostolorum. Sic primus fuit inter Apostolos testis resurrectionis Christi, tametsi Magdalenæ prius apparuit, quæ majore animo & solicitudine Christum requirere visa est. *Et post hoc undecim.* Gr. *Duodecim.* Quo quidem numero Apostolorum collegium designatur, sub vesperam Dominicæ, & octava die congregatum.

℣. 6. *Deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul.* In Galilæa, cujus mentionem facit. Matth. cap. 28. v. 7. & 10. Chrysost. *Et cur non simul visus est omnibus? Ut fidei semina prius jaceret.*

℣. 7. *Deinde visus est Jacobo.* Alphæi. *Deinde Apostolis omnibus.* In die Ascensionis, & antea sæpe.

8. Novissime autem omnium tamquam abortivo, visus est & mihi.

e Actor. 9. 3. *Ephes.* 3. 8. 9. Ego *e* enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

10. Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum.

11. Sive enim ego, sive illi: sic prædicamus, & sic credidistis.

12. Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

13. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra.

15. Invenimur autem & falsi testes DEI: quoniam testimonium diximus adversus Deum, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

16. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

17. Quod si Christus non surrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.

18. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.

19. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

20. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium:

f Coloss. 1. 18. *Apoc.* 1. 5. 21. Quoniam *f* quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

g 1. *Thess.* 4. 15. 23. Unusquisque *g* autem in suo ordine: primitiæ Christus: deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.

24. Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

8. Endlich aber ist er nach allen auch von mir, als einer unzeitigen Geburth, gesehen worden.

9. Denn ich bin der geringste unter den Aposteln, der ich nicht werth bin, daß ich ein Apostel genennet werde, denn ich habe die Kirche GOttes verfolget.

10. Aber durch die Gnade GOttes bin ich, was ich bin, und seine Gnade ist in mir nicht vergeblich gewesen, sondern ich habe mehr gearbeitet, dann sie alle: nicht aber ich, sondern die Gnade GOttes mit mir.

11. Es sey nun ich, oder jene: also predigen wir, und also habt ihr geglaubet.

12. So nun Christus geprediget wird, daß er von den Todten auferstanden sey, wie sagen dann etliche unter euch, es ist keine Auferstehung der Todten?

13. Ist aber keine Auferstehung der Todten: so ist auch Christus nicht auferstanden.

14. Ist aber Christus nicht auferstanden, so folget, daß unsere Predigt vergeblich ist, daß auch euer Glaube vergeblich ist.

15. Wir werden aber auch als falsche Zeugen GOttes erfunden: dieweil wir ein Zeugniß wider GOtt geredet haben, daß er nämlich Christum auferwecket habe, den er nicht hat auferwecket, wenn die Todten nicht wiederum auferstehen.

16. Denn so die Todten nicht auferstehen, so ist auch Christus nicht auferstanden.

17. Ist nun Christus nicht auferstanden, so ist euer Glaube vergeblich, denn ihr seyd noch in euren Sünden.

18. So sind dann auch verlohren, welche in Christo entschlafen sind.

19. Wenn wir aber allein in diesem Leben auf Christum hoffen, so sind wir elender, dann alle Menschen.

20. Nun aber ist Christus von den Todten auferstanden, der Erstling unter den Schlafenden:

21. Sintemal durch einen Menschen der Tod, und durch einen Menschen die Auferstehung herkömmt.

22. Und gleichwie sie in Adam alle sterben, also werden sie auch alle in Christo lebendig gemacht werden.

23. Aber ein jeglicher in seiner Ordnung: der Erstling ist Christus: darnach diejenigen, so Christo zugehören, welche in seiner Zukunft geglaubt haben.

24. Darnach wird das Ende seyn, wann er das Reich GOtt und dem Vater überantworten, und alle Fürstenthümer, und Gewalt, und Kraft aufgehoben hat.

25. Er

℣. 8. *Novissime omnium tamquam abortivo.* i. Imperfecto fœtui respectu Apostolorum, vel ut Tirin. mihi visus extra tempus, extra numerum, extra ordinem in collegium Apostolorum adscripto. Sic teste Suetonio senatores Romani ex gratia extra ordinem in senatum adlecti, *abortivi*, vocabantur.

℣. 10. *Gratia autem Dei sum, id quod sum.* Necessitatem gratiæ & ejus effectus designat. Quidquid boni agimus, a gratia Dei proficiscitur. Effectus statim indicat. *Et gratia ejus in me vacua non fuit.* Sterilis ea non fuit. *Sed abundantius illis omnibus laboravi.* Quam unusquisque illorum: liberum arbitrium cum gratiæ efficacia conciliat. *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Gratia quidem prævenit; sed Paulus eam non abjecit, ejus impressionem excepit. August. *Non quia ipse nihil boni agebat, sed quia nihil ageret, si ille non adjuvaret.* Sic Chrysostomus in hunc locum: *Delicta quidem sibi attribuit, ex recte autem factis nihil, sed totum Deo adscribit.*

℣. 11. *Sive enim ego, sive illi, sic prædicamus.* Sic ego & illi prædicamus: quæ est alia probatio, ex consensu Apostolorum sumpta. *Et sic credidistis.* Quam prædicationem ultro amplexi estis.

℣. 12. *Si autem Christus prædicatur, quod resurrexit a mortuis.* Hoc igitur constituto fundamento, resurrectionem corporum possibilem esse, & revera futuram demonstrat: cum Christus caput Ecclesiæ resurrexerit, ergo & membra illius sunt resurrectura. Resurrectio Christi est Christianæ religionis fundamentum, nec dubitare possumus de iis omnibus, quæ ipse promisit. Sic enim ostendit se Deum esse verum, quod seipsum a mortuis excitarit, nec tamen plena esset victoria ipsius de morte, si non & nos resurgeremus, quia mortem solum in seipso & non in membris suis sc. in nobis devicisset.

℣. 15. *Invenimur autem & falsi testes Dei.* Hoc uno Apostoli testimonio evincit August. in Epist ad Hieron. numquam licere, præsertim in materia religionis, mentiri, aut falsas historias comminisci.

℣. 17. *Adhuc enim estis in peccatis vestris.* Deest in Græco particula causalis; justificatio nostra ab ejus resurrectione pendet.

℣. 20. *Nunc autem Christus resurrexit a mortuis.* Multis itaque argumentis probatum fuit Christum a mortuis resurrexisse. *Primitiæ dormientium.* Et totius massæ sanctificatio, & generalis resurrectionis velut, pignus, ac vitæ glorioſæ: nam primus sic resurrexit, ut non amplius esset moriturus.

℣. 21. *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Glorioſa & beata; ex iis, quæ sequuntur, sic intelligenda videtur. Eaque sola est vera resurrectio.

℣. 22. *Et sicut in Adam omnes moriuntur.* Sicut omnes, qui moriuntur, non nisi in Adam moriuntur; ita & omnes, qui vivificabuntur, per Christum vivificabuntur.

℣. 23. *Unusquisque in suo ordine, primitiæ Christus.* Caput nimirum prius dignitate & tempore. *Deinde ii, qui sunt Christi.* Qui scilicet vivificabuntur: resurrectio reproborum pro nihilo habetur: ordo autem dignitatis & meriti hoc loco censetur. *Crediderunt.* Hæ voces desunt in Græco.

℣. 24. *Deinde finis.* Sæculi hujus, seu consummata omnium resurrectio. *Regnum.* Electorum congregationem, quam ab omni perturbatione, & ab insidiis dæmonum liberam reddet Patri. Nec tamen regnare cessabit: sed perfectius cum Patre regnabit, & electos hujus regni participes efficiet. *Cum evacuaverit omnem principatum, & potestatem.* Dæmonum, qui electos nunc exercent: sed post generalem resurrectionem nullum ab hostibus Ecclesiæ erit periculum, tumque Christus Ecclesiæ regnum suæ custodiæ demandatum reddet Patri; sic tamen ut ipsum Ecclesiæ regnum a se non abdicet, uti nec Patri abstulit, cum illud ab eo acceperit.

25. Er aber muß herrschen, bis daß er alle seine Feinde unter seine Füße lege.

26. Endlich aber wird der letzte Feind, der Tod, auch zerstöret werden: denn er hat alles seinen Füßen unterworfen. Wann er aber saget:

27. Alles ist ihm unterworfen; so ist ohne Zweifel derselbige ausgenommen, der ihm alles unterworfen hat.

28. Wann ihm aber alles unterworfen seyn wird: alsdann wird der Sohn selbst demjenigen unterworfen seyn, der ihm alles unterworfen hat: auf daß GOtt alles in allem sey.

I. 29. Was machen sonst, die sich für die Todten taufen lassen, so die Todten allerdings nicht wiederum auferstehen? warum lassen sie sich dann für dieselbigen taufen?

30. Warum stehen wir auch alle Stunden in Gefahr?

31. Ich sterbe täglich, liebe Brüder, um eurer Ehre willen, die ich habe in Christo JESU unserm HErrn.

32. So ich (nach menschlicher Weise) zu Epheso mit den wilden Thieren gekämpfet habe, was ist mir das nütze, wenn die Todten nicht auferstehen? laßt uns dann essen und trinken, denn morgen werden wir sterben.

33. Laßt euch nicht verführen: böse Gespräche verderben gute Sitten.

34. Wachet auf ihr Gerechten, und sündiget nicht: denn etliche haben keine Erkenntniß GOttes: das sage ich euch zur Scham.

II. 35. Es möchte aber jemand sagen: Wie stehen dann die Todten wiederum auf? oder mit welchem Leibe werden sie kommen?

36. Du Unweiser, was du säest, das wird nicht lebendig, es sey dann, daß es zuvor sterbe.

37. Und was du säest, so säest du den Leib nicht, der hernach seyn wird, sondern ein bloses Korn, als nämlich Waizen, oder eines von andern Früchten.

38. GOtt aber giebt ihm einen Leib, wie er will: und einem jeglichen Saamen seinen eigenen Leib.

39. Alles Fleisch ist nicht einerley Fleisch: sondern ein anderes Fleisch ist der Menschen, ein anderes aber des Viehes, ein anderes der Vögel, ein anderes aber der Fische.

40. So sind auch himmlische Körper, und irrdische Körper: aber es ist eine andere Herrlichkeit der himmlischen, und eine andere der irrdischen Körper.

41. Es ist eine andere Klarheit der Sonne, eine andere Klarheit des Monds, und eine andere Klarheit der Sterne. Denn es ist ein Unterschied unter den Sternen in der Klarheit:

42. Also ist es auch mit der Auferstehung der Todten. Es wird in der Verwesung gesäet, und es wird auferstehen in der Unverweßlichkeit:

25. Oportet autem illum regnare *h*, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

26. Novissima autem inimica destruetur mors: omnia *i* enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat:

27. Omnia subjecta sunt ei; sine dubio, præter eum, qui subjecit ei omnia.

28. Cum autem subjecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia: ut sit Deus omnia in omnibus.

I. 29. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid & baptizantur pro illis?

30. Ut quid & nos periclitamur omni hora?

31. Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32. Si (secundum hominem) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? *k* manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.

33. Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala.

34. Evigilate justi, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent: ad reverentiam vobis loquor.

II. 35. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient?

36. Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur.

37. Et quod seminas, non corpus, quod futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus cæterorum.

38. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & unicuique seminum proprium corpus.

39. Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominum, alia vero pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.

40. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium.

41. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim a stella differt in claritate:

42. Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione:

43. Se-

h *Psal.* 109. 1. *Heb.* 1. 13. & 10. 13.

i *Psal.* 8. 8. *Heb.* 2. 8.

k *Sap.* 2. 6. *Isai.* 22. 13. & 56. 12.

℣. 25. *Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus.* Vox illa, *donec*, non ponitur ut terminus temporis, sed pro *semper*. Non enim indicat finem imperii Christi futurum, subjectis inimicis; tunc quippe magis est imperaturus.

℣. 26. *Novissima autem inimica destruetur mors.* Diabolus in cruce victus est, per gratiam peccatum destruitur; mors ultima in resurrectione debellanda.

℣. 28. *Tunc & ipse Filius subjectus erit ei.* In suis membris, quibus tunc plane dominabitur. Nunc enim multa sunt ejus membra inter Catholicos, imo & inter infideles, nondum plane subjecta: *ut Deus sit omnia in omnibus.*

℣. 29. *Alioquin quid facient, qui baptizantur.* Qui patiuntur, affliguntur, se macerant pro mortuis. Locus obscurus est, quem variis modis exponunt; sensus, ille quem insinuat Gaignæus, & proponit auctor Analyseos Gallicæ, satis est verisimilis, Baptismi nomine labores, molestias, quæ Apostoli, & Evangelii prædicatores pro infidelibus perferebant, metaphora a Christo ipso usurpata insinuari. Apud Pharisæos hoc erat usitatum, ut si quis cum immunditia legali decederet, alius se purificaret, iique existimabant hujusmodi baptisma mortuo imputandum in ipsa resurrectione. Sic preces & sacrificia offerebant pro mortuis. Theodoretus existimat Apostolum de Sacramento Baptismi loqui, quo a morte ipsa excitamur, & in quo mortuorum resurrectionem profitemur. Quod si mortuorum resurrectionem non creditis, cur eum symboli articulum palam in Baptismo professi estis?

℣. 31. *Quotidie morior per vestram gloriam.* Græci legunt *nostram* gloriationem; idque obtestatur se quotidie mori pro illis in eam spem resurrectionis. Sed is quoque videtur verborum sensus: nullus est dies, in quo me morti non exponam pro vestra gloria & salute. Quod si nulla sit expectanda resurrectio, id facio imprudenter, & insipienter.

℣. 32. *Si (secundum hominem) ad bestias pugnavi Ephesi.* Si propter hominum gloriam, non propter spem futuræ resurrectionis. *Pugnavi.* Vox Græca θηριομάχησα. Exponit Gaignæus pugnare usque ad extremum vitæ spiritum. *Secundum hominem.* Photius exponit, quantum est homini possibile: vel ut more humano loquar, cum feris hominibus, ut cum bestiis pugnavi Ephesi. *Manducemus, & bibamus.* Junge cum his verbis, si mortui non resurgunt; si nulla est spes post mortem: sic enim impii, qui resurrectionem negant, philosophantur.

III. 17. Denn unsere jetzige Trübsal, die zeitlich und leicht ist, schaffet eine ewige, und über alle Maaß wichtige Herrlichkeit in uns,

18. Die da nicht aufsehen auf das Sichtbare, sondern auf das Unsichtbare. Denn was sichtbar ist, das ist zeitlich: was aber unsichtbar ist, das ist ewig.

Das fünfte Capitel.

I. Paulus erhebet die künftige Herrlichkeit, und seufzet nach derselbigen. 1. II. Beweißt, daß er sich bemühe, nicht den Menschen, sondern GOtt allein zu gefallen, der mit seinem Tode uns versöhnet hat: 9. III. Dessen Diener und Gesandter er sey, zur Versöhnung mit GOtt. 20.

1. Denn wir wissen, wenn unser irrdisches Haus dieser Wohnung zerbrochen wird, daß wir alsdann ein Gebäude von GOtt haben, ein Haus, das nicht mit Händen gemacht, sondern ewig ist im Himmel.

II. 7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.

8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur.

9. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus.

10. Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.

11. Semper enim nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali.

12. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.

13. Habentes autem eundem Spiritum fidei, sicut scriptum est: *a* Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur: *a Psal. 115. 10.*

14. Scientes, quoniam qui suscitavit Jesum, & nos cum Jesu suscitabit, & constituet vobiscum.

15. Omnia enim propter vos, ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

16. Propter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.

III. 17. Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,

18. Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

CAPUT V.

I. Pergit inculcare futuræ vitæ gloriam, ostendens ad eam jusprirare Apostoles. 1. II. Se cum eisdem cupere Christo, omnium Judici, non hominibus, placere: 9. III. Ac pro Christo legatione fungi, ut per eum omnes reconcilientur Deo. 20.

1. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

2. Nam

℣. 7. *Habentes autem thesaurum istum in vasis fictilibus.* In corpore caduco & fragili. *Ut sublimitas.* Ut Deus hujus tam excellentis doni solus auctor habeatur, qui fictilibus vasis tantum sapientiæ thesaurum credere dignatus est, & in tot periculis ac persecutionibus tueri.

℣. 8. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* Gr. *Non coarctati.* Tot rebus adversis; sed non opprimimur, non succumbimus. *Aporiamur.* Perplexi sumus. *Sed non destituimur.* Non propterea de vita desperamus, vel licet quidem humano consilio destituti simus, non tamen divino: nam Deus exitum nobis ostendit, & viam, qua evadimus: ut vasa fictilia ex edito loco dejiciuntur.

℣. 9. *Dejicimur, sed non perimus.* Non franguntur. Libertas animi & firmitas inconcussa manet, spes & fiducia in Deum.

℣. 10. *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro.* i. Similitudinem & impressionem mortis Christi ubique circumferentes. *Manifestetur.* Adeo ut vita nostra in tantis angustiis conservata, sit vitæ & resurrectionis Christi firmissimum argumentum: vel, ut vitæ Christi beatæ & immortalis imaginem in corporibus nostris portemus, ut cum illo resurgamus.

℣. 12. *Ergo mors in nobis operatur.* Exercetur, aut vim suam in nobis exerit: atque hinc concludit Apostolos mori ob Evangelium, ut fideles vitam consequantur æternam; & per mortem nostram salus vestra perficiatur, dum roboratur, & crescit fides vestra.

℣. 13. *Habentes autem eundem spiritum fidei.* Quandoquidem habemus eandem fidem cum Davide, ubi ait: *Credidi. Et nos credimus,* cum illo, *propter quod & loquimur.* Et confidenter prædicamus Christi resurrectionem nobis & vobis salutarem. *Habentes eundem spiritum fidei.* Fidem a Spiritu Sancto nobis donatam.

℣. 14. *Et constituet vobiscum.* In cœlesti gloria.

℣. 15. *Omnia enim propter vos.* Perferimus: ut effusa in vos Dei gratia exuberet in ejus gloriam, multis propter tot & tanta beneficia Deo gratias agentibus.

℣. 16. *Propter quod non deficimus.* Propter eam spem non deficimus, tot malis non succumbimus; vel a continua prædicatione non desistimus. Licet corpus nostrum corrumpatur tot malis & laboribus obnoxium: murus est luteus, qui perfectam hominis interioris instaurationem remoratur.

℣. 17. *Id enim, quod in præsenti est momentaneum & leve.* Afflictio nostra levis & momentanea, eaque immensum & æternum gloriæ pondus operatur. *In sublimitate.* Mire, & supra modum, quasi excellentem & sublimem gloriam operatur: qui Hebraismus est: nam pro superlativo ingeminant positivum.

CAPUT V.

℣. 1. *Scimus enim.* Intimos animi sui sensus profert Apostolus, ut ostendat non vanæ gloriæ, aut turpis lucri causa indesinentes suos labores commemorasse. Ac primum quidem ex omnibus, quæ adiit periculis, vitæ hujus exitum, & æternæ desiderium exprimit. *Domus.* Postquam exterior homo tot laboribus & malis solutus fuerit. *Ædificationem.* Firmum ædificium, quod terrestri domui & luteæ. Gr. *Tabernaculo,* opponit; seu corpus post resurrectionem glorioſum, & incorruptum.

2. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes:

a *Apoc.* 16. 15. 3. Si *a* tamen vestiti, non nudi inveniamur.

4. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati: eo quod nolumus expoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, a vita.

5. Quia autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus.

6. Audentes igitur semper, scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.

7. (Per fidem enim ambulamus, & non per speciem.)

8. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore, & præsentes esse ad Dominum.

II. 9. Et ideo contendimus, sive absentes, sive præsentes, placere illi.

b *Rom.* 14. 10. 10. Omnes *b* enim nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum.

11. Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos non esse.

12. Non iterum commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: ut habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

13. Sive enim mente excedimus, Deo: sive sobrii sumus, vobis.

14. Charitas enim Christi urget nos: æstimantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt:

15. Et pro omnibus mortuus est Christus: ut, & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.

16. Itaque nos ex hoc neminem novimus

2. Und darum so seufzen wir, und verlangen nach unserer Wohnung, die vom Himmel ist, und begehren, daß wir damit überangezogen werden:

3. So fern wir anders gekleidet, und nicht nackend gefunden werden.

4. Denn auch wir, so in diesem Tabernackel sind, seufzen, und sind beschweret: sintemal wir lieber wollten nicht entkleidet, sondern überkleidet werden, damit das Sterbliche verschlungen werde von dem Leben.

5. Der uns aber hiezu bereitet, ist GOTT, der uns auch das Pfand des Geistes gegeben hat.

6. Derowegen sind wir allezeit wohlgemuth, dieweil wir wissen, daß wir wie Pilgrimme, vom HErrn wandeln, so lange wir im Leben sind.

7. (Denn wir wandeln hier in dem Glauben, und nicht in der Anschauung.)

8. Wir sind aber wohlgemuth, und haben Lust vielmehr außer dem Leibe zu wallfahrten, und bey dem HErrn gegenwärtig zu seyn.

II. 9. Darum befleissen wir uns, wir seyn abwesend, oder gegenwärtig bey ihm, daß wir ihm wohlgefallen.

10. Denn wir müssen alle offenbaret werden vor dem Richterstuhl Christi, auf daß ein jeglicher empfahe, nachdem er in seinem eigenen Leibe gehandelt hat, entweder Gutes oder Böses.

11. Dieweil wir dieses nun wissen, so rathen wir den Menschen, daß sie den HErrn fürchten, vor GOtt aber sind wir offenbar. Ich hoffe aber, daß wir auch in euren Gewissen offenbar sind.

12. Wir loben uns nicht abermal selbst bey euch, sondern geben euch Ursache von uns zu rühmen: auf daß ihr etwas habt zu rühmen wider die, so sich nach dem Ansehen rühmen, und nicht von Herzen.

13. Denn thun wir ihm zu viel in unserm Gemüthe, so thun wir es GOtt: handeln wir aber mäßig, so thun wir es euch.

14. Denn die Liebe Christi dringet uns: dieweil wir dafürhalten, daß, im Fall einer für alle gestorben ist, so sind sie alle gestorben:

15. Nun ist Christus für alle gestorben: auf daß diejenigen, die da leben, hinfüro auch nicht ihnen selbst leben, sondern dem, der für sie gestorben, und auferstanden ist.

16. Derowegen, so kennen wir von nun an niemand nach

℣. 2. *Nam & in hoc ingemiscimus.* In hoc corpore; vel propter hoc ipsum ingemiscimus, quia speramus æternam domum; gloria quidem superindui cupientes, non spoliari vita mortali; quod in primo homine contigisset, si in originali justitia perstitisset.

℣. 3. *Si tamen vestiti.* Bonis operibus, non nudi inveniamur.

℣. 4. *Ut absorbeatur.* Nolentes mortem experiri, sed vita superindui.

℣. 5. *Qui autem efficit nos in hoc ipsum.* Gr. *Effecit nos.* In hunc finem, ut immortales essemus. *Deus,* supple, est, *qui dedit nobis pignus Spiritus.* Gratiam suam, ut arrhabonem futuræ gloriæ.

℣. 6. *Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Cæterum dolemus & nos, a patria abesse, & vitam præsentem ægre toleramus. Quapropter de hac immortali gloria confidentes.

℣. 8. *Audemus autem -- magis peregrinari a corpore.* Malumus peregrinari a corpore, quam diutius abesse a Domino.

℣. 9. *Ideo contendimus sive absentes, sive præsentes, placere illi.* In vita & in morte, id unum volumus, ut Deo placeamus. Ita fere Apostolus ratiocinatur: dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino: nam per fidem ambulamus, non per speciem: ut igitur præsentes simus ad Dominum, illud nobis optabile est peregrinari a corpore. Quæ ratiocinatio minus firma esset, si ad speciem ipsam non perveniretur, nisi post corporum resurrectionem.

℣. 10. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque -- prout gessit.* Hic bonorum operum merita, ut malorum demerita apertissime declarantur.

℣. 11. *Scientes ergo timorem Domini.* Tremendi illius judicii timore perculsi nihil magis optamus, quam puram habere conscientiam, atque hominibus suadere sincerum affectum nostrum, & integritatem. Quod si efficere non possimus, non aliud restat, nisi ut Deo ipsi exponatur, cui nihil est absconditum. *Manifestos.* Quod plane nos cognoscitis. Hæc dicit propter aliquos a pseudo-apostolis deceptos.

℣. 12. *Non iterum commendamus nos vobis.* Hæc utique non eo dico, quod ambitiose captem vestram existimationem, quasi eam amiserim. *Habeatis.* Ut iis respondere possitis. *Qui in facie gloriantur.* Qui vera conscientiæ suæ gloria destituti fallacem quærunt gloriam. *Facie.* Specie exteriori. Hæc erat justissima sui commendandi causa, ne per ejus contemptum fructus Evangelii periret.

v. 13. *Sive enim mente excedimus.* Si rationis limites videamur egressi, magnifice de nobis ipsis loquentes, aut sublimia mysteria meditantes. *Deo.* Hoc propter Dei honorem facimus, ne quis nos spernat. *Sive sobrii simus.* Gr. *Modesti.* Seu modum servantes, ad mediocria & humilia nos demittimus. *Vobis.* Vestri causa; & in exemplum modestiæ id facimus; illud paucis convenit, hoc bonis omnibus pastoribus.

℣. 14. *Charitas enim Christi.* Charitas, qua Christus nos dilexit, ea nos impellit, ut omnia ad honorem Dei & utilitatem vestram faciamus. *Mortui.* Mortui fuerant: quin & nos vitæ & peccato, imo & commodis nostris temporalibus, & nobis ipsis mortuos existimare debemus.

℣. 15. *Ut & qui vivunt, jam non sibi vivant.* Quia empti magno pretio jam non sunt sui, sed Christi. Huic vitam nostram consecrare & devovere debemus, qui morte sua nos redemit; resurrectio ejus est sacrificii consummatio, per quam nos ad Deum trahit, & sanctificat.

℣. 16. *Itaque nos ex hoc.* Gr. *Ex nunc; neminem novimus.* Neminem colimus ob humanas dotes, qui omnibus ex æquo prodesse volumus; sive Judæi sint, sive Gentiles, sive nobiles, sive ignobiles, neminem novimus, commodi nostri habita ratione. *Etsi cognovimus.* Et si aliquando id nobis glorioſum judicavimus, quod ex eadem gente natus esset Christus, & apud nos versatus; hunc tantum novimus, huic servimus secundum spiritum, & Redemptori nostro, gratiæ & salutis auctori, terrenis affectibus plane mortui: nec Christum ipsum jam cogitamus ut mortalem, sed ut immortalem.

nach dem Fleische. Und ob wir Christum wohl nach dem Fleische gekannt haben, so kennen wir ihn doch jetzt also nicht.

17. Darum, wenn jemand in Christo eine neue Creatur ist, so sind die alten Dinge vergangen. Siehe, es ist alles neu worden.

18. Alles aber ist aus GOtt, der uns durch Christum mit ihm selbst versöhnet hat: und hat uns das Amt der Versöhnung gegeben.

19. Denn GOtt war zwar in Christo, und versöhnete die Welt mit ihm selbst, da er ihnen ihre Sünden nicht zurechnete, und das Wort der Versöhnung in uns legte.

III. 20. Derowegen sind wir Gesandte an Christi Statt, als vermahnete GOTT durch uns. So bitten wir nun an Christi Statt, versöhnet euch mit GOtt.

21. Er hat denjenigen, der von keiner Sünde wußte, zur Sünde für uns gemacht, auf daß wir in ihm die Gerechtigkeit GOttes würden.

Das sechste Capitel.

I. Paulus ermahnet, daß sie die anerbothene Gnade der Versöhnung nicht verabsäumen, und lehrt, wie die Apostel und Prediger des Evangelii sollen beschaffen seyn. 1. II. Reizet an zu der Liebe nach seinem Exempel, als dessen Herz gegen die Corinther in Liebe entzündet ist. 11. III. Lehrt, wie ernstlich zu vermeiden sey die Gemeinschaft, und das Heyrathen mit den Ungläubigen. 14.

1. Wir ermahnen euch aber, als Mithelfer, daß ihr die Gnade GOttes nicht vergeblich empfahet.

2. Denn er spricht: Ich habe dich erhöret in der angenehmen Zeit, und am Tage des Heils habe ich dir geholfen. Siehe, jetzt ist die angenehme Zeit, siehe, jetzt ist der Tag des Heils.

3. Laßt uns niemand einige Aergerniß geben, damit unser Amt nicht gelästert werde:

4. Sondern laßt uns in allen Dingen uns selbst erweisen, wie Diener GOttes, in großer Geduld, in Trübsalen, in Nöthen, in Aengsten,

5. In Schlägen, in Gefängnissen, in Aufruhr, in Arbeit, in Wachen, in Fasten,

6. In Keuschheit, in Erkenntniß, in Langmüthigkeit, in Freundlichkeit, im heiligen Geiste, in ungefälschter Liebe,

7. Im Worte der Wahrheit, in der Kraft GOttes, durch Waffen der Gerechtigkeit zur Rechten und zur Linken,

8. Durch Ehre, und Schmach, durch böse Gerüchte, und gute Gerüchte, als Verführer, und doch Wahrhaftige, als die Unbekannten, und Bekannten:

9. Als die Sterbenden, und siehe, wir leben: als die gezüchtiget werden, und doch nicht getödtet:

10. Als die Traurigen, aber allezeit fröhlich: als die

secundum carnem. Et si cognovimus secundum carnem Christum, sed nunc jam non novimus.

17. Si qua ergo in Christo nova creatura, vetera transierunt. c Ecce, facta sunt omnia nova.

c Isai. 43. 19. Apoc. 21. 5.

18. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis.

19. Quoniam quidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.

III. 20. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

21. Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso.

CAPUT VI.

I. Exhortatur ne acceptam negligant gratiam, docens ministros Evangelii, quomodo se gerere debeant, & Deo probatos exhibere. 1. II. Se libere sed ex corde & charitate loqui. 11. III. Omnibus Christianis fugienda esse commercia, præsertim matrimonia cum infidelibus. 14.

1. Adjuvantes autem † exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

† DOM 1. QUADR.

2. Ait enim: *a* Tempore accepto exaudivi te, & in die salutis adjuvi te. Ecce, nunc tempus acceptabile, ecce, nunc dies salutis.

a Isai. 49. 8.

3. Nemini *b* dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum:

b 1. Cor. 10. 32.

4. Sed in omnibus † exhibeamus nosmetipsos sicut Dei *c* ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

† DE PLUR. MART.

5. In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

c 1. Cor. 4. 1.

6. In castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

7. In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ a dextris, & a sinistris,

8. Per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, ut seductores, & veraces, sicut qui ignoti, & cogniti:

9. Quasi morientes, & ecce, vivimus: ut castigati, & non mortificati:

10. Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut

℣. 17. *Si qua ergo in Christo.* Si quis in Christum credit, hic nova est creatura; huic vetera transierunt, & humanos affectus penitus exuit. *Si qua.* Græc. *Si quis ergo.* Si quis in Christo mortuus cum eo resurrexit, is nova est creatura.

℣. 18. *Omnia autem ex Deo.* Hæc omnia nova ex Dei gratia profecta sunt, cogitata, affectus, opera. *Dedit nobis ministerium reconciliationis.* Negotium, munus reconciliationis hominis cum Deo contulit nobis, verbo primum promulgandæ, dein impertitione Sacramentorum procurandæ.

℣. 21. *Eum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Hostiam pro peccatis nostris. *Justitia Dei.* Justi ea justitia, quam Deus in nobis efficit per Christum: eadem justitia dicitur Dei & nostra; Dei, qui eam donat; nostra, quia nos eam recipimus, & justos nos efficit.

CAPUT VI.

℣. 1. *Adjuvantes autem.* Gr. *Cooperantes.* Munus suum legati exponit; ut Dei cooperator eos adhortatur, ne oblatam gratiam rejiciant, aut frustra recipiant.

℣. 2. *Ait enim* Isaiæ cap. 49. *Tempore accepto exaudivi te.* Tempore legis novæ, cui auxilium suum peculiare Deus addixit; vel Pater loquitur ad Filium: Exaudiam te pro membris tuis deprecantem: futurum pro præterito more Prophetarum.

℣. 5. *In plagis, in carceribus, in seditionibus.* In perferendis populi adversus nos concitati tumultibus. *In laboribus.* Pœnas commemorat ultro susceptas.

℣. 6. *In castitate.* Postea quibus ornari virtutibus oporteat legatos & ministros Christi edisserit; in castitate imprimis, & morum integritate. *In scientia.* Rerum, quæ ad fidem pertinent, ut alios ædificent. *In longanimitate.* Animi lenitate. *In suavitate.* Græc. *Benignitate.* Seu comitate, cui opponitur morum asperitas. *In Spiritu sancto.* In donis & fructibus Spiritus sancti, & præsertim in sincera charitate.

℣. 7. *In verbo veritatis.* Mox subjicit eorum munera, quorum primum est Evangelii prædicatio. *In verbo veritatis.* Quæ prædicari debet sincera, & pura, ac prudenter administrari. *In virtute Dei.* Qua miracula efficiuntur, aut refractarii coercentur. *Per arma justitiæ.* Per bona opera. *A dextris & a sinistris.* In prosperis & adversis; cum pietate semper, & in omni occasione penitus inflexibili.

℣. 8. *Per gloriam & ignobilitatem.* Gr. *Ignominiam.* Seu laudemur, seu vituperemur; seu bene, seu male audiamus. *Ut seductores, & veraces.* Seu nos fallaces existiment, seu veraces. Sic nos exhibeamus ut Christi ministros. *Ignoti.* Sive ut obscuri, atque ut ignobiles habeamur, cum tamen per miracula & doctrinam simus cogniti.

℣. 9. *Quasi morientes.* Ob innumeras afflictiones quotidie pro mortuis habemur. *Ut castigati.* Per Magistratus cædimur. *Et non mortificati.* Et tamen morti non addicti sumus.

℣. 10. *Multos locupletantes.* Divitiis spiritualibus. *Nihil habentes & omnia possidentes.* Licet pauperes & inopes simus, perinde tamen nobis prospicitur de omnibus necessariis, acti omnia mundi bona, ut propria possideremus.

sicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia possidentes.

II. 11. Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est.

12. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris:

13. Eandem autem habentes remunerationem, tamquam filiis dico: dilatamini & vos.

III. 14. Nolite jugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?

15. Quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

16. Qui autem consensus templo Dei cum idolis? *d* Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: *e* Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

d 1. *Cor.* 3. 16. 17. & 6. 19. *e* *Lev.* 26. 12.

f *Isa.* 52. 11. 17. Propter *f* quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis:

g *Jer.* 31. 9. 18. Et ego recipiam vos: *g* & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

CAPUT VII.

I. Consolans Corinthios pœnitentes ostendit, quantum gaudium ex pœnitentia ipsorum acceperit. 6. II. Quantum bonum attulerit tristitia, quam ex sua acceperant epistola. 13.

1. Has ergo habentes promissiones carissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.

2. Capite nos. Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumvenimus.

3. Non ad condemnationem vestram dico. Prædiximus enim, quod in cordibus nostris estis, ad commoriendum, & ad convivendum.

4. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis, repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.

5. Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ, intus timores.

I. 6. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus in adventu Titi.

Dürftigen, aber die viele reich machen: als die nichts haben, und alles besitzen.

II. 11. O ihr Corinther, unser Mund hat sich gegen euch aufgethan, unser Herz hat sich ausgebreitet.

12. Ihr ängstiget euch nicht in uns: aber ihr ängstiget euch in euren Herzen:

13. Dieweil ihr aber einerley Belohnung mit uns habt, so rede ich mit euch, als mit meinen Kindern: auch ihr breitet euch aus.

III. 14. Ziehet nicht am Joche mit den Unglaubigen. Denn was hat die Gerechtigkeit für Gemeinschaft mit der Ungerechtigkeit? oder was Gesellschaft hat das Licht mit der Finsterniß?

15. Wie kömmt aber Christus mit Belial überein? oder was für ein Theil hat der Glaubige mit dem Unglaubigen?

16. Oder wie kann der Tempel GOttes mit den Abgöttern einstimmen? Denn ihr seyd der Tempel des lebendigen GOttes, wie GOtt spricht: Ich will in ihnen wohnen, und will unter ihnen wandeln: und ich will ihr GOtt seyn, und sie sollen mein Volk seyn.

17. Darum gehet aus mitten von ihnen, und sondert euch von ihnen ab, spricht der HErr, und rühret nichts Unreines an:

18. So will ich euch annehmen: und ich will euer Vater seyn, und ihr sollet meine Söhne und Töchter seyn, spricht der HErr der Allmächtige.

Das siebente Capitel.

I. Bezeuget seine Liebe, Aufrichtigkeit, und Vertrauen gegen die Corinther, und ferner seine Freude wegen ihrer Buße und Besserung. 6. II. Bezeuget solches auch durch Titum 13.

1. Dieweil wir nun diese Verheißungen haben, ihr Liebsten, so laßt von aller Befleckung des Fleisches und des Geistes uns reinigen, und die Heiligung in der Gottesfurcht vollenden.

2. Nehmet uns auf. Wir haben niemand beleidiget, wir haben niemand verderbet, wir haben niemand hintergangen.

3. Das sage ich nicht, euch zu verdammen. Denn ich habe schon zuvorgesagt, daß ihr in unsern Herzen seyd, zum mitsterben, und zum mitleben.

4. Ich habe ein großes Vertrauen zu euch, ich rühme mich viel für euch, ich bin mit Trost erfüllet, und voller Freuden in aller unserer Trübsal.

5. Denn als wir in Macedoniam kamen, da hatte unser Fleisch keine Ruhe, sondern wir litten allerhand Trübsalen: auswendig waren Streit, inwendig Furcht.

I. 6. Aber GOtt, der die Demüthigen tröstet, hat uns auch getröstet durch die Ankunft Titi.

7. Nicht

℣. 11. *Os nostrum patet ad vos.* Græc. *Patefecit se.* Et præ affectu libere vos sum allocutus. *Dilatatum est.* Amor noster in vos omnes diffusus est.

℣. 12. *Non angustiamini in nobis.* In corde nostro, tamquam in amplo domicilio habitatis: cum vestræ charitatis visceribus nimium angustis, nec mutua benevolentia me, ut par est, excipiatis: amor emitur amore.

℣. 13. *Eandem autem habentes remunerationem.* Parem gratiam referentes, & meam benevolentiam pari amore rependentes. *Dilatamini.* Et vos me redamate, & diligite, ut vos diligo; exhortationes meas, ut a patre filii, sic excipite.

℣. 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Hinc occasionem sumit eos admonendi, ne matrimonia cum infidelibus contrahant, uti ab iis factitari ex Tito forsan acceperat. Vel saltem vetat, ne intimam cum infidelibus societatem ineant, ob pericula, quæ inde oriuntur.

℣. 15. *Quæ autem conventio Christi ad Belial?* Quæ vox *sine jugo*, seu *exlegem* significat. *Conventio.* Græc. *Consonantia.* Quæ participatio: mundi corruptione cor inficitur, mens ejus tenebris obducitur.

℣. 16. *Dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis.* Quod olim Deus dixit de tabernaculo Levit. 26. hoc fidelibus applicat Apostolus, ut probet eorum animas esse templa Dei, quæ profanari non debent per connubia cum infidelibus juncta, aut per nimiam cum iis societatem, ne forte mensis eorum & sacrificiis se inserant.

℣. 17. *Propter quod exite de medio eorum.* Isaia 52. 11. Quem locum aptat Apostolus ad vitandos Idololatras, affectu saltem, atque ut consuetudinem nimis familiarem cum illis inhibeat, ac multo magis mutua cum illis connubia.

CAPUT VII.

℣. 1. *Has ergo habentes promissiones.* Ut simus templum Dei, & inhabitet in nobis; quas promissiones in lege nova accepimus. *Inquinamento.* Ab omnibus peccatis, quæ carne, aut sola voluntate committuntur. *Perficientes.* Ut simus sancti; ut opus sanctificationis perficiatur in nobis cum timore Dei sancto & religioso; ut sanctitas in Baptismo inchoata perficiatur.

℣. 2. *Capite nos.* Responsurus vanis accusationibus, quas pseudo-apostoli in eum conjiciebant, rogat ut attente audiant, quæ mox dicturus est. *Neminem corrupimus.* Aut perversa doctrina, aut malis exemplis. *Neminem circumvenimus.* Nihil cupide extorsimus: idque vox Græca πλεονεκτέω significat, neminem præ avaritia fraudavimus.

℣. 3. *Non ad condemnationem vestram dico.* Quasi vos eam de me opinionem habueritis: nam imprimis nobis chari estis, & parati sumus vobiscum mori & vivere.

℣. 4. *Multa mihi fiducia est apud vos.* Sed ea libertate utor, ut apud filios, certus de vestra benevolentia; gaudio repletus ob adventum Titi, qui correctione vestra mihi nuntiata, omnem excussit tristitiam.

℣. 5. *Foris pugnæ.* Cum hostibus Ecclesiæ. *Intus timores.* Ob novas, quæ subinde emergebant, persecutiones. Vel intus ab hostibus occultis & domesticis.

7. Nicht allein aber durch seine Ankunft, sondern auch durch den Trost, damit er unter euch getröstet war, da er uns vermeldet euer Verlangen, euer Weinen, und euren Eifer für mich, also, daß ich mich mehr erfreuete.

8. Denn habe ich euch schon durch den Sendbrief betrübet, so reuet es mich doch nicht: und ob es mich schon reuete, dieweil ich sehe, daß derselbige Sendbrief, (wiewohl nur eine Stunde lang) euch betrübet hat:

9. So freue ich mich doch jetzt: nicht darum, daß ihr seyd betrübet worden, sondern daß ihr zur Buße seyd betrübet worden. Denn ihr seyd nach GOtt betrübet worden, auf daß ihr von uns in keinem Dinge Schaden leidet.

10. Denn die Traurigkeit, die nach GOtt ist, wirket Buße zur beständigen Seligkeit: aber die weltliche Traurigkeit wirket den Tod.

11. Denn siehe, eben dasselbige, daß ihr nach GOtt seyd betrübet worden, wie große Sorgfältigkeit wirket das in euch? dazu Verantwortung, Unwillen, Furcht, Verlangen, Eifer, Rache. Ihr habt euch in allem dergestalt erwiesen, daß ihr unbefleckt seyd an der That.

12. Derowegen, obwohl ich euch geschrieben habe, so ist es doch nicht um dessenwillen geschehen, der unrecht gethan hat: auch nicht um dessenwillen, der gelitten hat: sondern damit unsere Sorgfalt offenbar würde, die wir für euch tragen

II. 13. Vor GOtt: derohalben sind wir getröstet worden. Aber in unserm Trost haben wir uns am meisten erfreuet über der Freude Titi, daß sein Geist von euch allen ist erquicket worden.

14. Und so ich mich bey ihm eurenthalben etwas berühmet habe, bin ich nicht zu Schanden worden: sondern, gleichwie wir alles in der Wahrheit zu euch geredet haben, also ist auch unser Ruhm wahr worden, den wir bey Tito geführet haben,

15. Und er ist euch von Grund des Herzens überaus wohlgeneigt, wenn er gedenket an den Gehorsam euer aller, wie ihr ihn mit Furcht und Zittern aufgenommen habt.

16. Ich erfreue mich, daß ich mich in allen Dingen auf euch verlassen kann.

Das achte Capitel.

I. Ermahnt die Corinther zum Almosen, nach dem Exempel derer in Macedonia, und Christi, der arm worden ist, damit er uns bereiche. 1. II. Weil also die Armen und Reichen einander gleich werden: denn anstatt der zeitlichen Güter geben jene die geistlichen: 13. III. Weil er Titum und andere Apostel schicket dasselbe Almosen einzufodern. 16.

1. Wir thun euch aber kund, liebe Brüder, die Gnade GOttes, welche den Kirchen in Macedonia gegeben ist:

2. Daß in vielfältiger Bewährung der Trübsal ihre

7. Non solum autem in adventu ejus, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita, ut magis gauderem.

8. Quoniam etsi contristavi vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quod epistola illa (etsi ad horam) vos contristavit:

9. Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.

10. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur. *a1. Pt. 2.*

11. Ecce, enim hoc ipsum, secundum Deum contristavi vos, quantam in vobis operatur solicitudinem? sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. In omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio.

12. Igitur, etsi scripsi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam, nec propter eum, qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram, quam habemus pro vobis

II. 13. Coram Deo: ideo consolati sumus. In consolatione autem nostra, abundantius magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus ejus ab omnibus vobis.

14. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est,

15. Et viscera ejus abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore, & tremore excepistis illum.

16. Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis.

CAPUT VIII.

I. Hortatur eos ad eleemosynam tribuendam, tum Macedonum commendatione, tum Christi exemplo. 1. II. Admonet, ut quod jam dudum facere proposuerant, id nunc pro cujusque facultate præstent: 13. III. Ministros collaudat, quos ad eam colligendam mittit. 16.

1. Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ:

2. Quod in multo experimento tribulationis abun-

℣. 7. *Qua consolatus est in vobis.* Passive, per quam consolationem de vobis magnam habuit, ob vestri emendationem, & magnum in me amorem: hoc enim significat per æmulationem, ob desiderium vestrum me videndi.

℣. 8. *Etsi pœniteret.* Gr. *Etsi pœnitebat.* Tum incipit alia periodus: video enim, quod Epistola illa, etli ad breve tempus vos contristavit; supplendum videtur, & tamen profuit vobis: nam tristitia, quæ ex pœnitentia oritur, est semen salutis æternæ.

℣. 9. *Contristati enim estis secundum Deum, ut in nullo detrimentum patiamini ex nobis.* Cum melior factus fuerit fornicarius: adeo ut nullo detrimento affecti fueritis per nos, qui vobis causa tristitiæ fuimus.

℣. 10. *Sæculi autem tristitia mortem.* Animæ, dum obmurmurat, & ultionem expetit.

℣. 11. *Sed.* Pro imo & defensionem. Gr. Apologiam, seu excusationem. Tristitia illa vobis attulit solicitudinem, & vigilantiam, nostri defensionem. *Indignationem.* Adversus incestum, aut contra seipsos, quod ita se gesserint, ut merito ab Apostolo reprehenderentur. *Sed desiderium.* Videndi Apostoli. *Sed vindictam.* Cum a sua communione incestum ejecerunt. *Incontaminatos.* Ostendistis vos immunes esse a peccato fornicatoris. Initio quidem illud punire neglexistis, sed illam negligentiam purgastis. *Negotio.* In crimine incesti, quod non exprimit, quia deletum erat.

℣. 12. *Etsi scripsi vobis, non propter eum, qui fecit injuriam.* Patri suo, non solum propter eum scripsi, ut eĩ consulerem, sed ut ostenderem meam pro vestra salute solicitudinem, quæ solicitudo ex charitate profecta est. *Coram Deo.* Atque hæc fuit præcipua excommunicantis intentio, ut a peccati contagio totum corpus servaretur illæsum.

℣. 14. *Non sum confusus.* Quasi inaniter gloriatus essem de vobis apud eum. *Veritas.* Vera inventa est.

℣. 16. *Gaudeo, quod in omnibus confido in vobis.* Ideo gaudeo, quod absque periculo offensionis possim libere & monendo & increpando vobiscum agere, atque omnia de vobis possim polliceri. Sic aditum sibi præparat ad ea, quæ mox ab iis est postulaturus.

CAPUT VIII.

℣. 1. *Notam autem facimus vobis.* Quod secundo loco sibi proposuerat, aggreditur, nempe ut pauperes fideles, qui Jerosolymæ erant, suis eleemosynis sublevent. Ac primum eos Macedonum exemplo excitat, quorum patientiam in variis afflictionibus perferendis, & liberalitatem in erogandis eleemosynis, gratiam, seu beneficium Dei appellat, quod hæc sint divinæ gratiæ dona.

℣. 2. *Quod in multo experimento tribulationis.* Id erat insignis Dei gratiæ argumentum, quod tot calamitatibus, & bonorum spoliatione vexati, ii tamen magnum gaudium, & sinceram liberalitatem cum acerba vexatione, & altissima paupertate conjungerent. *Simplicitatis.* Quæ paupertas, Gr. κατὰ βάθους, *a fundo* exhausta, redundavit in copiosam liberalitatem, a simplici & candido animo profectam.

abundantia gaudii ipsorum fuit: & altissima paupertas eorum, abundavit in divitias simplicitatis eorum:

3. Quia secundum virtutem testimonium illis reddo, & supra virtutem voluntarii fuerunt,

4. Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerii, quod fit in sanctos.

5. Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei;

6. Ita, ut rogaremus Titum, ut quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.

7. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, ut & in hac gratia abundetis.

8. Non quasi imperans dico: sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

† *SANCT. PAULINI EPISC.* 9. Scitis † enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.

10. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore:

11. Nunc vero & facto perficite: ut quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis.

12. Si enim voluntas prompta est: secundum id, quod habet, accepta est, non secundum id, quod non habet.

II. 13. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

14. In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est:

a Exod. 16. 18. 15. Qui *a* multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit. *

† *S. LUC. EVANG.* III. 16. Gratias † autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi,

17. Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.

18. Misimus etiam cum illo fratrem, cujus laus est in Evangelio per omnes Ecclesias:

Freude am größten gewesen ist: und daß ihre höchste Armuth ihnen gereichet hat zum überflüßigen Reichthum ihrer Einfältigkeit:

3. Denn ich gebe ihnen Zeugniß, daß sie nach ihrem Vermögen, ja auch über ihr Vermögen willig gewesen sind,

4. Und bathen uns inständig mit vielem Ermahnen, daß wir wollten annehmen die Gnade, und die Gemeinschaft der Handreichung, welche den Heiligen geschiehet.

5. Und nicht, wie wir hofften, sondern sie gaben sich selbst zuerst dem HErrn, und darnach uns, durch den Willen GOttes;

6. Also, daß wir Titum bathen, er wollte auch diese Gnade dergestalt unter euch vollenden, wie er angefangen hatte.

7. Gleichwie ihr nun in allen Dingen sehr reich seyd, im Glauben, und im Worte, und in der Erkenntniß, und in der Sorgfältigkeit, über das auch in eurer Liebe gegen uns, also wollet auch reich seyn in dieser Gnade.

8. Nicht sage ich, daß ich etwas gebiethe: sondern daß ich durch die Sorgfältigkeit der andern, den guten Willen eurer Liebe bewähre.

9. Denn ihr wisset die Gnade unsers HErrn JEsu Christi, daß er um eurentwillen arm worden ist, als er reich war, damit ihr durch seine Armuth reich würdet.

10. Und ich gebe euch hierinnen meinen Rath: denn dieses ist euch nütze, die ihr nicht allein das Thun, sondern auch das Wollen schon im vorigen Jahr angefangen habt:

11. Nun aber vollendet es auch mit der That: auf daß, gleichwie das Gemüth geneigt ist mit dem Willen, also auch das Vollbringen erfolge von dem, das ihr habt.

12. Denn wenn der Wille bereit ist: so ist er angenehm, nachdem einer hat, nicht nachdem einer nicht hat.

II. 13. Denn das ist die Meynung nicht, daß andere Erleichterung haben sollen, ihr aber Trübsal, sondern daß es gleich zugehen soll.

14. Laßt euren Ueberfluß in dieser gegenwärtigen Zeit ihren Mangel ersetzen, damit auch ihr Ueberfluß eurem Mangel zur Steuer komme, auf daß Gleichheit werde, wie geschrieben stehet:

15. Wer viel gesammelt hatte, der hatte keinen Ueberfluß: und wer wenig gesammelt hatte, dem gebrach nichts.

III. 16. Aber GOtt sey Dank, der eben dieselbige Sorgfältigkeit für euch in das Herz Titi gegeben hat,

17. Denn er nahm die Ermahnung zwar an: aber dieweil er überaus sorgfältig war, so ist er aus seinem freyen Willen zu euch gereiset.

18. Wir haben auch einen Brüder mit ihm gesandt, der im Evangelio bey allen Kirchen guten Ruhm hat:

19. Nicht

℣. 3. *Secundum virtutem.* Pro viribus. *Reddo.* Ut ego testis sum; imo & supra vires, ultro benigni fuerunt & liberales.

℣. 4. *Cum multa exhortatione obsecrantes.* Instantissime orantes, ut hanc acciperemus gratiam, ex Græco textu eleemosynas. *Sanctos.* Ut ad sanctos deferremus, quæ ad sublevandam pauperum inopiam dona offerebant.

℣. 5. *Et non sicut speravimus.* Illi non modo facultates suas licet egeni & pauperes, sed & semetipsos dederunt primum Domino; deinde nobis. *Per voluntatem Dei.* Deo ipsis hanc mentem aspirante.

℣. 7. *Sicut in omnibus abundatis, fide & sermone &c.* Loquendi facultate, & scientia, cognitione mysteriorum Dei. *Ut & abundetis.* Facite, ut in hoc quoque abundetis.

℣. 8. *Non quasi imperans.* Exemplum Macedonum vobis propono, non quasi ex imperio: sed ut per aliorum, nempe Macedonum, solicitudinem. Gr. *Studium.* Affectum. *Comprobans.* Explorans, vestræ charitatis sinceritatem excitem. Gr. *Ingenuitatem.* Generosam animi idolem provocem, vel exploratam habeam.

℣. 10. *Hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed & velle cœpistis.* Ultro, & nullo adhuc provocati exemplo: itaque iis auctor est, ut opere perficiant, quod anno superiori decreverant, & juxta facultatum suarum modum indigentibus succurrant ex eo, quod habent. *Sed & velle.* Nullo exhortante, & suapte voluntate.

℣. 11. *Ut quemadmodum promptus est animus.* Sicut anno superiori promptam habuistis voluntatem benefaciendi sanctis, sic ad perficiendum vos promptos & alacres exhibete.

℣. 13. *Non enim ut aliis sit remissio.* Supplendum, exigo, non ut alii vestra liberalitate ditati delicatius vivant, & penes vos sit rei familiaris angustia: aut aliis nihil conferentibus, & vobis *largientibus* sit tribulatio. *Æqualitate.* Sed volo, ut per quamdam æqualitatem vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut iis non desint necessaria, & vos detis superflua.

℣. 14. *Vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut & illorum abundantia vestræ inopiæ.* In bonis spiritualibus vestræ penuriæ sit supplemento; æqualitas quædam inter divitem & pauperem constituitur, cum dives suis bonis pauperem juvat, pauper multum orat pro divite.

℣. 15. *Qui multum, non abundavit.* Quem locum Exodi c. 16. v. 18. aptat æqualitati; nam si divites de superfluis necessaria Sanctis suppeditent, tum fit quædam æqualitas, dum quisque forte sua contentus erit. Quæ vero interjacent de compensatione bonorum spiritualium, & temporalium, Gagnæus existimat per parenthesim scripta esse, cum voce Græca ἰσότης, æqualitas, non compensatio designetur.

℣. 17. *Quoniam exhortationem quidem suscepit* Titus, quando illum ad hoc exhortati sumus, sed & sua sponte Corinthum reversus est. *Cum solicitior esset.* Cum vestri studio teneretur.

℣. 18. *Misimus etiam cum illo fratrem.* Videtur Silas hoc loco intelligi, ex tempore, quo scripta est hæc Epistola.

19. Nicht allein aber das, sondern er ist auch von den Kirchen zum Gefährten unserer Reise verordnet, diese Gnade, welche von uns dargereichet wird, zu des HErrn Ehre, und unsern geneigten Willen zu vollziehen:

20. Wir verhüten auch das, daß uns niemand übel nachrede wegen der Menge, * so durch unsern Dienst dargereichet wird. * des Geldes.

21. Denn wir befleißigen uns des Guten, nicht allein vor GOtt, sondern auch vor den Menschen.

22. Wir haben aber mit ihnen auch unsern Bruder gesandt, den wir oftmals in vielen Dingen bewähret haben, daß er sorgfältig ist: jetzt aber ist er viel sorgfältiger, aus großem Vertrauen, das er auf euch hat,

23. Ist es nun von Titi wegen, der mein Gesell, und mein Mithelfer bey euch ist: oder von wegen unserer Brüder, die Apostel der Kirchen sind, und Christi Ehre.

24. Derowegen erzeiget nun gegen sie die Erweisung eurer Liebe, und unsers Ruhms von euch, im Angesichte der Kirche.

Das neunte Capitel.

I. Paulus fährt fort die Corinther zu ermahnen, Almosen zu geben: 2. II. Weil die Almosengeber mit gegenwärtigen und künftigen Gütern bereichert werden: 6. III. Weil die Armen GOtt dafür danken, und für die Corinther bethen. 11.

1. Aber von der Handreichung, die den Heiligen geschiehet, ist es überflüßig, euch davon zu schreiben.

I. 2. Denn ich weis euer williges Gemüth: deswegen ich mich eurethalben berühme bey den Macedoniern. Denn auch Achaja bereit gewesen ist, von dem vergangenen Jahre her, und euer Eifer hat sehr viele erwecket.

3. Ich habe aber die Brüder gesandt, damit in diesem Theile nicht verschwinde, was wir von euch rühmen, damit ihr, wie ich gesagt habe, bereit seyd:

4. Auf daß, wann die Macedonier mit mir kommen, und euch unbereitet finden würden, wir (will nicht sagen auch ihr) dieser Sache halben nicht in Schanden stehen.

5. Derowegen habe ich es für nothwendig erachtet, die Brüder zu bitten, daß sie vorhin zu euch kämen, diese zuvor verheißene Benedeyung fertig zu machen, damit sie also bereit wäre, wie ein Segen, und nicht wie Geiz.

II. 6. Dieses sage ich aber: Wer spärlich säet, der wird auch spärlich ärnten: und wer reichlich säet, der wird auch reichlich ärnten.

7. Ein jeglicher thue, wie er es in seinem Herzen vorgenommen hat: nicht mit Traurigkeit, oder aus Noth: denn einen fröhlichen Geber hat GOtt lieb.

8. GOTT aber kann machen, daß allerley Gnade in euch überflüßig sey: auf daß ihr in allen Dingen für und für alles Genügen habt, und reich seyd zu allen guten Werken.

9. Wie geschrieben stehet: Er hat ausgestreuet, und

19. Non solum autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam, quæ ministratur a nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram:

20. Devitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur a nobis:

21. Providemus *b* enim bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. *b Rom.* 12. 17.

22. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos,

23. Sive pro Tito, qui est socius meus, & in vos adjutor: sive fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

24. Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.

CAPUT IX.

I. Prosequitur hortando ad eleemosynam prompte & abundanter tribuendam. 2. II. Admonet, ne ex hoc inopiam metuant, sed divinæ fidant providentiæ. 6. III. Varios recenset illius eleemosynæ fructus. 11.

1. Nam de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.

I. 2. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaja parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio provocavit plurimos.

3. Misi autem fratres, ut, ne quod gloriamur de vobis, evacuetur in hac parte, ut quemadmodum dixi, parati sitis:

4. Ne cum venerint Macedones mecum, & invenerint vos imparatos, erubescamus nos (ut non dicamus vos) in hac substantia.

5. Necessarium ergo existimavi rogare fratres, ut præveniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse, sic quasi benedictionem non tamquam avaritiam.

II. 6. Hoc autem dico: † Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. † *S. Laurentii.*

7. Unusquisque prout destinavit in corde suo: non ex tristitia, aut ex necessitate: *a* hilarem enim datorem diligit Deus. *a Eccl.* 35. 11.

8. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum.

9. Sicut scriptum est: *b* Dispersit, dedit *b Psal.* 111. 9

℣. 19. *Sed & ordinatus est ab Ecclesiis.* Ab Apostolis & Pastoribus. Græc. χειροτονηθεὶς. Suffragiis electus. *Gratiam.* Ad colligendas fidelium eleemosynas in sanctos. *Et destinatam voluntatem vestram.* Gr. Juxta promptam animi vestri voluntatem exequendam.

℣. 20. *Ne quis nos vituperet in hac plenitudine.* In hac eleemosynarum abundantia omnem pravæ administrationis suspicionem amovet, quod ii, qui huic muneri præficiuntur, sint notæ probitatis.

℣. 23. *Sive pro Tito.* Sic legunt nonnulli: sive per Titum, qui est socius meus, sive per fratres nostros Apostolos; ita ut hic sit sensus: misimus alium fratrem studiosum vestri, & confidentem de vobis; vel potius nominativo pro accusativo utitur; confidit fore ut illos, ut par est, excipiatis, sive ob Titum ipsum, sive propter fratres, qui sunt Apostoli Ecclesiarum, quique vitæ suæ sanctitate & doctrina Ecclesiæ sunt ornamento. Ellipsim hoc loco esse alii suspicantur, quæ per verbum *est* suppletur: Si de Tito agitur, is est socius meus: sive de Apostolis, quos fratres vocat, ii sunt gloria Christi.

℣. 24. *In illos ostendite in faciem.* Seu palam, in conspectu omnium Ecclesiarum realem exhibitionem charitatis eximiæ, quæ vobis honori sit, & mihi justo argumento de vobis apud alios gloriandi. Ita S. Anselmus.

CAPUT IX.

℣. 1. *Nam de ministerio.* sc. Eleemosynæ subsidio.

℣. 2. *Et vestra æmulatio provocavit plurimos.* Gr. Æmulatio ex vobis orta; id vero ab iis postulat, ut eam largitionem acceleren ante Macedonum adventum. *Evacuetur.* Ne gloriatio nostra de vobis inanis sint.

℣. 4. *Ne -- erubescamus nos in hac substantia.* Gr. Additur *gloriationis:* In hoc genere gloriandi ne erubescamus, quod tam confidenter de vobis hac in parte gloriati simus.

℣. 5. *Ut præveniant vos.* Ut ante veniant ad vos: ut præparent ante promissam benedictionem: vox, *esse,* videtur abundare.

℣. 6. *Qui parce seminat.* Angusto & minus liberali animo largitur. *Parce & metet.* Exiguum referet fructum; qui copiose dederit, *de benedictionibus metet.* Amplam & uberem mercedem consequetur.

℣. 7. *Unusquisque prout destinavit.* Non coactus, aut tristis. *Hilarem enim datorem diligit Deus.* Proverb. 22. juxta 70. versionem: in Vulgata sic habemus: *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Aug. in Psal. 42. *Si panem dederis tristis, & panem & meritum perdidisti.*

℣. 8. *Potens est autem Deus omnem gratiam abundare.* Nihil est, cur egestatem timeatis, quia Deus retribuet tam spiritualiter, quam temporaliter. *Potens est enim Deus, &c.* Ut habeatis, unde beneficentiam vestram exerceatis.

℣. 9. *Dispersit &c. justitia ejus manet in sæculum sæculi.* Beneficentia non perit, sed instar seminis in terram jacti fructus affert uberrimos: is laudem apud homines, & mercedem apud Deum consequetur.

pauperibus: justitia ejus manet in sæculum sæculi.

10. Qui autem administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ:

III. 11. Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

12. Quoniam ministerium hujus officii, non solum supplet ea, quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,

13. Per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Evangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes,

14. Et in ipsorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

15. Gratias Deo super inenarrabili dono ejus.

CAPUT X.

14. Et proficiebam in Judaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

15. Cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam,

16. Ut revelaret Filium suum in me, ut evangelizarem illum in gentibus: continuo non acquievi carni & sanguini,

17. Neque veni Jerosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam †, & iterum reversus sum Damascum:

18. Deinde post annos tres † veni Jerosolymam, videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim:

19. Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini.

20. Quæ autem scribo vobis, ecce, coram Deo, quia non mentior.[c]

21. Deinde veni † in partes Syriæ, & Ciliciæ.

22. Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo:

23. Tantum autem auditum habebant: quoniam, qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.

24. Et in me clarificabant Deum.

† *IN COMM S. PAULI APOST.*

a 1. *Cor.* 15. 1.

b Ephes. 3. 3.

† *Ann. ær. vulg.* 34.

† *Anno* 37.

† *Eodem anno.*

CAPUT II.

I. Paulus Evangelii veritatem libere semper docuit inter gentes, approbantibus id primis Apostolis, & nihil ad id additionis. 2. II. Dicit se ab iis in locum receptum fuisse, ut gentibus prædicaret. 7. III. Refert, quod palam reprehenderit Cephan cum incautus Judaismum simularet. 11. IV. Ostendit hominem justificari non ex legis operibus, sed per fidem in Christum. 16.

1. Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.

I. 2. Ascendi autem secundum revelationem, & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus, seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.

3. Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circumcidi:

℣. 10. *Modo enim hominibus suadeo.* Chrysostomus hæc verba sic interpretatur: An apud homines, vel apud Deum causam dico? vel divina, an humana suadeo? an iptis tantum hominibus probari volo? an forte hoc fungor munere, ut hominibus morem geram, non Deo? *Si adhuc hominibus placerem.* Si hominum gloriam captarem, Christi servus non essem. Vox Græca ἀρέσκω, pro *assentari* sumitur: nam pseudo-apostoli jactabant Paulum prædicare legalia. Si solis hominibus placerem, excluso Deo, ministerium meum non sincere obirem.

℣. 11. *Non est secundum hominem.* Non est inventum humanum.

℣. 17. *Sed abii in Arabiam.* Statim a conversione sua profectus est in Arabiam, seu in loca Damasci finitima, quæ Arabum ditioni tunc erant subjecta; hinc Damascum rediit, per triennium Evangelium prædicans; tum demissus est per murum. Hanc profectionem Pauli in Arabiam Lucas omisit.

℣. 18. *Deinde post annos tres veni Jerosolymam videre Petrum.* Ut videret Petrum, ob ejus primatum inter Apostolos: ex iis optime colligitur Paulum nec doctrinam, nec missionem suam ab aliis Apostolis, sed a Christo solo accepisse.

℣. 21. *Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ.* Post 15. dies, quibus mansit Jerosolymæ.

CAPUT II.

℣. 1. *Deinde post annos quatuordecim.* A conversione mea. Anno 50. vid. Act. 15. v. 2.

℣. 2. *Contuli cum illis Evangelium — seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse.* Gr. *Qui magni erant nominis, & auctoritatis,* τοῖς δοκοῦσι, *ne forte in vanum currerem.* Ne inanis esset prædicationis nostræ fructus, si quibusdam videretur doctrina mea Apostolis non probari, ut pseudo-apostoli jactitabant: itaque doctrinam meam cum Apostolis contuli, ut eorum auctoritate muniretur. *Secundum revelationem.* i. Juxta Dei monitum.

℣. 3. *Sed neque Titus — cum esset gentilis, compulsus est circumcidi.* Quod Apostoli id minime necessarium judicarent.

4. Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Jesu, ut nos in servitutem redigerent.

5. Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelii permaneat apud vos.

6. Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. *a* Deus personam hominis non accipit) mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.

II. 7. Sed econtra cum vidissent, quod creditum est mihi Evangelium præputii, sicut & Petro circumcisionis:

8. (Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter Gentes.)

9. Et cum cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Jacobus, & Cephas, & Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis, ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem:

10. Tantum ut pauperum memores essemus, quod etiam solicitus fui hoc ipsum facere.

III. 11. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat:

12. Prius enim, quam venirent quidam a Jacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant.

13. Et simulationi ejus consenserunt ceteri Judæi, ita, ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.

14. Sed cum vidissem, quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, & non Judaice: quomodo Gentes cogis judaizare?

15. Nos natura Judæi, & non ex Gentibus peccatores.

IV. 16. Scientes autem, quod non justifica-

a Deut. 10. 17. Job. 34. 19. Sap. 6. 8. Eccl. 35. 15. Actor. 10 34. Rom. 2. 11. Ephes. 6. 9. Coloss. 3. 25. 1. Petr. 1. 17.

4. Und das wegen den neben eingeführten falschen Brüdern, welche waren neben hineingekommen, unsere Freyheit zu verkundschaften, die wir in Christo JEsu haben, auf daß sie uns in die Dienstbarkeit brächten.

5. Denen wir auch nicht eine Stunde lang gewichen sind, daß wir uns unterwerfen sollten, damit die Wahrheit des Evangelii bey euch verbleibe.

6. Von denen aber, die im Ansehen waren (welche sie etwan vor diesem gewesen, daran ist mir nichts gelegen. GOtt achtet das Ansehen der Menschen nicht) von denen sage ich, die im Ansehen waren, ist mir nichts zugeleget worden.

II. 7. Sondern hingegen da sie sahen, daß mir das Evangelium auf die Vorhaut vertrauet war, gleichwie Petro auf die Beschneidung:

8. (Denn der mit Petro wirket im apostolischen Amte unter der Beschneidung, der wirket auch mit mir unter den Heyden.)

9. Und als sie die Gnade erkannten, die mir gegeben ist, nämlich Jacobus, und Cephas, und Johannes, welche für die Säulen gehalten wurden, da gaben sie mir und Barnabä die Hände, und vereinigten sich mit uns, daß wir unter den Heyden, sie aber unter der Beschneidung predigen sollten:

10. Allein, daß wir der Armen ingedenk wären, wie ich auch dasselbige zu thun sorgfältig gewesen bin.

III. 11. Als aber Cephas gen Antiochiam gekommen war, da widerstund ich ihm in das Angesicht: denn er war sträflich:

12. Denn zuvor, ehe dann etliche von Jacobo kamen, aß er mit den Heyden: nachdem sie aber gekommen waren, entzog er sich, und sönderte sich ab, aus Furcht vor denen, die aus der Beschneidung waren.

13. Es fielen auch die andern Jüden seiner Häucheley bey, also, daß auch Barnabas von ihnen in diese Häucheley geführet ward.

14. Als ich aber sah, daß sie nicht richtig wandelten nach der Wahrheit des Evangelii, sprach ich zu Cepha in Gegenwart ihrer aller: So du, der du ein Jüde bist, auf heydnisch lebest, und nicht auf jüdisch: wie zwingest du dann die Heyden auf jüdisch zu leben?

15. Wir sind wohl von Natur Jüden, und nicht Sünder aus den Heyden.

IV. 16. Aber dieweil wir wissen, daß der Mensch aus den

℣. 4. *Sed propter subintroductos falsos fratres.* Gr. παρεισάκτους. Subinductitios fratres. Vocem, *sed*, abundare existimat Hieronymus; vel particula, *neque* est subintelligenda, & repetenda ex versu superiori: sed neque falsis fratribus, qui in Ecclesiam irrepserant, etiamsi multum urgerent, tum cessimus, ut veritas & libertas Evangelii integra maneret.

℣. 5. *Quibus nec ad horam cessimus subjectione.* Ad subjectionem; vel cum Græcis legendum, τῇ ὑποταγῇ, subjectioni; quorum subjectioni neque ad horam cessimus, non iis nos subjecimus.

℣. 6. *Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid.* Qui magnæ erant auctoritatis, subaudi, nihil accepi, nec quidquam doctrinæ, nec aliquid Authoritatis. Quam sententiam mox repetit per hyperbaton, atque inceptam periodum longa parenthesi interrumpit.

℣. 8. *Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis.* Qui vim suam ostendit in Petro, ut Judæis prædicaret Evangelium. *Operatus est & mihi inter Gentes.* Sic, ut Judæos quoque ad fidem adducam: sed Deus voluit ut Gentes potissimum, quemadmodum Petrus Judæos, ad fidem perducerem, quo utrique nationi suus adesset patronus, diversis utriusque populi moribus obsecundans, dum unicuique proprium dedit pastorem.

℣. 9. *Dextras dederunt mihi & Barnabæ societatis.* In Apostolatu socios asciverunt, quod utique non fecissent, si quid ab eorum doctrina alienum a nobis esset prædicatum.

℣. 10. *Tantum ut pauperum.* Qui a Judæis expoliati fuerant. *Memores essemus.* Supple, monuerunt.

℣. 11. *Cum autem venisset Cephas Antiochiam.* Cum Petrus Antiochiæ degens promiscue una cum Gentibus ageret, cum quibuslibet cibis uteretur, supervenerunt ab Jerosolymis Judæi Christiani, nondum plane legem Moysis dedocti, quique paulatim a superstitione sua erant avocandi. Petrus ne eos offenderet, a Gentilium mensa se subducens, Gentiles offendit, quod velut impuri haberentur. Quin & plerique Judæi fideles, ex hoc Petri facto nutare cœperunt. Paulus utrique nationi consultum volens, Petrum aperte reprehendit, ea ratione usus, qua sententiam suam valde confirmat. *Reprehensibilis.* Cui reprehensioni serio & aperte, non simulate, aut ex compositio factæ, Petrus silentio suo acquievit, cum de cæremoniis legalibus ageretur.

℣. 12. *Segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant.* Ne scilicet eos offenderet timens eis. Libertas in Paulo, humilitas cum mira docilitate conjuncta in Petro emicuit: Deus Petrum docere noluit per Angelum, aut revelationem, ut ejus humilitate Ecclesiam erudiret.

℣. 14. *Si tu, cum Judæus sis, gentiliter vivis, & non judaice.* Quod si legi ipsi renuntiasti. *Quomodo gentes cogis judaizare?* Cogis nimirum exemplo tuo. Id enim facile sibi persuadebunt a cibis per legem vetitis esse abstinendum: dum times, ne Judæis infirmis sis offendiculo, Gentilium conscientiam vulneras, qui hunc ciborum delectum ad salutem necessarium non esse arbitrantur. Judæos infirmos in hoc errore confirmas, qui Gentilium conversioni, & Evangelii propagationi obstat maxime. Concilio Hierosolymitano sic adversaris, quo quidem Gentiles ab observatione legis liberos esse pronuntiatum fuit teipso auctore. Petro itaque restitit Paulus, ut Judæi ex ipso Petri silentio intelligerent nihil jam esse immundum, nullam amplius esse legis obligationem. Cæterum non erravit Petrus opinione, sed imprudentia tantum facti, quia simulatione sua errandi occasionem præbebat Gentibus.

℣. 16. *Scientes autem*, particula, *autem*, textui Græco deest. *In Christo.* Gr. *In Christum Jesum credimus.* Nos, inquit, natura Judæi, & ex parentibus Judæis orti sumus, & non proselyti ex Gentilibus nati; cæterum scimus neminem justificari ex operibus legis. *Nisi.* Sed per fidem. Quomodo igitur judaizare Gentes exemplo tuo compellis? *Propter quod.* Propterea quod alioquin nihil erat causæ, cur novam religionem amplecteremur, si ex operibus legis justitiam haberemus.

den Werken des Gesetzes nicht gerechtfertiget wird, sondern durch den Glauben JEsu Christi: so glauben wir auch an Christum JEsum, damit wir aus dem Glauben Christi, und nicht aus den Werken des Gesetzes gerechtfertiget werden: darum, daß aus den Werken des Gesetzes kein Fleisch wird gerechtfertiget werden.

17. So nun wir, die wir suchen in Christo gerechtfertiget zu werden, selbst auch Sünder sind gefunden worden, ist dann Christus ein Diener der Sünde? Das sey ferne.

18. Denn so ich dasselbige wiederum aufbaue, was ich zerstöret habe, so mache ich mich selbst zu einem Uebertretter.

19. Denn ich bin durch das Gesetz dem Gesetze abgestorben, daß ich GOtt leben sollte: ich bin mit Christo an das Kreuz geheftet.

20. Aber ich lebe, nunmehr nicht ich, sondern Christus lebet in mir. Daß ich aber jetzt im Fleische lebe, das lebe ich im Glauben an den Sohn GOttes, der mich geliebet hat, und sich selbst für mich gegeben.

21. Ich verwerfe die Gnade GOttes nicht. Denn so die Gerechtigkeit aus dem Gesetze kömmt, so ist Christus vergeblich gestorben.

Das dritte Capitel.

1. Paulus giebt etliche Ursachen, warum wir durch den Glauben Christi, und nicht durch das Gesetz gerechtfertiget werden: weil die Galater selbst erfahren, daß sie nicht in der Beschneidung, sondern in der Taufe den heiligen Geist, und seine Gaben empfangen haben. 2. II. Weil Abraham darum gerecht worden, daß er GOtt geglaubet hat. 5. III. Weil die, so unter dem Gesetze leben, unter dem Fluche sind, der Gerechte aber aus dem Glauben lebet. 10. IV. Weil Abraham und seinem Saamen die Verheißungen geschehen sind, so auf die Gläubigen gekommen, durch den Glauben an Christum. 14.

1. O ihr unverständige Galater, wer hat euch bezaubert, daß ihr der Wahrheit nicht gehorchet, vor deren Augen JEsus Christus geschrieben war, und ist in euch gekreuziget?

I. 2. Das begehre ich allein von euch zu lernen: habt ihr den Geist aus den Werken des Gesetzes, oder aus dem Gehöre des Glaubens empfangen?

3. Seyd ihr so unwitzig, daß ihr, nachdem ihr im Geiste angefangen habt, jetzt im Fleische vollenden wollet?

4. Habt ihr dann umsonst so viel gelitten? wenn es anders umsonst ist.

II. 5. Der euch nun den Geist giebt, und Wunderthaten unter euch wirket: thut er das aus den Werken des Gesetzes, oder aus dem Gehöre des Glaubens?

6. Wie geschrieben stehet: Abraham hat GOtt geglaubet, und es ist ihm zur Gerechtigkeit gerechnet worden.

7. So erkennet nun, daß die, so aus dem Glauben sind, dieselbigen sind Abrahams Kinder.

8. Die Schrift aber hat zuvorgesehen, daß GOtt die

tur homo ex operibus legis nisi per fidem JESU Christi: & nos in Christo JESU credimus, ut justificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: *b* propter quod ex operibus legis non justificabitur omnis caro. *b Rom. 3. 23.*

17. Quod si quærentes justificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? Absit.

18. Si enim, quæ destruxi, iterum hæc ædifico, prævaricatorem me constituo.

19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut DEO vivam: Christo confixus sum cruci.

20. Vivo autem, jam non ego, vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

21. Non abjicio gratiam Dei. Si enim per legem justitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAPUT III.

I. Pluribus probat nos non justificari per legem Mosaicam vel opera legis sed per fidem in Christum: quia Galatæ Spiritus sancti dona non in circumcisione, sed per fidem in Christum acceperunt. 2. II. Ipse Abraham per fidem justificatus est. 5. III. Qui sub lege sunt, sub maledicto sunt, a quo Christus non liberavit. 10. IV. Quia promissiones factæ Abrahæ & semini ejus, per fidem in Christum a credentibus accipiuntur, & complentur. 14.

1. O insensati Galatæ, quis vos fascinavit, non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus?

I. 2. Hoc solum a vobis volo discere: ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

3. Si stulti estis, ut cum Spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?

4. Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.

II. 5. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?

6. Sicut scriptum est: *a* Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam. *a Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. Jac. 2. 23.*

7. Cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ii sunt filii Abrahæ.

8. Providens autem Scriptura, quia ex fide

℣. 17. *Quodsi quærentes justificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores.* Cum legis cæremonias abdicamus, nonne Christus peccati minister & auctor erit, cum ipse nos a lege ad se abduxerit? quod omnino est absurdum, & Christo injurium. Si quærimus justitiam a Christo, ergo non eam habuimus ex lege.

℣. 18. *Si enim, quæ destruxi, iterum hæc ædifico.* Si enim qui in Christum credunt, adhuc manerent peccatores, lex jam destructa esset restituenda: neque exemplo nostro destruamus, quod verbo prædicationis statuimus.

℣. 19. *Legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci.* Una cum Christo crucifixus sum per baptismum, qui mortem Christi exprimit.

℣. 20. *Vivo autem, jam non ego.* Quod juste vivam in hoc corpore, id non legi, sed fidei in Christum tribuendum est.

℣. 21. *Non abjicio gratiam Dei.* Gr. *Non irritam facio.* Non adeo sum ingratus, ut gratiam Dei per Christum mihi datam rejiciam, cum per legem salvari non possim. Alias Christus frustra fuisset mortuus, quia lex sufficeret.

CAPUT III.

℣. 1. *O insensati.* i. Stulti. *Galatæ, quis vos fascinavit.* Dementavit &c. *Ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est.* Gr. Descriptus & depictus, prædicationis meæ pictura velut oculis vestris subjectus, & quasi vobis intuentibus crucifixus, ut vos & a legis jugo & a prævaricationibus liberaret.

℣. 2. *Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* An ex fide, quam audistis, vel ex obedientia fidei? Pergit demonstrare veram justitiam, qua justi sumus, non ex ritibus in lege præscriptis, sed ex ipsa fide in Christum, seu ex ejus religione proficisci. Ex eodem fonte justitiam habuistis, ex quo tot Spiritus sancti dona, quæ utique non ex legis operibus, sed ex fide manarunt. Si quidem prius dona Spiritus sancti accepistis, quam ad legem Moysis intenderetis animum.

℣. 3. *Sic stulti estis.* Ut cum fides vestra a spiritualibus donis cœperit, nunc eam a carnalibus cæremoniis perfici posse existimetis.

℣. 4. *Tanta passi estis sine causa.* Si lex vos salvare potest, frustra pro Christo tanta perpessi estis; nihil vobis profuere tot afflictiones. *Si tamen sine causa.* Nec tamen frustra, si resipiscere vultis: quod subjicit, ne desperent; quasi diceret: sed spero de vobis meliora.

℣. 6. *Sicut scriptum est.* Spiritum sanctum, & virtutem tot patrandi miracula, non ex operibus legis se accepisse fateri coguntur, sed ex auditu fidei. Quod utique non exprimit, sed facile intelligitur; idque probat exemplo Abrahæ, qui ex fide, non ex legis operibus fuit justificatus, cum promissis divinis credidit. Unde & Abrahæ filii per eandem fidem justificantur. Verba illa, *sicut scriptum est*, desunt in Græco.

℣. 7. *Cognoscite ergo.* Gr. Intelligitis. *Ex fide.* Qui fideles sunt, & justitiam suam ex fide depromunt, hi sunt veri Abrahæ filii, & ex eodem fonte veram justitiam percipiunt.

v. 8. *Providens autem Scriptura.* sc. Deus auctor Scripturæ, cum longe antea prævidisset fore, ut justificaret homines per fidem, idcirco jam olim in Scriptura narratur dictum id fuisse Abrahamo.

fide justificat Gentes DEUS: prænuntiavit
b Gen. 12. 3. Abrahæ: *b* Quia benedicentur in te omnes
Eccli. 44. 20. Gentes.

9. Igitur, qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

III. 10. Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim:
c Deut. 27. 26. Maledictus *c* omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in Libro legis, ut faciat ea.

11. Quoniam autem in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia *d* justus ex fide vivit.
d Hab. 2. 4. Rom. 1. 17.

e Lev. 18. 5. 12. Lex autem non est ex fide: sed, qui *e* fecerit ea, vivet in illis.

13. Christus nos redemit de maledicto legis; factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus
f Deut. 21. 23. *f* omnis, qui pendet in ligno:

IV. 14. Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Jesu, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

15. Fratres (secundum hominem dico) tamen
g Hebr. 9. 17. *g* hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

† DOM. 13. POST PENTEC. 16. † Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit: Et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno: Et semini tuo, qui est Christus.

17. Hoc autem dico: Testamentum confirmatum a Deo, quæ post quadringentos, & triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.

18. Nam si ex lege hæreditas, jam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donavit Deus.

19. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu mediatoris.

Heyden aus dem Glauben gerecht macht: und hat dem Abraham zuvor verkündiget: In dir sollen alle Heyden gesegnet werden.

9. Derowegen, die aus dem Glauben sind, die werden mit dem glaubigen Abraham gesegnet.

III. 10. Denn alle diejenigen, welche aus den Werken des Gesetzes sind, die sind unter dem Fluche. Denn es stehet geschrieben: Verflucht sey ein jeglicher, der nicht in allem bleibet, das in dem Buche des Gesetzes geschrieben stehet, daß er es thue.

11. Daß aber durch das Gesetz niemand bey GOtt gerechtfertiget wird, ist offenbar: denn der Gerechte lebet aus dem Glauben.

12. Das Gesetz aber ist nicht aus dem Glauben: sondern, wer es thut, der wird dadurch leben.

13. Christus aber hat uns erlöst von dem Fluche des Gesetzes, dieweil er zum Fluch für uns geworden ist, denn es stehet geschrieben: Verflucht sey ein jeglicher, der am Holze hänget:

IV. 14. Auf daß der Segen Abrahä in Christo JEsu über die Heyden käme, damit wir die Verheißung des Geistes durch den Glauben empfiengen.

15. Liebe Brüder (ich rede nach menschlicher Weise) niemand verachtet doch eines Menschen Testament, nachdem es bestätiget ist, oder thut etwas hinzu.

16. Nun sind die Verheißungen dem Abraham geschehen, und seinem Saamen. Er sagt nicht: Und denen Saamen, als von vielen: sondern als von einem: Und deinem Saamen, der ist Christus.

17. Das sage ich aber: Den Bund, der von GOtt bestättiget ist, denselbigen vernichtiget das Gesetz nicht, welches über vierhundert und dreyßig Jahre hernach ist gegeben worden, daß es die Verheißung aufheben sollte.

18. Denn so die Erbschaft aus dem Gesetze kömmt, so kömmt sie nicht aus der Verheißung. Aber dem Abraham hat es GOtt durch die Verheißung geschenkt.

19. Was soll denn das Gesetz? Um der Uebertretung willen ist es gestellt worden, bis der Saame käme, dem die Verheißung geschehen war, und ist durch die Engel verordnet worden, in der Hand des Mittlers.

20. Ein

℣. 9. *Igitur, qui ex fide sunt.* Fideles, qui Christi fidem & religionem amplectuntur, iidem benedicentur cum Abraham, cujus exemplum imitantur illi, qui terrenis rebus non illigati, ab uno Deo expectant omnia per fidem justitiæ fontem, & omnis benedictionis spiritalis. Qui autem justitiam quærunt in ritibus legis, ab ea benedictione excluduntur; quod ex Scriptura iterum probat.

℣. 10. *Quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.* Lex adeo non est benedictionis causa, ut qui in ea confidunt, maledictio, aut pœnis eo in loco intentatis, seu execrationi sint obnoxii, quod lex sine gratia impleri non potuit. Vox, *omnis*, in textu Hebræo Deuteronomii cap. 27. deest, sed addita est a 70. interpretibus ut necessaria, quod propositio indefinita in iis, quæ ad doctrinam spectant, universali exæquetur.

℣. 11. *Quia justus ex fide vivit.* Habacuc cap. 2. 4. nam fides est justitiæ fundamentum: unde in lege, seu per legem, aut ejus cæremonias nemo fit justus: non enim dixit: Justus ex lege vivit, sed ex fide; ex qua prodit oratio, ex oratione gratia.

℣. 12. *Lex autem non est ex fide.* Non nititur fide, sed operibus & præceptis, quæ si quis fecerit. *Vivet in illis.* Et mortem vitabit, in quam incurrunt legis transgressores. Sed is vita tantummodo temporali vivet, non spiritali, de qua loquitur Scriptura, cum ait: *Justus ex fide vivit.* Non ex lege, Fides vitam animæ tribuit, lex a morte corporis tantummodo tuetur, nisi per fidem impleatur.

℣. 13. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.* Seu execratio; nostram in se suscipiens maledictionem. *Maledictus omnis, qui pendet in ligno.* Qui ob scelera sua post mortem pendet in ligno, ut sit populo ostentui. Christus pro nostra salute crucifixus similitudinem gessit hominis a Deo maledicti.

℣. 14. *Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret.* Gr. In Gentes. Ut Gentes per Christum benedictionem sibi in Abrahamo promissam accipiant. Christus a Judæis spretus, ut fructum crucis Gentes perciperent, & fides omnibus communis in locum legis succederet. *Ut pollicitationem Spiritus.* Promissum Spiritum adeptionis *accipiamus per fidem.*

℣. 15. *Fratres (secundum hominem dico)* Exemplo utor humano & familiari. *Nemo spernit.* Gr. Rescindit testamentum hominis debita auctoritate munitum. *Aut superordinat.* Græc. *Adjungit.* Nec quicquam illi adjicit. Multo minus testamentum hoc, seu promissio Abrahæ facta irritari potest.

℣. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones.* Illa promissio sæpius iterata, Gen. 12. 13. 15. 17. 22. antiquari nequit. *Multis.* Gr. De multis: nihil nisi Christo, & per Christum est promissum. Fideles omnes sunt unum in Christo, in eo cuncta implentur, in capite & in membris.

℣. 17. *Hoc autem dico testamentum.* Fœdus instar testamenti cum Abrahamo initum. Post quadringentos & triginta annos (qui a promissione facta Abrahæ ad legem usque excurrunt,) ac posterius legis fœdus, prius cum Abrahamo sancitum rescindere non potest. Non enim promissiones Dei priores, aut pactiones a posterioribus rescinduntur, ut fit in humanis pactionibus. Vox illa, τοῦτο δὲ, *hoc autem*, ad testamentum, quod in Græco est fœminini generis, non refertur: sed sensus hic est: Hoc autem assero, per legem posteriorem infirmari non posse promissionem Abrahæ factam.

℣. 18. *Nam si ex lege hæreditas.* Si per legem nos cœlestem adiremus hæreditatem, jam non promissionis vi ea esset hæreditas. Nam Deus non ex conditione legis, sed irrevocabili dono hanc promisit hæreditatem.

℣. 19. *Quid igitur lex?* Quorsum lata est lex, si prorsus erat inutilis, si non conferebat justitiam? *Propter transgressiones posita est.* Primum, ut innotescerent, deinde ut coercerentur, denique ut ex lege data abundans prævaricatio occasionem daret confugiendi ad Christi gratiam, & Redemptoris necessitatem agnoscendi. *Ordinata per Angelos.* Angelorum ministerio data est, cum promissio Abrahæ facta fuerit per Deum ipsum. *In manu mediatoris.* Moysis nimirum, qui hac in re mediator fuit Deum inter & Israelitas, & typus Christi. Quæ quidem ex diverso ritu, quo lex & promissio factæ sunt, probat hæreditatem promissam Abrahæ non esse legem ipsam: cum illa a Deo immediate data fuerit, hæc ministerio Angelorum, & Moysis. *Donec veniret semen, cui promiserat.*

Quæ

20. Ein Mittler aber ist nicht eines einigen Mittler: GOtt aber ist einig.

21. Ist dann das Gesetz wider die Verheißung GOttes? Das sey ferne. Denn wenn ein Gesetz gegeben wäre, das lebendig machen könnte, so käme die Gerechtigkeit wahrhaftig aus dem Gesetz.

22. Aber die Schrift hat alles unter die Sünde beschlossen, damit die Verheißung den Glaubigen aus dem Glauben JEsu Christi gegeben würde.

23. Zuvor aber, ehe der Glaube kam, wurden wir unter dem Gesetz bewahret, und verschlossen auf den Glauben, der noch geoffenbaret werden sollte.

24. Derowegen ist das Gesetz unser Zuchtmeister gewesen in Christo, damit wir aus dem Glauben gerechtfertiget würden.

25. Nachdem aber der Glaube gekommen ist, so sind wir nun nicht mehr unter dem Zuchtmeister.

26. Denn ihr seyd alle Kinder GOttes, durch den Glauben, der in Christo JEsu ist.

27. Denn alle, die ihr in Christo getauft seyd, habt Christum angezogen.

28. Hier ist kein Jude, noch Grieche: hier ist kein Knecht, noch Freyer: hier ist kein Mann, noch Weib. Denn ihr alle seyd eines in Christo JEsu.

29. Seyd ihr aber Christi: so seyd ihr auch Abrahams Saamen, und nach der Verheißung Erben.

Das vierte Capitel.

I. Paulus erklärt, die Juden seyn als Kinder und Knechte unter dem Gesetz begriffen, die Christen aber, als erwachsene Söhne in der Freyheit des Glaubens Christi, gezieme sich derohalben nicht, daß sie sich wieder zum Gesetze kehren. 1. II. Ermahnet die Galater, vom Evangelio nicht abzuweichen. 13. III. Erweist die Dienstbarkeit des Judenthums aus Ismael, die Freyheit des Evangelii aus Isaac. 21.

1. Ich sage aber: So lang der Erbe ein Kind ist, so ist unter ihm, und einem Knechte kein Unterschied, wiewohl er ein Herr ist aller Güter:

2. Sondern ist unter den Vormündern und Pflegern, bis zur Zeit, welche vom Vater bestimmt ist:

3. Also auch wir, da wir kleine Kinder waren, da waren wir unter den Elementen der Welt, und dieneten.

4. Als aber die Erfüllung der Zeit kam, da sandte

20. Mediator autem unius non est: Deus autem unus est.

21. Lex ergo adversus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivificare, vere ex lege esset justitia.

22. Sed *h* conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.* *h Rom. 3. 9.*

23. Prius autem, quam veniret fides, sub lege custodiebamur concluſi in eam fidem, quæ revelanda erat.

24. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur.

25. At ubi venit fides, jam non sumus sub pædagogo.

26. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Jesu.

27. Quicumque *i* enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. *i Rom. 6. 3.*

28. Non est Judæus, neque Græcus: non est servus, neque liber: non est masculus, neque fœmina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.

29. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

CAPUT IV.

I. Docet Christianos liberos esse a tutela & servitute legis; nam Judæi seu Israel ante Christi adventum sicut hæres parvulus sub lege velut tutore continebatur. 1. II. Sed nunc Christiani accepta adoptione, a legis servitute per Christum exempti. 13. III. Filii ergo sunt non Agar ancillæ, seu Synagogæ, sed liberæ, hoc est Ecclesiæ. 21.

1. Dico autem: † Quanto tempore hæres parvulus est, nihil differt a servo, cum sit Dominus omnium: † *DOM. INFRA OCTAV. NATIV. DOMINI. ET IN VIGIL. EPIPHAN.*

2. Sed sub tutoribus, & actoribus est, usque ad præfinitum tempus a patre:

3. Ita & nos, cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes.

4. At ubi venit plenitudo temporis, misit Deus

---

quæ verba per parenthesim videntur legi oportere. Lex inducta fuit, non ut semper, sed ad tempus vigeret; per ministros suos exteriorem legem imponit Deus, per seipsum legem interiorem charitatis impartitur.

℣. 20. *Mediator autem unius non est.* Locus videtur obscurior, quem sic explicat Auctor Analyseos Gallicæ. *Mediator unius non est.* In contractu gratuito, atque ex mera liberalitate inito, nihil loci est mediatori. *Deus autem unus est.* Deus solus in promissione facta Abrahæ se adstringit. Alia est legis ratio, pactum est inter Deum & homines, iique onera, & conditiones acceptant; ex utraque parte consensus adsit, necesse est. Unde & mediatoris interventu opus fuit: Angelus Deum, Moyses populum repræsentabant. Quamquam alii vocem illam, *Mediatoris*, de Christo intelligunt, qui medius intercessit inter legem & Evangelium, ut illius esset finis, hujus initium & summa. Sic interponens se inter Deum & homines, ut ipse naturam utramque complecteretur, utramque alteri conciliaturus, Deum placans sua morte, & homines doctrina & gratia ad Dei cultum perducens.

℣. 21. *Lex ergo adversus promissa Dei.* Objectionem occupat, quæ ultro se offert: si ex lege peccatum, aut transgressio abundat: ergo lex promissis Dei est contraria. Hanc consecutionem negat Apostolus, & respondet legem promissis Dei fore contrariam, si homines legis beneficio justitiam acciperent, ut existimabant Galatæ; aut data esset lex, quæ justos homines efficeret: tum enim promissio Dei esset irrita; sed lex justitiam dare nequit; hæc adeo promissionem magis confirmat, quam destruit: quod si lex benedictionem afferret, promissionem ipsam excluderet.

℣. 22. *Sed conclusit Scriptura omnia sub peccato.* Lex Mosaica conclusit omnes sub peccato ex occasione, ut ii tandem agnoscerent promissam hæreditatem ad fidem in Christum pertinere; vel Scriptura declarat omnes esse peccato involutos, tam Judæos, quam Gentiles.

℣. 23. *Prius autem, quam veniret fides.* Quis fuerit legis usus, declarat Apostolus: custodis nimirum & pædagogi munus obiit; antequam Christus veniret, lege tamquam vallo quodam Judæi continebantur, ne ad cultum idolorum diffluerent. *In eam fidem.* Usque ad eam fidem. Quæ quidem fides est omnium sæculorum.

℣. 24. *Itaque lex pædagogus noster.* Quapropter velut lascivienti puero lex tamquam pædagogus data est Judæis, quæ illos in Dei timore contineret, eos velut manu duceret ad Christum; timore manum cohibebat, donec cor ipsum emolliret.

℣. 25. *At ubi venit fides.* Ubi adfuit Christus, cujus fidei traditi sumus. *Jam non sumus sub pædagogo.* Jam legis minas & terrores evasimus, & Gentiles imprimis, quales erant Galatæ.

℣. 27. *Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Primæ nativitatis nostræ pudorem tegit secunda per Baptismum nativitas, cum Christum induimus.

℣. 28. *Non est Judæus, neque Græcus.* Lex nova ex æquo ad nationes omnes pertinet.

℣. 29. *Ergo semen Abrahæ estis.* Filii sc. spirituales: omnes promissionum ipsi factarum hæredes, pari prorsus jure, quo carnales ejus filii Judæi. Ita S. Chrysost.

CAPUT IV.

℣. 1. *Dico autem.* q. d. Addam & hoc.

℣. 2. *Sed sub tutoribus & actoribus est.* Gr. *Oeconomis.* Seu rei domesticæ curatoribus. *Ita & nos.* Judæi legis ritibus serviebamus, rudioribus cultus divini elementis instituti.

℣. 3. *Sub elementis mundi eramus.* Serviebamus sub lege Mosaica, quæ mundo data fuit a Deo quasi Alphabetum & prima rudimenta fidei & pietatis. Vel eramus sub rebus materialibus a lege præscriptis.

℣. 4. *At ubi venit plenitudo temporis.* Tempus a Deo Patre definitum. *Factum ex muliere.* Ex sola matris virginis substantia, sine Patre. *Factum sub lege.* Cui se subjecit, licet huic non esset obstrictus.

Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege,

5. Ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus.

6. Quoniam autem estis filii, misit DEUS Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater.

7. Itaque jam non est servus, sed filius. Quod si filius, & hæres per Deum.*

8. Sed tunc quidem ignorantes DEUM, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis.

9. Nunc autem cum cognoveritis DEUM, imo cogniti sitis a Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma, & egena elementa quibus denuo servire vultis?

10. Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.

11. Timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis.

12. Estote sicut ego, quia & ego, sicut vos, fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis.

II. 13. Scitis autem, quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis jam pridem: & tentationem vestram in carne mea

14. Non spreviſtis, neque respuistis: sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Jesum.

15. Ubi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis, quia, si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi.

16. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis?

17. Æmulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, ut illos æmulemini.

18. Bonum autem æmulamini in bono semper: & non tantum, cum præsens sum apud vos.

19. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.

20. Vellem autem esse apud vos modo, &

GOTT seinen Sohn, der von einem Weibe gebohren ward, und dem Gesetze unterthänig worden,

5. Auf daß er diejenigen erlösete, welche unter dem Gesetze waren, damit wir die Kindschaft empfiengen.

6. Dieweil ihr aber Kinder seyd, so hat GOTT den Geist seines Sohnes in eure Herzen gesandt, der ruset: Abba, Vater.

7. Derowegen ist es nunmehr kein Knecht, sondern ein Sohn. Wer aber ein Sohn ist, der ist auch ein Erbe durch GOtt.

8. Aber zu der Zeit, da ihr von GOtt nichts wußtet, habt ihr denjenigen gedienet, die von Natur nicht Götter sind.

9. Nun aber, dieweil ihr GOtt erkannt habt, ja auch von GOTT seyd erkennet worden: wie wendet ihr euch dann wiederum zurück zu den schwachen und dürftigen Elementen, denen ihr von neuem dienen wollet?

10. Ihr haltet Tage, und Monathe, und Zeiten, und Jahre.

11. Da fürchte ich eurethalben, daß ich vielleicht umsonst unter euch gearbeitet habe.

12. Seyd doch, wie ich bin, denn ich bin auch, wie ihr seyd, liebe Brüder, ich bitte euch. Ihr habt mir kein Leid gethan.

II. 13. Ihr wisset aber, daß ich euch das Evangelium in Schwachheit des Fleisches schon vorlängst geprediget habe: so habt ihr auch die Versuchung in meinem Fleische

14. Nicht verachtet, noch verschmähet: sondern habt mich aufgenommen, wie einen Engel GOttes, ja wie Christum JEsum.

15. Wo ist dann nun eure Seligkeit? Denn ich gebe euch Zeugniß, daß ihr auch, wenn es möglich gewesen wäre, eure Augen ausgerissen, und sie mir gegeben hättet.

16. Bin ich dann nun euer Feind worden, dieweil ich euch die Wahrheit sage?

17. Sie eifern um euch nicht im Guten: sondern sie wollen euch von uns abwenden, damit ihr ihnen nacheifert.

18. Eifert aber nach dem Guten im Guten allezeit: und nicht allein, wann ich gegenwärtig bey euch bin.

19. Meine liebe Kindlein, die ich abermal mich bemühe zu gebähren, bis daß Christus in euch zu seiner Gestalt gebracht werde.

20. Ich wollte aber jetzt gerne bey euch seyn, und meine

ŷ. 5. *Ut eos, qui sub lege erant, redimeret.* Ut e servis filios faceret quasi dato pretio.

ŷ. 6. *Quoniam autem estis filii.* Vos, o Galatæ, qui legi subjecti, & sub tutoribus non fuistis, utpote Gentiles, tamen filii facti estis, ut Judæi. *Spiritum accepistis.* Qui vos jam filios effectos clamare faciat, ardenter desiderare, & toto corde in Deum ferri. In tribus his versiculis Mysterium S. S. Trinitatis exprimitur. *Misit Deus Filium suum.* Ab æterno genitum, antequam eum mitteret; item misit *Deus Spiritum Filii sui.* Qui a Patre procedit, a quo mittitur, & a Filio, cujus est Spiritus; quique in tempore ad sanctificationem nostram missus est. Effusio illa S. Spiritus in cordibus nostris fructus est Incarnationis Filii Dei, & titulus nostræ adoptionis: orationem, quæ est cordis clamor ad Deum ut ad Patrem, Spiritus ipse format, & perficit.

ŷ. 7. *Quod si filius, & hæres per Deum.* Per Christum jam non sumus servi, sed filii & hæredes.

ŷ. 8. *Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis.* Quam præpostere Galatæ ad ritus Judaicos se conferant, mox ostendit, quasi majores annis in tutelam redire velint, qui antea falsis diis serviebant.

ŷ. 9. *Nunc autem cum cognoveritis Deum.* Ut Patrem. *Imo cogniti sitis a Deo.* Ut filii. *Convertimini iterum ad infirma &c. elementa.* Ad ritus gratiæ & veritatis vacuos. *Quibus denuo servire vultis.* A ritibus paganis ad ritus Judaicos, qui gratiam conferre non possunt, convertimini, non ad eosdem, sed ad similes pene ritus, & vacuos.

ŷ. 10. *Dies observatis & menses.* Juxta Judaicos ritus, sabbata, novilunia, annos sabbaticos.

ŷ. 11. *Timeo vos.* i. Vobis, vel de vobis.

ŷ. 12. *Estote sicut ego.* Judaicas observationes abjeci. Quia ego, sicut vos olim legis zelator fui; vel eundem in me amorem habetote, quo vos prosequor. *Obsecro.* Jam vos ut insensatos non objurgo, sed ut fratres obsecro. *Nihil me læsistis.* Non ex odio, aut ira vos increpo. Vel loquitur de tempore, quo apud illos est conversatus, non de doctrina sua, quam deserebant.

ŷ. 13. *Scitis autem, quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis.* Me tot malis vexatum, quod vobis tentationis loco esse potuit. Gr. Experimentum mei, seu probationem. *Non spreviſtis.* Tentationem meam, vincula, carceres, plagas non aspernati estis. *Angelum.* Ut legatum Dei, imo ut Christum ipsum excepistis.

ŷ. 15. *Ubi est ergo beatitudo vestra.* Gr. *Beatificatio.* Ubi sunt vestræ de me voces & laudes? Et vos omnino beatos existimabatis. *Eruissetis.* Si opus id fuisset: qua hyperbole summum in se Galatarum amorem exprimit.

ŷ. 16. *Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis?* An me ut inimicum vestrum existimatis, quod libere verum dicam?

ŷ. 17. *Æmulantur vos non bene.* Quod Galatæ sint in se male affecti, causam rejicit in pseudo-apostolos, qui Galatarum gratiam ambiebant, ut & sibi eos addicerent, alios vero excluderent.

ŷ. 18. *Bonum autem æmulamini in bono semper.* Illud est laudabile, erga magistros suos bene affici, dummodo sint boni, & constans sit amor ille. *Et non tantum cum præsens sum apud vos.* In quo eos levitatis insimulat. Gr. Bonum est æmulari semper in bono, & non solum ad tempus.

ŷ. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio.* Ut vos a Judaismo revocem: quæ propositio præ affectu manet elliptica. *Formetur.* Qui eo pravam doctrinam, quam a falsis doctoribus accepistis, ex animis vestris pene deletus est. Vel perfectam ejus formam, seu rectam de illo fidem habeatis, qua Christum vobis ad salutem sufficere credatis.

ŷ. 20. *Quoniam confundor in vobis.* Græc. *Dubius sum animi.* Quid dicturus sim de vobis, nescio; quomodo loquar vobiscum absens? Vel pudore afficior propter vos, qui recessistis ab eo, quod vos docui.

meine Stimme verändern, denn ich werde verirret euretwegen.

III. 21. Saget mir, die ihr unter dem Gesetze seyn wollet: habt ihr das Gesetz nicht gelesen?

22. Denn es stehet geschrieben, daß Abraham zween Söhne gehabt: den einen von der Magd, den andern von der Freyen.

23. Der von der Magd war, der ist nach dem Fleische gebohren: der aber von der Freyen, ist durch die Verheißung gebohren:

24. Welche Worte einen geistlichen Verstand haben. Denn dieses sind zwey Testamente. Eines zwar auf dem Berge Sina, das zur Dienstbarkeit gebähret, welches die Agar ist:

25. Denn Sina ist ein Berg in Arabia, der sich füget auf die, so jetzt Jerusalem ist, und sie ist dienstbar mit ihren Kindern.

26. Aber das Jerusalem, das droben ist, das ist frey, welches unsere Mutter ist.

27. Denn es stehet geschrieben: Erfreue dich du Unfruchtbare, die du nicht gebährest: brich hervor, und schreye, die du nicht in Kindesnöthen bist: denn die Verlassene hat vielmehr Kinder, als die den Mann hat.

28. Wir aber, liebe Brüder, sind Kinder der Verheißung wie Isaac.

29. Aber gleichwie damals derjenige, so nach dem Fleische gebohren war, den verfolgte, der nach dem Geiste gebohren war: also gehet es jetzt auch.

30. Was sagt aber die Schrift? Stoß die Magd, und ihren Sohn hinaus: denn der Magd Sohn soll nicht Erbe seyn mit dem Sohne der Freyen.

31. So sind wir nun, liebe Brüder, nicht der Magd

mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.

III. 21. Dicite mihi, qui sub lege vultis esse: legem non legistis?

22. Scriptum † est enim, quoniam Abraham duos filios habuit: *a* unum de ancilla, *b* & unum de libera.

23. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem:

24. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Unum quidem in monte Sina, in servitutem generans, quæ est Agar:

25. Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem, & servit cum filiis suis.

26. Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra.

27. Scriptum est enim: *c* Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ, magis quam ejus, quæ habet virum.

28. Nos *d* autem fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus.

29. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.

30. Sed quid dicit Scriptura? *e* Ejice ancillam, & filium ejus: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

31. Itaque, fratres, non sumus ancillæ filii,

† *DOM. 4. QUADR.*

a Gen. 16. 15. *b Gen.* 21. 2.

c Isa. 54. 1.

d Rom. 9. 8.

e Gen. 21. 10.

℣. 21. *Dicite mihi, qui sub lege vultis esse.* Jam ad probationes redit, quibus ostensurus est legis observationes, quibus se subjiciebant, non alio tendere, quam ut ab Ecclesia excluderentur; idque probat ex veteris & novæ legis discrimine. *Legistis.* Gr. *Non auditis?* Non attenditis? vestram vos amare servitutem, cum legis jugum vultis.

℣. 23. *Qui de ancilla, secundum carnem natus est.* Juxta consuetum naturæ ordinem.

℣. 24. *Quæ sunt per allegoriam dicta.* Allegoria tum dicitur, cum manente historiæ veritate aliud verbis exprimitur, aliud sensu intelligitur: hanc allegoriam evolvit Apostolus. *Servitutem.* Videbatur mox additurus alterum Testamentum in monte Sion in libertatem generare: sed propter hyperbaton id omisit, quod ultro animo occurrit. *Quæ est Agar.* Quod testamentum per Agar figuratur. Itaque in sensu allegorico Agar & Sara sunt Synagoga & Ecclesia Christi, ac cœlestis Jerusalem, sive ut triumphans in cœlo, sive ut militans in terra spectetur, ob fidem in Christum, spem æternæ beatitudinis, & castum in Deum amorem. Duo Abrahæ connubia, unum cum ancilla, alterum cum libera, duo testamenta, seu fœdera exprimunt, unum in monte Sina cum Synagoga, alterum in monte Sion cum Ecclesia initum. Ismael filius Agar populum Judaicum, Isaac populum Christianum adumbrat; ille Deum colebat timore servili, hic amore.

℣. 25. *Sina enim mons est in Arabia, qui conjunctus est ei, quæ nunc est Jerusalem.* Gr. Congruit cum Jerosolymis; cum Judæis cognationem habet, cum terrena Jerusalem, quoad mysticam significationem. Utraque vetus Testamentum significat, ut Sara libera figura est novi Testamenti.

℣. 26. *Quæ sursum est.* Una est Ecclesia, quæ tota cœlestis est, & sursum tendit, quæque mater est omnium, qui corda sursum tollunt. In Græco textu post *Sina* additur *Agar*, i. e. Sinæ nomen idem est quod Agar: Sina apud Arabes Agar dicitur. Plinius meminit urbis Agaræ in iis locis positæ.

℣. 27. *Scriptum est enim: Lætare sterilis.* Hic locus Prophetæ exponi solet de Ecclesia e Gentibus congregata, quæ ante sterilis erat & deserta, quæque per Saram figuratur. Negat tamen Auctor Analyseos Gallicæ hæc Isaiæ cap. 54. vers. 1. verba ad infidelem Gentilitatem referri posse, quæ tum temporis nec sterilis, nec deserta, nec sponsa Christi concipitur. Itaque Estius & Auctor idemtidem laudatus sponsam illam sterilem & desertam, Ecclesiam ipsam fuisse sub veteri Testamento existimant; justorum societatem, nullo quidem visibili signo a Synagoga secretam, sed fide tantum in Christum venturum ut hominum redemptorem, & mandatorum observatione ex amore, non ex timore servili a Synagoga distinctam. Sterilis erat, quod numero pauci essent fideles, ac fœcunditatis spiritalis duo principia, sacerdotium nempe & Cathedræ auctoritas, illi deessent. Huic Deus numerosam prolem, & majorem quam Synagogæ, promisit, quod in prædicatione Evangelii & Gentium conversione impletum est. Quamobrem Estius hæc Prophetæ verba Ecclesiæ ipsi Christianæ aptat, & justorum societati, quæ ab initio mundi in paucis fidelibus semper fuit conservata, quæque cum Synagoga unum & idem corpus visibile efficiebat, tametsi ad novum Testamentum pertineret propter easdem virtutes, quæ nos Christianos efficiunt, fidem nempe, spem & charitatem. Hæc societas Isaiæ temporibus extabat, licet in paucis fidelibus: nam de illa in tempore præsenti loquitur: *Lætare sterilis, quæ non paris*, nisi perpaucos fideles. Jam erat ab initio mundi, ex Aug. L. 1. de Baptismo, & L. 18. de Civit. cap. 5. in Abel, Henoch, Noe, Abraham, Moyse, & in aliis justis, quos peperit ante Christum natum. Nam fides in Christum jam ab initio mundi fuit ad salutem necessaria, quique fide Christiana fuerunt instructi, quibuscumque vixerint temporibus, ad Ecclesiam pertinent, quæ Synagoga longe est antiquior, ut Sara, quæ Agar erat vetustior, & libera. Synagoga filios Deo non peperit, sed servos. Hæc quidem fuse & docte Auctor citatus; neque tamen negaverim utrumque intellectum verbis Isaiæ aptari commode posse, & Ecclesiæ suorum temporum, ac futuræ post Christi adventum. Tu, inquit, Ecclesia, quæ usque ad Christi adventum sterilis fuisti, quæque e gentibus perpaucos, e Judæis plures quidem Christo filios, eosque sub servitutis velamine latitantes enixa es, lætare: nam multo plures filios Christo viro tuo paries, quam Synagoga Legi Mosaicæ ut viro conjuncta, veteris Testamenti temporibus filios peperit. Neque illud damus Synagogam unquam defecisse: semper enim visibilis fuit in Templo, sacrificiis, sacerdotio, Prophetis, fidelibus.

℣. 28. *Nos autem fratres, secundum Isaac promissionis filii sumus.* Hoc mysterium est Judæis incognitum, qui etsi originem a Sara per Isaac ducerent, secundum spiritum ab Agar per Ismaelem descendebant. Gentiles vero, qui secundum carnem e neutra nascebantur, regenerati per fidem, ut filii Saræ & Isaac habentur, vi promissionis factæ Abrahamo, fore ut omnes gentes in ejus semine benedicerentur, ut Isaac præter naturæ ordinem vi promissionis factæ Abrahamo natus est. Itaque juxta typum & similitudinem, ut Isaac filii Ecclesiæ sumus, ex virtute & promissione Dei. Ideo ex libera nati non debemus legi servire.

℣. 29. *Sed quomodo tunc is secundum carnem natus - persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc.* Genes. 21. Ismael lusisse cum Isaac, h. e. illusisse, phrasi Hebraica dicitur, vel lusus ille fuit persecutio, sive ad idololatriam, sive ad lasciviam eum vellet inducere, ex S. Thoma.

filii, sed liberæ qua libertate Christus nos liberavit. *

CAPUT V.

I. Adstruit Christianam libertatem, sed qui per legis opera quærit justificari, expers sit justitiæ Christi, in quo nec prodest circumcisio, nec præputium, sed fides viva. 1. *II. Monet, ut sectentur libertatem Christianam, consistentem in charitate.* 13. *III. Quæ liberat a servitute & operibus carnis, ac Spiritum ditat eximiis fructibus Spiritus sancti, sine operibus legis Mosaicæ.* 17.

1. State, & nolite iterum jugo servitutis contineri.

a 1 Cor. 15. 1. 2. Ecce, *a* ego Paulus dico vobis: Quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

3. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ.

4. Evacuati estis a Christo, qui in lege justificamini: a gratia excidistis.

5. Nos enim spiritu ex fide, spem justitiæ expectamus.

6. Nam in Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur.

7. Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire?

8. Persuasio hæc non est ex eo, qui vocat vos.

b 1 Cor. 5. 6. 9. Modicum *b* fermentum totam massam corrumpit.

10. Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit judicium, quicumque est ille.

11. Ego autem, fratres, si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo evacuatum est scandalum crucis.

12. Utinam & abscindantur, qui vos conturbant.

II. 13. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem Spiritus servite invicem.

c Lev. 19. 18. Matth. 22. 39. Rom. 13. 8. 14. Omnis enim lex in uno sermone impletur: *c* Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15. Quod si invicem mordetis, & comeditis: videte, ne ab invicem consummamini.

Kinder, sondern der Freyen: mit welcher Freyheit uns Christus befreyet hat.

Das fünfte Capitel.

1. Paulus warnet die Galater, damit sie der Früchten der Gerechtigkeit Christi nicht beraubet werden, das Joch des alten Gesetzes nicht anzunehmen, weil weder die Beschneidung, noch die Vorhaut, sondern der Glaube Christi nützet. 1. II. Daß sie streben nach der christlichen Freyheit, welche in dem Geiste, und in der Liebe bestehet. 13. III. Beschreibt den Streit zwischen dem Geiste, und dem Fleische, und ihre Werke. 17.

1. So stehet nun, und lasset euch nicht wiederum unter das Joch der Dienstbarkeit bringen.

2. Siehe, ich Paulus sage euch: Wo ihr euch beschneiden lasset, so wird euch Christus nichts nützen.

3. Ich bezeuge aber wiederum einem jeglichen Menschen, der sich beschneiden läßt, daß er schuldig ist, das ganze Gesetz zu halten.

4. Ihr habt Christum verlohren, die ihr durch das Gesetz gerechtfertiget seyn wollet: und ihr seyd aus der Gnade gefallen.

5. Denn wir warten im Geiste aus dem Glauben auf die Hoffnung der Gerechtigkeit.

6. Denn in Christo JESU gilt weder Beschneidung, noch Vorhaut etwas: sondern der Glaube, der durch die Liebe wirket.

7. Ihr waret in einem guten Lauf: wer hat euch daran verhindert, daß ihr der Wahrheit nicht gehorchet?

8. Dieses Ueberreden ist nicht von dem, der euch berufet.

9. Ein wenig Sauerteig versäuert den ganzen Teig.

10. Ich habe das Vertrauen zu euch im HErrn, ihr werdet nicht anders gesinnet seyn: der euch aber unruhig macht, er sey auch, wer er wolle, der wird sein Gericht tragen.

11. Ich aber, liebe Brüder, so ich die Beschneidung noch predige: warum leide ich dann noch Verfolgung? So hat die Aergerniß des Kreuzes ein Ende.

12. Wollte GOtt, daß sie auch abgeschnitten würden, die euch unruhig machen.

II. 13. Denn ihr seyd zur Freyheit berufen, liebe Brüder: allein, daß ihr diese Freyheit nicht gebrauchet zur Gelegenheit des Fleisches, sondern dienet einander durch die Liebe des Geistes.

14. Denn das ganze Gesetz wird in einem Worte erfüllet: Du sollst deinen Nächsten lieben, wie dich selbst.

15. So ihr euch aber untereinander beißet, und fresset: so sehet zu, daß ihr nicht von einander verzehret werdet.

16. Ich

CAPUT V.

℣. 1. *State.* Firmi estote, non vacillantes. *Jugo.* Gr. *Ne immisceamini iterum jugo servitutis.* Legalis, vel ne obnoxii sitis huic jugo. Quod ait, *iterum*, non propterea innuit eos aliquando sub lege fuisse: sed ab idolorum servitute liberatos esse.

℣. 2. *Ecce, ego Paulus.* Cujus auctoritas pro ratione omni vobis esse debet. *Si circumcidamini.* Ac Circumcisionem vobis ad salutem necessariam esse credatis, Christus, quem spernitis, nihil vobis proderit. Judæis quidem ad tempus circumcidi fas erat, non item Gentilibus.

℣. 3. *Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se.* Denuntio eum, qui amplectitur Circumcisionem, quæ est caput legis, & aperta illius professio, totius legis observationi se obnoxium reddere, quod omnia illi sint connexa.

℣. 4. *Evacuati estis a Christo.* Ab illius gratia excidistis, qui vultis per legem justificari.

℣. 5. *Nos enim Spiritu ex fide, spem justitiæ expectamus.* Per Spiritum ex fide expectamus justitiam, & illius præmium: non ex Lege, aut ex circumcisione.

℣. 6. *Sed fides* valet, *quæ per charitatem operatur.* Gr. Perficitur, vel fit efficax, cum scilicet charitate animata, & incitata ad opus, non torpet otio: adeo ut non sola fides, sed cum charitate & bonis operibus conjuncta nos justos efficiat.

℣. 7. *Currebatis bene: quis vos impedivit veritati non obedire?* Gr. *Cursum inhibuit.*

℣. 8. *Persuasio hæc non est ex eo.* Non Deus, qui vos ad gratiam & salutem æternam vocavit per Christum, inspiravit vobis, quod observatio legis Mosaicæ ad salutem sit necessaria.

℣. 9. *Totam massam corrumpit.* Gr. Fermentat, suo velut odore inficit.

℣. 10. *Ego confido in vobis.* De vobis, per gratiam Domini fore, ut nihil sentiatis præter ea, quæ vos docui. *Portabit judicium.* Pœnas dabit.

℣. 11. *Si circumcisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior.* Pseudo-apostoli Galatis persuadebant Circumcisionis necessitatem a Paulo prædicari, quod ante aliquot annos Timotheum circumcidi jussisset, & legales cæremonias observaret: quod utique nihil ad propositam quæstionem attinebat. Nam de Gentilibus agebatur. Quod si, inquit, Circumcisionem ut Gentilibus necessariam prædico, quid adhuc persecutionem patior a Judæis? Timotheus vero natus erat ex matre Judæa, atque ut ad quorumdam Judæorum infirmitatem se demitteret, jussit eum circumcidi. *Evacuatum.* Non enim Judæos tam offendebat prædicatio Christi crucifixi, quam legis per crucem abrogatæ.

℣. 12. *Utinam & abscindantur.* Ab Ecclesia, & vestro consortio. Mox ad præcepta morum transit.

℣. 13. *Vos enim in libertatem vocati estis.* Ne forte existimarent sibi licere quæcumque vellent, eos admonet, ne abutantur ea libertate; simul aliud, sed levius jugum iis imponit, nempe charitatis: ex Chrysostomo non dixit, diligite, sed servite, intensam ac vehementem declarans amicitiam.

℣. 15. *Quodsi invicem mordetis.* Si mutuis odiis vos invicem roditis, unus alterum destruit. Contentio enim, ait S. Chrys. corruptionem & interitum affert, non modo iis, qui læduntur, sed ipsis etiam obtrectationis Authoribus.

16. Ich sage aber: Wandelt im Geist, so werdet ihr die Lüste des Fleisches nicht vollbringen.
III. 17. Denn das Fleisch gelüstet wider den Geist: den Geist aber wider das Fleisch: denn diese Dinge sind widereinander: daß ihr nicht alles thun möget, was ihr wollet.
18. Werdet ihr nun durch den Geist geführet, so seyd ihr nicht unter dem Gesetze.
19. Aber die Werke des Fleisches sind offenbar, als da sind: Hurerey, Unsauberkeit, Unzucht, Geilheit,
20. Dienst der Abgötterey, Zauberey, Feindschaft, Zank, Neid, Zorn, Hader, Uneinigkeit, Secten,
21. Haß, Todtschläge, Trunkenheit, Prasserey, und was dergleichen ist, davon ich euch vorsage, wie ich auch zuvorgesagt habe: daß, die solche Dinge thun, das Reich GOttes nicht erlangen werden.
22. Die Frucht aber des Geistes ist Liebe, Freude, Friede, Geduld, Freundlichkeit, Gütigkeit, Langmüthigkeit,
23. Sanftmuth, Glaube, Mäßigkeit, Keuschheit, Reinigkeit. Wider solche ist das Gesetz nicht.
24. Welche aber Christi sind, die haben ihr Fleisch, sammt den Lastern, und bösen Lüsten gekreuziget.
25. So wir nun im Geiste leben, so laßt uns auch nach dem Geiste wandeln.
26. Laßt uns der eiteln Ehre nicht begierig werden, noch einander reizen, und einander beneiden.

Das sechste Capitel.

I. Paulus ermahnet die Galater zur wahren Liebe, und guten Werken, insonderheit zu der Barmherzigkeit, durch welche sie nicht eitle Ehre, sondern das Leben erwürben. 1. II. Indem sich die Juden berühmen der Beschneidung, berühmt er sich des Kreuzes, und Leidens Christi. 12.

1. Liebe Brüder, wenn etwan ein Mensch durch einige Sünde übereilet würde, so unterrichtet ihr, die ihr geistlich seyd, einen solchen im Geiste der Sanftmüthigkeit, und habe acht auf dich selbst, damit du nicht auch versuchet werdest.
2. Einer trage des andern Bürde, und also werdet ihr das Gesetz Christi erfüllen.
3. Denn so sich jemand bedünken läßt, daß er etwas sey, da er doch nichts ist, der verführet sich selbst.
4. Ein jeglicher aber prüfe sein eigenes Werk, und also wird er in ihm selbst allein Ruhm haben, und nicht in einem andern.
5. Denn ein jeglicher wird seine eigene Last tragen.
6. Wer aber mit dem Worte unterrichtet wird, der theile mit von allen Gütern dem, der ihn unterrichtet.

16. Dico autem: *d* † Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. *d* 1. *Petr.* 2. 11. † *DOM.* 12. *POST PENT.*
III. 17. Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem: hæc enim sibi invicem adversantur: ut, non quæcumque vultis, illa faciatis.
18. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.
19. Manifesta sunt autem opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria,
20. Idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ,
21. Invidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.
22. Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,
23. Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Adversus hujusmodi non est lex.
24. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis.°
25. Si † spiritu vivimus, spiritu & ambulemus. † *DOM.* 15. *POST PENT.*
26. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.

CAPUT VI.

I. Pergit commendare charitatem, conjunctam cum operibus bonis, hortans ad semper bene operandum. 1. II. Ad constantiam in Christi fide, ut in solo Christo crucifixo glorientur, seu gloriam quærant & salutem. 12.

1. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, hujusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.
2. Alter alterius onera portare, & sic adimplebitis legem Christi.
3. Nam si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit.
4. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero.
5. Unusquisque *a* enim onus suum portabit. *a* 1. *Cor.* 3. 8.
6. Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei, qui se catechizat, in omnibus bonis.

℣. 17. *Caro enim concupiscit adversus spiritum.* Carnalis concupiscentia excitat in nobis prava desideria Spiritui sancto, vel rationi ipsi contraria, quæ desideria non sentire optaretis. *Velletis.* Sed hoc assequi non potestis. Innata illa ad malum propensio, & jugis pugna hominis cum seipso, est peccati originalis fructus.

℣. 18. *Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Cogente & terrente; sed libere facitis, quod lex jubet.

℣. 19. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio.* Græc. Scortatio, adulterium. *Et immunditia.* Mollities, qua se molles contra naturam contaminant. *Luxuria.* Vox Græca quamvis libidinem petulantiorem significat, ἀσέλγεια, protervia.

℣. 21. *Comessationes.* In re gravi. Inter carnis opera non ea tantum, quæ corpore, sed etiam quæ solo animo perficiuntur, ut invidiam, & inimicitias, reponit. Alia ex iis, quæ enumerantur, sunt mortalia ex genere, ut fornicatio; alia ex consummatione, ut ira, cujus consummatio est grave nocumentum proximi: si consensus accesserit, peccatum erit lethale.

℣. 22. *Fructus autem Spiritus charitas &c.* Fructus i. opera, quæ ex gratia & instinctu Spiritus sancti proficiscuntur.

℣. 23. *Adversus hujusmodi non est lex.* Quæ hos fructus arguat: charitas est primus S. Spiritus fructus radix & vita cæterorum fructuum. In Græco tantummodo novem fructus Spiritus numerantur: in vulgata editione 12. Fieri id potest, ut exscriptores ejusdem vocis Græcæ duas posuerint synonymas.

CAPUT VI.

℣. 1. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto.* Hebraismus, si quis in delicto imbecillitate victus, aut seductus repertus fuerit; vel ex Græco textu, si quis opinione præsumitur alicujus peccati reus, vos qui spirituales, aut firmiores estis, nolite acrius eum objurgare, sed potius instruite eum. Gr. Restituite eum. *Considerans*, σκοπῶν, singularis numerus loco pluralis: eos præcipue alloquitur, qui se aliis perfectiores existimabant, seipsos cum aliis comparantes, eosque durius tractantes.

℣. 2. *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis.* Gr. Adimplete legem Christi, patienter ferentes, & ultro ignoscentes.

℣. 4. *Opus autem suum probet unusquisque.* Actiones suas ad regulam, seu ad legem divinam exigat, non se aliis præponens; lapsus suos consideret.

℣. 5. *Unusquisque onus suum portabit.* i. Sarcinam peccatorum suorum.

℣. 6. *Communicet autem is, qui catechizatur verbo.* Qui in doctrina fidei instruitur, doctori suo bona temporalia & necessaria tribuat: de fidelibus adhuc rudioribus agit, qui plenius erant instruendi, adeo ut ministrorum honorarium ex jure divino debeatur.

7. Nolite errare: Deus non irridetur.
8. Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.
6 a. *Thess.* 3. 13. 9. Bonum *b* autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes.
10. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.
11. Videte, qualibus litteris scripsi vobis mea manu.
II. 12. Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur.
13. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.
†*S. FRAN. CONF.* 14. Mihi † autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.
15. In Christo enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.
16. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.
17. De cætero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini JESU in corpore meo porto.
18. Gratia Domini nostri Jesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

7. Irret nicht: GOtt läßt sich nicht verspotten.
8. Denn was der Mensch säen wird, das wird er auch ärnten. Denn, wer in seinem Fleische säet, der wird vom Fleische das Verderben ärnten: wer aber im Geiste säet, der wird auch vom Geiste das ewige Leben ärnten.
9. Laßt uns aber Gutes thun, und nicht aufhören: denn zu seiner Zeit werden wir ärnten ohne Aufhören.
10. Derowegen laßt uns, weil wir Zeit haben, jedermann Gutes thun, insonderheit aber den Glaubensgenossen.
11. Sehet, mit welchen Buchstaben ich euch geschrieben habe mit eigener Hand.
II. 12. Denn alle die, welche im Fleische wohlgefallen wollen, die zwingen euch, daß ihr euch beschneiden laßt, allein, damit sie von wegen des Kreuzes Christi keine Verfolgung leiden.
13. Denn, die sich beschneiden lassen, die halten das Gesetz nicht: sondern wollen, daß ihr euch sollt beschneiden lassen, damit sie sich eures Fleisches berühmen.
14. Es sey aber weit von mir, daß ich mich rühme, als in dem Kreuze unsers HErrn JEsu Christi: durch welchen mir die Welt gekreuziget ist, und ich der Welt.
15. Denn in Christo JESU gilt weder Beschneidung, noch Vorhaut etwas, sondern eine neue Creatur.
16. Und alle, die dieser Regel folgen werden, über dieselbigen sey Friede, und Barmherzigkeit, und über Israel GOttes.
17. Im übrigen sey mir niemand ferner überlästig: denn ich trage die Maalzeichen des HErrn JEsu in meinem Leibe.
18. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit eurem Geiste, liebe Brüder. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS.

CAPUT I.

I. Deum benedicit Apostolus, qui per Christum nos prædestinavit & beneficiis maximis affecit. 3. *II. Agit Deo gratias ob fidem ac dilectionem Ephesiorum erga proximos, orans, ut perficiam cognitionis sapientiam:* 15. *III. Ad agnoscendam Christi dignitatem.* 19.

Paulus, Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Jesu.

Die Epistel des heiligen Pauli zu den Ephesern.

Das erste Capitel.

I Paulus lobet GOtt, daß er uns auserwählt, und mit vielen Gaben durch Christum begnadiget hat. 3. II. Danket GOtt wegen des Glaubens, und der Liebe der Epheser, bittend, daß sie die Vortrefflichkeit ihres Berufs wohl ermessen mögen: 15. III. Und Christi Hoheit erkennen. 19.

Paulus, ein Apostel JEsu Christi, durch den Willen GOttes, allen Heiligen, die zu Epheso sind, und den Gläubigen in Christo JEsu.

2. Gnade

℣. 7. *Nolite errare: Deus non irridetur.* Vanæ excusationes apud Deum non valent; novit vestras facultates. Metaphoram seminis, seu sumptus ad doctorum sustentationem omnibus vitæ actionibus applicat.

℣. 8. *Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.* Qui suis cupiditatibus servit, de his *corruptionem metet.* Mortem æternam. *Qui autem seminat in Spiritu.* Gr. *In Spiritum.* Qui seminat spiritualia. In bonis operibus velut in semine vita æterna continetur.

℣. 9. *Bonum autem facientes, non deficiamus.* Non defatigemur, non desides simus. *Non deficientes.* In bono perseverantes; tempus serendi, & tempus metendi; serimus in tempore, metemus in æternitate.

℣. 10. *Dum tempus.* Gr. Opportunitatem. *Habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei.* Quos una fides velut in eadem domo continet. Viri boni sunt aliis præferendi; sed alii non sunt excludendi.

℣. 11. *Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu.* Qui aliena manu scribere soleo, hanc Epistolam scripsi mea manu, ut hinc discatis, quantum vestra salus mihi chara sit. Vel attendite qualem vobis scripserim Epistolam.

℣. 12. *Quicunque enim volunt placere* Judæis: *in carne.* Per carnalem Circumcisionem. Præcipuum Epistolæ argumentum resumit, & novam subjicit rationem, quod falsi doctores eos circumcidi cogant, non zelo legis adducti, sed tantum, ne persecutiones patiantur a Judæis, qui non tam persequebantur fidem crucifixi, quam doctrinam legis abrogandæ.

℣. 13. *Sed volunt vos circumcidi, ut in carne vestra glorientur.* Quod suæ auctoritatis impressa habeatis signa, & carnaliter de vobis glorientur, tamquam de suis discipulis.

℣. 14. *Mihi absit gloriari nisi in cruce.* In fide sc. memoria & prædicatione tanti beneficii. *Per quem mihi mundus crucifixus est.* Abominabilis est ut cadaver crucifixi.

℣. 15. *In Christo enim Jesu.* In Christi Ecclesia. *Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura.* Anima fide & baptismo renovata, ut in novitate spiritus ambulans, non in vetustate litteræ.

℣. 16. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint.* Hanc vivendi rationem, ut secundum Christum ambulent. *Et super Israel Dei.* Super populum Christianum.

℣. 17. *Ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Loco Circumcisionis cicatrices e vulneribus propter Christum acceptis. Hinc Circumcisionem, quæ est participatio dolorum Christi, opponit Circumcisioni Judæorum, quæ eorum servitutem sub lege designabat.

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus, Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei.* Non ex meis meritis. *Omnibus sanctis.* Ob vitæ innocentiam.

2. Gnade sey mit euch, und Friede von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.
I. 3. Gebenedeyet sey GOTT, und der Vater unsers HErrn JEsu Christi, der uns gesegnet hat mit allem geistlichen Segen, in den himmlischen Gaben durch Christum:
4. Wie er uns dann in ihm auserwählet hat, ehe dann der Weltgrund ist geleget worden: daß wir vor seinem Angesichte heilig und unbefleckt in der Liebe seyn sollen.
5. Der uns zuvor verordnet hat, daß wir durch JEsum Christum in ihm zur Kindschaft sollten angenommen werden, nach dem Vorsatz seines Willens,
6. Zum Preiß der Herrlichkeit seiner Gnade, durch welche er uns angenehm gemacht hat in seinem geliebten Sohn.
7. In welchem wir die Erlösung haben durch sein Blut, nämlich Vergebung der Sünden, nach den Reichthümern seiner Gnade,
8. Welche reichlich über uns gekommen ist in aller Weisheit, und Vorsichtigkeit:
9. Auf daß er uns das Geheimniß seines Willens kund machte, nach seinem Wohlgefallen, das er vorgenommen hatte in ihm, daß er nämlich,
10. Nachdem die verordnete Zeit erfüllet worden, in Christo alles, was im Himmel und auf Erden ist, wiederum zurechtbringen wollte in demselbigen:
11. In welchem wir auch zu der Erbschaft berufen sind, und verordnet nach seinem Vorsatz, der nach dem Rath seines Willens alle Dinge wirket:
12. Auf daß wir seyn zum Lobe seiner Herrlichkeit, die wir zuvor auf Christum gehoffet haben:
13. In welchem ihr auch eure Hoffnung habt, nachdem ihr das Wort der Wahrheit (das Evangelium von eurem Heil) gehört habt, in welchem ihr auch, nachdem ihr glaubig worden, mit dem heiligen Geiste der Verheissung versiegelt seyd,
14. Der das Pfand unserer Erbschaft ist, daß wir der Erlösung theilhaftig werden sollen, zum Lobe seiner Herrlichkeit.
II. 15. Darum auch, nachdem ich von eurem Glauben gehört habe, der im HErrn JEsu ist, und von eurer Liebe gegen alle Heiligen,
16. So höre ich nicht auf für euch Dank zu sagen, und bin euer ingedenk in meinem Gebethe:
17. Daß der GOtt unsers HErrn JEsu Christi, der

2. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.
I. 3. Benedictus *a* Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: *a* 2. Cor. 1. 3. 1. Petr. 1. 3.
4. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in charitate.
5. Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ,
6. In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo.
7. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus,
8. Quæ superabundavit in nobis in omni sapientia, & prudentia:
9. Ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundùm beneplacitum ejus, quod proposuit in eo,
10. In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt, in ipso:
11. In quo etiam & nos sorte vocati sumus, prædestinati secundum propositum ejus, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:
12. Ut simus in laudem gloriæ ejus nos, qui ante speravimus in Christo:
13. In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis (Evangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto,
14. Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.
II. 15. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Jesu, & dilectionem in omnes sanctos,
16. Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis:
17. Ut Deus, Domini nostri Jesu Christi Pater

℣. 2. *Gratia vobis & pax a Deo &c.* Præpositio ἀπὸ, ex æquo ad Patrem & Filium pertinet, quod SS. Patres adversus Arianos observarunt.

℣. 3. *Benedictus Deus.* Laudetur Deus: homines Deo benedicunt laudando; Deus benedicit, hominibus bene faciendo. *Benedixit.* Bonis spiritualibus, quæ in cœlo sunt reposita, nos cumulavit. Gratias Deo agit, qui effudit in nos tot bona sua spiritalia, remissionem peccatorum, justitiam & virtutes, quæ ad cœlestem & æternam vitam nos perducunt: in quo fidelium dona spiritalia a Judaicis benedictionibus, quæ ad terrestria spectant bona, distinguit.

℣. 4. *Sicut elegit nos in ipso.* Atque hæc est electionis nostræ, seu prædestinationis causa; amor Dei in nos: quo quidem præ aliis innumeris hominibus nos elegit. *In ipso*, per Christum, *ut essemus sancti, & immaculati.* Gr. *Inculpati, & irreprehensibiles.* Non quia eramus, sed ut essemus. *In conspectu ejus.* Non modo coram hominibus, qui ex facie tantum judicant. *Sed in conspectu ejus in charitate.* Irreprehensibiles per charitatem.

℣. 5. *Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum.* Qui juxta æternam prædestinationem sibi per Jesum nos adoptavit in filios, adoptione perfecta, quæ incepta est per regenerationem ad gratiam, sed in ultima resurrectione perficietur per Jesum Christum. *In ipsum.* Gr. *In seje.* Prædestinavit, ut sibi filios adoptaret. *Propositum.* Gr. εὐδοκίαν. Beneplacitum ex bona voluntate sua, eaque gratuita.

℣. 6. *In laudem gloriæ gratiæ suæ.* Ut laus omnis pro gratia ejus in nos collata, ei tribuatur per Filium, cui innititur nostra prædestinatio, sive ad gratiam, sive ad gloriam. *Gratificavit.* Gratos nos effecit per merita filii sui.

℣. 9. *Ut notum faceret nobis Sacramentum voluntatis suæ.* Adeo ut nobis notum fecerit arcanum, seu mysterium illud, quod a sola ejus voluntate pendebat: qua quidem voluntate statuerat ab æterno instaurare omnia per Christi Incarnationem, quæ omnium gratiarum fons est.

℣. 10. *Instaurare omnia in Christo.* Vox Græca significat in unum summatim colligere; in unum corpus, & sub eodem capite Angelos & homines adduxit. *In ipso.* Per ipsum.

℣. 11. *In quo etiam & nos sorte vocati sumus.* In eam sortem & hæreditatem adsciti sumus, non ex meritis nostris præcedentibus.

℣. 12. *Ut simus in laudem gloriæ ejus.* Ut laus omnis reddatur Deo. Nam merita sunt dona Dei. *Speravimus.* Nos scilicet Judæi, qui priores vocati sumus, & conversi ad fidem Christi. *In quo.* Christo, & vos Ephesini & Gentiles speratis, in eandem societatem vocati, nullo inter vos & Judæos discrimine. Quod probat ex Spiritus super eos effusione. *Signati.* Græc. *Obsignati.* Et sigillati estis; quasi sigillo appositio vestram fidem approbavit.

℣. 14. *Qui est pignus hæreditatis nostræ.* Et quasi arrha, seu pars anticipata redemptionis nostræ, quam ipse perficiet in futura vita. *In redemptionem acquisitionis.* Hoc pignore accepto certi sumus, populum ejus acquisitum omni ex parte redemptum iri. Pignus est usque ad perfectam redemptionem.

℣. 17. *Ut Deus, Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ.* Hebraismus, ut Deus glorioſus Pater Jesu Christi; vel Deus auctor gloriæ; vel denique Deus Christi, ratione humanitatis, Pater ratione divinitatis. Aut forte est quædam transpositio in his vocibus Deus, & Pater; Deus gloriæ, Pater Domini Jesu Christi.

Pater gloriæ det vobis spiritum sapientiæ, & revelationis, in agnitione ejus:

18. Illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis, quæ sit spes vocationis ejus, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis,

III. 19. Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus *b* secundum operationem potentiæ virtutis ejus,

b Infr. 3. 9.

20. Quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus:

21. Supra omnem principatum & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.

22. Et *c* omnia subjecit sub pedibus ejus, & ipsum dedit caput supra omnem Ecclesiam,

c Psal. 8. 8.

23. Quæ est corpus ipsius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAPUT II.

I. Christus Gentiles & Judæos per fidem sibi conjunxit in una Ecclesia & nos peccatis antea mortuos gratis vivificavit. 1. *II. Alienos a Deo promissionibus per fidem, quæ Dei donum est, Deo reconciliavit.* 11. *III. Effecit cives sanctorum, Dei domesticos, templum & tabernaculum ejus.* 18.

1. Et vos, cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris *a*,

a Coloss. 2. 13.

2. In quibus aliquando ambulastis, secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aëris hujus, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ,

3. In quibus & nos omnes aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut & cæteri:

4. Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos,

5. Et cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati)

6. Et conresuscitavit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu,

7. Ut ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu.

8. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis: DEI enim donum est:

Vater der Herrlichkeit, euch den Geist der Weisheit, und der Offenbarung geben wolle, in seiner Erkenntniß:

18. Und erleuchte die Augen eures Herzens, damit ihr wisset möget, was da sey die Hoffnung seines Berufs, und was für Reichthümer seyn der Herrlichkeit seines Erbtheils in den Heiligen,

III. 19. Und was da sey die überschwengliche Größe seiner Kraft an uns, die wir glauben nach der Wirkung seiner mächtigen Stärke,

20. Welche er gewirket hat in Christo, da er ihn von den Todten auferwecket, und ihn zu seiner Rechten gesetzt hat im himmlischen Wesen:

21. Ueber alle Fürstenthümer, und Gewalt, und Kraft, und Herrschaft, und über alle Namen, so genennet werden, nicht allein in dieser Welt, sondern auch in der zukünftigen.

22. Er hat auch alle Dinge seinen Füßen unterworfen, und hat ihn zum Haupte gesetzt über die ganze Kirche,

23. Welche sein Leib ist, und die Völle desjenigen, der alles in allem erfüllet.

Das zweyte Capitel.

I. Paulus lehrt, daß die, so in ihren Sünden todt waren, durch Christum seyn lebendig worden. 1. II Daß Christus die Ungläubigen, die ferne von GOtt, und seinen Verheißungen waren, in eine Kirche mit den Jüden versammelt habe. 11. III Daß wir nunmehr durch Christum den freyen Zugang zum Vater haben, als Bürger und Hausgenossen der Heiligen, und GOttes Tempel. 18

1. Und euch auch, da ihr todt waret in euren Uebertretungen und Sünden,

2. In welchen ihr vormals gewandelt habt, nach dem Laufe die er Welt, und nach dem Fürsten, der Macht hat in dieser Luft, nach dem Geiste, der jetzt wirket in den Kindern des Unglaubens,

3. Unter welchen auch wir alle vormals unsern Wandel geführet haben, in den Lüsten unsers Fleisches, und thaten den Willen des Fleisches, und der Gedanken, und waren von Natur Kinder des Zorns, gleichwie die andern:

4. Aber GOtt, der reich ist an Barmherzigkeit, um seiner großen Liebe willen, mit welcher er uns geliebet hat,

5. Da wir auch todt waren in den Sünden, hat er uns sämmtlich lebendig gemacht in Christo, (durch dessen Gnade ihr seelig worden seyd)

6. Und hat uns zugleich mit ihm auferwecket, und zugleich mit ihm in das himmlische Wesen gesetzet in Christo JESU,

7. Auf daß er in den zukünftigen Zeiten die überflüßigen Reichthümer seiner Gnaden erzeigte, durch seine Gütigkeit gegen uns in Christo JEsu.

8. Denn ihr seyd aus Gnaden selig worden durch den Glauben, und das nicht aus euch: denn es ist eine Gabe GOttes:

9. Nicht

℣. 18. *Illuminatos* subintellige, det *oculos cordis vestri.* Ut mentem vestram illustret. *Vocationis.* Ad quam vos vocavit spem, quidve ab eo vocati sperare debeatis. *Et quæ divitiæ.* Et quanta sit gloria hæreditatis vestræ.

℣. 19. *Et* ut sciatis, *quæ sit supereminens magnitudo virtutis.* Seu virtuosæ misericordiæ ejus *in nos*, qui credimus, quos a mortuis excitatos, glorioſos efficit. *Secundum operationem.* Per eandem virtutem, qua Christum excitavit a mortuis.

℣. 21. *Et omne nomen.* Dignitatem omnem & potestatem.

℣. 22. *Supra omnem Ecclesiam.* Græci leguut: *Dedit illum caput super omnia, visibilia, & invisibilia.* Hinc colligunt SS. Hieron. & Aug. Enchiridii cap. 56. Christum etiam ut hominem, propter unionem hypostaticam cum verbo Divino, longe nobiliorem esse Angelis, ipsis præesse, imperare, & dominari. Immo Suarez 3. p. disp. 42. sect. 1. valde probabile esse defendit, quod Christus etiam Angelis meruerit gratiam & gloriam.

℣. 23. *Quæ* Ecclesia *est corpus ipsius & plenitudo ejus.* Nam caput corpore, & corpus capite perficitur. *Qui omnia.* Græc. *Omnia in omnibus adimplentis.* Vel passive, completur, seu perficitur omnibus corporis mystici sui membris in unum collectis. Horum est plenitudo, & robur; his vitam fidei, motum spei, & charitatis operationem impartitur.

CAPUT II.

℣. 1. *Cum essetis mortui delictis.* Per peccata vestra privati vita gratiæ.

℣. 2. *In quibus aliquando ambulastis secundum sæculum.* i. Mundum, secundum ejus desideria. *Aëris.* Qui in hoc aëre, ut in ventis diversatur. Vox, *hujus*, deest in Græco; unde legitur, secundum principem potestatis aëris. *Spiritus.* Juxta impulsum ejus Spiritus, qui dominatur potestatibus, quæ degunt in hoc aëre.

℣. 3. *In quibus & nos omnes aliquando conversati sumus.* Ex quibus incredulis & nos fuimus aliquando facientes voluntatem. Gr. *Voluntates carnis.* Corpore & animo peccantes. *Natura.* A nativitate, ob peccatum originis, iræ Dei obnoxii; idque etiam ex propensione quadam naturali.

℣. 5. *Convivificavit nos in Christo.* i. Fecit nos participes vitæ & gratiæ Christi.

℣. 6. *Et conresuscitavit.* i. Suscitavit per Christi gratiam, qua mors ejus, resurrectio & ascensio nobis applicantur, & novam in nobis vitam operantur. *Et consedere nos fecit.* Per certam spem ob ejus merita, reipsa autem post mortem.

℣. 7. *Ut ostenderet in sæculis supervenientibus.* Non uno, sed per omnia sæcula. *Abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate.* Per bonitatis suæ effusionem.

℣. 8. *Gratia.* Non ex meritis præcedentibus, cum fides, quæ Dei donum est, meritorum sit initium.

9. Nicht aus den Werken, damit sich niemand berühme.

10. Denn wir sind sein Geschöpfe, erschaffen in Christo JEsu zu guten Werken, die GOtt zuvor bereitet hat, daß wir in denselbigen wandeln sollen.

II. 11. Darum seyd ingedenk, daß ihr vor diesem Heyden waret nach dem Fleische, und die Vorhaut genennet wurdet von denjenigen, die man nennet die Beschneidung nach dem Fleische, welche mit der Hand geschieht:

12. Und daß ihr zu derselbigen Zeit ohne Christo waret, ausgeschlossen von der Gemeinschaft Israel, und fremd von den Bündnissen, die keine Hoffnung hatten auf die Verheißung, und ohne GOtt waren in dieser Welt.

13. Nun aber seyd ihr, die ihr vormals ferne waret, in Christo JEsu nahe herbeygekommen, durch das Blut Christi.

14. Denn er ist unser Friede, der aus beyden Eines gemacht hat, und hat die Mittelwand, nämlich die Feindschaften in seinem Fleische abgebrochen,

15. Und das Gesetz der Gebothe durch andere Satzungen aufgehoben, auf daß er ihm selbst aus zween einen einigen neuen Menschen schaffte, und Friede machte,

16. Und sie beyde in einem Leibe durch das Kreuz mit GOTT versöhnete, und die Feindschaften in ihm selbst tödtete.

17. Und er ist gekommen, und hat den Frieden verkündiget, euch, die ihr ferne waret, und den Frieden denen, die nahe waren.

III. 18. Denn durch ihn haben wir beyde in einem Geiste den Zugang zum Vater.

19. Also seyd ihr nun nicht mehr Gäste und Fremdlinge, sondern ihr seyd Mitbürger der Heiligen, und Hausgenossen GOttes:

20. Erbauet auf den Grund der Apostel, und Propheten, da Christus JESUS selbst der oberste Eckstein ist:

21. In welchem das ganze Gebäude zusammengefüget wird, und wächset zum heiligen Tempel im HErrn,

22. Auf welchen ihr auch miterbauet werdet zu einer Wohnung GOttes im Geiste.

Das dritte Capitel.

I. Paulus verwundert sich über den Beruf der Heyden, welches Geheimniß lange verborgen, nachmals den Aposteln offenbaret worden ist. 3. II. Deßwegen sey er ein Lehrer der Heyden von GOtt gesetzt. 7. III. Begehrt von GOtt, daß seine Epheser im Geiste, und Glauben Christi gestärkt, und in der Liebe befestiget werden. 14.

9. Non ex operibus, ut ne quis glorietur.

10. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.

II. 11. Propter quod memores estote, quod aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne, manu facta:

12. Quia eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo.

13. Nunc autem in Christo Jesu, vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi.

14. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua,

15. Legem mandatorum decretis evacuans, ut duos condat in semetipso in unum novum hominem, faciens pacem,

16. Et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.

17. Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem iis, qui prope.

III. 18. Quoniam *b* per ipsum habemus accessum ambo in uno Spiritu ad Patrem. *b Rom. 5. 2.*

19. Ergo † jam non estis hospites, & advenæ, sed estis cives sanctorum, & domestici DEI: † *S. THOMÆ APOST.*

20. Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Jesu:

21. In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino,

22. In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu.°

CAPUT III.

I. Pergit extollere beneficium vocationis Gentilium ad Christi fidem & Ecclesiam, docens hoc mysterium Prophetis & Apostolis esse revelatum. 3. II. Hunc in finem ipse doctor Gentium constitutus. 7. III. Orat Deum, ut Ephesii Spiritu corroborati & in charitate radicati plenius de Christi mysteriis edoceantur. 14.

1. Hujus

ỳ. 9. *Non ex operibus.* Quæ fidem præcesserint. *Ne quis glorietur.* Quod suis operibus adeptus sit justitiam. Hinc optime inferunt Theologi, initium justificationis non esse ex nobis, sed necessario Divinæ gratiæ adscribendum.

ỳ. 10. *Ipsius enim sumus factura.* Nova creatura. *Creati in Christo Jesu.* Per Christum Jesum regenerati ad bona opera facienda, quæ ipsa sunt dona Dei. Creatio ad Deum solum pertinet, eaque est ex nihilo.

ỳ. 11. *Memores estote, quod aliquando vos gentes in carne.* Quos Judæi probri loco dicunt incircumcisos. *Gentes in carne.* Utrobique hæc verba subjicit Apostolus, ut insinuet nec gentibus obesse præputium, nec Judæis circumcisionem.

ỳ. 12. *Quia eratis illo in tempore sine Christo.* Alieni a Christo. *Alienati a conversatione Israel.* Alium ab iis vivendi ritum, aliud institutum sequentes; illi enim unum Deum, vos idola colebatis. *Hospites.* Alieni a fœderibus cum Abraham, Isaac, & Jacob, sancitis; ad vos nihil spectabant ea fœdera. *Et eratis sine Deo.* Verum Deum ignorantes, & falsos colentes.

ỳ. 13. *Qui aliquando eratis longe.* A Dei cognitione, favore, & gratia. *Facti estis prope* propinqui & conjuncti Deo *in Sanguine Christi.* Quem pro vobis assumpsit & effudit.

ỳ. 14. *Ipse enim est pax nostra.* i. Pacis auctor. *Qui fecit utraque unum.* Ex Judæis & Gentibus unum effecit corpus fidelium. *Maceriæ.* Græc. Sepimenti; seu legem abrogando, quæ Judæos a Gentibus separabat, vel inimicitias Judæorum & Gentilium.

ỳ. 15. *Legem mandatorum decretis evacuans.* i. Abrogans legem Mosaicam, quæ innumeris constabat præceptis: hanc fidei decretis, & novæ legis dogmatibus abrogans. *In semetipso.* Ut duos populos tamquam unum hominem *condat.* Gr. *Creet.*

ỳ. 17. *Et veniens evangelizavit pacem vobis* gentilibus. *Qui longe fuistis, & pacem, iis, qui prope.* sc. Judæis.

ỳ. 18. *Quoniam per ipsum habemus accessum.* Aditum *ambo* Judæi & Gentiles *in uno Spiritu.* sc. Conjuncti *ad Patrem* ad adipiscendam ejus gratiam & hæreditatem sc. gloriam.

ỳ. 19. *Ergo jam non estis hospites & advenæ.* Græc. Πάροικοι. Extranei & advenæ: hospites civibus, advenas opponit domesticis.

ỳ. 20. *Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum.* sc. Christum, de quo doctrina Apostolorum & vaticinia Prophetarum agunt. *Ipso summo angulari lapide Christo Jesu.* Cui totum ædificium spirituale innititur. Sic ædificium illud veteri & novo Testamento subnixum Jesus Christus instar lapidis angularis connectit, & firmat.

ỳ. 21. *In quo omnis ædificatio.* Ecclesiæ. *In Domino.* Ut sitis templum Deo consecratum, cujus Christus est fundamentum, & lapis angularis.

ỳ. 22. *In quo & vos coædificamini.* Vos simul cum aliis Christianis ædificamini, ut sitis Dei habitaculum per Spiritum sanctum.

1. Hujus rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis Gentibus:

2. Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

I. 3. Quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi:

4. Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi:

5. Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus, & Prophetis in Spiritu:

6. Gentes esse cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium:

II. 7. Cujus factus sum minister secundum
a Supr.1.19. donum gratiæ Dei, quæ data est mihi *a* secundum operationem virtutis ejus.

b 1.Cor.15.9. 8. Mihi *b* omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi,

9. Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a sæculis in DEO, qui omnia creavit.

10. Ut innotescat principatibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei,

11. Secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro:

12. In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidem ejus.

† *DOM. 16. POST PENT.* 13. Propter quod † peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra.

III. 14. Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi,

15. Ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur,

16. Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorem hominem,

17. Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati, & fundati:

18. Ut possitis comprehendere cum omni-

1. Von deßwegen bin ich Paulus, ein Gefangener Christi JEsu, für euch Heyden:

2. So ihr anders gehöret habt von der Austheilung der Gnaden GOttes, die mir unter euch gegeben ist:

I. 3. Denn das Geheimniß ist mir durch eine Offenbarung kund gethan, wie ich oben mit wenigem geschrieben habe:

4. Daraus ihr, wann ihr es leset, meinen Verstand von dem Geheimniß Christi vernehmen könnet;

5. Welches in vorigen Zeiten den Menschenkindern nicht war kund gethan, wie es jetzt seinen heiligen Aposteln und Propheten durch den Geist ist offenbaret worden:

6. Daß nämlich die Heyden Miterben, und Miteinverleibte, und Mitgenossen seiner Verheißung sind, in Christo JEsu, durch das Evangelium:

II. 7. Dessen ich ein Diener worden bin, nach der Gabe der Gnaden GOttes, die mir nach der Wirkung seiner Kraft gegeben ist.

8. Mir, sage ich, dem geringsten aller Heiligen, ist diese Gnade gegeben, unter den Heyden die unerforschlichen Reichthümer Christi zu verkündigen,

9. Und alle Menschen zu erleuchten, welche die Austheilung sey des Geheimnisses, das von ewigen Zeiten her verborgen gewesen ist in GOtt, der alle Dinge erschaffen hat.

10. Auf daß den Fürstenthümern, und Herrschaften im Himmel, durch die Kirche kund würde die vielfältige Weisheit GOttes,

11. Nach dem Schluß, den er von ewigen Zeiten her gemacht hat, in Christo JEsu unserm HErrn:

12. In welchem wir die Zuversicht haben, und den Zugang in gutem Vertrauen durch den Glauben an ihn.

13. Darum bitte ich, ihr wollet nicht laß * werden in meinen Trübsalen, die ich für euch leide: das eure Ehre ist.

* müde, erliegen.

III. 14. Dessenthalben biege ich meine Knye gegen dem Vater unsers HErrn JEsu Christi,

15. Von welchem alle Vaterschaft im Himmel und auf Erden genennet wird,

16. Daß er euch gebe nach den Reichthümern seiner Herrlichkeit, mit Kraft durch seinen Geist gestärket zu werden, an dem innerlichen Menschen,

17. Damit Christus durch den Glauben in eurem Herzen wohne, und ihr durch die Liebe eingewurzelt, und gegründet seyd:

18. Auf daß ihr mit allen Heiligen begreifen möget, welche

CAPUT III.

℣. 1. *Hujus rei gratia.* Ut vos ædificio illi spiritali aptarem. *Ego Paulus vinctus Christi Jesu.* Pro Christo vinctus sum. Ex nonnullis MSS. quidam supplent hanc vocem, *postulo*, Deum precor: quod iis videatur in his verbis ellipsis, sublata hac voce.

℣. 2. *Si tamen* Gr. siquidem *audistis.* Intellexistis dispensationem gratiæ Dei mihi creditam, ut eam gentibus prædicarem, atque hæc vocatio vobis nota est: particula, *Si*, non tam est dubitantis hoc loco, quam affirmantis.

℣. 3. *Quoniam secundum revelationem notum mihi factum est.* Gr. *Notum mihi fecit*, supple, Deus. *Sacramentum.* Gr. *Mysterium.* Nimirum de gentium vocatione. *In brevi.* Gr. Paucis, in superiori capite, vel paulo ante.

℣. 4. *Prout potestis legentes intelligere.* Quatenus potestis capere intelligentiam meam: id enim voce Græca exprimitur, circa mysterium Christi.

℣. 5. *Quod aliis generationibus non est agnitum.* Quod superioribus sæculis non est revelatum, quemadmodum sanctis Apostolis, & Prophetis novi Testamenti. *In Spiritu.* Per Spiritum sanctum.

℣. 6. *Gentes esse cohæredes.* Nimirum id revelatum iis fuit, Gentes ad possessionem ejus hæreditatis vocari, ut idem corpus fidelium cum Judæis efficiant, & ejusdem promissionis per Christum sint participes.

℣. 7. *Quæ data est mihi secundum operationem.* Gr. ἐνέργειαν. *Efficaciam.* Potentiam ejus in patrandis miraculis.

℣. 8. *Mihi — data est gratia hæc, in gentibus evangelizare. Investigabiles.* Impervestigabiles, nec comprehensas, *divitias Christi.*

℣. 9. *Et illuminare.* Ut illuminem, edoceam *omnes, quæ sit dispensatio.* Gr. *Communicatio.* Quæ sit tanti sacramenti administratio, seu œconomia.

℣. 10. *Ut innotescat principatibus & potestatibus.* Seu bonis, seu malis Angelis, boni quidem longe clarius ab Ecclesia didicerunt, atque in ea velut in speculo inexhaustam Dei sapientiam sunt contemplati, per ea, quæ in Ecclesia geruntur.

℣. 11. *Secundum præfinitionem sæculorum.* Ut perficeret per Christum, quod ab æterno proposuerat.

℣. 12. *In quo habemus fiduciam.* Gr. Libertatem Deum ipsum adeundi. *Per fidem ejus.* Per quam licet nobis libere & confidenter ad eum accedere.

℣. 13. *Propter quod peto, ne deficiatis.* Ne animo concidatis ob tribulationes, quas vestra causa perfero. *Gloria.* Imo gloriemini potius, quod ego præceptor vester dignus factus fuerim, qui pro Christo contumelias patiar.

℣. 14. *Hujus rei gratia flecto genua.* Ne deficiatis.

℣. 15. *Ex quo omnis Paternitas.* Græc. πατριὰ. *Familia.* Cognatio, affinitas: ex quo societas omnis tam hominum, quam Angelorum originem suam ducit.

℣. 16. *Ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ.* Secundum abundantiam gratiæ suæ, per quam glorificatur. *Virtute corroborari.* Ut det vobis secundum interiorem hominem, qui intus a Deo formatur, per virtutem Spiritus sui, corroborari.

℣. 17. *Christum habitare.* Det vobis, ut per fidem Christus in vobis habitet: *ut in charitate radicati, firmi & constantes.*

℣. 18. *Possitis comprehendere.* Immensa Dei in vos beneficia, & mysterii, quod vobis prædico, velut dimensiones omnes; quanta sit ejus latitudo per totum orbem diffusa, quanta longitudo in omnes futuras ætates, quæ alii-

welches die Breite ſey, und die Länge, und die Höhe, und die Tiefe:

19. Und erkennen die Liebe Chriſti, die doch alle Erkenntniß übertrift: auf daß ihr mit aller Völle GOttes möget erfüllet werden.

20. Dem aber, welcher vermag, alles überflüßiger zu thun, dann wir bitten, oder verſtehen nach der Kraft, die in uns wirket:

21. Demſelbigen ſey Ehre in der Kirche, und in Chriſto JEſu durch alle Geſchlechte zu ewigen Zeiten. Amen.

Das vierte Capitel.

I. Paulus ermahnet die Epheſer zu chriſtlichen Sitten, beſonders zur Einigkeit, ſowohl im Glauben, als in der Liebe Chriſti, aus fünf Urſachen. 4. II. Ermahnt ſie, daß ſie von dem unreinen Wandel abſtehen, und in aller Zucht und Tugend leben. 17.

1. Derowegen bitte ich euch, ich Gefangener im HErrn, daß ihr würdiglich nach eurem Berufe wandelt, in welchem ihr berufen ſeyd,

2. Mit aller Demuth, und Sanftmüthigkeit, und mit Geduld, einer übertrage den andern in der Liebe,

3. Und ſeyd ſorgfältig, die Einigkeit des Geiſtes im Bande des Friedens zu erhalten.

I. 4. Es iſt ein Leib, und ein Geiſt, wie ihr auch berufen ſeyd in einer Hoffnung eures Berufs.

5. Es iſt ein HERR, ein Glaube, eine Taufe.

6. Ein GOtt, und Vater aller, der über alle Menſchen iſt, und durch alle, und in uns allen.

7. Aber einem jeglichen unter uns iſt die Gnade gegeben, nach der Maaß der Gaben Chriſti:

8. Darum ſpricht er: Er iſt hinaufgefahren in die Höhe, und hat die Gefängniß gefangen genommen, und hat den Menſchen Gaben gegeben.

9. Daß er aber aufgefahren iſt, was iſt es, als daß er auch zuvor herabgefahren iſt, in die unterſten Oerter der Erde?

10. Der nun hinabgefahren iſt, der iſt derſelbige, der auch hinaufgefahren iſt über alle Himmel, damit er alles erfüllete.

11. Und er hat gegeben, etliche zwar zu Apoſteln, etliche aber zu Propheten, etliche zu Evangeliſten, etliche zu Hirten, und Lehrern,

12. Zu Vollziehung der Heiligen, zum Werke des Dienſtes, und zur Erbauung des Leibes Chriſti:

bus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum:

19. Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti: ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

20. Ei autem, qui potens eſt, omnia facere ſuperabundanter, quam petimus, aut intelligimus, ſecundum virtutem, quæ operatur in nobis:

21. Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Jeſu in omnes generationes ſæculi ſæculorum. Amen. *

CAPUT IV.

I. Incipit hortari ad virtutes Chriſtianæ fidei conformes, ad unitatem Spiritus ſeu charitatem. 4. II. Ad puram converſationem, ut exuto veteri homine novum induant, & ſeparentur ab iis, qui carnis deſideria ſequuntur. 17.

1. Obſecro † itaque vos ego vinctus in Domino, *a* ut digne ambuletis vocatione, qua vocati eſtis, † *DOM. 17 POST PENTEC.*

2. Cum omni humilitate, & manſuetudine, cum patientia, ſupportantes invicem in charitate, *1. Cor. 7. 17. Philip. 1. 27.*

3. Soliciti *b* ſervare unitatem Spiritus in vinculo pacis. *b Rom. 12. 10.*

I. 4. Unum corpus, & unus Spiritus, ſicut vocati eſtis in una ſpe vocationis veſtræ.

5. Unus Dominus, una fides, unum baptisma.

6. Unus *c* Deus & Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. * *c Mal. 2. 10.*

7. Unicuique *d* † autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti: *d Rom. 12. 3. 1. Cor. 12. 11. 2. Cor. 10. 13.*

8. Propter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. † *IN VIG. ASCENS. ET IN FESTO SS AP SIMONIS ET JUD.*

9. Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ?

10. Qui deſcendit, ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia.

11. Et ipſe dedit quosdam quidem *e* Apoſtolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Evangeliſtas, alios autem paſtores, & doctores, *e 1. Cor. 12. 28.*

12. Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti:

13. Do-

---

altitudo ad cœlum usque & vitam æternam porrecta. *Et profundum.* In vocatione, juſtificatione & electione ſanctorum. Jam loquendo de ſolo myſterio crucis, *altitudo* ſe extendit ad omnes homines gentiles & Judæos, ad eos qui ſunt, fuerunt vel erunt. *Longitudo* nullis terminis clauditur, cum ab æterno jam fuerit prædefinitum beneficium redemptionis. *Sublimitas*, ad cœlum usque evexit humanitatem, & nos evehet ſuo tempore. *Profunditas* ad inferni noviſſima ſe demittit, cum virtus crucis etiam inferis terribilis.

℣. 19. *Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ.* Majorem quam intelligi poſſet, charitatem Chriſti, ſummum ejus in nos amorem, qui exuperat humanam ſcientiam. *Ut impleamini.* Ut donis omnibus abundetis.

℣. 20. *Secundum virtutem, quæ operatur.* Gr. Secundum vim & potentiam, quæ efficaciter agit in nobis; ſecundum gratiam & Spiritum, qui vos potenter ad virtutem movet.

CAPUT IV.

℣. 1. *Obſecro itaque vos ego vinctus in Domino.* Propter Dominum. *Digne.* Ut pro dignitate vocationis veſtræ vos geratis, ut decet eos, qui tantis ſunt cumulati beneficiis.

℣. 4. *Unum corpus & unus Spiritus.* Sitis per mutuam charitatem. *Vocati.* Ad eandem Dei poſſeſſionem vocati.

℣. 6. *Unus Deus & Pater omnium.* Qui eſt Pater omnium, qui eſt ſuper omnes, omnibus præeſt. *Et per omnia.* Providentia, & ſubſtantia ſua omnibus intime præſens eſt. *Et in omnibus nobis.* Gr. *Vobis.* Per gratiam ſuam vobis omnibus adeſt: adeo ut in unum corpus ſitis coagmentati, eodem ſpiritu animati, eadem ſpe freti, eundem Dominum Jeſum agnoſcentes, eadem fide inſtructi, eodem baptismo abluti, eidem Deo ſubjecti, atque adeo eandem eſſe oporteat animorum conſenſionem.

℣. 7. *Unicuique autem noſtrum data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti.* Varia ſunt dona, & diſpares gratiæ in corpore myſtico, ut Chriſtus ea varie partitus eſt; quæ dona unitatem Eccleſiæ non ſcindunt, ſed tuentur.

℣. 8. *Propter quod dicit.* Id probat ex Pſal. 67. ubi ſecundam perſonam mutat in tertiam. *Aſcendens in altum.* Cum in cœlum aſcenderet, dæmone & morte devictis. *Captivam.* Nos ipſos a diaboli tyrannide liberavit, & dona ſua hominibus diſtribuit, quorum alia illuminant, alia ſanctificant Eccleſiam.

℣. 9. *Quod autem aſcendit, quid eſt, niſi quia & deſcendit.* E cœlo in terram, ſicque Simonis Magi errorem refellit, qui negabat Chriſtum ante Incarnationem extitiſſe: quem errorem Ebion & Photinus poſtea amplexi ſunt. Imo & deſcendit in partes inferiores terræ, unde captivos eduxit. Quid enim aliud ſibi vult, quod Propheta ait de Chriſto, nempe quod aſcendit, niſi quod ipſe prius deſcenderit in terram vel in Limbum?

℣. 10. *Qui deſcendit.* Per Incarnationem. *Impleret.* Et perſona ſua, & donis; vel ut omnia, quæ de illo ſcripta erant, impleret veritate ſua, Eccleſiam donis, terram gloria nominis ſui, cœlum præſentia ſua.

℣. 11. *Et ipſe dedit quosdam quidem Apoſtolos.* Quibus jure divino ſuccedunt Epiſcopi. *Alios vero Evangeliſtas.* Qui Apoſtolos juvarent in prædicando Evangelio. *Alios paſtores & doctores.* Adeo ut iidem ſint paſtores & doctores: non enim, ait, alios Paſtores, alios Doctores, qui doctrinam Chriſtianam tradunt; ut Prophetæ intelligentiam verbi Dei, quod Evangeliſtæ annuntiant exteris, doctores fidei domeſticis.

℣. 12. *Ad conſummationem Sanctorum.* Gr. Ad coagmentationem ſanctorum. *In opus.* Ut operentur & laborent in ſui miniſterii functionibus, atque in unum corpus perfectum coaleſcant.

13. Donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:

14. Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus:

16. Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem junctúram subministrationis, secundum operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

f Rom. 1. 21. II. 17. Hoc *f* igitur dico, & testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui,

18. Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorum,

19. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.

20. Vos autem non ita didicistis Christum:

21. Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Jesu,

g Col. 3. 8. 22. Deponere *g* vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

h Rom. 6. 4. † *DOM.* 19. *POST PENT.* 23. Renovamini *h* † autem spiritu mentis vestræ,

i Coloss. 3. 12. 24. Et *i* induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis.

k 1. *Petr.* 2. 1. *Zach.* 8. 16. 25. Propter *k* quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra.

l Psal. 4. 5. 26. Irascimini *l* & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram.

27. Nolite locum dare diabolo:

m Jacob. 4. 7. 28. Qui *m* furabatur, jam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis,

13. Bis wir alle einander entgegenkommen in Einigkeit des Glaubens, und der Erkenntniß des Sohnes GOttes, und zu einem vollkommenen Mann werden, in der Maaße des vollkommenen Alters Christi:

14. Auf daß wir nun nicht mehr unstättige Kinder seyn, noch von einem jeglichen Wind der Lehre umgetrieben, und durch Schalkheit der Menschen, mit List des Irrthums hintergangen werden.

15. Laßt uns aber mit der Wahrheit umgehen in der Liebe, und wachsen durchaus in allen Stücken in ihm, der das Haupt ist, nämlich Christus:

16. Aus welchem der ganze Leib zusammengefüget, und aneinander geheftet ist, durch alle Gelenke, dadurch ein Glied dem andern dienet, nach der Wirkung eines jeglichen Gliedes zu seiner Maaße, und machet, daß der Leib aufwächst zur Erbauung seiner selbst in der Liebe.

II. 17. Derowegen sage ich dieses, und bezeuge es im HErrn, daß ihr nunmehro nicht wandelt, wie die Heyden wandeln, in der Eitelkeit ihres Sinnes,

18. Deren Verstand mit Finsterniß verdunkelt ist, und die entfremdet * sind von dem Leben GOttes durch die Unwissenheit, die in ihnen ist, wegen der Blindheit ihres Herzens,

* entfernet.

19. Welche, als die Verzweifelten, sich selbst der Geilheit übergeben haben, zur Uebung aller Unsauberkeit, unersättlich.

20. Ihr aber habt Christum also nicht gelernet:

21. So ihr ihn anders gehört habt, und in ihm seyd gelehrt worden, wie die Wahrheit in JEsu ist,

22. Daß ihr ablegen sollet nach dem vorigen Wandel den alten Menschen, der nach den Lüsten des Irrthums verdirbt.

23. Erneuert euch aber im Geiste eures Gemüthes,

24. Und ziehet einen neuen Menschen an, der nach GOTT erschaffen ist in Gerechtigkeit, und wahrer Heiligkeit.

25. Darum leget die Lügen ab, und redet die Wahrheit, ein jeglicher mit seinem Nächsten: denn wir sind Glieder untereinander.

26. Zürnet und sündiget nicht: lasset die Sonne über euren Zorn nicht untergehen.

27. Gebet dem Teufel keinen Raum:

28. Wer gestohlen hat, der stehle nicht mehr: sondern arbeite vielmehr, und wirke mit seinen Händen etwas Gutes,

---

℣. 13. *Donec occurramus omnes.* Gr. *Pervenuamus.* Hic finis est ordinum, qui in Ecclesia sunt constituti, ut omnes agnoscant Filium Dei. Quosdam dedit Deus in Ecclesia Apostolos, Prophetas, Pastores, qui nos regant, & instruant, donec evadamus in viros perfectos fide, & sanctitate vitæ, & consummata sit membrorum Ecclesiæ coaptatio, quemadmodum Christus ad perfectam ætatem pervenit; idque futurum est post resurrectionem. Interim ordo Hierarchicus in Ecclesia perstabit, donec Christus in nobis plane formatus fuerit, ac novus homo virilem ætatem & staturam sit adeptus. Qui mysteria Religionis imperfecte norunt, hos pueris qui perfecta donantur notitia, illos cum viris comparat.

℣. 14. *Ut jam non simus parvuli fluctuantes.* Ut desinamus esse parvuli, opinionum procellis obnoxii, quos improbi & subdoli homines incautos decipiunt. - *In nequitia.* Per nequitiam.

℣. 15. *Veritatem autem facientes.* sc. Quod verum & rectum est seu doctrinæ veræ cõforme *in charitate, crescamus in illo per omnia.* Non aliud nobis sit propositum, quam idipsum, quod fidei & veritati est consonum; non aliud sit incitamentum actionum nostrarum, quam amor Dei & charitas ipsa.

℣. 16. *Ex quo totum Corpus.* i. Corpus Ecclesiæ ex fidelibus quasi ex totidem membris apte compactum, a Christo tamquam a capite suo vitam & spiritum excipit, ministerio Pastorum crescit, donec membra sint inter se & cum suo capite connexa: Christus est hujus corporis caput, fideles membra, quæ fide & charitate cum inter se, tum una cum suo capite sunt devincta; per Sacramenta tamquam per venas aluntur: crescit, inquam, corpus in apta membrorum proportione, atque illud augmentum in Christi corpore mystico fit per charitatem, quæ est instar caloris innati vitam impartientis.

℣. 18. *Alienati a vita Dei.* Ab ea vivendi ratione, quam Deus præcepit. *Cæcitatem.* Græc. *Obduratio nem.* Quorum conscientia velut callum induxit.

℣. 19. *Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ.* Gr. Qui cum dolere desierint, morbum suum & conscientiæ stimulos non sentiunt, desperant plane de salute sua, atque omni cupiditatum generi semetipsos tradunt.

℣. 21. *Si tamen.* i. Siquidem: adeo ut ea sit vox confirmantis, ut videtur Chrysostomo; alii putant vocem esse dubitantis: Si tamen docti estis in ipso. *Sicut est veritas.* Non aliud didicistis, ab eo, quam juxta ejus doctrinam juste & pie vivere, atque illud imprimis.

℣. 22. *Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem.* Exuere veteres affectus. *Qui corrumpitur secundum desideria erroris.* Cupiditates illicitas. Hanc scientiam intus nos docet Christus, & pastores extrinsecus, in Ecclesiæ schola; fructus hujus doctrinæ est veteris hominis & pravorum affectuum depositio, atque interioris hominis renovatio.

℣. 23. *Renovamini autem spiritu mentis vestræ.* Gr. *Renovari.* Id quoque didicistis.

℣. 24. *Creatus.* Qualis a Deo creatus est, & renovatus a Christo, in vera justitia & sanctitate.

℣. 25. *Propter quod deponentes mendacium.* Ad actus particulares descendit, ac primum ut lingua procul sit ab omni mendacio, & dolo: cum simus invicem membra, nec membrum unum alterum fallat; veritas adsit in verbis, & in actionibus nostris.

℣. 26. *Irascimini & nolite peccare.* Cor ipsum affectuum sedes sic regendum, ut ira, si forte se exurgit, ad affectum usque non prorumpat, neque ad crastinum usque diem proferatur.

℣. 27. *Nolite locum dare diabolo.* Ne vobis dominetur, si ira in odium degeneret, si diutius duret.

℣. 28. *Qui furabatur, jam non furetur.* Exteriores actus, & manus ipsas cohibet: Eleemosynam præscribit.

Gutes, auf daß er habe, davon er dem etwas mittheile, der Mangel leidet.

29. Laßt keine böse Rede aus eurem Munde gehen: sondern, so eine gut ist, zur Auferbauung des Glaubens, daß sie auch denen Gnade gebe, die zuhören.

30. Und betrübet nicht den heiligen Geist GOttes: mit welchen ihr versiegelt seyd auf den Tag der Erlösung.

31. Alle Bitterkeit, und Zorn, und Unlust, und Geschrey, und Lästerung sey von euch aufgehoben, sammt aller Bosheit.

32. Seyd aber untereinander freundlich, und barmherzig, und vergebet einer dem andern, wie auch GOtt euch in Christo vergeben hat.

Das fünfte Capitel.

I. Paulus ermahnt die Epheser, daß sie in Liebe und Heiligkeit Christo nachfolgen, einen unsträflichen Wandel führen, und sich der geistlichen Uebungen befleißigen sollen. 1. II. Befiehlt ihnen den ehelichen Stand in Liebe und Gehorsam zu halten. 22.

1. Derowegen seyd GOttes Nachfolger, wie die liebsten Kinder:

2. Und wandelt in der Liebe, gleichwie Christus uns auch geliebet hat, und sich selbst zu einer Gabe, und zum Schlachtopfer dargegeben, GOTT zu einem süßen Geruch.

3. Hurerey aber, und alle Unsauberkeit, oder Geiz, lasset unter euch auch nicht genennet werden, wie den Heiligen wohl anstehet:

4. Oder schändliche Worte, oder Narrentheidung, oder leichtfertige Rede, die zu den Sachen nicht dienet, sondern vielmehr Danksagung.

5. Denn das sollt ihr wissen, und wohl verstehen daß kein Hurer, oder Unreiner, oder Geiziger, welches ein Dienst der Abgötter ist, ein Erbtheil haben wird an dem Reiche Christi und GOttes.

6. Lasset euch niemand verführen mit eiteln Worten: denn um dieser Dinge willen kömmt der Zorn GOttes über die Kinder des Unglaubens.

7. Darum werdet nicht ihre Mitgenossen.

8. Denn ihr waret etwan Finsterniß: jetzt aber seyd ihr ein Licht im HErrn. Wandelt wie die Kinder des Lichts:

9. Denn die Frucht des Lichts ist in aller Gütigkeit, und Gerechtigkeit, und Wahrheit:

10. Und prüfet, was GOtt wohlgefällig sey:

11. Und habt keine Gemeinschaft mit den unfruchtbaren Werken der Finsterniß, sondern strafet sie vielmehr.

12. Denn was heimlich von ihnen geschieht, das ist auch schändlich zu sagen.

13. Es wird aber alles, was gestrafet wird, durch das

quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti.[o]

29. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.

30. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.

31. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur a vobis cum omni malitia.

32. Estote *n* autem invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis. *n Coloss. 3. 13.*

CAPUT V.

I. Hortatur omnes ad Dei & Christi imitationem, scilicet fugere vitia & opera tenebrarum, ac assumere exercitia spiritualia. 1. II. Mulieres subditas esse viris, viros autem diligere uxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam. 22.

1. Estote † ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi: † *DOM. 3. QUADR.*

2. Et *a* ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis. *a Joan. 13. 34 & 15. 12. 1. Joan 4. 21.*

3. Fornicatio *b* autem, & omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: *b Coloss. 3. 5.*

4. Aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio.

5. Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei.

6. Nemo *c* vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. *c Matth. 24. 4. Marc 13. 5. Luc 2. 8 2. Thess. 2. 3.*

7. Nolite ergo effici participes eorum.

8. Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Ut filii lucis ambulate:

9. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate:*

10. Probantes, quid sit beneplacitum Deo:

11. Et nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite.

12. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.

13. Omnia autem, quæ arguuntur, a lumine

mine

℣. 29. *Omnis sermo malus.* Gr. *Obscœnus.* Fœtidus. *Ut det gratiam audientibus.* Non scandalum afferat, sed ædificationi, & proximi utilitati consulat.

℣. 30. *Nolite contristare.* Offendere. *Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis.* Obsignati per Confirmationis Sacramentum. *In diem redemptionis.* Quem Spiritum ad diem usque resurrectionis, cum ab omnibus malis liberi eritis, custodire debetis.

℣. 31. *Omnis amaritudo.* Verba acerba; & blasphemia, maledictum omne. *Et clamor.* Rixantium. *Cum omni malitia.* Malevolentia erga alios.

℣. 32. *Estote autem invicem benigni - donantes invicem.* Condonantes; injuriarum oblivione Deum imitamur, & debita nostra magna ex parte exsolvimus: nihil magis nos misericordia Dei indignos facit, quam immitis animus, & durus, aut ulciscendi avidus.

CAPUT V.

℣. 1. *Estote imitatores Dei.* Ut Pater vester cœlestis peccata condonat, ita vos offensas debetis invicem remittere, & charitatis officia exercere.

℣. 2. *Et ambulate in dilectione.* Id est, proficite.

℣. 3. *Fornicatio autem.* Scortatio, omnis concubitus cum aliena. *Omnis immunditia.* Obscœnitas.

℣. 4. *Aut turpitudo* verborum. *Stultiloquium.* Quod ad ineptas fabulas refert Hieronymus. *Aut scurrilitas.* Urbanitatis excessus, cum quis facetiis ultra modum indulget, & ambiguis utitur verbis, ut risum moveat. *Quæ ad rem non pertinet.* Gr. Quæ non conveniunt, non decent; ac forte particula, *eum*, exscriptoris incuria excidit: ista Christianis minime conveniunt; si urbanitas, aut facetiæ modum excesserint.

℣. 5. *Scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus.* Græci legunt, *qui est idololatra.* Idolorum cultor. *Aut avarus.* Vox Græca eum quoque significat, qui voluptatum est appetentior. Id colimus, quod amamus; pecuniam ut Deum suum colit, qui in ea felicitatem suam ponit.

℣. 6. *Nemo vos seducat inanibus verbis.* Falsa Philosophorum doctrina, quæ mores pervertit. *Diffidentiæ.* Incredulos, contumaces, veritati rebelles.

℣. 8. *Eratis enim aliquando tenebræ.* Cæci, flagitiorum tenebris involuti. *Lux in Domino.* Fide & doctrina Christi illustrati, per bonæ vitæ exempla aliis prælucentes.

℣. 9. *Fructus enim lucis est in omni bonitate.* Græc. Benignitate, quam iræ opponit, ut veritatem mendacio, justitiam fraudibus.

℣. 10. *Probantes.* Expendentes. *Quid sit beneplacitum Deo.* Quid Deo placeat, quid a vobis exigat.

℣. 12. *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.* De peccatis carnis cum magna cautela loquendum: cedendum est necessitati, sed pudori parcendum.

℣. 13. *Omnia autem, quæ arguuntur, a lumine manifestantur.* Tum enim arguuntur, cum in lucem proferuntur. *Lumen.* Id est luce illustratum; lumen reliqua manifestat, & seipsum: doctrina & exemplo aliis præluceatis.

mine manifestantur: omne enim, quod manifestatur, lumen est.

14. Propter quod dicit: Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.

†DOM. 20. POST PENTEC.

15. †Videte itaque fratres, quomodo caute ambuletis: *d* non quasi insipientes,

d Coloss. 4. 5.

16. Sed ut sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.

17. Propterea *e* nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit voluntas Dei.

e Rom. 12. 2. *1. Thess.* 4. 3.

18. Et nolite inebriari vino, in quo est luxuria: sed implemini Spiritu sancto,

19. Loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino,

20. Gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri,

21. Subjecti invicem in timore Christi. *

† PRO SPONSALIBUS.

II. 22. †Mulieres *f* viris suis subditæ sint, sicut Domino:

f Gen. 3. 16. *Coloss.* 3. 18. *1. Petr.* 3. 1. *1. Cor.* 11. 3.

23. Quoniam *g* vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ipse salvator corporis ejus.

24. Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.

h Coloss. 3. 19.

25. Viri *h* diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea,

26. Ut illam sanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ,

27. Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata.

28. Ita & viri debent diligere uxores suas, ut corpora sua. Qui suam uxorem diligit, seipsum diligit.

29. Nemo enim unquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fovet eam, sicut & Christus Ecclesiam:

30. Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & de ossibus ejus.

i Gen. 2. 24. *Matth.* 19. 5. *Marc.* 10. 7. *k 1. Cor.* 6. 16.

31. Propter *i* hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & *k* erunt duo in carne una.

32. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.

33. Verumtamen & vos singuli, unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat: uxor autem timeat virum suum.

Licht offenbaret: denn alles, was offenbar ist, das ist Licht.

14. Darum spricht er: Wache auf, der du schläfest, und stehe auf von den Todten, so wird dich Christus erleuchten.

15. Derowegen sehet zu, liebe Brüder, wie ihr behutsam wandelt: nicht wie die Unwitzigen,

16. Sondern wie die Weisen: nehmet * der Zeit wahr, denn die Tage sind bös. * kaufet, und bringet die Zeit herein.

17. Darum werdet nicht unverständig, sondern verstehet, was der Wille GOttes sey.

18. Und trinket euch nicht voll im Wein, in welchem Unkeuschheit ist: sondern werdet voll des heiligen Geistes,

19. Und redet unter euch selbst miteinander von Psalmen, und Lobgesängen, und geistlichen Liedern, singet, und spielet dem HErrn in euren Herzen,

20. Und saget GOTT und dem Vater allezeit Dank für alles, im Namen unsers HErrn JESU Christi,

21. Und seyd einander unterthan in der Furcht Christi.

II. 22. Die Weiber sollen ihren Männern unterthan seyn, wie dem HErrn:

23. Denn der Mann ist des Weibes Haupt: wie Christus das Haupt der Kirche ist. Er ist der Heiland seines Leibes.

24. Gleichwie aber die Kirche Christo unterworfen ist, also sollen auch die Weiber ihren Männern in allen Dingen unterworfen seyn.

25. Ihr Männer, liebet eure Weiber, wie Christus auch die Kirche geliebet hat, und sich selbst für sie dargegeben,

26. Auf daß er sie heilige, und reinige durch die Wassertaufe im Worte des Lebens,

27. Damit er ihm selbst eine herrliche Kirche darstelle, und keine Mackel, noch Runzel, oder etwas dergleichen habe, sondern daß sie heilig, und unbefleckt sey.

28. Also sollen auch die Männer ihre Weiber lieben, wie ihre eigene Leiber. Wer sein Weib liebet, der liebet sich selbst.

29. Denn niemand hat jemals sein eigenes Fleisch gehasset: sondern ernähret und erhält dasselbige, wie Christus auch seine Kirche:

30. Denn wir sind Glieder seines Leibes, von seinem Fleische, und von seinen Beinen.

31. Darum wird ein Mensch seinen Vater und seine Mutter verlassen, und wird seinem Weibe anhangen: und werden zwey seyn in einem Fleische.

32. Dieses ist ein großes Sacrament, ich sage aber in Christo, und in der Kirche.

33. Doch auch ihr, ein jeglicher habe sein Weib lieb, wie sich selbst: das Weib aber fürchte ihren Mann.

Das

℣. 14. *Propter quod dicit.* Vel ex incerto auctore, aut potius ex Isaia 60. 1. vel ex cap. 26. 21. hæc verba desumuntur, dormit, aut potius mortuus est, qui Dei & propriæ salutis obliviscitur; Deus unus eum excitat.

℣. 16. *Redimentes tempus.* Gr. *Ementes.* Novis negotiis ne impliciti sitis, opportunitatem bene agendi præterlabi ne sinatis. *Dies mali sunt.* Vita est periculis & tentationibus plena.

℣. 18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* Intemperantia, morum dissolutio. *Sed implemini.* Sobria, & sancta ebrietate. Illicitæ corporis voluptates, & spiritalis animæ deliciæ sunt insociabiles.

℣. 19. *Loquentes vobismetipsis in psalmis.* Relaxantes animos, non profanis cantilenis, sed psalmis, & hymnis, non lingua solum, sed intimo cordis affectu: ut Deo loquentes, ad ejus gloriam cuncta referentes.

℣. 22. *Mulieres viris suis subditæ sint.* Post officia omnibus fidelibus communia, ad ea particulatim descendit: ac primum mulieribus præcipit, ut viris suis subjectæ sint. *Sicut Domino.* Ut Ecclesia Christo subest tamquam suo capiti: vir enim est caput uxoris.

℣. 23. *Ipse Salvator corporis ejus.* Pro, *sui;* Christus corpori suo, seu Ecclesiæ salutem confert influendo, & regendo. Quamquam vox, *ejus*, ad maritum quoque referri potest.

℣. 25. *Viri, diligite uxores vestras.* Id exemplo Christi illustrat, qui seipsum morti tradidit pro Ecclesia, quam mundavit baptismo aquæ, & verbo vitæ, seu per vivificam baptismi formam.

v. 27. *Ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam.* Per resurrectionem sine peccati macula, aut ruga vetustatis. Ex quibus id concludendum reliquit, mutuum viri & uxoris amorem ab omni Gentilium fœditate purum esse oportere.

℣. 30. *Quia membra sumus corporis ejus.* Seu Ecclesiæ, aut Christi, qui est caput nostrum. *De carne ejus.* Similem cum eo carnem habemus spiritualiter & mystice per passionem formatam, sicut ex Adamo corporaliter formata fuit Eva. Ita Cajet.

℣. 31. *Propter hoc relinquet homo patrem.* Huc pertinent, quæ legimus Genes. 2. 24. ut arctum Christi cum Ecclesia vinculum manifestum fiat. *Nam & adhærebit uxori suæ.* Arctissimo amoris vinculo, & nexu indissolubili.

℣. 32. *Sacramentum hoc magnum est.* Illa conjunctio viri & uxoris magnum est mysterium, & sacramentum, sub quo latet Christi & Ecclesiæ indissoluubilis conjunctio. Nam Christus quodammodo reliquit Patrem, ut ipse ait: *Exivi a Patre, & veni in mundum.* Reliquit & matrem, seu Synagogam, ut Ecclesiæ tamquam uxori adhæreat.

℣. 33. *Verumtamen & vos singuli.* Nempe id præstate. *Ut unusquisque uxorem suam sicut seipsum diligat.* Hinc concludit uxorem a viro diligendam tamquam propriam carnem. *Uxor autem timeat.* Revereatur ut caput suum.

Das sechste Capitel.

I. Paulus erzählt, was die Aeltern und Herren ihren Kindern und Dienern; und was diese jenen zu thun verpflichtet sind 1. II. Bewaffnet die Christen, wie sie wider ihre unsichtbare Feinde kämpfen soll n. 10. III. Ermahnt zum immerwährenden Gebethe. 18.

1. Ihr Kinder, seyd euren Aeltern gehorsam im HErrn: denn das ist billig.

2. Ehre deinen Vater, und deine Mutter, welches das erste Geboth ist, so eine Verheißung hat:

3. Damit dir es wohlgehe, und du lange lebest auf Erden.

4. Und ihr Väter, reizet eure Kinder nicht zum Zorn: sondern erziehet sie in der Lehre, und in der Zucht des HErrn.

5. Ihr Knechte seyd euren Herren nach dem Fleische gehorsam, mit Furcht und Zittern, in Einfalt eures Herzens, wie Christo:

6. Nicht, daß ihr Augendiener seyd, als die den Menschen gefallen wollen, sondern als Knechte Christi, die den Willen GOttes von Herzen thun,

7. Und mit gutem Willen dienen, wie dem HErrn, und nicht den Menschen:

8. Dieweil ihr wisset, daß ein jeglicher, was er Gutes thun wird, dasselbige vom HErrn empfangen werde, er sey ein Knecht, oder ein Freyer.

9. Und ihr Herren thut ihnen auch desgleichen, und unterlasset das Drohen: und wisset, daß ihr HErr, und euer HErr im Himmel ist, und ist bey demselbigen kein Ansehen der Personen.

II. 10. Im übrigen, liebe Brüder, stärket euch im HErrn, und in der Macht seiner Stärke.

11. Ziehet an den Harnisch GOttes, auf daß ihr bestehen könnet wider die heimlichen Nachstellungen des Teufels.

12. Denn wir haben nicht zu kämpfen wider Fleisch und Blut: sondern wider Fürsten und Gewaltigen, wider die Regenten der Welt, welche in dieser Finsterniß herrschen, wider die schalkhaftigen Geister in der Luft.

13. Darum ergreifet den Harnisch GOttes, auf daß ihr am bösen Tage Widerstand thun, und in allem, wie Vollkommene, bestehen möget.

14. So stehet nun umgürtet um eure Lenden mit der Wahrheit, und angethan mit dem Panzer der Gerechtigkeit,

15. Und seyd geschuhet an den Füßen, mit der Vorbereitung des Evangelii des Friedens:

16. Vor allem ergreifet den Schild des Glaubens, mit welchem ihr alle feurige Pfeile des Bösewichts auslöschen könnet:

CAPUT VI.

I. Filii parentibus, servique dominis obediant; rursum parentes, & domini suum observent officium. 1. II. Explicat Christianorum pugnam & arma spiritualia. 10. III. Denique ad instantes orationes exhortatur. 18.

1. Filii, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim justum est.

2. Honora *a* patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: *a Exod. 20. 12.*

3. Ut bene sit tibi, & sis longævus super terram. *Deut. 5. 16. Eccli. 3. 9. Matth. 15. 4. Marc 7 10. Coloss. 3. 20.*

4. Et vos patres nolite ad iracundiam provocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione Domini.

5. Servi *b* obedite dominis carnalibus cum timore, & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: *b Coloss 3. 22. Tit. 2 9. 1. Pet. 2. 18.*

6. Non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed ut servi Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,

7. Cum bona voluntate servientes, sicut Domino, & non hominibus:

8. Scientes, quoniam unusquisque, quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, sive servus, sive liber.

9. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes quia & illorum, & vester Dominus est in cœlis, *c* & personarum acceptio non est apud eum. *c Deut. 10. 17.*

II. 10. De cætero † fratres, confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus. *2. Par 19. 7. Joh. 34 19. Sap 6 8. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. Rom. 2 11. Coloss 3. 25. 1 Petr 1. 17.*

11. Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. † *DOM. 21. POST PENTEC.*

12. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem: sed adversus principes, & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus.

13. Propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.

14. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ,

15. Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis:

16. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere:

17. Et

CAPUT VI.

℣. 1. *Filii, obedite parentibus vestris in Domino.* Propter Dominum, quatenus lex Christi, id præcipit. Lucæ 14. 26. primum quia justum est, ut iis honorem & reverentiam præstemus, a quibus vitam accepimus: nam Deus & natura filios parentibus subjiciunt, sic tamen ut filiorum erga parentes pietas ad eum, quem Deo debent cultum, omnino referatur.

℣. 2. *Honora patrem tuum &c.* Non solum cultu, sed & subsidio, ut Christus ipse interpretatur Matth. 15. 6. *In promissione.* Huic mandato adjuncta est promissio boni temporalis in veteri lege, & spiritalis in nova.

℣. 3. *Ut bene sit tibi.* Atque hæc est tertia ratio, cur parentum reverentiæ longioris vitæ & felicis promissio adjecta fuerit, quatenus æternæ saluti est utilis, & ad eam perducit.

℣. 4. *Et vos patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros.* Vicissim patres admonet, primum ne duriores sint in liberos, neve nimia severitate eos reddant indociles, & rebelles; deinde ne eos nimia indulgentia solutiores efficiant, sed justum servent modum severitatis & indulgentiæ. *Sed educate.* Gr. Eruditione, & correptione, ac monitis sanctis, juxta Domini præcepta & doctrinam. Instituendi & formandi sunt eorum mores ad pietatem Christianam, ad vitæ honestæ & civilis officia: quo eos natura ferat, quæ sit illorum indoles, diligentius inquirendum: ob graviores tantum culpas puniendi; idque moderate, non ex impetu, aut ira castigandi.

℣. 6. *Non ad oculum servientes.* Non tantum in præsentia. *Placentes.* Ita ut præsentes revereamini, abientes spernatis; sed ut Christi servi, qui cor ipsum intuetur.

℣. 7. *Cum bona voluntate.* Gr. *Cum benevolentia.* Ex animo servientes.

℣. 9. *Et vos Domini eadem facite.* Proportionabiliter agant Domini cum servis. *Remittentes minas.* Si quas forte ex subita ira minati sunt.

℣. 10. *Confortamini in Domino.* Constanti & forti animo estote adversus tentationes, fortitudinem in Dei gratia quærite ut arma hostibus debellandis: simplicitatem imprimis Christianam, & humilitatem.

℣. 11. *Induite vos armaturam Dei.* Gr. Universum armorum apparatum. Sic Christum induamus, ut nulla pars nostri vulneri pateat.

℣. 12. *Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem.* Adversus mortales homines. *Sed adversus principes.* Gr. Principatus. *Rectores.* Hominum impiorum; pauci enim sunt ab iis liberi. *Contra spiritualia nequitiæ.* Spirituales nequitiæ, quæ sunt in hoc caliginoso aëre.

℣. 13. *Ut possitis resistere in die malo.* In tempore difficili & periculoso, in ipso certamine.

℣. 14. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate.* Doctrinæ, quodam velut baltheo renes succingite, ut affectus omnes carnis animo subjectos habeatis. *Et induti loricam justitiæ.* Quæ instar thoracis vitæ omnes actiones tegat, & omni ex parte hominem muniat.

℣. 15. *Et calceati pedes in præparatione Evangelii pacis.* Ad confitendum & annuntiandum Evangelium prompti, & alacres, Evangelium, inquam, pacis Deum inter & homines.

℣. 16. *In omnibus sumentes scutum fidei.* Impenetrabile omnibus telis inimici,

d *Isai.* 59. 17. 1. *Thess.* 5. 8. 17. Et *d* galeam salutis assumite: & gladium Spiritus (quod est verbum Dei)

III. 18. Per omnem orationem, & obsecrationem orantes omni tempore in Spiritu: & in e *Colos.* 4. 2. ipso *e* vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis:

f *Colos.* 4. 3. 2. *Thess.* 3. 1. 19. Et *f* pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Evangelii:

20. Pro quo legatione fungor in catena, ita, ut in ipso audeam, prout oportet me, loqui.

21. Ut autem & vos sciatis, quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater, & fidelis minister in Domino:

22. Quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis, quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra.

13. Pax fratribus, & charitas cum fide, a Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

24. Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione. Amen.

17. Nehmet an den Helm des Heils: und das Schwert des Geistes, (welches ist das Wort GOttes)

III. 18. Und bittet allezeit im Geiste, mit allem Gebeth und Flehen: und wachet in demselbigen mit allem Anhalten und Flehen für alle Heiligen:

19. Auch für mich, damit mir die Rede gegeben werde, durch Eröffnung meines Mundes, mit gutem Vertrauen das Geheimniß des Evangelii kund zu machen:

20. Dafür ich die Bothschaft verwalte in der Kette, also, daß ich in ihm kühn sey zu reden, wie mir gebühret.

21. Auf daß ihr aber auch wisset, wie es um mich stehet, und was ich thue: so wird es euch Tychicus, der allerliebste Bruder, und treue Diener im HErrn, alles zu erkennen geben:

22. Welchen ich eben darum zu euch gesendet habe, auf daß ihr erfahret, wie es um uns stehet, und daß er eure Herzen tröste.

23. Friede sey mit den Brüdern, und die Liebe sammt dem Glauben, von GOtt dem Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

24. Gnade sey mit allen, die unsern HERRN JESUM Christum in Aufrichtigkeit lieb haben. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

CAPUT I.

I. Ex magno affectu erga Philippenses, manifestat eis fructum suorum vinculorum. 6. *II. Gaudet Christum prædicari, cupit dissolvi & esse cum Christo: vel etiam hic permanere propter illorum salutem, & hortatur, ut digne Evangelio conversentur, etiam inter afflictiones.* 15.

Paulus & Timotheus, servi JESU Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & diaconibus.

2. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3. Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,

4. Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens,

5. Super communicatione vestra in Evangelio Christi a prima die usque nunc.

† *DOM. 22. POST PENTEC.* I. 6. † Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.

7. Sicut est mihi justum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde,

Die Epistel des heiligen Pauli zu den Philippern.

Das erste Capitel.

I. Paulus bittet GOtt für die Philipper, und ermahnet sie zur Standhaftigkeit, und christlichem Wandel. 1. II. Erfreuet sich, daß Christus geprediget wird, und begehrt aufgelöst, und mit Christo zu seyn: doch wolle er auch bey ihnen länger leben in der Trübsal, auf daß sie auch alle Verfolgung starkmüthig übersteben. 15.

Paulus und Timotheus, die Knechte JESU Christi, allen Heiligen in Christo JEsu, die zu Philippis sind, sammt den Bischöfen und Diaconen.

2. Gnade sey mit euch, und Friede von GOTT unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

3. Ich danke meinem GOtt, so oft ich an euch gedenke,

4. Allezeit in allem meinem Gebeth für euch alle mit Freuden bethend,

5. Von wegen eurer Gemeinschaft im Evangelio Christi, vom ersten Tage an, bis auf diese Zeit.

I. 6. Und habe das Vertrauen, daß, der in euch das gute Werk angefangen hat, dasselbige auch vollenden, bis auf den Tag JEsu Christi.

7. Wie mir dann gebühret, dasselbige von euch allen zu halten: darum, daß ich euch in meinem Herzen habe, und

daß

℣. 17. *Et galeam salutis assumite.* Galeam salutarem assumite, quæ caput tueatur: spem de salute æterna. *Et gladium Spiritus.* Quem Spiritus sanctus subministrat. Verbum Dei scriptum: & non scriptum, eo muniti omnes errores, & ingenii humani figmenta destruimus.

℣. 18. *Per omnem orationem.* Atque hæc arma oratio comitetur. *In spiritu.* Ex interiori cordis affectu. Ubique, & in omni tempore. *In spiritu.* Pietatis & religionis. *Vigilantes.* Ne distrahatur animus. *In omni instantia.* Cum perseverantia, & fervore cordis. *Pro omnibus sanctis.* In sanctorum communione, pro universa Ecclesia orantes.

℣. 19. *Ut detur mihi sermo in apertione oris mei.* Ut Deus mihi os aperiat; ut suggerat, quæ loquar.

℣. 21. *Fidelis minister in Domino.* In Domini negotio.

℣. 24. *Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum nostrum Jesum Christum in incorruptione.* Sincere & incorrupte, vitam puram degunt: aut forte hanc vocem addidit ob Simonis Magi & ejus discipulorum flagitia.

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus & Timotheus.* In Epistolis, quas Romæ scripsit, Timotheum sibi adjungit ob benevolentiam singularem. *Philippis.* Urbs erat Macedoniæ, quam Philippus Alexandri pater instauravit, & suo donavit nomine. *Cum Episcopis & Diaconibus.* Presbyterorum nullam facit mentionem; seu Presbyteri tum Episcopi vocarentur, quod plebis curam haberent, seu plures Presbyteri in una & eadem urbe Episcopi ordinarentur, iique in varias regiones ab Apostolis, cum opus erat, mitterentur; seu denique in circumjectis locis plures essent Episcopi, cum in eadem civitate unus tantum esset Episcopi auctoritate & jurisdictione instructus. An forte, ut nonnullis videtur, primis illis temporibus nondum erant Presbyteri ab Episcopis distincti, cum idem Episcopus omnia obire munera facile posset.

℣. 3. *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.* Quoties vestri recordor.

℣. 7. *Eo quod vos habeam in corde.* Vestræ humanitatis memoriam in corde altissime defixam. *Et in vinculis meis.* Partim per compassionem, partim per auxilia mihi transmissa. *In defensione & confirmatione Evangelii.* Quod una mecum propugnatis & pro viribus promovetis, hinc & socii gaudii. Græc. *gratiæ* estis.

daß ihr alle in meinen Banden, und in Vertheidigung, und Bestättigung des Evangelii, meiner Freude theilhaftig gewesen seyd.

8. Denn GOtt ist mein Zeuge, wie mich in herzlicher Liebe JEsu Christi nach euch allen verlanget.

9. Und ist das mein Bitten, daß eure Liebe je mehr und mehr reich werde in der Erkenntniß, und in allem Verstande:

10. Damit ihr das Bessere prüfen möget, auf daß ihr aufrichtig, und ohne Anstoß seyd, auf den Tag Christi,

11. Erfüllet mit der Frucht der Gerechtigkeit, durch JEsum Christum zum Preiß und Lobe GOttes.

12. Ich thue euch aber zu wissen, liebe Brüder, meinen Zustand, der vielmehr zum Fortgange des Evangelii gerathen ist:

13. Also, daß meine Bände im ganzen Gerichtshause *, und in allen Oertern, in Christo sind offenbar worden,

* Kayserlichen Hofe.

14. Daß auch ihrer viele von den Brüdern aus meinen Banden ein Vertrauen im HErrn geschöpfet haben, überflüßiger *, ohne Furcht das Wort GOttes zu reden.

* kühnlicher.

II. 15. Es predigen zwar etliche Christum aus Neid und Hader, etliche aber aus guter Neigung,

16. Etliche aus Liebe, dieweil sie wissen, daß ich zur Vertheidigung des Evangelii gesetzt bin.

17. Etliche aber verkündigen Christum aus Zank, nicht aufrichtig, dieweil sie vermeynen, daß sie meinen Banden noch mehr Bedrängniß zufügen.

18. Was ist es dann? Wann nur auf allerley Weise Christus verkündiget wird, es geschehe gleich mit Vorwand, oder in der Wahrheit: so erfreue ich mich doch darinnen, und wird es mich auch hinfüro erfreuen.

19. Denn ich weis, daß mir solches zur Seligkeit gedeyen wird durch euer Gebeth, und durch Handreichung des Geistes JEsu Christi,

20. Wie ich endlich warte, und hoffe, daß ich in keinem Dinge werde zu Schanden werden: sondern ich bin der ganzen Zuversicht, daß, gleichwie allezeit, also auch jetzt Christus in meinem Leibe werde gepriesen werden, es sey durch das Leben, oder durch den Tod.

21. Denn Christus ist mein Leben, und Sterben ist mein Gewinn.

22. Wenn aber im Fleische zu leben, mir ein fruchtbares Werk ist, so weis ich nicht, was ich erwählen soll.

23. Denn ich werde von beyden hart gedrungen: ich begehre aufgelößt zu werden, und mit Christo zu seyn, welches auch viel besser wäre:

24. Aber es ist nöthiger im Fleische bleiben um euretwillen.

25. Und dieses weis ich in gutem Vertrauen, daß ich bleiben werde, und bey euch allen verharren zu eurem Fortgange, und zur Freude des Glaubens:

26. Auf daß an mir euer Ruhm überflüßig werde in Christo JEsu, durch meine Wiederkunft zu euch.

& in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Evangelii, socios gaudii mei omnes vos esse.

8. Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Jesu Christi.

9. Et hoc oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia, & in omni sensu:

10. Ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi,

11. Repleti fructu justitiæ per Jesum Christum in gloriam & laudem Dei. *

12. Scire autem vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectum venerunt Evangelii:

13. Ita, ut vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus,

14. Et plures e fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

II. 15. Quidam quidem & propter invidiam, & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant,

16. Quidam ex charitate, scientes, quoniam in defensionem Evangelii positus sum.

17. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

18. Quid enim? Dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

19. Scio enim, quia hoc mihi proveniet ad salutem, per vestram orationem, & subministrationem Spiritus Jesu Christi,

20. Secundum expectationem, & spem meam, quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem.

21. Mihi enim vivere Christus est, & mori lucrum.

22. Quod si vivere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro.

23. Coarctor autem e duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius:

24. Permanere autem in carne, necessarium propter vos.

25. Et hoc confidens scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei:

26. Ut gratulatio vestra abundet in Christo Jesu in me, per meum adventum iterum ad vos.

27. Tan-

℣. 9. *Oro, ut charitas vestra magis ac magis abundet in scientia.* i. Prudentia, vel intelligentia.

℣. 10. *Ut probetis potiora.* Ut meliora eligatis. *Ut sitis sinceri.* Ab omni vitio puri. *Et sine offensa.* Et nemini sitis offendiculo, nec ipsi impingatis, ut cursu non impedito usque ad diem Christi ambuletis in viis Domini.

℣. 11. *Repleti fructu justitiæ.* i. Bonis operibus per gratiam Christi.

℣. 12. *Scire autem vos volo.* Post exordium, quo gratulatio de præteritis, spes & vota de futuris continentur, quæ circa se acta sunt, quæque ad religionem spectant, singillatim exponit, ne forte existiment illius vincula Christianæ Religioni detrimentum attulisse.

℣. 14. *Plures — confidentes vinculis meis.* sc. Animis & audacia sumptis, ex eo quod videant me, etsi vinctum, intrepide causam agere Evangelii, jam liberius & audacius ipsi promulgant.

℣. 15. *Quidam quidem & propter invidiam.* Ut Neronem adversum me exacerbarent, quod legem abrogarem.

℣. 17. *Quidam non sincere.* Non sincero animo Christum annuntiant. *Suscitare.* Gr. Addere. *Vinculis meis.* Usurpato prædicandi ministerjo.

℣. 18. *Quid enim? dum omni modo, sive per occasionem, sive per veritatem, Christus annuntietur.* Græc. *Sive specie, sive veritate.* Seu ambitioni suæ quidvis prætexant, seu sincere id faciant, nihil moror.

℣. 20. *Secundum expectationem & spem meam.* Ut vehementer spero. *In corpore meo.* In afflictionibus meis, seu corpus impendam in Evangelii prædicatione, sive illud Christo exhibeam ut hostiam moriendo, seu vivam, seu moriar.

℣. 21. *Mihi vivere Christus est.* Nam Christo uni vivo. *Et mori lucrum.* Vita æterna mortem excipiet.

℣. 22. *Et*, pro *sane*. Utrum eligam, ignoro, vitam, an mortem: voluntati Dei hoc ipsum relinquo.

℣. 23. *Coarctor autem e duobus.* Quid eligam. Sic cor ejus divisum erat inter desiderium fruendi Christo, & sua Ecclesiæ præstandi officia.

℣. 25. *Manebo & permanebo omnibus vobis.* Græc. *Una cum omnibus vobis.* Hinc liquet scriptam fuisse hanc Epistolam in prioribus vinculis: nam sperat, & confidit se ereptum iri ex his vinculis.

℣. 26. *Ut gratulatio vestra.* Græc. *Gloriatio vestra abundet.*

a Ephes. 4.1. *Coloss.* 1.10. 1. *Thess.* 2.12.

27. Tantum *a* digne Evangelio Christi conversamini: ut sive cum venero, & videro vos, sive absens audiam de vobis, quia statis in uno Spiritu unanimes, collaborantes fidei Evangelii:

28. Et in nullo terreamini ab adversariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo.

29. Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini:

30. Idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc audistis de me.

CAPUT II.

I. Hortatur eos ad virtutes Christianas, mutuam dilectionem, humilitatem & modestiam exemplo Christi. 2. *II. Ut sint velut luminaria, inter malos sancte vivendo.* 15. *III. Promittit se eis missurum Timotheum sincerum Evangelii prædicatorem, & Epaphroditum.* 19.

1. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas Spiritus, si qua viscera miserationis:

2. Implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes, idipsum sentientes.

3. Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes.

4. Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.

† *DOM. PALM. AD MISS. Item, IN INVENT. ET EXALTAT. S. CRUCIS.*

5. † Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu:

6. Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:

7. Sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.

† *IN MISS. DE SANCT. CRUCE.*

8. † Humiliavit *a* semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

9. Propter quod & Deus exaltavit illam, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen:

a Hebr. 2. 9. *b Isai.* 45.24. *Rom.* 14. 11.

10. Ut *b* in nomine JESU omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum,

11. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

12. Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis) non ut in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.

13. Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate.

27. Wandelt allein, wie sich es dem Evangelio Christi gebühret: auf daß ich, entweder wann ich kommen, und euch sehen werde, oder sonst abwesend, von euch hören möge, daß ihr einmüthig stehet in einem Geiste, und zugleich arbeitet in dem Glauben des Evangelii:

28. Daß ihr euch auch in keinem Dinge von den Widerwärtigen schrecken lasset: welches ihnen zwar eine Ursache des Verderbens ist, euch aber der Seligkeit, und dasselbige von GOtt.

29. Denn euch ist es gegeben um Christi willen, daß ihr nicht allein an ihn glaubet, sondern auch um seinetwillen leidet:

30. Und habt eben denselbigen Kampf, welchen ihr an mir gesehen habt, und noch von mir höret.

Das zweyte Capitel.

I. Weil unter den Philippern Ehrgeiz, und Spaltungen sich erregten, muntert sie Paulus auf, nach dem Exempel Christi, zur Demuth, und brüderlichen Liebe. 2. II. Auf daß sie unter den Unglaubigen gleich als hellscheinende Lichter hervorscheinen. 15. III. Verspricht, er wolle ihnen zum größern Trost Timotheum, und Epaphroditum schicken. 19.

1. Ist nun unter euch irgend ein Trost in Christo, ist irgend eine Ergötzung der Liebe, ist irgend eine Gemeinschaft des Geistes, ist irgend eine herzliche Erbarmung:

2. So erfüllet meine Freude, daß ihr einer Meynung seyd, und einerley Liebe habt, auch einmüthig, und einer wie der andere gesinnet seyd.

3. Thut nichts durch Zank, noch durch eitle Ehre: sondern einer achte den andern in Demuth höher, dann sich selbst.

4. Ein jeglicher betrachte nicht, was sein ist, sondern dasjenige, das eines andern ist.

5. Denn das sollt ihr in euch fühlen, was ihr auch in Christo JEsu fühlet:

6. Welcher, ob er schon in göttlicher Gestalt war, hat er es nicht für einen Raub gehalten, GOtt gleich zu seyn:

7. Sondern hat sich selbst erniedriget, und die Gestalt eines Knechtes angenommen, und ist andern Menschen gleich worden, und im Wesen* befunden, wie ein Mensch.

* Gestalt, und Wandel.

8. Er hat sich selbst erniedriget, und ist gehorsam worden bis zum Tode, ja bis zum Tode des Kreuzes.

9. Darum ihn auch GOtt erhöhet hat, und hat ihm einen Namen gegeben, der über alle Namen ist:

10. Daß im Namen JESU sich biegen sollen alle Knye, derer, die im Himmel, und auf Erden, und unter der Erden sind,

11. Und alle Zungen sollen bekennen, daß der HErr JEsus Christus in der Herrlichkeit GOttes des Vaters ist.

12. Derowegen, meine Liebsten, (wie ihr allezeit gehorsam gewesen seyd) nicht allein in meiner Gegenwart, sondern auch vielmehr jetzt in meinem Abwesen, so wirket eure Seligkeit mit Furcht und Zittern.

13. Denn GOtt ist es, der in euch wirket, beyde das Wollen, und das Thun, nach dem guten Willen.

14. Thut

℣. 27. *Digne Evangelio conversamini.* Vita vestra respondeat doctrinæ Evangelii. *Collaborantes.* Gr. *Simul certantes.* Quasi in eadem acie contra Evangelii hostes pugnatis.

℣. 28. *Et in nullo terreamini ab adversariis.* Sive ethnicis, sive hæreticis. *Quæ illis est causa perditionis.* Gr. ἔνδειξις. Judicium.

CAPUT II.

℣. 1. *Si qua ergo consolatio in Christo.* Si quæ sit in vobis erga me consolatio propter Christum. *Si quod solatium.* Si me in vinculis sublevare vultis. *Si qua societas.* Et communicatio in eodem spiritu; si quis erga afflictum in vobis est tener affectus.

℣. 4. *Non quæ sua sunt -- considerantes.* Non solum ea, quæ cujusque sunt, debemus curare, sed magis, si vera est charitas & perfectio, *quæ* sunt *aliorum.*

℣. 5. *Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Quod fuit in Christo Jesu, vel de vobis hoc sentite, quod Christus de seipso: humilitatem nempe Christi exemplo iis commendat, illis præsertim qui naturæ, aut gratiæ donis instructi inferioribus ægre cederent.

℣. 6. *Qui cum in forma Dei esset.* In natura, aut majestate Dei, & verus Deus *non rapinam arbitratus est.* Cum sciret se æqualem Patri, nec velut ex rapto rem alienam usurpare, cum se æqualem Patri assereret.

℣. 7. *Sed semetipsum exinanivit.* Assumendo, quod non erat. In unitate personæ, quæ seipsam exinanivit ob idiomatum communicationem. *Formam servi accipiens.* Ita, ut verus sit homo, ut verus sit Deus. *Factus.* Vere homo, & similis aliis hominibus. *Et habitu.* Græc. σχήματι. *Forma.* Figura corporis, vero corpore & anima rationali constans.

℣. 11. *Quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.* In æquali cum Patre gloria, ita, ut eadem persona, quæ Deus erat tantummodo, jam sit Deus & homo.

℣. 12. *Cum metu.* Ob indignitatem propriam. *Et tremore.* Ne Deum deserentes ab eo deseramur. *Salutem operamini.* Per bona opera.

℣. 13. *Deus est enim, qui operatur in vobis & velle & perficere.* Deus in nobis operatur velle & perficere, ac liberrime tamen volumus, & agimus. Non sine nobis cooperantibus. *Pro bona voluntate.* Gr, ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας. Pro benevolentia. Syrus. *Deus agit, ut velitis, & perficiatis, id quod vultis.*

14. Thut aber alles ohne Murren und Verzug:
II. 15. Auf daß ihr ohne Tadel seyd, und einfältige Kinder GOttes, und unsträflich, mitten unter dem bösen und verkehrten Geschlechte: unter welchen ihr leuchtet als Lichter in der Welt,
16. Und haltet euch vest an dem Worte des Lebens, zu meiner Ehre auf den Tag Christi, damit ich nicht vergeblich gelaufen, noch vergeblich gearbeitet habe.
17. Und ob ich schon aufgeopfert würde, über das Opfer und Dienst eures Glaubens, so erfreue ich mich doch, und frohlocke mit euch allen.
18. Deswegen erfreuet ihr euch auch, und frohlocket mit mir.
III. 19. Ich bin aber der Hoffnung im HErrn JEsu, daß ich Timotheum bald zu euch senden werde: damit ich auch wohl zufrieden sey, wenn ich erfahre, wie es um euch stehet.
20. Denn ich habe keinen, der also eines mit mir gesinnet sey, und der mit solcher aufrichtigen Neigung Sorge für euch trage.
21. Denn sie suchen alle das Ihrige, und nicht dasjenige, was JEsu Christi ist.
22. Habt aber diese Erfahrniß von ihm, und wisset, daß er mit mir im Evangelio gedienet hat, wie ein Sohn mit seinem Vater.
23. So hoffe ich nun, diesen zu euch zu senden, so bald ich sehen werde, wie es um mich stehet.
24. Ich habe aber das Vertrauen im HErrn, daß ich auch selbst bald zu euch kommen werde.
25. Ich habe es aber für nothwendig erachtet, Epaphroditum den Bruder, meinen Gehülfen und Mitarbeiter, aber euren Apostel, und den Diener meiner Nothdurft, zu euch abzufertigen:
26. Denn er hatte zwar ein Verlangen nach euch allen, und war darum betrübt, daß ihr von seiner Schwachheit gehöret hattet.
27. Denn er ist auch krank gewesen bis zum Tode: aber GOtt hat sich seiner erbarmet: doch nicht seiner allein, sondern auch meiner, damit ich nicht eine Traurigkeit über die andere hätte.
28. Derowegen habe ich ihn desto eilender gesandt, auf daß ihr fröhlich werdet, wenn ihr ihn wiederum sehet, und ich ohne Traurigkeit sey.
29. Darum nehmet ihn auf mit allen Freuden im HErrn, und haltet solche Leute in Ehren.
30. Denn er ist um des Werkes Christi willen nahe zum Tode gekommen, und hat sein Leben dargegeben, damit er dasjenige erfüllete, das mir noch von euch mangelte an meinem Dienste.

Das dritte Capitel.

I. Paulus fängt an den Ketzern, (die von Simone, dem Zauberer herkamen, und lehrten, die Gerechtigkeit und das Heil sey aus dem Gesetz Mosis) ihre Fehler vorzuwerfen, wie nämlich das Heil allein von Christo zu hoffen. 2 II. Bekennet, daß er noch nicht vollkommen sey, sondern nach der Vollkommenheit strebe. 12. III. Verfolgt die Feinde des Kreuzes Christi, denen der Bauch ein Gott ist, ꝛc. 18.

14. Omnia *c* autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus: *c* 1. *Petr.* 4. 9.
II. 15. Ut sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravæ & perversæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo,
16. Verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi.
17. Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis.
18. Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.
III. 19. Spero autem in Domino Jesu, *d* Timotheum me cito mittere ad vos: ut & ego bono animo sim, cognitis, quæ circa vos sunt. *d* *Act.* 16. 1.
20. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis solicitus sit.
21. Omnes *e* enim, quæ sua sunt, quærunt, non quæ sunt Jesu Christi. *e* 1. *Cor.* 13. 5.
22. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, mecum servivit in Evangelio.
23. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut videro, quæ circa me sunt.
24. Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos cito.
25. Necessarium autem existimavi, Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ mittere ad vos:
26. Quoniam quidem omnes vos desiderabat, & mœstus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum.
27. Nam & infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus: non solum autem ejus, verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.
28. Festinantius ergo misi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim.
29. Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & ejusmodi cum honore habetote.
30. Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

CAPUT III.

I. Insectatur judaizantes, docens: Neminem in legalibus gloriari posse, alioqui id sibi maxime conveniret: qui tamen omnia hæc detrimentum arbitretur, ut Dei justitiam ex fide in Christum adipiscatur. 2. II. Ac semper proficiens tandem perfectionem consequatur 12. III. Quapropter Philippenses hortatur ut ipsum, & non discolos crucis Christi inimicos, imitentur. 18.

1. De

℣. 14. *Omnia autem facite sine murmuratione & hæsitationibus.* Gr. *Disceptationibus.* Ut vestra bona opera, nulla circumstantia prava vitientur.

℣. 15. *Ut sitis sine querela.* Gr. Irreprehensibiles, inculpati, & simplices sine fictione.

℣. 16. *Verbum vitæ continentes.* Conservantes. *Ad gloriam.* In gloriationem, in gaudium meum.

℣. 17. *Sed & si immolor supra sacrificium & obsequium.* Si fidei vestræ oblationi & sacrificio meum sanguinem instar libaminis addam, id gaudeo.

℣. 20. *Neminem enim habeo tam unanimem.* Qui pari studio quærat ea, quæ sunt Jesu Christi, & pro vobis sit solicitus.

℣. 21. *Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt.* Propriis commodis serviunt valde multi potius quam aliorum saluti.

℣. 22. *Experimentum autem ejus cognoscite.* Experimento illum cognoscetis, & invenietis eum talem esse, qualem dico; vel ex Græco, γινώσκετε, *nostis*, scitis.

℣. 25. *Vestrum autem Apostolum.* Legatum a vobis ad me missum. Per quem mihi necessaria subministratis, aut potius Episcopum vestrum

℣. 27. *Infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus.* Hinc colligit vir doctus Apostolos raro usos esse potestate sanandi infirmos erga fideles, sed erga infideles, ne patientiæ probationem his curationibus interciperent: orationibus ad Deum fusis sanitatem eorum impetrabant. Id saltem ut plurimum factum fuisse verisimile est.

℣. 28. *Et ego sine tristitia sim.* Sublata sc. vestra tristitia.

℣. 30. *Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit — ut impleret id, quod ex vobis deerat.* Ut vestras vices obiret, & id suppleret, quod vos absentes perficere non poteratis, vitæ suæ adiit discrimen.

1. De cetero fratres mei gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.
I. 2. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

3. Nos enim sumus circumcisio, qui Spiritu servimus Deo, & gloriamur in Christo Jesu, & non in carne fiduciam habentes:

4. Quamquam ego habeam confidentiam & in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,

5. Circumcisus octavo die, ex genere Israel, a Act. 23. 6. de tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, a secundum legem Pharisæus,

6. Secundum æmulationem persequens Ecclesiam Dei, secundum justitiam, quæ in lege est, conversatus sine querela.

† PRO CONFES. NON PONTIF. 7. Sed † quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

8. Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam,

9. Et inveniar in illo, non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est justitia in fide.

10. Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis ejus, & societatem passionum illius, configuratus morti ejus:

11. Si quo modo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis:
II. 12. Non quod jam acceperim, aut jam perfectus sim: sequor autem, si quo modo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Jesu.*

13. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse: unum autem, quæ quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quæ sunt priora, extendens meipsum,

14. Ad destinatum persequor, ad bravium supernæ vocationis DEI in Christo JESU.

15. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus revelabit.

16. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus, & in eadem permaneamus regula.

1. Ferner, meine Brüder, erfreuet euch im HERRN. Daß ich einerley an euch schreibe, ist mir zwar nicht verdrüßlich, euch aber ist es vonnöthen.
I. 2. Sehet auf die Hunde, sehet auf die bösen Arbeiter, sehet auf die Zerschneidung.

3. Denn wir sind die Beschneidung, die wir im Geiste GOtt dienen, und uns in Christo JEsu rühmen, und unser Vertrauen nicht aufs Fleisch setzen:

4. Wiewohl ich etwan auch ein Vertrauen auf das Fleisch haben könnte. So jemand anders sich dünken läßt, er könne auf das Fleisch vertrauen, vielmehr ich,

5. Da ich am achten Tage bin beschnitten worden, einer vom Geschlechte Israel, aus dem Stamme Benjamin, ein Hebräer aus den Hebräern, nach dem Gesetze ein Pharisäer,

6. Nach dem Eifer ein Verfolger der Kirche GOttes, nach der Gerechtigkeit, die im Gesetze ist, im Wandel unsträflich.

7. Aber was mir ein Gewinn war, das habe ich um Christi willen für Schaden gehalten.

8. Ja ich achte auch nochmal alles für Schaden wegen der vortrefflichen Erkenntniß JEsu Christi meines HErrn: um welches willen ich in allen Dingen Schaden gelitten habe, und achte es für Koth, damit ich Christum gewinne,

9. Und in ihm gefunden werde, nicht, als der ich meine Gerechtigkeit habe, die aus dem Gesetze kömmt, sondern die aus dem Glauben JEsu Christi kömmt: welche Gerechtigkeit aus GOtt ist durch den Glauben.

10. Auf daß ich ihn erkenne, und die Kraft seiner Auferstehung, und die Gemeinschaft seines Leidens, und seinem Tode ähnlich * werde: * gleichförmig.

11. Ob ich auch der Auferstehung von den Todten einigermassen begegnen möchte:
II. 12. Nicht, daß ich es schon erlanget habe, oder daß ich schon vollkommen sey: ich gehe ihm nach, ob ich einigermaßen ergreifen möge dasjenige, darinnen ich ergriffen bin von Christo JEsu.

13. Liebe Brüder, ich halte nicht dafür, daß ich es ergriffen habe: eines aber sage ich, ich vergesse zwar dasjenige, was dahinten ist, und strecke mich zu dem, das davornen ist,

14. Und jage * also nach dem vorgesetzten Ziel, nach dem Kleinod der Berufung GOttes von oben her in Christo JEsu. * strebe.

15. So viel nun unser vollkommen sind, die laßt also gesinnet seyn: seyd ihr nun etwas anders gesinnet, das wird euch GOtt auch wohl offenbaren.

16. Jedoch, dieweil wir dazu gekommen sind, daß wir eines gesinnet sind, so laßt uns in derselbigen Regel verbleiben.

17. Seyd

CAPUT III.

℣. 1. *Eadem vobis scribere.* Quæ & vobis & aliis inculcavi, ut a Judaismi prædicatoribus caveatis. *Mihi quidem non pigrum.* Seu non molestum. *Vobis autem necessarium.* Ad securitatem vestram, ut vox Græca insinuat: *ὑμῖν δὲ ἀσφαλὲς. Vobis autem tutum.*

℣. 2. *Videte canes.* Qui adversus veram doctrinam oblatrant. *Concisionem.* Carne, non corde circumcisos.

℣. 3. *Nos enim sumus circumcisio.* Circumcisi. *Qui spiritu servimus Deo.* Aut spiritu Dei, ut alii legunt. *Et non in carne.* Non in carnis circumcisione.

℣. 4. *Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis.* Nec tamen hac in re mihi præponere se possunt, & de Circumcisione ipsa gloriari, imo & ego magis quam illi jure meo possum.

℣. 5. *Circumcisus octavo die, ex genere Israel.* Non proselytus. *Hebræus ex Hebræis.* Qui linguam Hebraicam retinui, cum alii dispersi in gentibus eam dedidicerint.

℣. 7. *Sed quæ mihi fuerunt lucra.* Quæ existimabam lucra, hæc ut detrimenta judicavi, quod a Christi religione homines abducerent.

℣. 8. *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem scientiam Jesu Christi.* Præ fidei & cognitionis Christi excellentia.

℣. 9. *Et inveniar in illo.* Ut palmes in vite. *Non habens meam justitiam.* Sed ut habeam justitiam, quæ ex Deo est, cujus fides est fundamentum. Quæ fecit lucra, legis carnales cæremonias & prærogativas dimittendo, fidem in Christum, seu eminentem ejus cognitionem, veram justitiam, quæ ex Deo est.

℣. 10. *Virtutem.* Seu effectam resurrectionis in nobis, & societatem passionum Christi. *Configuratus.* Gr. Dum conformis fio morti ejus per societatem passionum & mortificationum, ut particeps ejus resurrectionis.

℣. 12. *Non quod jam acceperim.* In hoc stadio cursum meum persequor, donec ad metam, cui a Deo sum destinatus, perveniam. *Comprehendam.* Illud bravium. *In quo comprehensus sum.* In quod Christus velut manu sua me deduxit, ut illud assequerer.

℣. 13. *Unum autem.* Id unum ago, ut quæ antea feci, obliviscens, ad perfectiora contendam; ne inani gloria efferar. *Priora.* Potiora. *Extendens meipsum.* Ad præstantiora contendo. Quod restat iter conficiendum magis quam decursum considerans.

℣. 14. *Ad destinatum persequor.* Scopum mihi a Christo propositum sequor.

℣. 15. *Quicunque ergo perfecti sumus.* Aut spirituales, quique ad perfectionem tendimus, sublimiori intelligentia donati. *Sapitis.* Deus hoc vos docebit: nam diversæ opiniones, dummodo in eadem permaneamus regula fidei & charitatis, nec lædatur concordia, obesse non possunt.

17. Seyd meine Nachfolger, liebe Brüder, und merket auf die, welche alſo wandeln, wie ihr uns zum Vorbild habt.

III. 18. Denn viele wandeln, von welchen ich euch oft geſagt habe (jetzt aber ſage ich es auch mit weinenden Augen) daß ſie Feinde des Kreuzes Chriſti ſind:

19. Deren Ende die Verdammniß iſt: deren Gott der Bauch iſt, und deren Ehre zu Schanden wird, die auf irrdiſch geſinnet ſind.

20. Unſer Wandel aber iſt im Himmel: von dannen wir auch den Heiland erwarten, unſern HErrn JEſum Chriſtum.

21. Der den Leib unſerer Niedrigkeit wiederum erneuren wird, und der Klarheit ſeines Leibes gleichförmig machen, nach der Wirkung, damit er auch alle Dinge ihm unterwerfen kann.

Das vierte Capitel.

I. Paulus ermahnt zur Einigkeit, Gebeth, Ehrbarkeit, Friede, und Heiligkeit. 1. II. Lobet der Philipper Sorge für ihn, dankend für die überſchickten Gaben. 10. III. Wünſcht ihnen alles Gutes, und grüßt ſie in dem HErrn. 19.

1. Derowegen meine vielgeliebte und gewünſchte Brüder, meine Freude, und meine Krone, beſtehet alſo in dem HErrn, ihr Allerliebſten.

2. Die Evodiam erſuche ich, und bitte die Syntychen, daß ſie eines geſinnet ſind im HErrn.

3. Auch bitte ich dich, mein aufrichtiger Geſell, thu ihnen Hülfe, welche mit mir im Evangelio gearbeitet haben, ſammt dem Clemente, und andern meinen Mitarbeitern, deren Namen im Buche des Lebens ſind.

4. Erfreuet euch im HErrn allezeit: abermal ſage ich, erfreuet euch.

5. Eure Beſcheidenheit laſſet kund ſeyn allen Menſchen: der HErr iſt nahe.

6. Seyd nicht ſorgfältig: ſondern in allen Dingen laßt eure Bitte im Gebeth, und Flehen, mit Dankſagung kund werden vor GOtt.

7. Der Friede GOttes, der allen Verſtand übertrift, bewahre eure Herzen, und euren Verſtand in Chriſto JESU.

8. Weiter, liebe Brüder, alles, was wahrhaftig iſt, alles, was ehrbar iſt, alles, was gerecht iſt, alles, was heilig iſt, alles, was lieblich iſt, alles, was einen guten Namen macht, iſt auch etwan eine Tugend, iſt etwan eine lobwürdige gute Zucht, dem denket nach.

9. Was ihr auch gelernet, und empfangen, und gehöret, und geſehen habt an mir, daſſelbige thut: ſo wird der GOtt des Friedens mit euch ſeyn.

17. † Imitatores mei eſtote fratres, & observate eos, qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram. † *DOM. 23. POST PENTEC. ET IN FESTO S. CLEM. PAPÆ.*

III. 18. Multi *b* enim ambulant, quos ſæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Chriſti: *b Rom. 16. 17.*

19. Quorum finis interitus: quorum deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

20. Noſtra autem converſatio in cœlis eſt: unde etiam Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.

21. Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem, qua etiam poſſit ſubjicere ſibi omnia.

CAPUT IV.

I. Hortatur eos ad perſeverantiam & ſpirituale gaudium, modeſtiam, preces & gratiarum actiones. 1. *II. Laudat ipſos, quod Epaphroditum neceſſaria ad ipſum miſerint.* 10. *III. Salutem eis precatur.* 19.

1. Itaque fratres mei chariſſimi, & deſideratiſſimi, gaudium meum, & corona mea, ſic ſtate in Domino, chariſſimi.

2. Evodiam rogo, & Syntychen deprecor idipſum ſapere in Domino.

3. Etiam rogo & te germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, & ceteris adjutoribus meis, quorum nomina ſunt in libro vitæ.*

4. † Gaudete in Domino ſemper: iterum dico, gaudete. † *DOM. 3. ADV.*

5. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus: Dominus prope eſt.

6. Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione, & obſecratione, cum gratiarum actione, petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.

7. Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras in Chriſto Jeſu.*

8. De cetero fratres, quæcumque ſunt vera, quæcumque pudica, quæcumque juſta, quæcumque ſancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate.

9. Quæ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

℣. 17. *Obſervate eos* Vox Græca σκοπέω. Cum ſit anceps, (nam cavere & honorare ſignificat,) ex eis quæ ſequuntur, determinanda eſt, ex iis ſcilicet verbis: *Sicut habetis formam noſtram.* Græc. τύπον. Exemplum, ut nos tamquam exemplum & regulam imitemini.

℣. 19. *Quorum — gloria in confuſione ipſorum.* In his gloriantur, de quibus eos confundi oporteret; qui terrena tantummodo ſapiunt præ avaritia.

℣. 20. *Noſtra autem converſatio.* Græc. πολίτευμα. Vitæ ratio, vel adminiſtratio, in cœlum tendit; terrena ſapientibus, & ventris ſui cultoribus, ſpem beatæ immortalitatis opponit.

℣. 21. *Qui reformabit corpus humilitatis noſtræ — ſecundum operationem.* Græc. ἐνέργειαν. *Efficaciam.* Potentiam efficacem: eo ſpectare debent deſideria noſtra, ubi eſt hæreditas noſtra: ſummam Chriſti auctoritatem in res omnes exprimit.

CAPUT IV.

℣. 1. *Sic ſtate in Domino.* Perſeverate, ut cœpiſtis, in vera doctrina, in ſanctioris vitæ inſtituto.

℣. 2. *Evodiam rogo & Syntychen.* Quæ erant mulieres de Eccleſia bene meritæ, inter quas nonnulla orta erat diſſenſio; iis ipſis applicat, quæ ſuperiori capite docuit de iis, qui cum ſint minus perfecti, ab ipſa fidei & charitatis regula diſcedere non debent.

℣. 3. *Etiam rogo & te germane compar.* Gr. Socie, ſeu collega ingenue, qui fidei operibus mihi fuiſti conjunctiſſimus, adjuva illas, nempe Evodiam, & Syntychen. *Quæ mecum laboraverunt.* Ut credibile eſt, fœminis inſtituendis. *Cum Clemente.* Romano poſtea Pontifice, ut eſt veriſimillimum.

℣. 4. *Gaudete in Domino ſemper.* Etiam in adverſis.

℣. 5. *Dominus prope eſt.* Ut opem vobis ferat: vel tempus retributionis non longe abeſt; vel denique, Deus ubique præſens eſt, ſub ejus oculis & præſentia vivimus, & operamur.

℣. 6. *Nihil ſoliciti ſitis.* Sed in omni negotio & tempore. *Oratione.* Per orationes & obſecrationes. *Petitiones veſtræ.* Quibus neceſſaria a Deo poſtulatis. *Innoteſcant apud Deum.* Non quod eas Deus ignoret, ſed ut eas quaſi præſentes intueatur.

℣. 7. *Et pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum.* Quæ vincit omnem intellectum. *Cuſtodiat.* Gr. *Cuſtodiet.* Adeo ut animi tranquillitatem & pacem conſervet.

℣. 8. *De cætero.* Quod reliquum eſt: præcepta morum, & officia quædam generalia attingit. *Verba.* In verbis, promiſſis, juramentis; vel rectitudinem cordis & ſinceritatem commendat. *Quæcumque pudica.* Gravitatem & honeſtatem morum præſcribit. *Quæcumque juſta.* In negotiis & pactis. *Quæcumque ſancta.* Variant lectiones Græcæ; aliæ ſanctitatem, aliæ caſtitatem innuunt. *Quæcumque amabilia.* Quæ gratioſos efficiunt & comes. *Quæcumque bonæ famæ.* Quæ aliis eſt neceſſaria, ut eos ædificet vitæ noſtræ ratio. *Si qua laus diſciplinæ.* Quidquid in bonis moribus laudem meretur. *Hæc cogitate.* In his eſtote, hæc meditemini.

℣. 9. *Quæ & didiciſtis & accepiſtis.* Hæ ſunt fidei & vitæ Chriſtianæ regulæ, verbum Dei ſcriptum, aut prædicatum ab Apoſtolis, traditio ab iis profecta, & eorum exemplum, fide videndi ratio.

II. 10. Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.

11. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse.

12. Scio & humiliari, scio & abundare (ubique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire: & abundare, & penuriam pati.

13. Omnia possum in eo, qui me confortat.

14. Verumtamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ.

15. Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio Evangelii, quando profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati & accepti, nisi vos soli:

16. Quia & Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis.

17. Non, quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra.

18. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis odorem suavitatis, hostiam acceptam, placentem Deo.

a Rom. 12. 1. III. 19. Deus *a* autem meus impleat omne desiderium vestrum, secundum divitias suas, in gloria in Christo Jesu.

20. Deo autem & Patri nostro gloria in sæcula sæculorum: Amen.

21. Salutate omnem sanctum in Christo Jesu.

22. Salutant vos, qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti, maxime autem, qui de Cæsaris domo sunt.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum Spiritu vestro. Amen.

II. 10. Ich habe mich aber hoch erfreuet im HErrn, daß ihr dermaleins wieder ergrünet seyd, für mich zu sorgen, wie ihr auch zuvor geſorget habt: aber ihr waret beschäfftiget.

11. Dieſes sage ich nicht Mangel halben: denn ich habe gelernet, unter welchen ich bin, mich allda begnügen zu lassen.

12. Ich kann niedrig seyn, ich kann auch Ueberfluß tragen (ich bin allenthalben und in allen Dingen geſchickt *) ich kann satt seyn, und hungern: übrig haben, und Mangel leiden. *erfahren.

13. Ich vermag alles in dem, der mich stärket.

14. Jedoch habt ihr wohlgethan, daß ihr euch meiner Trübsal habt angenommen.

15. Ihr wisset aber auch, ihr Philipper, daß im Anfange des Evangelii, da ich aus Macedonia zog, keine Kirche mir etwas mitgetheilet hat, in Rechnung der Einnahme und Ausgabe, dann ihr allein:

16. Denn ihr habt mir auch einmal, und zum andernmal etwas gen Thessalonica zu meiner Nothdurft gesandt.

17. Nicht, daß ich Geschenke suche, sondern ich suche die Frucht, daß sie überflüßig sey in eurer Rechnung.

18. Ich habe aber alles empfangen, und habe Ueberfluß: ich bin erfüllet worden, als ich von Epaphrodito empfieng, was ihr gesandt habt, den süßen Geruch, das angenehme, GOtt wohlgefällige Opfer.

III. 19. Mein GOTT aber erfülle alle euer Begehren nach seinem Reichthum, in der Herrlichkeit in Christo JESU.

20. GOTT aber, und unserm Vater sey Ehre von Ewigkeit zu Ewigkeit: Amen.

21. Grüßet alle Heiligen in Christo JEsu.

22. Es grüßen euch die Brüder, welche bey mir sind. Es grüßen euch alle Heiligen, insonderheit aber, die von des Kayſers Hause sind.

23. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit eurem Geiste. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES.

CAPUT I.

I. Audita fide, charitate ac spe Colossensium, orat pro ipsis Apostolus, quo in scientia Dei bonisque operibus perficiantur. 3. II. Docet Christum Dei imaginem esse & filium, per quem omnia creata sunt, & caput Ecclesiæ, quo omnia pacificata sunt. 14. III. Hortatur, ut immobiles permaneant in fide Christi, cujus ipse sit minister, ad prædicandum mysterium a sæculis absconditum, & nunc manifestatum. 21.

Paulus Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater:

Die Epistel des heiligen Pauli zu den Colossensern.

Das erste Capitel.

I. Paulus wünscht Glück den Colossern wegen ihres Glaubens, Liebe, und christlichen Wandels: bittet, daß sie darinnen verharren. 3. II. Lehret, Christus sey sowohl ein Erschaffer aller Sachen, als ein Erlöser der Menschen, und Haupt der Kirche, auch aller Engel. 14. III. Und daß die Erlösung Christi auch zu den Heyden gelange: darum Paulus für das Evangelium viel Beschwernis ausstehe. 21.

Paulus ein Apostel JEsu Christi, durch den Willen GOttes, und Timotheus der Bruder:

2. Den

℣. 10. *Gravisus sum autem in Domino vehementer.* Gratias iis agit, quod eum subsidio per Epaphroditum juverint; simul eos leviter pungit, quod tamdiu eum deseruerint. *Reflornisti.* Quod vestra pro me solicitudo, quæ quodammodo aresceré visa est, reloruerit. *Occupati autem eratis.* Eos tamen excusat, quod impediti essent, & mittendi deesset opportunitas.

℣. 11. *Non quasi propter penuriam dico.* Non ut egestati meæ, aut penuriæ subveniatis, hæc dico. *Didici.* Præsenti statu contentus esse. Vel hoc non dico, quod egestatem meam sublevastis, sed quia charitatem vestram exhibuistis.

℣. 12. *Scio & humiliari.* Paupertatem pati.

℣. 14. *Communicantes tribulationi meæ.* Subvenientes meæ inopiæ.

℣. 15. *Scitis.* Illos honorifico ornat testimonio, quod cum Macedonia transiisset in Achaiam, Act. 16. & 17. Ecclesia eorum sola charitatis mutuæ exercuerit officia, dum ob accepta ab eo spiritualia, temporalia subsidia rependit. *Communicavit.* Nisi vos soli, qui mihi semel & iterum subsidium misistis, cum proficiscerer Thessalonicam.

℣. 17. *Non, quia quæro datum.* Græc. *Donum.* Non id dico, ut mihi detis. *Sed requiro fructum.* Vestrum emolumentum, ut vos fructificetis, & meritum æternæ vitæ pro temporalibus referatis. *In ratione vestra.* Gr. *In rationem vestram.* Quod in tabulis accepti, seu in rationario suo Deus vobis assignet; similitudinem e negotiatoribus ducit.

℣. 18. *Habeo autem omnia & abundo.* Græc. In acceptis habeo, quæ misistis per Epaphroditum. *Repletus sum.* Abunde expleviſtis egestatem meam.

℣. 19. *Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum &c.* Donet vobis gloriam, & vitam æternam per Christum Jesum.

℣. 22. *Salutant vos, qui mecum sunt — maxime autem, qui de Cæsaris domo sunt.* De Neronis familia; confirmat id ipsum quod cap. 1. v. 12. & 13. insinuavit. *Prætorio.* Seu in aula: magnum quiddam erat in hac aula esse quosdam fideles.

2. Den Heiligen, welche zu Colossis sind, und den glaubigen Brüdern in Christo JEsu.
I. 3. Gnade sey mit euch, und Friede von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JESU Christo. Wir danken GOtt, und dem Vater unsers HErrn JEsu Christi allezeit, und bitten für euch:
4. Dieweil wir hören von eurem Glauben in Christo JESU, und von der Liebe, die ihr zu allen Heiligen habt,
5. Um der Hoffnung willen, die euch vorbehalten ist im Himmel: von welcher ihr gehöret habt im Worte der Wahrheit des Evangelii:
6. Das auch zu euch gekommen ist, wie es dann auch in der ganzen Welt ist, und Frucht bringet, und wächset, wie auch in euch von dem Tage an, da ihr es gehöret, und die Gnade GOttes in der Wahrheit erkennet habt:
7. Wie ihr dann verstanden habt von Epaphra, unserm allerliebsten Mitknecht, der für euch ein getreuer Diener Christi JEsu ist,
8. Der uns auch eure Liebe im Geiste zu wissen gethan hat:
9. Darum auch wir von dem Tage an, daß wir solches gehöret haben, nicht unterlassen für euch zu bethen, und zu bitten, daß ihr mit Erkenntniß seines Willens erfüllet werdet, in aller Weisheit, und geistlichem Verstande:
10. Auf daß ihr wandelt würdiglich, und GOtt in allen Dingen wohlgefallet: und fruchtbar seyd in allen guten Werken, und wachset in der Erkenntniß GOttes:
11. Und werdet gestärket mit aller Kraft, nach der Macht seiner Herrlichkeit, in aller Geduld, und Langmüthigkeit, und mit Freuden:
12. Und daß ihr GOtt dem Vater Dank saget, der uns tauglich gemacht hat zu dem Erbtheile der Heiligen im Lichte:
13. Welcher uns errettet hat von der Macht der Finsterniß, und gesetzet in das Reich seines vielgeliebten Sohnes:
II. 14. In welchem wir die Erlösung haben durch sein Blut, die Vergebung der Sünden:
15. Welcher ist das Ebenbild des unsichtbaren GOttes, der Erstgebohrne aller Creaturen:
16. Denn durch ihn sind alle Dinge erschaffen im Himmel und auf Erden, was sichtbar, und was unsichtbar ist, es seyn die Thronen, oder Herrschaften, oder die Fürstenthümer, oder die Kräften: alle Dinge sind durch ihn, und in ihm erschaffen:
17. Und er ist vor allen Dingen, und alles bestehet in ihm:
18. Und er ist das Haupt des Leibes der Kirche, er ist der Anfang, und der Erstgebohrne von den Todten: auf daß er in allen Dingen den Vorgang habe.

2. Eis, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Jesu.
I. 3. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino JESU Christo. Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Jesu Christi semper pro vobis orantes:
4. Audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes,
5. Propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Evangelii:
6. Quod pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die, qua audistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate:
7. Sicut didicistis ab Epaphra, charissimo conservo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Jesu,
8. Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in Spiritu:
9. Ideo & nos, ex qua die audivimus, † non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia, & intellectu spirituali: † *DOM. ULT. POST PENTEC.*
10. Ut ambuletis digne Deo per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei:
11. In omni virtute confortati secundum potentiam charitatis ejus in omni patientia, & longanimitate cum gaudio:
12. Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine:
13. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis suæ:
II. 14. In quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum:
15. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ:
16. Quoniam *a* in ipso condita sunt universa, in cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: *a Jean. 1. 3.*
17. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant:
18. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, *b* qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens. *b 1. Cor. 15. 20. Apoc. 1. 5.*
19. Quia

CAPUT I.

℣. 2. *Sanctis* professione *& fidelibus fratribus.* i. Christianis.
℣. 3. *Gratia vobis, & pax a Deo Patre.* Deo, qui est Pater Domini nostri Jesu Christi. *Orantes.* Cum oramus, gratias Deo agimus pro vobis.
℣. 4. *Audientes fidem vestram.* Græc. *Postquam audivimus.*
℣. 5. *Audistis.* Gr. Quam prius audistis. *In verbo.* Per verbum Evangelii, quod est verbum veritatis.
℣. 6. *Quod* Evangelium *pervenit ad vos, sicut & in universo mundo est.* In præcipuis orbis noti partibus Evangelium prædicatum fuit, idem omnino, quod ab Epaphra audistis. Hoc subdit Apostolus, quod Judæi & Simoniani iis suaderent, purum Evangelium iis prædicatum non fuisse: doctrinam fidei veram ab Epaphra eos ab initio edoctos testatur, adeo ut nihil ei sit detrahendum.
℣. 8. *Qui etiam manifestavit nobis dilectionem vestram in spiritu.* Non carnalem, sed spiritualem mei amorem.
℣. 9. *Non cessamus pro vobis orantes.* Non cessamus pro vobis orare. *Voluntatis.* Ut cognoscatis voluntatem Dei in omnibus negotiis suscipiendis; aut potius voluntatem Dei, qua nos reconciliare voluit, & salvare per Christum, non per Angelos, ut Simoniani docebant. *Et intellectu spirituali.* In custodiendis ejus mandatis. Hæc prima est Dei gratia, nosse, quid Deus a nobis exigat.
℣. 10. *Ut ambuletis digne Deo.* Ut Deo serviatis in spiritu & veritate, quærentes semper, quæ Deo magis placent. *Fructificantes.* Non in vanis & sterilibus desideriis, sed in bonis operibus vitam agentes. *Et crescentes in scientia Dei.* Et sic in cognitione Divinorum mysteriorum magis aucti sitis.
℣. 11. *In omni virtute confortati.* Omni virtute corroborati. Gr. *Potentia ejus gloriosa.* Vel secundum vim gloriæ ejus, quæ in patientia Christianorum maxime elucet.
℣. 12. *Qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum.* Venire in partem hæreditatis Sanctorum, quæ futura est clara & non ænigmatica Dei cognitio. *Vel in lumine.* i. e. Per Evangelii lumen. Quo lumine perfusos dignos effecit Sanctorum sorte.
℣. 13. *Transtulit in regnum filii dilectionis suæ.* Seu in Ecclesiam filii sui unice dilecti. *In quo habemus redemptionem.* In qua sola liberari possumus a servitute peccati.
℣. 15. *Qui est imago Dei invisibilis.* Invisibilis, in genitivo casu, ex Græco textu; ejusdem naturæ cum Patre, per omnia ei similis.
℣. 16. *Omnia per ipsum & in ipso.* Gr. *In ipsum, seu propter ipsum creata sunt.*
℣. 17. *Ipse est ante omnes.* Ante omnia. *Et omnia in ipso constant.* Seu per ipsum consistunt & conservantur.
℣. 18. *Primogenitus ex mortuis.* Resurgentium ad vitam immortalem primus.

19. Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare:

20. Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt.

III. 21. Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis,

22. Nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem, exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso:

23. Si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles a spe Evangelii, quod audistis, quod prædicatum est in universa creatura, quæ sub cœlo est, cujus factus sum ego Paulus minister.

24. Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea, pro corpore ejus, quod est Ecclesia:

25. Cujus factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam verbum Dei:

26. Mysterium, quod absconditum fuit a sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus,

27. Quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ,

28. Quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem, in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Jesu.

29. In quo & laboro, certando secundum operationem ejus, quam operatur in me in virtute.

CAPUT II.

I. Hortatur, ut caveant ab impostoris philosophorum volentium a Christi fide abducere. 2. II. In Christo habitat omnis plenitudo divinitatis, qui redimit eos a peccatis, & potestate diaboli. 8. III. Ut ab adverso ipsis chirographo liberati, nunc legalia decreta nullo in pretio habeant. 14.

1. Volo enim vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne:

I. 2. Ut consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris, & Christi Jesu:

19. Dieweil es GOTT wohlgefällig gewesen ist, daß in ihm alle Völle wohnen sollte:

20. Und daß durch ihn alles mit ihm selbst sollte wiederum versöhnet werden, dieweil er durch das Blut seines Kreuzes alles zufrieden gestellet hat, sowohl was auf Erden, als was im Himmel ist.

III. 21. Und euch, da ihr vor zeiten entfremdet*, und Feinde waret, durch die Sinnlichkeit in bösen Werken,

* abgewendet.

22. Hat er jetzt in dem Leibe seines Fleisches, durch den Tod wiederum versöhnet, euch heilig und unbefleckt, und unsträflich vor ihm selbst darzustellen:

23. So ihr anders verbleibet im Glauben gegründet, und fest, und euch nicht bewegen lasset von der Hoffnung des Evangelii, das ihr gehöret habt, welches auch geprediget ist unter allen Creaturen, die unter dem Himmel sind, dessen ich Paulus ein Diener worden bin.

24. Und ich freue mich jetzt in meinem Leiden für euch, und erfülle dasjenige, was noch mangelt am Leiden Christi, in meinem Fleische für seinen Leib, welcher die Kirche ist:

25. Deren ich bin ein Diener worden nach der Ausspendung GOttes, die mir gegeben ist unter euch, damit ich das Wort GOttes erfülle:

26. Nämlich das Geheimniß, das vom Anfange der Welt, und von allen Geschlechten her verborgen gewesen, jetzt aber seinen Heiligen offenbaret worden ist,

27. Welchen GOtt hat kund thun wollen die herrliche Reichthümer dieses Geheimnisses unter den Heiden, das Christus ist, der in euch ist die Hoffnung der Herrlichkeit,

28. Den wir verkündigen, und strafen alle Menschen, und lehren alle Menschen, in aller Weisheit, damit wir einen jeglichen Menschen in Christo JEsu vollkommen darstellen.

29. Darinnen ich mich auch bemühe, und streite nach seiner Wirkung, die er mit Kraft in mir wirket.

Das zweyte Capitel.

I. Paulus begehrt, daß die Colosser in dem Glauben und Liebe bekräftiget werden. 2. II. Verdammt alle, die jüdisch leben, und andere verführen; denen er Christum, in welchem alle Völle der Gottheit wohnt, entgegen setzet. 8. III. Lehret, daß Christus an dem Kreuze wider die Sünde und den Teufel obsieget habe, und die alte Jüdische Gesetze, oder Gebräuche abgestellt. 4.

1. Denn ich will, daß ihr wissen sollet, was vor Sorgfältigkeit ich für euch trage, und für diejenigen, die zu Laodicia sind, und für alle, welche mein Angesicht im Fleische nicht gesehen haben:

I. 2. Damit ihre Herzen getröstet, und sie unterwiesen werden in der Liebe, und zu allen Reichthümern des völligen Verstandes, das Geheimniß GOttes des Vaters, und Christi JEsu zu erkennen:

3. In

℣. 19. *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare.* Plenitudinem divinitatis & donorum: primatum tenet in quovis ordine; ut Deus est principium omnis creaturæ; ut homo, principium regenerationis, & caput corporis Ecclesiæ; ut mediator Dei & hominum, divinas omnes & humanas dotes possidet.

℣. 20. *Et per eum reconciliare omnia.* Reconciliat nos per Sacerdotium suum. *Pacificans.* Victima est per mortem suam, Angelos hominibus concilians.

℣. 21. *Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu.* Gr. *Mente alienati.* A Deo.

℣. 22. *Nunc.* Placuit Deo per Christum reconciliare, quæ in cœlis sunt & in terris; & vos quoque cum essetis inimici Dei, per crucem tamen Christi reconciliati estis. *Exhibere vos sanctos.* Ut vos exhiberet sanctos, ut vos offerret Deo jam immolatos per sacrificium Christi, & consecratos per glorioſam ejus resurrectionem.

℣. 24. *Et adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi.* Ambrosiaster, reliquias passionum Christi; ut pro Christo patiamur, sicut pro nobis passus est. *Quæ desunt.* Non ex parte Christi, sed ex parte nostra. *Adimpleo.* Vices obeo: quæ in Christi corpore impleta sunt mysteria, in corpore ejus mystico renovari debent.

℣. 25. *Ut impleam verbum Dei.* Ministerium prædicationis; secundum *Dispensationem.* Potestatem mihi a Deo datam.

℣. 26. *Mysterium.* Redemptionis in Gentium conversione.

℣. 27. *Divitias.* Glorioſas. *Quod est Christus.* Caput & corpus Ecclesiæ. *Spes gloriæ.* Per quem gloriam speratis æternam.

℣. 28. *Corripientes.* Græc. *Admonentes.* Ut a peccatis desinant. *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum.* i. Perfecte instructum in rebus fidei.

℣. 29. *Secundum operationem ejus.* Per potentiam gratiæ ejus.

CAPUT II.

℣. 1. *Volo autem vos scire, qualem solicitudinem habeam pro vobis.* Quale certamen, aut laborem cum periculo conjunctum. *Quicumque.* Ex hoc loco colligit Chrysost. Paulum nec Colossis, nec Laodiciæ Evangelium prædicasse, sed illud annuntiatum fuisse his civitatibus ab Epaphra, qui Apostolum Romæ convenerat.

℣. 2. *Ut consolentur corda ipsorum.* Passive, ut consolationem accipiant. *Instructi in charitate.* Conjuncti, & firmati in perfecta notitia. *Mysterii.* Quod mysterium est reconciliationis mundi per mortem Christi: cum fuerint plene edocti & persuasi de hoc mysterio, & noverint per fidem Deum unum in natura, trinum in personis, & Incarnationem Verbi divini. *Dei Patris.* Qui Filium genuit ab æterno, & in B. Virgine per Incarnationem in tempore; qui filios adoptavit in sinu Ecclesiæ per justificationem.

3. In welchem alle Schätze der Weisheit, und Erkenntniß verborgen sind.

4. Das sage ich aber, damit euch niemand mit hohen Reden betrüge.

5. Denn obwohl ich mit dem Leibe nicht gegenwärtig bin, so bin ich bey euch mit dem Geiste: und erfreue mich, und sehe eure Ordnung, und die Veste eures Glaubens, der in Christo ist.

6. Wie ihr nun den HErrn JEsum Christum angenommen habt, also wandelt auch in ihm,

7. Und seyd eingewurzelt, und laßt euch in ihm auferbauen, und bestättigen durch den Glauben, wie ihr das auch gelernet habt, und seyd in demselbigen zum Ueberflusse reich in der Danksagung.

II. 8. Sehet zu, daß euch niemand betrüge durch menschliche Weisheit, und losen Betrug, nach den Satzungen der Menschen, nach den Elementen der Welt, und nicht nach Christo:

9. Denn in ihm wohnet alle Völle der Gottheit leibhaftig:

10. Und ihr seyd auch erfüllet in ihm, der das Haupt ist aller Fürstenthümer, und Gewaltigen:

11. In welchem ihr auch beschnitten seyd mit einer Beschneidung, die nicht mit der Hand geschehen ist, durch Hinnehmung des Fleisches am Leibe, sondern mit der Beschneidung Christi:

12. Dieweil ihr mit ihm durch die Taufe begraben seyd, und seyd auch mit ihm wieder auferstanden durch den Glauben der Wirkung GOttes, der ihn von den Todten auferwecket hat.

13. Als ihr auch todt waret in euren Sünden, und in der Vorhaut eures Fleisches, hat er euch mit ihm lebendig gemacht, und hat euch alle Uebertrettungen geschenket:

III. 14. Da er ausgetilget hat die Handschrift des Urtheils wider uns, welche uns entgegen war, und hat sie aus dem Mittel gethan, und an das Kreuz geheftet:

15. Und hat ausgezogen * die Fürstenthümer, und Gewaltigen, und sie triumphirlich dahergeführet, und öffentlich in ihm selbst angesieget.

* beraubt.

16. Derowegen soll euch niemand richten über Speise, oder Trank, oder über eines Theils Festtage, oder der Neumonathen, oder der Sabbathen:

17. Welche Schatten sind der künftigen Dinge: der Leib aber ist Christi.

3. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

4. Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

5. Nam *a* etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum ejus, quæ in Christo est, fidei vestræ. *a* 1. Cor. 5. 3.

6. Sicut ergo accepistis Jesum Christum Dominum, in ipso ambulate,

7. Radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fide, sicut & didicistis abundantes in illo in gratiarum actione.

II. 8. Videte, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum secundum elementa mundi, & non secundum Christum:

9. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter:

10. Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis:

11. In quo & circumcisi estis circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi:

12. Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis DEI, qui suscitavit illum a mortuis.

13. Et *b* vos, cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta: *b* Ephes. 2. 1.

III. 14. Delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci:

15. Et expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.

16. Nemo ergo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum:

17. Quæ sunt umbra futurorum: corpus autem Christi.

18. Nemo

℣. 3. *In quo*, Christo, *sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.*, Quos Simoniani Angelis tribuebant. Hinc vera sapientia est haurienda non ab hæreticis & Philosophis.

℣. 4. *Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.* Græc. In artificio persuadendi, quo hæretici, & Philosophi utebantur.

℣. 5. *Nam etsi corpore absens sum; sed spiritu vobiscum sum.* Solicitudinem suam, & anxietatem animi pro eorum salute ostendit, & sermonem inceptum interrumpens, eos admonet, ut adversus hæreticos & Judæos sint cautiores. Bene constitutum inter eos ordinem, & fidei constantiam laudat, quam firmitatem ordo ipse inter corporis mystici membra imprimis tuetur.

℣. 7. *Radicati & superædificati in ipso.* Sic Christo indivulse adhæreant ut rami trunco suo, aut arbor radici, aut domus fundamento. *Abundantes in illo.* Græc. *In illa.* In fide scilicet. Crescit fides in memori animo, & in gratiarum actione.

℣. 8. *Videte, ne quis vos decipiat.* Gr. Deprædetur. *Per inanem fallaciam.* Fucatam, nihil solidi habentem. *Secundum elementa mundi.* Puerilia rudimenta, aut principia quædam a Philosophis conficta, & quasi per manus tradita, quibus fidem nostram convellere moliuntur: seu Platonicos, qui cultum Angelicum inducebant, seu Epicureos designet juxta Clementem Alex. L. 1. Stromatum, qui in materiam toti erant demersi. In rebus fidei humana ratio conticescat, sequatur ut ancilla, non ducat.

℣. 9. *Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo.* Divinitatis non per operationem solum, & donorum effusionem, ut in Sanctis, sed secundum substantiam vere & naturaliter, non ut in umbra, ac figura, sed reipsa: Aug. Epist. 58. Corpus hic non sumitur, ut a spiritu distinguitur, sed ut opponitur umbræ & figuræ.

℣. 10. *Et estis in illo.* Per illum, non per Angelos, gratia & donis repleti estis.

℣. 11. *In quo & circumcisi estis. Circumcisi.* Baptismus est Circumcisio.

℣. 12. *In quo & resurrexistis per fidem operationis.* Gr. *Energiæ.* Credentes in efficacem Dei operationem, qua Christum suscitavit a mortuis, & vos a peccato resurrexistis.

℣. 13. *Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ.* Per carnalia desideria, & concupiscentias vestras, & cor incircumcisum.

℣. 14. *Delens quod adversus nos erat chirographum decreti.* Quo morti eramus addicti ob peccatum Adæ; alii legem ipsam chirographi nomine intelligunt. Gr. *Decretis.* Seu dogmatibus: Evangelica scilicet dogmata & præcepta, legis jugum & chirographum deleverunt, & cruci affixerunt; decretum condemnationis nostræ delevit Christus, quod erat nobis contrarium.

v. 15. *Et expolians principatus & potestates, traduxit confidenter.* Diabolo spolia detraxit, & velut in pompa triumphi eum produxit. Gr. *Triumphans.* Eos debellans. *In semetipso.* Ostentavit palam: hæc contra Simonianos, nunc contra Judaicas superstitiones eos munit. *Vel in ipso.* Gr. ἐν αὐτῷ, in cruce, τῷ σταυρῷ, v. 14. quo vox illa referri potest.

℣. 16. *Nemo ergo vos judicet in cibo aut in potu.* Nemo vos condemnet, quasi vetitos in lege cibos edatis. *Aut in parte diei festi.* In designatione festorum, quod dies festos Judæorum partim observarent, partim non observarent. *Vel in parte.* Quantum ad dies festos. Abstinentiæ Synagogæ, ut partes legis cæremonialis sunt abrogatæ, sed sua Ecclesiæ constat auctoritas; neque a lege præscriptæ observationes confundi debent cum Ecclesiæ præceptis, quæ nihil habent superstitionis Judaicæ, sed aut carni domandæ, aut cultui divino sunt utilia.

℣. 17. *Quæ sunt umbra futurorum.* Mysteriorum in Christo & per Christum completorum. Cum ergo jam tenea-

c *Matth.* 24. 4.

18. Nemo *c* vos seducat, volens in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ,

19. Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei.

20. Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi: quid adhuc tamquam viventes in mundo decernitis?

21. Ne tetigeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis:

22. Quæ sunt omnia in interitum ipso usu, secundum præcepta, & doctrinas hominum:

23. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAPUT III.

I. In moribus eos informat, ut exuto veteri homine cum actibus suis, novum induant. 5. II. Ut assumant virtutes, ac variis modis Deum laudent, cuncta ad ipsum referentes. 14. III. Docet, quomodo se habere debeant, uxores & mariti, filii & patres, servi ac Domini. 18.

† *SABBAT. SANCTO. EPIST.*

1. Igitur, † si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens:

2. Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram.

3. Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

4. Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.*

I. 5. Mortificate ergo membra vestra, quæ
a *Ephes.* 5. 3. sunt super terram: *a* fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est simulacrorum servitus:

6. Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis:

7. In quibus & vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis.

18. Laßt euch von niemand verführen, der euch überreden will durch Demuth und Verehrung der Engel, und der da wandelt in Dingen, die er nicht gesehen hat, und ist ohne Ursache in seinem fleischlichen Sinne aufgeblasen,

19. Und hält sich nicht an das Haupt, aus welchem der ganze Leib, durch die Gelenke und Fügen Handreichung empfähet, und sich aneinander hält, und also wächset zur Größe, die GOtt giebt.

20. Seyd ihr nun mit Christo den Elementen dieser Welt abgestorben: warum urtheilet ihr dann noch, als wann ihr in der Welt noch lebetet?

21. Berühret es nicht, versuchet es nicht, greifet es nicht an:

22. Welche Dinge doch alle miteinander durch den Brauch zu dem Verderben gereichen, nach den Gebothen, und Lehren der Menschen:

23. Die zwar einen Schein der Weisheit haben, in Afterglauben, und Demuth, und nicht in Verschonung des Leibes, auch nicht in Ehren, zur Ersättigung des Fleisches.

Das dritte Capitel.

I. Paulus ermahnet zur Begierde göttlicher Sachen, Abtödtung der Laster, und Erneuerung des Geistes. 5. II. Vor allem will er, sie sollen sich der Liebe, dem Frieden, und den Lobgesängen GOttes ergeben 14. III. Erinnert, wie die Eheleute sich gegeneinander verhalten, und wie die Knechte ihren Herren, die Kinder ihren Aeltern sollen gehorsam seyn. 18.

1. Seyd ihr nun mit Christo auferstanden, so suchet, was droben ist, da Christus ist, sitzend zu der rechten Hand GOttes:

2. Seyd dessen gesinnet, was droben ist, nicht dessen, was auf Erden ist.

3. Denn ihr seyd gestorben, und euer Leben ist mit Christo in GOtt verborgen.

4. Wann sich aber Christus euer Leben wird offenbaren, alsdann werdet ihr mit ihm offenbar werden in der Herrlichkeit.

I. 5. So tödtet nun eure Glieder, die auf Erden sind: nämlich Hurerey, Unreinigkeit, Unzucht, böse Lust, und Geiz, das ein Dienst der Abgötter ist:

6. Wegen welcher Sünden der Zorn GOttes über die Kinder des Unglaubens kömmt:

7. In welchen ihr auch vorzeiten gewandelt seyd, da ihr darinnen lebetet.

8. Nun

---

teneamus corpus Christi, seu veritatem & adimpletionem figurarum per Christum exhibitam, quid opus inanibus umbris. Hæc de Judaicis observationibus: non ad Philosophos & hæreticos redit, qui cultum superstitiosum Angelorum inducere conabantur.

℣. 18. *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum.* In ea regione Phrygiæ hanc labem diu grassatam fuisse constat ex Conc. Laodic. can. 35. Angelos colebant, ut Deos inter Deum summum & homines medios, ut mundi opifices. *Ambulans.* In his, quæ non novit: de Officio Angelorum docens, quæ ignorat. *Volens in humilitate.* Per abjectionem sui fictam se ultro summittens, & arrogans sibi rerum cœlestium cognitionem. *Inflatus.* Suæ imaginationis figmentis.

℣. 19. *Et non tenens caput.* Quia Christum non agnoscit, qui caput est influens in totum corpus Ecclesiæ, vitam illi & sensum impartiens. *In augmentum Dei.* Quod a Deo est. *Per nexus & conjunctiones.* Verbi divini, Sacramentorum, & infusionem sancti Spiritus, corda nostra vivificat.

℣. 20. *Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi.* Soluti a ritibus legis. *Decernitis.* Gr. *Doceimini.* Cum aures vestras pseudo-apostolis præbetis, qui Judaicas cæremonias vos docent.

℣. 21. *Ne tetigeritis &c.* Sic ajunt pseudo-apostoli: Jugum sibi a nobis impositum ferre nolunt, & aliud gravius sibi ultro imponunt.

℣. 22. *Quæ sunt omnia in interitum.* Quæ dogmata & Pharisaicæ imprimis traditiones sunt in perditionem ipso usu; vel hæc ipsa pereunt ipso usu.

℣. 23. *Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione.* Quæ dogmata speciem quidem pietatis præ se ferunt, sed reipsa sunt superstitione & hypocrisi plena. *In humilitate.* Gr. In afflictione, & in austera corporis maceratione, ut nonnulli exponunt: Gr. *Non parendo corpori. Honore.* Honoris nomine apud Hebræos sæpe designatur rerum necessariarum subministratio. Quare illa observatio nec voluptatem, nec honorem, nec utilitatem parit; sed nihil nisi falsam pietatis speciem habet, & fucata sunt omnia. Sed manet semper Ecclesiæ auctoritas, cum abstinentiam præscribit, in Quadragesima, & in certis diebus pœnitentiæ destinatis.

CAPUT III.

℣. 1. *Igitur, si consurrexistis cum Christo.* Hactenus quæ ad doctrinam & dogmata, nunc quæ ad mores & virtutum actiones spectant, persequitur. Ac primum ex hoc fundamento, quod Colossenses per Baptismum una cum Christo mortui sint peccato & legis ritibus, liberi sint ab illius oneribus, concludit eosdem cum Christo ita resurrexisse, ut cœlestia tantum debeant, non terrena sapere; idque probat ex novæ vitæ, quam in Baptismo acceperunt, conditione.

℣. 2. *Quæ sursum sunt, sapite.* Cogitationes, studia, vota vestra omnia conferte ad res supernas, spirituales, & divinas.

℣. 3. *Mortui enim estis.* Quantum ad veteris hominis affectus, & legem veterem. *Abscondita.* Quia spiritualis & invisibilis, sed suo tempore apparebit.

℣. 5. *Mortificate ergo membra vestra.* Veteris hominis affectus, qui nos in terram deprimunt; sive corpori insint, ut fornicatio, immunditia, libido. Gr. πάθος, unde *Pathici* dicuntur præposteræ huic & abominandæ libidini dediti; seu animo insideant, ut concupiscentiæ malæ, & prava desideria, ut avaritia, quæ idololatras efficit, cum pecuniæ causa ea faciunt, quæ propter Deum fieri debent. Sic impudicitia bestias, superbia dæmones facit.

℣. 6. *Propter quæ* peccata *venit ira Dei super filios incredulitatis.* In filios incredulos & inobedientes.

8. Nun aber, so leget auch ihr dieses alles ab von euch: Zorn, Grimm, Bosheit, Lästerung, schandbare Worte aus eurem Munde.

9. Belüget einander nicht: ziehet aus den alten Menschen mit seinen Werken,

10. Und ziehet den neuen an, der zu der Erkenntniß erneuert wird, nach dem Ebenbilde desjenigen, der ihn erschaffen hat.

11. Da weder Heyde, noch Jüde, weder Vorhaut, noch Beschneidung, weder Fremder, noch Scyther, weder Knecht, noch Freyer ist: sondern alles, und in allen Christus.

12. Derowegen ziehet an, als die Auserwählten GOttes, die Heiligen, und Geliebten, herzliche Erbarmung, Gütigkeit, Demuth, Sanftmüthigkeit, Geduld

13. Einer übertrage den andern, und vergebet einander, so jemand über einen andern zu klagen hat: wie der HERR euch vergeben hat, also thut ihr auch.

II. 14. Ueber dieses alles aber habt die Liebe, so das Band der Vollkommenheit ist:

15. Und der Friede Christi herrsche mit Freuden in euren Herzen, in welchem ihr auch berufen seyd in einem Leibe: und seyd dankbar.

16. Lasset das Wort Christi reichlich unter euch wohnen, lehret, und ermahnet euch selbst in aller Weisheit, mit Psalmen, und Lobgesängen, und geistlichen Liedern, und singet GOTT mit Danksagung in euren Herzen.

17. Alles, was ihr thut mit Worten, oder mit Werken, das thut alles im Namen des HErrn JEsu Christi, und danket GOtt, und dem Vater durch ihn.

III. 18. Ihr Weiber, seyd euren Männern unterthan, wie sich es gebühret, im HErrn.

19. Ihr Männer, habt eure Weiber lieb, und seyd nicht bitter gegen sie.

20. Ihr Kinder, seyd den Aeltern unterthan, durchaus in allem gehorsam: denn das ist dem HErrn wohlgefällig.

21. Ihr Väter, reizet eure Kinder nicht zum Zorne, auf daß sie nicht kleinmüthig werden.

22. Ihr Knechte, seyd in allem gehorsam euren Herren nach dem Fleische, und dienet ihnen nicht den Augen nach, als den Menschen zu gefallen, sondern in Einfalt des Herzens; und fürchtet GOtt.

23. Alles, was ihr thut, das thut von Herzen, gleichwie dem HErrn, und nicht den Menschen:

24. Und wisset, daß ihr die Vergeltung der Erbschaft vom HErrn empfahen werdet. Dienet dem HErrn in Christo.

25. Wer aber unrecht thut, der wird dasselbige wieder empfahen, was er unrecht gethan hat: denn bey GOtt gilt kein Ansehen der Personen.

Das vierte Capitel.

I. Paulus ermahnt die Herren, daß sie die Gerechtigkeit und Gütigkeit gegen ihre Diener üben; die Gläubigen, daß sie dem Gebethe fleißig obliegen, und nach der christlichen Weisheit streben. 1. II. Begrüßet zum Beschluß unterschiedliche Bekannte. 10.

8. Nunc *b* autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. *b Rom. 6. 4. Ephes. 4. 22. Hebr. 12. 1. 1. Petr. 2. 1. & 4. 2.*

9. Nolite mentiri invicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

10. Et induentes novum, eum, qui renovatur in agnitionem, secundum *c* imaginem ejus, qui creavit illum. *c Genes. 1. 26.*

11. Ubi non est Gentilis, & Judæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, servus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.

12. Induite † vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: † *DOM. 5. POST EPIPH.*

13. Supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos.

II. 14. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

15. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua, & vocati estis in uno corpore: & grati estote.

16. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.

17. Omne, *d* quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum. *d 1. Cor. 10. 31.*

III. 18. Mulieres *e* subditæ estote viris, sicut oportet, in Domino. *e Ephes. 5. 22. 1. Petr. 3. 1.*

19. Viri, diligite uxores vestras, & nolite amari esse ad illas.

20. Filii *f* obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino. *f Ephes. 6. 1.*

21. Patres *g*, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant. *g Ephes. 6. 4.*

22. Servi *h*, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. *h Tit. 2. 9. 1. Petr. 2. 18.*

23. Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus:

24. Scientes, quod a Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo servite.

25. Qui *i* enim injuriam facit, recipiet id, quod inique gessit: & non est personarum acceptio apud Deum. *i Rom. 2. 6.*

CAPUT IV.

I. Hortatur dominos erga servos esse justos, instare oratione, & caute, discrete ac circumspecte cum infidelibus conversari. 1. II. Variorum salutationes adscribit. 10.

1. Do-

ỳ. 9. *Expoliantes vos veterem hominem.* Ingenitam peccandi consuetudinem, & vetus vitæ genus. Vetus homo non simulatione & hypocrisi tegendus, sed omnino exuendus per veram conversionem.

ỳ. 10. *Et induentes novum.* Novam in Christo vitam. *In agnitionem.* Per fidem & cognitionem Dei. *Imaginem.* Secundum mentem, quæ est imago Dei, eaque ad exemplar Creatoris sui reformatur.

ỳ. 11. *Ubi non est Gentilis & Judæus.* Apud quem non est distinctio Judæi, aut Gentilis. *Christus.* Qui omnium bonorum vices supplet, per quem omnia consequimur bona.

ỳ. 12. *Induite vos ergo sicut electi Dei.* Jam ad præcipua fidelium officia descendit, ac primum attingit ea, quæ ad proximum spectant. *Viscera.* Affectus tenerrimos, charitatem ipsam. *Modestiam.* Græc. *Lenitatem.* Seu mansuetudinem, aut comitatem. *Patientiam.* Gr. Longanimitatem.

ỳ. 13. *Et donantes vobismetipsis.* Seu condonantes inter vos.

ỳ. 14. *Charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Qua cæteræ virtutes continentur, quæque perfectos facit, ac nos Deo conjungit.

ỳ. 15. *Et pax Christi exultet.* Gr. Regnet in cordibus vestris, palmam ferat, non dissensio, non ira. *In qua vocati.* Ad quam vocati estis. *In uno corpore.* In unam Ecclesiam, ut sitis unum corpus. *Et grati estote.* Græc. Amabiles, gratiosi, non morosi; vel grati erga Deum.

ỳ. 16. *Verbum Christi.* Doctrina & fides Christi. *In gratia cantantes.* In gratiarum actione, vel per gratiam Spiritus sancti. *Docentes.* Supple, estote.

ỳ. 17. *Omnia in nomine Domini Jesu Christi.* Ad Christi gloriam facite.

ỳ. 18. *In Domino.* Juxta legem Christi.

ỳ. 20. *Filii, obedite parentibus per omnia.* Quæ sunt juris Parentum.

ỳ. 21. *Patres.* Paterna auctoritas lenitate est temperanda, & exemplo munienda.

ỳ. 23. *Quodcunque facitis, ex animo operamini.* Libenter. *Sicut Domino.* Quasi Domino obsequentes.

1. Domini, quod justum est & æquum, servis præstate: scientes, quod & vos Dominum habetis in cœlo.

a Luc. 18. 1. 2. Orationi *a* instate, vigilantes in ea in gra-
1. *Thess.* 5. 17. tiarum actione:

b Ephes. 6. 19. 3. Orantes *b* simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum,
2. *Thess.* 3. 1. 4. Ut manifestem illud, ita, ut oportet me loqui.

c Ephes. 5. 15. 5. In *c* sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt, tempus redimentes.

6. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis, quomodo oporteat vos unicuique respondere.

7. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus carissimus frater, & fidelis minister, & conservus in Domino:

8. Quem misi ad vos ad hoc ipsum, ut cognoscat, quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra,

9. Cum Onesimo charissimo, & fideli fratre, qui ex vobis est. Omnia, quæ hic aguntur, nota facient vobis.

II. 10. Salutat vos Aristarchus, concaptivus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum:

11. Et Jesus, qui dicitur Justus: qui sunt ex circumcisione: hi soli sunt adjutores mei in regno Dei, qui mihi fuerunt solatio.

12. Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est servus Christi Jesu, semper solicitus pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.

13. Testimonium enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro vobis, & pro iis, qui sunt Laodiciæ, & qui Hierapoli.

d 2. Tim. 4. 11. 14. Salutat vos *d* Lucas medicus, charissimus, & Demas.

15. Salutate fratres, qui sunt Laodiciæ, & Nymphan, & quæ in domo ejus est, Ecclesiam.

16. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc, facite, ut & in Laodicensium Ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicensium est, vos legatis.

1. Ihr Herren, thut euren Knechten was recht und billig ist: und wisset, daß ihr auch einen HErrn im Himmel habt.

2. Haltet inständig an im Gebeth, und wachet in demselbigen mit Danksagung:

3. Und bethet zugleich für uns, damit uns GOtt die Thür des Wortes aufthue, das Geheimniß Christi zu reden, darum ich auch gebunden bin,

4. Damit ich dasselbige dergestalt offenbaren möge, wie mir es gebühret zu reden.

5. Wandelt weißlich mit denen, die draußen sind, und löset die Zeit.

6. Eure Rede sey allezeit holdselig, mit Salz gewürzet, damit ihr wisset, wie ihr einem jeglichen antworten sollet.

7. Wie es um mich stehe, das alles wird euch Tychicus der liebste Bruder, und treue Diener, und Mitknecht im HErrn, zu wissen thun:

8. Welchen ich deswegen zu euch gesandt habe, auf daß er sich erkundige, wie es sich mit euch hält, und daß er eure Herzen tröste,

9. Sammt Onesimo, dem liebsten und getreuen Bruder, der von den euren ist. Die werden euch alles kund thun, was hier vorgehet.

II. 10. Es grüßet euch Aristarchus, mein Mitgefangener, und Marcus des Barnabä Neffe, von welchem ihr Befehl empfangen habt: wenn er zu euch kommen wird, so nehmet ihn auf:

11. Und Jesus, der Justus genennet wird: welche aus der Beschneidung sind: diese sind allein meine Mitarbeiter am Reiche GOttes, und sind mir zum Troste gewesen.

12. Es grüßet euch Epaphras, der von den euren ist, ein Knecht Christi JEsu, der allezeit für euch sorgfältig ist im Gebethe, damit ihr bestehet vollkommen, und erfüllet seyd mit allem Willen GOttes.

13. Denn ich gebe ihm Zeugniß, daß er viele Mühe hat für euch, und für diejenigen, welche zu Laodicia, und zu Hierapoli sind.

14. Es grüßet euch Lucas der Arzt, der Liebste, und Demas.

15. Grüßet die Brüder, welche zu Laodicia sind, und Numpham, sammt der Gemeinde, welche in seinem Hause ist.

16. Und wann diese Epistel bey euch gelesen ist, alsdann verschaffet, daß sie auch in der Kirche zu Laodicia gelesen werde: und daß ihr auch dieselbige leset, welche aus Laodicia geschrieben ist.

17. Und

CAPUT IV.

℣. 2. *Orationi instate.* i. Instanter intendite & attendite.

℣. 3. *Orantes — ut Deus aperiat nobis ostium sermonis.* Ut facultatem & occasionem præbeat libere Christum prædicandi.

℣. 5. *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt.* Extra Ecclesiam, cum infidelibus caute & circumspecte agatis. *Tempus redimentes.* Captantes occasionem eos lucrifaciendi, ac tempus bene collocantes, etiam cum vestro dispendio, ut tempus habeatis Deo serviendi.

℣. 6. *Sermo vester semper sit conditus sale.* Sapientiæ & discretionis, in gratia, id est, cum gratia, seu grata jucunditate ad commodum audientium comparatus.

℣. 9. *Cum Onesimo — qui ex vobis est.* Concivis vester.

℣. 10. *De quo accepistis mandata.* De quo vobis scriptum est, futurum, ut ad vos veniret. Vel *mandata.* Commendatitias litteras. De quo etiam Act. 15. v. 37.

℣. 11. *Adjutores.* Ex Judæis Christianis. *In regno Dei.* In promovendo Evangelio. Tres illi nominati, Judæi fuerunt. *Justus.* Tum Romana cognomina sumebant Judæi.

℣. 12. *Voluntate.* Ut quæ sit voluntas Dei in rebus omnibus cognoscatis; ut sitis pleni studio faciendi voluntatem Dei.

℣. 13. *Laborem.* Græc. *Zelum.*

℣. 15. *Salutate — & Nympham.* Cum sequens pronomen, *ejus*, sit masculini generis, palam est *hic* Nympham esse viri nomen.

℣. 16. *Et eam.* Epistolam; an Pauli ad Laodicenses, ut videtur Auctori Analyseos Gallicæ dissertatione decima? Colossiæ, Hierapolis, & Laodicea erant præcipuæ urbes Phrygiæ: paucis post scriptam hanc Epistolam annis terræmotu corruerunt, teste Orosio. Auctor Analyseos vix illud negari posse putat, quin Apostolus ad Laodicenses scripserit, seu prior ille litteras ad eos miserit, seu illis rescripserit: nec verisimile est, inquit, Paulum Roma misisse ad Colossenses Epistolam, quam Laodicenses ad eum scripserant, cum vicina edient hæc duo oppida. Utramque urbem falsi prædicatores conturbabant, rituum legis veteris observationem, & cultum Angelorum iis æque persuadere conabantur: utriusque Ecclesiæ cura & solicitudo Apostolum urgebat, ut ipse testatur capite 2. unde cum utrisque idem periculum immineret, ut sibi mutuo Epistolas communicarent in calce Epistolæ jussit. Quod autem textus Græcus sic habet: *Et eam, quæ ex Laodicea est, vos legatis:* non ait ex Laodicea esse missam ad Apostolum, sed statuit eam Laodicea ad Colossenses esse mittendam. Textus tamen Græcus *ἐκ Λαοδικείας*, videtur persuadere Apostolum loqui de Epistola, quæ missa est ad eum a Laodicenubus: nam si uno & eodem tempore ad Laodicenses scripsisset, Colossenses non rogaret, ut suo nomine Laodicenses salutarent: quæ autem olim Pauli nomine vulgabatur ad Laodicenses Epistola, hæc teste Hieronymo ab omnibus exploditur. Quæ enim nunc eo titulo insignitur, omnino abhorret ab Apostoli stylo. Itaque illud satis est verisimile, Paulum jubere, ut a Laodicensibus scripta Epistola a Colossensibus legatur, ut ipsis utilis.

17. Und saget dem Archippo: Siehe auf den Dienst, den du empfangen hast im HErrn, daß du denselbigen verrichtest.

18. Meinen Gruß, mit meiner, Pauli, eigenen Hand. Seyd ingedenk meiner Bande. Die Gnade sey mit euch. Amen.

17. Et dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.

18. Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

Die erste Epistel des heiligen Pauli zu den Thessalonichern.

Das erste Capitel.

I. Paulus saget GOtt Dank für die Thessalonicher, daß sie sich durch seine Predigten so eifrig zu Christo bekehret. 2. II. Preiset ihre Standhaftigkeit im Glauben, Gedult, und Christi Nachfolgung. 6.

Paulus, und Silvanus, und Timotheus, der Kirche zu Thessalonica, in GOtt dem Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

I. 2. Gnade und Friede sey euer. Wir danken GOTT allezeit für euch alle, und gedenken an euch ohne Unterlaß in unserm Gebeth,

3. Und sind ingedenk des Werks eures Glaubens, und eurer Arbeit, und Liebe, und Gedult, in der Hoffnung unsers HErrn JEsu Christi, für GOtt, und unserm Vater:

4. Weil wir wissen, ihr von GOtt geliebte Brüder, wie ihr auserwählet seyd:

5. Denn unser Evangelium ist bey euch gewesen, nicht allein im Worte, sondern auch in der Kraft, und im heiligen Geiste, und in großer Völle, wie ihr dann wisset, wie wir unter euch gewesen sind, um euretwillen.

II. 6. Und ihr seyd unsere Nachfolger worden, wie auch des HErrn, und habt das Wort in großen Trübsalen angenommen, mit Freuden im heiligen Geiste:

7. Also, daß ihr allen Gläubigen in Macedonia, und Achaja zum Vorbilde worden seyd.

8. Denn von euch ist das Wort des HErrn auserschollen: nicht allein in Macedonia, und Achaja, sondern es ist auch euer Glaube an GOTT an allen Orten ausgebrochen, also, daß uns nicht vonnöthen ist, etwas zu reden.

9. Denn sie selbst verkündigen von uns, was wir zu euch für einen Eingang gehabt haben: und wie ihr zu GOtt bekehret seyd von den Abgöttern, zu dienen dem lebendigen und wahren GOtt,

10. Und zu gewarten seines Sohnes JESU aus dem Himmel, den er von den Todten auferwecket hat, der uns auch von dem künftigen Zorn erlöset hat.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES I.

CAPUT I.

I. Agit Deo gratias pro Thessalonicensium conversione. 2. II. Eos laudat ob constantiam in fide, quod Pauli, imo ipsius Domini imitatores facti, forma sint & exemplum reliquis credentibus. 6.

Paulus, & Silvanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

I. 2. Gratia vobis, & pax. † Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, † DOM. 6. POST EPIPH.

3. Memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum:

4. Scientes fratres, dilecti a Deo, electionem vestram:

5. Quia Evangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis, quales fuerimus in vobis propter vos.

II. 6. Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti:

7. Ita, ut facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia, & in Achaja.

8. A vobis enim diffamatus est sermo Domini: non solum in Macedonia, & in Achaja, sed & in omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta est, ita, ut non sit nobis necesse quidquam loqui.

9. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conversi estis ad Deum a simulacris, servire Deo vivo & vero,

10. Et expectare Filium ejus de cœlis, quem suscitavit ex mortuis, Jesum, qui eripuit nos ab ira ventura.*

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus* more suo salutat Thessalonicenses: pacem iis & gratiam Dei apprecatur. Silvanum multi Silam esse existimant, cujus frequens est in Actis mentio; ac præ modestia Apostoli titulum omittit, ne supra laborum socios seipsum efferre videatur. *Jesu Christo.* Congregatæ in nomine Dei Patris, &c. & Domini nostri Jesu Christi.

℣. 3. *Memores operis fidei vestræ.* Fidei, quæ in opus prodit, non inanis est & mortua, sed viva; vel operis & fidei vestræ, laboris & charitatis. In Græco deest conjunctio, quæ videtur suppienda, nisi intelligamus laboriosam charitatem: bona quidem opera sunt fructus fidei, ut expectatio futurorum bonorum spei effectus, & charitate. *Et sustinentiæ.* Patientiæ. *Et spei Domini nostri.* In Domino nostro. In memoriam revocat fidei opera, labores charitatis, & spei constantiam in tot rebus adversis. *Ante Deum.* In conspectu Dei.

℣. 4. *Scientes fratres, dilecti a Deo, electionem vestram.* Non enim est dubium, quin vestra in tot adversis patientia, & labores, sint dilectionis & electionis vestræ signa & argumenta.

℣. 5. *Evangelium nostrum.* Nostra Evangelii prædicatio. *Non fuit ad vos in sermone tantum.* Et verbis. *Sed & in virtute.* In signis & miraculis. *Et in Spiritu sancto.* In donis Spiritus sancti abunde in vos effusis. *Et in plenitudine multa.* Cum plena & certa Evangelii cognitione. Omnibus ad persuadendum & convincendum argumentis munita fuit. Quæ quidem in memoriam revocat, ut ipsi vel eo tacente concludant se ab ea doctrina tot veritatis divinæ argumentis consignata deduci nunquam oportere.

℣. 6. *Et vos imitatores nostri facti estis.* In tolerandis persecutionibus.

℣. 7. *Ita, ut facti sitis forma.* i. Typus & exemplar, quod imitentur omnes reliqui.

℣. 8. *A vobis enim diffamatus est sermo Domini.* Græc. Personuit. *Non solum in Macedonia & in Achaja.* In universa Græcia.

℣. 9. *Ipsi enim de nobis annuntiant.* Quem fructum vobis attulerit prædicatio nostra, ex vestro de nobis testimonio & fama norunt omnes.

CAPUT II.

I. Ostendit, quam sincerum se exhibuerit in prædicando ipsis Evangelio, & suum erga ipsos quasi matris affectum declarat. 2. II. Deo gratias agit, quod susceptum Dei verbum sedulo servaverint, passi multa a contribulibus, sicut Ecclesiæ in Judæa a Judæis. 13.

1. Nam ipsi scitis, fratres, introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit:

a Actor. 16. 19. 2. Sed ante passi, & *a* contumeliis affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Evangelium Dei

b Actor. 17. in multa solicitudine. *b*

3. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo,

4. Sed sicut probati sumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

5. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est:

6. Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis.

7. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix foveat filios suos.

8. Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

c Actor. 20. 34. *1. Cor.* 4. 12. *2. Thess.* 3. 8. 9. Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis: *c* nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravaremus, prædicavimus in vobis Evangelium Dei.

10. Vos testes estis, & Deus, quam sancte, & juste, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus:

11. Sicut scitis, qualiter unumquemque vestrum (sicut pater filios suos)

12. Deprecantes vos, & consolantes testificati sumus, ut ambularetis digne Deo, qui vocavit vos in suum regnum, & gloriam.

II. 13. Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est vere) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis:

14. Vos enim imitatores facti estis fratres Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis:

15. Qui & Dominum occiderunt Jesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur.

Das zweyte Capitel.

1. Paulus erzählet seine Aufrichtigkeit, Heiligkeit, und Eifer in seinem Predigtamte, und wie er gegen sie allezeit gleichsam ein mütterliches Herz getragen habe. 2. II. Saget GOtt Dank für ihre Gedult, und standhafte Bekenntniß in Trübsal. 13.

1. Denn ihr selbst, liebe Brüder, wisset unsern Eingang zu euch, daß er nicht vergeblich gewesen ist:

I. 2. Sondern, nachdem wir zuvor zu Philippis gelitten, und Schmach ausgestanden haben, wie ihr wisset, haben wir dannoch Vertrauen gehabt in unserm GOtt, das Evangelium GOttes mit großer Sorgfältigkeit zu predigen.

3. Denn unsere Ermahnung war nicht von Irrthum, noch von Unreinigkeit, noch mit List,

4. Sondern wie wir von GOtt bewähret sind, daß uns das Evangelium vertrauet wurde: also reden wir nicht den Menschen zu Gefallen, sondern GOtt, der unsere Herzen prüfet.

5. Denn wir sind niemal mit Schmeichelworten umgegangen, wie ihr wisset: haben auch nicht Gelegenheit zum Geiz gesucht, GOtt ist mein Zeuge:

6. Wir haben auch nicht Ehre gesucht von den Menschen, weder von euch, noch von andern.

7. Und da wir euch hätten, als Apostel Christi, beschwerlich seyn können: so sind wir gleichwohl klein worden mitten unter euch, gleichwie eine Amme, die ihre Kinder pfleget.

8. Also hatten wir Verlangen nach euch, und waren von Herzen willig, nicht allein das Evangelium GOttes, sondern auch unsere Seelen euch mitzutheilen: dieweil ihr uns überaus lieb worden seyd.

9. Denn ihr seyd noch wohl ingedenk, liebe Brüder, unserer Arbeit, und Mühe: denn Tag und Nacht arbeiteten wir, und predigten euch das Evangelium GOttes, also, daß wir niemand unter euch beschwerlich waren.

10. Ihr seyd Zeugen, und GOTT, wie heilig, und gerecht, und unsträflich wir bey euch gewesen sind, die ihr geglaubet habt:

11. Wie ihr dann wisset, welcher Gestalt wir (als ein Vater seine Kinder) einen jeglichen unter euch

12. Gebethen, und getröstet, und bezeuget haben, daß ihr wandeln sollt, wie sich es vor GOtt gebühret, der euch zu seinem Reiche, und zu seiner Herrlichkeit berufen hat.

II. 13. Darum danken wir auch GOtt ohne Unterlaß, daß ihr, nachdem ihr von uns das Wort der göttlichen Predigt empfangen habt, dasselbige nicht angenommen habt, als Menschen Wort, sondern, (wie es auch in der Wahrheit ist) als GOttes Wort, der in euch wirket, die ihr glaubig worden seyd:

14. Denn ihr, liebe Brüder, seyd Nachfolger worden der Kirchen GOttes, welche im Jüdischen Lande sind in Christo JEsu: denn ihr habt von euren Landsleuten eben dasselbige erlitten, was jene von den Juden erlitten haben:

15. Welche auch den HErrn JEsum, sammt den Propheten getödtet, und uns verfolget haben, welche GOtt nicht gefallen, und wider alle Menschen sind.* * streiten.

16. Sie

CAPUT II.

℣. 2. *Sed ante passi & contumeliis affecti in Philippis.* Ut videre est Act. 16. 19. *Fiduciam habuimus in Deo nostro.* Intrepide & libere egimus. *In multa solicitudine.* Cum multa anxietate, & multis periculis.

℣. 3. *Exhortatio enim nostra.* Prædicatio nostra & doctrina pura fuit & sincera. *Non de errore.* Falsa non fuit, ut pleraque Philosophorum dogmata. *Neque de immunditia.* Non pravis desideriis favens, aut impura docens, ut Simonianorum perversa doctrina. *Neque in dolo.* Non simulata, & ad vos circumveniendos, aut ad turpe lucrum composita, ut in pseudo-apostolis.

℣. 4. *Sed sicut probati sumus a Deo.* Sicut decebat eos, quos Deus approbavit, & dignos fecit, quibus prædicatio Evangelica crederetur. *Placentes.* Non ut hominibus, qui de exterioribus tantum judicant placere cupientes. *Qui probat.* Qui intima cordis arcana penetrat.

℣. 7. *Cum possemus vobis oneri esse.* Alimenta & sumptus necessarios exigendo, ut alii Apostoli, noluimus nostra authoritate uti. *Sed facti sumus parvuli.* Gr. *Mites.* Benigni, humiles, parvulorum simplicitatem & veritatem cum nutricis tenero affectu & solicitudine conjunximus.

℣. 8. *Ita desiderantes vos.* Ita vos amantes, ita, ut non solum verbi Dei lacte nutriti sitis, sed etiam pro salute vestra ad moriendum parati essemus.

℣. 10. *Vos testes estis & Deus.* Quam sancte, ab omni rerum terrenarum cupiditate alieni, & cœlestium amore succensi. *Juste.* Erga proximum. *Et sine querela.* Irreprehensibiles.

℣. 12. *Testificati sumus.* Obtestantes & adhortantes vos ad perseverandum. *Qui vocavit vos in regnum suum.* i. Ecclesiam.

℣. 13. *Verbum auditus.* Auditionis *fidei*, qua doctrina fidei auditur. *Verbum Dei.* Quod a nobis audistis. *Qui operatur.* Aut Deus ipse, qui tot effectus mirabiles in vobis operatur, aut verbum Dei. Gr. λόγος, cum sit masculini generis, Latinus interpres sic reddidit, *qui:* est autem velut semen, quod fructum affert bonarum actionum.

℣. 15. *Qui Judæi — & omnibus adversantur.* Ne salvi fiant.

16. Sie verbiethen uns auch den Heyden zu sagen, daß sie selig werden mögen, damit sie für und für ihre Sünden erfüllen: denn der Zorn GOttes ist bis zum Ende über sie gekommen.

17. Wir aber, liebe Brüder, nachdem wir euer eine zeitlang beraubet gewesen sind, nach dem Angesichte, nicht nach dem Herzen, haben wir destomehr geeilet, euer Angesicht zu sehen mit großem Verlangen:

18. Denn wir haben zu euch kommen wollen: ich Paulus zwar, zu einem und zum andernmal: aber der Satan hat uns verhindert.

19. Denn was ist unsere Hoffnung, oder Freude, oder Ehrenkrone? Seyd nicht ihr es, vor unserm HErrn JEsu Christo, in seiner Zukunft?

20. Denn ihr seyd unsere Ehre und Freude.

Das dritte Capitel.

I. Paulus erzählt, wie er zu ihnen gesandt habe Timotheum, sie im Glauben zu stärken, und wie er erfreuet worden, als er von Timotheo ihre Standhaftigkeit vernommen. 2. II. Bittet GOtt, daß er in ihnen solchen guten Willen erhalte, die Liebe und Heiligkeit vermehre. 12.

1. Darum, als wir es nicht länger ertragen konnten, hatte uns gefallen, zu Athen allein zu verbleiben:

I. 2. Und sandten Timotheum unsern Bruder, den Diener GOttes im Evangelio Christi, euch zu bestättigen, und zu ermahnen, um euren Glauben:

3. Damit nicht jemand wanke in diesen Trübsalen: denn ihr wisset selbst, daß wir dazu verordnet sind.

4. Ja, da wir auch bey euch waren, sagten wir es euch zuvor, daß wir Trübsal leiden würden, wie dann auch geschehen ist, und ihr wisset es.

5. Darum auch ich, dieweil ich es nicht länger ertragen mochte, ausgesandt habe, euren Glauben zu erkundigen: ob euch vielleicht der Versucher möchte versuchet haben, und unsere Arbeit zu nichts würde.

6. Nun aber, nachdem Timotheus von euch zu uns gekommen ist, und uns euren Glauben, und eure Liebe verkündiget hat, und daß ihr allezeit im Guten an uns gedenket, und Verlangen habt, uns zu sehen, wie ingleichen auch wir euch:

7. Derowegen sind wir, liebe Brüder, an euch, in aller unserer Noth, und Trübsal durch euren Glauben getröstet worden,

8. Denn nun leben wir, wenn ihr nur stehet im HErrn.

9. Denn was für einen Dank können wir GOTT wieder vergelten um euch, für alle Freude, die wir euretwegen haben vor unserm GOtt,

10. Und desto fleißiger Nacht und Tag bitten, daß wir euer Angesicht sehen mögen, und dasjenige erfüllen, was an eurem Glauben mangelt?

11. Er aber, GOTT und unser Vater, und unser HErr JEsus Christus, wolle unsern Weg zu euch richten.

II. 12. Euch aber vermehre der HErr, und schaffe, daß eure Liebe überflüßig werde gegen einander, und gegen jedermann: wie wir auch gegen euch sind:

16. Prohibentes nos Gentibus loqui, ut salvæ fiant, ut impleant peccata sua semper: pervenit enim ira Dei super illos usque in finem.

17. Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinavimus faciem vestram videre cum multo desiderio:

18. Quoniam voluimus venire ad vos: ego quidem Paulus, & semel, & iterum: sed impedivit nos satanas.

19. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Jesum Christum estis in adventu ejus?

20. Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAPUT III.

I. Ne propter afflictiones moverentur, misit Timotheum, qui ipsos roboraret: illo reverso gratias Deo agit, quod in fide ac dilectione firmi permanserint. 2. II. Orat, ut in virtute in dies magis roborentur, & proficiant. 12.

1. Propter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis solis:

I. 2. Et *a* misimus Timotheum fratrem nostrum & ministrum Dei in Evangelio Christi ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra: *a Actor. 16. 1.*

3. Ut nemo moveatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus.

4. Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis.

5. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentaverit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.

6. Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos:

7. Ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate, & tribulatione nostra, per fidem vestram,

8. Quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino.

9. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

10. Nocte ac die abundantius orantes, ut videamus faciem vestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei vestræ?

11. Ipse autem Deus, & Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus, dirigat viam nostram ad vos.

II. 12. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in invicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis:

13. Ad

℣. 16. *Ut impleant.* Ut semper augeant peccata sua. Ex iis omnibus invictissimum conficitur argumentum, quo Thessalonicenses omnino sibi persuaderent, manendum esse in suscepta religione, quæ omnes doctrinæ divinæ notas habet & characteres; seu modum spectarent, quo illis fuit annuntiata, tot signis & miraculis confirmata; seu prædicatorum mores considerarent, qui ab omni avaritiæ & ambitionis labe intacti fuerunt; seu denique persecutiones ipsas intuerentur, quas Thessalonicenses cum gaudio sic perpessi sunt, ut aliis nationibus quasi forma fuerint & exemplum.

℣. 17. *Nos autem fratres desolati.* Brevissimo tempore orbati vestro aspectu. Sed *non corde.* i. Non affectu.

℣. 18. *Sed impedivit nos Satanas.* Per suos emissarios, & malos homines.

℣. 19. *Spes?* Nonne vos estis spes nostra?

℣. 20. *Vos autem estis gloria nostra.* i. Materia gloriæ & gloriationis. *Et gaudium.* sc. Causa gloriandi & gaudendi.

CAPUT III.

℣. 1. *Propter quod non sustinentes amplius.* Cum diutius ferre non possemus hanc animi anxietatem de vestro omnium statu, placuit nobis Athenis remanere: & Timotheum ad vos mittere, qui vos consolaretur, & in fide suscepta confirmaret.

℣. 3. *Ut nemo moveatur in tribulationibus istis.* Ne afflictiones & turbæ in vos concitatæ quemquam a fide dimoveant. *Positi.* Hæc enim est conditio nostra, hæc voluntas Dei, ea lege vivimus, ut pro fide patiamur, & nos Apostoli præ cæteris, ut vobis prædiximus: *Sicut & factum est, & scitis.*

℣. 6. *Nunc autem.* Gr. *Nuper.* Unde colligitur hanc Epistolam non Athenis, sed Corinthi scriptam fuisse.

℣. 7. *Ideo consolati sumus.* Passive, consolationem accepimus. *Per fidem vestram.* Ob fidem vestram

℣. 8. *Quoniam nunc vivimus.* Jam nulla est in nobis gravis afflictio, cum certiores facti simus de fide vestra.

℣. 9. *Gaudemus propter vos ante Deum nostrum.* i. Sincero animo, non ficto.

℣. 10. *Quæ desunt fidei vestræ.* Ad perfectionem & omnimodam instructionem.

℣. 12. *In vobis.* Græc. In vos, augeat mutuam charitatem vestram, quemadmodum & charitate abundamus erga vos.

13. Ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus. Amen.

CAPUT IV.

I. Hortatur, ut tradita sibi præcepta observent, abstinentes a fornicatione. 1. *II. Ut se mutuo diligentes, manibus operentur, quo nullius quidquam desiderare cogantur.* 9. *III. Docet modum nostræ resurrectionis, ne inordinata tristitia se crucient propter eos, qui moriuntur.* 12.

† *DOM. 2. QUADRAG.* 1. De cetero ergo † fratres, rogamus vos, & obsecramus in Domino JESU, ut quemadmodum accepistis a nobis, quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis.

2. Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.

a Rom. 12. 2. *Ephes.* 5. 17. 3. Hæc *a* est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: ut abstineatis vos a fornicatione,

4. Ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore:

5. Non in passione desiderii, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum:

6. Et ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus.

7. Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

8. Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

II. 9. De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: *b* ipsi enim vos a Deo didicistis, ut diligatis invicem.

b Joan. 13. 34. & 15 12. & 17. 1. *Joan.* 2. 10. & 4. 12. 10. Etenim illud facitis in omnes fratres in universa Macedonia. Rogamus autem vos fratres, ut abundetis magis,

11. Et operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: & ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis.

† *IN MISS. DEFUNCTORUM.* III. 12. † Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri, qui spem non habent.

13. Si enim credimus, quod Jesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo.

13. Daß er eure Herzen stärke, damit ihr unsträflich seyd in der Heiligkeit vor GOtt, und unserm Vater, in der Zukunft unsers HErrn JEsu Christi, mit allen seinen Heiligen. Amen.

Das vierte Capitel.

I. Paulus ermahnet zum christlichen Leben, und alle Unkeuschheit zu fliehen. 1. II. Erinnert sie der brüderlichen Liebe, und daß sie dem Müßiggang nicht anhangen, auf daß sie keines andern Dinge beachten. 9. III. Handelt vom Glauben, und Hoffnung der Auferstehung, daß sie die heydnische Todtenklage meiden sollen. 12.

1. Ferner, liebe Brüder, bitten wir euch, und flehen im HErrn JEsu, daß, gleichwie ihr von uns empfangen habt, auf welche Weise ihr wandeln sollt, und GOtt wohlgefallen, daß ihr auch also wandelt, und je länger je reicher werdet.

2. Denn ihr wisset, was ich euch für Gebothe gegeben habe durch den HErrn JEsum.

3. Denn dieses ist der Wille GOttes, eure Heiligung: daß ihr euch von Hurerey enthaltet,

4. Und daß ein jeglicher unter euch sein Gefäß in Heiligung und Ehren zu besitzen wisse,

5. Und nicht in unziemlichen Lüsten, wie die Heyden, die von GOtt nichts wissen:

6. Und daß niemand überschreite, noch seinen Bruder im Handel hintergehe: denn der HERR ist ein Rächer über dieses alles, wie wir euch zuvorgesaget, und bezeuget haben.

7. Denn GOtt hat uns nicht berufen zur Unreinigkeit, sondern zur Heiligung.

8. Derowegen, wer dieses verachtet, der verachtet nicht einen Menschen, sondern GOTT: der auch seinen heiligen Geist in uns gegeben hat.

II. 9. Von der brüderlichen Liebe aber ist uns nicht Noth euch zu schreiben: denn ihr selbst habt von GOtt gelernet, euch untereinander zu lieben.

10. Und das thut ihr auch an allen Brüdern durch ganz Macedoniam. Wir bitten euch aber, liebe Brüder, daß ihr je länger, je völliger werdet,

11. Und Fleiß anwendet, daß ihr still und ruhig seyd, und daß ihr euer Werk * thut, und arbeitet mit euren Händen, wie wir euch befohlen haben: daß ihr auch ehrbarlich wandelt gegen die, so draußen sind, und von deren keinem etwas begehret. * Amt.

III. 12. Wir wollen euch aber, liebe Brüder, nicht verhalten von denen, die da schlafen, damit ihr euch nicht betrübet, wie die andern, die keine Hoffnung haben.

13. Denn, so wir glauben, daß JEsus gestorben, und auferstanden ist: also wird auch GOtt diejenigen, welche durch JEsum entschlafen sind, mit ihm hinzuführen.

14. Denn

℣. 13. *Ad confirmanda corda vestra.* Hæc jungi debent his verbis: *Abundare faciat charitatem.* Ut corda vestra confirmet, & irreprehensibilia efficiat per veram sanctitatem, & interiorem animi puritatem.

CAPUT IV.

℣. 1. *De cætero.* Quod est reliquum Epistolæ, ea complectitur morum præcepta, quæ postulabat præsens eorum conditio, de qua a Timotheo certior factus fuerat. Hæc partim ad omnes fideles æque pertinent, partim ad Thessalonicenses spectabant, ut res eorum tum erant. Primum eosdem hortatur, ut quæ ab eo viva voce acceperant præcepta, observarent, iisque quantum fieri posset, opera supererogationis adderent. *Ut abundetis.* Evangelica consilia implentes: ut majores progressus faciatis.

℣. 2. *Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum Jesum.* A Domino accepta, & majori reverentia observanda, in memoriam illorum revocat. Traditionis Apostolicæ regulas, ut divinas & a Christo profectas, commendat: quæ ad fidem conjugalem spectant, quam forte nonnulli ex iis violaverant, aut illa strictæ obligationis non esse falso sibi persuaserant.

℣. 3. *Hæc est enim voluntas Dei.* Circa omnia, etiam circa matrimonii usum, quod cum sanctitate tractandum est. *Sanctificatio vestra.* Ut sancti sitis, & mundi: Ex Bernardo serm. 2. in Cantica, hoc loco significat temperantiam, ut omnis vitetur fornicatio, quæ lege naturali prohibetur, & a Christiana religione fuit renovata: Hanc Philosophi ethnici condemnarunt verbis, non vita.

℣. 4. *Ut sciat unusquisque vas suum.* Vel corpus proprium, vel uxoris. *In sanctificatione & honore.* Non in efferata libidine. *Gentes.* Quæ solius voluptatis causa utuntur propria conjuge. Finis proximus conjugii est filios Deo, & membra Christo genuerare; ultimus Deum glorificare; hoc fine proposito usus matrimonii dirigi debet.

℣. 6. *Ne quis supergrediatur.* Quod nonnulli intelligunt de adulterio, cum quis malis artibus pudicitiam conjugis alterius expugnat. *Vel ne quis supergrediatur.* Ne per vim, aut fraudes proximum suum opprimat, & circumveniat.

℣. 8. *Qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.* Ut in nobis tamquam in templo suo inhabitet; vel qui has pietatis regulas contemnit, & pro nihilo ducit vitam impudicam agere, aut leges justitiæ perrumpere, hic Deum & Spiritum Sanctum spernit.

℣. 9. *Ipsi enim vos a Deo didicistis.* Charitatem per Filium, qui hanc legem nobis præscripsit, & exemplo suo docuit.

℣. 11. *Et operam detis, ut quieti sitis.* Quod forte nonnulli plus satis inquieti & curiosi essent, aut otio indulgerent, hos ad laborem adhortatur, ne aliis sint oneri. *Desideretis.* Gr. *Nulla re opus habeatis.* Ut nulli addicti sitis.

℣. 12. *Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus.* Cum plus satis de morte suorum dolerent, hos admonet, ut luctui suo modum ponant, cum ii velut dormientes ad vitam perpetuam sint excitandi: mors enim somnus est & quies iis, qui saluti suæ consulentes in peccato non moriuntur.

℣. 13. *Qui dormierunt per Jesum.* In Jesu, eique per fidem & charitatem sunt conjuncti; hos adducet cum Christo, ut membra cum capite suo.

14. Denn das sagen wir euch, als ein Wort des HErrn, daß wir, die wir leben, und übrigbleiben bis zur Ankunft des HErrn, denen nicht vorkommen werden, die entschlafen sind.

15. Denn der HErr selbst wird durch Befehl, und mit der Stimme des Erzengels, und mit der Posaune GOttes vom Himmel herabkommen: und die Todten, welche in Christo sind, werden zuerst auferstehen.

16. Darnach werden wir, die wir leben, und übriggeblieben sind, zugleich mit ihnen in den Wolken hingerücket werden, Christo entgegen in die Luft, und werden also immerdar bey dem HErrn seyn.

17. Derowegen tröstet euch untereinander, mit diesen Worten.

Das fünfte Capitel.

1. Weil der Tag des HErrn unversehens kommen wird, lehret Paulus, daß sie nüchtern und wachsam, durch gute Werke, sonderlich der Liebe, sich darzu bereiten. 1. II. Sich recht verhalten gegen den Obern, Nächsten, und sonderbar gegen GOtt. 12. III. Beschließt seine Epistel mit Begrüßung und Wünschung alles Heils. 23.

1. Von den Zeiten aber, und Stunden, liebe Brüder, ist nicht vonnöthen euch zu schreiben.

2. Denn ihr selbst wisset gewiß, daß der Tag des HErrn kommen wird, gleichwie ein Dieb in der Nacht.

3. Denn wann sie sagen werden: es ist Friede, es hat keine Gefahr: alsdann wird sie unversehens das Verderben überfallen, wie die Schmerzen ein schwangeres Weib, und sie werden nicht entfliehen.

4. Ihr aber, liebe Brüder, seyd nicht in der Finsterniß, daß euch derselbige Tag wie ein Dieb ergreife.

5. Denn ihr seyd alle Kinder des Lichts, und Kinder des Tages: wir sind nicht von der Nacht, noch von der Finsterniß.

6. Derowegen lasset uns nicht schlafen, wie die anderen, sondern lasset uns wachen, und nüchtern seyn.

7. Denn die schlafen, die schlafen des Nachts: und die trunken sind, die sind des Nachts trunken.

8. Laßt uns aber, die wir des Tages sind, nüchtern seyn, angethan mit dem Panzer des Glaubens, und der Liebe, und mit dem Helm der Hoffnung auf die Seligkeit:

9. Denn GOtt hat uns nicht gesetzt zum Zorne, sondern die Seligkeit zu erlangen, durch unsern HERRN JEsum Christum,

10. Der für uns gestorben ist: auf daß wir zugleich mit ihm leben, wir wachen gleich, oder schlafen.

11. Derowegen tröstet euch untereinander, und einer erbaue den andern, wie ihr auch thut.

II. 12. Wir bitten euch aber, liebe Brüder, daß ihr diejenigen erkennet, welche unter euch arbeiten, und euch vorstehen im HErrn, und euch ermahnen,

13. Daß ihr ihnen die Liebe überflüßig erzeiget, um ihres Werkes willen: und haltet euch friedlich mit ihnen.

14. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, *c* quia nos, qui vivimus, qui residui sumus in adventum Domini, non præveniemus eos, *d* qui dormierunt. *c* 1. Cor. 15. 23.

15. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.

16. Deinde nos, qui vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.

17. Itaque consolamini invicem in verbis istis.

CAPUT V.

I. Diem judicii dicit insperatum adfore, qui tamen ipsos non opprimet incautos, si semper ad illum se præparent. 1. II. Monet de obedientia erga suos præfectos, & quomodo erga invicem & erga Deum se habere debeant. 12. III. Orat pro ipsis, utque pro se orent, precatur. 23.

1. De temporibus autem, & momentis, fratres non indigetis, ut scribamus vobis.

2. Ipsi *a* enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. *a* 2. Petr. 3. 10.

3. Cum enim dixerint pax, & securitas: tunc repentinus eis supervéniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient. Apoc. 3. 3. & 16. 15.

4. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tamquam fur comprehendat:

5. Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.

6. Igitur non dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus, & sobrii simus.

7. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

8. Nos autem, qui diei sumus, sobrii simus, *b* induti loricam fidei, & charitatis, & galeam spei salutis: *b* Isai. 59. 17. Ephes. 6. 14. 17.

9. Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Jesum Christum,

10. Qui mortuus est pro nobis: ut, sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum illo vivamus.

11. Propter quod consolamini invicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.

II. 12. Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præsunt vobis in Domino, & monent vos,

13. Ut habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis.

14. † Ro-

℣. 14. *In verbo Domini.* Juxta Dei sententiam & decretum. Hæc dicimus, quæ a Domino accepimus. *Non præveniemus eos.* Prius assumpti ad gloriam.

℣. 15. *Ipse Dominus in jussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei.* Vocem Archangeli cum tuba comparat, seu ea sit expressio metaphorica, seu potius quia vox tubæ personabit. *Mortui, qui in Christo sunt.* Seu in Christi fide & gratia. *Resurgent primi.* Gr. *Primum.* Ut simul cum vivis ascendant.

℣. 16. *Deinde nos, qui vivimus.* Loquitur in persona electorum, qui tunc vivent.

CAPUT V.

℣. 1. *De temporibus autem & momentis.* Seu temporum articulis. Cum generalis hujus revolutionis tempus Thessalonicenses ab Apostolo quærere possent, id scitu minime esse necessarium docet, nec sciri posse.

℣. 2. *Sicut fur.* Ita de improviso veniet.

℣. 3. *Sicut dolor in utero habenti.* Seu parturienti.

℣. 4. *Vos autem fratres, non estis in tenebris.* Seu in peccatis, nec estis filii tenebrarum, adeo ut dies extremi judicii vos ex improviso non deprehendat. Filii tenebrarum & noctis huic timori sunt obnoxii, non filii lucis, aut filii diei, quibus sol justitiæ illuxit.

℣. 6. *Igitur non dormiamus.* Non segnes sitis, & vestræ salutis negligentes; sed vigilate.

℣. 7. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt.* In eadem perstat metaphora eorum, qui noctis tempus quærunt, ut vino & libidini indulgeant: sed qui in veritatis luce versantur, hi vigilant, & sobrii sunt, non solum a vino, sed & a pravis affectibus, qui rationem conturbant.

℣. 8. *Nos autem, qui diei sumus.* Lucis sc. filii, luce prædíti. *Sobrii simus, induti loricam fidei.* Ephes. 6. 14. vocat *loricam justitiæ.* Nam vera justitia fide & charitate constat. Stare oportet in armis, & vigilandum adversus insidias inimici; per fidem mens in bona cœlestia sit intenta, quæ in hac sæculi caligine intueatur; spes sit inconcussa & humilis, quæ illa expectet bona; & charitas bonis operibus fœcunda eadem promereatur.

℣. 9. *Non posuit nos Deus in iram.* Deus nos non creavit, neque ad fidem, & religionem vocavit, ut nos æterna morte damnaret. *Sed in acquisitionem salutis.* Sed ut nos per charitatem sibi acquireret & salvaret.

℣. 10. *Mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus.* Sive vivimus, sive morimur, simul *cum illo vivamus.* In hac vita vivamus cum illo per gratiam, post mortem in gloria.

℣. 11. *Ædificate alterutrum.* Perficite alterutrum, & mutuam salutem promovete.

℣. 12. *Qui præsunt in Domino.* Seu vice Domini.

℣. 13. *Ut habeatis illos abundantius in charitate.* Ut summopere eos diligatis.

† *SAB. QUAT. TEMP. QUADR. EPIST.* 6.

14. †Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes.

15. Videte, *c* ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper, quod bonum est, sectamini in invicem, & in omnes.

16. Semper gaudete.

17. Sine *d* intermissione orate.

18. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu in omnibus vobis.

19. Spiritum nolite extinguere.

20. Prophetias nolite spernere.

21. Omnia autem probate, quod bonum est, tenete.

22. Ab omni specie mala abstinete vos.

III. 23. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in adventu Domini nostri Jesu Christi servetur.*

c 1. *Cor.* 1. 9. 24. Fidelis *e* est, qui vocavit vos: qui etiam faciet.

25. Fratres, orate pro nobis.

26. Salutate fratres omnes in osculo sancto.

27. Adjuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.

28. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Amen.

c Prov. 17. 13. & 20. 22. *Rom.* 12. 17. 1. *Petr.* 3. 9. *d Eccl.* 18. 22. *Luc.* 8. 1. *Coloss.* 4. 2.

14. Wir bitten euch auch, liebe Brüder, strafet die Unruhigen, tröstet die Kleinmüthigen, nehmet euch der Schwachen an, und seyd geduldig gegen jedermann.

15. Sehet zu, daß keiner Böses mit Bösem jemand vergelte, sondern trachtet allezeit darnach, daß ihr Gutes thut einer dem andern, und sonst allen Menschen.

16. Seyd allezeit fröhlich.

17. Bethet ohne Unterlaß.

18. Saget Dank in allen Dingen: denn das ist euch allen der Wille GOttes in Christo JEsu.

19. Löschet den Geist nicht aus.

20. Verachtet die Weißagungen nicht.

21. Prüfet aber alles, und behaltet, was gut ist.

22. Enthaltet euch von allem, was einen bösen Schein hat.

III. 23. Er aber, der GOTT des Friedens heilige euch durchaus: damit euer Geist, und Seele, und Leib ganz behalten werde, unsträflich auf die Zukunft unsers HErrn JEsu Christi.

24. Er ist getreu, der euch berufen hat: der wird es auch thun.

25. Liebe Brüder, bittet für uns.

26. Grüßet alle Brüder mit dem heiligen Kuß.

27. Ich beschwöre euch bey dem HErrn, daß diese Epistel allen heiligen Brüdern vorgelesen werde.

28. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES II.

CAPUT I.

I. Gratias Deo agit pro fide ac tolerantia Thessalonicensium in persecutionibus. 4. *II. Dicit illos recepturos gloriam, adversarios vero ultionem in die judicii, & orat, ut digni habeantur vocatione Dei.* 6.

Paulus, & Silvanus, & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicensium, in Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

2. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis, fratres, ita, ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundat charitas uniuscujusque vestrum in invicem:

I. 4. Ita, ut & nos ipsi in vobis gloriemur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide, & in omnibus persecutionibus vestris, & tribulationibus, quas sustinetis,

5. In exemplum justi judicii Dei: ut digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.

Die zweyte Epistel des heiligen Pauli zu den Thessalonichern.

Das erste Capitel.

I. Paulus saget GOtt Dank für die Beständigkeit der Thessalonicher im Glauben. 4. II. Ermahnet sie zu fernerer Geduld, welche GOtt am Tage des Gerichts mit großer Herrlichkeit belohnen wird, und bittet GOtt, daß er sie stärken wolle. 6.

Paulus, und Silvanus, und Timotheus, der Kirche zu Thessalonica, in GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

2. Gnade sey mit euch, und Friede von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

3. Wir sollen GOTT allezeit für euch danken, liebe Brüder, wie sich es gebühret, denn euer Glaube wächset sehr, und die Liebe eines jeglichen unter euch nimmt zu gegen einander:

I. 4. Also, daß wir uns auch selbst euer berühmen bey den Kirchen GOttes, von wegen eurer Geduld und Glaubens in allen euren Verfolgungen, und Trübsalen, die ihr ausstehet,

5. Zu einer Anzeigung des gerechten Gerichtes GOttes: auf daß ihr würdig gehalten werdet des Reichs GOttes, um welches willen ihr auch leidet.

II. 6. So

---

†. 14. *Corripite inquietos.* Gr. *Inordinatos.* Turbidos. Qui fracto sunt animo, aut demisso, erigendi, cum iis benigne agendum; qui ex infirmitate peccant, aut ex ignorantia, hos sublevare debemus.

†. 17. *Sine intermissione orate.* Is sine intermissione orat, qui voluntatem Dei, aut patiendo, aut agendo propter illum exequitur; qui semper Deum amat & proximum; qui statis horis Deum invocat, & idemtidem occupationes suas interrumpit, ut Deum deprecetur.

†. 18. *Hæc est enim voluntas Dei in Christo Jesu.* Ut Deum per Jesum Christum Mediatorem nostrum obsecremus, eique gratias agamus, in omnibus seu prosperis, seu adversis.

†. 19. *Spiritum nolite extinguere.* Spiritus sancti dona & gratiam nolite extinguere præ inertia, aut abusu, ea dona vel in vobis, vel in aliis per invidiam ne comprimatis.

†. 20. *Prophetias nolite spernere.* Cum donum illud Scripturas interpretandi, vel futura prædicendi aliis datum sit ad ædificationem Ecclesiæ.

†. 21. *Omnia autem probate.* Ad normam fidei cuncta sunt exigenda, & miracula, & revelationes.

†. 24. *Qui etiam faciet.* Vos pervenire ad portum felicitatis.

†. 26. *Salutate in osculo sancto.* Quod sit symbolum amoris sancti, casti & sinceri.

†. 28. *Gratia Domini nostri.* Seu omne genus beneficiorum *sit vobiscum.*

CAPUT I.

†. 1. *Paulus &c.* Consimile est superioris Epistolæ exordium, neque Apostoli titulo utitur, ob eandem rationem.

†. 3. *Gratias agere debemus semper Deo pro vobis.* Gratias Deo agit, quod fides eorum & charitas tantum inter persecutiones incrementum ceperint.

†. 5. *In exemplum.* Gr. Indicium, aut documentum, quod scilicet Deus per tot persecutiones purgare eos velit, & regno suo dignos efficere.

II. 6. So es anders recht ist bey GOTT, die Trübsal denjenigen zu vergelten, die euch Trübsal anthun:

7. Und euch, die ihr Trübsal leidet, Ruhe mit uns zu geben, wann sich der HErr JEsus mit den Engeln seiner Kraft vom Himmel offenbaren wird,

8. Mit Feuerflammen Rache zu geben über diejenigen, die GOTT nicht erkennen, und dem Evangelio unsers HErrn JEsu Christi nicht Gehorsam leisten.

9. Welche im Untergange von dem Angesichte des HErrn, und von der Herrlichkeit seiner Kraft, ewige Strafe leiden werden:

10. Wann er kommen wird, sich herrlich zu machen in seinen Heiligen, und wunderbarlich zu werden in allen, die geglaubt haben: weil unser Zeugniß über euch auf demselbigen Tage ist geglaubet worden.

11. Darum bitten wir auch allezeit für euch, daß euch unser GOTT seines Berufs würdig mache, und erfülle alles Wohlgefallen seiner Gütigkeit, sammt dem Werke des Glaubens in der Kraft.

12. Auf daß der Name unsers HErrn JEsu Christi in euch verkläret werde, und ihr in ihm, nach der Gnade unsers GOttes, und des HErrn JEsu Christi.

Das zweyte Capitel.

I. Lehret, daß der Tag des Gerichtes noch nicht vorhanden sey, sondern es müsse der Antichrist zuvor kommen. Beschreibet dessen Verführung, falsche Wunderthaten, ꝛc. 3. II. Erfreuet sich, daß die Thessalonicher die Erstlinge der Glaubigen sind. 12. III. Stärket sie im Glauben, sonderlich, daß sie die Satzungen, welche er ihnen sowohl mündlich, als schriftlich hinterlassen, steif halten. 14.

1. Wir bitten euch aber, liebe Brüder, durch die Zukunft unsers HErrn JEsu Christi, und durch unsere Versammlung in ihm,

2. Daß ihr euch nicht bald bewegen lasset von eurem Sinne, lasset euch auch nicht schrecken weder durch den Geist, noch durch Worte, noch durch Sendbriefe, als wären sie von uns gesandt, gleich, als wann der Tag des HErrn vorhanden sey.

I. 3. Lasset euch niemand auf einigerley Weise verführen: denn er kömmt nicht, es sey dann, daß zuvor der Abfall geschehe, und offenbaret werde der Mensch der Sünde, der Sohn des Verderbens,

4. Der sich widersetzt, und sich erhebet über alles, was GOtt genennet, oder was geehret wird, also, daß er im Tempel GOttes sitzen wird, und sich ausgeben, als wann er GOtt wäre.

II. 6. Si tamen justum est apud Deum, retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant:

7. Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum in revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis virtutis ejus,

8. In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini nostri Jesu Christi.

9. Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie Domini, & a gloria virtutis ejus:

10. Cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo.

11. In quo etiam oramus semper pro vobis, ut dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis & opus fidei in virtute.

12. Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo secundum gratiam Dei nostri, & Domini Jesu Christi.

CAPUT II.

I. Monet, ne credant seductoribus, ostendens venturum ante diem Domini filium perditionis, qui per prodigia fallacia multos seducet. 3. II. De electione & fide Thessalonicensium gratias agit. 12. III. Præcipit, ut servent acceptas ab ipso traditiones, & pro eorum consolatione ac confirmatione orat. 14.

1. Rogamus † autem vos fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, † *SAB. QUAD. TEMP. ADVENT EPIST. 6.*

2. Ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per Epistolam tamquam per nos missam, quasi instet dies Domini.

I. 3. Ne *a* quis vos seducat ullo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, & revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, *a Ephes. 5. 6.*

4. Qui adversatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita, ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus.

5. Non

℣. 6. *Si tamen justum est apud Deum.* Particula, *si*, non est dubitantis, sed affirmantis. Græc. *Siquidem.* Quod si enim bonos sic castigat, quæ mala improbi expectare debent?

℣. 7. *Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiscum tribuere, in revelatione Domini.* In extremo judicio, ubi Christus se manifestabit ut judicem omnium, Angelis suis comitatur.

℣. 8. *In flamma ignis.* Gr. *In igne flammæ.* Vox *dantis*, non refertur ad flammam, cum sit masculini generis, sed ad illud, quod præcessit. *In revelatione Domini dantis vindictam.* Psal. 96. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos ejus.*

℣. 9. *Qui pœnas dabunt in interitu æternas.* Gr. In interitum æternum. *A facie Domini.* Chrysost. a Domini præsentia, vel ab ira Domini; facies Hebræis quandoque iram & indignationem significat. Psal. 50. *Averte faciem tuam a peccatis meis.* Indignationem. *A gloria virtutis.* A potentia majestatis ejus punientur: a Domino, qui gloria & fortitudine præcellens apparebit.

℣. 10. *Quia creditum est testimonium nostrum.* Quia prædicationi nostræ credidistis. *In die illo.* Quo præmia bonis, supplicia improbis reddentur: quandoquidem testimonium, quod verbo ejus reddidimus, a vobis exceptum est cum expectatione diei illius, in quo Christi corpus mysticum ex fidei semine formatum, perfectum & integrum ex membrorum omnium cum suo capite societate apparebit.

℣. 11. *In quo etiam oramus.* Græc. *Ad quod.* Ut Christus in vobis glorificetur, ut fidem vestram conservet. *Bonitatis.* Voluntatem bonam. *Opus fidei in virtute.* Confessionem fidei perficiat in vobis cum animi constantia, & patientia in adversis. Vel *opus fidei.* Est salus æterna, quam potenti gratia Dei consequemur. Oramus, ut vos dignos efficiat vocatione sua, & perficiat in vobis consilium bonitatis suæ, & salutis æternæ.

℣. 12. *Ut clarificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in illo.* Ejus gloriæ sitis participes, quod fit per gratiam Christi.

CAPUT II.

℣. 1. *Rogamus — per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum.* Seu per aggregationem ad ipsum, ex Græco textu; seu per salutem vestram, ex Zachar. 14. *Ecce, veniet Dominus meus, omnesque Sancti ejus cum ipso.* Nam in adventu Domini omnes electi congregabuntur ad caput suum.

℣. 2. *Ut non cito moveamini a vestro sensu.* Non deerant, qui eos terrerent, quasi instaret extremum Dei judicium. Quin etiam ex verbis Apostoli, cap. 5. superioris Epistolæ, conturbati videntur, ne forte eos imparatos dies ille inveniret. Hos itaque rogat Apostolus, ne a priori sententia discedant. *Spiritum.* Per fictas revelationes, aut prophetias. *Neque per sermonem.* Quem falsi doctores Paulo affingebant; neque per Epistolam itidem confictam. Ecclesiæ porro unius est supposititias Epistolas & Scripturas a genuinis secernere per Dei Spiritum: non est privati cujusque id tentare per proprium spiritum.

℣. 3. *Nisi venerit discessio primum.* Gr. *Apostasia.* Defectio ab universali Ecclesia, & fide Catholica. *Et revelatus fuerit homo peccati.* Nisi Antichristus manifestatus fuerit, homo quasi ex peccato concretus: quæ duo erunt mox venturi judicii signa. *Filius perditionis.* Tot malorum causa. Nisi ergo venerit discessio, &c. Non veniet Dominus ad judicium; ubi est ellipsis. Itaque Antichristus homo quidam est, non series hominum, qualem fingunt Novatores quidam, omni pudore detracto; illius exitium indicat & finem, cum vocat filium perditionis, æternis pœnis destinatum.

℣. 4. *Qui adversatur.* Gr. *Adversarius.* Scilicet Dei. *Deus.* Super omnem cultum aut verum, aut falsum: id

5. Non retinetis, quod, cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis?

6. Et nunc, quid detineat, scitis, ut reveletur in suo tempore.

7. Nam mysterium jam operatur iniquitatis: tantum, ut, qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

b *Isai.* 11. 4. 8. Et nunc revelabitur ille iniquus *b*, quem Dominus Jesus interficiet Spiritu oris sui, & destruet illustratione adventus sui eum,

9. Cujus est adventus secundum operationem satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus,

10. Et in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio,

11. Ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

II. 12. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit vos DEUS primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis:

13. In qua & vocavit vos per Evangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Jesu Christi.

III. 14. Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

15. Ipse autem Dominus noster Jesus Christus, & Deus, & Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia,

16. Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono.

CAPUT III.

I. Cupit, ut pro se precentur, confidens quod servaturi sint ipsius præcepta. 1. *II. Monet, ut subtrahant se a Christianis nolentibus servare ipsius instituta, nec manibus laborare.* 6. *III. Pacem seu omnia bona apprecatur.* 16.

5. Habt ihr es nicht behalten, daß ich euch solches sagte, als ich noch bey euch war?

6. Und nun wisset ihr, was ihn aufhalte, damit er zu seiner Zeit offenbaret werde.

7. Denn das Geheimniß der Boßheit wirket schon: allein, daß derjenige, der es jetzt hält, so lange aufhalte, bis er hinweggenommen werde.

8. Und alsdann wird der Boshaftige offenbaret werden, den der HErr JEsus mit dem Geiste seines Mundes tödten wird, und zerstören durch die Erscheinung seiner Ankunft denselben,

9. Dessen Ankunft ist nach der Wirkung des Satans, mit allerhand Kräften, und Zeichen, und falschen Wundern,

10. Und mit allerhand Verführung der Ungerechtigkeit an denen, die verlohren werden: darum, daß sie die Liebe der Wahrheit nicht angenommen haben, damit sie selig würden. Derowegen wird ihnen GOtt eine Wirkung des Irrthums zuschicken, daß sie der Lügen glauben,

11. Damit alle die gerichtet werden, die der Wahrheit nicht geglaubet haben, sondern der Ungerechtigkeit beygefallen sind.

II. 12. Wir aber sollen eurethalben GOTT allezeit danken, meine von GOtt geliebte Brüder, daß euch GOtt, als die Erstlinge zur Seligkeit auserwählet hat durch die Heiligung des Geistes, und durch den Glauben der Wahrheit:

13. Darum er euch auch berufen hat durch unser Evangelium, die Herrlichkeit unsers HErrn JEsu Christi zu erlangen.

III. 14. So stehet nun, liebe Brüder, und haltet die Satzungen, die ihr entweder durch unser Wort, oder durch unsern Sendbrief gelernet habt.

15. Aber er selbst, unser HErr JEsus Christus, und GOTT, und unser Vater, der uns geliebet, und uns einen ewigen Trost, und gute Hoffnung in Gnaden gegeben hat,

16. Der ermahne eure Herzen, und stärke sie in allen guten Werken, und Worten.

Das dritte Capitel.

I. Paulus begehrt der Thessalonicher Gebeth wider die Feinde des Evangelii; hingegen verspricht er ihnen GOttes Beystand. 1. II. Befiehlt, sie sollen die Unruhigen, und Müßiggänger zur Arbeit treiben. 6. III. Wünschet ihnen Friede, Heil, und GOttes Gnade. 16.

1. Fer-

---

id enim vox Græca *εἴξασμα*, significat: *Sedeat*. In Ecclesia, in omnibus Dei templis. Recte id annotat vir doctissimus, Novatores, qui temere jactant Antichristum esse summum Pontificem, vel ex hoc ipso fateri se esse extra Ecclesiam. An sancti Pontifices Leo Magnus, Simplicius, &c. se extulerunt *supra omne, quod dicitur Deus.* Aut quidquam egerunt eorum, quæ Apostolus Antichristo, ut uni homini, & singulari tribuit, non continuatæ per tot consequentes ætates Pontificum successioni? Nam homo ille peccati juxta Apostolum venturus est paulo ante secundum Christi adventum.

℣. 5. *Non retinetis.* Gr. *An non meministis.* Quod vobis dicebam, non venturum Christum, nisi prius venerit Antichristus, seu homo peccati? Chrysost. tractans hæc verba: *Et nunc, quid detineat, scitis.* Quoniam, inquit, hoc dicit de Romano Imperio, merito etiam ænigmatice & adumbrate est locutus. Quod autem ait Apost. *Tantum, ut, qui tenet, &c.* Hoc est, inquit Chrysostomus, quando Romanum Imperium de medio fuerit sublatum, tunc ille veniet. Sic Hieron. in cap. 25. Jeremiæ in eadem videtur esse sententia.

℣. 6. *Et nunc quid detineat.* Quid obstet, quominus veniat? An forte quod Evangelium nondum toto orbe sit prædicatum? *Ut reveletur.* Qui tamen in suo tempore aderit. An potius illud ipsum, quod Apostolus de causis hujus moræ tradidit Thessalonicensibus, nos latet, & conjecturis tantummodo id assequimur? nisi forsan obex ille est fides orthodoxa, & publica ejus professio nondum ubique propagata? Multa tradiderunt viva voce Apostoli, quorum pars tantummodo ad nos pervenit per traditionem; pars occultata est, ut causa hujus moræ.

℣. 7. *Mysterium jam operatur iniquitatis.* Suos enim habet præcursores Antichristus.

℣. 8. *Quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui.* Nutu, aut jussu suo; sententia sua condemnabit. *Illustratione.* Gr. *Apparitione præsentiæ suæ.* Fulgore suo. *Eum.* Vox illa videtur redundare. Hæc sane, uti & superiora in unum hominem cadunt.

℣. 9. *Cujus est adventus secundum operationem satanæ.* In adventu Antichristi Satanas vim omnem suam exercet per falsa prodigia: cujus generis fuerunt magorum Ægypti prodigia.

℣. 10. *Eo quod charitatem veritatis non receperunt.* Amorem veritatis, Evangelii veritatem. *Mittet.* Sinet eos decipi; & inducentur in errorem Deo deserente.

℣. 11. *Ut judicentur omnes.* Ut in divino tribunali perduellionis & læsæ majestatis convicti pro meritis damnentur, & in infernum ablegentur.

℣. 12. *Quod elegerit vos Deus primitias.* Ab initio. Græc. *ἀπ' ἀρχῆς.* Velut primos Ecclesiæ fructus, qui Deo offerri solebant. *In sanctificatione Spiritus.* Per sanctificationem Spiritus in baptismo. *Et in fide veritatis.* In cognitione Evangelii.

℣. 13. *In qua.* Ad quam fidem vel sanctificationem. *Vocavit vos in acquisitionem gloriæ.* Ut vos sibi in gloriam Domini nostri Jesu Christi acquireret; vel ut vos ipsi hanc gloriam adipiscamini.

℣. 14. *State & tenete traditiones.* Ergo Apostoli tradiderunt præcepta & scripta, & non scripta, & utraque sunt æque observanda. Quod si Thessalonicenses, quæ de extremo judicio Paulus iis tradiderat, memoria tenuissent, Apostolus hanc fortasis Epistolam non scripsisset, adeo ut ex occasione tantum scripsisse videatur, quæ viva voce tradiderat.

℣. 15. *Qui — dedit consolationem æternam.* Per spem sc. bonam ac certam. *Per gratiam.* Ut S. Thom. ait, justificantem, quæ est quasi semen vitæ æternæ.

℣. 16. *Exhortetur corda vestra.* Græc. *Παρακαλέσαι, consoletur.* Christus ergo, qui una cum Patre operatur in cordibus nostris, verus est Deus.

1. Ferner, liebe Brüder, bittet für uns, daß das Wort GOttes laufe, und verkläret werde, wie auch bey euch:

2. Und daß wir von den ungestümen und bösen Menschen erlöset werden: denn der Glaube ist nicht jedermanns Ding.

3. Aber GOtt ist getreu, der euch stärken wird, und vor dem Bösen behüten.

4. Wir haben aber das Vertrauen zu euch im HErrn, daß ihr thut, und thun werdet, was wir gebiethen.

5. Der HErr aber richte eure Herzen in der Liebe GOttes, und in der Geduld Christi.

II. 6. Wir gebiethen euch aber, liebe Brüder, in dem Namen unsers HErrn JESU Christi, daß ihr euch entziehet von einem jeglichen Bruder, der unordentlich wandelt, und nicht nach der Satzung, die sie von uns empfangen haben.

7. Denn ihr wisset, wie ihr uns sollt nachfolgen: denn wir sind unter euch nicht unruhig gewesen:

8. Wir haben auch von niemand das Brod umsonst gegessen; sondern mit Arbeit und Mühe Nacht und Tag gewirket, auf daß wir niemand unter euch beschwerlich wären.

9. Nicht, als wann wir es nicht Macht gehabt hätten, sondern daß wir uns selbst euch zum Vorbild geben, uns nachzufolgen.

10. Denn als wir auch bey euch waren, zeigten wir euch an: daß, so jemand nicht arbeiten will, der soll auch nicht essen.

11. Denn wir haben gehöret, daß etliche unter uns unfriedlich wandeln, und arbeiten nicht, sondern treiben Fürwitz.

12. Denjenigen aber, welche also beschaffen sind, gebiethen wir, und bitten durch den HErrn JEsum Christum, daß sie in der Stille arbeiten, und ihr eigenes Brod essen.

13. Ihr aber, liebe Brüder, höret nicht auf Gutes zu thun.

14. So auch jemand unserm Worte nicht gehorsam ist, das wir durch den Brief geschrieben haben, denselbigen zeichnet, und habt nichts mit ihm zu schaffen, auf daß er schamroth* werde: *zu Schanden.

15. Doch sollt ihr ihn nicht halten, wie einen Feind, sondern strafen, wie einen Bruder.

III. 16. Er aber der HErr des Friedens, gebe euch den ewigen Frieden an allem Orte. Der HErr sey mit euch allen.

17. Der Gruß mit meiner, des Pauli eigener Hand: welches das Zeichen ist in allen Briefen: also schreibe ich.

18. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch allen. Amen.

1. De cetero fratres orate pro nobis, ut sermo Dei currat, & clarificetur *a*, sicut & apud vos: *a Ephes.* 6. 19.

2. Et ut liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides. *Coloss.* 4. 3.

3. Fidelis autem Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet a malo.

4. Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam, quæ præcipimus, & facitis, & facietis.

5. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi.

II. 6. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Jesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non secundum traditionem, quam acceperunt a nobis.

7. Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos:

8. Neque *b* gratis panem manducavimus ab aliquo; sed in labore, & in fatigatione; nocte & die operantes, ne quem vestrum gravaremus. *b Actor.* 20. 34. *1. Cor.* 4. 12. *1. Thess.* 2. 9.

9. Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

10. Nam & cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis: quoniam, si quis non vult operari, nec manducet.

11. Audivimus enim inter vos quosdam ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes.

12. His autem, qui ejusmodi sunt, denuntiamus, & obsecramus in Domino Jesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent.

13. Vos *c* autem fratres nolite deficere benefacientes. *c Gal.* 6. 9.

14. Quod si quis non obedit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commiscemini cum illo, ut confundatur:

15. Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem.

III. 16. Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.

17. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni Epistola: ita scribo.

18. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

CAPUT III.

℣. 1. *Orate pro nobis, ut sermo Dei currat.* Ut cum fructu ac feliciter propagetur, & illustretur, quemadmodum apud vos factum est.

℣. 2. *Non enim omnium est fides.* Cum ea sit donum Dei, non omnibus datum; aut forte sunt multi falsi fratres, neque omnes sunt ejusmodi, ut nos iis credere debeamus. Interim iste defectus non se tenet ex parte Dei, qui illuminat omnem hominem, sed ex parte liberi arbitrii istorum hominum, qui nolunt consentire vocanti Deo.

℣. 3. *Fidelis autem Deus est.* Ne forte Thessalonicenses, qui adhuc infirmi erant, hæc postrema verba conturbarent, quasi ad eos spectarent, mox subjicit, Deum constantem esse in suis promissis, ac futurum, ut eos in fide confirmet, & a maligno, seu a dæmone tueatur, qui eorum fidei struebat insidias.

℣. 5. *Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei.* Per charitatem Dei. Græc. *Ad charitatem Dei.* Et patientem ejus expectationem.

℣. 6. *Denuntiamus — ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate.* Turbido & inquieto. In superioris Epistolæ cap. 5. v. 14. interpres *inquietos* vertit; & v. proximo: *Non inquieti fuimus.* Non turbidi, & insolentes.

℣. 8. *Neque gratis panem manducavimus.* Ut vobis essemus exemplo: non otiosam & mollem apud vos vitam egimus, sed laboriosam. *Et ne gravaremus.* Exigendo sumptus ad victum aut vestitum.

℣. 9. *Non quasi non habuerimus potestatem.* Sumendi a vobis, quæ ad vitam sunt necessaria, ex jure ipso naturæ, & ex Christi mandato.

℣. 11. *Audivimus enim.* Gr. Audimus. *Inquiete.* Gr. *Inordinate.* Uti solent otiosi homines, qui aliena curiose investigant, se suaque negligunt: aliis negotia facessunt, cum ipsi in otio marcescant.

℣. 12. *Denuntiamus.* Seu præcipimus. *Et obsecramus — ut cum silentio operantes.* Placide & quiete; ut Deo & æternitati laborent, non in superbia, & ostentatione. Sicque suo labore partum *panem manducent.*

℣. 13. *Fratres nolite deficere benefacientes.* Perseverate in bono, nec vos prava exempla transversos agant: nec tamen a misericordiæ & charitatis operibus cessetis.

℣. 14. *Ne commiscemini - ut confundatur.* Cavete ab illo ut excommunicato, ut se videns ab omnibus vitari & negligi, confusus convertatur.

℣. 17. *Salutatio, mea manu.* Propria manu subscribit Epistolis. *Gratia Domini Jesu.* Quibus verbis propria manu scriptis Epistolas claudebat: nomen ejus initio Epistolæ more tum temporis usurpato præfixum erat.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM I.

CAPUT I.

I. Revocat in memoriam Timotheo traditum præceptum de retrahendis quibusdam a perversa doctrina & tradenda sana. 3. II. Lex justo non est posita, sed injustis. 8. III. Deo gratias agit, quod eum ab Ecclesiæ persecutione ad Apostolatum vocaverit, ut suam ostenderet longanimitatem erga peccatores. 12. IV. Timotheum monet, ut strenuum agat militem. 18.

Paulus Apostolus Jesu Christi, secundum imperium Dei Salvatoris nostri, & Christi Jesu, spei nostræ:

2. Timotheo, *a* dilecto filio in fide. Gratia, misericordia, & pax a Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro.

a Act.16.1.

I. 3. Sicut rogavi te, ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent;

4. Neque *b* intenderent fabulis, & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis, quam ædificationem Dei, quæ est in fide.

b Infr. 4. 7. 2. Tim. 2. 13. Tit. 3. 9.

5. Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

6. A quibus quidam aberrantes, conversi sunt in vaniloquium.

7. Volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

II. 8. Scimus *c* autem, quia bona est lex, si quis ea legitime utatur:

c Rom. 7. 12.

9. Sciens hoc, quia lex justo non est posita, sed injustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis, parricidis, & matricidis, homicidis,

10. Fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & perjuris, & siquid aliud sanæ doctrinæ adversatur,

11. Quæ est secundum Evangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi.

III. 12. Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio:

13. Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam Dei

Die erste Epistel des heiligen Pauli zu Timotheo.

Das erste Capitel.

1. Paulus unterweißt Timotheum, wie er diejenigen, so eitle Dinge, und neue Lehren auf die Bahn bringen, daraus Zank entstehet, strafen soll. 3. II. Lehret, das Gesetz Moysi sey zwar gut, jedoch nicht gegeben den Christen, sondern den Jüden zu halten. 8. III. Bedanket sich gegen GOtt, daß er aus einem Verfolger ein Christ und Apostel worden ist. 12. IV. Befiehlt dem Timotheo allezeit Sorge zu tragen, daß er ein gutes Gewissen habe. 18.

Paulus ein Apostel JESU Christi, nach dem Befehl GOttes unsers Heilandes, und Christi JESU, der unsere Hoffnung ist:

2. Timotheo, meinem geliebten Sohn im Glauben. Gnade, Barmherzigkeit, und Friede von GOtt dem Vater, und unserm HErrn JEsu Christo.

I. 3. Wie ich dich gebethen habe, daß du zu Epheso bleibest, als ich in Macedoniam reisete, damit du etlichen zu wissen thätest, daß sie nicht anders lehreten,

4. Noch Acht hätten auf Fabeln, und Ausrechnung der Geschlechter, die kein Ende haben: welche vielmehr Fragen aufbringen, als Erbauung GOttes, die im Glauben ist.

5. Das Ende aber des Gebothes ist die Liebe, aus einem reinen Herzen, und einem guten Gewissen, und ungefärbten Glauben.

6. Davon etliche gefehlt, und sich auf unnützes Geschwätz gewendet haben.

7. Wollen Lehrer des Gesetzes seyn, und verstehen doch nicht weder was sie sagen, oder was sie bejahen.

II. 8. Wir wissen aber, daß gut sey das Gesetz, so sich jemand dessen recht gebrauchet:

9. Der wisse, daß nicht gegeben sey das Gesetz dem Gerechten, sondern den Ungerechten, und Ungehorsamen, den Gottlosen, und Sündern, den Boshaftigen, und Unreinen, den Vatermördern, und Muttermördern, den Todtschlägern,

10. Hurern, und Knabenschändern, den Menschendieben, Lügnern, und Meineidigen, und so etwas mehr der heilsamen Lehre zuwider ist,

11. Welche ist nach dem Evangelio der Herrlichkeit des seligen GOttes, das mir vertrauet ist.

III. 12. Und ich danke dem, der mich gestärket hat in Christo JEsu unserm HErrn, daß er mich für getreu gehalten, und in das Amt gesetzet hat:

13. Der ich zuvor ein Lästerer gewesen bin, und ein Verfolger, und ein Schmäher: mir aber ist Barmherzigkeit

---

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus Apostolus Jesu Christi secundum imperium.* Ex mandato *Dei -- Jesu, spei nostræ.* In quem speramus.

℣. 2. *Timotheo dilecto.* Gr. Germano filio in fide, per fidem genito.

℣. 3. *Sicut rogavi -- cum irem in Macedoniam.* Supple, & nunc rogo; ellipsis frequens in Epistolis Pauli. *Cum irem in Macedoniam.* (Unde scriptam esse hanc Epistolam post priora Romæ vincula admodum est probabile) *Ut denuntiares quibusdam.* E Judæis male conversis. *Ne aliter docerent.* Diversam ab ea, quam prædicaveram, doctrinam. Sic prima periodo nondum ad finem perducta, divino afflatus Spiritu, usque ad v. 18. eos refellit falsos doctores.

℣. 4. *Neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis.* Ut probarent se genus ab Abrahamo ducere, cujus posteris vera justitia promissa est æterno fœdere. Ab Ecclesia procul amandari debet omnis incerta, & fabulis conspersa doctrina, quidquid est inutile, & pacem turbare magis potest, quam ædificium Dei fidei superstruere, cujusmodi sunt quæstiones quædam, quæ contentiones alunt, non pietatem. *Quam ædificationem.* Chrysostomus legit œconomiam, seu dispensationem.

℣. 5. *Finis autem præcepti est charitas.* Finis legis est charitas, eo tota refertur; neque istæ genealogiæ & fabulæ charitatem alunt, aut ædificationem in fide promovent, sed altercationes & lites. Aug. serm. 39. de Temp. *Tene charitatem, & in ea invenies omnem scientiam.*

℣. 8. *Bona est lex, si quis ea legitime utatur.* Tamquam pædagogo, quæ suis præceptis moralibus ad vitam sancte instituendam, figurisque suis ad Christum ducit, dum quisque propriæ infirmitatis conscius ad Christum tamquam ad medicum se recipit, atque in eo spem omnem ponit.

℣. 9. *Quia lex justo non est posita.* Neque adeo sanctificato: per Christum lex adstringit; vel terrore legis jam non opus est homini justificato, qui sponte sua, & ob Dei amorem ea facit, quæ lex jubet. *Contaminatis.* Gr. *Profanis.*

℣. 10. *Plagiariis.* Qui aliena mancipia furto subducunt. *Mendacibus.* Perniciose.

℣. 12. *Gratias ago ei, qui me confortavit.* Fortem reddidit. *Et fidelem.* Dum misericordia operante divina fidelis factus sum, & infirmo vires suppeditavit. *Ponens in ministerio, qui blasphemus & persecutor fui.* Assumpsit me ad opus prædicationis, licet conjiciens in Christum blasphemias in Ecclesiam persecutionem excitaverim.

℣. 13. *Quia ignorans feci.* Ignorantia tamen culpabili, sed bona fide errabat; & misericordiam est consecutus. Qui veritatem sibi notam oppugnat, vix convertitur.

zigkeit von GOtt wiederfahren: dieweil ich es unwissend gethan habe im Unglauben.

14. Aber die Gnade unsers HErrn durch den Glauben, und die Liebe in Christo JEsu, ist an mir desto reicher gewesen.

15. Denn dieses ist ein getreues Wort, und alles Annehmens werth: daß Christus JEsus in diese Welt gekommen ist, die Sünder selig zu machen, unter welchen ich der Vornehmste bin.

16. Aber darum habe ich Barmherzigkeit erlanget, daß Christus JEsus an mir zum ersten alle Geduld erzeigte, denjenigen zum Unterricht, welche an ihn glauben werden zum ewigen Leben.

17. Aber dem Könige der Ewigkeit, dem unsterblichen, unsichtbaren, einigen GOtt, sey Ehre, und Preis in alle Ewigkeit. Amen.

IV. 18. Dieses Geboth befehle ich dir, mein Sohn Timothee, nach den vorigen Weißagungen von dir, daß du in denselbigen einen guten Kampf streitest,

19. Und den Glauben habest, sammt einem guten Gewissen, welches etliche verworfen, und im Glauben Schiffbruch gelitten haben:

20. Aus welchen ist Hymenäus, und Alexander: die ich dem Satan übergeben habe, damit sie lernen, nicht mehr zu lästern.

Das zweyte Capitel.

I. Paulus ermahnet Timotheum, daß man für alle bethen soll, sonderlich für die Könige, und Obrigkeit. 1. II. Will, daß sich dem Gebethe alle Manns- und Weibspersonen ergeben, diese zwar in züchtiger, ehrbarer Kleidung, in Demuth, und Stillschweigen. 8.

1. So ermahne ich nun bittlich, daß vor allen Dingen geschehe bittliches Flehen, Gebeth, Fürbitte, und Danksagung für alle Menschen:

2. Für die Könige, und für alle Obrigkeit, auf daß wir ein ruhiges und stilles Leben führen mögen, in aller Gottseligkeit, und Ehrbarkeit.

3. Denn solches ist gut, und angenehm vor GOTT unserm Heiland,

4. Welcher will, daß alle Menschen selig werden, und zur Erkenntniß der Wahrheit kommen.

5. Denn es ist ein GOtt, so ist auch ein Mittler zwischen GOtt und den Menschen, der Mensch Christus JEsus,

6. Der sich selbst zur Erlösung gegeben hat für alle Menschen, zum Zeugniß in seinen Zeiten:

consecutus sum: quia ignorans feci in incredulitate.

14. Superabundavit autem gratia Domini nostri cum fide, & dilectione, quæ est in Christo Jesu.

15. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus; quod Christus Jesus venit in hunc mundum *d*, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. *d Matth. 9. 13. Marc. 2. 17.*

16. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Jesus omnem patientiam ad informationem eorum, qui crediturí sunt illi, in vitam æternam.

17. Regi autem sæculorum immortali, invisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

IV. 18. Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam,

19. Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt:

20. Ex quibus est Hymenæus, & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut discant, non blasphemare.

CAPUT II.

I. Vult pro regibus & magistratibus fieri orationes ac gratiarum actiones. 1. II. Docet, quomodo orare debeant vir ac mulier, & quomodo hæc orare debeat, non autem docere, sed in silentio discere. 8.

1. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus:

2. Pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.

3. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo,

4. Qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

5. Unus enim Deus, unus & mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus,

6. Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis:

7. In

℣. 14. *Superabundavit gratia Domini.* i. Supra modum & mensuram exuberavit, cum me ex lupo oviculam fecit.

℣. 15. *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.* Certus & indubitatus, omni approbatione dignus. *Quorum* Peccatorum *primus ego sum.* Qui vere humilis est, ad proprios tantum defectus attendit animum.

℣. 17. *Regi sæculorum.* Qui sæcula omnia condidit & regit.

℣. 18. *Hoc præceptum.* Illud de quo v. 3. ut Episcopatum Ephesinum susciperet, falsis doctoribus resisteret. *Præcedentes.* Quibus revelatum fuerat, eum electum a Deo esse verbi divini ministrum. *Milites.* Sic te gerus in hoc ministerio, ut reipsa comprobes vera extitisse, quæ de te fuerunt prædicta. Alii *Prophetiæ* nomine divinarum Scripturarum cognitionem intelligunt: sensus erit, hoc præceptum tibi commendo, ut quemadmodum a puero sacras litteras didicisti, ita in illis te exerceas, prædicandi munere rite defungaris.

℣. 19. *Habens fidem & bonam conscientiam.* Quæ duo juncta esse oportet ad boni & strenui militis Christi munus obeundum. *Quam.* Bonam conscientiam ab omni crimine alienam. *Quidam repellentes.* Ut Alexander & Hymenæus. *Circa fidem naufragaverunt.* Fidem amisere.

℣. 20. *Et Alexander.* Alexander ille est, cujus mentionem facit in posterieri Epist. cap. 4. *Quos tradidi Satanæ.* Excommunicati, & ab Ecclesia ejecti, Satanæ traditi sunt. *Ut discant, non blasphemare.* Ut resipiscant. Quicumque fidem evertunt, illi excommunicatione plectuntur: quisquis est extra Ecclesiam, is potestati Satanæ subjicitur.

CAPUT II.

℣. 1. *Obsecro igitur primum omnium.* Ante omnia te hortor. *Fieri obsecrationes, &c.* Gr. δεήσεις. Supplicationes ad removenda mala, deprecationes quidam interpretantur. *Orationes.* προσευχας. Bonorum petitionem. *Postulationes.* ἐντεύξεις. Cum interpellamus Deum pro aliorum salute. Sic voces Græcas exponunt.

℣. 2. *Pro regibus &c. ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate.* Vox Græca gravitatem morum & honestatem significat. Hanc pacem optat Ecclesiæ, quæ sit cum honestate & pietate conjuncta, non otiosam & mollem.

℣. 4. *Qui omnes homines vult salvos fieri.* Ex parte sua, & quidem voluntate seria & efficaci, si homines velint præstare, quæ ab iis requiruntur. Aug. Lib. de Spir. & Litt. cap. 55. *Misericordiæ divinæ nulli sunt fines præscribendi.*

℣. 5. *Unus enim Deus.* Sicut est unus Deus, ita & unus mediator, non intercessionis modo, sed & redemptionis: de hac quippe nunc agitur, ut ex proxime sequenti versu colligitur. Non ait, & unus mediator, *sed unus & mediator.* Utrumque ad Christum Jesum referens: adeo ut verba ita sint disponenda: unus enim Deus, unus Christus Jesus homo, isque mediator Dei & hominum. Ex quo illud probat, quod ante præmisit, Deum velle omnes homines salvos fieri, voluntate quidem antecedenti, sed seria & vera; unus creator, unus redemptor; pro omnibus incarnatus, ut esset pro omnibus mediator, solus & omnibus necessarius, qui nullo eget alio mediatore.

℣. 6. *Qui dedit redemptionem.* Gr. Pretium redemptionis. *Semetipsum pro omnibus.* Nam pro omnibus satisfecit. *Testimonium temporibus suis.* Cujus testimonium temporibus suis confirmatum est; se pretium dedit pro omnibus; quæque dixit, cuncta evenerunt: atque hæc redemptio est testimonium divinæ charitatis, & Evangelicæ veritatis, idque tempore a Deo constituto, & a Prophetis prædicto.

7. In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate.

II. 8. Volo ergo, viros orare in omni loco, levantes puras manus sine ira, & disceptatione.

a 1. Petr. 3. 3. 9. Similiter *a* & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa:

10. Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

11. Mulier in silentio discat, cum omni subjectione.

b 1. Cor. 14. 34. 12. *b* Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio.

c Gen. 1. 27. 13. Adam *c* enim primus formatus est, deinde Heva.

d Gen. 3. 6. 14. Et *d* Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

15. Salvabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

CAPUT III.

I. Docet Timotheum, quales esse debeant Episcopi, Diaconi, ac mulieres. 2. II. Monet hone conversari in Ecclesia, quæ est columna veritatis, & magnum Dominicæ Incarnationis Sacramentum explicat. 14.

1. Fidelis sermo: si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

a Tit. 1. 7. I. 2. Oportet *a* ergo Episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem,

3. Non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigosum, non cupidum, sed

4. Suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.

5. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?

6. Non neophytum: ne in superbiam elatus, in judicium incidat diaboli.

7. In welchem ich zu einem Prediger, und Apostel gesetzt bin (ich sage die Wahrheit, und lüge nicht) zum Lehrer der Heyden im Glauben, und in der Wahrheit.

II. 8. So will ich nun, daß die Männer bethen an allen Orten, und reine Hände aufheben, ohne Zorn, und Zank.

9. Deßgleichen auch die Weiber, daß sie mit ehrlicher Kleidung, mit Scham und Zucht sich schmücken, nicht mit gezöpften Haaren, oder mit Gold, oder Perlen, oder köstlicher Kleidung:

10. Sondern wie es den Weibern wohl anstehet, so die Gottseligkeit üben wollen durch gute Werke.

11. Ein Weib soll in der Stille lernen, mit aller Unterthänigkeit.

12. Aber lehren, und über den Mann herrschen, laß ich einem Weibe nicht zu: sondern daß sie stille sey.

13. Denn Adam ist erstlich erschaffen worden, darnach Heva.

14. Und Adam ist nicht verführet: aber das Weib ist verführet, und in die Sünde gerathen.

15. Sie wird aber selig werden durch Kindergebähren, so sie im Glauben bleiben wird, und in der Liebe, und in der Heiligung, sammt der Zucht, und Nüchternkeit.

Das dritte Capitel.

I. Paulus lehret, welche Sitten, und Tugenden einem Bischof, und Diacenen am besten anstehen. 2. II. Ermahnet Timotheum, daß er in aller Ehrerbiethigkeit in der Kirche GOttes wandele, und offenbare das Geheimniß der Menschwerdung GOttes. 14.

1. Es ist ein getreues Wort: so jemand ein Bischofsamt begehret, der begehret ein gutes Werk.

I. 2. Aber ein Bischof muß unsträflich seyn, nur eines Weibes Mann, nüchtern, vorsichtig, ehrbar, züchtig, gastfrey, gelehrt,

3. Nicht weinsüchtig, nicht ein Schläger, sondern eingezogen, nicht zänkisch, nicht begierig, sondern

4. Der seinem eigenen Hause wohl vorstehe, der unterthänige Kinder habe, mit aller Ehrbarkeit.

5. So aber jemand seinem eigenen Hause nicht weißt vorzustehen, wie soll er der Kirche GOttes fleißig vorstehen?

6. Der nicht ein Neuling sey: auf daß er sich nicht in Hofahrt erhebe, und in des Teufels Gericht falle.

7. Er

ỳ. 7. *In quo positus sum ego prædicator & Apostolus.* Gr. Ad quod testimonium gentibus publicandum positus sum, & missus doctor gentium fidelis & verax.

ỳ. 8. *Volo ergo viros orare in omni loco.* Publice destinato: non solum Jerosolymæ, sed ubique. *Sine ira.* Et disceptatione, ut animus omnis odii & contentionis sit expers. Itaque manus sint puræ ab omni scelere, cor omni odio vacet: quæ effectum orationis inhibent.

ỳ. 9. *Similiter & mulieres in habitu ornato.* Decenti & modesto, non neglecto; pudore, modestia & castitate ornentur. Luxus, & insani sumptus, sæcularis fastus in mulieribus spiritum humilitatis, & compunctionis, quo ut fundamento preces nituntur, penitus extinguunt; sed habenda tamen est ratio status & conditionis, quæque in certis occasionibus exigit prudentia, præcepto Apostoli non adversantur.

ỳ. 10. *Sed quod decet mulieres promittentes.* i. Profitentes *pietatem.* Sic videtur oratio construenda: sed per opera bona, ut decet profitentes pietatem, ita se ornent. Alii hæc verba, *per opera bona*, jungunt cum his verbis: *Ornantes se non in tortis crinibus, &c.* Sed per bona opera: quæ verba legunt per parenthesim.

ỳ. 12. *Docere autem mulieri non permitto.* Mox rationem subjicit, cur mulieres docere non debeant.

ỳ. 13. *Adam enim primus formatus est.* Et mulier post virum, eaque viri causa formata, post peccatum viro subjecta; neque id æquum esset, ut mulier posteriori loco creata virum sibi subjiceret.

ỳ. 14. *Et Adam non est seductus.* Non credidit verbis serpentis, sed ne uxorem contristaret, fructum vetitum comedit. *Prævaricatione.* Prævaricata est, & seductam se fuisse confessa est. Adam sciens & volens, amore in uxorem victus, cum illa perire voluit. Itaque doctrina huic sexui, qui præceptum Dei tam male est interpretatus, committi non debet. Semel mulier docuit virum, quod fructus esset pulcher visu, & gustu suavis, atque omnia pervertit.

ỳ. 15. *Salvabitur autem per filiorum generationem.* Educationem & institutionem. *Si permanserit.* Græc. *Si permanserint in fide.* Filii nimirum, aut etiam mulieres: si fidem sibi traditam conservent. *Cum sobrietate.* Castitate, & temperantia ab illecebris, & omni libidine, quod vox Græca σωφροσύνης, significat.

CAPUT III.

ỳ. 1. *Fidelis sermo.* Certus & fide dignus. *Si quis Episcopatum desiderat.* Bonum præclarum opus est, periculis plenum desiderat. Quibus virtutibus ornatus esse debeat Episcopus ante electionem, primum exponit, tum ad illius functiones descendit.

ỳ. 2. *Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse.* Ab omni criminis suspicione alienum. Hoc unico verbo omne virtutum genus expressit: Chrysost. Ante omnia procul sit ab incontinentiæ vitio, cujus indicium quoddam est secundas inire nuptias. Unde si aliquem e sæcularibus eligere necesse sit, monogamus assumatur, non is, qui uxori mortuæ alteram superinduxerit. Itaque Episcopus is esse debet, qui gregi suo invigilet, & prospiciat. *Prudentem.* Gr. σώφρονα. Quæ vox prudentem & pudicum significat. *Ornatum.* Gr. *Compositum.* Moderatum; atque hæ dotes sint hominis in se ipso spectati: sed aliorum habita ratione, exteros hospitio excipiat. *Hospitalem.* Omnino aliis instruendis sit idoneus, *doctorem.* Quomodo reget sine prudentia, aut ædificabit alios sine modestia, aut quomodo docebit indoctus?

ỳ. 3. *Non vinolentum &c.* Eædem virtutes præscribuntur, cum vitia opposita prohibentur. Non vino deditum. *Non cupidum.* Aut ad res plus satis attentum; non pecuniæ amantem. Gr. αἰσχροκερδῆ. *Non turpis lucri cupidum.*

ỳ. 4. *Suæ domui bene præpositum.* Domum suam bene regentem. *Filios habentem subditos.* Si quos ante Episcopatum genuerit. *Cum omni castitate.* Vox Græca castitatem, gravitatem, honestatem significat.

ỳ. 5. *Si quis domui suæ præesse nescit.* Si paucos & suos non potest regere, quomodo tam multorum, & tam diversi status, sexus, conditionis, curam geret?

ỳ. 6. *Non neophytum.* Quasi nuper natum, aut recens insitum Christo per baptismum. Bernard. serm. 18. in

Can-

7. Er muß aber auch gutes Zeugniß haben von denen, die draußen sind, auf daß er nicht in Schmach falle, und in den Strick des Teufels.

8. Deßgleichen sollen auch die Diaconen züchtig seyn, nicht zweyzüngig, nicht vielem Wein ergeben, nicht schändlichen Gewinns begierig:

9. So da das Geheimniß des Glaubens in einem reinen Gewissen haben:

10. Diese aber soll man auch zuvor prüfen: und also sollen sie dienen, wenn sie unsträflich sind.

11. Deßgleichen sollen die Weiber schamhaftig seyn, nicht hinterklästig *, nüchtern, getreu in allen Dingen.

* ehrabschneiderisch.

12. Die Diaconen sollen nur eines Weibes Mann seyn: sollen ihren Kindern, und ihren Häusern wohl vorstehen.

13. Denn die ihren Dienst wohl verrichten, die werden ihnen selbst gute Staffel erlangen, und ein großes Vertrauen in dem Glauben, der in Christo JEsu ist.

II. 14. Dieses schreibe ich dir, in Hoffnung, daß ich bald zu dir kommen werde.

15. So ich es aber verziehen werde, daß du alsdann wissest, wie dir gebühre zu wandeln in dem Hause GOttes, das die Kirche des lebendigen GOttes ist, eine Saul und Grundveste der Wahrheit.

16. Und offenbarlich groß ist das Geheimniß der Gottseligkeit, welches geoffenbaret ist im Fleische, gerechtfertiget im Geiste, erschienen den Engeln, geprediget den Heyden, geglaubt in der Welt, aufgenommen in die Herrlichkeit.

Das vierte Capitel.

I. Paulus weißaget, es werden Ketzereyen entstehen wider die rechtmäßige Heyrath, und Gebrauch etlicher gewisser Speisen. 1. II. Lehret, daß ein Bischof seyn soll ein Vorbild der Heiligkeit, und fleißig auf sich, und seine Lehre Acht geben, GOttes Wort lesen, predigen, und auch selbst halten. 6.

1. Der Geist aber sagt ausdrücklich, daß in den letzten Zeiten etliche vom Glauben abfallen werden, und irrigen Geistern, und Teufelslehren anhangen, derjenigen,

7. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

8. Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:

9. Habentes mysterium fidei in conscientia pura:

10. Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

11. Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

12. Diaconi sint unius uxoris viri: qui filiis suis bene præsint & suis domibus.

13. Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Jesu.

II. 14. Hæc tibi scribo, sperans, me ad te venire cito.

15. Si autem tardavero, ut scias, quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis.

16. Et manifeste magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

CAPUT IV.

I. Prædicit suboriturus hæreses damnantium nuptias & certos cibos. 1. II. In Timotheo commendat Episcopis studium pietatis, lectionem S. Scripturæ, prædicationem verbi divini & bonum exemplum. 6.

1. Spiritus autem manifeste dicit, quia *a* in novissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,

a 2. *Tim.* 3. 1. 2. *Pet.* 3. 3. *Judæ.* 18.

2. In

Cantica: Disce tu non nisi de pleno effundere, ne Deo largior esse velis. *Elatus.* Quod tam magna dignitate auctus sit. *Diaboli.* Perinde ut diabolus, qui præ superbia periit, condemnetur; vel ne in potestatem diaboli incurrat, aut hominum calumniis exponatur.

℣. 7. *Ut non in opprobrium incidat.* Ne scandalo sit gentibus. Ad diaconos deinde progreditur.

℣. 8. *Diaconos similiter pudicos.* Consimiles pene dotes in diaconis exigit, seu in seipsis, seu in familia sua spectentur. *Pudicos, non bilingues.* In sermone inconstantes, mendaces: aliud in ore, aliud in pectore habentes. De Presbyteris tacet: nam quæ de Episcopis dixit, ea quoque Presbyteris congruunt. Chrys. Virtutes exigit in Diaconis, quæ eorum officiis congruunt; Sacra Mysteria, & cura virginum impudico committi non debent; nec Ecclesiæ negotia violento, aut patrimonium pauperum avaro.

℣. 9. *Habentes mysterium fidei in conscientia pura.* Cum fide mysteriorum firma puram conscientiam conjunctam habeant, & morum integritate palam faciant se puram habere fidem.

℣. 10. *Et sic ministrent, nullum crimen habentes.* Vox Græca criminationem significat; ita se gerant, ut data occasione, in jus non vocentur, nec quidquam illis objici possit. *Et hi probentur primum.* Hinc, antequam ad diaconatum evehuntur, probentur.

℣. 11. *Mulieres similiter pudicas.* Quod si Diaconi sint conjugio adstricti, horum uxores sint pudicæ; vel loquitur de Diaconissis Ecclesiæ ministerio addictis. *Non detrahentes.* Gr. *Non calumniatrices.* Tum enim Ecclesiam linguæ intemperie conturbabunt, aut si minus castæ fuerint, Ecclesiæ erunt dedecori, aut detrimento, si fideles non sint.

℣. 12. *Diaconi sint unius uxoris viri.* Neque in Episcopis, neque in Diaconis quidquam tolerat Ecclesia, quod sacri conjugii Christi cum Ecclesia obstet imagini.

℣. 13. *Qui enim bene ministraverint, gradum bonum sibi acquirent.* Tum apud Deum, tum in Ecclesia gradum sibi facient ad dignitatem majorem, ad Presbyterii, aut Episcopatus munus. *Fiduciam.* Græc. Libertatem bene agendi, juxta fidei præscripta: quod munus intrepide & confidenter gerant.

℣. 14. *Hæc tibi scribo, sperans, me ad te venire cito.* sc. Venturum Ephesum.

℣. 15. *Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari.* sc. In Ecclesia, quæ est domus Dei vivi. In ea sola est unitatis Cathedra adversus idololatriam, veritatis doctrina adversus hæreses, & vita charitatis. Idololatria unitatem, hæresis veritatem, schisma charitatem evertit. *Columna & firmamentum veritatis.* Quæ veritatem tuetur; quid a Deo sit revelatum, & quo sensu, exponit. Quicumque huic columnæ firmiter non adhærebit, erroris vento abripietur.

℣. 16. *Et manifeste est magnum pietatis Sacramentum.* Gr. Haud dubie. Magnum est Incarnationis mysterium. *Manifestatum.* Græce relativum, *quod*, deest; sed loco ejus est. *Deus.* Nempe, Christus Deus, qui est magnum illud pietatis & religionis Sacramentum. *Qui manifestatus est in carne.* Qui per carnis assumptionem hominibus innotuit. *In Spiritu.* Per Spiritum sanctum, & plenitudinem gratiæ sanctificatus; vel qui justus apparuit & declaratus est per Spiritum sanctum. Vox illa, *justificatus*, apud 70. interdum id ipsum significat quod *declaratus.* Aut confirmatus virtute scilicet Spiritus sancti, qui in discipulos effusus est. *Apparuit Angelis.* Græc. *Visus est.* Ab Angelis in præsepio, Deus homo, quem antea non viderant. *Assumptum in gloria.* In die Ascensionis. Mysterium illud amoris totum Christum complectitur, caput & membra; mysterium pietatis & veritatis, quo religio omnis continetur; ab æterno absconditum in decretis divinis, & in figuris veteris Testamentum occultatum, id manifestatum fuit hominibus, cum Verbum caro factum est.

CAPUT IV.

℣. 1. *Spiritus autem manifeste dicit.* Per revelationem nobis, aut Prophetis factam. *Novissimis.* Gr. *In posterioribus temporibus, discedent.* In Timothei persona Episcopos admonet, ut ab hæreticis, qui erant futuri, sibi caveant, iisque sanam opponant doctrinam.

2. In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam:

3. Prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognoverunt veritatem.

4. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur:

5. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

II. 6. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi JESU, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es.

b Sup. 1. 4. 2. Tim. 2. 23. Tit. 3. 9.

7. Ineptas *b* autem, & aniles fabulas devita: exerce autem teipsum ad pietatem.

8. Nam corporalis exercitatio, ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

9. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.

10. In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum vivum, qui est Salvator omnium hominum, maxime fidelium.

11. Præcipe hæc, & doce.

12. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate.

13. Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

14. Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterii.

15. Hæc meditare, in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus.

16. Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum salvum facies, & eos, qui te audiunt.

CAPUT V.

I. Docet Episcopum providere omnibus Ecclesiæ statibus. 1. II. De viduis rite disponere. 3. III. Presbyteros probe suo fungentes munere honorare, sed peccantes publice arguere, mandata servare, nemini cito manus imponere, &c. 17.

2. Welche in Häucheley Lügen reden, und ein Brandmaal haben in ihrem Gewissen:

3. Welche verbiethen ehelich zu werden, und sich von Speise zu enthalten, die GOTT geschaffen hat, mit Danksagung zu genießen, den Glaubigen, und denjenigen, so die Wahrheit erkannt haben.

4. Denn eine jegliche Creatur GOttes ist gut, und ist nichts zu verwerfen, was mit Danksagung genommen wird:

5. Denn es wird geheiliget durch das Wort GOttes, und durch das Gebeth.

II. 6. Wenn du dieses den Brüdern vorträgest, so wirst du ein guter Diener Christi JEsu seyn, der erzogen ist in den Worten des Glaubens, und in der guten Lehre, die du erlanget hast.

7. Aber der unnützen altvetterischen * Fabeln entschlage dich: und übe dich selbst in der Gottseligkeit. * weiberischen.

8. Denn die leibliche Uebung ist zu wenigem nutz: aber die Gottseligkeit ist zu allen Dingen nutz, und hat Verheißung, sowohl dieses, als des zukünftigen Lebens.

9. Dieses ist ein getreues Wort, und alles Annehmens werth.

10. Denn hierinnen bemühen wir uns, und werden verflucht, daß wir unser Vertrauen setzen auf den lebendigen GOtt, der ein Heiland ist aller Menschen, insonderheit aber der Glaubigen.

11. Solches gebiethe, und lehre.

12. Niemand verachte deine Jugend: sondern sey du ein Vorbild der Glaubigen im Worte, im Wandel, in der Liebe, im Glauben, in der Keuschheit.

13. Halte an mit Lesen, mit Ermahnen, und mit Lehren, bis daß ich komme.

14. Versäume die Gnade nicht, die in dir ist, welche dir durch die Prophezeyhung mit Auflegung der Hände des Priesterthums gegeben ist.

15. Diesen Dingen sollst du nachsinnen, und darinnen dich üben: auf daß dein Fortgang vor jedermann offenbar sey.

16. Habe acht auf dich selbst, und auf die Lehre: und halte an in diesen Stücken. Denn wenn du das thust, so wirst du dich selbst selig machen, sammt denjenigen, die dich hören.

Das fünfte Capitel.

I. Paulus lehret, wie sich ein Bischof gegen jedermann verhalten soll. 1. II. Wie er vor die Wittwen Sorge tragen soll. 3 III. Befiehlt, daß er die Priester verehre, freygebig unterhalte, nicht alsbald einem jeglichen die Hände auflege, die Uebertretter aber der Gebühr nach abstrafe. 17.

1. Einen

¥. 2. *In hypocrisi loquentium mendacium.* Loquentes, vitæ sanctitatem simulantes. *Cauteriatam.* Habentes inustam velut cauterio & igne concupiscentiæ conscientiam, vitiorum quasi stigmate adustam & notatam, ut servi diabolo addicti.

¥. 3. *Prohibentium nubere &c.* In hunc censum postea venerunt Marcionitæ, Encratistæ, Manichæi, qui legitimum matrimonium & carnium usum sine discrimine prohibebant. *Abstinere.* Præcipientes abstinentiam a cibis; adeo ut sit ellipsis quædam, ac supplendum sit verbum, præcipientes. *Creavit.* Atque ut cibi ex accidente, & abusu infidelium vitiarentur; fidelibus tamen, qui iis utuntur, ut par est, quique ob accepta a Deo beneficia gratias agunt, minime obsunt. Abstinere ab usu carnium, vel ex superstitione quadam instar Ethnicorum, vel ex ritu Judaico, aut ex hæretica pertinacia, nefas est: sed abstinere vel ex obedientia, vel ex pœnitentiæ, aut subigendæ carnis studio, virtutis est, & pietatis officium.

¥. 4. *Quia omnis creatura Dei bona est.* Ex natura sua. Quidquid ad Deum, ut ad principium suum, aut finem referri potest, bonum est. *Et nihil rejiciendum.* Tamquam malum & opus dæmonis, ut docebant hæretici illius temporis.

¥. 5. *Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem.* Purgatur per orationem, quæ adhibetur a fidelibus, & per fidem in corde credentium vigentem, qua bene utimur donis Creatoris.

¥. 6. *Bonus eris minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei.* Innutritus, & sana doctrina imbutus. *Assecutus.* In qua es exercitatus a pueritia.

¥. 7. *Ineptas autem.* Gr. *Profanas. Et aniles fabulas devita.* Gr. *Rejice.* Quæque ab hæreticis jactabantur, potissimum a Simonianis, & Gnosticis. *Exerce te ipsum ad pietatem.* Veram in cultu sincero Dei existentem.

¥. 8. *Nam corporalis exercitatio.* Quod nonnulli ad jejunia perperam referunt, cum jejunium sit spiritalis exercitatio. Vox Græca palæstricas exercitationes designat, quæ ad corporis tantummodo valetudinem, aut robur prosunt. Exercitationis corporalis nomine Apostolus intelligit id omne, quod ad corpus tantum spectat, non ad animam. *Pietas ad omnia utilis est.* Nam rebus omnibus bene utitur; & remuneratur etiam in hac vita, saltem per ejus augmentum, & dona spiritalia.

¥. 10. *In hoc enim laboramus.* Ob hanc causam, seu ob vitam æternam, tot mala perferimus, tam magnos labores toleramus.

¥. 11. *Præcipe hæc, & doce.* De quibus dixi; cum auctoritate præcipe, cum charitate doce.

¥. 12. *Nemo adolescentiam tuam.* Græc. Juventutem contemnat; sic te gere exemplo & verbo, in sermone gravi, ut in vivendi ratione. *Nemo te contemnat.* Vitæ sanctitas ætatis defectum supplet.

¥. 13. *Attende lectioni.* Scripturæ sacræ. *Gratiam.* Gr. *Donum.* Episcopalis muneris. *Presbyterii.* Cum a multis Episcopis juxta Spiritus sancti revelationem ordinatus fuisti; vel in cœtu eorum, qui præsunt Ecclesiæ.

¥. 16. *Attende tibi.* Vitæ tuæ rationi, & aliorum institutioni, ut bene vivas, & alios recte instituas. *Insta in illis.* Tibi & aliis consulendo in his persevera.

1. Einen Aeltern sollt du nicht schelten, sondern ermahnen, wie einen Vater: die Jungen, wie Brüder:
2. Die alten Weiber, wie Mütter: die jungen Weiber, wie Schwestern, in aller Keuschheit:
II. 3. Ehre die Witwen, welche rechte Witwen sind:
4. Wenn aber eine Witwe Kinder hat, oder Kindeskinder: so lerne sie zuvor ihr eigenes Haus regieren, und den Aeltern gleiches mit gleichem vergelten: denn das ist vor GOtt angenehm.
5. Welche aber eine rechte Witwe, und verlassen ist, die soll ihr Vertrauen auf GOtt setzen, und Nacht und Tag mit Flehen und Bethen anhalten.
6. Denn welche in Wollüsten lebet, die ist lebendig todt.
7. Und dieses sollt du gebiethen, auf daß sie unsträflich sind.
8. Wenn aber jemand für die Seinigen, und insonderheit für seine Hausgenossen nicht Sorge trägt, der hat den Glauben verläugnet, und ist ärger dann ein Unglaubiger.
9. Laß keine Witwe erwählen, die unter sechzig Jahren sey, die nur eines Mannes Weib gewesen sey:
10. Die ein Zeugniß habe, daß sie in guten Werken geübet sey, so sie Kinder auferzogen hat, so sie gastfrey gewesen ist, so sie die Füße der Heiligen gewaschen hat, so sie den Trübseligen Handreichung gethan hat, so sie allen guten Werken nachgekommen ist.
11. Aber der jungen Witwen entschlage dich. Denn wann sie aus Ueberfluß in Christo geil worden sind, so wollen sie heyrathen:
12. Und haben die Verdammniß, darum, daß sie den ersten Glauben gebrochen haben.
13. Darneben sind sie Müßiggängerinnen, und lernen durch die Häuser herumlaufen: nicht allein aber sind sie müßig, sondern auch geschwätzig, und fürwitzig, und reden, was sich nicht gebühret.
14. Derowegen will ich, daß die jungen Witwen heurathen, Kinder gebähren, Hausmütter seyn, und dem Widersacher keine Ursache geben, etwas Böses zu reden.
15. Denn es haben sich schon etliche zurückgewendet zu dem Satan.
16. So jemand von den Glaubigen Witwen hat, der versorge sie, und lasse die Kirche nicht beschweren: damit diejenigen, so wahrhaftig Witwen sind, ihre Nothdurft haben.
III. 17. Die Priester, welche wohl vorstehen, soll man zweyfacher Ehre würdig achten: insonderheit, die im Worte, und in der Lehre arbeiten.
18. Denn die Schrift sagt: Einem Ochsen, der drischet, sollst du das Maul nicht zubinden. Und: Ein Arbeiter ist seines Lohnes werth.
19. Nimm keine Klage an wider einen Prie-

1. Seniorem ne increpaveris, sed obsecra, ut patrem: juvenes, ut fratres:
2. Anus, ut matres: juvenculas, ut sorores in omni castitate:
II. 3. † Viduas honora, quæ vere viduæ sunt:
4. Si qua autem vidua filios, aut nepotes habet: discat primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo.
5. Quæ autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die.
6. Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est.
7. Et hoc præcipe, ut irreprehensibiles sint.
8. Si quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.
9. Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit unius viri uxor:
10. In operibus bonis testimonium habens, si filios educavit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.
11. Adolescentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt:
12. Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.
13. Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes, quæ non oportet.
14. Volo ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.
15. Jam enim quædam conversæ sunt retro satanam.
16. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, & non gravetur Ecclesia: ut iis, quæ vere viduæ sunt, sufficiat.
III. 17. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo, & doctrina.
18. Dicit enim Scriptura: *a* Non alligabis os bovi trituranti. Et: *b* Dignus est operarius mercede sua.
19. Adversus Presbyterum accusationem noli

† *PRO NEC VIRGINE, NEC MART.*

a Deut. 25. 4. 1. Cor. 9. 9.
b Matth. 10. 10. Luc. 10. 7.

CAPUT V.

℣. 1. *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut patrem.* Vox Græca etiam significat *hortare.* Quædam ætatis habenda est reverentia. Chrys. *Grave quiddam molestum est argui: oportet molestiam rei mansuetudinis temperamento lenire.*

℣. 2. *Anus, ut matres: juvenculas ut sorores, in omni castitate.* Pure & circumspecte cum iis agendum: castitas sit in corde, in oculis. In auribus, in sermone, in gestu: habenda est ratio loci & temporis.

℣. 4. *Discat.* Vox Græca hæc duo significat. *Discat & doceat.* Utrique sua ratio constat. Discant filii matres viduas alere, ne gravetur Ecclesia; vel doceant viduæ familias suas pie & religiose vivere, ac mutuam parentibus vicem reddere, idque potissimum cum ii sunt filii, qui parentes alere possint, aut juvare. Parentes a liberis fructum bonæ institutionis, ut vicissim liberi pietatis suæ erga parentes fructus percipiant.

℣. 5. *Quæ autem vere vidua est.* Omni præsidio destituta: quales erant plurimæ e Judaismo, aut Paganismo ad fidem Christi conversæ.

℣. 6. *Nam quæ in deliciis est, vivens mortua est.* Quoad vitam æternam, aut coram Deo, carens vita gratiæ.

℣. 8. *Fidem negavit.* Factis. *Et est infideli deterior.* Qui naturæ quodam impulsu suorum curam gerit.

℣. 9. *Vidua.* Quæ sit Diaconissa, & ab Ecclesia alenda secundum S. Hieron. *Eligatur non minus sexaginta annorum.*

℣. 10. *Si omne opus bonum subsecuta.* Seu prosecuta est, si in omne opus bonum intenta fuerit.

℣. 11. *Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo.* Cum adversus fidem Christo datam lascivierint, aut fornicatæ fuerint. *Devita.* In numerum alendarum ab Ecclesia admitti non debent ob scandali periculum, postquam oneri fuerunt Ecclesiæ, & ejus expensis educatæ, volunt nubere.

℣. 12. *Habentes damnationem.* Quod votum continentiæ fregerint.

℣. 13. *Otiosæ.* Vitam agunt otiosam & inutilem, curiosam plane.

℣. 14. *Volo ergo.* Malim juniores viduas nubere, quam votum violando peccare, & aliis esse offendiculo: non legem præscribit, sed remedium proponit, ac minus bonum, sed necessarium, majori bono anteponendum.

℣. 15. *Jam enim quædam conversæ sunt retro Satanam.* Jam præ incontinentia viam salutis deseruerunt, ut Satanæ adhæreant per apostasiam, aut nubentes post votum emissum.

℣. 16. *Si quis fidelis habeat viduas.* Sibi propinquitate conjunctas. *Ut iis, quæ vere viduæ sunt, sufficiat.* Quæ omni subsidio sunt destitutæ.

℣. 17. *Qui bene præsunt Presbyteri duplici honore digni habeantur.* Abundantiori præmio; apud Hebræos honorare non tam est revereri, quam præbere necessaria: hinc etiam apud Latinos munus honorarium dicitur.

℣. 19. *Adversus presbyterum accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus.* Ne Presbyteri pateant calumniis in dedecus Ecclesiæ. Presbyter dicitur non ætate, sed gradu.

noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus.

20. Peccantes coram omnibus argue, ut & ceteri timorem habeant.

21. Testor coram Deo, & Christo JESU, & electis angelis, ut hæc custodias sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

22. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.

23. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere, propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.

24. Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium: quosdam autem & subsequuntur.

25. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

CAPUT VI.

I. Docet docenda, nempe ut servi dominis suis obsequantur, sive fidelibus sive infidelibus. 1. *II. Ut omnes fugiant nova dogmata, eorum authores & avaritiam.* 3. *III. Ut sectentur cum Timotheo solidas virtutes.* 11. *IV. Divites vero humilitatem & liberalitatem.* 17.

1. Quicumque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur.

2. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis serviant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare.

II. 3. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ,

4. Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum: ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ,

5. Conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

† *S. ALEXII.* 6. † Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.

a Job. 1, 21. *Eccli.* 5. 14. 7. Nihil *a* enim intulimus in hunc mundum: haud dubium, quod nec auferre quid possumus.

b Prov. 27. 26. 8. Habentes *b* autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti sumus.

9. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.

ster: es sey dann unter zween oder drey Zeugen.

20. Welche sündigen, die strafe in Gegenwart aller, damit die andere auch Furcht haben.

21. Ich bezeuge vor GOtt, und vor Christo JEsu, und vor den auserwählten Engeln, daß du diese Dinge haltest ohne Nachtheil, und nichts thust, dich zu einem Theil schlagend.

22. Lege niemand bald die Hände auf, und mache dich fremder Sünden nicht theilhaftig. Halte dich selbst keusch.

23. Trinke nicht mehr Wasser, sondern gebrauche dich des Weins mäßig, um deines Magens willen, und dieweil du oft krank bist.

24. Etlicher Menschen Sünden sind offenbar, und gehen voran zum Gerichte: etliche aber folgen hernach.

25. Ingleichen sind auch die guten Werke offenbar: und welche anders geschaffen sind, die können nicht verborgen werden.

Das sechste Capitel.

I. Paulus befiehlt, die Diener sollen ihren Herren Gehorsam leisten 1. II. Strafet die Urheber neuer Lehren und Ketzereyen, und verflucht den Geiz, als einen Ursprung alles Uebels. 3. III. Bittet Timotheum, er soll sein Gemüthe nicht auf Reichthum schlagen, sondern auf die Gerechtigkeit. 11. IV. Ermahnet die Reichen, durch gute Werke den Himmel zu erwerben. 17.

1. Die Knechte, so viel ihrer unter dem Joche sind, sollen ihre Herren aller Ehre werth achten, damit der Name des HErrn, und die Lehre nicht gelästert werde.

2. Welche aber glaubige Herren haben, sollen dieselbigen nicht verachten, dieweil sie Brüder sind: sondern ihnen destomehr dienen, dieweil sie glaubig, und geliebt, und der Wohlthat theilhaftig sind. Diese Dinge lehre, und ermahne.

II. 3. So aber jemand anders lehret, und den heilsamen Reden unsers HErrn JEsu Christi nicht beyfällt, noch der Lehre, welche der Gottseligkeit ähnlich ist,

4. Der ist hoffärtig, und weis nichts, sondern ist gebrechlich in Fragen, und Wortkriegen: daraus entstehen Neid, Hader, und böser Argwohn,

5. Schulgezänke der Menschen, welche verkehrte Sinne haben, und der Wahrheit beraubet sind, vermeynend, die Gottseligkeit sey ein Gewerbe.

6. Es ist aber ein großer Gewinn, GOTT dienen, und sich begnügen lassen.

7. Denn wir haben nichts in diese Welt gebracht: so ist es ohne Zweifel, daß wir auch nichts werden davonbringen.

8. Wenn wir aber Nahrung und Kleider haben, so laßt uns damit zufrieden seyn.

9. Denn die da reich werden wollen, die fallen in Versuchung, und in den Strick des Teufels, und in viele unnütze und schädliche Begierden, die den Menschen ins Verderben, und in die Verdammniß senken.

10. Denn

℣. 20. *Argue.* Aut publice peccantes, aut judicio convictos.

℣. 21. *Testor.* Seu obtestor. *Ut hæc custodias sine præjudicio.* Sine personarum acceptione, vel citra anticipationem animi sententiam feras, ut Syrus vertit. Locus alteri dandus est objecta diluendi; non occupato animo, aut cum præcipitatione judicandum.

℣. 22. *Manus cito nemini imposueris.* Per ordinationem. *Communicaveris.* Si indignos ordinaveris. *Castum.* Justum, purum ab omni culpa, aut propria, aut aliena; vel de castitate proprie dicta loquitur.

℣. 23. *Noli adhuc aquam bibere.* Græc. Amplius & deinceps.

℣. 24. *Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium.* Hæc videntur eo referenda, manus cito nemini imposueris: quorumdam peccata ita sunt manifesta, ut examine non egeant, nam facile dignoscuntur; alia non nisi accurato examine indicata innotescunt, sed abscondi tamen diutius non possunt.

℣. 25. *Similiter & facta bona manifesta sunt.* Quorum bona opera non sunt adeo manifesta; nec tamen diu latere possunt. *Quæ aliter se habent.*

CAPUT VI.

℣. 1. *Ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.* Quasi servorum in dominos obsequium detraheret. Fides Christiana reipublicæ & familiarum ordinem non turbat, sed tuetur, & confirmat.

℣. 2. *Participes.* Ejusdem gratiæ participes.

℣. 4. *Superbus est, nihil sciens.* Quod ad veram pietatem pertineat, ut hæretici & plerique Catholici, qui circa inutiles quæstiones languescunt. *Blasphemiæ.* Convitia. *Suspiciones malæ.* Cum semper aliquid mali de aliis suspicantur.

℣. 5. *Conflictationes hominum mente corruptorum.* Græc. *Inanes disputationes.* Perversæ exercitationes. *Hominum.* Qui pietate Christiana abutuntur ad quæstum. *Victus parandi occasionem & subsidium, hunc ordinem esse judicantes.* Nazianz. Apol. 1.

℣. 6. *Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia.* Vera pietas efficit, ut eo contenti simus, quod sufficit. Gr. Pietas cum suæ sortis probatione.

℣. 8. *Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus.* Bernard. *Utinam superfluis ponatur modus, utinam non cupiamus in infinitum.*

10. Denn der Geiz * ist eine Wurzel alles Uebels, nach dem etliche gelüstet hat, und sind irregegangen vom Glauben, und haben sich in viele Schmerzen verwickelt. * Geldgeiz.

III. 11. Du aber, o du Mensch GOttes, fliehe vor diesen Dingen: gehe aber nach der Gerechtigkeit, Gottseligkeit, Glauben, Liebe, Geduld, Sanftmüthigkeit.

12. Kämpfe einen guten Kampf des Glaubens, ergreife das ewige Leben, dazu du berufen bist, und hast eine gute Bekenntniß gethan, vor vielen Zeugen.

13. Ich befehle dir vor GOtt, der alle Dinge lebendig machet, und vor Christo JESU, der unter Pontio Pilato Zeugniß gegeben, und eine gute Bekenntniß gethan hat,

14. Daß du dieses Geboth ohne Befleckung, und unsträflich bewahrest, bis auf die Zukunft unsers HErrn JEsu Christi:

15. Welche zu seiner Zeit zeigen wird, der da selig, und allein gewaltig ist, der König aller Könige, und HErr aller Herren:

16. Der allein die Unsterblichkeit hat, und wohnet in einem Lichte, dazu niemand kommen kann: den kein Mensch gesehen hat, noch sehen kann: welchem sey Ehre, und ewige Herrschaft. Amen.

IV. 17. Gebiethe den Reichen dieser Welt, daß sie nicht hoch gesinnet sind, noch ihr Vertrauen setzen auf den ungewissen Schatz der Reichthümer, sondern auf den lebendigen GOtt, (der uns alle Dinge im Ueberfluß zu genießen darstellet)

18. Und daß sie Gutes thun, und reich werden an guten Werken, gerne mittheilen, und Gemeinschaft halten,

19. Sammeln ihnen selbst zum Schatz einen guten Grund auf das künftige, damit sie das wahre Leben ergreifen.

20. O Timothee, bewahre das, was dir vertrauet ist, vermeide die unheilige Neuigkeit * der Worte, und das Widersprechen der falsch genannten Wissenschaft. **

* Neulichkeiten. ** der falsch berühmten Kunst.

21. Welche etliche verheißen haben, und sind vom Glauben abgefallen. Die Gnade sey mit dir. Amen.

10. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.

III. 11. Tu autem, o homo Dei, hæc fuge: sectare vero justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

12. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, * in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.

13. Præcipio tibi coram Deo, qui vivificat omnia, & Christo Jesu, qui testimonium reddidit *c* sub Pontio Pilato, bonam confessionem, *c Matth. 27. 11.*

14. Ut serves mandatum sine macula irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi: *Joan. 18. 33. 37.*

15. Quem suis temporibus ostendet *d* beatus & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium: *d Apoc. 17. 14. & 19. 16.*

16. Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: *e* quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium sempiternum. Amen. *e Joan. 1. 18. 1. Joan. 4.*

IV. 17. Divitibus hujus sæculi præcipe non sublime sapere, *f* neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo vivo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) *f Luc. 12. 15.*

18. Bene agere, divites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare,

19. Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant veram vitam.

20. O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ.

21. Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Die zweyte Epistel des heiligen Pauli zu Timotheo.

Das erste Capitel.

I. Paulus bezeuget seine Liebe gegen Timotheum, und rühmet seinen, und seiner Voraltern aufrichtigen Glauben. 3. II. Ermahnet ihn, daß er die Gnade, welche er in der Handauflegung empfangen, erwecken wolle, und sich nicht scheuen, vor das Evangelium Bande, Gefängniß, und andere Beschwernisse auszustehen. 6. III. Lobet den Glauben und die Liebe Onesiphori. 16.

Paulus, ein Apostel JESU Christi, durch den Willen GOttes, nach der Verheißung des Lebens, das in Christo JEsu ist:

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEUM II.

CAPUT I.

I. Gratias Deo agit pro fide & gratia Timothei. 3. II. Jubet, ut eam resuscitet Timotheus intrepide prædicando Evangelium: eo quod Christus qui mortem destruxit, fideliter servet debitum laboribus præmium, etsi homines deserant. 6. III. Laudat Onesiphori familiam. 16.

Paulus, Apostolus Jesu Christi, per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Jesu:

℣. 10. *Radix omnium malorum est cupiditas.* Gr. Philargyria, amor pecuniæ. Avaro nihil est scelestius.

℣. 11. *Sectare vero justitiam &c.* Has virtutes cupiditati avarorum opponit. *Justitiam.* Quæ alienis bonis invidet. *Pietatem.* Quæ Deo non servit quæstus causa. *Fidem.* Quæ bona temporalia contemnit. *Charitatem.* Quæ illa largitur. *Patientiam & mansuetudinem.* In iis amittendis.

℣. 12. *Apprehende vitam æternam.* In qua. Gr. *Ad quam vocatus es. Confessionem.* In variis pro fide tuenda certaminibus, ac potissimum Ephesi in persecutione a Demetrio excitata.

℣. 13. *Præcipio tibi coram -- Christo Jesu, qui testimonium* veritatis *reddidit sub Pontio Pilato.*

℣. 15. *Quem.* sc. Suum adventum. Gr. *Quam.* sc. Manifestationem, seu adventum Domini.

v. 16. *Qui solus habet immortalitatem.* Ex se, & per essentiam suam. *Nec videre potest.* Naturæ viribus.

℣. 17. *Divitibus hujus sæculi præcipe* -- v. 18. *Divites fieri in bonis operibus.* sc. Meritis per bona opera. *Facile tribuere, communicare.* Cum aliis opes suas; humanos esse erga indigentes: ex charitate, & libenter tribuere; quæque sunt superflua, ut ex justitia, ut partem hæreditatis communis pauperibus dividentes.

℣. 19. *Thesaurizare sibi fundamentum bonum.* Cœlestis & in æternum duraturi ædificii.

℣. 20. *Depositum custodi.* Depositum traditæ doctrinæ, vel dona gratiæ in ordinatione tua tibi tradita. *Oppositiones.* Contrarias oppiniones, quæ falso scientiæ nomine teguntur. *Novitates.* Græc. *κενοφωνίας. Inanitates vocum.* Loquacitatem inanem.

℣. 21. *Quam quidam promittentes.* Quam scientiam quidam profitentes exciderunt a fide. Gr. *Aberrarunt a scopo.* Ab integritate fidei desciverunt.

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei &c.* Apostolatus sui hæc duo ponit fundamenta, Dei voluntatem, & vitæ æternæ promissionem; ad prædicandam salutem æternam, quæ nobis datur per Christum, voluntas Dei est vocationis principium & regula; finis, annuntiare vitæ æternæ promissionem.

2. Timotheo, charissimo filio, gratia, misericordia, pax a Deo Patre, & Christo Jesu Domino nostro.

I. 3. Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die,

4. Desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear,

5. Recordationem accipiens ejus fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitavit primum in avia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem, quod & in te.

II. 6. Propter quam causam admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

a *Rom.* 8. 15. 7. Non *a* enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

8. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum ejus: sed collabora Evangelio secundum virtutem Dei:

b *Tit.* 3. 5. 9. Qui nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, *b* sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu, ante tempora sæcularia.

10. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptionem per Evangelium:

c 1. *Tim.* 2. 7. 11. In quo *c* positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister gentium,

12. Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem.

13. Formam habe sanorum verborum, quæ a me audisti in fide, & in dilectione in Christo Jesu.

14. Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.

15. Scis hoc, quod aversi sunt a me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phigellus, & Hermogenes.

d *Infr.* 4. 19. III. 16. Det misericordiam Dominus *d* Onesiphori domui: quia sæpe me refrigeravit, & catenam meam non erubuit:

17. Sed cum Romam venisset, solicite, me quæsivit, & invenit.

2. Timotheo, dem liebsten Sohne, Gnade, Barmherzigkeit, und Friede von GOtt dem Vater, und unserm HErrn JEsu Christo.

I. 3. Ich danke GOTT, dem ich von meinen Vorältern her diene mit reinem Gewissen, daß ich ohne Unterlaß deiner ingedenk bin in meinem Gebethe, Nacht und Tag,

4. Und Verlangen habe dich zu sehen, wenn ich an deine Thränen gedenke, auf daß ich mit Freuden erfüllet werde,

5. Und mich erinnere des unverfälschten Glaubens, der in dir ist, welcher auch zuvor in deiner Großmutter Loide gewohnet hat, und in deiner Mutter Eunice, ich bin aber dessen gewiß, daß er auch in dir ist.

II. 6. Um welcher Ursache willen ich dich ermahne, daß du die Gnade GOttes wieder erweckest, welche durch Auflegung meiner Hände in dir ist.

7. Denn GOtt hat uns den Geist der Furcht nicht gegeben, sondern der Kraft, und der Liebe, und der Mäßigkeit.

8. Derowegen schäme dich nicht des Zeugnisses unsers HErrn, noch meiner, der ich sein gebundener bin: sondern arbeite sammt mir im Evangelio, nach der Kraft GOttes:

9. Der uns erlöset hat, und berufen mit seinem heiligen Beruf, nicht nach unsern Werken, sondern nach seinem Vorsatz, und Gnade, die uns gegeben ist in Christo JEsu, vor der Zeit der Welt.

10. Jetzt aber ist sie offenbar worden, durch die Erscheinung unsers Heilandes JEsu Christi, der zwar den Tod zerstöret hat, aber das Leben, und die Unverweßlichkeit hat er an das Licht gebracht durch das Evangelium:

11. In welchem ich zum Prediger, und zum Apostel, und zum Lehrmeister der Heyden verordnet bin,

12. Um welcher Ursache willen ich dieses auch leide, aber ich werde nicht zu Schanden. Denn ich weis, wem ich geglaubet habe, und bin gewiß, daß er mächtig genug ist meine Hinterlage * bis an jenen Tag zu bewahren.

* hinterlegtes Gut.

13. Habe ein Vorbild heilsamer Worte, die du von mir gehöret hast, vom Glauben, und von der Liebe in Christo JEsu.

14. Bewahre diese gute Hinterlage durch den heiligen Geist, der in uns wohnet.

15. Du weißt das wohl, daß sich alle von mir abgewendet haben, die in Asia sind, unter welchen ist Phigellus, und Hermogenes.

III. 16. Der HERR gebe Barmherzigkeit dem Hause Onesiphori: denn er hat mich oft erquicket, und hat sich meiner Kette nicht geschämet:

17. Sondern, nachdem er gen Rom gekommen ist, hat er mich fleißig gesucht, und gefunden.

18. Der

℣. 3. *Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus.* Quem progenitores mei coluerunt.

℣. 4. *Desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum.* Quibus me abeuntem es prosecutus.

℣. 5. *Recordationem accipiens ejus fidei.* Dum sinceræ tuæ fidei recordor.

℣. 6. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei.* Non sinas intermori gratiam Dei, quam accepisti, cum ordinatus es Episcopus, gratiam scilicet annuntiandi Evangelium, edendi miracula, & Ecclesiam regendi, idque cum robore animi instar strenui ducis. Itaque gratiam confert Sacramentum Ordinationis, & cavendum ne ignis ille extinguatur; labore & actione subinde est excitandus.

℣. 7. *Non enim dedit nobis Deus Spiritum timoris.* Spiritum timidum. *Sed virtutis.* Sed fortitudinis adversus vanos timores. *Et dilectionis.* Seu charitatis erga proximum. *Et sobrietatis.* Gr. *Moderationis.* Vel sapientiæ: ne nimio zelo abripiamur, atque ut constantes in prosperis & adversis nos geramus.

℣. 8. *Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri.* Doctrinam, quam nobis tradidit Christus Dominus, nec vincula mea. *Sed collabora.* Gr. Compatere afflictis pro Evangelio, particeps persecutionum; spem omnem collocans in potentia Dei, & secundum vires tibi a Deo datas.

℣. 9. *Qui nos liberavit.* A peccato, & morte æterna. *Et vocavit.* Ad vitam æternam. *Ante tempora sæcularia.* In sua prædestinatione æterna. *In Christo Jesu.* Per Christum.

℣. 10. *Manifestata est autem nunc.* Ea gratia, seu vocatio gratiosa. *Per illuminationem.* Gr. *Per apparitionem.* Seu adventum Domini Jesu Christi declarata, cum Christus nobis illuxit. *Qui destruxit quidem mortem.* Morte sua. *Illuminavit.* In lucem protulit per Evangelii prædicationem. *Incorruptionem.* i. Immortalitatem.

℣. 11. *In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus, & Magister gentium.* Ad illud prædicandum constitutus.

℣. 12. *Ob quam causam etiam hæc patior, sed non confundor.* Neque officii mei, nec vinculorum me pudet. *Scio.* Fides quidem tenebris admixta est: sed tamen scio, quis ille sit, in quem credidi, qui fidei meæ auctor & objectum est. *Depositum meum servare.* Fidei & bonorum operum mercedem, quam expecto in tempore retributionis, sc. in die judicii.

℣. 13. *Formam habe sanorum verborum.* Vivam imaginem, & exemplar doctrinæ, qua fuisti a me institutus. *Quæ a me audisti.* Doctrinam verbo traditam conserva, in iis maxime, quæ ad mysteria & mores pertinent.

℣. 14. *Bonum depositum custodi.* Sanam illam doctrinam, quæ Scripturis & traditione continetur. Per duplicem illum canalem fides a Deo ad nos usque manat.

℣. 15. *Scis hoc, quod aversi sunt a me.* Gr. Aversati sunt me Judæi omnes profecti ex Asia minori, seu per defectionem e fide, seu ob periculi consortium.

℣. 17. *Sed cum Romam venisset* Onesiphorus, *solicite me quæsivit, & invenit.* Cum essem in militari custodia, & in amplissima civitate.

18. Der HErr gebe ihm, daß er bey dem HErrn Barmherzigkeit finden möge an jenem Tage. Wie große Dienste er mir auch zu Epheso gethan, das weißt du am besten.

Das zweyte Capitel.

I. Ermahnet Timotheum, alle Geschäffte auf die Seite zu setzen, daß er sich dem Predigtamte ganz ergebe, ja keinen Scheu trage vor das Evangelium zu sterben. 1. II. Alle neue Lehrer aber, und Ketzer zu fliehen: sonderlich die, so die Auferstehung verläugnen. 14. III. Nicht zaghaft zu werden, wenn vielleicht etliche vom Glauben abfallen: alle Trennungen zu vermeiden, und die Uebertretter in aller Sanftmuth zu strafen. 19.

1. Derowegen du mein Sohn, so stärke dich durch die Gnade, die in Christo JEsu ist:

2. Und was du von mir durch viele Zeugen gehöret hast, das befiehl treuen Menschen, welche tüchtig sind, auch andere zu lehren.

3. Arbeite wie ein guter Kriegsmann Christi JEsu.

4. Niemand, der im Streite GOtt dienet, verwickelt sich in weltliche Händel: auf daß er dem gefalle, dem er sich bewährlich zugethan hat.

5. Denn es wird auch einer, der im Kampf streitet, nicht gekrönet, er habe dann redlich * gekämpfet. * rechtmäßig.

6. Ein Ackermann aber, der Arbeit thut, muß ja am ersten von den Früchten genießen.

7. Verstehe wohl, was ich sage: denn der HErr wird dir in allen Dingen Verstand geben.

8. Sey ingedenk, daß der HErr JEsus Christus, der aus dem Stamme Davids ist, wieder auferstanden ist von den Todten, nach meinem Evangelio,

9. In welchem ich leide *, bis zu den Banden, als ein Uebelthäter: aber GOttes Wort ist nicht gebunden. * arbeite.

10. Darum leide ich alles, um der Auserwählten willen, auf daß sie auch die Seligkeit erlangen, die in Christo JEsu ist, sammt der himmlischen Herrlichkeit.

11. Es ist ein wahrhaftiges Wort: Denn so wir mit ihm gestorben sind, so werden wir auch mit ihm leben:

12. So wir mit ihm leiden, so werden wir auch mit ihm herrschen: so wir ihn aber verläugnen, so wird er uns auch verläugnen:

13. So wir nicht glauben, so bleibet er dennoch wahrhaftig, er kann sich selbst nicht verläugnen.

II. 14. Dieses sollt du erinnern, und bezeugen vor dem HErrn. Zanke nicht mit Worten: denn das ist nirgends zu nütze, als diejenigen zu verkehren, die es hören.

15. Befleiße dich zum höchsten, daß du dich selbst GOtt

18. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Epheſi ministravit mihi, tu melius nosti.

CAPUT II.

I. Hortatur Timotheum ad sincere docendum & patiendum pro Christo, spe futuri præmii ac resurrectionis. 1. II. Ut contentiones & profana vaniloquia devitet, stultasque elegis quæstiones. 14. III. Monet, ne concidat animo ad aliquorum defectionem: esse in Ecclesia velut in magna domo varia vasa, sed ipse sectetur solidam virtutem. 19.

1. Tu ergo fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu:

2. Et quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.

3. Labora sicut bonus miles Christi Jesu.

4. Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus: ut ei placeat, cui se probavit.

5. Nam & qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit.

6. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.

7. Intellige, quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

8. † Memor esto, Dominum Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum, † *IN NATALI UNIUS MART. NON PONTIF.*

9. In quo laboro usque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum.

10. Ideo omnia sustineo propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Jesu, cum gloria cœlesti. * *Junge c. 3. v. 10. Tu autem.*

11. Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & convivemus:

12. Si sustinebimus, & conregnabimus: si negaverimus, & ille negabit nos: *a Matth. 10. 33. Marc. 8. 18.*

13. Si *b* non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. *b Rom. 3. 3.*

II. 14. Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.

15. Solicite cura, te ipsum probabilem exhibere

---

v. 18. *Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino.* Fortitan jam suum diem obierat Onesiphorus, cum hæc scriberet Apostolus; idque ex vers. 16. colligi videtur: unde ex hoc loco orationes pro mortuis confirmari possunt.

CAPUT II.

v. 1. *Fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu.* Pro, a Christo.

v. 2. *Et quæ audisti a me per multos testes.* i. Coram multis, *hæc commenda fidelibus.*

v. 3. *Labora.* Vox Græca significat mala perferre, & obfirmari in adversis.

v. 4. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Civilibus: eadem enim fere est ratio hominis, qui se Deo consecrat, atque illius, qui inter principis alicujus milites adscribitur. *Cui se probavit.* In cujus militiam se tradidit, a quo miles electus est. Ministrum Christi cum milite, qui principi se addixit, cum athleta, cum agricola comparat.

v. 5. *Nam qui certat.* Gr. *Si quis etiam certet.* In ejusdem rei probationem utitur similitudine pugilis, qui non coronatur, nisi præscriptas certaminis leges servaverit, atque omnia abjecerit, quæ obstare possunt, quominus victoriam reportet.

v. 6. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.* Exemplo denique agricolæ eum excitat ad laborem, spe ipsa fructuum, quos primus percipit agricola, dummodo is laboret. Episcopus est instar Agricolæ, vineam Christi, & agrum Evangelii excolentis; in cœlo præmium nos manet.

v. 7. *Dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Gr. *Det tibi.* Evangelicum ministerium adeundum est instar militis, qui omnibus relictis se in militiam tradidit; instar athletæ, qui non coronatur nisi post pugnam; instar agricolæ, qui messe confecta labore suo fruitur.

v. 8. *Memor esto Dominum Jesum Christum resurrexisse.* Exemplum Christi ob oculos ponit, qui præmii loco vitam immortalem non solum est consecutus; sed ita resurrexit, ut resurrectionis futuræ & spei nostræ sit forma & fundamentum. Hæretici illius temporis, resurrectionem nostræ religionis fundamentum impugnabant. *Secundum Evangelium meum.* Quod doceo.

v. 9. *In quo laboro.* Gr. *Affligor.* Quasi essem sceleratus. *Sed verbum Dei non est alligatum.* Pedes quidem vinculis constringuntur, non item lingua, quæ Evangelium prædicare non cessat.

v. 10. *Ideo omnia sustineo propter electos.* Qui nostris laboribus ad fidem sunt adducendi.

v. 11. *Fidelis sermo.* Et fide digna, ac certa doctrina. *Nam si commortui sumus.* Cum Christo. *Et convivemus.* Non moritur, qui miseram vitam cum beata & immortali commutat.

v. 12. *Si negaverimus & ille negabit nos.* Negamus autem Christum vita & moribus magis quam lingua.

v. 13. *Si non credimus.* Gr. *Si infidi sumus.* Si non credimus in Deum, nihil propterea illi decedit: idem semper est & æterna veritas, stat promissis suis. *Non potest.* Semper idem est in suos: si cum negaverimus, infidelitas nostra de ejus fide in promissis præstandis & veritate nihil potest detrahere.

v. 14. *Noli contendere verbis.* Ex pertinacia, aut superbia. *Ad subversionem.* Contentiones nihil aliud quam veritatem obscurant; conferre inter se debent servi Dei, non contendere. Opus Dei non promovent, sed subvertunt litigiosæ concertationes.

v. 15. *Solicite cura, teipsum probabilem exhibere Deo.* Talem, quem Deus probet. *Operarium inconfusibilem.* Gr. *Qui non erubescat.* Crucem Christi; vel cujus mores & doctrina non sint Ecclesiæ pudori. *Recte tractantem verbum veritatis.* Gr. *Recte secantem.* Utilia a noxiis, aut superfluis bene secernentem, & verbi Dei cibum recte partientem.

bere DEO, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.

16. Profana autem, & vaniloquia devita: multum enim proficiunt ad impietatem:

17. Et sermo eorum ut cancer serpit: ex quibus est Hymenæus, & Philetus,

18. Quia a veritate exciderunt, dicentes, resurrectionem esse jam factam, & subverterunt quorumdam fidem.

III. 19. Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt ejus, & discedat ab iniquitate, omnis qui nominat nomen Domini.

20. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia; & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.

21. Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & utile Domino, ad omne opus bonum paratum.

22. Juvenilia autem desideria fuge, sectare vero justitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis, qui invocant Dominum de corde puro.

c 1. *Tim.* 1. 4. 7. *Tit.* 3. 9.

23. Stultas *c* autem, & sine disciplina quæstiones devita: sciens, quia generant lites.

24. Servum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem,

25. Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando DEUS det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem,

26. Et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem.

CAPUT III.

I. Prædicit & describit futuros hæreticos. 1. *II. Timotheum hortatur ad virtutes, ac tolerantiam in persecutionibus.* 10. *III. Ad studium sacrarum litterarum, ut discat & doceat exinde perfectionem.* 14.

a 1. *Tim.* 4. 1. 2. *Petr* 3. 3. *Jud.* 18.

1. Hoc autem scito, quod in *a* novissimis diebus instabunt tempora periculosa:

2. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,

3. Sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate,

darstellest, als einen bewährten Arbeiter, der sich nicht schämet, und das Wort der Wahrheit richtig austheilet.

16. Aber ungeistlich und eitel Geschwätz sollt du meiden: denn es befördert viel zu einem ungöttlichen Wesen:

17. Und ihre Rede frißt um sich, wie der Krebs: aus welchen ist Hymenäus, und Philetus,

18. Welche von der Wahrheit abgefallen sind, und sagen, die Auferstehung sey schon geschehen: und haben etlicher Glauben verkehret.

III. 19. Aber der veste Grund GOttes bestehet, und hat dieses Wahrzeichen: Der HErr kennet die Seinigen, und ein jeglicher weiche von der Ungerechtigkeit ab, der den Namen des HErrn anruset.

20. In einem großen Hause aber sind nicht allein güldene und silberne Gefäße, sondern auch hölzerne und erdene: und etliche zwar zu Ehren, etliche aber zur Schmach.

21. So sich nun jemand reiniget von diesen Leuten, der wird ein geheiligt Gefäß seyn zu den Ehren, und dem HErrn gebräuchlich, und zu allen guten Werken bereitet.

22. Fliehe aber die Lüste der Jugend, und trachte nach Gerechtigkeit, Glauben, Liebe, und Friede mit denen, die den HErrn von reinem Herzen anrufen.

23. Der thörichten Fragen aber, welche zur Lehre nicht dienen, entschlage dich: dieweil du weißt, daß sie Zank gebähren.

24. Aber ein Knecht des HErrn muß nicht zanken: sondern sanftmüthig seyn gegen jedermann, auch lehrhaftig, und geduldig,

25. Der mit Bescheidenheit diejenigen strafe, welche sich der Wahrheit widersetzen: ob ihnen GOtt etwan einmal Buße geben möchte, die Wahrheit zu erkennen,

26. Damit sie wieder entgehen aus den Stricken des Teufels, von welchem sie gefangen gehalten werden zu seinem Willen.

Das dritte Capitel.

I. Paulus beschreibet die gottlosen Sitten der Ketzer. 1. II. Ermahnet Timotheum zur Standhaftigkeit, Geduld, und Marter. 10. III. Auch die göttliche Schrift ämsig durchlesen, daraus man die Vollkommenheit erlanget. 14.

1. Das sollt du aber wissen, daß in den letzten Tagen gefährliche Zeiten eintretten werden:

2. Denn es werden Menschen seyn, die sich selbst lieb haben, geizig, ruhmsichtig, hofärtig, Lästerer, den Aeltern ungehorsam, und undankbar, mit Lastern behaft,

3. Unbarmherzig, unfriedsam, Schmäher, unzüchtig, unmild, unfreundlich,

4. Ver-

℣. 16. *Multum enim proficiunt ad impietatem.* Qui profana verba proferunt.

℣. 18. *Qui a veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse jam factam.* Qui spiritualem animorum resurrectionem in Baptismo factam sensibili & palpabili resurrectioni substituunt, vel qui dicunt resurrectionem jam esse factam in Christo.

℣. 19. *Sed firmum fundamentum Dei stat.* Ecclesia Dei manet inconcussa; vel electi manent immoti. *Habens signaculum hoc.* Hoc velut sigillo obsignatur. *Cognovit Dominus, qui sunt ejus.* Numer. 16. 5. Dei præscientia falli non potest, suos novit & amat, præsens iis adest. *Discedat.* Habens quisque ex fidelibus hoc Dei præceptum in animo fixum, ut ab iniquitate discedat; quod magnum est singulis fidelibus prædestinationis indicium. *Qui nominat.* Qui profitetur Christianam Religionem.

℣. 20. *In magna autem domo non solum sunt vasa aurea &c. sed & lignea &c.* Quin etiam bonos exercent & probant mali, ut ignis argentum; iique transeunt per iguem instar auri, non consumuntur, aut franguntur, ut ligna & vasa fictilia. *Quædam in honorem, quædam in contumeliam.* Primi in nobiles & honorificos usus, secundi in ministeria vilia, tales sunt peccatores viles in oculis Dei.

℣. 21. *Si quis ergo emundaverit se ab istis* erroribus, de quibus v. 16. *Utile Domino.* Usibus Domini aptatur, idoneum ad omne opus bonum.

℣. 22. *Juvenilia autem desideria fuge.* Græc. *Concupiscentias.* Inanem gloriam, voluptates, & alia juvenum vitia. Bernard. Lib. 2. de Consid. cap. 13. *Inter sæculares nugæ, nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemiæ: sæde ad cachinnos moveris, fœdius moves.*

℣. 23. *Stultas autem.* Gr. *Ineruditas.* Ecclesiæ pacem quæstiones inutiles perturbant, ea tantummodo, quæ ad fidem, & mores spectant, sunt depromenda, in iis immorandum.

℣. 24. *Servum autem Domini non oportet litigare: sed &c.* Gr. *Idoneum.* Aut paratum ad docendum, docibilem, aut docilem esse.

℣. 25. *Cum modestia.* Gr. *Cum mansuetudine. Nequando.* Si quando; nam vox Græca utrumque significat: ut misericordiæ Dei, si quando veritatem iis dignetur aperire, obsecundent.

CAPUT III.

℣. 1. *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa.* Quæ futura sunt usque ad finem mundi, prædicit Apostolus: *Instabunt tempora periculosa.* Gr. *Difficilia & molesta.*

℣. 2. *Erunt homines seipsos amantes.* Inordinate, qui amor inordinatus in his, quæ mox subjicit, se prodet; pecuniæ & inanis gloriæ *cupidi.* Gr. *Pecuniæ amantes; elati.* Arrogantes. *Superbi.* In verbis jactabundi. *Blasphemi.* Contumelioli, maledici.

℣. 3. *Sine affectione.* Erga proximos & fratres, absque pietate. *Sine pace.* Gr. *Fœdifragi.* In pactis infidi, aut qui nemini amicitia junctti sunt. *Criminatores.* Innocentium. Gr. *Calumniatores: Incontinentes.* Gr. *Intemperantes.* Gulæ & libidinibus dediti. *Sine benignitate.* Gr. *Osores bonorum.* Ex iis pravis affectibus fit catena vitiorum, cujus primus annulus est amor sui præposterus. Hinc enim prodit pecuniæ sitis, quod ea sit explendis affectibus instrumentum, & quasi fidejussor. Qui seipsos immodice amant, nihil se aliis debere putant, aut ex jure naturæ, aut ex honestate, aut ex charitate.

4. Verräther, muthwillig, aufgeblasen, welche die Wohllust mehr lieben, dann GOtt:

5. Die wohl einen Schein haben der Gottseligkeit, aber derselbigen Kraft verläugnen. Und diese sollt du meiden:

6. Denn aus diesen sind, die sich eindringen in die Häuser, und führen gefangen die Weiblein, so mit Sünden beladen sind, und von allerhand Lüsten getrieben werden:

7. Die immerdar lernen, und nimmer zur Erkenntniß der Wahrheit kommen.

8. Aber gleichwie Jannes, und Mambres Moysi widerstunden: also widerstehen auch diese der Wahrheit: sind Menschen eines verkehrten Sinnes, vom Glauben verworfen.

9. Aber sie werden hinfüro nicht mehr zunehmen: denn ihre Thorheit wird jedermann offenbar seyn, wie auch derjenigen gewesen ist.

II. 10. Du aber hast meine Lehre gefasset, meine Unterweisung, Vorsatz, Glauben, Langmüthigkeit, Liebe, Geduld,

11. Verfolgungen, und Leiden, so mir zu Antiochia, Iconio, und Lystris widerfahren sind: was ich da für Verfolgungen ausgestanden habe, und aus allen hat mich der HErr errettet.

12. Und alle, die da gottselig leben wollen in Christo JEsu, werden Verfolgung leiden.

13. Aber die bösen Menschen, und Verführer werden im Bösen zunehmen, dieweil sie irren, und in Irrthum führen.

III. 14. Du aber bleibe in dem, was du gelernet hast, und was dir vertrauet ist, dieweil du weißt, von wem du es gelernet hast.

15. Und weil du von der Kindheit auf die heilige Schrift weißt, welche dich zur Seligkeit unterrichten kann, durch den Glauben, der in Christo JEsu ist.

16. Denn alle Schrift, welche von GOtt eingegeben ist, ist nütz zu lehren, zu beweisen, zu strafen, und zu unterweisen in Gerechtigkeit:

17. Daß ein Mann GOttes vollkommen sey, zu allen guten Werken abgerichtet.

Das vierte Capitel.

I. Paulus bittet Timotheum durch das Gericht Christi, daß er die Seinigen unterweise, und die einreissenden Ketzer strafe. 1. II. Weil ihm, Paulo, nunmehr der Tod, die Krone der Marter und Gerechtigkeit bevorstehe, soll sich Timotheus nach Rom, zu seinem letzten Abschied verfügen. 6. III. Erzählet, wie er nun hoffe, durch die Marter in den Himmel zu gelangen. 9. IV. Grüßet seine Bekannten, und wünschet ihnen die Gnade GOttes. 19.

1. Ich bezeuge aber vor GOTT, und vor JEsu Christo, der die Lebendigen, und Todten richten wird durch seine Zukunft, und sein Reich:

2. Predige das Wort, halte an, es sey gelegen, oder ungelegen: strafe, bitte, und schilt in aller Geduld, und Lehre.

4. Proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei.

5. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes Et hos devita:

6. Ex his enim sunt, qui penetrant domos: & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:

7. Semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes.

8. Quemadmodum autem *b* Jannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidem. *b Exod. 7. 11.*

9. Sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

II. 10. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,

11. Persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus.

12. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.°

13. Mali autem homines, & seductores proficient in pejus, errantes, & in errorem mittentes.

III. 14. Tu vero permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens, a quo didiceris.

15. Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Jesu.

16. Omnis *c* Scriptura divinitus, inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia: *c 2. Petr. 1. 20.*

17. Ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

CAPUT IV.

I. Timotheum per Christum judicem obtestatur, ut adversus falsos doctores constanter prædicet. 1. II. Prædicit suam passionem, & gloriosum triumphum instare. 16. III. Advocat Timotheum, eo quod a multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus. 9. IV. Salutans amicos, gratiam eis apprecatur. 19.

1. Testificor † coram Deo, & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: † *S. SILVESTRI PAPÆ. ET S. AUGUSTINI EPISC. ET ALIORUM DOCTORUM.*

2. Prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.

3. Erit

℣. 4. *Proditores, protervi.* Gr. *Instabiles.* Leves, præcipites, quæ Dei sunt, ambitioni suæ, aut libidinibus postponunt.

℣. 5. *Habentes speciem.* Gr. *Formam.* Simulatam pietatem. *Virtutem autem ejus negantes.* Vim illius abnegant; aliis præscribunt leges pietatis, a quibus longe absunt.

℣. 6. *Ex his enim sunt, qui penetrant domos.* Sui commodi & compendii causa in familias se ingerunt. *Mulierculas.* Quas sibi adulatione, superstitione & lenociniis devinciunt. *Variis desideriis.* Cupiditatibus. Chrysost. Fortassis & fœdiores alias concupiscentias signat.

℣. 7. *Semper discentes.* Ab iis magistris, qui errores tantum docent.

℣. 8. *Quemadmodum autem Jannes & Mambres restiterunt Moysi.* Duo illi magi, quorum nomina Paulus aut ex traditione, aut ex revelatione accepta recenset. *Homines corrupti mente.* Quibus judicium præ affectibus pravis corruptum est. *Reprobi circa fidem.* Gr. *Non probati.* Sed errantes.

℣. 9. *Sed ultra non proficient.* In fucata illa pietate, quin fraus eorum se prodat.

℣. 11. *Qualia mihi facta sunt Antiochiæ.* Non erat illa Antiochia metropolis Syriæ, sed altera Pisidiæ vicina Iconio & Lystris. Leg. c. 13. & 14. Act. Apost.

℣. 12. *Et omnes, qui pie volunt vivere.* Qui Religiose ex consilio & præscripto Christi vitam instituunt.

℣. 13. *Mali autem homines & seductores proficient in pejus.* Procedent in sua impietate seducti & seducentes.

℣. 15. *Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem.* Quæ est in Christo Jesu. Illi veneno Scripturarum lectionem ut alexipharmacum opponit.

℣. 16. *Omnis Scriptura divinitus inspirata.* Sacræ Scripturæ auctoritas summa est, cum sit divinitus inspirata, utilis est *ad docendum*, quod fidei doceat dogmata. *Ad arguendum.* Ad errores refellendos. *Ad corripiendum.* Depravatos mores. *Ad erudiendum.* In pietate, & justitia. Quibus pastor instructus perfectionem consequi potest, & omne genus bonorum obire. Hominem Dei vocat doctorem Evangelicum; neque id dicit Paulus, solam Scripturam ad hæc esse utilem, cum traditio ipsa, Sacramenta, bona opera sint etiam utilia & necessaria. Quatuor officia pastoris insinuat, docere, refellere, corrigere, & erudire, seu instituere.

CAPUT IV.

℣. 1. *Testificor coram Deo.* Adjuro te, obtestor: *Per adventum ipsius.* Gr. *Secundum apparitionem suam.*

℣. 2. *Prædica verbum, insta opportune, importune.* Quocumque tempore, & assidue, patientia utendo adver-

3. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus,

4. Et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

5. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.

II. 6. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.

7. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

8. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solum autem mihi, sed & iis, qui diligunt adventum ejus.* Festina ad me venire cito.

III. 9. Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam:

10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

a Coloss. 4. 14. 11. Lucas *a* est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium.

12. Tychicum autem misi Ephesum.

13. Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas.

14. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera ejus:

15. Quem & tu devita: valde enim restitit verbis nostris.

16. In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.

17. Dominus autem mihi astitit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis.

18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo: & salvum faciet in regnum suum cœleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

3. Denn es wird eine Zeit kommen, daß sie die heilsame Lehre nicht dulden werden, sondern werden ihnen selbst nach ihren eigenen Lüsten häufige Lehrmeister aufwerfen, so die Ohren jucken,

4. Und sie werden zwar das Gehör von der Wahrheit abwenden, aber zu den Fabeln sich kehren.

5. Du aber wache, und bemühe dich allenthalben, thue das Werk eines Evangelisten, und verrichte deinen Dienst. Sey auch nüchtern.

II. 6. Denn ich werde jetzt schon geopfert, und die Zeit meiner Auflösung ist vorhanden.

7. Ich habe einen guten Kampf gekämpfet, ich habe meinen Lauf vollendet, ich habe den Glauben bewahret.

8. Im übrigen ist mir beygeleget die Krone der Gerechtigkeit, die mir der HErr, der gerechte Richter, an jenem Tage geben wird: nicht allein aber mir, sondern auch denjenigen, die seine Zukunft lieb haben. Eile, daß du bald zu mir kommest.

III. 9. Denn Demas hat mich verlassen, er hat diese Welt lieb, und ist gen Thessalonica gezogen:

10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11. Lucas ist allein bey mir. Nimm zu dir Marcum, und bring ihn mit dir: denn er ist mir nützlich zum Dienste.

12. Tychicum aber habe ich gen Ephesum gesendet.

13. Den Mantel, den ich zu Troade bey dem Carpo gelassen habe, bringe mit, wann du kommst, auch die Bücher, sonderlich aber das Pergament.

14. Alexander der Kupferschmied hat mir viel Böses bewiesen: der HErr wird ihm vergelten nach seinen Werken:

15. Denselbigen meide du auch: denn er hat sich unsern Worten sehr widersetzet.

16. In meiner ersten Verantwortung ist niemand bey mir gewesen, sondern sie haben mich alle verlassen: das soll ihnen nicht zugerechnet werden.

17. Der HErr aber ist mir beygestanden, und hat mich gestärket, auf daß durch mich die Predigt ausgeführet werde, und alle Heyden sie hören: und ich bin aus dem Rachen des Löwens errettet worden.

18. Der HERR hat mich errettet von allem bösen Werke: und er wird mir helfen in sein himmlisches Reich, welchem Ehre in alle Ewigkeit. Amen.

IV. 19. Grü-

---

versus omnia, quæ obstant, & viam veritatis demonstrando. Licet intempestive aliquando loqui videamur iis, qui non libenter audiunt, id utile tamen sæpe futurum est. Nam ut Aug. in fine expositionis, Epist. ad Galatas pulchre nos admonet: *Multi postea cogitantes, quæ audierint, & quam juste audierint, ipsi se gravius & severius arguerunt, & sanati sunt.*

℣. 3. *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt.* Cur pastor instanter & assiduo docere & instituere debeat, hanc affert causam, quod futurum sit, ut sanam doctrinam in iis, quæ ad mores spectant, & fidem, falli doctores pervertant; idque ex hominum corruptione & infirmitate, qui veritatis lucem ferre non possunt, omnino orietur. Hi quippe ad *sua* desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus: vox, *prurientes*, Græce est in recto casu, qui pruriunt auribus, & quærunt doctores sibi blandientes, qui aures scalpant, & demulceant, pravis eorum desideriis serviant. Hos coacervabunt magistros, & alios super alios inducent, non ab Episcopis missos, sed eos, qui se ultro obtruserint.

℣. 5. *In omnibus labora.* Græc. Ferto mala. *Ministerium tuum imple. Sobrius esto.* Hæc verba desunt in Græco: Et quidem Timotheus plus æquo erat sobrius, nec videbatur ad sobrietatem incitandus. Sed tamen Apostolus potuit in persona Timothei pastores omnes ad sobrietatem adhortari, ne vitam mollem & otiosam agant: sed ut gregi sibi commissio invigilent, ut laborent, & ministerium suum impleant omni ex parte.

℣. 6. *Ego enim jam delibor.* Gr. Pro libamine immolor; sanguine meo tamquam libamine aspergor mox immolandus.

℣. 7. *Bonum certamen certavi.* Certamen plenum meritis & honoris Dei, seu agonem illum illustrem agonizavi, quo tot tantosque pro Christo subivi labores.

℣. 8. *De reliquo reposita est mihi corona justitiæ.* A Deo judice asservatur mihi jam pæne victori bravium & præmium debitum meæ justitiæ. Ex quo contra hæreticos patet, justos ex justitia promereri æternam beatitudinem per bona opera. Hinc S. Aug. L. 1. de peccat. merit. c. 16. ait: Porro certus securusque gaudebat Paulus, quia de victoria certum securumque, (non re plenissima, se spe firmissima) jam fecerat is, qui mortem & Martyrium illi revelarat.

℣. 9. *Demas enim me reliquit.* Jam cap. 1. a v. 15. ad finem usque docere Timotheum cœperat, quæ sibi acciderant Romæ, illud imprimis se ab Asiaticis desertum, ab Onesiphoro adjutum; nunc hortatur Timotheum, ut ad se veniat. *Diligens.* Vitæ præsenti plus satis addictus, & privatis suis commodis serviens.

℣. 10. *Crescens in Galatiam.* Forte in Galliam, quæ a Græcis hoc nomine donabatur. Utcumque ea res sit; abiit a Paulo missus in Galliam, ut legit Theodoretus post Epiphanium.

℣. 11. *Lucas est mecum solus.* Lucas Evangelista. *Marcum assume.* Joannem cognomento Marcum, Barnabæ consobrinum, de quo Act. 12. & 15.

℣. 12. *Tychicum autem misi Ephesum.* Ut Timothei absentis vices obiret.

℣. 13. *Penulam.* Vox Græca φελόνην, vestem, qua adversus imbres & frigus utimur, significat. Alii *arulam* interpretantur. *Maxime autem membranas.* Pergamenas sua manu exaratas.

℣. 14. *Alexander ærarius.* sc. Faber ærarius. *Multa mala mihi ostendit.* Intulit. Psal. 4. *Quis ostendit nobis bona?* Id est, fecit.

℣. 16. *In prima mea defensione.* Cum primum de me quæstio habita est, in secundis meis vinculis: quæ enim jam in primis vinculis evenerunt, Timotheo erant notissima. *Omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.* Etiam ab amicis, qui favere poterant, derelictus fui, sed Deus ignoscat illis. Hæc sub Nerone contigere.

℣. 18. *Liberavit me Dominus.* Gr. *Liberabit. In regnum suum cœleste.* Ut consequar cœleste regnum.

IV. 19. Grüße die Priscam, und Aquilam, und das Haus Onesiphori.

20. Erastus ist zu Corintho geblieben. Trophimum aber habe ich zu Mileto krank gelassen.

21. Eile, daß du vor dem Winter kommest. Es grüßen dich Eubulus, und Pudens, und Linus, und Claudia, und alle Brüder.

22. Der HErr JESUS Christus sey mit deinem Geiste. Gnade sey mit euch. Amen.

IV. 19. Saluta Priscam, & Aquilam, & *b* Onesiphori domum. *b Supr.* 1. 16.

20. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.

21. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22. Dominus JESUS Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Die Epistel des heiligen Pauli zu Tito.

Das erste Capitel.

I. Titus wird von Paulo erinnert, Bischöfe und Priester einzusetzen, und wie sie sollen beschaffen seyn. 5. II. Allen Ketzern, und die Jüdisch leben, zu widerstreben. 10. III. Derselbigen eitle Enthaltung von gewissen Speisen, zu verachten. 14.

Paulus, ein Knecht GOttes, aber ein Apostel JEsu Christi, nach dem Glauben der Auserwählten GOttes, und nach der Erkenntniß der Wahrheit, welche nach der Gottseligkeit ist,

2. Zu der Hoffnung des ewigen Lebens, das GOtt, der nicht lüget, vor den Zeiten der Welt verheißen hat:

3. Zu seiner Zeit aber hat er sein Wort durch die Predigt geoffenbaret, welche mir nach dem Befehl GOttes unsers Heilandes vertrauet ist.

4. Tito, meinem geliebten Sohn, nach dem gemeinen Glauben, Gnade, und Friede von GOtt dem Vater, und unserm Heilande JEsu Christo.

I. 5. Ich habe dich dieser Ursache halben in Creta gelassen, daß du die Dinge, so noch mangeln, besserst, und bestellest die Städte mit Priestern, wie ich dir verordnet habe.

6. Wo einer ist ohne Laster, eines Weibes Mann, der gläubige Kinder hat, über welche keine Klage ist, daß sie ein unzüchtiges Leben führen, oder ungehorsam seyn.

7. Denn ein Bischof muß ohne Laster seyn, wie einem Haushalter GOttes gebühret: nicht hoffärtig, nicht zornig, nicht dem Wein zugethan, nicht ein Schläger, nicht einer, der schändliches Gewinns begierig sey:

8. Sondern gastfrey, der gütig sey, nüchtern, gerecht, heilig, keusch,

9. Der sich vest halte an dem getreuen Worte, das zur Lehre dienet: auf daß er mächtig sey, durch die heilsame Lehre zu ermahnen, und diejenigen zu überweisen, die widersprechen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD TITUM.

CAPUT I.

I. Facta salutatione, ostendit, quales debeat ordinare presbyteros ac Episcopos. 5. II. Monet, ut dure increpet seductores, & varia vitia. 10. III. Ut resistat judaizantibus, qui factis Deum negant. 14.

Paulus, servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi, secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est,

2. In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur, Deus, ante tempora sæcularia:

3. Manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Salvatoris nostri Dei.

4. Tito, dilecto filio, secundum communem fidem, gratia, & pax a Deo Patre, & Christo Jesu Salvatore nostro.

I. 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.

6. Si *a* quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. *a* 1. *Tim.* 3. 2.

7. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

8. Sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem,

9. Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

II. 10. Sunt

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus, servus Dei, Apostolus &c.* Ministerium Apostolicum in ipsa humilitate fundatur. August. *Non se existimet potestate dominante, sed charitate serviente, felicem. Secundum fidem.* Qui finis est Apostolatus, ut fideles omnes & electi maxime credant, & agnoscant veritatem, cujus agnitionis fundamentum est fides. *Pietatem.* Veritatis norma est pietas, & verus Dei cultus, in quo ab humana Philosophia secernitur, quæ naturales tantum veritates, & vitæ civilis officia considerat. Finis Evangelii est vitæ æternæ acquisitio.

℣. 2. *In spem vitæ æternæ.* Quæ fides & agnitio veritatis spem habet vitæ æternæ. In quo a lege Moysis distinguitur, quæ promittit tantummodo bona temporalia; sed fides Christiana sibi annexam habet spem æternæ vitæ, quæ solida est, & non frustratoria. *Ante tempora sæcularia.* In æterno suo decreto. *Veritas enim nec falli potest, nec fallere.* Alii vertunt, ante multa sæcula, nempe per Prophetas, ut Rom. 1.

℣. 3. *Manifestavit autem temporibus suis.* Definito tempore eam declaravit, spem vitæ æternæ promissam, manifestam fecit per prædicationem mihi creditam; vel etiam manifestavit Verbum suum incarnatum.

℣. 4. *Tito, dilecto filio.* Græc. *Germano filio. Secundum communem fidem,* & Spiritum, quo ego te genui in Christo. *Gratia & pax.* Tibi multiplicetur.

℣. 5. *Et constituas per civitates presbyteros.* In majoribus oppidis Episcopos, quorum dotes mox exponit. Paulus in ea Insula jam fidei fundamenta jecerat; regimen illius Ecclesiæ Tito committit, ut Pastores constituat juxta traditionem & spiritum Apostolicum; varios Pastorum gradus distinguit. Creta vulgo Candia dicitur.

℣. 6. *Si quis sine crimine est, unius uxoris vir; filios habens fideles &c.* Is sit, cujus fama non laboret, neque in se, neque in liberis suis, qui sint fideles, seu Christiani. *Non in accusatione luxuriæ.* Vox Græca immodicum rerum omnium luxum significat, in comessationibus & compotationibus, quæ libidinem comitari solent. *Aut non subditos.* Parentibus.

℣. 7. *Oportet enim Episcopum sine crimine esse — non superbum.* Græc. *Non sibi placentem.* Non arrogantem. *Non vinolentum.* Hier. in hunc locum: *Numquam ego ebrium castum putabo.*

℣. 8. *Sed hospitalem, benignum.* Gr. Bonorum amantem. *Sobrium.* In actionibus suis moderatum. Græc. *Prudentem, continentem.* Hier. *Ut non solum ab opere immundo abstineat, sed etiam a jactu oculorum, & a cogitationis errore, mens Christi corpus consecutura sit libera.*

℣. 9. *Ut potens sit exhortari in doctrina sana.* Et salutari. *Et eos, qui contradicunt arguere.* i. Convincere. Chrysost. *Hoc est, quod maxime doctorem exprimit, posse scilicet verbis instruere, & confutare adversarios.*

II. 10. Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores, maxime, qui de circumcisione sunt:

11. Quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.

12. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

13. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide,

III. 14. Non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se a veritate.

b Rom. 14. 10. 15. Omnia *b* munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia.

16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAPUT II.

I. Instruit Titum, quomodo docere debeat senes, anus, adolescentulas, ac juvenes, præbens omnibus vitæ exemplum: 1. *II. Ostendit, in omnibus nos eruditi gratia Dei, quæ apparuit, & quid Christus exigat pro beneficiis nobis exhibitis.* 11.

1. Tu autem loquere, quæ decent sanam doctrinam:

2. Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia.

3. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, bene docentes:

4. Ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant,

5. Prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur verbum Dei.

6. Juvenes similiter hortare, ut sobrii sint.

7. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate,

8. Verbum sanum, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.

II. 10. Denn es sind auch viele Ungehorsame, unnütze Schwätzer, und Verführer, insonderheit, die aus der Beschneidung sind:

11. Denen man das Maul stopfen muß: welche ganze Häuser verkehren, dieweil sie lehren, was sich nicht gebühret, um schändliches Gewinns willen.

12. Es hat einer aus ihnen gesagt, der ihr eigener Prophet ist: Die Creter sind immerdar Lügner, böse Thiere, und faule Bäuche.

13. Dieses Zeugniß ist wahr. Um der Ursache willen strafe sie hart, damit sie rechtgeschaffen sind im Glauben,

III. 14. Und nicht achten auf die jüdischen Fabeln, und auf die Gebothe der Menschen, die sich von der Wahrheit abwenden.

15. Den Reinen ist alles rein: aber den Unreinen und Unglaubigen ist nichts rein, sondern es ist befleckt, sowohl ihr Gemüth, als ihr Gewissen.

16. Sie geben vor mit dem Munde, daß sie GOtt erkennen, aber mit der That verläugnen sie ihn: dieweil sie abscheulich sind, und unglaubig, und zu allem guten Werke untüchtig.

Das zweyte Capitel.

I. Paulus unterweiset Titum, was er lehren, und wie er sich mit Wort, und Werken gegen jedermann verhalten soll: 1. II. Und allen zu Gemüthe führen die Gnade Christi, der uns lehret, nüchtern, gerecht, und gottesfürchtig vor GOTT zu wandeln. 11.

1. Du aber rede, wie sich es nach der heilsamen Lehre geziemet:

2. Ermahne die Alten, daß sie nüchtern seyn, ehrbar, vorsichtig, rechtgeschaffen im Glauben, in der Liebe, in der Geduld.

3. Ingleichen die alten Weiber, daß sie sich in der Kleidung halten, wie den Heiligen gebühret, daß sie nicht lästern, nicht vielem Wein zugethan seyn, sondern daß sie gute Lehre geben:

4. Daß sie die jungen Weiber lehren, ihre Männer, und ihre Kinder lieben,

5. Daß sie vorsichtig, keusch, und nüchtern seyn, das Haus versorgen, gütig, und ihren Männern unterthan, damit das Wort GOttes nicht gelästert werde.

6. Ingleichen ermahne die Jünglinge, daß sie nüchtern seyn.

7. Stelle dich selbst vor in allen Dingen zum Exempel der guten Werke, in der Lehre, und Redlichkeit, im ernsthaftigen Wesen,

8. Das Wort soll heilsam, und unsträflich seyn: auf daß der Widerwärtige sich schäme, und nichts habe, daß er von uns was Böses sage.

9. Die

℣. 10. *Sunt enim multi etiam inobedientes — maxime, qui de circumcisione sunt.* Judæi apud Cretenses nati, & male conversi, qui Judaismum cum Christiana religione retinendum censebant.

℣. 11. *Quos oportet redargui.* Gr. Os obturare.

℣. 12. *Dixit — proprius ipsorum propheta.* Epimenides, qui teste Cicerone, L. 1. de divinatione, & Laertio, ut Propheta a suis habitus est, & librum scripsit de oraculis. *Malæ bestiæ.* Quod essent ad nocendum proclives. *Ventres pigri.* Quod otio & ventri indulgerent.

℣. 13. *Increpa illos dure.* Græc. Præcise argue, charitate non molli, sed salutari, quæ in peccatore veternum excutiat.

℣. 14. *Non intendentes Judaicis fabulis & mandatis hominum.* Qui veritatis loco fabulas Judaicas venditabant, & ritus legis Mosaicæ retinebant. *Aversantium.* Avertentium a veritate; quæ alienabant a veritate.

℣. 15. *Omnia munda mundis.* Si quando quibusdam cibis abstinent Christiani, non ut immundis, sed ut lege Ecclesiastica vetitis abstinent. *Conscientia.* Mens errore corrupta, dum prohibitos lege Moysis cibos comedunt, contra conscientiam erroneam.

℣. 16. *Cum sint abominati & incredibiles.* Gr. *Increduli.* Inobedientes. *Reprobi.* Ad omne bonum inutiles, propter errorem, in quo versantur; ad quodvis opus bonum sunt inepti.

CAPUT II.

℣. 1. *Tu autem loquere.* Quæ docere debeat Titus circa morum informationem, ita præscribit, ut cujusque conditionis & ætatis officia paucis perstringat verbis.

℣. 2. *Senes, ut sobrii sint.* In victu; tametsi vox Græca & sobrios, & vigilantes significat. *Pudici.* Gr. Sint graves & compositi in vitæ actionibus. *Sani in fide.* Integri, adeo ut fides eorum nihil habeat erroris admixtum. *In dilectione.* Ut charitas sit sincera, & sine simulatione. *In patientia.* Ac spes eorum sit cum patientia conjuncta; senectutis incommoda patienter ferant.

℣. 3. *Anus similiter in habitu sancto.* In eo habitu, qui sacras & Deo dicatas mulieres decet; non vestibus solum, sed etiam gestu & incessu, quæ sanctimoniam & religionem earum redoleant. *Non criminatrices.* Græc. διαβόλους, *calumniatrices.* *Bene docentes.* Bona docentes & honesta, non futilia, aut turpia; sed virtutes omnes, quæ ætatem, sexum, & conditionem earum spectant, juniores edoceant.

℣. 5. *Prudentes.* Supple, *esse.* Gr. *temperantes.* *Ut non blasphemetur verbum Dei.* Quasi vitia foveat; per anus vult adolescentulas institui.

℣. 7. *Præbe exemplum bonorum operum, in doctrina.* Ut puram, & solidam, & gravem doctrinam prædices. Græc. *Exhibe in doctrina tua integritatem.* Gravitatem, ut non sit de rebus inutilibus, non sit hæreticorum veneno infecta.

℣. 8. *Verbum sanum.* i. Doctrinam incorruptam præbe tuis subditis. *Ut is, qui ex adverso est, vereatur.* Gr.

9. Die Knechte ermahne, daß sie ihren Herren unterthänig seyn, und in allen Dingen wohlgefällig, daß sie nicht widersprechen,

10. Noch etwas veruntreuen, sondern in allem guten Glauben * erzeigen: damit sie die Lehre GOttes unsers Heilandes in allen Dingen zieren. *Treue.

II. 11. Denn es ist erschienen die Gnade GOttes, unsers Seligmachers, allen Menschen,

12. Und hat uns gelehret, daß wir sollen absagen dem ungöttlichen Wesen, und den weltlichen Lüsten, und nüchtern, und gerecht, und gottseliglich in dieser Welt leben,

13. Und warten auf die selige Hoffnung, und auf die Zukunft der Herrlichkeit des großen GOttes, und unsers Heilandes JEsu Christi,

14. Der sich selbst für uns gegeben hat, damit er uns von aller Ungerechtigkeit erlöfete, und ihm selbst ein angenehmes Volk reinigte, das nach guten Werken strebe.

15. Solches rede, und ermahne, und strafe mit aller Macht. Laß dich niemand verachten.

Das dritte Capitel.

I. Paulus lehret, daß die Glaubigen auch der heydnischen Obrigkeit Gehorsam leisten sollen, eingezogen, und sanftmüthig gegen allen sich erzeigen, und den guten Werken durch die Gnade Christi obliegen. 1. II. Verbiethet alle Gemeinschaft mit den Ketzern. 9. III. Grüßet seine Freunde, und beruft Titum, Zenam, und Apollo zu sich in Macedoniam. 12.

1. Ermahne sie, daß sie den Fürsten, und Obrigkeiten unterthan, und gehorsam, und zu allem guten Werke bereit seyn:

2. Daß sie niemand lästern, und zänkisch seyn, sondern eingezogen, alle Sanftmüthigkeit erweisen gegen alle Menschen.

3. Denn wir waren auch vormals unwitzig, unglaubig, irrend, dieneten den Begierden, und allerhand Wohllüsten, und wandelten in Bosheit, und Neid, waren feindselig, und hasseten uns untereinander.

4. Nachdem aber die Freundlichkeit, und Gütigkeit GOttes unsers Heilandes erschienen ist,

5. Hat er uns nicht aus den Werken der Gerechtigkeit, die wir gethan haben, sondern nach seiner Barmherzigkeit selig gemacht, durch das Bad der Wiedergeburt, und der Erneuerung des heiligen Geistes,

9. Servos *a* dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, *a Ephes 6.5. Coloss. 3. 22. 1. Petr. 2. 18.*

10. Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.

II. 11. †*b* Apparuit enim gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, †*IN NATIV. T. DOM. AD 1. MISS. ET CIRCUMCIS. DOMINI.*

12. Erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo,

13. Expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, *b Infr. 3. 4.*

14. Qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

15. Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAPUT III.

I. Pergit instruere, ad quas virtutes debeat adhortari, & a quibus vitiis dehortari salvatos a peccatis prioribus Dei benignitate per lavacrum regenerationis. 1. II. Monet, ut haec docens devitet haereses, & omnem vanam doctrinam. 9. III. Quosdam advocat amicos, omnesque salutat. 12.

1. Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse:

2. Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem.

4. Cum autem † benignitas *a*, & humanitas apparuit Salvatoris nostri Dei, †*IN NATIV. DOMIN. AD 2. MISS ET IN OCT. EJUSD. NATIV.*

5. Non *b* ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritus sancti,

a Supr 2 11.
b 2. Tim. 1. 9.

Gr. *Ut confundatur adversarius.* Gentilis, aut Judæus. Doctrinæ puritatem, vitæ integritatem, & morum gravitatem in Pastoribus exigit: doctrina pura sit in fide, & in moribus informandis. Errores in fide hæreticos, ut in morali pravos efficiunt Christianos: sed nisi doctrinæ puritati vitæ integritas accedat, nullus sequitur effectus. Gravitas in gestu, in incessu, in verbis, pastorem inprimis commendat, estque teste Ambrosio, L. 1. de Offic. cap. 18. *Pudicitiæ comes, cujus societate castitas ipsa tutior est.*

℣. 10. *Non fraudantes.* Græc. Non furtim aliquid decerpentes, non suffurantes. *Ornent in omnibus.* Apud alios commendatam reddant.

℣. 11. *Apparuit enim gratia Dei salvatoris nostri omnibus hominibus.* Quo minus miremur, si Apostolus ad fervorum institutionem descendat. *Apparuit.* Gr. *Illuxit.* Gratia Dei Salvatoris nostri Incarnati. Hactenus veri Pastoris characteres expressit, nunc veri Christiani progressus describit. *Omnibus hominibus.* Non uni populo, ut lex Judaica, & ad certum tempus, sed omnibus hominibus & in omne ævum.

℣. 12. *Erudiens nos.* Non solum verbo & exemplo, sed mentes etiam veritate sua illuminans, & cordibus charitatem infundens. *Impietatem.* Qua neglecto Deo rebus creatis tamquam idolis adhæremus. *Et sæcularia desideria.* Non solum pravos affectus, sed etiam sæculi hujus cupiditates. *Sobrie.* Erga nos ipsos. *Juste.* Erga proximum. *Et pie.* Erga Deum. *Vivamus in hoc sæculo,*

℣. 13. *Expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei &c.* An potuit clarius Christi divinitatem exprimere? Primum itaque omnis impietas abneganda, deinde sæcularia desideria, Christianæ vitæ officia, sobrietas nempe, justitia, pietas, colenda sunt, ac tandem in beatitudinis speratæ expectatione ad perfectionis statum contendere debemus. Expectantes adventum glorioſum Jesu Christi magni Dei, & Salvatoris nostri. Cum enim in Græco textu nullus sit articulus inter magnum Deum & Salvatorem, hæc duo conveniunt Jesu Christo.

℣. 14. *Qui dedit semetipsum pro nobis, ut -- mundaret sibi populum acceptabilem.* Acceptum & gratum, peculiari modo dilectum: vocem Græcam περιούσιον, negat Hier. alibi quam in Scripturis reperiri. *Sibi acceptabilem.* Deo consecratum per charitatem, quæ stare non potest bonis operibus destituta.

℣. 15. *Et argue cum imperio.* Cum auctoritate, quasi Dei nomine: ita ut *nemo te contemnat.* Sic te gere, ut nemo possit te despicere.

CAPUT III.

℣. 1. *Admone illos.* Cretenses sc. *Principibus & potestatibus subditos esse.* Ut subditorum erga principes & magistratus officiis non desint. *Paratos esse.* Ut exequantur, quidquid justum est. Subditorum erga principes officia ad hæc refert capita, ut eorum auctoritatem revereantur, jussis obtemperent, prompto & parato sint animo ad exequendum omne bonum opus sibi injunctum.

℣. 2. *Neminem blasphemare.* Nemini maledicere. *Non litigiosos esse.* Non rixarum amantes. *Sed modestos.* Gr. Æquos. Mites: ita ut innocentiæ & benevolentiæ *præcepta* observent. *Mansuetudinem.* Aug. *Mitem autem esse & humilem, charitatis conservatio est.* In expos. Epist. ad Gal.

℣. 3. *Eramus enim aliquando & nos insipientes &c.* Ac ne forte quis objiciat, plerosque homines adeo injustos esse & violentos, ut pacem cum iis habere non liceat; huic occurrit objectioni, meminisse oportere nos, olim fuisse iis similes, & cum iis sic agendum esse, ut nobiscum agi tam optavimus. *Odibiles.* Odio digni.

℣. 4. *Cum autem benignitas &c.* Postquam Deus ipse tam benigne nobiscum egit, an possemus erga proximum inhumane nos gerere?

℣. 5. *Per lavacrum regenerationis.* Per aquas baptismi, quibus filii Dei efficimur. *Et renovationis Spiritus sancti.* Et Sacramentum Confirmationis, per renovationem Spiritus sancti.

6. Quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum:

7. Ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

8. Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare, ut curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo. Hæc sunt bona, & utilia hominibus.

c 1. Tim. 1. 4. & 4. 7. 2. Tim. 2. 23. II. 9. Stultas *c* autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita. Sunt enim inutiles, & vanæ.

10. Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita,

11. Sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus.

III. 12. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare.

13. Zenam legis peritum, & Apollo solicite præmitte, ut nihil illis desit.

14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios, ut non sint infructuosi.

15. Salutant te, qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

6. Den er reichlich über uns ausgegossen hat, durch JEsum Christum unsern Heiland:

7. Auf daß wir durch seine Gnade gerechtfertiget, nach der Hoffnung Erben seyn des ewigen Lebens.

8. Dieses ist ein getreues Wort: und solches will ich, daß du diese Dinge bestättigest, damit diejenigen, so an GOtt glaubig worden sind, sich befleißen, in guten Werken vortrefflich zu seyn. Solches ist gut, und nütz den Menschen.

II. 9. Aber die thörichten Fragen, und Ausrechnung der Geschlechter, und das Gezänke, und die Streite über das Gesetz sollst du meiden. Denn sie sind unnütz, und eitel.

10. Einen ketzerischen Menschen sollst du meiden, nachdem er ein oder zweymal ermahnet worden ist,

11. Und sollst wissen, daß ein solcher verkehret ist, und sündiget, dieweil er durch sein eigenes Urtheil verdammet ist.

III. 12. Wann ich den Artemam, und Tychicum zu dir senden werde, alsdann eile zu mir zu kommen gen Nicopolim: denn daselbst bin ich Vorhabens den Winter über mich aufzuhalten.

13. Zenam, den Gesetzgelehrten, und den Apollo sende mit Fleiß vorher, damit ihnen nichts mangele.

14. Laß aber auch die Unsere lernen, in guten Werken vortrefflich seyn, auf daß man sie in nothwendigen Sachen brauchen möge, damit sie nicht unfruchtbar sind.

15. Es grüßen dich alle, die bey mir sind: grüße diejenigen, die uns lieben im Glauben. Die Gnade GOttes sey mit euch allen. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

CAPUT I.

I. Philemonis charitatem, ac fidem collaudat. 4. II. Onesimum servum ipsi remittit, & commendat, ejusque culpam in se recipiens, cupit ipsum habere, ut sibi ministret in Evangelii prædicatione. 10.

Paulus, vinctus Christi Jesu, & Timotheus frater: Philemoni dilecto, & adjutori nostro,

2. Et Appiæ, sorori charissimæ, & Archippo, commilitoni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est.

3. Gratia vobis, & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

I. 4. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,

5. Audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino JESU, & in omnes sanctos:

Die Epistel des heiligen Pauli zum Philemon.

Das erste Capitel.

I. Paulus lobet die Liebe, und gute Werke, so Philemon den Glaubigen beweiset. 4. II. Bittet ihn, daß er Onesimum, seinen Knecht, ohnlängst getauft, wieder aufnehmen wolle, und die begangene Schuld verzeihen. 10.

Paulus, ein Gebundener JEsu Christi, und Timotheus der Bruder: Philemon unserm Geliebten, und Mitgehülfen,

2. Und Appiä, der vielgeliebten Schwester, und Archippo, unserm Streitgenossen, sammt der Kirche, die in deinem Hause ist.

3. Gnade sey mit euch, und Friede von GOtt unserm Vater, und dem HErrn JEsu Christo.

I. 4. Ich danke meinem GOTT, und bin deiner allezeit ingedenk in meinem Gebethe,

5. Dieweil ich von deiner Liebe, und von deinem Glauben höre, den du hast in den HErrn JEsum, und an alle Heiligen:

6. Da

℣. 7. *Ut justificati gratia ipsius.* Quæ justificatio est effectus illius divinæ gratiæ, quam in nos effudit. *Hæredes.* Nondum enim sumus hæredes in re, sed in spe: atque hic est finis ejusdem gratiæ tam salutaris.

℣. 8. *Fidelis sermo est.* Hæc certa sunt & indubitata, ut curent bonis operibus præesse.

℣. 9. *Stultas autem quæstiones — & pugnas legis devita.* Hieron. in hunc locum: *Exerceatur sensus, mens quotidie divina lectione pascatur, & quæstiones nostræ stultæ non erunt quæstiones.*

℣. 10. *Hæreticum autem hominem post unam & secundam correptionem devita.* Vox Græca νουθεσία, ex Hier. commonitionem magis & doctrinam absque increptione significat.

℣. 11. *Sciens, quia subversus est.* Gr. *Eversus est.* Qui seipsum ab Ecclesia sejunxit, & proprio judicio condemnavit; neque illi ulla fit injuria, cum a fidelium consortio separatur.

℣. 12. *Festina ad me venire Nicopolim.* Urbem Epiri.

℣. 13. *Zenam legisperitum & Apollo solicite præmitte.* Honoris gratia deducas subministratis ad iter necessariis.

℣. 14. *Discant autem & nostri bonis operibus præesse, ut non sint infructuosi.* Hieron. *Infructuosos vocat, quisumque Evangelistis non ministraverint.*

℣. 15. *Saluta eos, qui nos amant in fide.* Qui amat in fide, & secundum fidem, is amat propter æternitatem; amor ille sacer est, nec perit: nullum est majus mutuæ benevolentiæ vinculum, quam eadem fides, eadem charitas.

CAPUT I.

℣. 1. *Paulus, vinctus Christi.* Pro Christo Jesu; sic tacite per hæc vincula obsecrat Philemonem. *Et Timotheus frater, Philemoni dilecto, & adjutori nostro.* In promovendo Evangelio: cum prædicatores hospitio exciperet, & opibus suis juvaret fideles; unde cum eo fructus laborum suorum communicat.

℣. 2. *Et Appiæ.* Hæc fuit Philemonis uxor, & christiana. *Et Archippo commilitoni nostro.* Qui, ut creditur, Colossensium erat Episcopus: aut certe inter præcipuos Ecclesiæ ministros, Philemonis amicus. *Et Ecclesiæ, quæ in domo tua est.* Sic totam Philemonis familiam, ut pro Onesimo deprecentur, prudenter involvit.

℣. 4. *Gratias ago Deo meo &c.*

℣. 5. *Audiens charitatem tuam &c.* Propter ea, quæ audio, cum de fide tua in Christum, tum de charitate erga sanctos: sic Philemonis laudes in gratiarum actiones & gratulationem convertit.

6. Damit die Gemeinschaft deines Glaubens offenbar werde durch Erkenntniß eines jeglichen guten Werkes, das in euch ist in Christo JEsu.

7. Denn ich habe eine große Freude, und Trost gehabt in deiner Liebe: denn durch dich, lieber Bruder, sind die Herzen der Heiligen erquicket worden.

8. Deßwegen habe ich ein großes Vertrauen in Christo JESU, dir zu gebiethen, was zu der Sache dienlich ist:

9. Und bitte noch vielmehr, um der Liebe willen, dieweil du also beschaffen bist, wie Paulus der Alte, nun aber ein Gebundener JEsu Christi.

10. Ich bitte dich für meinen Sohn Onesimum, den ich in den Banden gezeuget habe,

11. Welcher dir etwan unnütz war, jetzt aber ist er sowohl mir, als auch dir nütze,

12. Den ich dir wieder zurückgesendet habe. Du aber sollt ihn aufnehmen, wie mein eigenes Herze:

13. Welchen ich willens war bey mir zu behalten, daß er mir an deiner Statt dienete in den Banden des Evangelii:

14. Ich habe aber nichts thun wollen ohne deinen Rath, damit dein Gutes nicht gedrungen*, sondern freywillig wäre.

* genöthiget.

15. Denn vielleicht ist er darum eine geringe Zeit von dir abgewichen, damit du ihn ewig wieder bekämest:

16. Aber nun nicht mehr wie einen Knecht, sondern für einen vielgeliebten Bruder, insonderheit mir: wie vielmehr aber dir, sowohl nach dem Fleische, als auch im HErrn.

17. So du mich dann für deinen Mitgesellen hältst, so nimm ihn auf, als mich:

18. Und so er dir etwas Schaden gethan, oder schuldig ist, das rechne mir zu.

19. Ich Paulus habe es geschrieben mit meiner Hand: ich will es bezahlen, ich geschweige, daß du dich selbst mir schuldig bist:

20. Ja, lieber Bruder: Laß mich deiner genießen im HErrn: erquicke mein Herz im HErrn.

21. Aus dem Vertrauen auf deinen Gehorsam habe ich dir geschrieben: dieweil ich weis, daß du auch mehr thun wirst, dann ich sage.

22. Bereite mir aber auch zugleich die Herberge: denn ich hoffe, daß ich euch werde durch euer Gebeth geschenket werden.

23. Es grüßet dich Epaphras, mein Mitgefangener in Christo JEsu,

6. Et communicatio fidei tuæ evidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

7. Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia viscera sanctorum requieverunt per te, frater.

8. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi, quod ad rem pertinet:

9. Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vinctus Jesu Christi.

10. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

11. Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi utilis,

12. Quem remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera, suscipe:

13. Quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

14. Sine consilio autem tuo nihil volui facere, uti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

15. Forsitan enim ideo discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes:

16. Jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino.

17. Si ergo habes me socium, suscipe illum, sicut me:

18. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

19. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quod & te ipsum mihi debes:

20. Ita frater: Ego te fruar in Domino: refice viscera mea in Domino.

21. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens, quoniam & super id, quod dico, facies.

22. Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.

23. Salutat te Epaphras, concaptivus meus in Christo Jesu,

24. Mar-

℣. 6. *Ut communicatio fidei tuæ.* Ut beneficentia ex fide tua profecta. *Evidens fiat in agnitione omnis operis boni.* Ut appareat omnibus, nec latere possit. Interpres legit evidens, Chrysost. efficax, operosa; ut fides, quæ ex largitate tua omnibus apparet, magis ac magis fructuosa fiat operibus bonis; ex quibus divinæ in vos effusæ gratiæ divitias omnes recognoscant. Quæ liberalitas a fide profecta, vere Christiana est; hujus fructus sunt opera charitatis; finis & ratio, Christi amor.

℣. 7. *Quia viscera sanctorum requieverunt per te.* Quia eorum inopiam beneficentia tua recreasti.

℣. 8. *Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi.* Propterea cum jus habeam & libertatem per Christum imperandi tibi, quod officii tui est, quod decet, nempe ut eandem charitatem, qua usus es in sanctos, erga servum exerceas.

℣. 9. *Propter charitatem.* Qua te ut fratrem diligo, rogare magis velim. *Cum sis talis, ut Paulus.* Uterque senex: senes autem obsecrandi sunt. *Nunc autem & vinctus Jesu Christi.* Cujus adeo preces non aspernaberis, Apostoli senis, & vincti pro Christo. *Cum sis talis.* Gr. *Cum sim talis.* Senex, tamen rogo.

℣. 10. *Obsecro te pro meo filio.* Priusquam Onesimum designet, filium nominat a se institutum & baptizatum. Hier. in hunc locum: *Non sentit injuriam, non dolore cruciatur, nihil novit aliud nisi de Christi Evangelio cogitare.*

℣. 11. *Nunc autem & mihi & tibi utilis.* Alludit ad nomen *Onesimi*, quod *utilem* significat: nec tamen utitur Græca voce Ὀνήσιμον, quod nimis affectatum videri posset: sed voce εὐχρηστον. Et quidem utilis admodum Ecclesiæ postea factus est. De fide servi, qui fide regitur, & pietate, constare potest; non item de illo, qui Deo fidem non servat.

℣. 12. *Tu illum, ut mea viscera.* Ut mihi intime charum, *suscipe.*

℣. 14. *Sine consilio autem tuo.* Citra consensum tuum *nihil volui facere. Ne velut ex necessitate bonum tuum.* Seu beneficium tuum.

℣. 15. *Discessit ad horam a te, ut æternum illum reciperes.* Tecum in æternum futurum, cum in hac vita, tum in futura.

℣. 16. *Jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem.* Excipies ut fratrem charissimum utrique. *Maxime mihi.* Qui eum institui, & baptizavi. *Quanto autem magis tibi, & in carne.* Qui fidelis erit in domesticis tuis rebus: nam fides eum promptiorem ad obsequium effecit. *Et in Domino.* Et in Domini negotiis, quæ, servus tuus promovebit.

℣. 17. *Si ergo habes me socium* tibi in fide conjunctum, *suscipe illum sicut me.*

℣. 18. *Hoc.* Quod tibi nocuit. *Mihi imputa.* Furtum ejus & debitum in me transcribe.

℣. 19. *Ego Paulus scripsi mea manu.* Hæc Epistola mea manu scripta erit loco chirographi.

℣. 20. *Ita.* Gr. Certe *frater.* Reddam quidquid ille debet; vel quæso te, frater, ut Onesimum in gratiam recipias. *Ego te fruar in Domino.* Gr. Hunc fructum ex te referam, alludens ad nomen Onesimi.

℣. 22. *Simul autem & para mihi hospitium.* Ut Apostolo, ad quem plures quotidie confluunt; atque hoc ipsum efficacissimum erat ad flectendum Philemonis animum. Hier. *Non puto tam divitem fuisse Apostolum; & tantis sarcinis occupatum, ut præparato egeret hospitio, & non una contentus cellula: sed ut, dum, cum expectat Philemon ad se venturum, magis faciat, quod rogatus fuit.*

24. Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adjutores mei.
25. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

24. Marcus, Aristarchus, Demas, und Lucas meine Gehülfen.
25. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit eurem Geiste. Amen.

EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

CAPUT I.

I. Veteri Testamento per Angelos dato novum per Christum verum Dei Filium datum præfertur: 1. II. Quia & Christus Angelis dignior est, antecellens eos origine, dominio, potentia, & honore. 13.

† IN NATIVIT. DOM. AD 3. MISS.

Multifariam, † multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissime

2. Diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit hæredem universorum, per quem fecit & sæcula:

a Sap. 7. 26. 3. Qui, *a* cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dextram majestatis in excelsis,

4. Tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.

5. Cui enim dixit aliquando Angelorum:
b Psalm. 2. 7. Filius *b* meus es tu, ego hodie genui te. Et
c 2. Reg. 7. 14. rursum: *c* Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in Filium?

6. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit:
d Psal. 96. 7. *d* Et adorent eum omnes Angeli Dei.

e Psal. 103. 4. 7. Et ad Angelos quidem dicit: *e* Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.

f Psal. 44. 7. 8. Ad Filium autem: *f* Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui.

Die Epistel des heiligen Pauli zu den Hebräern.

Das erste Capitel.

I. Paulus beweißt aus der heiligen Schrift wider Simeonem den Zauberer, und andere Ketzer, die den Engeln zu viel zulegten, daß JEsus Christus GOtt sey: 1. II. Und darum weit größer, als Moyses, die Propheten, und alle Engel. 13.

Mannigfaltig, und auf vielerley Weise hat GOtt vor Zeiten geredet mit unsern Vätern durch die Propheten: endlich

2. In diesen Tagen hat er mit uns geredet durch den Sohn, welchen er gesetzet hat zum Erben aller Dinge, durch welchen er auch die Welt gemacht hat:

3. Welcher, weil er ist der Glanz seiner Herrlichkeit, und die Gestalt seines Wesens, und trägt alle Dinge in dem Worte seiner Kraft, und hat gemacht die Reinigung unserer Sünden, sitzet er nun zu der Rechten der Majestät in der Höhe,

4. Und ist so viel besser worden, als die Engel, so viel er einen höhern Namen vor ihnen ererbet hat.

5. Denn, zu welchen unter den Engeln hat er jemal gesagt: Du bist mein Sohn, heute habe ich dich gebohren. Und abermal: Ich will sein Vater seyn, und er soll mein Sohn seyn?

6. Und da er abermal den Erstgebohrnen einführet in die Welt, spricht er: Und es sollen ihn anbethen alle Engel GOttes.

7. Und zwar zu den Engeln spricht er: Der seine Engel Geister machet, und seine Diener Feuerflammen.

8. Aber zum Sohn spricht er: Dein Thron, o GOtt, währet in alle Ewigkeit: der Scepter deines Reichs ist ein Scepter der Richtigkeit.

9. Du

CAPUT I.

¥. 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus.* Deus voluntatem suam sæpe & variis modis olim aperuit, adeo ut alia quibusdam prophetis, alia aliis mysteria, nec omnibus uno & eodem modo ea retexerit; nonnullis per imagines, aut verba, aut ænigmata; aliis inter dormiendum; aliis inter vigilandum. *Novissime diebus istis locutus est nobis in Filio.* Sed nuper nobis locutus est per Filium suum Deum & hominem; sic Hebræos & fideles longe majori gratia dignatus est in nova lege per Incarnationem: nam Prophetæ per figuras & ænigmata certis temporibus locuti sunt.

¥. 2. *Quem constituit hæredem universorum.* Qui ut homo hæres & possessor Universi a Patre est constitutus, cum ab æterno ut Deus rerum omnium sit conditor & Dominus.

¥. 3. *Qui cum sit splendor gloriæ.* Paternæ gloriæ, & divinæ majestatis, ut radius est splendor solis, a quo emanat; Patri coæternus: sed ne eum expertem naturæ divinæ crederemus, mox subdit. *Et figura substantiæ ejus.* Gr. *Character.* Seu imago paternæ substantiæ sic expressa, ut per omnia sit illi similis & æqualis omnino, ejusdem naturæ. *Portansque.* Regens, conservans, & continens omnia nutu suo, & potentia. *Purgationem peccatorum faciens.* Græc. Per semetipsum purgationem faciens peccatorum nostrorum, non per exteriores victimas, sed per proprium corpus. *Sedet.* Apostolus Christi prærogativas recenset, tum ratione æternæ generationis, quod per eum ut Deum & æternam sapientiam mundus sit conditus; sit gloriæ paternæ splendor; ut imago illius viva, sustentet & regat omnia nutu suo & voluntate; tum ut homo nos proprio sanguine abluerit, quod supra res omnes creatas positus, thronum gloriæ adeptus fuerit; ut hæres universorum, & judex, atque in cœlum ascendens, sacerdotis, victimæ & mediatoris munus apud Patrem obire non desinat.

¥. 4. *Tanto melior Angelis effectus.* Jam Christum Angelis longe præstantiorem esse probat ex Scripturis. Primum quidem ex ipso Filii Dei nomine, quod ab æterno accepit; deinde per Incarnationem factus est homo Dei Filius, cum Angeli servi tantummodo sint & ministri Dei; si Filius est, Deus quoque est.

¥. 5. *Cui enim dixit aliquando Angelorum: Filius meus es tu &c.* Cui ab æterno dixit Deus: Hodie genui te; non adoptione, aut gratia, sed natura filium meum ab æterno genui te; quod iterum in ipsa Incarnatione, & in resurrectione ad immortalem gloriam a Patre fuit iteratum, uti docet Paulus, Act. 23. *Et rursum: Ego ero illi in patrem.* De temporali filiatione loquens; quæ verba de Christo, cujus Salomon typus erat, Apostolus cum Hebræis ad fidem conversis intelligit.

¥. 6. *Et cum iterum introducit.* Inducit vel in ipsa Incarnatione, cum Filius mundi possessionem adiit, vel cum in fine sæculorum iterum introducit primogenitum suum in orbem terrarum, ut pro dignitate sua honoretur. *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Psal. 96.

¥. 7. *Et ad Angelos.* Id est, de Angelis. *Qui facit Angelos suos spiritus.* Psal. 103. qui facit Spiritus Angelos, seu nuntios: nam Angelus est nomen officii, ut Spiritus naturæ ignis, i. e. igneæ quodammodo & actuosæ naturæ, cujusmodi sunt fulgura jussa Dei exequentia summa celeritate.

¥. 8. *Ad filium autem.* Longe aliud est Filii munus regnandi, scilicet, in æternum; unde & eum vocat Deum. *Thronus Deus tuus.* O Deus Christe, in vocandi casu, thronus tuus æternus erit. *Virga æquitatis.* Sceptrum tuum erit justitiæ sceptrum, Psal. 44.

9. Du hast die Gerechtigkeit geliebt, und gehasset die Ungerechtigkeit: darum hat dich, o GOtt! dein GOtt mit Freudenöl gesalbet, vor deinen Mitgenossen.

10. Und: Du hast, o HErr! im Anfang die Erde gegründet: und die Himmel sind Werke deiner Hände.

11. Sie werden vergehen, du aber bleibest, und sie werden alle wie ein Kleid veralten:

12. Und du wirst sie wandeln wie ein Kleid, und sie werden verwandelt werden: du aber bist eben derselbige, und deine Jahre werden kein Ende haben.

II. 13. Aber zu welchem unter den Engeln hat er jemal gesagt: Setze dich zu meiner rechten Hand, bis ich deine Feinde zum Schemmel deiner Füße lege?

14. Sind sie nicht alle miteinander dienstbare Geister, ausgesandt zum Dienst, um deren willen, so da erben sollen die Seligkeit?

Das zweyte Capitel.

I. Paulus lehrt, daß Christus, weil er über alle Engel ist, als der oberste Gesetzgeber zu fürchten sey: 1. II. Und daß man ihn halten soll als für den wahren Erlöser, so uns alle durch sein Leiden heilige, und mit GOtt versöhne. 9.

1. Darum müssen wir destomehr acht geben auf die Dinge, die wir gehört haben, damit wir nicht etwan verfließen.

2. Denn so vest worden ist das Wort, das durch die Engel geredet war, und wenn alle Uebertrettung, und Ungehorsam seinen rechten Lohn empfangen hat:

3. Wie werden wir entfliehen, wenn wir eine solche Seligkeit aus der Acht lassen? welche, nachdem sie durch des HErrn Predigt den Anfang genommen, ist sie auf uns bevestiget worden von denjenigen, die ihn gehöret haben,

4. Durch das GOttes Bezeugen mit Zeichen und Wundern, und mancherley Kräften, und unterschiedlichen Gaben des heiligen Geistes, nach seinem Willen.

5. Denn GOtt hat die künftige Welt, davon wir reden, den Engeln nicht unterworfen.

6. Sondern es hat einer bezeuget an einem Orte, da er spricht: Was ist der Mensch, daß du an ihn gedenkest: oder des Menschen Sohn, daß du ihn heimsuchest?

7. Denn du hast ihn ein wenig geringer gemacht, dann die Engel: mit Ehre, und Herrlichkeit hast du ihn gekrönet: und hast ihn gesetzet über die Werke deiner Hände.

8. Alle Dinge hast du seinen Füßen unterworfen:

9. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te DEUS, DEUS tuus oleo exultationis, præ participibus tuis.

10. Et: g Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. g *Psalm.* 101. 26.

11. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent:

12. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

II. 13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: *h* Sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? h *Psal.* 109. 1. 1. *Cor.* 25.

14. Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis?

CAPUT II.

I. Cum angelicorum præceptorum transgressio dignam acceperit ultionem, multo magis punietur transgressor præceptorum Christi: 1. II. Qui per susceptam humanitatem & crucem honoratus ab Angelis, ex eo factus est auctor salutis in ipsum credentium. 9.

1. Propterea abundantius oportet observare nos ea, quæ audivimus, ne forte pereffluamus.

2. Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio, & inobedientia accepit justam mercedis retributionem:

3. Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ, cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in hos confirmata est,

4. Contestante *a* Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. a *Marc.* 16. 20.

5. Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

6. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens: *b* Quid est homo, quod memor es ejus: aut filius hominis, quoniam visitas eum? b *Psal.* 8. 5.

7. Minuisti eum paulominus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

8. Omnia *c* subjecisti sub pedibus ejus: in eo enim, c *Matth.* 28. 18. 1. *Cor.* 15. 26.

ỳ. 9. *Dilexisti justitiam.* Amor justitiæ, & odium iniquitatis, judicioruni lex & norma futura est. Hæc Regis sunt ornamenta, thronus & sceptrum, quæ ministro non conveniunt. *Unxit te, Deus.* Invocandi casu. *Deus tuus, oleo exultationis.* Gratia Spiritus sancti secundum humanitatem unxit te. *Præ participibus tuis.* Non ad mensuram, sed ad plenitudinem; non oleo materiali unctus es a Patre, sed ipsa divinitate. Excellentius quam omnes consortes tui sc. justi. Alludit ad nomen Messiæ, aut Christi, seu uncti.

ỳ. 10. *Et: Tu in principio, Domine, terram fundasti.* Postquam de humanitate Christi, quæ uncta est Spiritu sancto, locutus est, ad illius divinitatem redit, ne quis forte existimet Christum incepisse, cum assumpta carne in orbem terrarum inductus est. Christi itaque excellentiam & deitatem ex ipsius opere demonstrat, & verba Psalmi 101. ei tribuit.

ỳ. 11. *Ipsi* cœli *peribunt.* In novam formam mutabuntur. *Tu autem permanebis.*

ỳ. 13. *Sede a dextris meis.* In plenitudine majestatis meæ. *Donec ponam.* Vox illa non finem temporis, sed æternitatem significat; vel *donec*, ut ponam: sic Psal. 122. *Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Ut miseratur nostri.

ỳ. 14. *Nonne omnes sunt administratorii spiritus.* Seu Dei ministri adeoque Christi.

CAPUT II.

ỳ. 1. *Propterea abundantius.* i. Perfectius. *Oportet observare nos ea, quæ audivimus.* A Deo per Filium. Ex iis, quæ de Christi excellentia præ Angelis docuit Apostolus, id concludit, majori reverentia & cura observari a nobis oportere, quæ ab ipso Christo accepimus. *Ne forte pereffluamus.* Ne forte hæc doctrina minus attentis animis excepta, instar aquæ e vase rimarum pleno perfluat.

ỳ. 2. *Si enim, qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus.* Tantam obtinuit auctoritatem.

ỳ. 3. *Quomodo nos effugiemus.* Judicium Dei, si Evangelicam doctrinam, quæ nobis salutem attulit, spernamus? Ac ne forte obtenderent legem novam non sibi, ut par erat, traditam fuisse; mox subjicit eam a Domino ipso prædicatam, tum ab ejus Apostolis & discipulis ad nos & ad nostram usque ætatem esse promulgatam, atque innumeris miraculis confirmatam. Quæ miracula cum certa sint & confecta, religionis nostræ firma sunt argumenta: Quod si fides iis non habeatur, *hoc nobis unum erit grande miraculum, quod terrarum orbis sine ullis miraculis Christo credidit.* Aug. L. 22. de civit. cap. 5. & cap. 8. *Quisquis adhuc prodigia, ut credat, inquirit, magnum ipse est prodigium, qui mundo credente non credit. Quamquam nec desint his temporibus vera miracula: nam etiam nunc fiunt miracula in ejus nomine, sive per Sacramenta ejus, sive per orationes, vel memorias Sanctorum ejus.* Tum publica & manifesta profert miracula per Sancti Stephani reliquias facta. Cum autem illud Hebræis venire in mentem posset, populum Hebræum, seu Synagogam olim subjectam fuisse Angelorum regimini: hanc statim objectionem diluit Apostolus.

ỳ. 5. *Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum.* Ecclesiam, seu mundum innovatum.

ỳ. 7. *Minuisti eum.* In sensu præcipue intento hæc intelligenda sunt de Christo. Minuisti eum Christum paulo minus *ab Angelis* utpote hominem & mortalem; paulo minus quidam etiam interpretantur ad modicum tempus, sc. tempore mortalitatis suæ.

ỳ. 8. *Omnia subjecisti sub pedibus ejus.* Nihil enim excipit, atque hanc prophetiam Christo applicat, juxta com-

enim, quod omnia ei subjecit, nihil dimisit non subjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subjecta ei.

d Phil. 2. 8. II. 9. Eum *d* autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, ut gratia DEI, pro omnibus gustaret mortem.

10. Decebat enim eum, propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.

11. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens:

*e Psal.*21.23. 12. Nuntiabo *e* nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ laudabo te.

f Psal. 17. 3. 13. Et iterum: *f* Ego ero fidens in eum. Et

g Isai. 8. 18. iterum: *g* Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Deus.

14. Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse similiter participavit eisdem: ut per mortem destrueret *h* eum,

h Osee 13.14. *1. Cor.*15.54. qui habebat mortis imperium, id est, diabolum:

15. Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant servituti.

16. Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

17. Unde debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi.

18. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari.

denn in dem, daß er ihm alles unterworfen, hat er nichts gelassen, daß ihm nicht unterworfen sey. Wir sehen aber jetzt noch nicht, daß ihm alles unterworfen ist.

II. 9. Den aber, der ein wenig minder worden ist, dann die Engel, nämlich JEsum, sehen wir, daß er um seines Leidens, und Todes willen, mit Ehre, und Herrlichkeit gekrönet ist: auf daß er durch GOttes Gnade für alle den Tod schmeckete.

10. Denn es gezemet sich, daß derselbige, um dessen willen alle Dinge sind, und durch welchen alle Dinge sind, der viele Kinder zu der Herrlichkeit geführet hat, daß er den Stifter ihres Heils durch das Leiden vollkommen machte.

11. Denn der da heiliget, und die geheiliget werden, sind alle aus einem Herkommen. Um welcher Ursache willen er sich nicht schämet, sie Brüder zu nennen, da er spricht:

12. Ich will deinen Namen meinen Brüdern verkündigen: mitten unter der Gemeinde will ich dich preisen.

13. Und abermal: Ich will auf ihn vertrauen. Und abermal: Siehe, ich selbst, und meine Kinder, die mir GOtt gegeben hat.

14. Dieweil nun die Kinder die Gemeinschaft haben des Fleisches, und Blutes, so hat er sich derselbigen auch ingleichem theilhaftig gemacht: auf daß er durch den Tod denselbigen zerstöhrete, der des Todes Gewalt hatte, das ist, den Teufel:

15. Und diejenigen erlösete, welche aus Furcht des Todes all ihr Lebenlang der Knechtschaft unterworfen waren.

16. Denn er hat nirgends die Engel angenommen, sondern den Saamen Abrahams hat er angenommen.

17. Daher mußte er allerdings seinen Brüdern gleich werden, auf daß er barmherzig würde, und ein getreuer Hoherpriester vor GOtt, zu versöhnen die Sünden des Volks.

18. Denn darinnen er selber gelitten hat, und versucht ist, kann er auch helfen denen, die versucht werden.

CAPUT III.

I. Christus, utpote Filius Dei longe excellentior magister est, quam Moyses: 1. *II. Igitur Hebræi debent illi in omnibus obtemperare, ne in modum incredulorum ab ejus requie repellantur.* 7.

1. Unde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum, & pontificem confessionis nostræ JESUM:

2. Qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut

*a Num.*12.7. & *a* Moyses in omni domo ejus.

3. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse

Das dritte Capitel.

I. Paulus lehret, daß Christus, als der HErr, eher und mehr, als sein Diener Moyses, soll gehöret werden: 1. II. Sonst werden sie, die Hebräer, von wegen ihres Unglaubens, gleichwie ihre Vorältern in der Wüste, gestraft, und von dem gelobten Lande der Auserwählten ausgeschlossen werden. 7.

1. Derowegen, ihr heilige Brüder, die ihr des himmlischen Berufes theilhaftig worden seyd, so betrachtet nun den Apostel, und den Hohenpriester unserer Bekenntniß, JEsum:

2. Der demjenigen getreu ist, der ihn gemacht hat, wie auch Moyses war in seinem ganzen Hause.

3. Denn dieser ist größerer Ehre werth gehalten worden,

---

communem Judæorum, qui tum erant, sententiam. Sic passioni Christi aptat illa prophetæ verba: *Minuisti eum paulo minus ab Angelis.* Ut ad resurrectionem ejus, quæ sequuntur, prophetæ verba referuntur. *Gloria & honore coronasti eum.* Ac ne conditio illa mortalis Judæos offenderet, qui Angelos impassibiles Christo passibili & mortali anteponerent, necessitatem mortis Christi probat, primum ex fine, quem sibi Christus proposuit. *Ut gratia Dei.* Ex mera charitate sua pro salute omnium, & ad breve tempus. *Gustaret mortem.*

℣. 10. *Decebat enim eum.* Hoc ipsi & Patri conveniebat. *Adduxerat.* Qui hanc ad salutem viam ab æterno hominibus statuit. *Consummare.* Perfecte glorioſum reddere: cum e summa crucis ignominia ad summam resurrectionis & ascensionis gloriam pervenit.

℣. 11. *Qui enim sanctificat.* Christus scilicet. *Et qui sanctificantur.* Fideles utique. *Ex uno omnes.* Ex communi parente prognati eandem naturam participant, propterea non confunditur *eos vocare fratres, dicens:* id probat ex Psal. 17.

℣. 14. *Quia ergo pueri communicarunt carni & sanguini.* Homines ex carne & sanguine constant, atque hujus naturæ voluit esse particeps. *Ut per mortem destrueret eum.* Qui invecta per peccatum morte tyrannum agebat.

℣. 15. *Et liberaret eos.* Per mortem suam, & spem vitæ æternæ, eos qui nimium perhorrescentes mortem instar servorum in perpetuo timore versabantur. Itaque vos ab ea servitute Christus liberavit. *Christianum expeditum morti genus.* Tert. L. de spectaculis.

℣. 16. *Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Et hominem fugientem & relactantem quasi manu injecta in libertatem asseruit.

℣. 17. *Unde debuit per omnia.* Excepto peccato. *Fratribus similari, ut misericors fieret.* Sen miseriarum nostrarum sensu motus nos Deo Patri reconciliaret.

℣. 18. *In eo enim, in quo passus est — potens est &c.* Ex morte sua & passione vim illam nobis in tentationibus & probationibus opitulantem depromsit.

CAPUT III.

℣. 1. *Unde fratres sancti* professione *considerate Apostolum & pontificem confessionis nostræ.* Fidei, quam profitemur. *Jesum.* Postquam Christum longe excellentiorem esse Angelis Scripturarum auctoritate demonstravit, nunc eum cum Moyse comparat. Ac primum ratione ministerii probat Christum Pontificem & Apostolum esse confessionis nostræ, seu fidei nostræ, quam profitemur; cum interpellat pro nobis apud Deum: unde & Pontifex est & Apostolus, seu legatus Dei, ad oves, quæ perierant, domus Israel missus. Ut Apostolus, Ecclesiæ fundamentum posuit fidem; ut Pontifex, Sacramentorum gratiam hominibus impertitus, se obtulit in sacrificium pro omnibus.

℣. 2. *Qui fidelis est ei, qui fecit illum* pontificem, *sicut & Moyses in omni* i. tota *domo ejus.* Juxta Græcum textum sic legendum videtur: Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Jesum fidelem fuisse ei, qui fecit illum, qui ad eam dignitatem illum evexit. Ita quidem sermoni suo moderatur, ut Christum primo assimilet Moysi, ne Hebræos offendat, qui Moysem ultra, quam par erat, extollebant.

℣. 3. *Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est.* Nunc habita honoris & dignitatis ratione Christum Moysi

den, als Moyses, wie größere Ehre derjenige hat, der das Haus gebauet hat, als das Haus selbst.

4. Denn alle Häuser werden von jemand gebauet: der aber alles erschaffen hat, dieser ist GOtt.

5. Und Moyses zwar ist getreu gewesen in seinem ganzen Hause, wie ein Knecht, zum Zeugniß der Dinge, die hernach sollten gesagt werden:

6. Christus aber ist wie der Sohn, in seinem eigenen Hause: welches Haus wir sind, so wir anders das Vertrauen, und die glorwürdige Hoffnung bis an das Ende vest behalten.

II. 7. Derohalben, wie der heilige Geist spricht: Wenn ihr heute seine Stimme höret,

8. So verstocket eure Herzen nicht, wie bey der Verbitterung geschah, am Tage der Versuchung in der Wüste,

9. Da mich eure Väter versuchten: sie prüften, und sahen meine Werke

10. Vierzig Jahre lang: darum war ich zornig über dieses Geschlecht, und sprach: Diese irren immerdar in ihrem Herzen. Sie aber erkenneten meine Wege nicht:

11. So habe ich in meinem Zorn geschworen: Sie sollen zu meiner Ruhe nicht hineinkommen.

12. Sehet zu, liebe Brüder, daß nicht etwan jemand unter euch ein boshaftiges Herz des Unglaubens habe, vom lebendigen GOtt abzuweichen:

13. Sondern ermahnet euch selbst alle Tage, so lang es heute heißt, damit nicht jemand unter euch durch Betrug der Sünde verstockt werde.

14. Denn wir sind Christi theilhaftig worden: so wir anders den Anfang seines Wesens bis zum Ende vest behalten:

15. Dieweil gesagt wird: Wenn ihr heute seine Stimme höret, so verstocket eure Herzen nicht, wie bey jener Verbitterung geschah.

16. Denn etliche reizten den HErrn, nachdem sie ihn gehöret hatten: wiewohl nicht alle, welche durch Moysen aus Aegypten gegangen waren.

17. Ueber welche aber ward er zornig die vierzig Jahre

dignus est habitus, quanto ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.

4. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est.

5. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant:

6. Christus vero tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.

II. 7. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: *b* Hodie si vocem ejus audieritis, *b Psal. 94. 8.*

8. Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, *Infr. 4. 7.*

9. Ubi tentaverunt me patres vestri: probaverunt, & viderunt opera mea

10. Quadraginta annis: propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: Semper hi errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas:

11. Sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

12. Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo:

13. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

14. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus:

15. Dum dicitur: Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione.

16. Quidam enim audientes exacerbaverunt: sed non universi, qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen.

17. Quibus autem infensus est quadraginta annis?

Moyse longe præstantiorem esse hinc probat, quod Moyses minister tantum domus fuerit; domus illa fuit Synagoga, cujus pars erat Moyses: Ecclesiæ vero opifex ac Dominus Christus est, qui totum hoc Universum condidit.

℣. 5. *Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus.* Ne Moysem videatur contemnere, fidem & fidelitatem ejus commendat, sed ut famuli, qui Domini voluntatem domesticis Dei bona fide aperiret.

℣. 6. *Christus vero tamquam filius in domo sua.* Supra domum suam, quam ipsemet regit. *Quæ domus sumus nos.* Vel etiam Christi domus sumus nos. *Si fiduciam.* Græc. παῤῥησίαν. *Firmam retineamus.* Si nihil trepidantes, libere Christum prædicemus, ac spem omnem nostram in eo collocemus, si de illa spe gloriemur, ex Græco textu: secus si ab ea spe exciderimus, ab ejus domo ejiciemur. Quod Patrum exemplo probat, qui ex Ægypto egressi cum spe promissam terræ sanctæ hæreditatem adeundi, ab ea fuerunt excluſi; atque in eam rem citat Psal. 94. ut probet non magis eos cœlestem patriam adituros, si Christo non paruerint, quam patres eorum terram promissam ingressi sunt.

℣. 8. *Sicut in exacerbatione.* Sicut accidit populo Dei in deserto, & in loco, qui dictus est contradictio, seu exacerbatio.

℣. 10. *Propter quod.* In Hebræo desunt hæ duæ voces in Psal. 94. unde ista verba sumuntur. *Quadraginta annis.* Videntur jungi oportere cum sequentibus. *Infensus fui.* In Psalterio Rom. legimus, *proximus fui:* nimirum ad puniendum. *Infensus fui.* Ægre tuli, molestus mihi fuit hic populus; vel si jungas cum præcedentibus, probaverunt me annis 40.

℣. 11. *Sicut juravi.* Itaque juravi, in Psal. Romano. *Quibus juravi; in requiem meam.* Quam daturus eram, ut requiescerent a laboribus suis. *Si introibunt.* i. Non introibunt in terram Chanaan a me promissam.

℣. 13. *Donec hodie cognominatur.* Seu vocatur, quamdiu præsenti vita fruimur, & tempus pœnitendi adest. *Fallacia peccati.* Fallente & blandiente peccato. Bernard. L. 1. de consid. cap. 2. *Cor durum ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec movetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia, ad consilia infidum, ad judicia surdum, inverecundum ad turpia, impavidum ad pericula, &c.*

℣. 14. *Participes enim Christi* Corporis & gratiæ Christi *effecti sumus.* Periculosam securitatem amolitur, ac subinde monet nihil eis profuturum, quod per fidem Christo ut capiti suo sint conjuncti, si ab eo discedant. *Si tamen.* Si fidem Christi, quæ per charitatem operatur, per quam spiritaliter vivimus, ut corpus per animam, ad finem usque vitæ habeamus. *Initium substantiæ.* Quam initio accepimus, per quam subsistimus; vel quæ initium vitæ novæ, quam accepimus a Deo, nobis dedit.

℣. 15. *Dum dicitur: Hodie si vocem.* Particula, *dum*, in Græco deest; Latini quidem eam jungunt cum superioribus. Unde videtur id supplendum post hæc verba, *usque in finem retineamus.* Ne idem infortunium nobis accidat, quod Hebræis, ne similiter pereamus, dum intelligimus nobis dictum. *Hodie si vocem ejus, &c.* Quamdiu vivimus, & audimus vocem Dei per ejus ministros.

℣. 16. *Quidam enim audientes.* Gr. Qui audierant. *Exacerbaverunt, sed non universi.* Hæc per interrogationem legi oportere existimant Chrysost. Theodor. quos sequitur auctor Analyseos Gallicæ, dissert. 52. Chrysostomus hunc locum exponens hæc habet: Cum rursus attulisset testimonium (nempe ex Psalmo 94. citatum v. 13.) Subjungit interrogationem, scilicet v. 16. Quod quidem claram efficit orationem; unde hunc versiculum & sequentes, per interrogationes exponit. Quorumnam, inquit, meminit Scriptura, qui indurati fuere? nec ipse quidquam addit, quod ad illam pertineat restrictionem. Quidam exacerbaverunt, sed non omnes. Theodoretus hunc versum 16. in duo membra secat: Primum, inquit, legendum per interrogationem; secundum autem non enuntiatur, sed per responsionem. Quæ enim sequuntur, efficiunt ut ita intelligamus: Nam præter Caleb, & Jesum Nave, sexcenta millia perierunt. Eodem quoque argumento utitur Apostolus 1. Cor. 10. ut pium & humilem timorem incutiat fidelibus exemplo Judæorum, qui ex Ægypto egressi perierunt in deserto, quod Deum multis seditionibus irritarint; & paucos ex iis Deo placuisse docet.

annis? nonne illis, qui peccaverunt, *c* quorum cadavera prostrata sunt in deserto?

c Num. 14. 37.

18. Quibus autem juravit, non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt?

19. Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

CAPUT IV.

I. Judæi ob incredulitatem non introierunt in promissam requiem, & reliquum est, ut alii ingrediantur. 1. *II. Curandum est, ne ea frustremur, sed ut credentes Christi Dei verbo, in ipsam admittamur.* 11. *III. Habentes in Christo nostrum refugium, Pontificem, & thronum gratiæ.* 14.

1. Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse.

2. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, non admistus fidei ex iis, quæ audierunt.

3. Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus, quemadmodum dixit *a*: Sicut juravi in ira mea, si introibunt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi perfectis.

a Psal. 94. 11.

4. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: *b* Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.

b Gen. 2. 2.

5. Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam.

6. Quoniam ergo supersest introire quosdam in illam, & ii, quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem:

7. Iterum terminat diem quemdam. Hodie, in David dicendo, post tantum temporis, sicut supra dictum est: *c* Hodie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.

c Supr. 3. 7.

8. Nam si eis Jesus requiem præstitisset, numquam de alia loqueretur, posthac, die.

lang? war es nicht über die, so gesündiget hatten, deren Leiber in der Wüste niedergeschlagen worden sind?

18. Welchen aber schwur er, daß sie zu seiner Ruhe nicht eingehen würden, als denen, die unglaubig waren?

19. So sehen wir nun, daß sie wegen des Unglaubens nicht haben hineingehen können.

Das vierte Capitel.

I. Paulus ermahret die Hebräer, standhaftig zu seyn im Glauben Christi, damit sie durch ihn in die ewige Ruhe eingehen mögen. 1. II. Bedrohet die, so vom Glauben abfallen, mit der Beraubung der himmlischen Freude. 11. III. Erinnert, daß wir unsere Zuflucht zu Christo haben, der uns in allem gleich worden ist. 14.

1. So laßt uns nun fürchten, daß wir die Verheißung einzugehen zu seiner Ruhe nicht verlassen, und jemand aus euch erfunden werde, der dahinten bleibe.

2. Denn es ist uns auch verkündiget, gleichwie jenen. Aber das Wort allein gehört half jene nichts, da der Glaube nicht gethan ward zu dem, was sie gehört hatten.

3. Denn wir werden eingehen in die Ruhe, wir, die da geglaubet haben, wie er sprach: Als ich geschworen habe in meinem Zorn, sie sollen zu meiner Ruhe nicht kommen: und zwar zur vollkommenen, so da war mit den Werken von Anbeginn der Welt gemacht.

4. Denn er sprach an einem Orte von dem siebenten Tage also: Und GOtt hat geruhet am siebenten Tage von allen seinen Werken.

5. Und hier an diesem Orte abermal: Sie sollen nicht kommen zu meiner Ruhe.

6. Nachdem nun übrig ist, daß etliche eingehen werden zur Ruhe, und die, denen es zuerst verkündiget ist, nicht dazu gekommen sind, um des Unglaubens willen:

7. Bestimmet er abermal einen Tag nach solcher langen Zeit, und sagt: Heute, durch David, wie gesagt worden: Heute, so ihr seine Stimme hören werdet, so verstocket eure Herzen nicht.

8. Denn so Josue sie hätte zur Ruhe gebracht, würde er nicht hernach von einem andern Tage gesagt haben.

9. Darum

CAPUT IV.

℣. 1. *Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi.* Ne forte neglecta & spreta promissione divina de introitu in requiem Dei, seu in regnum cœlorum, deesse huic promissioni aut deficere, eaque frustratus inveniatur.

℣. 2. *Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis* patribus. Hebræos hac in re cum patribus confert, quod utrisque promissio Dei annuntiata fuerit, & promulgata. *Sermo auditus.* In genitivo casu, sermo auditionis, quem audierunt. *Non admistus fidei.* Non attemperatus fidei, aut conjunctus cum fide eorum, qui credidere, Josue scilicet & Caleb; sed ab exploratoribus missis decepti in Ægyptum remeare voluerunt. Suspicatur Gagnæus vitio librariorum positum fuisse, *quæ*, pro, *qui*; non perinde crediderunt ut Josue & Caleb: Christus annuntiatus fuit Judæis, sed figuris adumbratus.

℣. 3. *Ingrediemur enim in requiem.* Hebræi falso sibi persuaserant, hanc requiem a Deo promissam non aliam esse præter terræ promissæ possessionem, qua excludi non poterant. Itaque Apostolus hanc eis falsam detrahit opinionem, & probat requiem illam, quam fideles expectant, non aliam esse quam Dei ipsius possessionem: de qua requie Propheta loquitur Psal. 94. *Sicut juravi &c.* Quæ quidem requies est Dei ipsius, quæ negata tantummodo fuit incredulis: credentibus non requies tantum sabbati, vel terræ promissæ, sed regni cœlestis possessio promittitur. Hanc Hebræi nondum erant adepti, quamvis in requiem sabbati absoluto creationis opere homines jam ingressi fuerint. Interpretes plerique post Chrysostomum requiem illam, cujus sit mentio Psal. 94. ab ea distinguunt, cujus sit mentio Genes. 2. *Requievit Deus die septima.* Priorem fidelibus esse promissam volunt, non posteriorem. Auctor Analyseos Gallicæ, dissert. 13. multis probat argumentis duplici illius requiei distinctione textum Apostoli omnino perturbari, cum obvius sit sensus & intellectu facilis, si unam & eandem Dei requiem Genes. 2. & Psalm. 94. memoratam agnoscamus. Ab ea exciderunt increduli, & hanc fideles expectant. Hoc utique videtur Apostolo propositum, ut probet Judæos incredulos a vera Dei requie, in qua eos collocaturus erat, excidisse, & fideles in eam admissum iri: idque sic ostendit.

℣. 4. *Dixit enim in quodam loco.* Nempe Genes. 2. *De die septima: Et requievit Deus, &c.* Eo loco de requie Dei loquitur Scriptura. Eaque est exemplar æternæ nostræ quietis.

℣. 5. *Et in isto.* sc. Psalmo 94. quem locum adducit Apostolus, ut testimonium Genes. 2. confirmet, & probet incredulos ab illa requie, cujus sit mentio Genes. 2. *Si introibunt in requiem meam.* Quæ scilicet post creationem Universi est consecuta, atque ejus quietis ii futuri sunt participes, qui se totos Deo devoverint, & a rebus creatis abduxerint: nec duplici requie fruitur Deus, sed una: Moyses Genes. 2. Deo requiem tribuit absolutis ejus operibus: ergo requies illa, a qua excidunt Judæi infideles Psal. 94. eadem est cum illa, cujus mentionem facit Moyses. Deus in opere creationis quasi extra seipsum prodiit, & per requiem in seipsum rediit, in quo finis est rerum omnium, & summa perfectio, dum cuncta ad ejus gloriam referuntur.

℣. 6. *Quoniam ergo supersest.* Cum promissio a Deo facta irrita esse non possit, nec voluntas ejus frustrari, necesse est, ut quidam introeant in eam requiem, aut Judæi, aut nos ipsi; illi, quibus nuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem. *Ingrediemur ergo.* Quæ conclusio est ipsa propositio, quam probatam oportuit.

℣. 7. *Iterum terminat diem quemdam.* Gr. *Præfigit.* Et determinat quoddam temporis spatium. *Post tantum temporis.* Post 400. & amplius annos a Josue temporibus, cum facta est promissæ terræ partitio, & David adhuc ad illam requiem nos excitat his verbis: *Hodie si vocem ejus, &c.* Manifestum itaque est supersesse adhuc aliam requiem, in quam tendere debemus. *Hodie.* Quamdiu vivimus, præter illam, quam populus Hebræus adeptus est in terra Chanaan; eaque est æterna, & beatorum felicitas. *Hodie* dicitur, quod brevi desinat vita nostra, quasi dies unus.

℣. 8. *Nam si eis Jesus.* i. Josue. *Requiem præstitisset.* Diem alium Deus non designaret, quo ingressuri essent: Non igitur illa fuit Dei requies obtemperantibus proposita. Nam si Josue temporibus illam consecuti fuissent requiem, cujus meminit David, numquam de alia loqueretur. *Post hæc, die.* Qua postea Jesus Christus, cujus Josue erat typus, introducturus esset fideles: vel non loqueretur postea de alia die, si Josue in ea requie eos statuisset.

9. Darum ist noch eine Ruhe hinterlassen dem Volke GOttes.

10. Denn wer zu seiner Ruhe gekommen ist, der ruhet auch von seinen Werken, gleichwie GOTT von seinen.

II. 11. So laßt uns nun eilen, einzugehen zu dieser Ruhe, auf daß nicht jemand falle in dasselbige Exempel des Unglaubens.

12. Denn das Wort GOttes ist lebendig, und kräftig, und schärfer als ein zweyschneidig Schwert, und durchdringet bis zur Trennung der Seele, und des Geistes, auch der Gelenke, und Mark, und ist ein Richter der Gedanken, und Sinnen des Herzens.

13. Und ist keine Creatur vor ihm unsichtbar: sondern alle Dinge sind blos, und offenbar vor seinen Augen, von dem wir reden.

III. 14. Dieweil wir dann einen großen Hohenpriester haben, JEsum Christum, den Sohn GOttes, der den Himmel durchdrungen hat: so laßt uns halten die Bekenntniß unserer Hoffnung.

15. Denn wir haben nicht einen Hohenpriester, der nicht könne Mitleiden haben mit unserer Schwachheit: sondern der versucht ist in allen, nach der Gleichniß ohne Sünde.

16. Darum laßt uns mit Vertrauen hintretten zu dem Thron seiner Gnaden: auf daß wir Barmherzigkeit empfangen, und Gnade finden zur Zeit, da uns Hülfe vonnöthen seyn wird.

Das fünfte Capitel.

I. Paulus lehret, daß Christus von dem himmlischen Vater bestellt sey ein Hoherpriester für uns Menschen, nach der Ordnung Melchisedech. 1. II. Kläget wider die Hebräer wegen ihrer Langsamkeit im Glauben. 11.

1. Denn ein jeglicher Hoherpriester wird aus den Menschen angenommen, und vor die Menschen bestellet in den Dingen, die GOtt angehen, damit er opfere Gaben und Opfer für die Sünde:

2. Der da Mitleiden könne haben mit denen, so da unwissend sind, und irren: dieweil er auch selbst mit Schwachheit umgeben ist:

3. Und derowegen muß er, gleichwie für das Volk, also auch für sich selbst Opfer thun für die Sünde.

4. So nimmt auch niemand ihm selbst die Ehre, sondern wer von GOtt berufen wird, wie Aaron.

5. Also auch Christus hat sich nicht selbst herrlich ge-

9. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

10. Qui enim ingressus est in requiem ejus, etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus.

II. 11. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

12. Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

13. Et *d* non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, ad quem nobis sermo. *d Psal.* 33. 16. *Eccli.* 15. 20.

III. 14. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum Filium Dei: teneamus confessionem.

15. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

16. † Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. † *IN MISS. PRO ELECTIONE PONTIF.*

CAPUT V.

I. Christus noster Pontifex, preces Patri offerens, exauditus est: & factus obtemperantibus causa salutis æternæ, 1. II. Quæritur Hebræos non esse reconditorum de Christo mysteriorum capaces. 11.

1. Omnis † namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis: † *IN COMM. CONF. PONTIF.*

2. Qui condolere possit iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate:

3. Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre pro peccatis.

4. Nec *a* quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. *a Exod.* 28. 1. *2. Par.* 26. 18.

5. Sic & Christus non semetipsum clarifi-

℣. 9. *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.* Sabbatismus verus, perfectus & beatus, cum cessiet ab operibus suis: huic relinquitur celebratio veri sabbati.

℣. 10. *Etiam ipse requievit ab operibus suis, sicut a suis Deus.* Post mundi creationem hæc requies exemplar est quietis illius, quæ fideles manet. Qui vitam ingreditur immortalem, ut fruatur æterna Dei quiete. Ex his efficitur eandem esse requiem, quæ Psal. 94. & Genes. 2. memoratur, regnum scilicet cœlorum paratum electis a constitutione mundi, cujus possessionem adipiscentur.

℣. 11. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem.* Enitamur per fidem & bona opera in illam ingredi, ne quis cum Judæis incidat in idem incredulitatis crimen, & excludatur ab illa quiete æterna.

℣. 12. *Vivus est enim sermo Dei.* Id quidem de Verbo increato, & de verbo inspirato intelligi potest, quod mutari nequit, quæque Deus pollicetur, eadem præstat. Quamquam de verbo Dei generatim, sive promittat, sive minetur, hæc commode intelligi possunt, idque ad intima usque animæ penetrat.

℣. 13. *Ad quem nobis sermo.* De quo nobis sermo futurus est, vel de quo nunc loquimur.

℣. 14. *Habentes ergo pontificem magnum.* Iterum eos hortatur, in fide firmi sint & stabiles. Cum ergo, inquit, eum habeamus Pontificem in cœlis, qui interpellat pro nobis, qui in æternam quietem nos inducet, non despondeamus animum: nam Pontifex noster compatitur infirmitatibus nostris.

℣. 15. *Tentatum.* Qui licet ab omni peccato purus esset, omnibus tamen modis tentatus est. Gr. *Afflictus.* Nihil in templo offerri poterat, nisi per Sacerdotes; nihil in cœlo Deus accipit, nisi per Filium suum.

℣. 16. *Adeamus ergo cum fiducia.* Promissionibus ejus confidentes. *Ad thronum gratiæ ejus.* Ad tribunal pœnitentiæ accedamus. *Ut misericordiam consequamur.* Remissionem peccatorum. *Et gratiam inveniamus.* In hac scilicet vita, dum pœnitentiæ locus est, & tempus impetrandi divini auxilii; ille indigentiæ nostræ subveniet. Hic enim est fructus sacrificii Christi in terra, & functio æterni ejus sacerdotii in cœlo.

CAPUT V.

℣. 1. *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur.* Ante omnia, quæ essent Pontificis in veteri lege conditiones exponit: prima ex natura ipsa desumitur, quæ nimirum similis est aliorum hominum, atque in iis constituitur, quæ ad cultum Dei pertinent. 2. Ut offerat dona sponte oblata, & sacrificia pro peccatis populi, & pro suis, quoniam ipse est circumdatus infirmitate. 3. *Qui condolere possit.* Græc. Moderate ferre aliorum infirmitates & delicta, adeo ut non plus satis sit indulgens, nec plus æquo severus. Gr. Memor suæ fragilitatis misericors esse debet. 4. Nec seipsum intrudat, aut ingerat, sed vocari a Deo debet tamquam Aaron, vel per se, vel per successionem a Deo ordinatam.

℣. 4. *Nec quisquam sumit sibi honorem.* i. Pontificatus. *Sed qui vocatur a Deo.*

℣. 5. *Sic & Christus non semetipsum clarificavit.* i. Glorificavit, seu non sibi assumpsit pontificalem gloriam. *Ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum.* Hunc honorem ipsi tribuit Pater, qui dixit ad eum. *Filius meus es tu.* Testimonium divinitatis Christi præmittit, ne similem prorsus aliis pontificibus existimarent. Neque id mirari debemus, quod Christus summus Pontifex a Deo sit constitutus, cum sit filius Dei. Adeo ut sacerdotii illius dignitas, naturali ejus filiationi quodammodo sit inserta. Ac post resurrectionem suam in sancta sanctorum seu in cœlum introivit, & regni sui adiit possessionem.

cavit, ut pontifex fieret: sed qui locutus est
b Psal. 2. 7. ad eum: *b* Filius meus es tu, ego hodie genui
te.
c Psal. 109. 4. 6. Quemadmodum & in alio loco dicit: *c*
Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

7. Qui in diebus carnis suæ, preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est pro sua reverentia.

8. Et quidem, cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam:

9. Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,

10. Appellatus a Deo Pontifex juxta ordinem Melchisedech.

II. 11. De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

12. Etenim, cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Dei: & facti estis, quibus lacte opus sit, non solido cibo.

13. Omnis enim, qui lactis est particeps, expers est sermonis justitiæ: parvulus enim est.

14. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAPUT VI.

I. Non intendit de primis fidei initiis tractare, cum rebaptizari nequeant, qui post susceptum baptismum rursum in peccata relabuntur. 1. *II. Consolando Hebræos, hortatur ad longanimitatem.* 9. *III. Ut exemplo Abrahæ reddant se participes eorum, quæ jurejurando promisit illi Deus.* 13.

1. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,

2. Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & judicii æterni.

macht, daß er ein Hoherprieſter würde: ſondern der zu ihm geſagt hat: Du biſt mein Sohn, heute habe ich dich gebohren.

6. Wie er auch an einem andern Orte ſpricht: Du biſt ein Prieſter in Ewigkeit, nach der Ordnung Melchiſedech.

7. Welcher in den Tagen ſeines Fleiſches Gebeth, und Flehen zu dem, der ihn vom Tode erretten konnte, mit einem ſtarken Geſchrey, und mit Thränen aufgeopfert hat, und iſt erhöret worden, wie es ſeinen Ehren wohl geziemete.

8. Und wiewohl er GOttes Sohn war, ſo hat er doch aus den Dingen, die er gelitten hat, Gehorſam gelernet:

9. Und nachdem er vollkommen worden, iſt er denjenigen, die ihm Gehorſam leiſten, eine Urſache * der ewigen Seligkeit worden,

* Urheber.

10. Als der von GOtt ein Hoherprieſter genennet war, nach der Ordnung Melchiſedech.

II. 11. Davon wir vieles zu reden haben, das überaus ſchwer auszulegen iſt: dieweil ihr ſchwach worden ſeyd, ſolches zu hören.

12. Denn da ihr der Zeit halber Lehrer ſeyn ſolltet, bedürft ihr abermal, daß man anfange euch wieder zu lehren, welches die erſten Buchſtaben ſind der göttlichen Worte: und ſeyd worden, wie die, ſo der Milch vonnöthen haben, und nicht der ſtarken Speiſe.

13. Denn ein jeglicher, der noch der Milch genießet, iſt in dem Worte der Gerechtigkeit unerfahren: denn er iſt noch ein junges Kind.

14. Aber die ſtarke Speiſe gehört den Vollkommenen zu, denjenigen, welche durch Gewohnheit wohlgeübte Sinne haben, das Gute und Böſe zu unterſcheiden.

Das ſechste Capitel.

I. Ermahnet die Hebräer wegen der Wohlthat, indem ſie zum Chriſtenthum berufen ſind, ſich zu hüten, daß ſie nicht in Ketzerey fallen, und abtrünnig werden. 1. II. Ermahnet ſie zur Standhaftigkeit, Hoffnung, und Geduld. 9. III. Stellet vor Augen das Exempel Abrahä, welcher mit Geduld gewartet, und GOttes Verheißung empfangen hat. 13.

1. Darum laßt uns die Lehre vom Anfang Chriſti unterlaſſen, und zu vollkommenen Dingen ſchreiten, und nicht abermal den Grund legen der Bekehrung von den todten Werken, und des Glaubens an GOtt,

2. Der Lehre vom Taufen, und Auflegung der Hände, von Auferſtehung der Todten, und vom ewigen Gerichte.

3. Und

℣. 6. *Quemadmodum & in alio loco dicit.* Psalm. 109. v. 4. *Tu es sacerdos.* Summus novæ legis Pontifex ad redimenda hominum peccata a Patre missus est, & ordinatus. *Secundum ordinem Melchisedech.* Seu ritum a Deo institutum, quo panem & vinum obtulit Melchisedech.

℣. 7. *Qui in diebus carnis suæ, mortalis vitæ.* Dixerat id proprium esse sacerdotis, ut pro se & pro aliis hostias offerat; id factum esse a Christo in vita sua; & præsertim in cruce, pro sua resurrectione, & nostra. *Cum clamore valido.* Non vocis tantum, sed & desiderii. *Reverentia.* Pro sua pietate & veneratione in Patrem: vel pro sui ipsius dignitate: unde Christus inducitur Pontifex, ut orans pro se & aliis, & circumdatus infirmitate nostra.

℣. 8. *Et quidem cum esset.* Gr. *Etsi Filius Dei esset; Didicit.* Experientia didicit, quam difficilis virtus esset obedientia, & quam arduum foret, Deo pro peccatis hominum satisfacere. Bern. *Dedit vitam, ne perderet obedientiam.*

℣. 9. *Et consummatus.* Gr. Perfectus, vel immolatus. *Causa salutis æternæ.* Quam in cruce operatus est, ad summum gloriæ gradum de cruce evectus.

℣. 10. *Appellatus a Deo.* Declaratus verus Pontifex, qui pro delictis populi se Deo obtulit, qui sacrificium instituit in postrema cœna ad finem usque mundi duraturum, in quo sub speciebus panis & vini corpus suum & sanguinem consecravit; de quo quidem mysterio multa & grandia dicenda essent; sed plures erant ex iis, ad quos scribit, qui hæc capere non poterant.

℣. 11. *De quo* Melchisedech, seu Christo *nobis grandis.* i. Copiosus *sermo* propositus est *& ininterpretabilis,* difficilis explicatu *ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.* i. Capiendum.

℣. 12. *Etenim cum deberetis esse magistri propter tempus.* Quia dudum est, ex quo credidistis. *Elementa.* Quæ sint prima doctrinæ Evangelicæ rudimenta, cum in fide nutarent, & ad doctrinam sacram, non ut par erat, intenderent animum.

℣. 13. *Omnis enim, qui lactis est particeps, expers.* i. Incapax *est* sermonis justitiæ sc. perfectæ. Est quædam infantia Christiana, quæ malum nescit; est alia, quæ in bono est satis instructa; illa crescere debet, ex hac autem exeundum est. *Justitiæ.* Perfectæ justitiæ; sublimem religionis perfectionem non capit.

℣. 14. *Qui* sc. perfecti *exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.* Quod sit vere bonum, quod secus; quæ sit sana doctrina, quæ erronea.

CAPUT VI.

℣. 1. *Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem.* In gratiam perfectorum, de quibus mox fecit mentionem, omissis institutionibus Christianæ religionis, quæ cum Catechumenis & Neophytis haberi solent, cujusmodi sunt pœnitentia baptismi prævia, prima in Deum fidei elementa, ad sublimiora nos tollamus: cujusmodi est æternum Christi sacerdotium.

℣. 2. *Baptismatum doctrinæ &c.* Quæ tradi solent tyronibus; forsan vocat Baptismata propter trinam immersionem, vel ad varias ablutiones veteris legis alludit. *Impositionis quoque manuum.* In sacramento Confirmationis; de his enim jam dudum instructi estis, uti & de resurrectione mortuorum, & de extremo judicio. Hæc igitur omittamus, quæ sunt initia, ac prima velut fundamenta Christianæ religionis. Quamquam horum obliti videmini, & opus esse, ut iterum illa edificatis.

2. Und dieſes wollen wir thun, ſo es GOTT anders zulaſſen wird.

4. Denn es iſt unmöglich, daß diejenigen, welche einmal erleuchtet worden ſind, auch die himmliſche Gabe geſchmecket haben, und ſind des heiligen Geiſtes theilhaftig worden,

5. Und haben nicht weniger das gute Wort GOttes, und die Kräften der zukünftigen Welt geſchmecket,

6. Wenn ſie gefallen ſind, daß ſie zur Buße wieder erneuert werden, dieweil ſie ihnen ſelbſt den Sohn GOttes wieder kreuzigen, und ihn zum Spott machen.

7. Denn die Erde, welche den Regen eintrinket, der oft über ſie kömmt, und Kraut hervorbringet, das denen dienlich iſt, von welchen ſie gebauet wird, dieſelbige empfänget Segen von GOtt.

8. Die aber Dörner, und Diſteln trägt, iſt verworfen, und dem Fluch nahe: dero Ende die Verbrennung ſeyn wird.

II. 9. Wir verſehen uns aber von euch, ihr Liebſten, eines beſſern, und das der Seligkeit näher ſey: ob wir ſchon alſo reden.

10. Denn GOTT iſt nicht ungerecht, daß er eures Werkes vergeſſen ſoll, und der Liebe, die ihr bewieſen habt in ſeinem Namen, da ihr den Heiligen gedienet habt, und noch dienet.

11. Wir begehren aber, daß ein jeglicher unter euch dieſelbige Sorgfältigkeit erzeige, damit die Hoffnung erfüllet werde bis zum Ende:

12. Auf daß ihr nicht nachläßig werdet, ſondern Nachfolger derjenigen, welche durch Glauben, und Geduld die Verheißung ererben werden.

III. 13. Denn als GOtt dem Abraham die Verheißung that, dieweil er keinen größern hatte, bey welchem er ſchwören mochte, ſo ſchwur er bey ihm ſelbſt,

14. Und ſprach: Wahrlich, ich will dich ſegnend ſegnen, und will dich mehrend vermehren.

3. Et hoc faciemus, ſiquidem permiſerit Deus.

4. Impoſſibile *a* eſt enim eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtaverunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti, *a Matth.* 12. 45. *Infr.* 10. 26. 2. *Petr.* 2. 20.

5. Guſtaverunt nihilominus bonum DEI verbum, virtutesque ſæculi venturi,

6. Et prolapſi ſunt, rurſus renovari ad pœnitentiam, rurſum crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei, & oſtentui habentes.

7. Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo.

8. Proferens autem ſpinas, ac tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima: cujus conſummatio in combuſtionem.

II. 9. Confidimus autem de vobis dilectiſſimi meliora, & viciniora ſaluti: tametſi ita loquimur.

10. Non enim injuſtus Deus, ut obliviſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius, qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtratis.

11. Cupimus autem unumquemque veſtrum eandem oſtentare ſollicitudinem ad expletionem ſpei usque in finem:

12. Ut non ſegnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hereditabunt promiſſiones.

III. 13. Abrahæ namque promittens DEUS, quoniam neminem habuit, per quem juraret, majorem, juravit per ſemetipſum,

14. Dicens: *b* Niſi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. *b Gen.* 22. 16.

15. Et

℣. 3. *Et hoc faciemus.* Sublimiora docebimus, ſi Deus ſiverit.

℣. 4. *Impoſſibile eſt enim.* Rationem, affert cur hæc omittat, quod impoſſibile ſit eos, qui per apoſtaſiam defecerunt a fide poſt Baptismum, per ſecundi Baptismi pœnitentiam renovari. Nam per Baptismum renovamur ab omni culpa & pœna; nec forte decrant, qui variis Baptismatibus aſſueti confidentius peccarent, ſperantes fore, ut per iterata Baptismata peccata omnia condonarentur. Id vero prorſus impoſſibile eſſe declarat Apoſtolus, quod per Baptismum plenus mortis Chriſti effectus quoad culpam & pœnam nobis applicetur, ac Chriſtus ſemel mortuus non amplius moriatur, idque impoſſibile ſit, ut iterum cruci affigatur. Unde impoſſibile prorſus eſt, non tantum difficile, ut per iterata Baptismata renovetur. Baptismus enim nobis eſt vice mortis Chriſti, cujus eſt ſimilitudo: non igitur eſt tantummodo difficultas magna renovationis integræ, quæ fit per Baptismum, ſed ea plane eſt impoſſibilis, cum Baptismus non iteretur, uti nec mors Chriſti. Renovatio itaque per ſecundum Baptismum eſt plane impoſſibilis, non item renovatio per pœnitentiam, de qua hoc loco non agit Apoſtolus, quæ ſemper eſt poſſibilis, & peccatoribus expoſita. *Guſtaverunt.* In Euchariſtia; vel qui verbo Dei ſunt nutriti, fide in Chriſtum illuminati, vel guſtarunt donum ſpiritualium conſolationum, quique acceperunt peccatorum remiſſionem, ex qua magna oritur conſcientiæ tranquillitas. *Participes.* In ſacramento Confirmationis, vel participes facti ſunt charismatum & donorum Spiritus ſancti.

℣. 5. *Guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum.* Doctrinam chriſtianam, quæ bona cœleſtia pollicetur, in qua inſtructi & educati ſumus, uti & ſpe futuræ beatitudinis firmati. *Virtutesque ſæculi venturi.* Immortalem gloriam edocti.

℣. 6. *Rurſum crucifigentes.* Qui iterare volunt Baptismum, quantum eſt in ſe, volunt iterum ſibi crucifigi Chriſtum, qui pro unoquoque noſtrum quodammodo moritur; nam per Baptismum mors ejus nobis applicatur cum plena & perfecta redemptione; cum ſemel mortuus ſit, pro ſingulis ſemel tantummodo vult mori, quantum ad illam perfectam mortis ſuæ applicationem per Baptismum, præterquam Chriſtus vivit in juſtis. *Et oſtentui habentes.* Gr. *Ludibrio habentes.* Moritur in iis, qui poſt Baptismum in peccata relabuntur. Origenes, Hom. 2. in c. 2. Jud. Defunctus eſt Jeſus in illis ſine dubio, qui ſæpe pœnitendo, & iterum delinquendo, velut inſultare morti Jeſu dicuntur. *Et oſtentui habentes.* Ludibrio, aut certe infidelium deriſioni mortem ejus exponentes, quaſi mors Chriſti in Baptismo peccata omnia non deleverit.

℣. 7. *Terra enim ſæpe venientem ſuper ſe bibens imbrem.* Illos, qui renovari volunt per ſecundum Baptismum poſt apoſtaſiam, cum terra ſterili & infructuoſa comparat, quæ imbrem cœleſtis prædicationis excipiens, nihil aliud quam ſpinas profert, quæque idcirco ab agricolis reprobatur: ita & anima recipiens imbrem gratiæ, ſi ſolum tribulos peccatorum proferat, a Deo reprobatur.

℣. 8. *Cujus conſummatio in combuſtionem.* Cujus finis eſt æterna damnatio. Contra, qui per bona opera, & bonum prædicationis & Sacramentorum uſum proficiunt in melius, ſimiles ſunt terræ imbre cœleſti perfuſæ, quæ herbas utiles profert. Itaque hæc expoſitio, qua impoſſibile pro difficili ſumit, non videtur Apoſtoli propoſito convenire; cum de pœnitentia, quæ antecedit Baptismum sperte loquatur, non de renovatione per Sacramentum pœnitentiæ, quæ nec impoſſibilis eſt, nec difficultatem habet adeo invincibilem. Præterquam hæc difficultas cum iis, quæ præcedunt, non cohæret: non enim iis qui poſt Baptismum peccaverunt eſt inutile judicium extremum, beatam reſurrectionem, & alia fidei dogmata in memoriam redigere: cum terra imbre ſalutari divinæ gratiæ irrigata. *Accipit benedictionem.* Herbas bonorum operum gignit, tumque accipit benedictionem a Deo: ſed ubi ſpinas tantum generat, tum illa eſt maledicto proxima.

℣. 9. *Confidimus autem de vobis.* Jam conſolatur Hebræos, & in ſpem eos erigit ob bona opera & labores, quos perpeſſi ſunt; ad perſeverandum eos adhortatur. *Et viciniora ſaluti.* Gr. *Conjuncta cum ſalute.*

℣. 11. *Cupimus autem unumquemque veſtrum eandem oſtentare.* Adhibere & oſtendere. *Sollicitudinem ad expletionem.* Seu complementum & perfectionem. *Spei usque in finem.* Ut ſpes veſtra impleatur, quam perſeverantia in tuto collocat.

℣. 12. *Qui fide & patientia hæreditabunt.* Gr. Hæreditant non ſegnes, ſed fortes, & generoſi, quæ fortitudo ex fide orta in patientiam deſinet.

℣. 14. *Niſi benedicens benedicam te.* Particula, *niſi*, non eſt dubitantis, ſed aſſeverantis; pro certo habens fore, ut tibi benedicam.

15. Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem.

16. Homines enim per majorem sui jurant: & omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem, est juramentum.

17. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis heredibus immobilitatem consilii sui, interposuit jusjurandum:

18. Ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem,

19. Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem usque ad interiora velaminis,

20. Ubi præcursor pro nobis introivit Jesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

CAPUT VII.

I. Melchisedech sacerdotium, ex decimarum acceptione & benedictione, Levitico excellebat. 1. *II. Christi ergo sacerdotium secundum ordinem Melchisedech in perpetuum institutum, ac juramento firmatum præcellit utrumque, & una cum lege evacuat.* 11.

a Gen.14.18. 1. Hic enim Melchisedech *a*, rex Salem, sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde regum, & benedixit ei.

2. Cui & decimas omnium divisit Abraham: primum quidem, qui interpretatur rex justitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est, rex pacis,

3. Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens: assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

4. Intuemini autem, quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.

5. Et quidem de filiis Levi sacerdotium accipientes, *b* mandatum habent decimas sumere a populo secundum legem, id est, a fratribus suis: quamquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ.

b Deut.18.3. Jos.14.4.

6. Cujus autem generatio non annumeratur

15. Und also hat er es langmüthig ertragen, und die Verheißung bekommen.

16. Denn die Menschen schwören bey einem, der größer ist, als sie sind: und das Ende alles Zwietrachts unter ihnen ist der Eyd, der zur Bestättigung geleistet wird.

17. Derowegen, als GOtt den Erben der Verheißung überflüßig erzeigen wollen, daß sein Rath unbeweglich wäre, hat er einen Eyd dazwischen gelegt:

18. Auf daß wir durch zwey unbewegliche Dinge, in welchen unmöglich ist, daß GOtt lügen soll, einen starken Trost haben, wir, so da eine Zuflucht * haben, zu erhalten die vorgesetzte Hoffnung, * Vertrauen.

19. Welche wir haben, als einen sichern und vesten Anker der Seele, der bis zum Inwendigen des Vorhangs hineingehet,

20. Dahin vor uns der Vorlaufer JEsus eingegangen ist, nachdem er worden ist der Hohepriester in Ewigkeit, nach der Ordnung Melchisedech.

Das siebente Capitel.

I. Paulus beschreibt das Priesterthum Melchisedech. 1. II. Beweißt mit sieben Ursachen, das Priesterthum, Amt, und Opfer Christi sey weit vortrefflicher, als des Aarons, und der Leviten. 11.

1. Denn dieser Melchisedech war ein König zu Salem, ein Priester GOttes des Allerhöchsten, der dem Abraham entgegen gieng, als er von der Schlacht der Könige wieder zurückkam, und segnete ihn.

2. Dem auch Abraham den Zehenden von allem gab: dieser wird zwar auf das erste verdolmetschet, ein König der Gerechtigkeit: darnach aber auch ein König zu Salem, das ist, ein König des Friedens,

3. Ohne Vater, ohne Mutter, ohne Geschlecht, der weder Anfang der Tage, noch Ende des Lebens hat: er ist aber dem Sohne GOttes verglichen, und bleibet ein Priester in Ewigkeit.

4. Schauet aber, wie groß dieser sey, dem auch Abraham der Patriarch, von den vornehmsten Dingen den Zehenden gegeben hat.

5. Und zwar, welche aus den Kindern Levi das Priesterthum empfangen, die haben Befehl, den Zehenden nach dem Gesetze von dem Volke zu nehmen, das ist, von ihren Brüdern: wiewohl auch dieselbigen aus den Lenden Abrahä hergekommen sind.

6. Aber derselbige, dessen Geschlecht unter sie nicht gerechnet

---

℣. 15. *Et sic -- adeptus est repromissionem.* i. Rem promissam, inchoative in se suisque filiis ac posteris, sed complete in Christo & Christianis tanquam filiis spiritualibus Abrahæ.

℣. 17. *In quo abundantius volens Deus.* In quibus verbis Deus volens consilii sui & propositi immobilitatem abundantius ostendere, interposuit jusjurandum: vel ex abundanti volens ostendere, quam immutabile esset id, quod promisit Abrahæ.

℣. 18. *Ut per duas res immobiles.* Seu immutabiles, nimirum per promissionem & juramentum. *Habeamus.* Nos, qui in hac vita spe vitæ æternæ sustentamur: non enim nobis aliud est perfugium, quam spes proposita æternorum bonorum.

℣. 19. *Quam.* i. Spem. *Sicut anchoram.* Inter hujus vitæ procellas firmam tenemus, ne adversa nos dejiciant, aut prospera nimium efferant. *Et incedentem.* Penetrantem intra velum, in ipsa sancta sanctorum, quæque in bonis æternis figitur, quæ abscondita sunt.

℣. 20. *Ubi præcursor pro nobis introivit Jesus.* Ut viam muniret ad illud sanctuarium. *In æternum.* Non semel unoquoque anno introivit in sancta, sed in æternum ibi habitat. Christus in cœlo est spei nostræ firmamentum.

CAPUT VII.

℣. 1. *Hic enim Melchisedech.* Cujus historiam Genes. cap. 14. a Moyse descriptam summatim attingit, ut ostendat Christi sacerdotium longe præstantius esse Sacerdotio Levitico: hujus typum fuisse in Melchisedech, qui in Scriptura sic designatur, ut Abrahamum dignitate superaret. Quod si typus Christi Abrahamo & Levi honore & dignitate superior est, quanto magis Christus ipse sacerdotes omnes ex Abraham prognatos antecellit?

℣. 2. *Primum quidem, qui interpretatur rex justitiæ.* Melchisedech primum ex nomine ipso, quod regem justitiæ exprimit. *Melech* enim regem, *Sedech* justitiam significat. Item ex civitatis suæ nomine commendat: erat enim rex Salem, quæ postea Jerusalem dicta est, quod pacem significat: quibus nominibus Christus veræ justitiæ & pacis rex exprimitur: cum sit justitia ipsa in æternitate, factus est nostra justitia in tempore. 2. Dignitatem Melchisedech insinuat, quod esset sacerdos Dei summi, & benedictionem impertierit Abrahæ a cæde Chodorlahomor redeunti, decimas prædæ omnis Abrahamus Melchisedech obtulerit. Hæc Paulus sic commemorat, ut ostendat Melchisedech multiplici nomine Christi sacerdotium adumbrasse, & in hoc maxime, quod de illius ortu & genealogia nullam faciat Scriptura mentionem; in quo etiam Filii Dei est typus.

℣. 3. *Sine patre, sine matre.* Sic Christus secundum humanitatem, patrem nullum habet, nec matrem ut Deus; utramque *generationem ejus quis enarrabit?* Neque initium dierum, neque finem vitæ habens: Melchisedecis ortus & interitus ignorantur. *Assimilatus.* In his omnibus, quæ commemoravit. *Manet sacerdos in perpetuum.* Non in se, sed in Christo, cujus est figura. Hos omnes characteres leviter attingit Paulus, atque in his duobus potissimum immoratur, qui Melchisedecis sacerdotium præ Levitico extollunt, quod Abrahamus decimas huic dederit, & benedictionem ab eo acceperit.

℣. 4. *Intuemini autem, quantus sit hic.* Ut figura Christi. *De præcipuis.* Græc. De spoliis.

℣. 5. *De Filiis.* Ordo quidem Leviticus in magno erat honore, cum a suis fratribus ex eodem patre Abrahamo oriundis decimas acciperet. Qui e stirpe Levi sacerdotes erant, decimas a populo accipiendi jus habebant.

℣. 6. *Cujus autem generatio non annumeratur in eis.* Melchisedech nimirum, qui ex eo genere non erat, quique decimas ab Abrahamo recepit. *Benedixit.* Ut superior inferiorem; is adeo longe excellentius habuit sacerdotium, quam Leviticum. *A meliore benedicitur.* Solenni benedictione.

rechnet wird, hat von Abraham den Zehenten genommen, und hat denſelbigen geſegnet, der die Verheißungen hatte.

7. Nun iſt es ohne alles Widerſprechen, daß, was geringer iſt, von dem Beſſern geſegnet werde.

8. Und allhier zwar nehmen ſterbende Menſchen den Zehenden: aber dort bezeugt er, daß er lebe.

9. Und (alſo zu reden) iſt auch Levi, der den Zehenden empfangen hat, durch den Abraham verzehendet worden:

10. Denn er war noch in den Lenden des Vaters, als Melchiſedech demſelbigen entgegen kam.

II. 11. Im Fall nun die Vollendung durch das Leviti-ſche Prieſterthum geſchehen iſt, (denn das Volk hat unter ihm das Geſetz empfangen) was iſt es dann ferner vonnöthen geweſen, daß noch ein anderer Prieſter nach der Ordnung Melchiſedechs aufſtunde, und daß er nicht nach der Ordnung Aarons genennet wurde?

12. Denn, wenn das Prieſterthum verändert wird, ſo iſt vonnöthen, daß auch das Geſetz verändert werde.

13. Denn derſelbige, von welchem dieſes geſagt wird, iſt von einem andern Stamme, aus welchem niemal einer dem Altar gedienet hat.

14. Denn es iſt offenbar, daß unſer HErr aus Juda entſproſſen iſt: in welchem Stamme Moyſes von den Prieſtern nichts gemeldet hat.* * wird.

15. Und es iſt noch klärer, ſo nach der Gleichniß Melchiſedech ein anderer Prieſter aufſtehet,

16. Der nicht nach dem Geſetz des fleiſchlichen Geboths Prieſter worden iſt, ſondern nach der Kraft des unauflößlichen Lebens.

17. Denn er bezeuget: Du biſt ein Prieſter in Ewigkeit, nach der Ordnung Melchiſedech.

18. Alſo wird zwar das vorige Geboth verworfen, dieweil es ſchwach, und unnütz war:

19. Denn das Geſetz hat kein Ding zu der Vollkommenheit gebracht: ſondern die Einführung einer beſſern Hoffnung, durch welche wir zu GOtt nahen.

20. Und ſo weit dieſe Einführung nicht ohne Eyd geſchehen iſt, (denn jene zwar ſind ohne Eyd Prieſter worden;

21. Dieſer aber mit einem Eyd, durch denjenigen, der zu ihm geſagt hat: Der HErr hat geſchworen, und es wird ihn nicht gereuen: du biſt ein Prieſter in Ewigkeit.)

in eis, decimas ſumpſit ab Abraham, & hunc qui habebat repromiſſiones, benedixit.

7. Sine ulla autem contradictione, quod minus eſt, a meliore benedicitur.

8. Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem conteſtatur, quia vivit.

9. Et (ut ita dictum ſit) per Abraham, & Levi, qui decimas accepit, decimatus eſt:

10. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchiſedech.

II. 11. Si ergo conſummatio per ſacerdotium Leviticum erat, (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum ordinem Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici?

12. Translato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, ut & legis translatio fiat.

13. In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus altari præſto fuit.

14. Manifeſtum eſt enim, quod ex Juda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt.

15. Et amplius adhuc manifeſtum eſt, ſi ſecundum ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius ſacerdos,

16. Qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis.

17. Conteſtatur enim: *c* Quoniam tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech. *c Pſal.* 109. 4.

18. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem:

19. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.

20. Et quantum eſt non ſine jurejurando (alii quidem ſine jurejurando ſacerdotes facti ſunt;

21. Hic autem cum jurejurando per eum, qui dixit ad illum: Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum.

22. In

ỽ. 8. *Et hic quidem.* In ſacerdotio Levitico. *Homines decimas accipiunt.* Iique ſunt morti obnoxii, alii aliis ſuccedunt. *Ibi autem.* Scilicet in ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech. *Quia vivit.* Hoc in loco exprimitur ut vivens: teſtatur Scriptura Chriſtum, cujus Melchiſedech erat figura, ſemper vivere, cum ait: *Tu es Sacerdos in æternum.*

ỽ. 9. *Et (ut ita dictum ſit.)* Ut ita dicam. *Per Abraham, & Levi.* Ipſe, qui decimas ſolet accipere. *Decimatus eſt.* In Abrahamo decimas ſolvit; in eo quippe erat quodammodo, ut in ſtirpe ſua.

ỽ. 11. *Si ergo conſummatio.* Gr. Perfectio: quod ſi ſacerdotium Leviticum vim habuit juſtificandi. *Quid adhuc neceſſarium fuit?* Cur neceſſe erat, ut alius Sacerdos fieret ſecundum ordinem Melchiſedech, & non ſecundum ordinem Aaron? Nihil opus erat ſacerdotio Chriſti, ſi Leviticum ſacerdotium juſtitiam attuliſſet: Chriſtus ſolus eſt victima, & ſacerdos Dei. *Sub ipſo.* Vox Græca ἐπὶ, quæ præpoſitionem *ſub* ſignificat, interdum etiam *propter* ſignificat; tumque hic ſenſus erit, legem Iſraelitis datam, ut hoc genus ſacerdotii ſtatueretur.

ỽ. 12. *Translato enim ſacerdotio.* Novum ſacerdotium legis mutationem ſecum habet adjunctam, & translato ſacerdotio neceſſe eſt, *ut & legis quoque translatio fiat.* Nam hæc duo lex & ſacerdotium ſunt indivulſe conjuncta, neque a ſe invicem ſeparantur. Sacerdos eſt fœderis, ſeu Teſtamenti mediator; hujus ſigillum eſt ſacrificium; lex ipſa eſt pacti initi conditio: per Chriſtum itur ad Deum; non amplius a Moyſe, ſed a Chriſto legem accipimus, quæ cordibus noſtris inſcribitur.

ỽ. 13. *In quo enim hæc dicuntur,* Gr. *ad quem.* Seu de quo hæc dicuntur. *Tu es Sacerdos, &c.* Chriſtus utique. *De alia tribu eſt.* Nempe de tribu Juda. *De qua nullus altari præſto fuit.* Seu miniſtravit altari ut ſacerdos: adeo ut ſacerdotium Chriſti de tribu regia orti ſit etiam regale, non ut Leviticum, quod legale tantummodo erat.

ỽ. 15. *Et amplius adhuc manifeſtum eſt.* Legis & Sacerdotii factam eſſe translationem. *Si exurgat alius Sacerdos.* Chriſtus ſcilicet, cujus typus fuit Melchiſedech.

ỽ. 16. *Qui non ſecundum legem mandati carnalis.* Cujus cæremoniæ pene omnes ſunt carnales. *Inſolubilis.* Qui non ſecundum carnalem ſucceſſionem, quæ argumentum eſt vitæ perituræ. *Sed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis.* Qui non moriturus eſt ut Sacerdotes Levitici, ſed qui vitam dat credentibus æternam. Origenes in cap. 27. Numer. *Propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas; gubernatio populi Dei illi tradatur, quem Deus elegerit.*

ỽ. 17. *Conteſtatur enim.* Pater Filio. *Tu es Sacerdos in æternum.* Poſtquam eum a morte excitavit, qui & ante luciferum eum genuit, Sacerdotem eſſe in æternum, & vitæ indiſſolubilis. Vetus Sacerdotium in carnali ſucceſſione, novum in vita Chriſti immortali & reſuſcitata fundatur.

ỽ. 18. *Reprobatio quidem fit præcedentis mandati.* Seu antiquatio veteris legis. *Propter infirmitatem.* Cum perficere non poſſit, aut juſtitiam conferre. Vetus ſacerdotium in promiſſis, & figuris poſitum erat, novum efficax eſt & ſanctum.

ỽ. 19. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex* per ſe, ſine fide perfecta in Chriſtum. *Introductio vero melioris ſpei.* Introducta ergo eſt lex nova, quæ in ſpem meliorem nos adduxit, per quam. *Proximamus Deo.* Per quam propius accedimus ad Deum.

ỽ. 20. *Et quantum eſt.* Gr. *Quatenus.* Vel in quantum non ſine jurejurando inſtitutum eſt ſacerdotium Chriſti; qui inſtitutionis ritus ſacerdotium Chriſti præ Levitico extollit. Nam prius firmum futurum non erat, ut novum, quod jurejurando fuit conſtitutum, & immutabile factum.

22. In tantum melioris Testamenti sponsor factus est Jesus.

† *DE PLUR. CONFESS. PONTIF.* 23. Et alii quidem † plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere:

24. Hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium.

25. Unde & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum: semper vivens ad interpellandum pro nobis.

26. Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus:

27. Qui non habet necessitatem quotidie, *d Lev.* 16. 6. quemadmodum sacerdotes, *d* prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel, seipsum offerendo.*

28. Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem jurisjurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

CAPUT VIII.

I. Ostendit excellentius esse Christi sacerdotium Levitico, cum ipse in dextera Patris sedens majorum sacramentorum minister sit quam sacerdotes veteris legis. 1. II. Ob novi Testamenti necessitatem ex imperfectione veteris, & ob promissionem novi per Jeremiam. 6.

1. Capitulum autem super ea, quæ dicuntur: Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis,

2. Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.

3. Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur: unde necesse est, & hunc habere aliquid, quod offerat:

4. Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos: cum essent, qui offerrent secundum legem munera,

5. Qui exemplari, & umbræ deserviunt cœlestium. Sicut responsum est Moysi, cum *a Exod.* 25. 40. consummaret tabernaculum: *a* Vide, (inquit) omnia facito secundum exemplar, quod tibi *Hebr.* 7. 44. ostensum est in monte.

II. 6. Nunc autem melius sortitus est mini-

22. So weit ist JEsus eines bessern Testamentes Bürge worden.

23. Und jene waren viele, die Priester wurden, darum, daß ihnen der Tod wehrte zu bleiben:

24. Dieser aber, dieweil er ewig bleibt, hat er ein ewiges Priesterthum.

25. Dahero er auch selig machen kann ewiglich, die durch ihn zu GOTT tretten: dieweil er immerdar lebet, für uns zu bitten.

26. Denn es geziemete sich, daß wir einen solchen Hohenpriester hätten, der da wäre heilig, unschuldig, unbefleckt, abgesondert von den Sündern, und der höher worden ist, dann die Himmel:

27. Der nicht täglich vonnöthen hat, wie jene Priester, erstlich für seine eigene Sünden Opfer zu thun, darnach für die Sünden des Volks: denn dieses hat er einmal gethan, da er sich selbst aufgeopfert hat.

28. Denn das Gesetz setzt die Menschen zu Priestern, so da Schwachheit haben: aber das Wort des Eydes, das nach dem Gesetz gekommen ist, setzt den Sohn ewiglich vollkommen.

Das achte Capitel.

I. Paulus lehrt wieder, das Priesterthum Christi sey vortrefflicher, als des Aarons, wie der Leib vortrefflicher ist, als der Schatten, und die himmlischen Güter, als die Hütten des alten Testamentes. 1. II. Wie das alte Priesterthum, und Testament durch das Neue, welches Christus eingesetzt, abgeschafft sey. 6.

1. Die Summa aber dessen, was gesagt wird, ist diese: Wir haben einen solchen Hohenpriester, der da sitzet zu der Rechten des Stuhls der hohen Majestät im Himmel,

2. Und ist ein Pfleger * des Heiligthums, und des wahrhaftigen Tabernackels, den der HErr aufgerichtet hat, und kein Mensch. * Diener, Austheiler.

3. Denn ein jeglicher Hoherpriester wird eingesetzet, Gaben, und Schlachtopfer zu opfern: darum nothwendig ist, daß dieser auch etwas habe, das er opfere:

4. Wenn er nun auf Erden wäre, so wäre er auch kein Priester: dieweil allda Priester wären, die nach dem Gesetze Gaben opferten,

5. Welche dem Vorbild, und Schatten der himmlischen Dinge dienen. Wie dann Moysi geantwortet ward, als er den Tabernackel vollendete: Siehe zu, (sprach er) und mache alles nach dem Vorbilde, das dir auf dem Berge gezeiget worden ist.

II. 6. Nun aber hat er einen Dienst bekommen, der so viel

ỽ. 22. *In tantum melioris Testamenti sponsor factus est Jesus.* Adeo verum est, novum Testamentum veteri esse præstantius. *Sponsor.* Quod utique probat Jesum præstantioris fœderis mediatorem factum, quod ejus sacerdotium jurejurando firmatum fuerit, non item Leviticum; idque hoc juramento testabatur Deus, æternum fore Christi sacerdotium.

ỽ. 24. *Hic autem — sempiternum habet sacerdotium.* Non migrans ad alios per successionem.

ỽ. 25. *In perpetuum.* Gr. *Plene & perfecte. Per semetipsum.* Gr. *Per ipsum.* Mors Sacerdotum ministerii finis erat; Christus per mortem & resurrectionem suam iniit sacerdotium.

ỽ. 26. *Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus &c. segregatus a peccatoribus.* Vitæ puritate, nihil habens cum peccatoribus commune. *Excelsior cœlis factus.* Qui ratione assumptæ naturæ supremum tenet locum.

ỽ. 27. *Qui non habet necessitatem quotidie.* i. Sæpe, quemadmodum sacerdotes. Gr. *Summi Pontifices. Legem.* Qui post legem fuit pronuntiatus, Psal. 109. *Consummatum.* Vox eadem consecratum significat.

ỽ. 28. *Sermo jurisjurandi — filium in æternum perfectum.* Juramentum a Deo factum Christum unicum constituit sacerdotem omni ex parte perfectum, qui unico sacrificio sufficiens lytrum toti mundo redimendo persolvit.

CAPUT VIII.

ỽ. 1. *Capitulum autem.* Græc. Summa eorum, quæ dicta sunt de abrogatione legis veteris, de sacerdotii Christi & regalis præ Levitico excellentia, eo spectat, ut agnoscamus nos talem habere Pontificem sanctum, innocentem, impollutum, qui introivit in sanctuarium tabernaculi non manu facti; sed ad dexteram majestatis Dei sedet, & in plenitudine divinæ majestatis habitat, ubi sacerdotii sui munus exequitur.

ỽ. 2. *Sanctorum.* i. e. Sanctuarii minister: vox Gr. λειτουργὸς, sacrum ministrum, nec sanctos solum, sed sanctuarium etiam significat. Est igitur Christus cœlestis sanctuarii sacerdos, veri tabernaculi non a Moyse, sed a Domino extructi, Ecclesiæ nimirum. Christus cum Ecclesia caput, cum corpore est victima, eo sanctuario & sacerdote digna maxime.

ỽ. 3. *Omnis enim pontifex.* Utriusque sacerdotii victimas confert inter se. Cum Pontifex omnis offerat hostias & munera pro populo, Christus vero habeat, quid offerat, non vitulorum sanguinem, sed proprium corpus & sanguinem, semel in ara crucis oblata, quæ Deo Patri pro nobis jugiter offert, vel incruentum altaris sacrificium.

ỽ. 4. *Si ergo esset super terram.* Auctor Analyseos Gallicæ hæc ad verbum immediate præcedens revocat: si quod offert sacerdos, esset de iis, quæ sunt super terram, ἐπὶ γῆς. Si terrena tantummodo offerret munera, nullus esset novi sacerdotii ministerio locus, cum huic rei tot sacerdotes Levitici generis destinentur.

ỽ. 5. *Qui exemplari, & umbræ deserviunt cœlestium.* Hi quidem Deum colunt, sed cultu, qui umbra tantum est cœlestium.

ỽ. 6. *Nunc autem melius sortitus est ministerium.* Gr. λειτουργίας. Sacri ministerii, seu sacrificii. *Sanctius est.* Cum æterna promittat & conferat novum Testamentum, vetus terrena tantummodo. Novi Testamenti sacrificium insinuat, quod veteris legis sacrificiis longe præstat. Id enim plane cœleste est, figuris veteris legis adumbratum;

viel besser ist, so viel er eines bessern Testamentes Mittler ist, welches auf bessere Verheißungen gegründet ist.

7. Denn so jenes, das erste, unsträflich * gewesen wäre, so wäre ja dem andern kein Raum gesucht worden.

* ohne Mangel, und Abgang.

8. Denn er beschuldiget sie, und spricht: Siehe, es werden die Tage kommen, spricht der HErr: und ich will über das Haus Israel, und über das Haus Juda ein neues Testament vollenden;

9. Nicht nach dem Testamente, so ich mit ihren Vätern aufgerichtet habe an dem Tage, da ich ihre Hand ergriff, sie aus Aegyptenland zu führen: denn sie sind in meinem Testamente nicht verblieben: so habe auch ich sie aus der Acht gelassen, spricht der HErr:

10. Denn dieses ist das Testament, so ich mit dem Hause Israel nach diesen Tagen aufrichten will, spricht der HErr: ich will meine Gesetze in ihr Gemüthe geben, und dieselbigen in ihr Herze hineinschreiben: und ich will ihr GOtt seyn, und sie sollen mein Volk seyn.

11. Und soll nicht lehren jemand seinen Nächsten, und jemand seinen Bruder, und sagen: Erkenne den HErrn: denn sie werden mich alle erkennen, von dem Kleinsten an, bis zum Größten unter ihnen:

12. Denn ich will ihrer Ungerechtigkeit gnädig seyn, und will hinfüro an ihre Sünden nicht mehr gedenken.

13. Indem er aber saget, ein Neues, machet er das vorige alt. Was aber veraltet, und alt wird, das ist nahe bey dem Untergange.

Das neunte Capitel.

I. Paulus beweißt aus den Geschirren, und Gebräuchen des Tabernackels, so ein Vorbild war der Kirche Christi, wie das alte Gesetz abgethan, das neue aber durch Christum eingesetzet worden. 2. II. Daß Christus sey ein Mittler des neuen Testamentes, so er mit seinem Blute bekräftiget. 15. III. Durch welches er in Himmel gegangen, vor GOtt als ein Mittler zu erscheinen. 24.

1. Es hatte zwar auch das vorige seine Rechtfertigung des Gottesdienstes, und ein weltliches * Heiligthum.

* zeitliches.

I. 2. Denn erstlich ist der Tabernackel gemacht worden, in welchem die Leuchter, und der Tisch, und die Schaubrode waren, welche heilig genennet wird.

3. Aber hinter dem andern Vorhang war der Tabernackel, welcher das Allerheiligste genennet wird:

sterium, quanto & melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.

7. Nam si illud prius culpa vacasset: non utique secundi locus inquireretur.

8. Vituperans enim eos dicit: *b* Ecce, dies venient, dicit Dominus: & consummabo super domum Israel, & super domum Juda, Testamentum novum; *b Jerem.* 31. 31.

9. Non secundum Testamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipsi non permanserunt in Testamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus:

10. Quia hoc est Testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus: dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

11. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens: cognosce Dominum: quoniam omnes scient me a minore usque ad majorem eorum:

12. Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum jam non memorabor.

13. Dicendo autem novum, veteravit prius. Quod autem antiquatur, & senescit, prope interitum est.

CAPUT IX.

I. Ex his, quæ in veteri erant Testamento, & imperfectione illarum hostiarum, ostendit novi successionem & perfectionem. 2. II. In quo Christus Pontifex, & hostia simul & semel cruento modo oblata emundat conscientiam a peccatis. 15. III. Nam semel enim mori ad Testamenti sui confirmationem fuit necesse. 24.

1. Habuit quidem & prius justificationes culturæ, & sanctum sæculare.

I. 2. Tabernaculum *a* † enim factum est primum, in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. *a Exod.* 20. 1. & 26. 3. † SABBATI QUAT. TEMP. SEPT. EPIST. 6.

3. Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum:

4. Au-

---

bratum; exemplar Moysi in monte expositum, quod promissionibus novi fœderis respondet. Quæ omnia uni Christo, seu corpori ejus & sanguini conveniunt. Ex iis efficitur aliud a sacerdotio Levitico institutum a Deo fuisse sacerdotium, idque longe excellentius, seu capitis ipsius, seu efficaciæ & virtutis ratio habeatur, aut jurisjurandi solemnitas, aut pontificum dotes, aut sanctuaria, aut sacrificia, aut cultus ipse totus spectentur. Leviticum sacerdotium omnino antiquatur, neque adeo perpetuum esse potest.

℣. 7. *Nam si illud prius culpa.* i. Defectu *vacasset*, vel si faceret homines sine culpa, Græc. si esset irreprehensibile; si lex vetus perfecta foret, absque ullo defectu. *Non utique secundi locus inquireretur.* Nihil necesse foret novo fœdere. Pergit ostendere, in veteri sacerdotio, aut in antiquo fœdere non eam esse vim & efficaciam, quam Hebræi complures ei tribuebant: ex cap. 31. Jeremiæ hoc ostendit, ubi Deus novum Testamentum se daturum domui Israel spiritali pollicetur, idque non tapidibus, sed cordibus fidelium insculptum. *Propter veteris hominis noxam, quæ per litteram jubentem & minantem minime sanabatur, dicitur illud Testamentum vetus; hoc autem novum propter novitatem spiritus, quæ hominem novum sanat a vitio vetustatis.* Aug. *De Spiritu & Littera* c. 20. & eodem in loco: *Quid sunt leges Dei scriptæ in cordibus nostris, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti, qui est digitus Dei, quo præsente diffunditur charitas in cordibus nostris, quæ plenitudo legis est, & præcepti finis?*

℣. 8. *Vituperans enim eos.* Qui veterem acceperant legem.

℣. 9. *Non secundum Testamentum, quod feci patribus.* q. d. Novum Testamentum, novum pactum sanciam, quod erit longe præstantius illo antiquo.

℣. 11. *Et non docebit unusquisque proximum suum.* Quod vel ad tempora Apostolorum, in quibus fideles accepto Spiritu sancto, nullo labore docebantur; vel ad omnes vere Christianos referri potest, quod dogmata ad salutem necessaria ad pauca capita revocentur, ac pueris & rudibus nota esse possint. Id ipsum Christus nos docuit Joann. 6. *Erunt omnes docibiles Dei:* hinc Aug. Tract. 26. in Joann. *Quid faciunt homines foris sectis annuntiantes; quid facio modo, cum ego loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo revelet ille, qui intus est, quid dico, quid loquor? exterior cultor arboris, exterior est Creator, &c.*

℣. 12. *Propitius ero iniquitatibus eorum.* Tollam omnia impedimenta, & peccata.

℣. 13. *Dicendo autem novum, veteravit.* i. Antiquavit prius. Gr. *Vetus esse declaravit.* Abrogavit.

CAPUT IX.

℣. 1. *Habuit autem & prius* testamentum seu fœdus *justificationes culturæ.* i. Cultus quosdam suo modo justificantes. Gr. *Tabernaculum. Culturæ.* Gr. λατρείας. Quod cultum divinum significat. Leges habuit vetus Testamentum, & ritus colendi Dei: Quod utique præmittit iis, quæ mox dicturus est de Levitico sacerdotio ne illud damnare videatur: tametsi demonstrabit illud, ad veram justitiam consequendam inutile extitisse. *Et sanctum sæculare.* Gr. *Mundanum.* Seu caducum & terrestre, aut temporale; idque erat pars anterior tabernaculi, quæ juxta Theodoretum hunc mundum, ut pars altera cœlum ipsum exhibebat.

℣. 2. *Quæ dicitur Sancta.* Relativum, *quæ*, refertur ad tabernaculum *cum*, fœminini generis. *Sancta.* Vel quæ pars tabernaculi dicitur sancta. Tabernaculum erat velut templum portatile, quod Ecclesiam militantem, in terra peregrinantem exhibebat.

℣. 3. *Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta Sanctorum.* Hæc pars tabernaculi sanctior a parte altera sejuncta erat velo secundo. Nam prius velum ad ostium tabernáculi erat pensile. Vox igitur, *secundum*, ex textu Græco ad *velum* referri debet, non ad tabernaculum.

b Lev. 16. *Num.* 16. 4. Aureum habens, *b* thuribulum, & arcam Testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua urna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, *c* & tabulæ Testamenti,

c 3. *Reg.* 8. 9. 2. *Par.* 5. 10.

5. Superque eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula.

6. His vero ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes:

d Exod. 30. 10. *Lev.* 16. 2. 7. In secundo autem *d* semel in anno solus Pontifex, non sine sanguine, quem offert pro sua, & populi ignorantia:

8. Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum.

9. Quæ parabola est temporis instantis, juxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solummodo in cibis, & in potibus,

10. Et variis baptismatibus, & justitiis carnis usque ad tempus correctionis impositis.

† *DOM. PASS.* 11. Christus † autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non hujus creationis:

12. Neque per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.*

e Lev. 16. 15. 13. Si *e* enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis:

f 1. *Petr.* 1. 19. 1. *Joan.* 1. 7. 14. Quanto *f* magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi?

II. 15. Et ideo novi Testamenti mediator

g Gal. 3. 15. est: *g* ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis.*

4. Der hatte das güldene Rauchfaß, und die Arche des Testamentes, welche allenthalben mit Golde überzogen war, darinnen war der goldene Eimer, der das Himmelbrod hatte, und die Ruthe Aarons, die gegrünet hatte, und die Tafeln des Testamentes,

5. Und über der Arche waren die Cherubim der Herrlichkeit, die den Gnadenthron überschatteten: von welchen allen und jeden jetzt nicht zu sagen ist.

6. Da nun solches dermassen bereitet war, giengen die Priester zwar allezeit in den vordern Tabernackel, und verrichteten daselbst den Dienst der Opfer:

7. In den andern aber gieng der Hohepriester allein nur einmal im Jahre, und zwar nicht ohne Blut, das er opferte für seine, und des Volkes Unwissenheit:

8. Und hat der heilige Geist damit bedeuten wollen, daß der Weg zum Heiligthum noch nicht eröffnet wäre, dieweil der vorige Tabernackel noch seinen Bestand hätte.

9. Welches ein Gleichniß ist der gegenwärtigen Zeit, nach welcher Gaben, und Schlachtopfer geopfert werden, welche nach dem Gewissen denjenigen, der GOtt dienet, nicht können vollkommen machen, allein mit Speise, und Trank,

10. Und mancherley Waschungen, und fleischlichen Rechtfertigungen, welche bis zu der Zeit der Besserung auferlegt waren.

11. Christus aber, nachdem er angekommen, als ein Hoherpriester der zukünftigen Güter, ist durch einen grössern und vollkommenern Tabernackel, der nicht mit der Hand gemacht ist, das ist, der nicht dieses Gebäudes ist:

12. Auch nicht durch der Böcke, oder Kälberblut, sondern durch sein eigen Blut einmal in das Heiligthum hineingegangen, und hat ewige Erlösung gefunden.

13. Denn so das Blut der Böcke, und Ochsen, und der Kälber Aschen besprengt, die Unreinen heiliget zur Reinigung des Fleisches:

14. Wie vielmehr wird dann das Blut Christi, der sich selbst unbefleckt durch den heiligen Geist GOtt aufgeopfert hat, unser Gewissen reinigen von den todten Werken, dem lebendigen GOtt zu dienen?

II. 15. Und darum ist er ein Mittler des neuen Testamentes: auf daß die, so da berufen sind, durch Vermittlung des Todes, der dazwischen gekommen ist, zur Erlösung von den Uebertrettungen, welche unter dem vorigen Testamente waren, die Verheißung der ewigen Erbschaft erlangen.

16. Denn,

℣. 4. *Aureum habens thuribulum.* In altari thymiamatis prope velum, quod duas partes tabernaculi dividebat: adeo ut thuris incensum per superiorem veli partem subiret sancta sanctorum. *In qua.* Juxta quam ex L. Num. 17. 10. & 3. Reg. 8. vel etiam in arca, urna & virga primum erant intra arcam inclusæ, & postea a Salomone fuerunt eductæ ex arca. *Et tabulæ Testamenti.* Legis datæ in monte Sinai, quæ revera erant in arca.

℣. 5. *Superque eam erant Cherubim gloriæ.* Plena gloriæ & majestatis, vel eximie fabricata, vel auro micantia, & splendida.

℣. 7. *Quem offert pro populi ignorantia.* i. Pro peccatis ignorantiæ.

℣. 8. *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam.* Prior quidem tabernaculi pars sacerdotium legale & cultum religionis Judaicæ exprimebat: sed sanctuarium cœlum ipsum, & religionem, quæ ad illud ducit, nondum patuisse, nec verum ad illud iter per fidem, gratiam & justitiam esse reseratum; necdum ad cœlum ipsum, quod verum est sacrarium, patebat accessus, nisi summo sacerdoti, qui Christum adumbrabat.

℣. 9. *Quæ parabola.* Seu similitudo. *Est temporis instantis.* Seu labentis sub lege Mosaica, vel futuri temporis. *Juxta quam.* Gr. *Juxta quod.* Quo quidem tempore sacrificia & oblata munera justificare homines, & in cœlum inducere non poterant. *Servientem solummodo in cibis, & potibus.* Gr. λατρεύοντα. Cultorem: seu hujusmodi hostias offerentem; quæ sacrificia cum carnalia tantum essent, mundam non efficiebant animam. *In cibis & potibus.* In abstinentia quorumdam ciborum, & in ritibus, qui ad corpus tantummodo pertinebant. *Non possunt.* Coram Deo justificare.

℣. 10. *Et variis baptismatibus.* i. Ablutionibus. *Et justitiis carnis.* In certis ritibus, qui ab immunditiis corporis mundabant. *Usque ad tempus correctionis.* Usque ad Christi adventum, qui melioribus institutis vetera correcturus erat.

℣. 11. *Christus autem assistens.* Gr. *Adveniens.* Accedens. Quam infirmum esset sacerdotium Leviticum, hactenus ostendit; mox expositurus vim & efficaciam sacerdotii Christi, qui est verus Pontifex futurorum bonorum, non ut veteris legis Pontifices, qui bona tantum hujus vitæ procurabant. *Tabernaculum.* In quo habitat plenitudo divinitatis, per proprium corpus. *Non hujus creationis.* Non more usitato rerum creatarum conditum, sed Spiritus sancti opera in utero Virginis formatum.

℣. 12. *Sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta.* Proprio sanguine nobis acquisita, non exteriorem modo & momentaneam expiationem, ut veteris legis Pontifices, sed perfectam justificationem, & in æternum redimendi homines rationem invenit.

℣. 13. *Si enim sanguis hircorum &c. sanctificat ad emundationem carnis.* Ad legalem munditiam.

℣. 14. *Obtulit.* Filius ipse Deo offertur: Spiritus sanctus est sacer ignis; vis illius sacrificii ex virtute infinita victimæ dimanat, nos Deo consecrat. *Et emundat ab operibus mortuis.* sc. Peccatis.

℣. 15. *Et ideo novi Testamenti mediator est &c.* Prævaricationes etiam ab electis in veteri Testamento factæ expiari non potuerunt nisi Christi sanguine; cumque esset novi Testamenti, aut promissi fœderis mediator, necesse fuit, ut prius ipse moreretur. *In redemptionem.* Ut sua morte redimeret prævaricationes factas durante veteri Testamento.

16. Denn, wo ein Teſtament iſt, da muß dazwiſchen kommen der Tod desjenigen, der das Teſtament gemacht hat.

17. Denn ein Teſtament wird durch die Todten beſtättiget: ſonſt iſt es noch nicht kräftig, ſo lange der lebet, der das Teſtament gemacht hat.

18. Dahero auch das Erſte nicht ohne Blut aufgerichtet worden iſt.

19. Denn, nachdem alle Gebothe des Geſetzes durch Moyſen dem ganzen Volke vorgehalten waren, nahm er das Blut der Kälber, und der Böcke, mit Waſſer, und Purpurwolle, und Iſop, und beſprengte damit das Buch, und das ganze Volk,

20. Und ſprach: Dieſes iſt das Blut des Teſtamentes, das euch GOtt gebothen hat.

21. Auch den Tabernackel, und alles Geſchirre des Gottesdienſtes beſprengte er desgleichen mit Blut:

22. Und wird faſt alles nach dem Geſetze mit Blut gereiniget: es geſchieht auch keine Vergebung ohne Blutvergießen.

23. So war derowegen vonnöthen, daß hiemit die Vorbildungen der himmliſchen Dinge gereiniget würden: aber die himmliſchen Dinge ſelbſt mit beſſern Opfern, als jene waren.

III. 24. Denn JEſus iſt nicht eingegangen zum Heiligthum, das mit Händen gemacht iſt, welches ein Vorbild war des wahren Heiligthums: ſondern in den Himmel ſelbſt, auf daß er jetzt vor dem Angeſichte GOttes für uns erſchiene:

25. Auch nicht, daß er ſich ſelbſt mehrmal opfere, wie der Hohepriester alle Jahre in das Heiligthum mit fremdem Blut eingehet:

26. Sonſt hätte er oft von Anfang der Welt leiden müſſen: nun aber iſt er am Ende der Welt einmal erſchienen durch ſein eigenes Opfer, die Sünde hinwegzunehmen.

27. Und gleichwie den Menſchen geſetzt iſt einmal zu ſterben, darnach aber das Gericht:

28. Alſo iſt auch Chriſtus einmal aufgeopfert worden, vieler Menſchen Sünden hinwegzunehmen: zum andern aber wird er ohne Sünde zur Seligkeit erſcheinen denjenigen, die auf ihn warten.

Das zehente Capitel

1. Lehret, daß nicht die Opfer Aarons, ſondern das einige Opfer Chriſti am Kreutze die Sünden vertilge. 4. II. Ermahnet die Hebräer in dieſem Geſetze, Glauben, und Liebe Chriſti zu verharren. 19. III. Lobet ihre vorige Geduld, Liebe, und Beſtändigkeit in guten Werken. 32.

1. Denn das Geſetz hat den Schatten der zukünftigen Güter, nicht die Geſtalt der Güter an ihnen ſelbſt: darum kann es mit denſelbigen Opfern, die ſie unaufhör-

16. Ubi enim Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt, intercedat teſtatoris.

17. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt: alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.

18. Unde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.

19. Lecto enim omni mandato legis a Moyſe univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & iana coccinea, & hyſſopo, ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, *h Exod. 24. 8.*

20. Dicens: *h* Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus.

21. Etiam tabernaculum, & omnia vaſa miniſterii ſanguine ſimiliter aſperſit:

22. Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur: & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

23. Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium his mundari: ipſa autem cœleſtia melioribus hoſtiis quam iſtis.

III. 24. Non enim in manufacta ſancta Jeſus introivit, exemplaria verorum: ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis:

25. Neque ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno:

26. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum, ad deſtitutionem peccati, per hoſtiam ſuam apparuit.

27. Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem judicium:

28. Sic *i* & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata: ſecundo ſine peccato apparebit expectantibus ſe, in ſalutem. *i Rom. 5. 9. 1. Petr. 3. 18.*

CAPUT X.

I. Imperfectæ erant hoſtiæ veteris Teſtamenti, ergo neceſſarium fuit novum, cujus unica hoſtia auferet univerſa peccata. 4. II. Hortatur in novo Teſtamento perſiſtere, & Chriſto adhærere fide, ſpe, charitate. 19. III. Laudat Hebræos, quod & multa paſſi ſint, & patientibus aſſiterint. 32.

1. Umbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum: per ſingulos annos eisdem ipſis hoſtiis, quas

℣. 16. *Ubi enim Teſtamentum eſt, mors neceſſe eſt, intercedat teſtatoris.* Alioquin jus nullum eſt ad hæreditatem: unde morte Chriſti ratum fuit novum Teſtamentum, atque illius ſanguine confirmatum, uti in veteri lege; quod ſtatim ſubjicit.

℣. 18. *Unde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt.* Celebratum vel confirmatum eſt, mediante Moyſe in Sinai cum vitulorum & hircorum ſanguine.

℣. 19. *Lecto enim omni mandato legis.* Serie illa mandatorum, quæ Exod. 20. ad caput usque 24. referuntur. *Vitulorum.* Omnem populum aſperſit, atque ut figura veritati reſpondeat, neceſſe fuit populum Chriſtianum, cujus populus Judaicus figura fuit, interius aſpergi Chriſti ſanguine, cujus typus erat ſanguis animalium. Quamquam ſanguis Chriſti non eſt ſimplex aſperſio, ſed fons vivus animas noſtras inundans. Addit quædam Apoſtolus quæ cap. 24. Exodi non continentur; ſive illa ex traditione, ſive ex revelatione acceperit.

℣. 20. *Dicens: Hic ſanguis Teſtamenti.* ſc. Confirmator, qui fœdus populi cum Deo ſancitum confirmat. Atque ad id reſpexit Chriſtus in extrema cum diſcipulis cœna, Matth. 26. *Quod mandavit ad vos Deus.* Quod vobiscum ſanxit Deus.

℣. 22. *Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.* Non purgantur peccata ſine ſanguinis effuſione.

℣. 23. *Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cœleſtium.* Tabernaculum nempe, quæque erant in tabernaculo, ut imagines rerum ſpiritalium. *Cœleſtia.* Eccleſiam ſcilicet a Deo electam perfectioribus hoſtiis & ſacrificiis ſpiritualibus mundari oportuit. Id enim per cœleſtia intelligit Apoſtolus ex Chryſoſtomo: *Num cœlum aut Angelos? Nihil horum, ſed noſtra; noſtra ergo ſunt in cœlis, & noſtra ſunt cœleſtia, etiamſi peragantur in terra. Si ergo nos quoque ſumus prope Deum, ſumus in cœlo.* Ita Chryſoſtomus.

℣. 24. *Non enim in manufacta Sancta Jeſus introivit, exemplaria verorum.* Imagines & typos veri ſacrarii. *Sed in ipſum cœlum.* Per illa figuratum.

℣. 25. *Neque ut ſæpe offerat ſemetipſum.* Chriſtus ſemel tantum ſemetipſum obtulit hoſtiam in ara crucis.

℣. 26. *Alioquin oportebat eum frequenter pati.* Quod ſi enim mors una non ſufficiebat deletis omnium peccatis, quoties electi ab initio mundi peccaverunt, toties oportuiſſet illum pati: nunc autem *ſemel*, nunquam poſtea per cruentum corporis ſacrificium, quod quotidie per incruentum renovatur. *In conſummatione ſæculorum.* In ultima ætate mundi per ſui ipſius immolationem, *apparuit.*

℣. 27. *Quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori.* Sicut homines ſemel tantum morti addicuntur, ſic Chriſtus ſemel immolatus eſt ad multorum exhaurienda peccata.

CAPUT X.

℣. 1. *Umbram enim habens lex futurorum bonorum.* In lege vim nullam eſſe, aut efficaciam remittendi peccata,

offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere:

2. Alioquin cessassent offerri: ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati:

3. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.

l. 4. Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata.

a Psal. 39. 7. 5. Ideo ingrediens mundum dicit: *a* Hostiam, & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi:

6. Holocautomata pro peccato non tibi placuerunt.

b Psal. 39. 8. 7. Tunc dixi: Ecce, venio: *b* in capite libri scriptum est de me: ut faciam, Deus! voluntatem tuam.

8. Superius dicens: Quia hostias, & oblationes, & holocautomata pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur:

9. Tunc dixi: Ecce, venio, ut faciam, Deus! voluntatem tuam: aufert primum, ut sequens statuat.

10. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Jesu Christi semel.

11. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata.

12. Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei,

c Psal. 109. 2. *1. Cor.* 15. 25. 13. De cetero expectans, *c* donec ponantur inimici ejus scabellum pedum ejus.

14. Una enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos.

lich alle Jahre opfern, diejenigen, so hinzugehen, nimmer vollkommen machen:

2. Sonst hätten sie aufgehört geopfert zu werden: darum, daß diejenigen, welche den Dienst verrichten, nachden sie einmal gereiniget waren, hinfüro kein Gewissen der Sünde mehr hätten:

3. Aber nun geschieht durch dieselbige alle Jahre Gedächtniß der Sünden.

l. 4. Denn es ist unmöglich, daß durch der Ochsen, und Böcke Blut die Sünden hinweggenommen werden.

5. Darum, als er in die Welt kömmt, spricht er: Schlachtopfer, und Gaben hast du nicht gewollt: du hast mir aber einen Leib zubereitet:

6. Brandopfer für die Sünde gefallen dir nicht.

7. Da sprach ich: Siehe, ich komme: im Anfang des Buches ist von mir geschrieben: daß ich, o GOtt! deinen Willen verrichten soll.

8. Dieweil er droben gesagt hatte: Schlachtopfer, und Gaben, und Brandopfer für die Sünde hast du nicht gewollt: so gefällt dir auch nicht, was nach dem Gesetze geopfert wird:

9. Da sprach ich: Siehe, ich komme, deinen Willen, o GOTT! zu verrichten: da hebt er das erste auf, das andere zu bestätigen.

10. In welchem Willen wir geheiliget worden sind, durch das Opfer des Leibes Jesu Christi auf einmal.

11. Und zwar ein jeglicher Priester ist darum da, daß er alle Tage Gottesdienst pflege, und oft einerley Opfer thue, welche die Sünden nimmer hinwegnehmen können.

12. Dieser aber, nachdem er ein einiges Opfer für die Sünden geopfert hat, sitzet er in Ewigkeit zur rechten Hand GOttes,

13. Und wartet hinfüro, bis daß seine Feinde zum Schemmel seiner Füße gelegt werden.

14. Denn mit einem Opfer hat er die Geheiligten in Ewigkeit vollkommen gemacht.

15. Das

---

cata, & mundandi conscientiam; hinc probat Apostolus, quod umbram tantum haberet, non substantiam verorum bonorum: cujusmodi sunt vera justitia, solidæ virtutes, quæ bona erant adhuc futura iis, qui legis imperio subdebantur; vel futura illa bona sunt cœlestis felicitatis gaudia, quorum imago est lex Evangelica: lex vetus umbram tantummodo, & rudem habebat delineationem, non imaginem vivam & solidam cœlestium bonorum; nec poterat justos & perfectos facere. Hoc utique probat ex victimis, quæ singulis annis expiationis die mactabantur, & ex quotidianis sacrificiis, quæ toties repetita justos non efficiebant offerentes. *Accedentes.* Ad tabernaculum, ut Deo cultum suum exhiberent.

℣. 2. *Alioquin cessassent offerri.* Quodsi lex vere justificare posset per hostias, quæ quotannis offeruntur in festo expiationis, pro iisdem peccatis offerri desiissent, neque eorum commemoratio, aut accusatio singulis annis, fuisset iteranda, quæ tot sacrificiis jam essent expiata. Nam semel mundati conscientiam haberent perpurgatam a veteribus peccatis; sed quotannis renovatur memoria eorundem delictorum, pro quibus hostiæ oblatæ sunt: ergo lex per illas hostias singulis annis oblatas *non justos efficit offerentes.* Quæ ratio evincit hostias iisdem peccatis applicari non debuisse, si eæ justificarent: sed de cessatione sacrificiorum non concludit, aut probat illa iteranda non fuisse. Ratio quippe communis sacrificium instituendi, ut suprema Dei majestas, & creaturæ ab eo dependentia, id exigebat, ut sacrificia continuarentur, si ilia erant utilia. Sola itaque eorum inutilitas in causa fuit, cur abolita fuerint ex Apostolo cap. 7. *Reprobatio quidem fit præcedentis propter imutilitatem.* Perperam igitur ex hoc Apostoli loco Novatores concludunt, post Crucis sacrificium, Missæ sacrificium iterari non oportere. Non enim aliud docet Apostolus, nisi sacrificium expiationis cessaturum fuisse post primam oblationem pro iisdem peccatis, quæ jam expiata essent in prioribus sacrificiis: cum justificati homines non amplius iisdem egerent victimis. Quamobrem, ut fuse probat Auctor Analyseos Gallicæ differt. 15. Apostolus non agit de sacrificiis minime iterandis, sed de applicatione sacrificiorum toties repetita, si ea justificarent: cum nihil esset causæ, cur iisdem peccatis jam expiatis adhiberentur. Atque ita utitur facti probatione, ut demonstret, sacrificia veteris legis justos non effecisse offerentes, nec conscientiam eorum mundasse, cum sæpius pro iisdem peccatis, quasi adhuc extarent, eadem iterarentur, & memoriam eorum renovarent, quod deleta non fuerint per præcedentes hostias: id vero est, quod subjicitur.

℣. 3. *Sed in ipsis commemoratio* annua *peccatorum.* Vox Græca, ut notat Menochius, significat per annum sacrificia, quæ die expiationis pro peccatis offeruntur, quæ quotannis admissa sacrificiis fuerant expiata.

℣. 4. *Impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Cum peccata animam ipsam afficiant, hæc delere non potest sanguinis taurorum & vitulorum asperso, quæ corporis tantum extima attingit.

℣. 5. *Ideo ingrediens mundum dicit.* Ex Scriptura ipsa probat, abrogata esse veteris legis sacrificia; idque ex Psal. 39. quem suo loco exposuimus, ubi Christus corpus suum in locum sacrificiorum substituit, idque offert, ut Patris voluntati obsequatur. *Ingrediens mundum.* Ut peccata deleret factus homo. *Hostiam & oblationem noluisti.* Me veniente respuisti. *Corpus.* Quod tibi offerrem. *Aptasti mihi.* Syr. Induisti me. *Holocautomata pro peccato.* Gr. *Et pro peccato.* Sacrificia pro peccatis.

℣. 7. *In capite libri.* In principio. Hebræi habent in volumine libri sui, in Scriptura, vel in lege ipsa, & in Prophetis, quæ me venturum esse testantur.

℣. 9. *Tunc dixi.* Gr. *Dixit* Patris voluntati obediendo. Proprium corpus offerendo, quod veteris legis sacrificia figurabant. *Aufert primum, ut sequens statuat.* Priora legis sacrificia abrogat, ut secundum, nempe sui corporis sacrificium, statuat & stabiliat.

℣. 10. *In qua voluntate sanctificati sumus.* Pergit ostendere, quantum sacrificium Christi præstet sacrificiis veteris legis, cum una sit hostia semel in cruce oblata, innumerabilia vero sint veteris legis sacrificia, quæ non sufficiunt ad delenda peccata: quod sacrificii Christi utilitatem cum efficacia & mira fœcunditate conjunctam demonstrat.

℣. 12. *Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam.* Postquam perfecit illam in cruce oblationem, instar regnantis sedet, donec expleto electorum numero inimici ejus Dominum gloriæ agnoscant, eique plane subjiciantur.

℣. 14. *Una enim oblatione, consummavit.* Perfecit, quantum in ipso fuit. *In sempiternum sanctificatos.* Qui per ipsum sanctificantur. Baptizatos in suo sanguine perfecit in sempiternum per unam oblationem sui corporis: vel perfectum solvit pretium redemptionis & sanctificationis nostræ. Apostolus opponit Christi oblationem cruen-

tam

15. Das bezeuget uns aber auch der heilige Geist. Denn, nachdem er gesagt hatte:

16. Dieses ist aber das Testament, das ich ihnen bezeugen will nach denselbigen Tagen, spricht der HErr: Ich will mein Gesetz in ihre Herzen geben, und will sie in ihre Herzen hineinschreiben:

17. Und will hinfüro an ihre Sünden, und Ungerechtigkeiten nicht mehr gedenken.

18. Wo aber derselbigen Vergebung ist, da ist nun kein Opfer mehr für die Sünde.

II. 19. Dieweil wir nun, liebe Brüder, das Vertrauen haben zum Heiligthum hineinzugehen, durch das Blut Christi,

20. Wie er uns dann einen neuen und lebendigen Weg bereitet hat, durch den Vorhang, das ist, durch sein Fleisch

21. Und einen großen Hohenpriester über das Haus GOttes:

22. So lasset uns hinzugehen mit wahrhaftigem Herzen, in einem vollkommenen Glauben, gesäubert im Herzen vom bösen Gewissen, und gewaschen am Leibe mit reinem Wasser.

23. Laßt uns die Bekenntniß unserer Hoffnung unbeweglich halten, (denn er ist getreu, der die Verheißung gethan hat)

24. Und uns untereinander selbst wahrnehmen, damit wir einander zu der Liebe, und guten Werken anreizen:

25. Und unsere Versammlung nicht verlassen, wie etliche im Gebrauche haben, sondern einander trösten: und das um so viel mehr, so viel ihr sehet, daß sich der Tag herzu nahet.

26. Denn so wir williglich sündigen, nachdem wir die Erkenntniß der Wahrheit empfangen haben, so wird uns kein Opfer mehr für die Sünden übriggelassen:

15. Contestatur autem nos & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit:

16. Hoc *d* autem Testamentum, quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: *d Jer.31.33. Sup. 8. 8.*

17. Et peccatorum, & iniquitatum eorum jam non recordabor amplius.

18. Ubi autem horum remissio, jam non est oblatio pro peccato.

II. 19. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi,

20. Quam initiavit nobis viam novam, & viventem per velamen, id est, carnem suam,

21. Et sacerdotem magnum super domum Dei:

22. Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

23. Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis enim est, qui repromisit)

24. Et consideremus invicem in provocationem charitatis, & bonorum operum:

25. Non deserentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes: & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

26. Voluntarie *e* enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia: *e Sup. 6. 4.*

27. Ter-

---

tam sacrificiis legalibus. Hoc Pauli testimonio perperam rursus abutuntur Novatores adversus Missæ sacrificium. Unam, inquiunt, Christi oblationem eamque efficacem hoc in loco & superiori capite variis in locis commendat, adeo ut illa oblatio minime sit iteranda. Huic, inquiunt, unitati, & fecunditati innumerabilis Missarum multitudo opponitur, adeo ut Missa non sit verum sacrificium, nec vera oblatio. Responsio in promptu est, Apostolum hoc in loco agere de sacrificio cruento in crucis altari oblato, quod unum est; non enim sæpius moritur Christus: de sacrificio autem incruento ne verbum quidem dicit, adeo ut perperam hinc concludant nullum esse incruentum sacrificium. Sacrificia legis alia aliis succedebant quasi in priorum subsidium; ob virtutis & efficaciæ defectum semper erant iteranda, cum posteriora non essent magis efficacia, quam priora. Sed altaris victima non est supplementum victimæ Crucis, cum sit eadem prorsus, quæ merita & gratias sacrificio cruento acquisitas nobis applicat; cumque omnes incruenti sacrificii oblationes ad cruentam in Cruce factam referantur, pro una & eadem oblatione habentur. Atque ut sint diversæ oblationes, nihil propterea adversus toties iteratas Missæ oblationes ex Apostoli loco superius exposito: *Alioquin cessassent offerri*, concludi potest. Nam sacrificium Crucis causa est universalis ad omnia peccata auferenda; sed ut salutem in hominibus operetur, necesse est, ut per causas particulares applicetur. Id vero fit per oblationem corporis & sanguinis Domini in altari, & per alia Sacramenta. Præterquam Apostolus loquitur non de sacrificiis ipsis, quæ si utilia essent, iterari utique possent & deberent; sed de applicatione toties repetita ad eadem peccata. Quod igitur ita cavillantur adversarii, jam pridem desiisset sacrificium Missæ, si reconciliaret homines cum Deo; id inquam, negamus. Quomodo enim illa abrogatio stare potuit cum præcepto Domini: *Hoc facite in meam commemorationem?* Qua auctoritate sacrificium a Christo institutum aboleri posset? quod si inutile foret, cum legalibus sacrificiis abrogandum esset: at si utile est, an utilitas ipsa erit justa abrogationis causa, ne quid de sacrificii cruenti honore detrahat? Verum ista fusius in dissertatione pro argumenti dignitate tractantur, a viro sæpius laudato, amico & populari meo.

℣. 15. *Conteſtantur enim nos.* Testimonio Jeremiæ, cap. 31. Hujus rei, inquit, testimonium nobis præbet Spiritus sanctus, qui post certum & constitutum tempus pollicetur fore, ut non recordetur amplius peccatorum nostrorum, & legem novam mentibus nostris inscribat.

℣. 18. *Ubi autem horum remiſſio, jam non eſt oblatio pro peccato.* Pro iis scilicet, quæ jam sunt remissa. Sic in Baptismo, quo plena fit remissio, sacrificium Crucis perfecte applicatur; neque iteratur; si nova emergant peccata, Christi victima semper est offerenda.

℣. 19. *Habentes itaque fratres, fiduciam in introitu.* Pro introeundi sancta i. cœlestia. Jam ad moralem adhortationem descendit, quam ad Catechumenos & Baptizatos dirigit. Cum igitur liber nobis aditus pateat in sancta sanctorum, seu in cœlum ipsum per Christi sanguinem.

℣. 20. *Quam initiavit.* Id est, aperuit. *Nobis viam novam.* Ne sacerdotibus quidem antea concessam. *Per velamen, id eſt, carnem ſuam.* Quæ instar velaminis divinitatem ejus occultabat: hanc viam Christus ipse consecravit.

℣. 21. *Et ſacerdotem magnum.* Cum habeamus sacerdotem magnum Jesum domui Dei præpositum, eumque immortalem, qui nos excipere, & Patri offerre semper potest: hac igitur spe & fiducia freti, *accedamus, &c.*

℣. 22. *Accedamus cum vero* & sincero *corde: In plenitudine fidei.* Catechumenos excitat, ut ad Baptismum accedant, non duplici, sed recto & sincero corde, ac plena fide citra ullam hæsitationem. *Aſperſi.* Puram habentes conscientiam. *Abluti aqua munda.* Baptismatis.

℣. 23. *Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem.* i. Firmam. Baptizatos jam adhortatur, ut in fidei professione, quæ in baptismate facta est, constantes sint, & firmam spem retineant; rationem hanc affert, quod fidelis sit Deus, qui repromisit.

℣. 24. *Conſideremus invicem in provocationem charitatis.* Incitemus nos ad mutuam charitatem æmulatione laudabili accensi.

℣. 25. *Non deſerentes collectionem noſtram.* Non discedentes ab Ecclesiæ communione. *Sicut conſuetudinis eſt quibusdam.* Qui Ecclesiam deserunt, ut ad Synagogam se adjungant. Ex quibus forsitan erant plerique Pharisæi ad fidem conversi, quique Synagogam deserere nolebant. Genus enim quoddam hominum huic apostasiæ affine, non singulos videtur designare.

℣. 26. *Voluntarie enim peccantibus.* sc. Hebræis, quibus hanc generalem & communem propositionem applicat: cum de iis potissimum agatur, qui post veritatis notitiam ultro in apostasiam redeunt. *Hoſtia.* Nullum in lege sacrificium restat, quo peccata expientur, quam post Crucis hostiam ab iis neglectam nulla in lege, aut usquam alibi alia superest, qua Deo reconciliari possint.

27. Terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios.

28. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione *f* duobus vel tribus testibus moritur:

29. Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?

30. Scimus enim, qui dixit: *g* Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum: Quia judicabit Dominus populum suum.

31. Horrendum est incidere in manus Dei viventis.

III. 32. Rememoramini † autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum,

33. Et in altero quidem, opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conversantium effecti.

34. Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.

35. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.

36. Patientia enim vobis necessaria est: ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.

37. Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus est, veniet, & non tardabit.

38. Justus *h* autem meus ex fide vivit *: quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ.

39. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

CAPUT XI.

I. Fidem magnifice commendat ex fructibus & ex actis patrum, a mundi exordio usque ad prophetas, ostendens, quanta patrarint ac passi sint per fidem: 1. II. Nec tamen eos plenam ante Christi adventum retributionem accepisse. 39.

1. Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.

2. In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

3. Fide *a* intelligimus aptata esse sæcu-

27. Sondern eine erschreckliche Erwartung des Gerichtes, und der Eifer des Feuers, der die Widerwärtigen verzehren wird.

28. Wenn einer das Gesetz Moysis übertritt, der muß ohne einige Barmherzigkeit durch zwey oder drey Zeugen sterben:

29. Wie viel schärfere Strafe meynet ihr, wird derjenige verdienen, der den Sohn GOttes mit Füßen tritt, und das Blut des Testamentes unrein achtet, dadurch er geheiliget ist, und den Geist der Gnaden schändet?

30. Denn wir kennen den wohl, der gesagt hat: Die Rache ist mein, ich will es vergelten. Und abermal: Denn der HErr wird sein Volk richten.

31. Erschrecklich ist es, in die Hände des lebendigen GOttes fallen.

III. 32. Gedenket aber an die vorigen Tage, in welchen ihr, nachdem ihr erleuchtet worden seyd, einen großen Kampf des Leidens erduldet,

33. Und zum Theil durch Schmach, und Trübsalen zum Schauspiel worden seyd: zum Theil Gesellen gewesen derer, die auch solchen Wandel geführet haben.

34. Denn ihr habt Mitleiden getragen mit den Gefangenen, und habt den Raub eurer Güter mit Freuden angenommen, wohl wissend, daß ihr ein besser und bleibendes Gut habt.

35. So wollet nun euer Vertrauen nicht verliehren, welches eine große Belohnung hat.

36. Denn die Geduld ist euch vonnöthen: auf daß ihr den Willen GOttes thut, und die Verheißung erlanget.

37. Denn es ist noch um eine geringe Zeit zu thun, so wird kommen, der da kommen soll, und nicht verweilen.

38. Aber mein Gerechter lebet aus dem Glauben: wird er aber abweichen, so wird meine Seele kein Gefallen an ihm haben.

39. Wir aber sind nicht Kinder des Abweichens zum Untergange, sondern des Glaubens, zu erhalten die Seele.

Das eilfte Capitel.

1. Damit die Hebräer im Glauben standhaftig bleiben, erzählt er, was große Saiben der Glaube wirke, und wie die Altväter durch den Glauben, und Hoffnung der himmlischen Freude, so große Beschwernis erlitten: 1. II. Doch vor Christi Ankunft die versprochene Seligkeit nicht empfangen haben. 39.

1. Es ist aber der Glaube eine Grundveste der Dinge, die man hoffet, und ein sicherer Beweiß der Dinge, die nicht gesehen werden.

2. Denn durch diesen Glauben haben die Alten Zeugniß überkommen.

3. Durch den Glauben erkennen wir, daß die Welt durch

f Deut. 17. 6. Matth. 18. 16.
Joan. 8. 17. 2. Cor. 13. 1.
g Deut. 32. 35. Rom. 12. 19.
† DE PLUR. MART.
h Habac. 2. 4. Rom. 1. 17. Gal. 3. 11.
a Genes. 1. 3.

℣. 27. *Terribilis autem quædam expectatio judicii.* Judicii extremi severitas eos manet, & ardens flamma, quæ consumptura est Dei adversarios, quique se Dei inimicis adjungunt. Itaque Apostolus eos adjurat, ne a fidelium communione se subducant. Quod si id fecerint, jam nulla iis relinquitur hostia pro tam atroci apostasiæ crimine, sed judicium terribile & ignem æternum experientur: cum legales victimæ Christi sacrificio sint abrogatæ, neque umquam peccata eluere potuerint. Illud vero addit *post acceptam veritatis notitiam.* Ut omnem iis excusationem adimat, quam Judæi non conversi possunt obtendere: hanc vero punitionem futuram probat ex variis Scripturæ testimoniis.

℣. 28. *Irritam quis faciens legem Moysi.* Quod si enim legis transgressor sine ulla miseratione moritur, quanto graviora meretur supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, qui eum spreverit; sanguinem Testamenti pollutum duxerit, & quasi immundum habuerit: ac demum Spiritui gratiæ, Spiritui sancto, contumeliam fecerit, dum acceptam gratiam rejicit, adeo ut triplici nomine sit reus.

℣. 32. *Rememoramini autem pristinos dies.* In memoriam eorum redigit, quæ pro Christi fide olim pertulerant, adeo ut tot certaminum, tot afflictionum fructus penitus amittant, si ab Ecclesiæ communione discedentes ad Synagogas redierint. *In quibus illuminati.* Syr. Baptizati.

℣. 34. *Nam & vinctis.* Gr. Vinculis meis *compassi estis.*

℣. 35. *Nolite itaque amittere confidentiam vestram.* Firmam in virtute constantiam.

℣. 38. *Justus autem meus ex fide vivit.* Vita justi in fide charitate & spe animata posita est. *Si autem subtraxerit se.* A fide & obedientia.

℣. 39. *Nos autem non sumus subtractionis filii.* Non sumus perfidi, aut increduli, a Deo discedentes periturí. *Sed fidei.* Sed constantes in fide, ut salutem animæ consequamur.

CAPUT XI.

℣. 1. *Est autem fides sperandarum substantia.* Seu fundamentum. Gr. *Hypostasis.* Quod spem nostram sustentat: Vox Græca *speratarum rerum*, ἐλπιζομένων, seu *sperantium*, ut vertit August. Tract. 14. in Joannem: utrumque enim significare potest participium medium. *Argumentum non apparentium.* Firma & certa persuasio, aut convictio; firmissimus assensus rerum, quæ non apparent in se ipsis, sed revelatæ sunt a Deo. Resurrectio v. gr. mortuorum speratur a nobis, ac fides illius efficit, ut jam in animis nostris per firmam spem subsistat. Non enim speramus, nisi quæ credimus.

℣. 2. *In hac enim* seu per hanc *testimonium consecuti sunt senes.* sc. Antiqui patres, quod Deo placerent, ut fideles Dei servi.

℣. 3. *Fide intelligimus aptata esse sæcula.* Sola fide novimus cuncta, quæ in mundo sunt, & subduntur tempori-

durch GOttes Wort bereitet ist: damit aus den unsichtbaren Dingen die sichtbare gemacht würden.

4. Durch den Glauben hat Abel GOtt ein viel größeres Opfer gethan, als Cain, durch welches er Zeugniß bekommen hat, daß er gerecht wäre, da GOtt von seinen Gaben zeugete, und durch denselbigen redet er noch, wiewohl er gestorben ist.

5. Durch den Glauben ward Henoch hinweggenommen, damit er den Tod nicht sehe, und ward nicht gefunden, darum, daß ihn GOtt hinweggenommen hatte: denn vor seinem Hinwegnehmen hatte er das Zeugniß, daß er GOtt gefallen habe.

6. Ohne den Glauben aber ist es unmöglich GOtt gefallen. Denn wer zu GOtt kommen will, der muß glauben, daß er sey, und denen, die ihn suchen, ein Vergelter sey.

7. Durch den Glauben fürchtete sich Noe, nachdem er eine Antwort bekommen hatte von den Dingen, die man noch nicht sah, und bereitete die Arche zu Erhaltung seines Hauses, dadurch er die Welt verdammet hat: und ist ein Erbe der Gerechtigkeit worden, welche durch den Glauben kömmt.

8. Durch den Glauben leistete Gehorsam, der da genennet ist Abraham, auszugehen in das Land, das er zum Erbtheile bekommen sollte: und er gieng aus, wiewohl er nicht wußte, wohin er gieng.

9. Durch den Glauben hat er sich im Lande der Verheißung aufgehalten, wie in einem fremden Lande, und hat mit Isaac und Jacob den Miterben derselbigen Verheißung in Hütten gewohnet.

10. Denn er wartete auf eine Stadt, die einen Grund hatte, deren Baumeister, und Schöpfer GOtt ist.

11. Durch den Glauben hat auch die unfruchtbare Sara Kraft bekommen, den Saamen zu empfangen, auch ausser der Zeit ihres Alters: denn sie glaubte, daß der, so es verheißen, getreu wäre.

12. Darum sind auch von einem einzigen (der doch erstorben war) so viele entsprossen, als der Sterne am Himmel in der Menge sind, und wie der Sand, der am Ufer des Meers, so unzählbar ist.

13. Diese alle sind nach dem Glauben gestorben, und haben die Verheißungen nicht empfangen, sondern sie von ferne angesehen, gewünschet, und bekennet, daß sie Fremdlinge, und Gäste auf Erden wären.

14. Denn die solches sagen, die geben zu erkennen, daß sie das Vaterland suchen.

la verbo Dei: ut ex invisibilibus visibilia fierent.

4. Fide *b* plurimam hostiam Abel, quam Cain obtulit Deo, *c* per quam testimonium consecutus est esse justus, testimonium perhibente muneribus ejus Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. *b Genes.* 4.4. *c Matth.* 23. 35.

5. Fide *d* Henoch translatus est, ne videret mortem, & non inveniebatur, quia transtulit illum DEUS: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo. *d Gen* 5. 24. *Eccl.* 44. 16.

6. Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

7. Fide *e* Noe responso accepto de iis, quæ adhuc non videbantur, metuens aptavit arcam in salutem domus suæ, per quam damnavit mundum: & justitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus. *e Gen.* 6 14. *Eccli.* 44. 17.

8. Fide *f* qui vocatur Abraham obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens, quo iret. *f Genes.* 12. 1.

9. Fide demoratus est in terra repromissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Jacob cohæredibus repromissionis ejusdem.

10. Expectabat enim fundamenta habentem civitatem, cujus artifex, & conditor Deus.

11. Fide *g* & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat. *g Genes.* 17. 19.

12. Propter quod & ab uno orti sunt (& hoc emortuo) tamquam sidera cœli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis.

13. Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confidentes, quia peregrini & hospites sunt super terram.

14. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.

15. Et

poribus, verbo Dei, jussu divino aptata esse. Gr. *Coagmentata.* Absoluta, in ordinem digesta fuisse. *Ut ex invisibilibus.* Ut ex informi & tenebrosa materia primum a Deo creata prodirent cum illa partium distinctione & ornatu, quem cernimus; velut ex nihilo fierent. Hoc utique, non humana ratione sola, sed fide imprimis accepimus, qua Philosophi destituti, & aliud rerum principium a Deo quærentes, evanuerunt in suis cogitationibus, & obscuratum est cor insipiens eorum. Hoc uno exemplo refellit Apostolus Protestantium fiduciam præsumptionis plenam. Nihil enim ad rerum conditionem pertinet certa & indubitata de salute nostra fiducia.

℣. 4. *Fide plurimam.* Gr. *Copiosiorem.* Seu honoratiorem hostiam Abel quam *Cain obtulit Deo: Consecutus est.* Testimonium accepit justitiæ suæ, cum ignis e cœlo delapsus hostiam ejus absumpsit; & per illam, scilicet fidem, defunctus adhuc loquitur. Vox ejus etiamnum auditur in Scriptura; & fama illius in hominum memoria adhuc vivit. Ab ipso Abele, quem frater interfecit, orditur Apostolus, ut illius exemplo Hebræos consoletur, quod a fratribus suis adeo vexentur.

℣. 5. *Fide Henoch translatus est, ne videret mortem.* Ne experiretur, ne moreretur: cum autem de fide illius nihil dicat Scriptura, id probat Apostolus, quod in Scriptura testimonium habuerit placuisse Deo, Gen. 5. *Ambulavit Henoch cum Deo.* 70. *placuit Deo.*

℣. 6. *Sine fide autem impossibile est placere Deo.* Id vero sic evincit: qui ad Deum vult accedere, & illi placere, primum credere eum oportet, quod Deus existat. *Et inquirentibus se remunerator sit.* Nimirum de existentia illius & justitia persuasus esse debet; illud ad fidem, cum Deus sit invisibilis; hoc ad spem pertinet; utrumque in Henoch refulsit. Credere autem oportet per pium voluntatis affectum, qui ad credendum nos moveat.

℣. 7. *Per quam arcam damnavit mundum:* Incredulitatis & impœnitentiæ. *Institutus.* Justitiam possedit, ut hæreditatem. Gen. 6. *Metuens.* Pietate repletus & sancto Dei timore.

℣. 8. *Fide qui vocatur Abraham.* Nam antea tantummodo vocabatur Abram, post fidem vero tam illustrem, Abraham, quod multarum gentium futurus esset parens, multiplici nomine illius commendat fidem, quod eo patre secundum carnem gloriantes illius fidem imitari deberent. Gr. *Vocatus* e patria profectus est.

℣. 9. *Fide demoratus est in terra repromissionis — in casulis.* Gr. *In tabernaculis.* Habitando more viatorum. *Cum Isaac & Jacob.* Ut postea Isaac & Jacob, qui ejusdem promissionis hæredes fuerunt. Fide itaque Abram sic placuit Deo, ut totum se illi permiserit.

℣. 10. *Expectabat enim fundamenta habentem civitatem.* Cœlestem nimirum civitatem, eamque firmissimam, cujus artifex & conditor Deus. Id subdit Apostolus, ut Hebræos a promissionibus terrenis exemplo Abrahæ ad cœlestes transferat.

℣. 12. *Propter quod.* Propter fidem Abrahæ. *Et hoc emortuo.* Quoad vim generandi; vis prolifica illi reddita est, uti & Saræ.

℣. 13. *Juxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus.* Quæ sequuntur, de bonis cœlestibus intelliguntur: sed a longe eas *aspicientes*, in Christo scilicet futuram resurrectionem sperantes. *Juxta fidem defuncti.* Gr. *Secundum fidem defuncti.* In qua vixerunt, & mortui sunt.

℣. 14. *Qui enim hæc dicunt.* sc. Se peregrinos & hospites esse. *Significant.* Non terram Chananæorum, quæ non erat eorum patria, & in qua habitabant; sed cœlestem patriam inquirere, quam non sunt adepti, nisi post mortem Christi. *A longe aspicientes & salutantes.* Instar navigantium, qui portum eminus conspectum salutant.

15. Et si quidem ipsius meminissent, de qua exierunt, habebant utique tempus revertendi:

16. Nunc autem meliorem appetunt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: paravit enim illis civitatem.

h *Gen.* 22 1. *Eccl.* 44. 21. 17. Fide *h* obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & unigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones,

i *Gen.* 21. 12. *Rom.* 9. 7. 18. Ad quem dictum est: *i* Quia in Isaac vocabitur tibi semen:

19. Arbitrans quia & a mortuis suscitare potens est Deus: unde eum & in parabolam accepit.

k *Gen.* 27. 27. 39. 20. Fide *k* & de futuris benedixit Isaac, Jacob, & Esau.

l *Gen.* 48. 15. m *Gen.* 47. 31. 21. Fide *l* Jacob, moriens, singulos filiorum Joseph benedixit: *m* & adoravit fastigium virgæ ejus.

n *Gen.* 50. 23. 22. Fide *n* Joseph, moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandavit.

o *Exod.* 2. 2. p *Exod.* 1. 17. 23. Fide *o* Moyses, natus, occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, *p* & non timuerunt regis edictum.

q *Exod.* 2. 11. 24. Fide *q* Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis,

25. Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem:

26. Majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum, improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem.

27. Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: invisibilem enim tamquam videns sustinuit.

r *Exod.* 12 21. 28. Fide *r* celebravit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiva, tangeret eos.

s *Exod.* 14. 22. 29. Fide *s* transierunt mare rubrum tamquam per aridam terram: quod experti Ægyptii, devorati sunt.

t *Jos.* 6. 20. 30. Fide *t* muri Jericho corruerunt, circuitu dierum septem.

u *Jos.* 2. 3. *Jac.* 2. 25. 31. Fide *u* Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

32. Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Jephte, David, Samuel, & Prophetis:

15. Wo sie nun das gemeynet hätten, wovon sie ausgegangen waren, so hätten sie Zeit genug gehabt, sich wieder dahin zu wenden:

16. Nun aber begehren sie ein besseres, nämlich das himmlische Vaterland. Darum schämet sich GOtt auch nicht, ihren GOtt sich nennen zu lassen: denn er hatte ihnen eine Stadt zubereitet.

17. Durch den Glauben opferte Abraham den Isaac, als er versucht ward, und opferte den Eingebohrnen, der die Verheißungen empfangen hatte,

18. Zu welchem gesagt war: In Isaac wird dir der Saame genennet werden:

19. Dieweil er davor hielt, daß GOtt auch mächtig wäre, ihn von den Todten wieder zu erwecken: daher er ihn auch zur Gleichniß wieder bekommen hat.

20. Durch den Glauben segnete auch Isaac den Jacob, und Esau von den zukünftigen Dingen.

21. Durch den Glauben segnete Jacob, da er starb, alle Söhne Josephs: und neigte sich gegen seines Scepters Spitze.

22. Durch den Glauben that Joseph, da er starb, Erinnerung vom Auszuge der Kinder Israel, und gab Befehl von seinen Gebeinen.

23. Durch den Glauben ward Moyses, nachdem er gebohren worden, drey Monathe lang von seinen Aeltern verborgen, dieweil sie sahen, daß er ein schönes Kind war, und fürchteten sich nicht vor dem Gebothe des Königes.

24. Durch den Glauben wollte Moyses, nachdem er groß worden, nicht mehr ein Sohn der Tochter Pharaonis heißen,

25. Und erwählte viel lieber mit dem Volke GOttes geplagt zu werden, dann von einer zeitlichen Sünde Ergötzung zu haben:

26. Und hielt die Schmach Christi für größere Reichthümer, als die Schätze der Aegypter: denn er sah auf die Belohnung.

27. Durch den Glauben verließ er Aegypten, und fürchtete sich nicht vor dem Zorn des Königes: denn er hielt auf den Unsichtbaren, als wann er ihn gesehen hätte.

28. Durch den Glauben hielt er Ostern, und das Blutvergießen: damit derselbige, der die Erstgeburt verderbte, sie nicht berührte.

29. Durch den Glauben giengen sie durch das rothe Meer, gleichwie durch das trockene Land: welches die Aegyptier auch versuchten, und wurden verschlungen.

30. Durch den Glauben fielen die Mauren zu Jericho in dem Umgange der sieben Tage.

31. Durch den Glauben gieng Rahab die Hure nicht zu Grunde mit den Unglaubigen, da sie die Kundschafter mit Frieden aufnahm.

32. Und was soll ich mehr sagen? die Zeit würde mir zu kurz, wenn ich erzählen sollte von Gedeon, Barac, Samson, Jephte, David, Samuel, und von den Propheten:

33. Wel-

℣. 15. *Et siquidem ipsius meminissent.* Si Abraham, dum se peregrinum esse in terra Chanaan confitebatur, de Chaldæa, unde exierat, cogitasset. *Revertendi.* Abrahamo nimirum & ejus posteris non deerat tempus & opportunitas eo revertendi.

℣. 16. *Nunc autem meliorem appetunt.* Id est, cœlestem: cum igitur se *Peregrinos* in terra Chanaan agnoscunt, neque ad terram suæ originis revertuntur, eo peregrinorum nomine declarant se meliorem inquirere civitatem a Deo ipso paratam, quæ utramque Ecclesiam in terra & in cœlo positam complectitur; non erubescit *vocari Deus eorum.*

℣. 18. *Quia in Isaac vocabitur tibi semen.* In sola Isaaci posteritate implendæ erant promissiones.

℣. 19. *Unde eum & in parabolam accepit.* In figuram, similitudinem & exemplum immolationis Christi in cruce: per illius sacrificii Isaac apparatum, & resurrectionis Christi in liberatione Isaac adumbratæ.

℣. 21. *Fide Jacob — & adoravit fastigium.* Gr. *Adoravit super fastigium virgæ ejus.* Dum adoravit innitens baculo, quem auctoritatis titulo gerebat Joseph.

℣. 22. *Fide Joseph, moriens de profectione filiorum Israel memoratus est.* Prædixit Hebræos in terram Chanaan profecturos, atque hac fiducia subnixus adjuravit fratres, ut ossa sua in terram Chanaan asportarent.

℣. 23. *Fide* parentum *Moyses natus, occultatus est.*

℣. 24. *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis.* Et aulam reliquit.

℣. 25. *Magis eligens affligi cum populo Dei &c.* Quam relictis fratribus in adversitate, deliciis aulæ regiæ frui ad tempus.

℣. 26. *Majores divitias æstimans — improperium Christi.* Futuris Christi opprobriis in antecessum communicare maluit, quam honoribus & opibus terrenis abundare.

℣. 27. *Fide reliquit Ægyptum.* Seu fugiendo post occisum Ægyptium, seu potius cum eduxit populum ex Ægypto: nihil veritus Pharaonis iram: invisibilem enim Deum, *tamquam videns sustinuit.* Expectavit: non dubitans Deum sibi affuturum.

℣. 28. *Fide celebravit Pascha & sanguinis effusionem.* Qua agni Paschalis sanguine postes domorum sunt illiti.

℣. 29. *Fide transierunt Mare rubrum: quod experti.* i. Tentantes *Ægyptii, devorati sunt.*

33. Welche durch den Glauben Königreiche erobert *, Gerechtigkeit gewirket, die Verheißungen erlanget, die Rachen der Löwen verstopfet, * die Könige überwunden.

34. Des Feuers Kraft ausgelöschet haben, sie sind der Schärfe des Schwerts entgangen, sind von der Schwachheit wieder gesund worden, und sind stark worden im Streit, haben die Heerlager der Fremden in die Flucht getrieben:

35. Die Weiber haben auch ihre Todten von der Auferstehung wieder bekommen. Die andern aber sind ausgestreckt worden, und haben die Erlösung nicht angenommen, damit sie eine bessere Auferstehung finden möchten.

36. Andere aber haben Spott, und Streiche ausgestanden, dazu Bande, und Gefängniß:

37. Sie sind gesteiniget worden, sind zerhauen, versucht, durch das Schwert erschlagen, und getödtet worden: sie sind umhergegangen in Schafshäuten, und Geißfellen, dürftig, beängstiget, und geplagt:

38. Deren die Welt nicht werth war: und haben hin und wieder geschwebet in den Wüsten, auf den Bergen, in den Höhlen, und Klüften der Erde.

III. 39. Und diese alle sind durch Zeugniß des Glaubens bewähret worden, und haben gleichwol die Verheißung nicht empfangen,

40. Dieweil GOtt für uns etwas Bessers vorgesehen hat, daß sie ohne uns nicht vollendet würden.

Das zwölfte Capitel.

I. Paulus ermahnet ferner die Hebräer, im rechten Glauben zu verbleiben, auf daß sie nicht, wie Esau, um eine schlechte Speise, und zeitlichen Gewinns halben ihren Glauben verlassen, und von GOtt verstoßen werden. 1. II. Weil die Christen viel schärfer, als vor Zeiten die Uebertretter des alten Gesetzes, wenn sie ihr neues Gesetz nicht halten, werden gestraft werden. 18.

1. Derowegen auch wir, dieweil wir eine solche Wolke der Zeugen vor uns haben, so laßt uns ablegen alles, was uns drücket, und die anklebende Sünde, und durch Geduld laufen zu dem Kampf, der uns aufgelegt * ist: * vorgesetzt.

2. Und laßt uns sehen auf den Anfänger, und Vollender des Glaubens, JEsum, welcher, da ihm vorgeleget war Freude, hat er erlitten das Kreuz, mit Verachtung der Schande, und sitzet zur Rechten des Stuhls GOttes.

3. Darum, so gedenket an den, der ein solches Widersprechen von den Sündern wider sich erlitten hat, daß ihr nicht laß und matt werdet, noch ablasset in eurem Gemüthe.

4. Denn ihr habt noch nicht bis auf das Blut widerstanden mit Gegenkämpfen wider die Sünde:

5. Und habt vergessen des Trostes, der zu euch redet, als zu den Kindern: Mein Sohn, achte nicht gering die Züchtigung des HErrn, und verzage nicht, wenn du von ihm gestraft wirst.

33. Qui † per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, † DE PLUR. MART.

34. Extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum:

35. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem.

36. Alii vero ludibria, & verbera experti: insuper & vincula, & carceres:

37. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti:

38. Quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.

II. 39. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem,

40. Deo pro nobis melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.

CAPUT XII.

I. Exemplo tot Sanctorum, imo ipsius Christi hortatur ad constantem patientiam, fugam peccatorum, Dei metum & cultum, fraternam pacem & concordiam. 1. II. Eoquod ob novi Testamenti super vetus excellentiam inobedientes majora, quam Judæi supplicia passuri sint. 18.

1. Ideoque & nos tantam habentes impositam nubem testium, *a* deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen:

2. Aspicientes in Auctorem fidei, & consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet.

3. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit a peccatoribus adversum semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini, animis vestris deficientes.

4. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes:

5. Et obliti estis consolationis, quæ vobis tamquam filiis loquitur, dicens: *b* Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris, dum ab eo argueris.

a Rom 6. 4. Ephes. 4 22. Coloss 3 8. 1. Petr. 2. 1. & 4. 2.

b Prov. 3. 11. Apoc. 3. 19.

6. Quem

℣. 33. *Qui per fidem vicerunt regna.* Ut Josue & David. *Obturaverunt ora leonum.* Ut Daniel.

℣. 34. *Extinxerunt.* Ut tres pueri in fornace. *Convaluerunt de infirmitate.* Ut Ezechias.

℣. 35. *Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos.* Ab Elia & Elisæo resuscitatos, ut Sunamitis & Sareptana. *Alii distenti sunt.* In tormentis ut Machabæi. *Non suscipientes redemptionem.* Cum possent a cruciatibus liberari.

℣. 37. *Lapidati sunt.* Ut Jeremias. *Secti.* Ut Isaias. *Tentati sunt, distenti.* Ut Eleazarus. *Circuierunt in melotis.* In pellibus ovinis.

℣. 40. *Deo pro nobis melius aliquid providente.* Voluit Deus, ut promissam non reciperent mercedem ante mortem Christi. *Ut non sine nobis.* Ut æterna felicitas ad nostra usque tempora differretur; de qua jam v. 13. cœpit differere.

CAPUT XII.

℣. 1. *Ideoque & nos tantam habentes impositam.* Gr. Circumpositam *nubem* i. copiam *testium*, qui omnes crediderunt, quod non cernebant, quique spe bonorum cœlestium erecti tanta passi sunt mala. *Deponentes omne pondus.* Terrenorum affectuum, omnia impedimenta. Gr. ὄγκον, Tristitiam omnem & animi ægritudinem, qua deprimitur animus, deponamus. *Et circumstans nos peccatum.* Eorum, qui a fide deficiebant, quorum exemplum vos movet & conturbat. *Certamen.* Cui cœlum præmii loco proponitur. Gr. *Curramus propositum nobis certamen.* Et duce Christo hanc vitam cum patientia tranſigamus, in qua indesinenter pugnandum est nobis cum mundo, carne & diabolo. In Græco textu præpositio, *ad*, deest.

℣. 2. *Aspicientes in auctorem fidei.* In eum intendite animum, qui fidei & spei nostræ auctor est & princeps, qui fidem infudit animis vestris, & eam perficiet. *Sustinuit crucem.* Qui loco gaudii sibi propositi, seu felicitatis, qua fruebatur, seu pro gaudio sibi proposito (adeo ut præpositio, *pro*, e textu Latino forsan exciderit) vel qui proposita sibi gloria post resurrectionem futura; vel ut Nazianzenus exponit, qui cum posset non gustare mortem, sed paternis frui deliciis, tamen sustinuit crucis ignominiam, atque ob eam sui abjectionem voluntariam in dextera Dei sedet.

℣. 4. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis.* Adversus peccatum infidelitatis & apostasiæ, quod instar hostis infesti vos indesinenter provocat.

℣. 5. *Et obliti estis consolationis.* Gr. *Adhortationis.* Quam ex Proverbiorum cap. 3. adducit, ut probet afflictiones nobis a Deo immissas esse paternæ in nos charitatis argumenta: *Num obliti estis?*

6. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem omnem filium, quem recipit.

7. In disciplina perseverate. Tamquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater?

8. Quod si extra disciplinam estis, cujus participes facti sunt omnes, ergo adulterii, & non filii estis.

9. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reverebamur eos: non multo magis obtemperabimus Patri spirituum, & vivemus?

10. Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id, quod utile est in recipiendo sanctificationem ejus.

11. Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.

12. Propter quod remissas manus, & soluta genua, erigite,

13. Et gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

c Rom. 12. 18. 14. Pacem *c* sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum:

15. Contemplantes, ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

16. Ne quis fornicator, aut profanus, ut *d Gen.* 25. 33. Esau, qui *d* propter unam escam vendidit primitiva sua:

e Gen. 27. 38. 17. Scitote enim, quoniam *e* & postea cupiens hereditate benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lacrymis inquisisset eam.

f Exod. 19. 12. & 20. 21. II. 18. Non *f* enim accessistis ad tractabilem montem, & accensibilem ignem & turbinem, & caliginem, & procellam,

19. Et tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusaverunt se, ne eis fieret verbum.

20. Non enim portabant, quod dicebatur: *g Exod.* 19. 13. g Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.

21. Et ita terribile erat, quod videbatur, Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus.

6. Denn welchen der HErr lieb hat, den züchtiget er: er geißelt aber einen jeglichen Sohn, den er aufnimmt.

7. So verharret nun in der Zucht. GOTT erzeiget sich doch gegen euch, als gegen seine Kinder: wo ist aber irgend ein Sohn, den der Vater nicht züchtige?

8. Wenn ihr aber ohne Züchtigung seyd, deren sie doch alle theilhaftig worden sind, so seyd ihr Bastarte, und nicht eheliche Kinder.

9. Zudem, so haben wir die Väter unsers Fleisches zu Zuchtmeister gehabt, und haben sie gefürchtet: sollten wir dann nicht vielmehr dem Vater der Geister gehorsam seyn, damit wir leben?

10. Und jene zwar haben uns wenig Tage nach ihrem Willen gezüchtiget: dieser aber thut es zu dem, das nützlich ist, auf daß wir seine Heiligung empfangen.

11. Alle Züchtigung aber, so lange sie währet, scheinet zwar nicht Freude, sondern Traurigkeit zu bringen: hernach aber wird sie denjenigen, welche durch sie geübet werden, eine friedsame Frucht der Gerechtigkeit zubringen.

12. Darum richtet wieder auf die lassen * Hände, und die kraftlosen Knye, * müden

13. Und thut richtige Gänge mit euren Füßen: damit niemand hinke, und irre, sondern vielmehr gesund werde.

14. Befleißiget euch des Friedens gegen jedermann, und der Heiligung, ohne welche niemand GOtt sehen wird:

15. Und schauet, daß nicht jemand die Gnade GOttes versäume: damit nicht etwan eine Wurzel der Bitterkeit aufwachse, und ein Gewirre * mache, und viele durch dieselbige verunreiniget werden. * Verhindern.

16. Daß nicht jemand sey ein * Hurer, oder ungeistlich, wie Esau, der um eine einzige Speise seine Erstgeburt verkauft hat:

17. Denn ihr sollt wissen, daß er hernach, da er den Segen zu ererben begehrt hat, verworfen worden ist: denn er fand keinen Raum * der Buße, ob er wohl mit Thränen den Segen gesucht hat. * Zeit.

II. 18. Denn ihr seyd nicht gekommen zu einem Berge, den man greifen mag, und zu einem angezündeten Feuer, und zum Sturmwind, und zum Dunkeln, und zum Ungewitter,

19. Und zum Schall der Posaune, und zu der Stimme der Worte, deren sich weigerten, so sie hörten, daß ihnen das Wort nicht gesagt wurde.

20. Denn sie konnten nicht ertragen, was da gesagt ward, nämlich, daß, wenn auch ein Thier den Berg berühren wird, dasselbige sollte gesteiniget werden.

21. Und war also erschrecklich, was allda gesehen ward, daß Moyses sprach: Ich bin erschrocken, und zittere.

22. Ihr

℣. 8. *Quodsi extra disciplinam estis.* Expertes afflictionum: ergo spurii & adulterini estis, non legitimi filii: disciplinam pro animadversione & castigatione sumit.

℣. 9. *Patres carnis nostræ eruditores habuimus.* Patres, ex quibus nati sumus, sustinuimus, si nos castigarunt, multo magis Patrem Spirituum feramus.

℣. 10. *Hic autem.* Pater cœlestis erudit nos. *Ad id, quod utile est in recipiendo.* Gr. Ad recipiendam sanctificationem ejus, ut participes simus sanctitatis ejus.

℣. 11. *Omnis autem disciplina, in præsenti quidem videtur non esse gaudii.* Chrysost. *Quis enim mœror, aut quæ tristitia parit gaudium exercitatis?* Nam fortiores reddunt in certamine.

℣. 12. *Propter quod remissas manus & soluta genua.* Syr. Nutantia *erigite* per fidem. Chrysost. in Psalm. 93. *Fides sit tecum, & tecum est Deus in tribulatione.*

℣. 13. *Et gressus rectos facite.* Recta incedentes, non claudicantes, aut vacillantes. *Erret.* A recta via declinet.

℣. 14. *Pacem.* Sequimini pacificam concordiam, & charitatem. *Et sanctimoniam.* Corporis & animi puritatem.

℣. 15. *Contemplantes.* Græc. *Diligenter attendentes, ne quis desit gratiæ Dei.* A fide per apostasiam discedens. *Amaritudinis.* Ne quis venenatam doctrinam spargat in alios, ne quis inter vos prava opera aut dogmata proferat: vel radix amaritudinis est peccatum ipsum.

℣. 16. *Ne quis fornicator sit, aut profanus, ut Esau.* Qui benedictionem Dei Abrahæ promissam nihil duxit.

℣. 17. *Scitote enim.* Græc. *Scitis.* Ex Gen. cap. 27. *Reprobatus est.* A patre, qui ejus postulationem rejecit. *Pœnitentiæ locum.* Neque Isaac benedictionem Jacobo datam revocavit. *Lacrymis.* Theodoretus: *Non flevit agens pœnitentiam, sed fratris felicitati invidens.*

℣. 18. *Non enim accessistis ad tractabilem.* Gr. *Palpabilem.* Seu sensibilem. *Et accensibilem ignem.* Accensum, ardentem, ut in monte Sinai. Utriusque Testamenti discrimen affert, timorem & amorem: non estis sub lege, sed sub gratia: qui deserunt Christi religionem, minus sunt venia digni quam Israelitæ, cum peccaverunt.

℣. 19. *Et vocem.* sc. Ad terribilem Dei vocem, e monte loquentis. *Verbum.* Ne Deus ad eos ipse loqueretur, deprecati sunt.

℣. 20. *Non enim portabant.* Ferre non poterant. *Lapidabitur.* Si hoc bestiis interminatur, quid de nobis futurum est?

℣. 21. *Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus.* Hæc verba ex traditione acceperat, nisi forte tum temporis in libris a Synagoga conservatis ea fuerint conscripta.

22. Ihr aber seyd hinzugetretten zu dem Berge Sion, und zu der Stadt des lebendigen GOttes, dem himmlischen Jerusalem, und zu der Menge vieler tausend Engel,

23. Zu der Versammlung der Erstlinge, welche im Himmel angeschrieben sind, und zu GOtt dem Richter aller Menschen, und zu den Geistern der Gerechten, welche vollkommen sind,

24. Und zu JEsu, dem Mittler des neuen Testamentes, und zu der Besprengung des Blutes, das da besser redet, dann das Blut Abel.

25. Sehet zu, daß ihr den nicht abweiset, der da redet. Denn so diejenigen nicht entflohen sind, welche sich weigerten, denselbigen zu hören, der auf Erden redete, so werden wir vielweniger entfliehen, wenn wir den abweisen, der vom Himmel zu uns redet.

26. Dessen Stimme damals den Erdboden beweget hat: jetzt aber verheißt er, und spricht: Noch einmal: und alsdann will ich nicht allein die Erde, sondern auch den Himmel bewegen.

27. Daß er aber sagt: noch einmal, giebt er zu erkennen die Veränderung der beweglichen Dinge, als deren, die gemacht sind, auf daß da bleiben die unbeweglichen.

28. Dieweil wir dann ein unbewegliches Reich empfangen, so haben wir Gnade: durch dieselbige laßt uns GOtt dienen, und wohlgefallen, mit Furcht, und Ehrerbietung.

29. Denn unser GOtt ist ein verzehrend Feuer.

Das dreyzehente Capitel.

I. Ermahnet zur brüderlichen Liebe, ꝛc. 1. II. Daß sie fremde Lehre nicht annehmen sollen, sondern in der Gnade sich bevestigen durch das Sacrament des Altars. 9. III Daß sie ihrer Obrigkeit unterthänig sind, und für sie bethen. 17. IV. Beschließt die Epistel mit Wünschung alles Heils, und Begrüßung seiner Bekannten. 20.

1. Brüderliche Liebe verbleibe in euch.

2. Und vergesset nicht, gastfrey zu seyn, denn dadurch haben etliche unwissend die Engel beherberget.

3. Gedenket der Gebundenen, als wenn ihr mit gebunden wäret: und derer, so Uebels leiden, als die ihr selbst auch noch im Leibe wohnet.

4. Der Ehestand sey ehrlich unter allen, und das Bette unbefleckt. Denn die Hurer, und Ehebrecher wird GOtt richten.

5. Der Wandel sey ohne Geiz: und laßt euch begnügen mit dem, was da ist: denn er hat gesagt: Ich will dich nicht verlassen, noch von dir weichen.

6. Also, daß wir mit gutem Vertrauen sagen können: Der HERR ist mein Helfer: darum will ich mich nicht fürchten, was mir der Mensch auch thue.

22. Sed accessistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem, & multorum millium Angelorum frequentiam,

23. Et Ecclesiam primitivorum, qui conscripti sunt in cœlis, & judicem omnium Deum, & spiritus justorum perfectorum,

24. Et Testamenti novi mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.

25. Videte, ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis avertimus.

26. Cujus vox movit terram tunc: nunc autem repromittit, dicens: *h* Adhuc semel: & ego movebo non solum terram, sed & cœlum. *h Agg. 2. 7.*

27. Quod autem, adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem tamquam factorum, ut maneant ea, quæ sunt immobilia.

28. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam serviamus placentes Deo, cum metu & reverentia.

29. Etenim *i* Deus noster ignis consumens est. *i Deut. 4. 24.*

CAPUT XIII.

I. Ad varias hortatur virtutes. 1. II. Jubet cavere ab extranea doctrina, & constabilire per Sacramentum Eucharistiæ & hostiam novi Testamenti. 9. III. Monet, ut præpositis obtemperent, & pro illis orent. 17. IV. Orat, ut pro se precentur, idem vicissim pro illis agit, additque salutationes. 20.

1. Charitas fraternitatis maneat in vobis.

2. Et *a* hospitalitatem nolite oblivisci, per hanc enim *b* latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis. *a Rom. 12. 13. 1. Petr. 4. 9. b Gen. 18. 3. & 19. 2.*

3. Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.

4. Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros judicabit Deus.

5. Sint mores sine avaritia: contenti præsentibus: ipse enim dixit: *c* Non te deseram, neque derelinquam. *c Jos. 1. 5.*

6. Ita, ut confidenter dicamus: *d* Dominus mihi adjutor: non timebo, quid faciat mihi homo. *d Psal. 117. 6.*

℣. 22. *Sed accessistis.* Fide & spe, non ad montem Sinai terrenum, sed ad montem Sion, per quem allegorice Ecclesia designatur.

℣. 23. *Et* accessistis ad *Ecclesiam primitivorum.* Qui primi vocati sunt a Deo, & electi. *Et judicem omnium Deum.* Christum scilicet, cui omne judicium dedit Pater. *Et spiritus justorum.* Animas justorum, & perfectorum, qui gloriam sunt consecuti.

℣. 24. *Et* ad *sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel.* sc. Sanguis, qui ultionem postulat & vindictam, sed sanguis Christi remissionem & misericordiam.

℣. 25. *Videte ne recusetis.* Syr. Aspernemini loquentem Christum.

℣. 26. *Cujus vox movit terram tunc* in monte Sina: *nunc autem repromittit, dicens:* Aggæi 2. v. 7. *Adhuc semel.* Post modicum tempus. *Et ego movebo, non solum terram, sed & cœlum.* Ut alium accipiant formam, quæ verba de primo & secundo Christi adventu intelligi possunt. *Movit terram.* In monte Sina. *Nunc autem.* Tempore legis novæ. *Movebo.* Græc. *Moveo.*

℣. 27. *Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem.* In statum sc. meliorem, immutabilem & firmum. Alii per mobilia intelligunt tabernaculum, altare, sacerdotium, ritus veteris legis, quæ omnia mutanda erant.

℣. 28. *Itaque regnum immobile suscipientes.* Regnum Christi possidere incipientes. *Habemus gratiam.* Græc. *Habeamus.* Illud beneficium Dei retineamus.

v. 29. *Etenim Deus noster ignis consumens est.* Ejus ergo severitatem timeamus; neque enim cum peccato conciliari potest, & peccatores cito consumet. Hier. Aut quisquis alius in Psal. 77. *Lucet & urit; si peccatores sumus, incendit; si justi, lucet nobis.*

CAPUT XIII.

℣. 1. *Charitas fraternitatis.* i. Fraterna charitas, qua vos ut fratres invicem diligatis: ad virtutes Christianas eos adhortatur.

℣. 2. *Per hanc enim latuerunt.* i. Insc'entes quidam propter hanc hospitalitatem Angelos exceperunt, ut Abraham & Lot, nescientes Angelos esse.

℣. 3. *Mementote vinctorum.* His subvenite, ut vobis ipsis, si essetis vincti, subveniri optaretis. *Laborantium.* Gr. *Afflictorum.* Mementote. *Morantes.* Tamquam ejusdem corporis membra, & iisdem malis corpus obnoxium habentes.

℣. 4. *Honorabile connubium in omnibus.* sc. Sit, q. d. honeste tractetur, ita, ut nihil fiat præter honestatem connubii, nec fides conjugalis violetur. *Fornicatores judicabit.* Seu condemnabit. Videtur connubium extollere adversus eos, qui nuptias damnabant: servate omnes honorem connubio debitum, a nemine id sperni debet, & sit thorus vester sine macula.

℣. 5. *Contenti præsentibus.* Contenti sitis vestra sorte. *Ipse enim dixit.* Ad Josue, cap. 1. 5.

7. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

8. Jesus Christus heri, & hodie: ipse & in fæcula.

II. 9. Doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci: optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

10. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt.

e Lev.16.27. 11. Quorum *e* enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.

12. Propter quod & Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.

13. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium ejus portantes.

f Mich.2.10. 14. Non *f* enim habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.

15. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper DEO, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus.

16. Beneficentiæ autem, & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

III. 17. Obedite præpositis vestris, & subjacete eis: ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.

18. Orate pro nobis: confidimus enim, quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari.

19. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis.

IV. 20. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine Testamenti æterni, Dominum nostrum Jesum Christum,

21. Aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem, faciens in vobis, quod placeat coram se per Jesum Christum: cui est gloria in fæcula fæculorum. Amen.

7. Gedenket an eure Vorsteher, die euch das Wort GOttes geprediget haben: sehet an den Ausgang ihres Wandels, und folget ihrem Glauben.

8. JEsus Christus, gestern und heute: und er ist auch in Ewigkeit.

II. 9. Lasset euch nicht verführen durch mancherley, und fremde Lehren: denn das beste ist, das Herze mit der Gnade stärken, und nicht mit Speisen: welche denen nicht nütze gewesen sind, die darinnen gewandelt sind.

10. Wir haben einen Altar, von welchem nicht Macht haben zu essen, die dem Tabernackel dienen.

11. Denn der Thiere Blut für die Sünde durch den Hohenpriester zum Heiligthum hineingetragen wird, derselbigen Leiber werden ausserhalb dem Lager verbrennet.

12. Darum auch JEsus draußen vor dem Thore gelitten hat, damit er das Volk heiligte durch sein Blut.

13. So laßt uns nun zu ihm hinausgehen vor das Lager, und seine Schmach tragen.

14. Denn wir haben allhier keine bleibende Stadt, sondern wir suchen die zukünftige.

15. Derowegen laßt uns GOtt durch ihn allezeit ein Lobopfer opfern, das ist, die Frucht der Lefzen, die seinen Namen preisen.

16. Vergesset aber der Gutthätigkeit nicht, und der Mittheilung: denn mit solchen Opfern wird GOtt versöhnet.

III. 17. Seyd gehorsam euren Vorstehern, und ihnen unterthänig: denn sie wachen, als die Rechnung geben werden für eure Seelen, damit sie solches mit Freuden thun, und nicht mit Seufzen: denn das ist nicht euer Nutz.

18. Bittet für uns: denn wir sind der Zuversicht, daß wir ein gutes Gewissen haben, und wollen an allen Dingen einen guten Wandel führen.

19. Ich bitte aber um so viel mehr, daß ihr solches thut, damit ich euch desto bälder wieder gegeben werde.

IV. 20. Aber der GOtt des Friedens, der den großen Hirten der Schafe, unsern HErrn JEsum Christum, durch das Blut des ewigen Testamentes von den Todten wieder herausgeführet hat,

21. Der mache euch geschickt *zu allem Guten, damit ihr seinen Willen thut, und wirke in euch, was vor ihm wohlgefällig ist, durch JEsum Christum: welchem Ehre sey in alle Ewigkeit. Amen.

*bereit.

22. Ich

℣. 7. *Mementote præpositorum.* Sacerdotum & Episcoporum, a quibus accepistis Dei verbum, tamquam a fidei doctoribus. *Quorum intuentes exitum.* Finem vitæ glorioſum, cum multi ex iis martyrium obiissent.

℣. 8. *Jesus Christus heri & hodie.* i. In præterito & præsenti, q. d. semper suis adest, sicut adfuit antiquis. Non deerant qui alium Christum, alium Messiam expectarent, eundem vero Jesum esse, qui fuit antea, & semper erit, & eandem esse in eum fidem docet.

℣. 9. *Doctrinis variis & peregrinis.* Ne abducantur a vera fide. Hujus generis erat doctrina de cibis mundis & immundis post acceptum Baptismum. *Optimum est enim.* Melius est gratia Evangelica mentem alere & stabilire, quam ciborum discrimina observare, quæ, *nihil profuerunt.* Nihil contulerunt ad sanctitatem.

℣. 10. *Habemus altare &c.* Cibum habemus longe excellentiorem, quem edere non possunt sacerdotes Levitici, hostiam scilicet in ara Crucis oblatam, quam edere non licet nisi iis, qui accepto baptismate e Synagoga exierunt: idque probat ex similitudine legalis sacrificii, quod in festo expiationis immolabatur: ut de carne edere non licebat sacerdotibus, sed extra castra deferebatur cremanda: sic qui altari deserviunt, & Judæorum ritus observant, fructum crucis non percipiunt: cum hoc sacrificium extra portam consumptum fuerit: Christianis aliud est altare, alia hostia, de qua iis non licet edere, qui veteres ritus observant.

℣. 12. *Propter quod & Jesus.* Illa animalia extra castra cremata allegorice Jesum adumbrabant extra portas Jerusalem igne passionis consumptum, ut sanguine suo populum sanctificaret, ac proinde figuræ cessant, adveniente figurato. Atque hæc est vera hostia, qua vescimur in altari, ubi quotidie immolatur.

℣. 13. *Exeamus igitur ad eum extra castra.* Extra Synagogam. *Improperium ejus portantes.* Crucis illius participes, atque ejus vestigiis insistentes.

℣. 14. *Non habemus hic manentem civitatem.* sc. Stabilem civitatem.

℣. 15. *Per ipsum ergo offeramus hostiam.* Pro victimis laudes. *Id est fructum labiorum confitentium Nomini ejus.* Quæ laudes gloriam Deo reddunt. Quod optime potest intelligi de corpore & sanguine Domini, quæ per labia sacerdotum consecrantur. Quæ antecedunt, ad eum sensum nos videntur perducere. Hactenus Lucas, aut alius Pauli amanuensis stylum suum visus est stylo Apostoli commodare. Quæ sequuntur, Apostoli stylum omnino redolent, beneficentiam, & bonorum, seu facultatum communicationem ante omnia commendat, & obsequium erga pastores; quia

℣. 16. *Talibus — promeretur Deus.* Seu delectatur, conciliatur, placatur, & inducitur ad remunerandum iis, qui misericordiæ opera exercent.

℣. 17. *Obedite præpositis vestris &c.* Chrysost. *Audiant, qui regunt, non solum qui ab iis reguntur, quod sicut eos qui reguntur oportet esse obedientes, ita etiam eos, qui regunt, esse vigilantes & sobrios.*

℣. 18. *Confidimus enim.* Nullius accusationem formidamus. Unde eorum precibus non indignum se probat, tametsi multis invisus erat, quod iis legem Mosaicam aversari videretur; vel ex conscientiæ nostræ testimonio confidimus hoc unum nobis esse propositum, ut in omnibus prudenter & pie nos geramus.

℣. 19. *Quo celerius restituar vobis.* Dimissus ex captivitate, cum adhuc Romæ vinctus esset.

℣. 20. *Deus autem pacis.* i. Pacis auctor & amator. *Qui eduxit de mortuis.* i. Suscitavit. *Pastorem magnum ovium in sanguine Testamenti.* sc. In virtute, seu per effusum in cruce sanguinem sibi ac nobis resurrectionis gloriam meruit, & pretio sui sanguinis oves suas acquisivit. *Testamenti æterni.* In pactum æternum nostræ cum Deo reconciliationis, cui nullum aliud succedit, quodque æterna dona promittit.

℣. 21. *Aptet vos in omni bono.* Perficiat in omni genere bonorum operum, vos tamquam unius corporis membra aptet & componat. *Cui est gloria in sæcula sæculorum.* Idque ad Christum & ad Deum Patrem referri potest.

22. Ich bitte euch aber, liebe Brüder, ihr wollet das Wort dieses Trostes mit Geduld annehmen. Denn ich habe euch mit gar wenig Worten geschrieben.

23. Wisset, daß unser Bruder Timotheus freygelassen ist: mit welchem ich euch sehen werde, wenn er bald kommen wird.

24. Grüßet alle eure Vorsteher, und alle Heiligen. Es grüßen euch die Brüder aus Italia.

25. Die Gnade sey mit euch allen. Amen.

22. Rogo autem vos fratres, ut sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis.

23. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo, si celerius venerit, videbo vos.

24. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

25. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Die Catholische oder allgemeine Epistel des heiligen Apostels Jacobi.

Das erste Capitel.

I. Die Nutzbarkeit der Anfechtung, und daß man von GOtt die Weisheit begehren soll, damit man erkenne die künftige Erhöhung der Armen, und die Erniedrigung der Reichen. 1. II. Daß selig sey, welcher die Anfechtung überwindet, und daß GOtt kein Ursacher der Sünde sey; sondern von ihm alles Gute herkomme. 12. III. Wie man die Zunge, den Zorn, und Geilheit zähmen soll. 19. IV. Daß man GOttes Wort nicht allein hören soll, sondern auch mit dem Werke vollbringen: denn der reine Gottesdienst bestehe in guten Werken. 22.

Jacobus ein Knecht GOttes, und unsers HErrn JEsu Christi, den zwölf Stämmen, welche zerstreuet sind, Heil, und Seligkeit.

2. Meine liebe Brüder, haltet es für lauter Freude, wann ihr in mancherley Versuchungen fallet:

3. Und wisset, daß die Bewährung eures Glaubens Geduld wirket.

4. Die Geduld aber hat ein vollkommenes Werk: damit ihr auch vollkommen, und ganz, und in keinem Dinge mangelhaftig seyd.

5. Ist aber jemand unter euch, der Weisheit vonnöthen hat, der bitte GOTT darum, der einem jeglichen reichlich giebt, und verweißt es niemand: so wird sie ihm gegeben werden.

6. Er bitte aber im Glauben, und zweifle nicht: denn wer zweiflet, der ist gleichwie die Wellen des Meers, welche von dem Winde beweget, und umgetrieben werden.

7. Darum gedenke ein solcher Mensch nur nicht, daß er etwas von dem HErrn empfangen werde.

8. Ein Mann, der zweyfach im Herzen ist, der ist unbeständig in allen seinen Wegen.

9. Aber ein demüthiger Bruder rühme sich in seiner Erhöhung:

10. Ein Reicher aber in seiner Demuth: denn er wird wie eine Blume des Grases vergehen:

EPISTOLA CATHOLICA BEATI JACOBI APOSTOLI

CAPUT I.

I. Docet tentationum utilitatem, & postulandam esse a Deo sapientiam tam egeno quam diviti. 1. *II. Deum tentatorem non esse aut auctorem peccati, sed ab eo procedere omne bonum.* 12. *III. Frænandam esse linguam, iram, & concupiscentiam.* 19. *IV. Nec satis esse, veritatem audire, nisi opere compleatur: quia vera religio consistit in bona operatione.* 22.

Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi servus, duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.

2. † Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis: † *UNIUS MART. NON PONT.*

3. Scientes *a*, quod probatio fidei vestræ patientiam operatur. *a Rom.* 5. 3.

4. Patientia autem opus perfectum habet: ut sitis perfecti & integri in nullo deficientes.

5. Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a DEO, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

6. Postulet *b* autem in fide nihil hæsitans: qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento movetur & circumfertur. *b Matth.* 7. 7. & 21. 22. *Marc.* 11. 24. *Luc.* 11. 9. *Joan.* 14. 13. & 16. & 23. 24.

7. Non ergo æstimet homo ille, quod accipiat aliquid a Domino.

8. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis.

9. Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua:

10. Dives autem in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni transibit *c*: *c Eccl.* 14. 18 *Isai.* 40. 6. *1. Petr.* 1. 24.

11. Ex-

℣. 22. *Rogo -- ut sufferatis verbum solatii.* Ut æquo animo accipiatis hanc meam consolationem, vel exhortationem: nam perpaucis scripsi verbis, si rei dignitas spectetur; in pauca contraxi, quæ fusius dici poterant.

℣. 23. *Cognoscite fratrem nostrum Timotheum.* Tractate ut notum & amicum. *Dimissum.* Gr. Vinculis solutum.

CAPUT I.

℣. 1. *Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi servus.* Apostoli nomen præ humilitate reticet, ut Paulus scribens ad Philippenses, & ad Thessalonicenses. *Dispersione.* Fidelibus per orbem sparsis, non Judæis tantummodo inter gentes per varia regna dispersis. Nam per duodecim tribus fideles omnes designari, uti jam diximus, videtur admodum probabile. Quamquam illud etiam satis probabiliter dici potest, Jacobo ut Jerosolymæ Episcopo Judæos ad fidem conversos præcipuæ curæ fuisse. Unde & eo titulo ad eos scribit hanc Epistolam. *Salutem.* Gr. χαίρειν. Idem est salutandi modus Act. 15. adeo ut hæc videatur Epistola encyclica, & quasi synodica.

℣. 2. *Omne.* i. Plenum & perfectum gaudium vobis accidere existimate, cum in varias afflictiones incideritis: quod paradoxum mox probare aggreditur hoc genere argumenti, quod Sorites dici solet.

℣. 3. *Scientes, quod probatio.* Exploratio, quæ fit per eas tentationes. *Patientiam operatur.* Patientiæ materiam & occasionem præbet, eamque auget & perficit; probatio patientiam & vicissim efficit: per patientiam probatur homo, per probationem patientia perficitur.

℣. 4. *Patientia autem opus perfectum habet.* Gr. *Habeat.* Constanter patiatur, & perseveret fidelis usque in finem. *Perfecti.* Ita, ut nihil vobis desit in omni bonorum genere, dummodo adsit perseverantia, quæ hujus alacritatis in afflictionibus est fundamentum.

℣. 5. *Si quis vestrum indiget sapientia.* Qua novimus, quid faciendum sit, quæque ad salutem est necessaria; quæ si desit, perseverare non possumus, & patienter ferre afflictiones. *Postulet a Deo.* Ecclesiastic. 1. *Omnis sapientia a Domino est.* Ad petendum nos imprimis excitat. Latum est illud discrimen, quod inter beneficia Dei & hominum intercedit. Homines quippe parum dant petentibus, quæque dederunt sæpe exprobrant: contra Deus *dat omnibus affluenter.* Et copiose. Gr. *Simpliciter.* Non restricta est ejus & maligna benignitas ut in hominibus, sed larga & iterum poscentibus exposita: si modo utilia ad salutem, ut par est, postulent.

℣. 6. *Postulet autem in fide.* sc. Christi. *Nihil hæsitans.* Sed cum fiducia impetrandi: nam de benevolentia Dei dubitare non debemus. *Fluctus maris.* Animus hominis dubitantis est instar fluctus maris, isque variis cogitationibus ut ventis huc illuc distrahitur; modo Deum ut omnipotentem & misericordem ex fidei principiis sibi exhibet, modo in contrarias partes flectitur, ac de illius misericordia, aut omnipotentia videtur ambigere.

℣. 8. *Vir duplex animo.* Fluctuans inter diversas sententias, incerti est animi.

℣. 9. *Glorietur autem frater humilis.* Græc. *Abjectus: In exaltatione sua.* Quam promisit Christus, quamque fides largitur.

℣. 10. *Dives autem in humilitate sua.* In fide, quæ aliis tenuioris sortis eum exæquat; glorietur solummodo in

11. Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos ejus decidit, & decor vultus ejus deperiit: ita & dives in itineribus suis marcescet.

11. Denn die Sonne ist aufgegangen mit der Hitze, und das Gras verwelkete, und seine Blume ist abgefallen, und die Schönheit seiner Gestalt ist vergangen: also wird auch der Reiche auf seinen Wegen verdorren.

d Job. 5. 17. ✝ *UNIUS MART. PONT.*

II. 12. Beatus *d* ✝ vir, qui fuffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

II. 12. Selig ist der Mann, der die Versuchung überträgt: denn nachdem er bewähret ist, wird er die Krone des Lebens bekommen, welche GOtt denjenigen verheißen hat, die ihn lieb haben.

13. Nemo, cum tentatur, dicat, quoniam a Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat.

13. Niemand sage, wann er versucht wird, daß er von GOtt versucht werde. Denn GOtt versucht nicht zum Bösen: er versucht aber auch niemand.

14. Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus.

14. Sondern ein jeglicher wird versucht, wenn er von seiner eigenen Lust abgezogen, und angereizet wird.

15. Deinde concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.

15. Darnach, wann er Lust empfangen hat, alsdann gebähret er die Sünde: die Sünde aber, wann sie vollendet, gebähret den Tod.

16. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.

16. Derowegen irret nicht, meine liebste Brüder.

✝ *DOM. 4. POST PASCH.*

17. Omne ✝ datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.

17. Alle sehr gute Gabe, und alle vollkommene Gabe kömmt von oben herab von dem Vater der Lichter, bey welchem keine Veränderung, noch Finsterniß des Wechsels gefunden wird.

18. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.

18. Denn er hat uns freywillig durch das Wort der Wahrheit gebohren, daß wir ein Anfang seiner Creaturen seyn sollen.

e Prov. 17. 27.

III. 19. Scitis fratres mei dilectissimi. *e* Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

III. 19. Dieses wisset ihr, meine liebste Brüder. Ein jeglicher Mensch sey schnell zu hören: aber langsam zu reden, und langsam zum Zorn.

20. Ira enim viri justitiam Dei non operatur.

20. Denn des Menschen Zorn wirket die Gerechtigkeit GOttes nicht.

21. Propter quod abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.

21. Darum leget ab alle Unsauberkeit, und überflüßige Bosheit, und nehmet mit Sanftmüthigkeit an das eingepflanzte Wort, das eure Seelen selig machen kann.

✝ *DOM. 5 POST PASCH.*

IV. 22. Estote ✝ *f* autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.

IV. 22. Seyd aber Thäter des Worts, und nicht allein Zuhörer, damit ihr euch selbst betrüget.

f Matth. 7. 21. 24. Rom. 2. 13.

23. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo:

23. Denn ein Hörer des Wortes, und nicht ein Thäter, derselbige ist gleich einem Mann, der sein natürliches Angesicht im Spiegel beschauet:

24. Consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est, qualis fuerit.

24. Denn, nachdem er sich beschauet hat, gehet er hinweg, und vergißt alsbald, wie er gestaltet war.

25. Wer

---

in eo, quod sit Christianus. Alii supplendum putant: confundatur in humiliatione sua, & moderate se gerat, ad rerum inconstantiam convertat oculos: quæ sequuntur, huic sententiæ favent.

℣. 11. *Ita & dives in itineribus suis marcescet.* In tot occupationibus suis & laboribus, quos in acquirendis divitiis exhaurit, sicuti aspectus & species floris.

℣. 12. *Beatus vir, qui suffert tentationem.* Hic finit illam instructionem, quam supra inchoavit: Beatus, qui non succumbit rebus adversis.

℣. 13. *Nemo cum tentatur.* A tentatione tribulationis ad tentationem pravam transit, simul ex occasione de boni & mali origine differit, quæ ab hæreticis postea fuit variis erroribus obducta. Illud imprimis statuit neminem a Deo tentari, aut ad peccatum induci: nam Deus ut peccare nequit, ita nec ad peccandum inducere, & quando Deus tentare dicitur, uti tentasse Abrahamum, & Hebræos dicimus, tentatio illa, ut ait S. Aug. de consens. Evang. c. 30. non est seductionis, sed probationis & ad majus meritum & coronam majorem.

℣. 14. *Unusquisque vero tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus.* Quibus gradibus peccatum perficiatur, paucis explicat. Primus est concupiscentia ipsa, aut prava suggestio, quæ nos illicit ad peccatum: secundus est delectatio quædam in ipsa cogitatione, quam non statim repellimus, quæque peccatum jam inchoat, in concupiscentiæ sinu velut conceptum: tertius est peccati partus, qui fit cum plena & deliberata voluntatis consensione: sed consummatio illius est ipsa executio, & pravi desiderii expletio, quæ mortem æternam efficit, cum usque ad finem vitæ in eo perstamus, neque idonea pœnitentia eluitur peccatum.

℣. 16. *Nolite itaque errare.* Ut vos a Deo tentari persuasum habeatis: rejiciendæ sunt tentationes, quæ nos ad peccatum alliciunt.

℣. 17. *Omne datum optimum &c.* Adeo non tentat Deus, ut dona omnia & virtutes, quibus ad bene beateque vivendum accendimur, ab eo ipso dimanent. Sic de boni origine adversus Philosophos & hæreticos statuit, ut charismata cœlestia, gratia sanctificans cum virtutibus conjuncta, lumen ipsum naturale, & fidei, a Patre luminum, ut radii a sole dimanent.

℣. 18. *Voluntarie enim genuit nos.* Non necessitate ulla. *Per verbum veritatis.* i. Per Evangelium, partim exterius nobis prædicatum, partim interius inspiratum, nempe per intellectus illuminationem & voluntatis excitationem. *Ut simus initium aliquod creaturæ ejus.* Ut simus quasi primitiæ creaturarum ejus, & novæ regenerationis, quæ inchoata per Baptismum, in glorioſa resurrectione perficietur: particula, *enim*, deest in Græco.

℣. 19. *Scitis.* Gr. & Syriace: Itaque scitis sc. vera esse, quæ dixi. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum.* Jam morum præceptis nos informare incipit, atque ab ipsius linguæ moderatione ducit exordium. Primus enim disciplinæ gradus est præcepta Dei libenter audire; sit promptior ad audiendam doctrinam Evangelii, quam ad docendam.

℣. 20. *Ira enim viri justitiam Dei non operatur.* Vir iracundus non paret Dei mandatis, sed suam opinionem cum pertinacia tuetur, & alios acriter reprehendit. Ira enim falsis præjudiciis animum obducit.

℣. 21. *Propter quod abjicientes omnem immunditiam.* Cupiditatem, quæ iram fovet, & quidquid fœdare potest animam. *Et abundantiam malitiæ.* Hebraismus, i. e. abundantem malitiam, seu malignitatem, ex præjudiciis sensuum, & pravis affectibus ortam. *Insitum.* Gr. *Verbum implantatum.* Seu doctrinam Evangelicam per prædicationem quasi insitam. Mansuetudo dociles & attentos nos reddit, Isaiæ 6. *Ad annuntiandum mansuetis misit me.*

℣. 22. *Estote autem factores verbi.* Doctrinæ Christianæ. *Et non auditores tantum, fallentes vosmetipsos.* Ut qui fidem solam saluti necessariam sine bonis operibus, sibi & aliis falso persuadent.

℣. 23. *Hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ.* Nativam faciem suam. *In speculo.* Qui non novit mysteria, neque ad formam Evangelii vivit, similis est homini, qui inspexit faciem suam in speculo, nihil solicitus, ut maculas ejus abstergat: sic ille qui auditor tantum est verbi divini, statim obliviscitur, qualis sit.

℣. 24. *Consideravit enim se.* In Evangelio, & verbo Dei, qualis esse debeat, videt: sed ad illius normam

25. Wer aber das vollkommene Gesetz der Freyheit durchschauet, und in demselbigen verbleibet, und ist nicht ein vergeßlicher Hörer, sondern ein Thäter des Werks, der wird durch sein Werk selig werden.

26. So sich aber jemand unter euch bedünken läßt, er diene GOtt, und zäumet seine Zunge nicht, sondern verführet sein eigenes Herz, desselbigen Gottesdienst ist eitel.

27. Ein reiner, und unbefleckter Gottesdienst bey GOTT und dem Vater, ist dieser: die Wayfen, und Wittwen in ihrer Trübsal besuchen, und sich von dieser Welt unbefleckt bewahren.

Das zweyte Capitel.

I. Lehrt, daß der Glaube nicht ansehe die Personen, den Reichen vor den Armen, wie die Welt thut. 1. II. Daß, wer ein Geboth GOttes übertritt, für einen Uebertretter aller Gebothe gehalten werde. 10. III. Beweißt, daß der Mensch durch die Werke gerechtfertiget werde. 14.

1. Meine Brüder, wollet nicht erzeigen den Glauben von der Herrlichkeit unsers HErrn JEsu Christi, in Ansehung der Personen.

2. Denn, so ein Mann zu eurer Versammlung hineinkäme mit einem goldenen Ringe, und mit einem herrlichen Kleide: es käme aber auch ein Armer in einem unsaubern Kleide hinein,

3. Und ihr sehet auf den, der mit dem herrlichen Kleide angethan ist, und sprächet zu ihm: Setze du dich her aufs beste: und sprächet zu dem Armen: Stehe du dort, oder, setze dich hinab unter den Schemel meiner Füße:

4. Urtheilet ihr alsdann nicht bey euch selbst, und seyd Richter worden der ungerechten Gedanken?

5. Höret, meine liebste Brüder, hat nicht GOtt die Armen in dieser Welt auserwählet, daß sie reich seyn sollten im Glauben, und Erben des Reichs, das GOTT denjenigen verheißen hat, die ihn lieben?

6. Ihr aber habt den Armen verunehret. Sind nicht die Reichen eben, die euch mit Gewalt unterdrücken, und euch vor die Gerichte ziehen?

7. Lästern sie nicht den guten Namen, der über euch angerufen ist?

8. So ihr nun das königliche Gesetz vollbringet nach der Schrift: Du sollst deinen Nächsten lieben, wie dich selbst: so thut ihr wohl.

9. Wenn ihr aber die Personen ansehet, so begehet ihr eine Sünde, und werdet vom Gesetze gestraft, als Uebertretter.

II. 10. Welcher nun das ganze Gesetz hält,

25. Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit.

26. Si quis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vana est religio.

27. Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est: visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.

CAPUT II.

I. Monet, ne personarum respectu moveantur. 1. II. Qui enim unicum legis præceptum transgreditur, legis transgressor est. 10. III. Hortatur ad opera misericordiæ, quod homo per opera justificetur. 14.

1. Fratres mei, nolite in personarum acceptione *a* habere fidem Domini nostri Jesu Christi gloriæ.

2. Etenim, si introierit in conventum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu,

3. Et intendatis in eum, qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei: Tu sede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum:

4. Nonne judicatis apud vosmetipsos, & facti estis judices cogitationum iniquarum?

5. Audite fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se?

6. Vos autem exhonorastis pauperem. Nonne divites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad judicia?

7. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod invocatum est super vos?

8. Si tamen legem perficitis regalem secundum Scripturas: *b* Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis.

9. Si *c* autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege, quasi transgressores.

II. 10. Quicumque *d* autem totam legem servaverit,

a Lev. 19. 15. *Deut.* 1. 17. & 16. 19. *Prov.* 24. 23. *Eccli.* 42. 1.

b Lev 19. 18. *Matth* 22. 39 *Marc.* 12. 31. *Rom* 13. 9. *Gal.* 5. 14.

c Sup. 1. *Lev* 19. 15. *d Deut* 1. 18. *Matth.* 5. 19.

---

non studet se componere; quæ vidit, statim oblivisciturr. Itaque ut speculum nihil prodest homini, cujus facies est luto inquinata, neque eam abluit; sic verbum Dei non prodest auditori, qui eluere culpas suas negligit: nam ex animo statim deletur impressa sui effigies.

℣. 25. *Qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis.* Quia lex Evangelica a peccato liberat & perfectos facit. *Et permanserit in ea.* Et intento animo in eam defixus, non obiter tantum, sed propius eam intuitus fuerit. *Beatus.* Non in sola fide, sed in eadem bonis operibus sociata.

℣. 26. *Si quis autem putat se religiosum esse.* Seu Christiani perfecti munus obire, & ordinem a Christo constitutum servare. *Non refrænans linguam suam.* Imo in convicia, & calumnias se effundens. *Sed seducens cor suum.* Quidquid libuerit animo versans, & temere effutiens. Hujus vana est religio; de sua fide & religione inaniter gloriatur. Atque hæc est prima conditio, quam religioni vult esse conjunctam: altera est, ut duas justitiæ partes impleat, bonum faciendo, & malum vitando.

℣. 27. *Religio munda, & immaculata.* Beneficentiam exemplo peculiari illustrat. *Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum.* Eleemosynis eos sublevare. *Et immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Hoc est, omne genus mali, & vitia quæque fugere.

CAPUT II.

℣. 1. *Nolite in personarum acceptione.* Hebraismus: nolite cum personarum acceptione conjungere fidem Christianam, ita, ut in bonorum distributione personæ, non meriti habeatis rationem. Quod Augustinus iis applicat, qui in distribuendis muneribus Ecclesiasticis divites, aut nobiles, aut amicos dignioribus anteponunt, Epist. 29. In iis, quæ sunt religionis, nullus sit inter vos personarum respectus. *Jesu Christi gloriæ.* Glorioſi.

℣. 2. *Si introierit vir — in veste candida.* Gr. *Splendida.* Nitenti. *Bene.* Loco commodo & honorifico. *Tu sta.* Aut sede sub scabello, quod pedibus sedentis subjicitur.

℣. 4. *Nonne judicatis apud vosmetipsos.* Gr. Nonne convicti estis a propria conscientia, quod sitis iniqui judices, aut perversi ratiocinantes? Vox enim Græca ratiocinationem significat, dum judicatis hunc esse honorandum, quia dives est, illum spernendum, quia pauper: discrimen inter divites & pauperes in his, quæ religionis sunt, facitis, & judices estis iniqui, cum pauperes ob paupertatem contemnitis, qui ex specie externa hominum merita æstimatis.

℣. 7. *Nonne ipsi blasphemant bonum nomen.* Nonne ii sunt, qui Christum & Christianam religionem traducunt? vel, in causa sunt, cur Christianum nomen blasphemetur ab infidelibus, cum vident Christianos divites inique cum pauperibus agere, & ad tribunalia eos trahere. *Invocatum est.* Unde Christiani vocati estis.

℣. 8. *Si tamen legem perficitis regalem.* i. Excellentem, sc. de charitate, quæ inter virtutes excellit, vel legem regalem, regis omnium, Dei. q. d. Nec tamen interdico divites honorari, cum ipsi id merentur; & legem charitatis etiam erga divites, qui in auctoritate positi sunt, custoditis: sed divitiarum intuitu eos pauperibus male anteponere & hos contemnere non debetis. Legem charitatis erga omnes regalem vocat, quia est communis omnibus a Christo imprimis data.

℣. 9. *Peccatum operamini redarguti a lege.* Quæ prohibet acceptionem personarum, Levit. 19.

℣. 10. *Factus est omnium reus.* Quod legislatoris auctoritatem contemnat, idque ob nexum virtutum inter se, & in vinculo charitatis.

vaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.

11. Qui enim dixit: Non mœchaberis, dixit &: non occides. Quod si non mœchaberis, occides autem, factus es transgressor legis.

12. Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari.

13. Judicium enim sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam, superexaltat autem misericordia judicium.

III. 14. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum?

e 1. *Joan.* 3. 17. 15. Si *e* autem frater, & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano,

16. Dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid proderit?

17. Sic & fides, si non habeat opera, mortua est in semetipsa.

18. Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo: ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam.

19. Tu credis, quoniam unus est Deus: bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt.

20. Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est?

f *Gen.* 22. 9. 21. Abraham *f* pater noster, nonne ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum super altare?

22. Vides, quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est?

g *Gen.* 15. 6. *Rom.* 4. 3. *Gal.* 3. 6. 23. Et suppleta est Scriptura, dicens: *g* Credidit Abraham DEO, & reputatum est illi ad justitiam, & amicus DEI appellatus est.

24. Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantum.

h *Jos.* 2. 4. *Hebr.* 11. 31. 25. Similiter *h* & Rahab meretrix, nonne ex operibus justificata est, suscipiens nuntios, & alia via ejiciens?

26. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

CAPUT III.

I. Linguæ mala recenset, hanc recte gubernare difficillimum est. 1. *II. Subdit differentiam inter sapientiam terrenam & cœlestem: hanc non in contentione, sed in pace, & mansuetudine consistere.* 13.

und sündiget an einem, der ist schuldig an ihnen allen.

11. Denn der da gesagt hat: Du sollst nicht ehebrechen, der hat auch gesagt: du sollst nicht tödten. So du nun die Ehe nicht brichst, würdest aber tödten, so bist du ein Uebertretter des Gesetzes worden.

12. Also redet, und also thut, als die da anfahen durch das Gesetz der Freyheit gerichtet zu werden.

13. Denn es wird ein Gericht ohne Barmherzigkeit über den ergehen, der nicht Barmherzigkeit geübet hat: die Barmherzigkeit aber überhöhet das Gericht.

III. 14. Was nützet es, meine Brüder, so jemand sagt, er habe den Glauben, und hat aber die Werke nicht? Kann ihn auch der Glaube selig machen?

15. So aber ein Bruder, oder eine Schwester nackend wären, und Mangel litten an der täglichen Nothdurft,

16. Jemand aber unter euch spräche zu ihnen: Gehet hin im Frieden, wärmet euch, und ersättiget euch: ihr gebet aber ihnen nicht, was zu des Leibes Nothdurft vonnöthen ist, was würde das nützen?

17. Also auch der Glaube, wenn er die Werke nicht hat, ist er todt in ihm selbst.

18. Es möchte aber jemand sagen: Du hast den Glauben, und ich habe die Werke: zeige mir deinen Glauben ohne die Werke, so will ich dir aus den Werken meinen Glauben zeigen.

19. Du glaubest, daß ein GOtt ist: du thust wohl daran: die Teufel glauben es auch, und erzittern.

20. Willst du aber wissen, o du eitler Mensch, daß der Glaube ohne die Werke todt ist?

21. Ist nicht Abraham unser Vater aus den Werken gerechtfertiget worden, der den Isaac seinen Sohn auf dem Altar opferte?

22. Siehest du, daß der Glaube mitgewirket hat an seinen Werken, und daß der Glaube aus den Werken vollkommen worden ist?

23. Und also ist die Schrift erfüllet worden, die da spricht: Abraham hat GOtt geglaubet, und das ist ihm zur Gerechtigkeit gerechnet, und er ist ein Freund GOttes genennet worden.

24. So sehet ihr nun, daß der Mensch aus den Werken gerechtfertiget wird, und nicht aus dem Glauben allein.

25. Desgleichen die Hure Rahab, ist sie nicht aus den Werken gerechtfertiget worden, da sie die Bothen aufnahm, und sie durch einen andern Weg hinauswieß?

26. Denn, gleichwie der Leib ohne den Geist todt ist, also ist auch der Glaube ohne die guten Werke todt.

Das dritte Capitel.

I. Der Apostel straft diejenigen, welche ehrsüchtiger Weise andere zu lehren begehren. Erzählt die Uebel der Zungen, und wie schwer dieselbe zu regieren. 1. II. Die wahre Weisheit zu lehren, besteht nicht in Zank und Eifer, sondern in Friede und Sanftmuth 13.

1. Meine

℣. 12. *Sic loquimini, & sic facite, sicut per legem libertatis incipientes judicari.* Gr. Judicandi: Ita vos geratis & verbis, & factis, quasi per legem Evangelicam judicandi, per legem amoris & charitatis, per eam legem Levit. 19. Diliges proximum tuum.

℣. 13. *Superexaltat autem misericordia judicium.* Gr. καταυχᾶται. *Superexultat.* Vatablus *gloriatur* vertit. Exaltat se misericordia adversus judicium. Aliqui opinantur errore Librarii pro *superexultat* irrepsisse *superexaltat.*

℣. 15. *Si autem frater & soror.* Si Christianus aut Christiana, qui olim vocabantur fratres & sorores.

℣. 17. *Sic & fides.* Si non habeat opera sibi conjuncta, mortua est in semetipsa, ac bona opera sunt aperta vitæ spiritalis indicia, ut motus in animali est vitæ ipsius signum. Atque ut nuda illa verba: *Ite in pace*, nihil prosunt egentibus, nisi cibum iis præbeas; sic fides sola bonis operibus destituta nihil juvat habentem; ostendit enim quæ facienda sunt, non facit.

℣. 18. *Ostende mihi fidem tuam.* Seorsum ab operibus: sic enim legendum videtur in Græco textu, non *sine operibus*, ut alia habet lectio; is enim ab eo petit, qui vacuus est bonis operibus, ut fidem suam probet. Ex eo contendit illum fidem suam demonstrare non posse, quod fides sit per se invisibilis, ac per bona opera se prodat, etsi fidem habeat, hæc erit inutilis ad justificationem, cum sit communis dæmonibus: ejusmodi homini fidem jactanti sine operibus licebit dicere: *Ostende, &c.*

℣. 20. *Vis autem scire, o homo inanis.* Qui de nuda fide gloriaris, fructu bonorum operum destitutus.

℣. 21. *Abraham Pater noster nonne ex operibus justificatus est.* Augmentum gratiæ sanctificantis ex bonis operibus est consecutus, cum jam esset justus. *Offerens Isaac.* Gr. Cum offerre paratus esset: neque opera sine fide, nec fides sine operibus prosunt.

℣. 22. *Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius.* Fides non erat otiosa, sed actuosa. *Consummata est.* Roborata: fides hujus sacrificii principium fuit, & sacrificium ipsum, quo contra omnem naturæ sensum filium immolabat, fidem ejus perfecit.

℣. 23. *Et suppleta.* Gr. *Impleta est.* Cum ad fidem ipsius accesserunt bona opera, Scripturæ sensus impletus est. *Credidit.* Paulus excludit opera ante fidem facta, illa exigit, quæ ex fide manant. Fides Abrahæ ex obedientia ultimam suam accepit perfectionem. *Et amicus Dei appellatus est:* Isaiæ 41. v. 8. & Lib. 2. Paral. 20. 7.

℣. 24. *Videtis, quoniam ex operibus justificatur homo.* Ex operibus, quæ post fidem fiunt, quæque sanctitatis incrementum afferunt. Nec Jacobus Paulo adversatur, sed negat fidei soli justificationem tribui oportere: opera intelligit, quæ ex fide nascuntur, quæque Spiritu sancto operante fiunt.

1. Meine Brüder, unterwinde sich nicht jedermann Lehrer zu seyn, und wisset, daß ihr ein desto größeres Urtheil auf euch ladet.

2. Denn wir alle miteinander stoßen an vielen Dingen. Wer aber auch in keinem Worte anstoßet, der ist ein vollkommener Mann. Denn er kann den ganzen Leib im Zaum halten.

3. Siehe, den Pferden legen wir Zäume in die Mäuler, daß sie uns folgen, und lenken ihren ganzen Leib.

4. Siehe, auch die Schiffe, ob sie schon groß sind, und von starken Winden getrieben werden, so werden sie doch von einem kleinen Ruder gelenket, wohin der Steuermann will.

5. Also ist auch die Zunge zwar ein kleines Glied, richtet aber große Dinge aus. Siehe, ein kleines Feuer, wie einen großen Wald zündet es an!

6. Also ist auch die Zunge ein Feuer, eine Welt * der Ungerechtigkeit. Die Zunge ist unter unsern Gliedern, so den ganzen Leib beflecket, und zündet das Rad unserer Geburt an, wenn sie vom höllischen Feuer entzündet ist.

* Menge, oder Schule.

7. Denn alle Naturen der wilden Thiere, und der Vögel, und der Schlangen, und der andern Thiere wird gezähmet, und ist von der menschlichen Natur gezähmet worden:

8. Die Zunge aber kann kein Mensch zähmen: sie ist ein unruhiges Uebel, voll tödtlichen Gifts.

9. Durch sie benedeyen wir GOtt, und den Vater, und durch sie maledeyen wir die Menschen, welche nach dem Gleichniß GOttes erschaffen sind.

10. Aus einem Munde gehet Benedeyen, und Maledeyen. Es soll, liebe Brüder, nicht also seyn.

11. Quillet dann ein Brunn süß und bitteres Wasser aus einem Loche?

12. Kann auch, meine Brüder, ein Feigenbaum Trauben, oder ein Weinstock Feigen tragen? Also kann auch das Gesalzene nicht süßes Wasser geben.

II. 13. Wer ist weise, und wohlerfahren unter euch, der erzeige mit seinem guten Wandel seine Werke in Sanftmuth der Weisheit.

14. Habt ihr aber bittern Neid, und Zank in euren Herzen, so berühmet euch nicht, und lüget nicht wider die Wahrheit.

15. Denn das ist nicht die Weisheit, welche oben herabkömmt: sondern sie irrdisch, thierisch, und teuflisch.

16. Denn wo Neid, und Zank ist, da ist Unbeständigkeit, und aller böser Handel.

1. Nolite plures magistri fieri *a* fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis. *a Matth.* 23. 8.

2. In multis enim offendimus omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam fræno circumducere totum corpus.

3. Si autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

4. Ecce, & naves, cum magnæ sint, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo, ubi impetus dirigentis voluerit.

5. Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce, quantus ignis quam magnam silvam incendit!

6. Et lingua ignis est, universitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata a gehenna.

7. Omnis enim natura bestiarum, & volucrum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt a natura humana:

8. Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero.

9. In ipsa benedicimus Deum & Patrem, & in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10. Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11. Numquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam?

12. Numquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam.

II. 13. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

14. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem.

15. Non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica.

16. Ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus pravum.

17. Quæ

CAPUT III.

℣. 1. *Nolite plures magistri fieri.* Ambitiosam docendi pruriginem & doctrinarum varietatem prohibet, quod multi alios docendi munus non satis instructi usurparent, ac novis subinde opinionibus Ecclesiam conturbarent. Plures igitur sunt magistri, cum diversa docent, & contraria: cum autem idem docent omnes, tum unius magistri auctoritate docent: & unus magister sunt. *Majus judicium sumitis.* Gr. *Sumemus.* In majus periculum incurremus. Judæi *doctores* vocabant, qui cœtibus suis præerant.

℣. 2. *In multis enim offendimus.* i. Delinquimus *omnes. Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* Nam linguam regere perfecti est viri. Eccli. 19. 17. *Quis est enim, qui non deliquerit in lingua sua? Potest fræno circumducere totum corpus.* q. d. Se totum potest regere.

℣. 3. *Si autem.* Gr. *Ecce autem.* Quemadmodum fræno equum, & gubernaculo navem licet mole magna circumagimus.

℣. 4. *Minentur.* Agantur: verbum est priscæ Latinitatis: sic lingua, quæ modicum quidem est membrum.

℣. 5. *Et magna exaltat.* Gr. *Magnifice gloriatur.* Seu exultat, si ut par est, eam regimus, nos præcipites non agit, neque in profundum demergit, sed omnibus cupiditatibus, & corporis actionibus facile moderamur.

℣. 6. *Lingua -- universitas.* Gr. *Mundus iniquitatis.* Lingua, instrumentum omnis generis sceleribus admittendis aptatum. *Totum corpus.* Vitiis inficit. *Et rotam.* Totum vitæ cursum contaminat, ab initio ad finem usque. *Inflammata a gehenna.* Ob læsæ naturæ vitium a diabolo inustum.

℣. 7. *Omnis enim natura -- Et cæterorum.* Græc. *Marinorum.* Fors est, ut interpres verterit: *Et cetorum,* ac Librarii lapsu *cæterorum* vox irrepserit.

℣. 8. *Linguam autem nullus hominum domare potest.* Naturæ viribus, August. L. de natura & gratia, cap. 15. *Non ait, linguam nullus domare potest, sed nullus hominum, ut cum domatur, Dei misericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri fateamur. Inquietum malum.* Gr. Coerceri nequit.

℣. 10. *Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.* q. d. Non utamur lingua ad maledicendum.

℣. 11. *Numquid fons emanat.* i. Emittit.

℣. 12. *Numquid potest ficus uvas.* Gr. *Olivas.* Ita legit Beda. *Sic neque salsa.* Neque fons salsus, aquæ salsæ non possunt fieri dulces. Gr. *Sic nullus fons salsam & dulcem facere.*

℣. 13. *Quis sapiens & disciplinatus.* Gr. *Scientia præditus.* Ostendat ex bona conversatione sua, ex vitæ tenore & moribus. *Operationem suam.* Gr. Opera sua, quæ sapientiam mansuetam in respondendo, docendo, & arguendo prodant.

℣. 14. *Quodsi zelum amarum habetis.* Ex ira, aut invidia prodeuntem, & contentionis plenum. *Nolite gloriari.* Contra veritatem, aut pro tuenda falsa nominis existimatione.

℣. 15. *Non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena.* Qualis est in avaris, qui terrenis bonis inhiant. *Animalis.* Seu carnalis: sic dicta ab anima, quatenus spiritui opponitur; sic Paulus: *Animalis homo non percipit, quæ Dei sunt. Diabolica.* Qualis est superbia vitæ, quæ a diabolo proficiscitur.

℣. 16. *Ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia.* Gr. Tumultus, perturbatio, *& omne opus pravum.*

17. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.

18. Fructus autem justitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

CAPUT IV.

I. Ostendit radicem contentionum & litium esse concupiscentiam, cui non est obsequendum. 1. II. Sed diabolo resistendum, & Deo appropinquandum. 4. III. Mutuæ dilectioni studendum. 11. IV. Ob vitæ incertitudinem & vanitatem. 13.

1. Unde bella, & lites in vobis? Nonne hinc, ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris?

2. Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis.

3. Petitis, & non accipitis: eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis.

II. 4. Adulteri, nescitis, quia amicitia hujus mundi, inimica est Dei? Quicumque ergo voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur.

5. An putatis, quia inaniter Scriptura dicat: Ad invidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?

6. Majorem autem dat gratiam. Propter
a Prov. 3. 34. quod dicit: *a* Deus superbis resistit, humi-
1. Pet. 5. 5. libus autem dat gratiam.

7. Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo, & fugiet a vobis.

8. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

9. Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem.

b 1. Pet. 5. 6. 10. *b* Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.

III. 11. Nolite detrahere alterutrum, fratres. Qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem. Si autem judicas legem, non es factor legis, sed judex.

12. Unus est legislator, & judex, qui potest perdere, & liberare.

c Rom. 14. 4. IV. 13. Tu *c* autem quis es, qui judicas proximum? Ecce, nunc qui dicitis: hodie, aut cra-

17. Aber die Weisheit, welche von oben herabkömmt, ist auf das erste züchtig, darnach friedsam, der Billigkeit zugethan, folgsam, dem Guten geneigt, voll Barmherzigkeit, und guter Früchte, sie richtet nicht, und ist ohne Gleißnerey.

18. Aber die Frucht der Gerechtigkeit wird im Frieden gesäet denen, die den Frieden halten.

Das vierte Capitel.

I. Der Apostel straft die Begierlichkeit, als Zunder des Hadert, und Zanken. 1. II. Die Freundschaft der Welt sey eine Feindschaft GOttes. 4. III. Bestraft die Verläumder. 11. IV. Lehret, daß die Eitelkeit der Begierden aus der Eitelkeit des Herzens entspringe. 13.

1. Woher kommen die Kriege, und Streite unter euch? Kommen sie nicht daher, nämlich aus euren Lüsten, die da streiten in euren Gliedern?

2. Ihr laßt euch gelüsten, und bekommet doch nichts: ihr tödtet, und neidet, und könnet doch nichts erhalten: ihr streitet, und krieget, und habt dennoch nichts, darum, daß ihr nicht bittet.

3. Ihr bittet, und erlanget nichts: dieweil ihr übel bittet, nämlich, daß ihr es in euren Wollüsten verzehret.

II. 4. Ihr Ehebrecher, wisset ihr nicht, daß die Freundschaft dieser Welt, GOttes Feindschaft ist? Derowegen, wer ein Freund dieser Welt seyn will, der wird ein Feind GOttes.

5. Meynet ihr, daß die Schrift vergeblich sage: Soll der Geist, der in euch wohnet, Lust haben zu neiden?

6. Ja, er giebt größere Gnade. Darum sagt die Schrift: GOTT widerstehet den Hoffärtigen, aber den Demüthigen giebt er Gnade.

7. Derowegen seyd GOtt unterthänig: dem Teufel aber widerstehet, so wird er von euch fliehen.

8. Nahet euch zu GOtt, so wird er sich zu euch nahen. Reiniget die Hände, ihr Sünder: machet eure Herzen lauter, ihr, die eines zweyfachen Gemüths seyd.

9. Seyd elend, traget Leid, und weinet: euer Lachen verkehre sich in Weinen, und eure Freude in Traurigkeit.

10. Demüthiget euch vor dem Angesichte des HErrn, so wird er euch erhöhen.

III. 11. Verläumdet einander nicht, liebe Brüder. Wer seinem Bruder übel nachredet, oder wer seinen Bruder urtheilet, der redet dem Gesetze übel nach, und urtheilet das Gesetz. Wenn du aber das Gesetze urtheilest, so bist du nicht ein Thäter des Gesetzes, sondern ein Richter.

12. Es ist ein einziger Gesetzgeber, und Richter, der verderben, und erlösen kann.

IV. 13. Wer bist du aber, der du deinen Nächsten urtheilest? Sehet, die ihr nun saget: wir wollen heute oder mor-

---

℣. 17. *Quæ autem desursum.* Quæ a Deo datur. *Primum quidem pudica est.* Gr. ἁγνη. *Casta.* Pura ab omni libidine, errore, & scelere. *Modesta.* Gr. ἐπιεικὴς, *moderata.* Mansueta, æquabilis, humana. *Suadibilis.* Cui facile persuadentur bona. Gr. *Tractabilis, bonis consentiens.* Deest in Græco, & videtur esse explicatio verbi præcedentis. *Non judicans.* Perperam & temere. *Sine simulatione.* Gr. Nec dissimulans, neque aliena facta condemnans.

℣. 18. *Fructus autem justitiæ in pace seminatur, facientibus pacem.* Quæ pacem conciliant, ex iis seminatur fructus justitiæ, quem in futura vita metent.

CAPUT IV.

℣. 1. *Unde bella & lites.* Dissensiones, discordiæ. *Ex concupiscentiis vestris.* Gr. *Ex voluptatibus.* Aut libidinibus, quas ut expleatis, divitias ardenter expetitis. *Quæ militant.* sc. Contra Spiritum 1. Pet. 2.

℣. 2. *Concupiscitis & non habetis.* Quod alii iisdem hujus vitæ bonis acquirendis studeant, eaque occupent, hinc zelo & invidia ardetis. *Occiditis.* Alii in alios sævitis, & male tractatis. *Litigatis.* Commoda hujus vitæ contentionibus & litibus adipisci frustra tentatis, cum a Deo sint postulanda.

℣. 3. *Non accipitis, eoquod male petatis.* Si a Deo illa petitis ob pravum finem, eadem postulatis, nempe ad explendas libidines vestras; ideo non accipitis.

℣. 4. *Adulteri.* Gr. Addit. *Et adulteræ.* Qui Deo relicto fidelium animarum sponso, ad res terrenas deflectitis, & fidem datam violatis.

℣. 5. *Ad invidiam concupiscit spiritus.* Locus ille e Cantico Moysis videtur desumptus. *Ipsi provocaverunt me in eo, qui non erat Deus.* Spiritus ille, qui habitat in vobis, quo terrena concupiscitis, zelum Dei & ultionem provocat.

℣. 6. *Deus superbis resistit &c.* Sententia ista ex parte Proverb. 3. v. 34. occurrit juxta 70. Interpretes: sed 1. Petr. 5. v. 5. integer continetur: ideo Epistola Petri videtur scripta ante hanc Epistolam Jacobi. Deus superbis gratiam denegat, & humilibus eo largiorem præbet.

℣. 7. *Subditi ergo estote Deo.* Ut gratiam Dei uberiorem recipiatis: vos, qui longe a Deo recessistis.

℣. 8. *Appropinquate Deo.* Per fidem, humilitatem, & pœnitentiam. *Emundate manus.* Externas actiones. *Et purificate corda.* Per interiores animi actus. *Duplices animo.* Diviso inter Deum & creaturas: vox Græca δίψυχοι, homines vacillantes, & instabilis propositi significat.

℣. 9. *Miseri estote.* Gr. *Affligite vos.* Per pœnitentiam, vos qui antea in voluptates demersi fuistis, & in rebus prosperis nimia elati lætitia.

℣. 11. *Qui detrahit fratri.* Ex odio. *Aut qui judicat fratrem suum.* Temere. *Detrahit legi.* Quæ id vetat. *Et judicat legem.* Damnat legem, quasi ipse supra legem esset: legem Evangelicam non intelligit.

℣. 13. *Ecce, nunc qui dicitis.* Agite nunc, qui dicitis: est transitio ad novam sermonis materiam, & negotia-

tores

morgen in diese Stadt gehen, und wollen uns allda ein Jahr lang aufhalten, und Gewerbe treiben, und gewinnen.

14. Die ihr doch nicht wisset, was morgen seyn wird.

15. Denn, was ist euer Leben? ein Dampf ist es, der sich eine geringe Zeit sehen läßt, und darnach verschwindet. Dafür ihr sagen sollt: Will es GOtt der HErr; und: Leben wir, so wollen wir dieses, oder jenes thun.

16. Nun aber rühmet ihr euch in eurem Hochmuth. Aller solcher Ruhm ist böse.

17. Wer aber weißt Gutes zu thun, und thut es nicht, dem ist es Sünde.

Das fünfte Capitel.

1. Redet wider die Reichen, so die Armen unterdrücken. 1. II. Ermahnt die Armen zur Gedult, durch das Exempel Jobs, und der Propheten. 7. III. Verbiethet das Schwören: befiehlt den Traurigen zu bethen, den Fröhlichen geistliche Gesänge zu singen, den Kranken das heilige Oel zu geben. 12. IV. Den Sündern, daß sie ihre Sünden beichten, fleißig bethen, und auch andere Irrende zurechtbringen. 16.

1. Wohlan nun ihr Reiche, weinet, und heulet in eurem Elend, das über euch kommen wird.

2. Eure Reichthümer sind verfaulet, und eure Kleider sind von den Motten gefressen.

3. Euer Gold, und Silber ist verrostet: und ihr Rost wird euch zum Zeugniß seyn, und wird euer Fleisch fressen, wie Feuer. Ihr habt euch den Zorn gesammelt auf die letzten Tage.

4. Siehe, der Lohn der Arbeiter, die eure Aecker abgemähet haben, welcher ihnen von euch entzogen ist, der schreyet: und ihr Geschrey ist zu den Ohren des HErrn Sabaoth hineingegangen.

5. Ihr habt geprasset auf Erden, und eure Herzen in fleischlichen Lüsten erweydet, wie am Tage der Schlachtung.

6. Ihr habt den Gerechten geurtheilet, und getödtet, und er ist euch nicht widerstanden.

II. 7. Derowegen seyd geduldig, liebe Brüder, bis auf die Zukunft des HErrn. Siehe, ein Ackermann wartet auf die köstliche Frucht der Erden, und trägt Geduld, bis er den Morgen- und Abendregen * bekomme.

* die früh und späte Frucht.

8. Derohalben seyd ihr nun auch geduldig, und stärket eure Herzen: denn die Zukunft des HErrn nahet sich.

9. Seufzet nicht einer wider den andern, liebe Brüder, auf daß ihr nicht gerichtet werdet. Siehe, der Richter stehet vor der Thür.

10. Nehmet, liebe Brüder, zum Exempel den elenden

stino ibimus in illam civitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus.

14. Qui ignoratis, quid erit in crastino.

15. Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Pro eo ut dicatis: Si Dominus voluerit; &: Si vixerimus, faciemus hoc, aut illud.

16. Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis maligna est.

17. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

CAPUT V.

I. Arguit divitum laxum, insolentiam & duritiam in pauperes. 1. II. Pauperes exemplo Job, & Prophetarum hortatur ad patientiam. 7. III. Vetat jurare: monet tristes orare, lætos psallere, ægros ungi oleo. 12. IV. Hortatur peccatores peccata sua confiteri, sedulo orare, alios quoque convertere. 16.

1. Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis.

2. Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra a tineis comesta sunt.

3. Aurum & argentum vestrum æruginavit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in novissimis diebus.

4. Ecce, merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est a vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.

5. Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.

6. Addixistis, & occidistis justum, & non restitit vobis.

II. 7. Patientes igitur estote fratres, usque ad adventum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum, & serotinum.

8. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam adventus Domini appropinquavit.

9. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, ut non judicemini. Ecce, judex ante januam assistit.

10. Exemplum accipite, fratres, exitus mali,

(Kkk) 3

tores imprimis reprehendit, quod non attendant ad vitæ humanæ conditionem; quæ a nutu divino pendet, & instar vaporis dissipatur. Longiorem vitam & ingentia lucra sibi promittunt, neque ut Christiani hanc addunt exceptionem. *Si Dominus voluerit.* Neque ut homines brevis & incerti ævi memores, hac exceptione utuntur. *Si vixerimus.* Sed sibi ipsis fidentes, ut futurorum securi gloriantur.

℣. 15. *Vita vestra vapor est.* Qui statim dispergitur & evanescit.

℣. 16. *Nunc autem exultatis in superbiis vestris.* In divitiis & in iis, quæ superbe jactatis & facitis. *Omnis exultatio talis.* Gloriatio. *Maligna est.* Et improba.

℣. 17. *Scienti igitur bonum facere.* Debitum ex præcepto. *Et non facienti peccatum est illi.* Hebræos imprimis, qui aliorum magistri videbantur, compellat, quibus Dei voluntas aut lex non erat incognita, quique adeo ignorantiam obtendere non poterant.

CAPUT V.

℣. 1. *Agite nunc divites.* Qui inhumani estis in pauperes, plorate ejulantes ob miserias sempiternas, quæ vobis imminent propter duritiem cordis, & injustitias vestras.

℣. 2. *Divitiæ vestræ putrefactæ sunt.* Certo putrefient, quia maluistis opes vestras, triticum, vinum, oleum, & alia quæque a vobis congesta perire, quam pauperes ex iis sublevare.

℣. 3. *Aurum & argentum vestrum æruginavit.* Æruginem contraxit, post longum temporis spatium: tametsi id æri proprie accidit, quod auro & argento numismatis immisceri solet. Aut forte Apostolus his verbis id tantum significare voluit, a divitibus avaris opes suas & argentum in terra defodi: atque illa ærugo in testimonium erit eorum avaritiæ. *Et manducabit carnes vestras.* Exedet carnes vestras, in causa erit cur ignis gehennæ vos exruciet. *Thesaurizastis vobis iram.* Seu vindictam & supplicium: hæc vox, *iram*, in textu Græco deest, ac forsan ex cap. 2. v. 5. Epistol. ad Roman. in hunc locum translata est: adeo ut hic sensus verborum sit; in novissimis vitæ diebus thesauri congesti sunt, quibus frui diutius non licuit.

℣. 5. *Epulati estis.* Gr. *Deliciati estis, in diem occisionis.* In diem quo velut victimæ sacrificiis destinatæ mactandi estis: vel epulati estis, ut fieri solebat a Judæis in festis solemnioribus, cum sacrificia offerebant.

℣. 6. *Addixistis* morti. Gr. *Condemnastis justum.* Imprimis de Christo loquitur, ut Stephanus *Act.* 6. inde quatenus de aliis justis & innoxiis loquitur, vox illa occidistis, id significat, quod spoliastis. Eccli. 34. 25. *Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum.*

℣. 7. *Patientes igitur estote fratres, usque ad adventum Domini.* Ad judicium, vel usque ad mortem & privatum cujusque judicium. *Temporaneum.* Imbrem germinandis seminibus, & maturandis segetibus necessarium. Gr. *Matutinum imbrem.* Qui mense Octobri, & serotinum, qui Aprili decidit: gratia vocationis est imber matutinus, quo Evangelii granum germinat in nobis justitiam; in spicam attollunt bona opera: imber serotinus est perseverantiæ gratia.

℣. 9. *Nolite ingemiscere.* Nolite vobis mutuo irasci, aut aliorum offensas impatienter ferre. *Ut non judicemini.* A Domino ob impatientiam vestram. *Ecce, judex.* Hic adest præ foribus.

℣. 10. *Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris & patientiæ, prophetas.* Sanctorum, præsertim prophetarum, patientiam, & perpessiones, mortem eorum considerate.

mali, laboris, & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

11. Ecce, beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Job audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator.

a Matth. 5. 34. III. 12. Ante omnia autem fratres mei, *a* nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: ut non sub judicio decidatis.

† PRO INFIRMIS. 13. † Tristatur aliquis vestrum, oret: æquo animo est, psallat.

14. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini:

15. Et oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

† IN ROGAT. IV. 16. † Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro invicem, ut salvemini: multum enim valet deprecatio justi assidua.

b 3. Reg. 17. 1. Luc. 4. 25. 17. *b* Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione oravit, ut non plueret super terram: & non pluit annos tres, & menses sex.

18. Et rursum oravit: & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum.

19. Fratres mei, si quis ex vobis erraverit a veritate, & converterit quis eum:

20. Scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Ausgang, die Arbeit, und Geduld, die Propheten, welche im Namen des HErrn geredet haben.

11. Siehe, wir preisen, die etwas erlitten haben. Ihr habt von der Geduld Jobs gehöret, und das Ende des HErrn gesehen, denn der HErr ist barmherzig, und ein Erbarmer.

III. 12. Vor allen Dingen aber, meine Brüder, schwöret nicht, weder bey dem Himmel, noch bey der Erde, noch bey einem andern Eyde. Euer Wort aber soll sein: Ja, ja: Nein, nein: auf daß ihr nicht in das Gericht fallet.

13. Ist jemand traurig unter euch, der bethe: ist jemand gutes Muthes, der singe Psalmen.

14. Ist jemand krank unter euch, der berufe die Priester der Kirchen zu sich, und die sollen über ihn bethen, und ihn mit Oel salben im Namen des HErrn:

15. Und das Gebeth des Glaubens wird dem Kranken helfen, und der HErr wird ihn erleichtern: und so er in Sünden ist, so werden sie ihm vergeben werden.

IV. 16. Darum so bekennet einer dem andern eure Sünden, und bittet für einander, daß ihr selig werdet. Denn das stätige Gebeth eines Gerechten vermag sehr viel.

17. Elias war ein Mensch, dem Leiden unterworfen, gleichwie wir: und er bethete ein Gebeth, daß es nicht regnen sollte auf Erden: und es regnete nicht in drey Jahren, und sechs Monathen.

18. Und er bethete abermal: und der Himmel gab Regen, und die Erde brachte ihre Frucht.

19. Meine Brüder, so jemand unter euch irren würde von der Wahrheit, und jemand ihn bekehret:

20. Der soll wissen, daß wer einen Sünder von dem Irrthum seines Weges bekehret, der wird seine Seele vom Tode erlösen, und wird die Vielheit der Sünden bedecken.

EPISTOLA I. BEATI PETRI APOSTOLI.

CAPUT I.

I. Gratias Deo agit de vocatione Gentium ad fidem & vitam æternam, quæ tamen per multas tribulationes acquiritur. 1. II. Hortatur ad vitæ munditiam, ut Christi sanguine redempti, eidem conformentur in conversatione. 13.

† IN FEST CATHEDR. S. PETRI. Qua primum Romæ sedit.

Petrus, † Apostolus Jesu Christi, electis advenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ,

Die erste Epistel des heiligen Apostels Petri.

Das erste Capitel.

I. Der Apostel sagt Dank, daß die Glaubigen durch Christum wiedergebohren, und verordnet sind zum himmlischen Erbtheil, so man durch viel Trübsal erlangen müsse. 1. II. Ermahnet sie, den alten Menschen auszuziehen, und im neuen Leben dem Evangelio gemäß zu wandeln. 13.

Petrus, ein Apostel JEsu Christi, den auserwählten Fremdlingen, welche zerstreuet sind in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, und Bithynia,

2. Nach

---

†. 11. *Sufferentiam Job audistis.* Quomodo illius patientia fuit remunerata a Domino. *Et finem Domini vidistis.* Hæc verba de morte Christi ignominiosa, & de glorioſa ejus Resurrectione interpretantur; Syrus Interpres de Job ea intelligit: finem, quem præstitit ei Dominus, vidistis.

†. 12. *Nolite jurare, neque per cœlum.* Levem, frequentem & indiscretam jurandi consuetudinem vetat; ac locus ille ex cap. 5. 34. Matthæi desumitur. *Decidatis.* Gr. *Sub judicium.* Ne in condemnationem incurratis.

†. 13. *Tristatur aliquis.* Gr. *Affligitur: æquo animo est.* Si sit animo hilari, psallat: gratias agat in canticis spiritalibus.

†. 14. *Infirmatur quis in vobis.* Vox Græca graviorem morbum significat. *Inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Aut plures, aut unum e pluribus, qui hujus Sacramenti nempe Extremæ Unctionis est minister. *Et orent super eum.* Hæc est forma & ritus Sacramenti. *Ungentes eum oleo.* Olivarum, eoque benedicto ab Episcopo; quæ est materia applicata ægroto per orationem. *In nomine Domini.* Vice Christi Domini, aut invocato nomine Domini.

†. 15. *Et oratio fidei salvabit infirmum.* Effectus Sacramenti est corporis sanitas, ut saluti animæ utilis fuerit. *Et alleviabit eum Dominus.* Gr. *Eriget ejus animum.* In spem scilicet divinæ misericordiæ. *Et si in peccatis sit.* Etiam lethalibus, quorum non meminerit. *Remittentur ei.* Vi hujus Sacramenti.

†. 16. *Confitemini ergo alterutrum peccata vestra.* Non soli Deo, sed alter alteri; oves pastoribus. *In hac sententia,* inquit Beda, *debet esse illa discretio, ut quotidiana leviaque peccata invicem coæqualibus confiteamur, eorumque quotidiana credamus oratione salvari. Porro gravioris lepræ immunditiam juxta legem sacerdoti pandamus, atque ad ejus arbitrium, qualiter & quanto tempore jusserit, purgationem peccatorum procuremus.* Satis est probabilis hujus loci interpretatio de confessione levium peccatorum, quæ fit consilii capiendi, vel auxilii gratia. Quamquam & commode de Sacramentali confessione, quæ fit Sacerdotibus, ea verba intelliguntur. Quin etiam cum desunt Sacerdotes in extremis periculis, utilis est illa confessio, quæ fit Laicis, non ut Sacramentalis absolutio detur, sed ut actus pœnitentiæ exerceantur. Orationis vim & efficaciam exemplo Eliæ mox commendat.

†. 17. *Elias homo erat similis nobis passibilis.* Vox Græca ὁμοιοπαθὴς. Significat eum similiter fuisse affectibus & hujus vitæ ærumnis obnoxium.

†. 20. *Salvabit animam ejus.* Quem ab errore deduxit, & a morte eripuit.

CAPUT I.

†. 1. *Petrus, Apostolus Jesu Christi, electis advenis.* Fidelibus recens conversis, qui in iis provinciis Asiæ minoris variis temporibus sunt dispersi. Quinque provincias designat, in quibus Evangelium Christi prædicaverat. In his primo loco ponit Pontum, provincia est Ponto Euxino adjacens; Asiam quoque strictissime sumptam recenset, quæ septem urbes Apocal. cap. 2. memoratas continet; electos vocat fideles ad fidem & gratiam ex præscientia, seu ex electione, aut ex prædestinatione Dei Patris tamquam ex causa.

2. Nach der Vorsehung GOttes des Vaters, zur Heiligung des Geistes, zum Gehorsam, und Besprengung des Blutes JEsu Christi: Gnade und Friede vermehre sich in euch.

3. Gebenedeyet sey GOtt und der Vater unsers HErrn JEsu Christi, der uns nach seiner großen Barmherzigkeit wiedergebohren hat zu der lebendigen Hoffnung, durch die Auferstehung JEsu Christi von den Todten,

4. Zu einer unverweßlichen, und unbefleckten, und unverwelklichen Erbschaft, welche im Himmel für euch vorbehalten wird,

5. Die ihr durch die Kraft GOttes, und durch den Glauben bewahret werdet zu der Seligkeit, welche bereit ist, daß sie in der letzten Zeit offenbar werde.

6. In welcher ihr euch erfreuen werdet, ob ihr schon jetzt eine kleine Zeit trauren müsset, und auf mancherley Weise versucht werden:

7. Auf daß die Bewährung eures Glaubens viel köstlicher befunden werde, als das Gold welches durch das Feuer bewähret wird) zu Lob, und Preiß, und Ehre, in der Offenbahrung JEsu Christi:

8. Welchen ihr liebet, wiewohl ihr ihn nicht gesehen habt: an welchen ihr nun auch glaubet, wiewohl ihr ihn nicht sehet: dieweil ihr aber glaubet, werdet ihr euch erfreuen mit unaussprechlicher und herrlicher Freude,

9. Und das Ende eures Glaubens erlangen *, nämlich die Seligkeit der Seelen.

* davonbringen.

10. Welcher Seligkeit haben nachgesucht, und nachgeforscht die Propheten, die von der Gnade, welche auf euch kommen sollte, geweißaget haben:

11. Und nachgeforscht, auf welche, und was für Zeit der Geist Christi deuten möchte, der in ihnen war, und zuvor verkündiget das Leiden Christi, und die hernach folgende Herrlichkeit:

12. Welchen geoffenbaret ist, daß sie nicht ihnen selbst, sondern euch dieneten in dem, das euch nun verkündiget ist durch diejenigen, so euch das Evangelium geprediget haben, nachdem der Heilige Geist vom Himmel herabgesendet worden, welchen auch die Engel Lust haben anzuschauen.

II. 13. Derowegen umgürtet die Lenden eures Gemüths, seyd nüchtern, und setzet euer Vertrauen vollkommlich auf die Gnade, die euch angebothen wird zu der Offenbarung JEsu Christi:

14. Als Kinder des Gehorsams, nicht gebildet nach den vorigen Lüsten eurer Unwissenheit:

15. Sondern nach dem Heiligen, der euch berufen hat; damit ihr selbst auch heilig seyd in eurem ganzen Wandel:

16. Denn es stehet geschrieben: Ihr sollt heilig seyn, denn ich bin heilig.

17. Und dieweil ihr denjenigen, als einen Vater anrufet, der ohne Ansehung der Personen richtet, nach eines jeglichen Werk, so führet euren Wandel die Zeit eurer Einwohnung in der Furcht.

2. Secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam, & aspersionem sanguinis Jesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur.

3. Benedictus *a* ✝ Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis,

4. In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, conservatam in cœlis in vobis,

5. Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam revelari in tempore novissimo.

6. In quo exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tentationibus:

7. Ut probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jesu Christi: °

8. Quem, cum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata,

9. Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

10. De qua salute exquisierunt, atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetaverunt:

11. Scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi prænuntians eas, quæ in Christo sunt, passiones, & posteriores glorias:

12. Quibus revelatum est, quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui evangelizaverunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo, in quem desiderant Angeli prospicere.

II. 13. Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfecte sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi:

14. Quasi filii obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:

15. Sed secundum eum, qui vocavit vos, Sanctum; & ipsi in omni conversatione sancti sitis:

16. Quoniam scriptum est: *b* Sancti eritis, quoniam ego Sanctus sum.

17. Et si patrem invocatis eum, qui *c* sine acceptione personarum judicat secundum uniuscujusque opus, in timore incolatus vestri tempore conversamini.

18. Scien-

a 2. *Cor.* 1. 3. *Ephes.* 1. 3. ✝ *DE PLUR. MART. TEMP. PASCH.*

b Lev 11. 44. & 19. 2. & 20. 7.

c Deut. 10. 17. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6.

✝. 2. *In sanctificationem Spiritus.* Gr. *In sanctificatione.* Per Spiritum sanctificantem; vel, ut sanctificarentur Spiritus sancti gratia, ut fidei obedirent, & mundarentur Christi sanguine.

✝. 3. *Qui regeneravit nos in spem vivam.* In spem vitæ æternæ, quam resurrectio Christi in nobis excitat, & fovet, cum sit caput nostrum.

✝. 4. *In hæreditatem incorruptibilem.* Quæ non perit, ut terrenæ hæreditates, nec marcescit. *In vobis.* Gr. *In nos.* Quæque ideo est extra omne periculum corruptionis. Syr. quæ parata est vobis.

✝. 5. *Qui in virtute Dei.* Fide quasi firmo præsidio ad salutem æternam consequendam custodimini.

✝. 6. *In quo.* Qua in re. *Exultabitis.* Gr. *Exultatis: modicum nunc si oportet vos contristari.* Etsi & breve tempus vos affligi necesse est. *In variis tentationibus.* Gr. *Experimentis.*

✝. 7. *Ut probatio vestræ fidei.* Ut fides vestra probata, quæ multo est pretiosior auro. Græc. Additur, *quod perit; inveniatur in laudem.* Cedat vobis in gloriam. *In revelatione Jesu Christi.* i. In adventu Christi ad judicium tum particulare, tum maxime universale, quando toti mundo revelabitur, & ipsa revelabit vestram pietatem, sanctitatem &c.

✝. 8. *In quem nunc quoque non videntes creditis.* Gr. *Ne nunc quidem videntes, credentes exultatis. In finem.* Mercedem fidei vestræ.

✝. 10. *De qua salute exquisierunt.* q. d. Non est figmentum, quod loquor, cum de salute hac procuranda per Christum, jam scrutati sint Prophetæ.

✝. 11. *Posteriores glorias.* Seu consecuturas post passionem.

✝. 12. *Quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea.* Non tam sibi, quam vobis: hæc mysteria per Apostolos vobis annuntiata prædicebant. *In quem.* In Christum, vel in Spiritum sanctum. Gr. *In quæ.* Seu in Christi mysteria, quæ quidem Angeli prospiciunt, sed numquam satiantur.

✝. 13. *Propter quod succincti lumbos mentis vestræ.* Coercentes illicitas cogitationes, & pravos affectus, expediti & alacres in via veritatis ambulate. *In revelatione Jesu Christi.* In adventu Christi.

✝. 15. *Sed secundum eum, qui vocavit vos, Sanctum: & ipsi -- sancti sitis.* Ut ille, qui vocavit vos, sanctus est.

18. Scientes, quod non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis:

d 1. *Cor.* 6. 20. & 7. 23. *Hebr.* 9. 14. 1. *Joan.* 1. 7. *Apoc.* 1. 5.

19. Sed *d* pretioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati:

20. Præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos,

21. Qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitavit eum a mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides vestra, & spes esset in Deo.

22. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius:

23. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum.

e Eccl. 14. 18. *Isa.* 40. 6. *Jac.* 1. 10.

24. Quia *e* omnis caro ut fœnum, & omnis gloria ejus tamquam flos fœni: exaruit fœnum, & flos ejus decidit.

25. Verbum autem Domini manet in æternum: hoc est autem verbum, quod evangelizatum est in vos.

CAPUT II.

I. Hortatur fideles per baptismum renatos, ut sicut modo geniti infantes rationabile sine dolo lac sanæ doctrinæ concupiscant. 1. *II. Ut magnitudinem vocationis suæ æstiment, juxta illam digne vivendo.* 4. *III. Ut a carnalibus desideriis abstineant.* 11. *IV. Ut superioribus, & dominis etiam Gentilibus & dyscolis exemplo Christi cum omni patientia obediant.* 13.

† *SAB. IN ALBIS.* 1. Deponentes † igitur omnem *a* malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones,

a Rom. 6. 4 *Ephes.* 4. 22. *Coloss.* 3. 8. *Hebr.* 12. 1.

2. Sicut modo geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite: ut in eo crescatis in salutem:

3. Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus.

II. 4. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum, & honorificatum:

5. Et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Jesum Christum.

b Isa. 28. 16. *Rom.* 9. 33.

6. Propter quod continet Scriptura: *b* Ecce, pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur.

7. Vobis igitur honor credentibus: non

18. Und wisset, daß ihr von eurem eiteln Wandel der väterlichen Satzung * nicht mit vergänglichem Golde, oder Silber erlöset seyd: * Ueberaebaret.

19. Sondern mit dem theuren Blute Christi, als des unschuldigen, und unbefleckten Lammes:

20. Der zwar vorgesehen war vor der Welt Anfang, aber offenbaret zu der letzten Zeit, um euretwillen,

21. Die ihr durch ihn an GOtt glaubet, der ihn von den Todten auferwecket, und ihm die Herrlichkeit gegeben hat, auf daß euer Glaube, und Hoffnung in GOtt bestunde.

22. So reiniget eure Seelen im Gehorsam der Liebe, in der brüderlichen Liebe, und liebet einander inbrünstig, aus einfältigem Herzen:

23. Als die da wiedergebohren sind nicht aus vergänglichem, sondern aus unvergänglichem Saamen, durch das Wort des lebendigen GOttes, der in Ewigkeit bleibet.

24. Denn alles Fleisch ist, wie Gras, und alle seine Herrlichkeit, wie eine Blume des Grases: das Gras ist verdorret, und seine Blume ist abgefallen.

25. Aber das Wort des HErrn bleibet in Ewigkeit: dieses ist aber das Wort, so unter euch durch das Evangelium verkündiget worden ist.

Das zweyte Capitel.

I. Ermahnt die Christen, daß sie wie neugebohrne Kinder die vernünftige Milch der wahren christlichen Lehre begehren. 1. II. Die Hoheit ihres Berufs erkennen, und demselben gemäß leben. 4. III. Sich als Fremdlinge der fleischlichen Begierden entschlagen. 11. IV. Ihren vorgesetzten Fürsten und Herren, auch Ungläubigen gehorsam seyn, nach dem Exempel Christi in aller Geduld. 13.

1. So leget nun ab alle Bosheit, und allen Betrug, und Gleißnerey, und Neid, und alles Afterreden, * * Ehrabschneiden.

2. Und verlanget, wie die jetztgebohrne Kinder, nach der vernünftigen unverfälschten Milch: auf daß ihr durch dieselbige aufwachset zur Seligkeit:

3. So ihr anders geschmecket habt, daß der HErr süß ist.

II. 4. Und dieweil ihr zu demselbigen getretten seyd, als zu dem lebendigen Stein, der von den Menschen zwar verworfen, aber von GOtt auserwählet, und geehret ist:

5. So bauet euch selbst auch darauf als lebendige Steine, zum geistlichen Hause, und zum heiligen Priesterthum, geistliche Opfer zu opfern, welche GOtt angenehm sind durch JEsum Christum.

6. Darum enthält die Schrift: Siehe, ich lege in Sion den vornehmsten, auserwählten, und köstlichen Eckstein: und wer an denselbigen glauben wird, der soll nicht zu schanden werden.

7. Euch nun, die ihr glaubet, ist er eine Ehre: den Unglau-

℣. 18. *Scientes.* Id sciatis, quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis. Hortatur eos, ut hujus vitæ, quæ est velut peregrinatio quædam, his temporibus in timore versentur, ne tanto pretio redempti a jugo legalium & vanis traditionibus seniorum, deinceps tantis se exponant periculis. *Paternæ traditionis.* De prava vivendi ratione, quam a parentibus accepistis.

℣. 20. *Præcogniti quidem.* Prædestinati quidem ab æterno, & novissimis temporibus. *Manifestati propter vos.* Propter salutem vestram.

℣. 22. *Animas vestras castificantes.* Græc. *Purificastis.* Per Spiritum; & loco *charitatis.* Græc. *Est veritatis. Simplici ex corde.* Græc. *Non dissimulato. Invicem diligite attentius.* Græc. *Perseveranter.* Et citra interruptionem: alii *impense* vertunt.

℣. 23. *Renati non ex semine corruptibili.* Sed incorruptibili. *Per verbum Dei vivi.* Cum itaque fratres sint regenerati verbo Dei, mutuus inter eos amor cessare non debet.

℣. 25. *Quod evangelizatum est in vobis.* Vobis, seu inter vos.

CAPUT II.

℣. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam.* Deposita omni malitia, in Baptismo videlicet.

℣. 2. *Sicut modo geniti infantes.* Et parvuli per verbum Dei & baptismum regenerati estote per novæ nativitatis gratiam, ut infantes per ætatis naturam, expertes omnis doli. *Lac concupiscite.* De matris Ecclesiæ uberibus doctrinam vobis alendis idoneam, ab omni errore puram. *In salutem.* Ut per illud crescatis in viros perfectos, & salutem adipiscamini. *Rationabile.* Syr. *Spiritale.* Doctrinam Evangelicam. Gr. λογικὸν.

℣. 3. *Si tamen gustastis.* In Baptismo; ac forte alludit ad Eucharistiam, quam in Baptismo accipiebant; vel, siquidem gustatis.

℣. 4. *Ad quem accedentes lapidem vivum.* Christum scilicet a Judæis reprobatum, sed electum a Deo, teste Isaia, cap. 24. *Ecce, servus meus, suscipiam eum, electus meus.* Quique est novi ædificii, seu Ecclesiæ fundamentum.

℣. 5. *Et ipsi tamquam lapides vivi superædificamini.* Gr. Ædificamini. *Domus spiritualis.* In domum spiritualem, in qua Spiritus sanctus habitat. *Sacerdotium sanctum.* Ut sitis Sacerdotes sancti, qui Deo orationes, pia opera, & spirituales hostias, non instar legalium sacerdotum carnales hostias offeratis.

℣. 6. *Propter quod continet Scriptura.* Sequens præbet testimonium Isaiæ 28. v. 16. *Ecce, pono in Sion.* In Ecclesia. *Lapidem summum angularem.* Gr. *In summo angulo positum.* Qui duos populos Judæorum & Gentilium conjungat. *Non confundetur.* Sic vertunt 70. id est, spe sua non excidet. In Hebr. *Non festinet.* Patienter expectet.

℣. 7. *Vobis igitur honor.* Fons est honoris & gloriæ credentibus: incredulis autem *Lapis quem reprobaverunt ædificantes,* seu Judæorum principes, *hic factus est in caput anguli.*

Ungläubigen aber ist der Stein, den die Bauleute verworfen haben, der zum Eckstein worden ist,

8. Ein Stein des Anstoßens, und ein Fels der Aergerniß denjenigen, die sich an dem Worte stoßen, und glauben dem nicht, darauf sie doch gegründet sind.

9. Ihr aber seyd das auserwählte Geschlecht, das königliche Priesterthum, das heilige Volk, das erworbene Volk: auf daß ihr verkündigen sollt die Tugenden desjenigen, der euch aus der Finsterniß in sein wunderbarliches Licht berufen hat.

10. Die ihr vor Zeiten nicht waret das Volk, jetzt aber seyd ihr das Volk GOttes: und die ihr zuvor keine Barmherzigkeit erlanget habt, jetzt aber habt ihr Barmherzigkeit erlanget.

III. 11. Meine Liebsten, ich bitte euch als Fremdlinge und Pilger, daß ihr euch enthaltet von fleischlichen Lüsten, welche wider die Seele streiten,

12. Und daß ihr euren Wandel fein ehrlich führet unter den Heyden: auf daß sie, so Arges von euch reden, als von Uebelthätern, eure gute Werke sehen, und GOtt preisen am Tage der Heimsuchung.

IV. 13. Derowegen seyd aller menschlichen Creatur unterthan, um GOttes willen: es sey gleich dem Könige, als dem Vortrefflichsten;

14. Oder den Fürsten, als die von ihm gesendet sind, zur Rache der Uebelthäter, und zum Lobe der Frommen:

15. Denn also ist es der Wille GOttes, daß ihr mit Wohlthun die Unwissenheit der thörichten Menschen stillschweigen macht:

16. Als die frey, doch nicht, als hättet ihr die Freyheit zum Deckel der Bosheit, sondern als die Knechte GOttes.

17. Erzeiget jedermann Ehre: liebet die Brüderschaft: fürchtet GOtt: ehret den König.

18. Ihr Knechte, seyd den Herren mit aller Furcht unterthan, nicht allein den guten, und bescheidenen, sondern auch den ungeschlachten.

19. Denn das ist eine Gnade, so jemand um des Gewissens willen zu GOtt Traurigkeit überträgt, und mit Unrecht leidet.

20. Denn was ist das für ein Ruhm, wenn ihr sündiget, und darum Backenstreiche leidet? Wenn ihr aber Gutes thut, und geduldig leidet: das ist eine Gnade bey GOtt.

21. Denn dazu seyd ihr berufen: sintemal auch Christus für uns gelitten hat, und hat euch ein Exempel hinterlassen, daß ihr seinen Fußstapfen nachfolget.

22. Der keine Sünde gethan hat, in dessen Munde kein Betrug ist gefunden worden:

23. Der auch nicht wieder lästerte, da er gelästert ward: noch drohete, da er litte: sondern übergab sich demjenigen, der ihn mit Unrecht verurtheilete:

24. Der unsere Sünden selbst an seinem Leibe getragen hat auf dem Holze, damit wir den Sünden abgestorben

credentibus autem, *c* lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, *c Psal.* 117. 22. *Isa.* 8. 14. *Matth.* 21. 42. *Apoc.* 4. 11.

8. Et lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt, in quo & positi sunt.

9. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: ut virtutes annuntietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum.

10. Qui *d* aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* *d Osee.* 2. 24. *Rom.* 9 25.

III. 11. *e* † Charissimi, obsecro vos tamquam advenas & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, *e Rom.* 13. 14. *Gal.* 5. 16. † *DOM.* 3. *POST PASCH.*

12. Conversationem vestram inter Gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrectant, de vobis tamquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

IV. 13. *f* Subjecti igitur estote, omni humanæ creaturæ propter Deum: sive regi, quasi præcellenti; *f Rom.* 13. 1.

14. Sive ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum:

15. Quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam:

16. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei.

17. Omnes honorate: *g* fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate. *g Rom.* 12. 10.

18. Servi *h* subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. *h Ephes.* 6. 5. *Coloss.* 3. 22. *Tit.* 2. 9.

19. Hæc est enim gratia,* si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens injuste.

20. Quæ enim est gloria, si peccantes, & colaphizati sufferetis? Sed si benefacientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum.

21. In hoc enim vocati estis: quia & † Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. † *DOM.* 2. *POST PASCH.*

22. Qui *i* peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: *i Isaiæ* 53. 9.

23. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti se injuste:

24. Qui *k* peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, *k Isaiæ* 53. 5. 1. *Joan.* 3. 5.

℣. 8. *Et lapis offensionis.* Illis, qui sua culpa impingunt in verbum Evangelii, aut in Christum ipsum. *In quo positi sunt.* Gr. *In quod proprio nempe vitio positi.* Sunt propter incredulitatem a Deo deserti.

℣. 9. *Vos autem genus electum.* Quod Scriptura Israelitis tribuit Exod. 19. & Isaiæ 43. *Regale sacerdotium.* Illius corporis adunati, qui simul rex est, & Sacerdos. Leviticum non regium fuit, ut sacerdotium Christi. *Populus acquisitionis.* Christi sanguine acquisitus. Gr. *Populus in acquisitionem. Ut virtutes annuntietis ejus.* Ut memores sitis tanti beneficii.

℣. 10. *Qui aliquando non populus.* Osee 2. 24. Vix ille locus de Judæis dispersis intelligi potest: adeo ut vel ex eo loco concludi possit hanc Epistolam ad fideles e gentibus & Judæis conversis scriptam fuisse, non ad solos Judæos.

℣. 11. *Obsecro vos tamquam advenas.* Hortor vos, ut cives cœlestes, peregrinos in terra.

℣. 12. *In die visitationis.* Cum Deus per gratiam suam eos ad fidem convertere dignabitur. *In eo, quod detrectant.* Seu in quo detrahunt.

℣. 13. *Subjecti igitur estote omni creaturæ.* Vocem creaturæ usurpat Apostolus pro potestate humana. *Sive Regi, quasi præcellenti.* Habenti potestatem.

℣. 16. *Quasi velamen habentes malitiæ.* Quasi prætextum, quia lex Christi non eximit, sed adstringit legibus principum.

℣. 18. *Servi subditi estote dominis -- etiam dyscolis.* Vox Græc. *Asperos* significat. Voce alia Græca reddit interpres, quæ morosos & difficiles significat.

℣. 19. *Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam.* Propter Deum omnium conscium. *Sustinet quis tristitias, patiens injuste.* Is studet conscientiam habere apud homines bonam, qui nihil agit quod eos merito offendat. At si quod Deo gratum est, displiceat hominibus, eorum conscientia est negligenda. Vox Græca διὰ συνείδησιν, non modo significat certum esse apud se de re aliqua, sed id una cum alio scire.

℣. 23. *Qui cum malediceretur, non maledicebat.* Gr. *Maledicta non regerebat. Tradebat autem judicanti se injuste.* Nempe Pilato. In Græco, *tradebat juste judicanti.* Deo scilicet, qui juste judicat causam ejus; & tamen sensus Vulgatæ bonus est: nam Pilato injuste judicanti ultro se tradidit: *Oblatus est, quia ipse voluit.*

tui, justitiæ vivamus: cujus livore sanati estis.

25. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum.

CAPUT III.

I. Scribit uxoribus & maritis sua officia. 1. II. Hortatur omnes fideles ad charitatem, concordiam, modestiam, humilitatem & patientiam. 8. III. Proponit Christi exemplum, ut Christo per baptismum incorporati, ei quoque assimilentur in vita & gloria. 18.

a Ephes. 5. 22. Coloss. 3. 18. 1. Similiter & mulieres *a* subditæ sint viris suis: ut & si, qui non credunt verbo per mulierum conversationem sine verbo lucrifiant,

2. Considerantes in timore castam conversationem vestram.

b 1. Tim. 2. 9. 3. Quarum *b* non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus:

4. Sed qui absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu DEI locuples.

5. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant se, subjectæ propriis viris.

c Gen. 18. 12. 6. Sicut *c* Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cujus estis filiæ benefacientes, & non pertimentes ullam perturbationem.

d 1. Cor. 7. 3. 7. Viri *d* similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo mulieri impartientes honorem, tamquam & cohæredibus gratiæ vitæ, ut non impediantur orationes vestræ.

† DOM. 5. POST PASCH. II. 8. In fine autem † omnes unanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:

e Prov. 17. 13. Rom. 12. 17. 1. Thess. 5. 15. 9. Non *e* reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hæreditate possideatis.

f Psal. 33. 13. 10. Qui *f* enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coërceat linguam suam a malo, & labia ejus ne loquantur dolum.

g Isai. 1. 16. 11. g Declinet a malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam:

12. Quia oculi Domini super justos, & aures ejus in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala.

13. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?

h Matth. 5. 10. 14. Sed *h* & si quid patimini propter justitiam beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

15. Dominum autem Christum sanctificate

ben, der Gerechtigkeit leben: durch dessen Striemen ihr seyd geheilet worden.

25. Denn ihr waret wie irrende Schafe, aber ihr seyd nun bekehret zu dem Hüten, und Bischofe eurer Seelen.

Das dritte Capitel.

I. Befiehlt den Weibern, ihren Männern unterthänig zu seyn, und erklärt der Männer, und Weiber Amt. 1. II. Ermahnt die Glaubigen zur Einigkeit, Liebe, Zucht, Demuth, und Geduld. 8. III. Stellet das Exempel Christi vor Augen, auf daß, welche ihm durch die Taufe einverleibt sind, ihm in Reinigkeit, und frommen Wandel nachfolgen zur Seligkeit. 18.

1. Ingleichen sollen auch die Weiber ihren Männern unterthan seyn: auf daß auch die, so dem Worte nicht glauben, durch den Wandel der Weiber, ohne das Wort gewonnen werden,

2. Wenn sie ansehen euren keuschen Wandel in der Furcht.

3. Deren Geschmuck nicht auswendig seyn soll im Haarflechten, oder Umhang des Goldes, oder Anlegung der Kleider:

4. Sondern der inwendig: Mensch des Herzens, der verborgen ist in einem unzerstörlichen Wesen eines stillen, und sanftmüthigen Geistes, der reich ist vor dem Angesichte GOttes.

5. Denn also schmückten sich vor Zeiten auch die heiligen Weiber, welche ihre Hoffnung auf GOTT setzten, und waren ihren Ehemännern unterthan.

6. Wie die Sara dem Abraham gehorsam war, und nennete ihn ihren Herrn: dero Töchter ihr seyd, so ihr Gutes thut, und keine Zerstöhrung fürchtet.

7. Ingleichen ihr Männer, wohnet bey mit Vernunft, und gebet dem weiblichen Gefäße, als dem schwächsten, gebührliche Ehre, so auch Miterben sind der Gnade des Lebens, damit euer Gebeth nicht verhindert werde.

II. 8. Endlich aber seyd allesammt gleich gesinnet, mitleidig, Liebhaber der Bruderschaft, barmherzig, freundlich, demüthig:

9. Vergeltet nicht Böses mit Bösem, noch Scheltwort mit Scheltworten: sondern dagegen segnet, dieweil ihr dazu berufen seyd, daß ihr den Segen zum Erbtheil besitzen sollt.

10. Denn wer das Leben lieb haben will, und gute Tage sehen, der bezwinge seine Zunge, daß sie nichts Böses rede, und lasse seine Leffzen keinen Betrug reden.

11. Er wende sich vom Bösen, und thue Gutes: er suche den Frieden, und jage ihm nach:

12. Denn die Augen des HErrn sind gerichtet auf die Gerechten, und seine Ohren auf ihr Gebeth: aber das zornige Angesicht des HErrn siehet auf die, so Böses thun.

13. Und wer ist, der euch beschädigen könne, so ihr dem Guten nacheifert?

14. Wenn ihr aber etwas leidet um der Gerechtigkeit willen, so seyd ihr selig. Erschrecket aber nicht vor ihrer Furcht, und lasset euch nicht bewegen.

15. Heiliget aber den HErrn Christum in euren Her-

zen,

CAPUT III.

℣. 1. *Similiter & mulieres subditæ sint viris suis.* Nunc de uxorum erga maritos officiis agit Apostolus: has viris subditas esse jubet, ut ex sola mulierum conversatione tam pura & casta ad fidem Christi convertantur viri. *Considerantes in timore castam conversationem vestram.* Cum honore & reverentia conjunctam vestram vivendi rationem considerantes.

℣. 3. *Quarum non sit extrinsecus capillatura.* Gr. *Capillorum plicatura.* Et crispatura. *Aut circumdatio auri.* Circumpositio ornamentorum, quæ sunt ex auro texta. *Cultus.* Ornatus in vestium amictu.

℣. 4. *Sed qui absconditus est cordis homo.* Supple, ornetur, sc. interior vice illius mundani cultus. *In incorruptibilitate.* Situs in spiritus quieti & tranquilli integritate. *Locuples.* Qui spiritus pacis & tranquillitatis est coram Deo pretiosus & magnificus ornatus.

℣. 6. *Cujus estis filiæ.* Saræ nimirum, cujus mulieres ad fidem conversæ cum sint filiæ secundum spiritum, eam imitari debent in bonis operibus, & maxime in subjectione, quam illa marito suo exhibuit, atque in robore animi adversus afflictiones, aut eas perturbationes, quibus mulieres facile commoventur. *Non pertimescentes.* Gr. *Non timentes ullum pavorem.* Qui solet mulierum animos dejicere.

℣. 7. *Viri similiter cohabitantes.* Moderate se habeant erga uxores. *Impartientes honorem.* Ne uxores despiciant. Hebræi solent vas appellare id omne, quo utimur. Quamobrem utrumque commode de conjugii usu moderato, & de uxore honeste tractanda intelligi potest, quod in conjugio & in gratia sint compares.

℣. 8. *In fine.* In summa, omnes invicem eodem modo sint affecti. *Modesti.* Gr. *Affabiles.* Mansueti.

℣. 12. *Vultus Domini super facientes mala.* i. Iratus, seu ira Domini.

℣. 13. *Quis est, qui vobis noceat, si boni.* In neutro genere, sc. bonitatis & virtutis. *Æmulatores fueritis.* Nocere vobis non possunt infideles, si in bono constantes fitis.

℣. 14. *Timorem autem eorum.* Vanas eorum minas, aut mala ab iis profecta ne timueritis.

℣. 15. *Dominum autem Christum sanctificate.* Colite ex animo, & intimo corde. *Parati semper ad satisfactionem.* Gr. *Apologiam.* Religionis scilicet vestræ, quam Gentiles infamabant.

zen, und seyd allezeit bereit, einem jeglichen genug zu thun, der Rede und Antwort von euch fordert, über die Hoffnung, die in euch ist:

16. Und das mit Sanftmüthigkeit, und Furcht, und mit gutem Gewissen: auf daß die, so von euch übelreden, als von Uebelthätern, zu schanden werden, daß sie getadelt haben euren guten Wandel in Christo.

17. Denn es ist besser, daß ihr leidet (so es dem Willen GOttes gefällt) wenn ihr Gutes thut, als wenn ihr Böses thut.

III. 18. Sintemal auch Christus einmal für unsere Sünden gestorben ist, der Gerechte für die Ungerechten, auf daß er uns GOtt darstellete, getödtet nach dem Fleische, aber lebendig gemacht nach dem Geiste.

19. In welchem er auch gekommen ist, und hat den Geistern geprediget, die in dem Gefängniß waren:

20. Welche vor Zeiten unglaubig waren, da sie sich in den Tagen Noä auf die Langmüthigkeit GOttes verließen, als die Arche gebauet war: in welcher wenig, das ist, acht Seelen durch das Wasser erhalten worden sind.

21. Wie auch nun die Taufe euch gleichergestalt selig macht: nicht die Abwaschung des Unflaths am Fleische, sondern die Erforschung eines guten Gewissens gegen GOtt, durch die Auferstehung JEsu Christi:

22. Der zu der Rechten GOttes ist, den Tod verschlingend, auf daß wir Erben würden des ewigen Lebens: und der in Himmel gefahren, und ihm die Engel, und die Gewaltigen, und die Kräften unterworfen hat.

Das vierte Capitel.

I. Ermahnt die Glaubigen, daß sie die alten Begierden der Heydenschaft ablegen, sich dem gekreuzigten Christo gleichförmig machen, und ihm allein leben. 1. II. Muntert sie auf zum fleißigen Gebeth, zu Liebe, und Eifer, GOttes Ehre zu befördern. 7. III. Zur Starkmüthigkeit, alle Verfolgung mit, und für Christo auszusteben. 12.

1. Weil nun Christus im Fleische gelitten hat, so waffnet auch ihr euch mit dergleichen Betrachtung: denn wer am Fleische leidet, der höret auf an Sünden:

2. Daß er hinfüro, was noch hinterstelliger Zeit ist, im Fleische, nicht nach menschlicher Lust, sondern nach dem Willen GOttes lebe.

3. Denn es ist ja genug, daß wir die vergangene Zeit des Lebens zugebracht haben nach heydnischem Willen, deren, die da wandelten in Unkeuschheit, in Wollüsten, Trunkenheiten, Fressereyen, Saufereyen, und gräulichen Abgöttereyen.

4. Und es befremdet sie, daß ihr nicht mit ihnen lauft

in cordibus vestris, * parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.

16. Sed *i* cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam: ut in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conversationem. *i* *Sup.* 2. 12.

17. Melius est enim benefacientes (si voluntas DEI velit) pati, quam malefacientes.

III. 18. Quia *k* & † Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu. *k* *Rom.* 5. 6. *Hebr.* 9. 28. † *FER.* 6. *POST PASCH.*

19. In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicavit:

20. Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est, octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. *l* *Gen.* 7. 7. *Matth.* 24. 37. *Luc.* 17. 26.

21. Quod & vos nunc similis formæ salvos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Jesu Christi:

22. Qui est in dextera Dei, * deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum, subjectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus.

CAPUT IV.

I. Hortatur fideles, ut pristinæ vitæ vitia mortificent, & Christo passo se conforment. 1. II. Ut studeant orationi, fraternæ dilectioni, hospitalitati, & Zelo divinæ gloriæ. 7. III. Patientiæ & magnanimitati inter persecutiones. 12.

1. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desiit a peccatis:

2. Ut *a* jam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne, vivat temporis. *a* *Ephes.* 4. 23.

3. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulaverunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, commessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

4. In quo admirantur non concurrentibus vobis

℣. 18. *Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est — ut nos offerret Deo.* Gr. *Adduceret.* Reconciliaret Deo. *Mortificatus.* Mortuus quidem corpore. *Vivificatus autem spiritu.* Per animam, aut Spiritum Sanctum. Mortis primus effectus fuit proprii corporis resurrectio, quæ eundem in fidelibus effectum procreabit: iis quippe meruit resurrectionem, ut sibi ipsi.

℣. 19. *In quo.* i. Spiritu, sc. anima: hac enim descendit ad limbum. *Et his, qui in carcere.* sc. Inferni *erant, prædicavit.* Locus difficilis, de quo fuse Auctor Analyseos Gallicæ, dissert. 19. *In quo.* Seu per quem Spiritum, seu per suam animam cum divinitate conjunctam Christus *prædicavit*, animabus, quæ in divinæ justitiæ carceribus, seu in expiationis, aut purgatorii locis expectabant adventum Redemptoris, annuntiavit se esse Christum, iisque efficaciam suæ mortis demonstravit, ac potissimum iis, de quibus mox locuturus est Petrus.

℣. 20. *Qui increduli fuerant aliquando.* Sed postea in diluvio perituri, hortatu & prædicationi Noëmi ad Deum conversi sunt instante diluvio. *Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë.* Gr. *Quando expectabat Dei patientia.* Hanc lectionem tuetur Hieronymus, eaque in Missali Romano servata est. *Cum fabricaretur arca.* Quæ fuit prædicatio, hæc erat efficacior, quod facta acrius moveant, quam verba; & tamen solutionem a vinculis, post mortem his annuntiavit Christus, eosque participes suæ gloriæ effecit.

℣. 21. *Quod & vos nunc similis formæ salvos facit baptisma.* Argumento videtur uti a majori ad minus. Quod si mors Christi adeo efficax fuit, ut incredulos in extremo periculo conversos salvos faceret: quanto magis primitias fidelium per Baptismi aquas renovatas suæ resurrectionis participes efficiet? neque adeo mortem, & martyrium timere debetis. Hoc exemplo utitur Apostolus, quod Dei insignem misericordiam præ cæteris maxime commendet a mortis Christi inexhausta fœcunditate desumptum, cujus velut arrham in Baptismo acceperunt: quo tamquam diluvio peccatorum sordes sunt detersæ. Et quidem illud longe probabilius est, homines complures, qui diluvio perierunt, ad extremum usque non fuisse incredulos, postquam exitium certum iis fuit: alioqui prorsus amentes hi fuissent. Salvos nos facit baptisma, non ut carnis, sed ut animæ sordes abluat. *Interrogatio.* Non aqua sola est salutis causa, sed fides interior, quam palam catechumenus profitetur, dum ad interrogata respondet, ex meritis passionis Christi, cujus complementum est ejus resurrectio. *Vel conscientiæ bonæ interrogatio.* Et solemnis in Baptismo facta promissio, fore, ut puram & sanctam vitam agamus, cum Christo resurgentes.

CAPUT IV.

℣. 1. *Christo igitur passo in carne.* Vos igitur, qui per Baptismum mortis Christi fructum, atque illius impressionem accepistis, & pravis desideriis jam mortui estis, vos, inquam, peccato omnino mori debetis; ut deinceps vivatis Deo, exemplo Christi vos pati oportet, & carnis affectus cruci affigere.

℣. 2. *Ut jam non desideriis hominum.* Adeo, ut, quod reliquum est vitæ, non secundum desideria & concupiscentias hominum, sed secundum Dei voluntatem exigatis.

℣. 3. *Sufficit enim præteritum tempus.* Sufficit vobis more gentium vixisse hactenus, & majorem vitæ partem in luxu, lascivia, & petulantia exegisse.

℣. 4. *In quo admirantur.* Quod infidelibus miraculo est, vos cum illis in eandem confusionem, aut profusionem

vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.

5. Qui reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos, & mortuos.

6. Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est, ut judicentur quidem secundum homines in carne, vivant autem secundum Deum in Spiritu.

† *DOM. INF. OCTAV. ASCENS.* II. 7. Omnium autem finis appropinquavit. † Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

8. Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia *b* charitas operit multitudinem peccatorum.

b Prov. 10. 12.

9. Hospitales *c* invicem *d* sine murmuratione,

c Rom. 12. *Hebr.* 13. 2. *d Phil.* 2. 14.

10. Unusquisque *e* sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni *f* dispensatores multiformis gratiæ Dei.

e Rom. 12 6. *f* 1. *Cor.* 4. 2.

11. Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, * cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

III. 12. Charissimi, nolite peregrinari in fervore, qui ad tentationem vobis fit, quasi novi aliquid vobis contingat:

† *UNIUS MART. NON PONT.* 13. Sed † communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes.

14. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est ejus spiritus, super vos requiescit.

15. Nemo autem vestrum patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

16. Si autem ut Christianus, non erubescat; glorificet autem Deum in isto nomine.

17. Quoniam tempus est, ut incipiat judicium a domo Dei. Si autem primum a nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio?

g Prov. 11. 31. 18. Et *g* si justus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebunt?

19. Itaque & hi, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

in das Gemenge desselben unordentlichen Wesens, und lästern euch.

5. Welche werden Rechenschaft geben dem, der bereit ist zu richten die Lebendigen, und die Todten.

6. Denn deßhalben ist auch den Todten das Evangelium verkündiget, auf daß sie ja gerichtet werden nach dem Menschen im Fleische, aber im Geiste GOtt leben.

II. 7. Es ist aber nahe kommen das Ende aller Dinge. So seyd nun vorsichtig, und wachet im Gebeth.

8. Vor allen Dingen aber habt untereinander eine stäte Liebe: denn die Liebe bedecket die Menge der Sünden.

9. Seyd gastfrey, und herberget einander ohne Murmeln,

10. Und dienet einander, ein jeglicher mit der Gnade, die er empfangen hat, als die guten Austheiler der mannigfaltigen Gnaden GOttes.

11. So jemand redet, daß er es rede als GOttes Wort: so jemand ein Amt hat, daß er es thue, als aus dem Vermögen, so GOtt darreichet: auf daß GOtt in allen Dingen gepriesen werde durch JEsum Christum, welchem sey Ehre, und Gewalt in alle Ewigkeit. Amen.

III. 12. Ihr Liebsten, wollet euch nicht verirren im Eifer*, so euch zur Versuchung wiederfährt, als wiederführe euch etwas seltsames: * wegen der Hitze, und Verfolgung.

13. Sondern seyd theilhaftig des Leidens Christi, und freuet euch, auf daß ihr zur Zeit der Offenbarung seiner Herrlichkeit, auch Freude, und Fröhlichkeit haben möget.

14. Selig seyd ihr, wenn ihr geschmähet werdet über dem Namen Christi: denn die Ehre, und Herrlichkeit, und die Stärke GOttes, und sein Geist, ruhet auf euch.

15. Niemand aber unter euch leide, als ein Mörder, oder Dieb, oder ein Lästerer, oder fremden Guts begierig.

16. Leidet er aber als ein Christ, so schäme er sich nicht; er preise aber GOtt in diesem Namen.

17. Denn es ist Zeit, daß anfahe das Gericht an dem Hause GOttes. So er aber zum ersten an uns anfähet: was will es für ein Ende werden mit denen, die dem Evangelio GOttes nicht glauben?

18. Und so der Gerechte kaum selig wird, wo will der Gottlose, und der Sünder bleiben?* * erscheinen.

19. Deßhalben, so sollen auch die, so da leiden aus dem Willen GOttes, ihre Seelen GOtt empfehlen, als dem getreuen Schöpfer, mit guten Werken.

Das

---

sionem rerum omnium non concurrere, ac propterea maledictis & conviciis vos incessunt, quæ Apostolus silentio premit: forte nocturnos cœtus ut profanos & sacrilegos jam accusabant.

℣. 5. *Qui paratus est judicare.* Rationem reddent hujus tam atrocis calumniæ Christo Domino, qui judicaturus est vivos & mortuos; reddent, inquam, hujus calumniæ, & aliorum scelerum rationem: ac Christus illius judicii initium dedit; quando statim post mortem secundum animam descendit ad inferos.

℣. 6. *Propter hoc enim & mortuis evangelizatum est.* Mortuis impiis. Locus est perobscurus, quem multi referunt ad v. 19 superioris capitis, cui affinis hic videtur. Cornelius a Lapide de descensu Christi ad inferos, cum ipse Patribus nuntium liberationis attulit, hunc locum interpretatur; licet illi a mundanis hominibus æstimentur plane interiisse, tamen revera vivunt in spiritu, aut anima coram Deo. Quod autem contigit impiis in inferno conclusis, id ipsum accidet impiis omnibus, ut crucientur æterno supplicio; vel hoc Christi judicium apud inferos est sententia illius, qua sanctos Patres adjudicavit cœlo, & justam damnatorum sententiam manifestam fecit.

℣. 7. *Omnium autem finis appropinquavit.* i. Prope omnium, fidelium juxta & infidelium finis. *Estote ergo prudentes.* Gr. *Temperantes.* Aut modesti, aut sobrii.

℣. 8. *Quia charitas operit.* Gr. *Operiet.* Delet. Sa. Hæc ad motivum charitatis spectant, propria peccata accusare, aliena excusare & condonare, quod est exercitium charitatis, Prov. 10. 12.

℣. 9. *Hospitales invicem sine murmuratione.* Solent enim avari queri de hospitum multitudine, aut edacitate, aut de nimia libertate.

℣. 10. *Unusquisque sicut accepit gratiam — sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Quæ varia est pro diversitate talentorum, quæ Deus liberaliter impertit; eaque sunt aut verbi, aut ministerii dona.

℣. 11. *Si quis loquitur.* Ut doceat, aut consoletur afflictos. *Quasi sermones Dei.* Supple, loquetur ut Dei organum. Si quis instruendi munus & donum accepit a Deo. *Si quis ministrat.* Si quis in Ecclesia pauperum, aut ægrorum habeat curam. *Ex virtute, quam administrat Deus.* Ut manifestum sit Deum in eo operari.

℣. 12. *Nolite peregrinari in fervore.* Urente tribulatione, nolite ut rem novam mirari, aut percelli, si Deus probandi vestri gratia vos exploret. Ista enim voces Græcæ significant.

℣. 14. *Si exprobramini in nomine Christi.* Si nomen Christi vobis opprobrio vertitur. *Quod est honoris.* Nam Deus in vobis glorificatur. *Spiritus.* Qui est Spiritus fortitudinis & virtutis Dei super vos requiescit, ut stabiles vos & inconcussos efficiat. Græci addunt: *Qui per illos blasphematur, per vos glorificatur.*

℣. 17. *Quoniam tempus est, ut incipiat judicium.* Afflictio *a domo Dei.* Basilius id interpretatur de afflictionibus, quæ fidelibus imminebant.

℣. 18. *Et si justus vix salvabitur.* Græc. *Ægre.* Cum labore & molestia. *Impius & peccator.* Gr. *Comparebit?* Nempe in judicio; Proverb. 11. 31. juxta 70. Interpretes.

℣. 19. *Hi, qui patiuntur — commendent animas in benefactis.* Qui tam periculosa subeunt certamina, bonorum operum exercitiis, & precibus se continuo Deo commendent.

Das fünfte Capitel.

I. Er ermahnet die Bischöfe, und Priester, daß sie ihre anvertraute Schäflein mit dem Worte, und Exempel weiden; nicht um des eigenen Gewinns willen. 1. II. Den Jünglingen befiehlt er, demüthig, und allen unterworfen zu seyn, und ihr Vertrauen auf GOtt zu setzen. 5. III. Muntert die Gläubigen auf, als die GOtt nach wenigem Leiden bewähren, und belohnen wird. 10.

1. Die Priester, die unter euch sind, bitte ich, als ein Mitpriester, und Zeuge des Leidens Christi: der ich auch ein Mitgenoß der Herrlichkeit seyn werde, welche künftig soll offenbaret werden:

2. Weydet die Heerde GOttes, welche unter euch ist, und habt Aufsicht, nicht gezwungen, sondern freywillig nach GOtt: auch nicht um schändlichen Gewinns willen, sondern aus geneigtem Gemüthe:

3. Auch nicht als die Herrschenden über das Erbtheil: sondern, als die da worden sind aus Herzen ein Vorbild der Heerde.

4. Und wann der Erzhirte erscheinen wird, so werdet ihr auch die unverwelkliche Krone der Herrlichkeit empfangen.

II. 5. Ingleichen ihr Jungen, seyd den Alten unterthan. Erzeiget, und lehret einander die Demuth: denn GOtt widerstehet den Hoffärtigen, aber den Demüthigen giebt er Gnade:

6. Derowegen demüthiget euch unter die gewaltige Hand GOttes, auf daß er euch zur Zeit der Heimsuchung erhöhe:

7. Alle eure Sorge werfet auf ihn, denn er sorget für euch.

8. Seyd nüchtern, und wachet: denn euer Widersacher der Teufel gehet herum wie ein brüllender Löwe, und suchet, welchen er verschlinge:

9. Dem widerstehet fest im Glauben: und wisset, daß euren Brüdern, die in der Welt sind, eben dasselbige Leiden wiederfähret.

III. 10. Aber der GOtt aller Gnaden, der uns zu seiner ewigen Herrlichkeit berufen hat in Christo JESU, wird uns, die wir eine kleine Zeit gelitten haben, vollkommen machen, stärken, und bevestigen.

11. Dem sey Ehre, und Herrschaft in alle Ewigkeit. Amen.

12. Ich habe kürzlich geschrieben durch Silvanum, der auch ein getreuer Bruder ist, wie ich dafürhalte: bittend, und bezeugend, daß dieses die wahre Gnade GOttes ist, darinnen ihr stehet.

13. Euch grüßet die miterwählte Kirche, die zu Babylon ist, und Marcus mein Sohn.

14. Grüßet euch untereinander mit dem heiligen Kuß. Gnade sey mit euch allen, die ihr in Christo JEsu seyd. Amen.

CAPUT V.

I. Pastores Ecclesiæ monet, ut fideliter pascant Christi gregem verbo & exemplo. 1. II. Juniores hortatur ad obedientiam, omnibus inculcat humilitatem, fiduciam in Deo, sobrietatem, & vigilantiam. 5. III. Salutans precatur omnibus robur in tribulatione, gratiam denique & gloriam. 10.

1. Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior & testis Christi passionum: qui & ejus quæ in futuro revelanda est, gloriæ communicator:

2. Pascite, qui in vobis est gregem DEI providentes non coacte, sed spontanee, secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie:

3. Neque ut dominantes in cleris: sed forma facti gregis ex animo.

4. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

II. 5. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. *a* Omnes autem invicem humilitatem insinuate: quia Deus *b* superbis resistit, humilibus autem dat gratiam:

6. Humiliamini *c* † igitur sub potenti manu DEI, ut vos exaltet in tempore visitationis:

7. Omnem *d* solicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

8. Sobrii estote & vigilate: quia adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret:

9. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.

III. 10. Deus autem omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam suam gloriam in Christo Jesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

11. Ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.*

12. Per Silvanum fidelem fratrem vobis, ut arbitror, breviter scripsi: obsecrans & contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis.

13. Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coëlecta, & Marcus filius meus.

14. Salutate invicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Jesu. Amen.

a Rom. 12. 10.
b Jacob. 4. 6.
c Jacob. 4. 10
Psal. 54. 23.
† *DOM. 3. POST PENTEC.*
d Matth. 6. 25.
Luc. 12. 22.

CAPUT V.

℣. 1. *Seniores.* Presbyteros & Pastores, seu Episcopos, qui in vobis sunt, obsecro. *Consenior.* Conpresbyter, & Episcopus, cui suas oves supremus Pastor commisit pascendas. Præ humilitate se aliis æquat pastoribus, sic tamen, ut dictis suis & adhortationibus, ex dignitate sibi a Christo data, & vis & pondus maximum accedat; tum etiam testimonium suum ex eo multum auctoritatis habet, quod ut testis oculatus passionum Christi & ejus gloriæ, pastores omnes alloquatur. *Communicator.* Seu particeps, quod illi gloria resurrectionis Christi fuerit manifestata in monte Thabor; quæ quidem gloria in membra Christi aliquando se effundet.

℣. 2. *Pascite, qui in vobis est, gregem Dei.* Hinc liquet seniores ab eo dici non tam ætate, quam dignitate, & sacerdotio. Pastores obsecrat, ut gregem Dei sibi commissum sic regant, ut non inviti. *Sed spontanee.* Et ex amore Dei, solam illius gloriam spectantes eum regant; non turpe lucrum sectantes, ut mercenarii. *Sed voluntarie.* Prompto & alacri animo, atque ex charitate sincera.

℣. 3. *Neque ut dominantes in cleris.* Non pro imperio & ex potestatis suæ ostentatione. *Sed forma.* Adeo ut se præbeant velut formam & exemplar recte vivendi, ut quod jubent, primi exequantur. *Idque ex animo.* Citra simulationem, sed vere & sincere. *In cleris.* Græc. *In cleros.* In greges, qui vobis quasi sorte quadam obtigerunt.

℣. 6. *Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis.* In die judicii. Græc. *In tempore opportuno.*

℣. 7. *Omnem solicitudinem vestram projicientes.* Sic ostendetis vos humiliter de vobis, sublimiter autem de Deo sentire, si vobis diffisi, uni ipsi infinite sapienti fidatis. Bene S. Clemens initio *recognitionum* scribit: *Nos Christiani de nulla re vel eventu soliciti sumus, sed in Dei providentia plane conquiescimus, scientes nos illi curæ esse, ac ab eo per omnia dirigi, ut cuncta nobis cedant in bonum.*

℣. 9. *Scientes.* Eos consolatur, vel quia soli non patiuntur persecutionem, cum id commune sit omnibus fidelibus; vel quia Deus illis adest, qui patientiam eorum confirmet, quodque opus cœpit, perficiat, & adversus tentationes stabiliat.

℣. 12. *Obsecrans & contestans.* Adversus Judæos prædicatores eos munit; simul testatur veram esse & genuinam fidem, quæ iis fuit annuntiata.

℣. 13. *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone, coëlecta.* Simul vobiscum electa ad fidem & salutem. Aut Romam forte vocat Babylonem, non solum ob urbis amplitudinem, sed propter idolorum confusionem, & superstitionum omnium colluviem. *Et Marcus filius meus.* Quem fide & doctrina mea imbui: hic est Marcus Evangelista.

EPISTOLA II. BEATI PETRI APOSTOLI.

CAPUT I.

I. Hortatur ob memoriam maximorum, quæ a Deo acceperunt donorum ad varias virtutes, ut sic introitus in regnum Domini illis ministretur. 1. *II. Dicit, se brevi moriturum.* 13. *III. Suæ doctrinæ certitudinem ostendit ex Christo doctore, quem jubet audiri Pater.* 16. *IV. Moyses, & omnes Prophetæ.* 19.

Simon Petrus, servus & Apostolus JESU Christi, iis, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in justitia Dei nostri, & salvatoris Jesu Christi.

2. Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Jesu Domini nostri:

3. Quomodo omnia nobis divinæ virtutis suæ, quæ ad vitam & pietatem donata sunt, per cognitionem ejus, qui vocavit nos propria gloria, & virtute,

4. Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ, fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

5. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam:

6. In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,

7. In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

8. Hæc enim, si vobiscum adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Jesu Christi cognitione.

9. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

10. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.

Die zweyte Epistel des heiligen Apostels Petri.

Das erste Capitel.

1. Verwundert sich über die Gnade Christi, durch den uns GOTT alles schenket, auch die Theilhaftigkeit der göttlichen Natur, darum sollen wir durch gute Werke unsern Beruf gewiß machen. 1. II. Weißaget von seinem Tod. 13. III. Beweist die Sicherheit seiner Lehre aus Christo dem Lehrmeister, von dem der Vater zeuget. 16. IV. Auch Moyses, und andere Propheten. 19.

Simon Petrus, ein Knecht und Apostel JEsu Christi, denen, so gleichen Glauben mit uns überkommen haben, in der Gerechtigkeit unsers GOttes, und Heilandes JEsu Christi.

2. Gnade, und Friede vermehre sich bey euch, durch die Erkenntniß GOttes, und JEsu Christi unsers HErrn:

3. Wie dann alle Dinge seiner göttlichen Kraft, welche zum Leben, und zur Gottseligkeit dienen, geschenket sind, durch die Erkenntniß dessen, der uns durch seine eigene Herrlichkeit, und Kraft berufen hat,

4. Durch welchen er uns auch die allergrößten, und theuren Verheißungen geschenket hat: auf daß ihr durch dieselben der göttlichen Natur theilhaftig werdet, wenn ihr fliehet die Verderbung der Begierlichkeit, welche in der Welt ist.

5. So wendet ihr nun allen Fleiß daran, und übet in eurem Glauben die Tugend, in der Tugend aber Bescheidenheit:

6. In der Bescheidenheit aber Mäßigkeit, in der Mäßigkeit aber Geduld, in der Geduld aber Gottseligkeit,

7. In der Gottseligkeit aber brüderliche Liebe, in der brüderlichen Liebe aber die Liebe GOttes.

8. Denn, wo solche reichlich bey euch sind, so werden sie es euch nicht leer, noch unfruchtbar lassen in der Erkenntniß unsers HErrn JEsu Christi.

9. Welchem aber solche Dinge mangeln, der ist blind, und tappet mit der Hand, und vergißt der Reinigung seiner vorigen Sünden.

10. Darum, liebe Brüder, befleißiget euch destomehr, euren Beruf, und Auserwählung durch gute Werke gewiß zu machen: denn so ihr das thut, so werdet ihr nimmermehr sündigen.

11. Denn

CAPUT I.

℣. 1. *Simon Petrus.* Antiquum Simonis nomen cum posteriori Petri conjungit, ne quis dubitet hanc Epistolam ab eo ipso fuisse perscriptam. *Iis, qui coæqualem.* Gr. *Ejusdem pretii.* Aut præmii, quod fideles omnes manet, quodque est ipsa Dei fruitio. *In justitia.* Quæ hanc fidem comitatur, quamque Deus fidelibus impartitur. *Dei nostri & Salvatoris Jesu Christi.* Articulus voci Salvatoris non præfigitur, adeo ut divinitas Christi hinc confirmetur.

℣. 2. *Gratia vobis & pax adimpleatur.* Crescat & multiplicetur. *In cognitione Dei.* Per cognitionem.

℣. 3. *Quomodo omnia nobis.* Constructio Latina non parum videtur involuta: in Græco planior est sensus. Quemadmodum *omnia*, supple, dona, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donata sunt nobis. *Propria gloria & virtute.* Per propriam gloriam & virtutem. Unde in textu Græco hæc verba: *Divinæ virtutis suæ.* Per ablativum reddi debent; adeo ut hic sensus sit apertus: Gratia in vobis & pax impleatur, eadem ratione, qua dona pietatis reliqua vobis sunt donata, nimirum per fidem & cognitionem Dei & Salvatoris Jesu Christi. Atque ex eo salutandi modo occasionem sumit propositum argumentum pertractandi, & varios Christianæ pietatis progressus exponendi, a prima vocatione ad perseverantiam usque; vocationem eorum divinæ virtuti tribuit, quæ corda ipsa mutat per gratiam.

℣. 4. *Per quem maxima & pretiosa nobis promissa donavit.* Per quem Jesum Christum. Græci legunt, *per quæ.* Virtutem scilicet Dei & gloriam. *Divinæ consortes naturæ.* Per infusionem Spiritus sancti, & gratiam sanctificantem. *Fugientes.* Si vitaveritis eam, quæ hominibus inest, corruptionem.

℣. 5. *Vos autem curam omnem subinferentes.* Omni cura & diligentia adhibita. *Ministrate in fide.* Gr. *Suppeditate.* Vel exhibete virtutem, seu bona opera cum fide conjungite. *In virtute autem scientiam.* Seu prudentiam.

℣. 6. *In scientia autem abstinentiam.* Seu temperantiam: vox Græca ab omnibus illicitis continentiam significat, & moderationem. *In patientia autem pietatem.* Cultum Dei verum.

℣. 8. *Hæc enim, si vobiscum adsint.* Gagnæus suspicatur sic vertisse Interpretem: *Hæc [enim vobis cum adsint.* Sed exscriptorem disjuncta conjunxisse, & addidisse particulam *Si.* *Et superent.* Idque copiose, non vacuos, non bonorum operum inanes vos constituant. Hujus ædificii spiritalis, quod gradatione quadam descripsit, fundamentum est fides bonis operibus sociata. Virtutum exercitio adjicit scientiam, seu prudentiam, aut cognitionem vanitatis rerum, ex qua cognitione oritur abstinentia ab illicitis voluptatibus, quam sequitur patientia, dum sensuum illecebris resistitur. Vera pietas, amor proximi, & illius sublevatio, ac demum amor Dei sincerus fastigium imponit huic ædificio. Hæ virtutes si vobis insint, & in dies crescant, id efficient, ut cognitio Christi in vobis non sit sterilis, sed omnino fructuosa.

℣. 9. *Cui enim non præsto sunt hæc.* Cui hæc non adsunt. *Cæcus est.* Quod bonum est, a malo non valet secernere, nec meminit se a veteribus delictis purgatum fuisse, cum in eadem vitia relabatur.

℣. 10. *Quapropter fratres magis satagite.* Nunc ad perseverantiam eos adhortatur, ut per bona opera certam suam faciant electionem in his, quæ ad ejus executionem spectant. Nam per bona opera electio Dei nobis innotescit, hæc velut sigillum electioni divinæ imponunt. *Non peccantis aliquando.* Peccato lethifero; illud vitabimus, si eorum ipsum, quo tendimus, & viam, quæ in illud nos ducit, in oculis semper habeamus. *Non peccabitis.* Gr. *Non offendetis.* Non impinget.s.

11. Denn also wird euch reichlich gehandreicht * werden der Eingang in das ewige Reich unsers HErrn und Heilandes JEsu Christi. * eröffnet.

12. Darum will ich anfahen, und euch dieser Dinge allezeit erinnern: wiewohl ihr wisset, und gestärkt seyd in der gegenwärtigen Wahrheit.

II. 13. Denn ich achte es billig zu seyn, so lange ich in diesem Tabernackel bin, euch zu erwecken, und zu ermahnen:

14. Denn ich bin gewiß, daß ich meinen Tabernackel bald ablegen muß, wie dann auch der HErr JEsus Christus mir offenbaret hat.

15. Ich will aber Fleiß anwenden, daß ihr auch nach meinem Tod, stäts aller dieser Dinge ein Gedächtniß haben sollt.

III. 16. Denn wir sind den spitzfindigen Fabeln nicht nachgegangen, da wir euch die Kraft und Gegenwart unsers HErrn JEsu Christi kund gethan haben: sondern wir sind Anschauer gewesen seiner Majestät.

17. Da er empfieng von GOtt dem Vater Ehre, und Preiß, durch eine Stimme, die zu ihm geschah von der großmächtigen Herrlichkeit: Dieses ist mein geliebter Sohn, in dem ich ein Wohlgefallen habe, den sollt ihr hören.

18. Und die Stimme haben wir gehört vom Himmel herabfallen, da wir mit ihm waren auf dem heiligen Berge.

IV. 19. Und wir haben ein festers prophetisches Wort: und ihr thut wohl, daß ihr darauf acht habt, als auf ein Licht, das in einem dunkeln Orte leuchtet, bis der Tag anbreche, und der Morgenstern aufgehe in euren Herzen:

20. Dieses sollt ihr aber erstlich wissen, daß keine Weißagung der Schrift durch eigene Auslegung geschehe.

21. Denn keine Weißagung ist jemal aus menschlichem Willen hervorgebracht: sondern die heiligen Menschen GOttes haben geredet, was ihnen von dem heiligen Geiste ist eingegeben worden.

Das zweyte Capitel.

I. Ermahnt die Glaubigen, daß sie sich vor den Ketzern, und falschen Lehrern hüten. 1. II. Deren Sitten, und Leben er beschreibt. 10. III. Drohet ihrer Hoffart, und Geilheit die unausbleibliche Strafe. 17.

1. Es sind aber auch falsche Propheten unter dem Volke gewesen, wie auch unter euch falsche Lehrer seyn werden, welche verderbliche Ketzereyen einführen, und den HErrn, der sie erkauft hat, verläugnen, und also eine schnelle Verdammniß über sich führen:

2. Und viele werden ihren fleischlichen Lüsten folgen, durch welche der Weg der Wahrheit wird gelästert werden:

3. Und durch Geiz mit erdichteten Worten werden sie

11. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi.

12. Propter quod incipiam vos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate.

II. 13. Justum autem arbitror, quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione:

14. Certus, quod velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod & Dominus noster Jesus Christus *a* significavit mihi. *a Joan. 21. 19.*

15. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, ut horum memoriam faciatis.

III. 16. Non *b* † enim doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. *b 1. Cor. 1. 17.* † *IN TRANSFIGUR. DOMINI.*

17. Accipiens enim a Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapsa ad eum hujuscemodi a magnifica gloria: *c* Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. *c Matth. 17. 5.*

18. Et hanc vocem nos audivimus de cœlo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

IV. 19. Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: *

20. *d* Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit. *d 2. Tim. 3. 16.*

21. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

CAPUT II.

I. Monet cavendum ab hæreticis: Pseudoprophetæ sunt & multos seducent. 1. II. Prosequitur pravos eorum mores. 10. III. Vanam superbiam, effusam libidinem, & pœnam. 17.

1. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem:

2. Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur:

3. Et in avaritia fictis verbis de vobis negotia-

℣. 11. *Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri.* Ea ratione aditus ad æternum Christi regnum vobis patebit: nam bona opera instar clavis cœlum referant, & electionem nostram stabiliunt.

℣. 12. *Propter quod incipiam.* Gr. *Non negligam.* Curabo vos commonefacere; hæc in memoriam vestram revocabo.

℣. 14. *Certus, quod velox est depositio tabernaculi.* sc. Corporis mei per mortem, probabilius S. Petrus præsciebat horam mortis suæ, quam, verisimile est, ipsi fuisse revelatam in carcere Mamertino.

℣. 15. *Dabo operam -- ut horum memoriam faciatis.* An forte alias iis scripsit Epistolas, quibus regnum illud Christi æternum in eorum memoriam revocavit; an potius idipsum mox præstitit, transfigurationis historiam, cujus testis fuit oculatus, eorum animis subjiciens, ut gloriæ Christi & ejus regni apertissimum testimonium, quod a Deo Patre accepit. *Accipiens.* Cum accepisset. *Voce delapsa ad eum.* E nube illa splendida, in qua magnifica Dei gloria fulgebat. Tum enim Christus gloria & honore indutus est a Patre. *Ipsum audite.* Unus enim est magister noster, quem audimus in Ecclesia, ut in monte sancto Dei.

℣. 19. *Et habemus firmiorem propheticum sermonem.* Possumus, inquit Gagnæus, hic *firmiorem* non comparative, sed positive sumere, quomodo sæpe Græce & Latine sumitur; vel *firmiorem propheticum sermonem.* Hominum opinione, qui nostrum testimonium tanti non faciunt.

℣. 20. *Omnis prophetia.* i. Expositio Scripturæ *propria interpretatione non fit.* Nemini privato jus est Scripturas propria auctoritate interpretandi, sed hoc uni convenit Ecclesiæ, cui Sanctus Spiritus a Christo promissus fuit.

℣. 21. *Prophetia.* Is genuinus est Prophetæ character, ut & Spiritus Sancti afflatu scribat, & loquatur. Non de solis Prophetarum, sed de Scripturis omnibus hoc loco agitur.

CAPUT II.

℣. 1. *Erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis.* Pernicioſas. *Dominum negant.* Hominum cum Deo reconciliationem transferentes in Angelos: quod Simoniani præ cæteris faciebant, divinam Christo filiationem, & summum imperium detrahentes, quique varias fingebant fabulas circa Angelorum systema. *Superinducentes.* Accersentes sibi celerem perditionem. Sæpius in hæresiarchis cor ante corrumpitur per libidinem, quam animus per errorem.

℣. 2. *Et multi sequentur eorum luxurias.* Gr. *Perditiones.* Exitialem doctrinam. *Per quos.* In causa erunt, cur infideles de religione Christiana, quæ est una veritatis via, male sentiant, & loquantur.

℣. 3. *Fictis verbis de vobis negotiabuntur.* Instar mercatorum verbis compositis sua ornabunt prava dogmata, ut incautos decipiant; idque ut suam expleant avaritiam. *Non cessat.* Gr. *Non intermittitur.* Horum damnatio instat, nec torpescit manus Dei, quæ de iis sumet supplicium.

gotiabuntur: quibus judicium jam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.

a Job. 4. 18. Jud. 6. 4. Si *a* enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reservari.

b Gen. 7. 1. 5. Et originali mundo non pepercit, *b* sed octavum Noe justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.

c Gen. 19. 25. 6. Et *c* civitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens, eversione damnavit: exemplum eorum, qui impie acturi sunt ponens:

7. Et justum Loth oppressum a nefandorum injuria, ac luxuriosa conversatione eripuit:

8. Aspectu enim, & auditu justus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam justam iniquis operibus cruciabant.

9. Novit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem judicii reservare cruciandos:

II. 10. Magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes:

11. Ubi Angeli fortitudine, & virtute cum sint majores, non portant adversum se execrabile judicium.

12. Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem in his, quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt,

13. Percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias: coinquinationes, & maculæ deliciis affluentes, in conviviis suis luxuriantes vobiscum.

14. Oculos habentes plenos adulterii, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii:

um euch Kaufgewerbe treiben: über welche das Urtheil vorlängst her nicht säumig ist, und ihre Verdammniß schläft nicht.

4. Denn GOTT hat auch der Engel, die gesündiget haben, nicht verschonet, sondern sie mit Stricken der Finsterniß hinabgezogen zu der Hölle, und zu peinigen übergeben, daß sie zum Gerichte behalten werden.

5. So hat er auch den Anfang der Welt nicht verschonet, sondern Noe, den Prediger der Gerechtigkeit, den achten, bewahret, da er den Sündfluß über die Welt der Gottlosen geführet.

6. Ingleichen hat er die Städte Sodoma, und Gomorrha zu Aschen gemacht, umgekehret, und verdammt: und hat also ein Exempel gesetzt denen, so ins künftige gottlos sind:

7. Und hat erlöset den gerechten Loth, der unterdrücket war mit Schmach, und unkeuschem Wandel der Boshaftigen:

8. Denn er war im Anschauen und Hören gerecht: und wohnete bey denen, die von Tag zu Tag seine gerechte Seele plagten.

9. Der HErr weiß die Gottseligen aus der Anfechtung zu erretten: die Ungerechten aber auf den Tag des Gerichts zu behalten, damit sie gepeiniget werden.

II. 10. Vielmehr aber diejenigen, welche nach dem Fleische in der Lust der Unreinigkeit wandeln, und die Herrschaft verachten, freventlich sind, und viel von sich selbsten halten, und keinen Scheu tragen, Secten einzuführen, und zu lästern:

11. Da doch die Engel, so an Kraft und Stärke größer sind, das grausame Gericht nicht ertragen, das wider sie ergehen wird.

12. Diese aber sind wie die unvernünftigen Thiere, welche von Natur zu fangen, und zu würgen geneigt sind, und lästern, was sie nicht erkennen, und werden in ihrem Verderben zu Grunde gehen,

13. Und den Lohn der Ungerechtigkeit bekommen, als die das tägliche Wolleben für Lust achten: sie sind unflätig, und Schandflecken, und voller Wollust, und wollen in ihren Gastmahlen mit euch prassen.

14. Sie haben Augen, die voll Ehebruchs sind, und nimmer aufhören zu sündigen. Sie locken an sich die leichtfertigen Seelen, haben ein Herz, das im Geiz durchtrieben ist, und sind Kinder des Fluchs:

15. Sie

℣. 4. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit.* Longum hic videtur esse hyperbaton ad v. 9. usque. Gr. Si enim Angelis, cum peccassent, non pepercit, sed catenis caliginis in infernum detrusos tradidit in judicium reservatos. Augustinus sic exponit, quosdam ab initio Angelos peccasse, & in hujus caliginosi aëris ima detrusos ad diem judicii reservari amplius puniendos.

℣. 5. *Et originali.* Gr. *Antiquo.* Vel rudi & imperito. *Inducens.* Mundo impiis pleno. Id vero concludendum relinquit fore, ut Deus paucis hominibus non parcat, qui alios ab ipsa veritate abducunt: eos tantum a diluvio servavit incolumes, qui a mundi corruptione erant immunes.

℣. 6. *Et civitates Sodomorum &c. eversione damnavit.* Penitus evertit.

℣. 7. *Et justum Loth — eripuit.* Nefariorum hominum flagitiosam consuetudinem ferre amplius non valentem: durum est viro justo inter impios vitam agere.

℣. 8. *Animam justam iniquis operibus cruciabant.* Cum enim is esset casto auditu, atque aspectu, Sodomitæ iniquis suis operibus virum justum cruciabant.

℣. 9. *Novit Dominus pios de tentatione eripere.* Usque ad hunc locum hyperbaton esse, aut ellipsim, & ita supplendum existimat Gagnæus. Quod si neque Angelis, neque originali, seu primitivo mundo, neque Sodomæ & Gomorrhæ pepercit Deus, his doctoribus mendacibus non parcet: novit enim Deus pios eruere e tentationibus, quibus probantur. *Iniquos vero ad diem judicii reservare cruciandos.* Non quod ante judicium pœnas non luant, sed graviores erunt pœnæ assumptis corporibus.

℣. 10. *Magis autem eos.* Gr. Præcipue eos, qui in concupiscentiis immundis ambulant, cujusmodi erant falsi doctores, Sodomitarum abominationes, & impura desideria imitantes, ut Dæmonum superbiam, & originalis mundi insatiabilem avaritiam cum injustitia conjunctam. *Dominationemque contemnunt.* Rebellio est hæresis comes. *Audaces, sibi placentes.* Gr. *Pertinaces.* Et præfracti, uti & Dæmones. *Sectas.* Gr. *Opiniones.* Vel etiam Magistratus, quorum est gloriosa potestas, non verentur blasphemare, & conviciari: vox enim Græca *opinionem, & dignitatem* ex æquo significat, adeo ut videatur explicatio horum verborum, *dominationemque contemnunt.*

℣. 11. *Ubi Angeli fortitudine & virtute cum sint majores.* Cum sancti Angeli, licet purissimi & fortissimi, in malis principibus Dei auctoritatem revereantur, numquam homines impellunt ad rebellionem. Quin & Michael Dæmonem cum maledicentia & execratione non condemnavit, sed ad judicium Dei provocavit, ut testatur Judas v. 9. Quid ergo? an impurus homo & apostata Christi Apostolos conviciari & blasphemare audebit?

℣. 12. *Hi vero — naturaliter in captionem.* Gr. Natura in servitutem, & interitum genita, ut muta animalia, quæ in servitutem, & hominum alimoniam condita sunt. Sic hæretici Dæmonum prædæ futuri sunt; atque ut animalia irrationabilia, cum in rabiem aguntur, sine discrimine notos & ignotos invadunt; sic hæretici, quæ ignorant mysteria, hæc adoriuntur, & blasphemant; omnes sine discrimine invadunt. *Peribunt.* Ob corruptos mores.

℣. 13. *Coinquinationes & maculæ.* Inquinati, & maculati, ut sceleratum vocamus scelus. *In conviviis suis.* Una vobiscum se oblectantes, cum agapæ celebrantur. In vestra convivia licet casta & moderata se ingerunt, ut castitati mulierum insidientur; uti factum fuit a Gnosticis. Corruptio a corde in animum, & vicissim manat.

℣. 14. *Oculos habentes plenos adulterii.* Gr. Adulteræ, nihil aliud quam mulieres adulteras spectantes, explendæ libidinis causa, oculos habentes plenos. *Incessabilis.* Seu indesinentis delicti. *Pellicientes.* Gr. *Inescantes animas mutantes.* Nec bene firmatas; avaritiæ & rapinis sunt dediti, digni maledictione & execratione. Ut *filius mortis* dicitur *reus mortis.* Impudicorum libidines foras se produnt, & vix tegi possunt. *Avaritia.* Vox Græca πλεονεξία, omnem libidinem effrænem etiam significat.

15. Sie haben verlassen den rechten Weg, und haben nachgefolgt dem Balaam, des Sohns Bosor, der den Lohn der Ungerechtigkeit lieb hatte:

16. Aber er hat die Strafe seiner Unsinnigkeit empfangen: das stumme lastbare Thier redet mit einer menschlichen Stimme, und wehrete der Thorheit des Propheten.

III. 17. Diese sind Brunnen ohne Wasser, und Nebel, so vom Windwirbel umgetrieben, welchen die Dunkelheit der Finsterniß vorbehalten ist.

18. Denn sie reden mit hochprächtigen Worten die Eitelkeit, und locken durch Lust des Fleisches, und Geilheit diejenigen, die kaum ein wenig entflohen waren, von denen, so im Irrthum wandeln:

19. Sie verheißen ihnen Freyheit, da sie doch selbst Knechte des Verderbens sind. Denn von welchem jemand überwunden ist, dessen Knecht ist er worden.

20. Denn wenn sie der Unsauberkeit der Welt, durch die Erkenntniß unsers HErrn und Heilandes JEsu Christi entflohen sind, und wieder in dieselbe geflochten, und überwunden werden: so ist das Letzte mit ihnen ärger worden, als das Erste.

21. Denn es wäre ihnen besser, daß sie den Weg der Gerechtigkeit nicht erkannt hätten, als daß sie sich nach der Erkenntniß wieder zurückwenden von dem heiligen Gebothe, das ihnen gegeben ist.

22. Es ist ihnen aber wiederfahren das wahre Sprichwort: Der Hund frißt wieder, was er gespyen hat: und die Sau wälzet sich nach der Schwemme wieder im Koth.

Das dritte Capitel.

I. Lehret wider etliche Ketzer, daß wahrhaftig ein letztes Gericht seyn werde. 1. II. Dieses Gericht werde verschoben, damit die Menschen Zeit hätten, ihr gottloses Leben zu bessern. 13. III. Ermahnt die Glaubigen, im Glauben Christi fest zu stehen, und in Tugenden zuzunehmen. 17.

1. Sehet, dieses ist die andere Epistel, ihr Liebsten, die ich euch schreibe, darinnen ich euer aufrichtiges Gemüth durch Ermahnung erwecke:

2. Daß ihr gedenket an die Worte, die ich euch zuvorgesagt habe von den heiligen Propheten, und an eure Apostel, und an die Gebothe des HErrn und Heilandes.

3. Und wißt das zum ersten, daß in den letzten Tagen Spötter kommen werden, so mit Betrug umgehen, und nach ihren eigenen Lüsten wandeln werden,

4. Und sagen: Wo ist die Verheißung, oder seine Zukunft? denn von der Zeit an, daß die Väter entschlafen sind, bleibet alles also, wie es von Anfang der Creaturen gewesen ist.

5. Aber sie wollen freywillig nicht wissen, daß der Him-

15. Derelinquentes rectam viam erraverunt, *d* secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit: *d Jud.* 11.

16. Correptionem vero habuit suæ vesaniæ: subjugale mutum animal, *e* hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam. *e Num.* 22. 28.

III. 17. Hi *f* sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reservatur. *f Jud.* 12.

18. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur:

19. Libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, hujus & servus est. *g*

20. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, *h* his rursus implicati superantur: facta sunt eis *i* posteriora deteriora prioribus.

21. Melius enim erat illis non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.

22. Contigit enim eis illud veri proverbii: *k* Canis reversus ad suum vomitum: & sus lota in volutabro luti.

g Joan. 8. 34. *Rom.* 6. 16. & 20. *h Hebr.* 6. 4. *i Matth.* 12. 45. *k Prov.* 26. 11.

CAPUT III.

I. Contra Gnosticos, aliosque hæreticos horrorem extremi judicii inculcat. 1. *II. Illud differri, ut peccatores spatium habeant pœnitendi.* 13. *III. Monet omnes, ut in fide & gratia Christi fortes persistant, & in dies crescant.* 17.

1. Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem:

2. Ut memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum a sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Salvatoris.

3. Hoc primum scientes, quod venient *a* in novissimis diebus in deceptione illusores, juxta proprias concupiscentias ambulantes,

4. Dicentes: *b* Ubi est promissio, aut adventus ejus? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseverant ab initio creaturæ.

5. Latet enim eos hoc volentes, quod cœli erant

a 1. *Tim.* 4. 1. 2. *Tim.* 3. 1. *Jud.* 18. *b Ezech.* 12. 27.

℣. 15. *Secuti viam Balaam.* Seu avaritiam relicta veritate secuti sunt. *Ex Bosor.* Gr. *Filium Bosor.* Seu Boor, nam in ejusmodi nominibus interdum variant Græci & Hebræi.

℣. 17. *Hi sunt fontes sine aqua.* Nam aquam vitæ perdiderunt, quam veri Apostoli puram profundunt. Hæretici sunt fontes exarescentes. *Et nebulæ turbidæ.* Ventis & turbinibus, seu variis & peregrinis doctrinis agitatæ.

℣. 18. *Superba enim vanitatis loquentes.* Has scilicet aquas effundunt fontes lutosi, fastuosam & vanitate plenam doctrinam. *Pelliciunt.* Hos fructus proferunt hæ nubes, accendunt libidines, luxuriæ desiderla in iis, qui paulo ante ab erroribus idololatriæ, & prava hujus sæculi consuetudine soluti fuerant. *Qui paululum effugiunt illos, qui in errore conversantur.* Græc. Per carnalia desideria eos inescant, qui hominum in errore versantium consortia plane, seu revera, ὄντως, vitaverant.

℣. 19. *Libertatem illis promittentes.* Libertatem promittunt in omnibus, cum interim *servi sint corruptionis*, seu immunditiæ: liberior vivendi & sentiendi potestas sub libertatis Christianæ larva, in errorem plures inducit, quam exquisita eloquentia, aut quævis alia ratio.

℣. 20. *Si enim refugientes.* Qui enim refugerunt *coinquinationes mundi.* Per cognitionem Domini Jesu. *His rursus implicati superantur.* His facta sunt posteriora deteriora prioribus; nam scientes & volentes prævaricantur, & omnino voluntarie peccant.

℣. 22. *Canis reversus ad suum vomitum.* Proverbium est, cap. 26. Prov. *Et sus lota.* Aliud est proverbium, ac supplendum, reversa ad cœnum; frustra enim lota est.

CAPUT III.

℣. 1. *Hanc — secundam scribo epistolam.* Ergo utraque est Petri Apostoli genuina Epistola. *In quibus.* Epistolis. *Vestram excito sinceram.* Puram, & incorruptam. *Mentem in commonitione.* Per commonitionem.

℣. 2. *Ut memores sitis eorum, quæ prædixi, verborum a sanctis Prophetis.* Verborum, quæ a sanctis Prophetis accepistis, & mandatorum, quæ a sanctis Apostolis, quæque sunt Domini Salvatoris nostri.

℣. 3. *Hoc primum scientes.* Apostolus superiori capite fideles sui temporis admonuit, ut caverent ab Hæreticis, qui tum in Ecclesia grassari cœperant; nunc munit Christianos omnes, qui futuri sunt, adversus hæreses, quæ ad extremum usque judicium sunt prodituræ, præmissa præfatiuncula primo & secundo versiculo comprehensa. *Hoc primum scientes.* Illud ante omnia scitote futuros in novissimis temporibus. *In deceptione illusores.* Decipientes, & illudentes præcipua Christianæ religionis dogmata, resurrectionis imprimis, & extremi judicii.

℣. 4. *Dicentes.* Irrisorie. *Ubi est promissio adventus ejus.* Secundi nimirum Christi adventus. *Dormierunt.* Ex quo prisci mortui sunt, omnia sic permanent, ut a principio condita sunt. Hæ sunt usitatæ impiorum voces, quibus fidem infringere conantur, & peccatores lactare solent, quasi nulla huic mundo accedat unquam mutatio.

℣. 5. *Latet enim eos hoc volentes.* Ignorare volunt, quæ nescire tamen non possunt. *Quod cœli erant prius.* Quod cœli & terra verbo Dei consistant, & per idem verbum aboleri possint; terra de aqua tertia die emersit jussu divino, cum omni ex parte aquis operiretur. *Et per aquam.* Quidam vertunt, *& in aqua.*

erant prius, & terra, de aqua, & per aquam consistens Dei verbo.

6. Per quæ ille tunc mundus aqua inundatus periit.

7. Cœli autem, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem judicii, & perditionis impiorum hominum.

8. Unum vero hoc non lateat vos, charissimi, quia unus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus.

9. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.

c 1. Thess. 5. 2. Apoc. 3. 3. & 16. 15.

10. Adveniet *c* autem dies Domini, ut fur: in quo cœli magno impetu transient, elementa vero calore solventur, terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.

11. Cum igitur hæc omnia dissolvenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus, & pietatibus,

12. Expectantes, & properantes in adventum diei Domini, per quem cœli ardentes solventur, & elementa ignis ardore tabescent?

II. 13. Novos *d* vero cœlos, & novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat.

d Isa. 65. 17. & 66. 22. Apoc. 21. 1.

14. Propter quod, charissimi, hæc expectantes, satagite immaculati, & inviolati ei inveniri in pace:

e Rom. 2. 4.

15. Et *e* Domini nostri longanimitatem salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.

16. Sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles depravant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

III. 17. Vos igitur, fratres, præscientes custodite: ne insipientium errore traducti excidatis a propria firmitate.

mel auch zuvor war, dazu die Erde, so aus dem Wasser, und im Wasser bestehet, durch GOttes Wort.

6. Dadurch auch jene Welt zu der Zeit mit dem Wasser überschwemmet, und verderbet worden ist.

7. Die Himmel aber, so jetzt sind, sammt der Erde, sind durch dasselbige Wort bewahret gelegt, und jwerden zum Feuer behalten auf den Tag des Gerichts, und des Verderbens der gottlosen Menschen.

8. Eines aber sey euch unverhalten, ihr Liebsten, daß ein Tag bey dem HErrn ist, wie tausend Jahre, und tausend Jahre, wie ein Tag.

9. Der HErr verziehet seine Verheißung nicht, wie etliche meynen: sondern trägt Geduld um eurentwillen, dieweil er nicht will, daß jemand verlohren werde, sondern daß sich alle Menschen zur Buße bekehren.

10. Aber der Tag des HErrn wird kommen, wie ein Dieb: an welchem die Himmel mit großer Gewalt zergehen, und die Elemente von Hitze zerschmelzen werden, die Erde aber, sammt den Werken, so darinnen sind, werden verbrennen.

11. Dieweil nun dieses alles zergehen wird, wie sollt ihr dann geschaffen seyn im heiligen Wandel, und gottseligen Werken,

12. Zu warten, und zu eilen zu der Zukunft des Tages des HErrn, an welchem die Himmel durch Brand zergehen, und die Elementen von Hitze des Feuers zerschmelzen werden?

II. 13. Wir aber erwarten nach seiner Verheißung einen neuen Himmel, und eine neue Erde, darinnen Gerechtigkeit wohnet.

14. Darum, ihr Liebsten, dieweil ihr darauf wartet, so befleißiget euch ernstlich, daß ihr vor ihm unbefleckt, und ohne Mangel im Frieden gefunden werdet:

15. Und haltet die Langmüthigkeit unsers HErrn für eure Seligkeit: immassen auch unser liebster Bruder Paulus, nach der Weisheit, die ihm gegeben ist, euch geschrieben hat:

16. Wie er dann auch in allen Briefen thut, darinnen er von diesen Sachen redet, in welchen etliche Dinge schwer zu verstehen sind, welche Dinge die Ungelehrten, und Unbeständigen verkehren, wie auch die andern Schriften, zu ihrem eigenen Verderben.

III. 17. Derowegen, meine Brüder, dieweil ihr solches zuvor wisset, so verwahret euch: auf daß ihr nicht durch Irrthum der Unwitzigen abgeführt werdet, und von eurem eigenen festen Stande abfallet.

18. Wach-

℣. 6. *Per quæ.* Cœlum nimirum & terram, cuncta perierunt animalia: per cœlum, cum apertis cataractis vis ingens aquarum effusa est; per terram, cum rupti sunt fontes abyssi magnæ.

℣. 7. *Cœli autem, qui nunc sunt.* An eos latet, quod ut cœlum, seu aër, & terra diluvio mundum, nempe viventia cuncta inundaverunt ad ulciscendum impiorum flagitia? *Ita cœli.* Servati sunt, ut igne conflagrent. *In diem judicii.* Ad impiorum perditionem. Itaque ut mundus olim per aquam periit, sic per ignem peribit; ac cœlum & terra per idem verbum Dei sunt reservata ad perditionem impiorum. Judicium illud Dei ignorare volunt, ac propterea alios seducunt, quasi non futurus sit secundus Christi adventus, nec futura corporum resurrectio; atque per eum errorem apostasia illa, cujus meminit Paulus 2. Thess. 2. & secessio amplum sibi patefaciet aditum Antichristi temporibus.

℣. 8. *Unum vero hoc non lateat vos.* Illam vero impiorum irrisionem, quod adventus ille Christi retardetur, sic elidit Apostolus: Non retardat Dominus promissionis suæ effectum, quem constituto tempore præstabit; sed saluti hominum sua providentia consulit; neque apud eum est distinctio temporum, cui præsentia sunt omnia. *Sicut mille anni.* Deus nec locis, nec temporibus continetur; nulla temporis mora apud eum diuturna est, aut brevis.

℣. 9. *Non tardat Dominus promissionem suam.* Ille non retardat, qui constituto tempore præstat, quæ promisit; dilatio illa non aliud est quam Dei longanimitas. *Propter vos.* Gr. *Propter nos.*

℣. 10. *In quo die, cœli magno impetu.* Græc. *Cum sibilo.* Instar procellæ, cum strepitu. *Transient.* Nempe quoad partem sui superiorem seu quoad cœlos sydereos in majorem lucem & gloriam transferentur: quoad cœlos vero aëreos tam spissis nubibus, tonitruis &c. perturbabuntur, ut ipsi etiam supremi cœli ardere videantur. *Elementa calore solventur.* sc. Purgabuntur ab omni materia spuria & mixta, sicuti & metalla, & sana in primogenia sua elementa resolventur. Opus Dei semper perstabit, quo voluerit modo; sed ignis opera hominum destruet.

℣. 11. *Quales oportet vos esse.* Nisi velitis cum rebus perituris perire.

℣. 12. *Expectantes & properantes.* Quasi obviam euntes cum festinatione Christi adventui. *Tabescent.* Græc. *Liquescent.* Instar metallorum in fornace. *Per quem.* Adventum, aut diem; utrumque enim in Græco textu est feminini generis.

℣. 13. *Novos vero cœlos, &c.* Non igitur peribunt cœli quoad substantiam, quæ in meliorem statum est mutanda. Quamobrem *Justitia habitat.* Præsens pro futuro, habitabit: terrenorum bonorum sitim extinguat cœlestium expectatio. An soli justi in hoc mundo renovato habitabunt?

℣. 14. *Satagite.* Omni studio contendite. *Inveniri immaculati, & inviolati.* Sine gravioris macula peccati, & irreprehensibiles. *In pace.* Cum Deo, cum proximo, & propria conscientia.

℣. 15. *Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis.* Id referendum videtur ad caput 2. Epist. ad Roman. nisi forte in alia scriptum sit Epistola, quæ temporum injuria intercidit.

℣. 16. *Sicut & in omnibus epistolis.* Scripsit. *De his.* Nempe de adventu Domini, & de illius longanimitate. *In quibus.* Non forte Epistolis, (cum articulus non sit generis feminini,) sed verbis: inter quæ Pauli verba sunt quædam difficilia intellectu, quæ hæretici, *depravant, sicut & cæteras Scripturas.*

℣. 17. *Vos igitur, fratres, præscientes custodite.* Cavete, ne impiorum erroribus abducti, *excidatis a propria firmitate.* In qua estis constituti per doctrinam Apostolorum.

18. Wachset aber in der Gnade, und in der Erkenntniß unsers HErrn und Heilandes JEsu Christi. Demselbigen sey Ehre, nun und zu ewigen Zeiten. Amen.

18. Crescite vero in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

Die erste Epistel des heiligen Apostels Johannis.

Das erste Capitel.

I. Johannes verkündiget das unerschaffene Wort GOttes, so er mit Augen gesehen, durch welches wir zur Freundschaft GOttes erhoben werden. 1. II. Lehrt, daß GOtt ein Licht sey ohne Finsterniß, derowegen die Gläubigen in dem Lichte wandeln sollen. 5. III. Daß keiner ohne Sünde sey, sondern seine Sünden bekennen soll. 8.

Was da vom Anfang war, das wir gehöret, und mit unsern Augen gesehen, und beschauet, und unsere Hände betastet haben, von dem Worte des Lebens:

2. Und das Leben ist offenbaret worden, und wir haben es gesehen, und zeugen, und verkündigen euch das Leben, so ewig ist, welches bey dem Vater war, und ist uns erschienen:

3. Was wir gesehen, und gehört haben, das verkündigen wir euch, auf daß ihr auch mit uns Gemeinschaft habt, und daß unsere Gemeinschaft sey mit dem Vater, und mit seinem Sohne JEsu Christo.

4. Und solches schreiben wir euch, daß ihr euch erfreuet, und daß eure Freude vollkommen sey.

II. 5. Dieses ist aber die Verkündigung, die wir von ihm gehöret haben, und euch ankündigen: Daß GOtt ein Licht ist, und ist in ihm gar keine Finsterniß.

6. So wir nun sagen, daß wir Gemeinschaft mit ihm haben, und wandeln doch in der Finsterniß, so lügen wir, und thun die Wahrheit nicht.

7. So wir aber im Lichte wandeln, wie er auch im Lichte ist, so haben wir Gemeinschaft untereinander: und das Blut JEsu Christi, seines Sohnes, reiniget uns von aller Sünde.

III. 8. So wir sagen, daß wir keine Sünde haben, so verführen wir uns selbst, und die Wahrheit ist nicht in uns.

9. So wir unsere Sünden bekennen, so ist er getreu, und gerecht, daß er uns unsere Sünden vergebe, und reinige uns von aller Ungerechtigkeit.

10. So wir sagen, daß wir nicht gesündiget haben: so

EPISTOLA I. BEATI JOANNIS APOSTOLI.

CAPUT I.

I. Joannes, quod de Christo vidit, & audivit, aliis annuntiat, ut una cum ipso socientur Deo & Christo ejus Filio. 1. II. Cujus luce homines illuminantur, & cujus sanguine peccata mundantur. 5. III. Vorro, qui se peccasse negat, Deum mendacem facit. 8.

Quod fuit ab initio, quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ:

2. Et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis:

3. Quod vidimus, & audivimus, annuntiamus vobis, ut & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre, & cum Filio ejus Jesu Christo.

4. Et hæc scribimus vobis, ut gaudeatis, & gaudium vestrum sit plenum.

II. 5. Et hæc est annuntiatio, quam audivimus ab eo, & annuntiamus vobis: *a* Quoniam Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. *a Joan. 8. 12.*

6. Si dixerimus, quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus.

7. Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem: *b* & sanguis Jesu Christi, Filii ejus, emundat nos ab omni peccato. *b Hebr. 9. 14. 1. Petr. 1. 19. Apoc. 1. 5.*

III. 8. Si *c* dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. *c 3. Reg. 8. 46. 2. Par. 6. 36. Prov. 20. 9. Eccles. 7. 21.*

9. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.

10. Si dixerimus, quoniam non peccavimus:

CAPUT I.

℣. 1. *Quod fuit ab initio*, Gr. *erat*. Ut in Evangelio. *In principio erat Verbum*. Ipsum Verbum vitæ, seu vivum & visum, utpote caro factum. *Et manus nostræ contrectaverunt*. Cum dixit, palpate & videte. Quod fuit ab æterno, annuntiamus vobis; & ejus divinitatem prædicamus.

℣. 2. *Et vita manifestata est*. Particula, *Et*, sæpe in Scripturis pro causali sumitur, *quia*: hoc ipsum Verbum vitæ, seu vita ipsa per Incarnationem se manifestam fecit, eamque vidimus, & testamur, & annuntiamus vitam illam æternam, quæ in Patre erat abscondita, quæque apparuit vobis. Hæc est velut summa Evangelii, quam vobis prædicamus nos Christi Apostoli, testes oculati miraculorum, quæ vidimus, & doctrinæ cœlestis, quam audivimus. Quod more suo repetit; ut omnem suspicionem adversus hoc testimonium adeo luculentum testium multitudine confirmatum amoveat.

℣. 3. *Annuntiamus vobis, ut & vos societatem*. Gr. *Communionem*. In eadem fide & religione: idcirco tam faustum nuntium vobis annuntiamus, ut tanti boni sitis participes per Spiritum sanctum, qui hujus sanctæ societatis est nexus, quique nos cum Patre & Filio arctissime conjungit. Christiana Religio societas est hominum cum Christo, & per Christum cum Deo, & cum aliis hominibus per fidem.

℣. 4. *Hæc scribimus vobis, ut gaudeatis*. Propterea hanc scribit Epistolam, ut in illa firmum habeant & solidum gaudium, quod in eam societatem una cum Apostolis, cum Christo, cum Deo ipso admissi fuerint; atque illud gaudium ex fide, & bonorum cœlestium expectatione profectum, tam plenum est & verum, quam vana est & fallax ex bonis terrenis lætitia.

℣. 5. *Hæc est annuntiatio*. Quam audivit a Christo ipso, quæque in Evangelio continetur, hæc est: *Quoniam Deus lux est*. Lux mentium, lux intelligibilis, pura veritas, sanctitas, & justitia, quam sequi & imitari debemus, cui nullum est cum tenebris peccatorum commercium. Atque hæc prima est societatis illius, in quam acciti sumus, conditio, ut lumen illud peccatorum tenebris obscuratum excitemus.

℣. 6. *Si — in tenebris ambulamus, mentimur & veritatem non facimus*. Non ex fide vivimus, si promissa in Baptismo facta non præstamus.

℣. 7. *Si in luce*. Fidei, gratiæ, & virtutis *ambulamus, sicut & ipse in luce*. Veritatis plenissima. *Societatem habemus*. Seu associamur Deo. *Et sanguis Jesu Christi Filii ejus, emundat nos*. Iterum conjunctio, *Et*, causalis est, quia sanguis Christi emundat nos a peccatis, quæ ante fidem, & post acceptum Baptismum contraximus.

℣. 8. *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus*. Quisquis se asserit expertem peccati, de se nimium præsumit, & peccat. Itaque sincera infirmitatis suæ confessio est altera hujus societatis conditio; sola humilitas sincera est & vera, superbia est continuata dissimulatio. Voce metaphorica *luminis* puram & sanctam vivendi rationem, & Christi imitationem videtur intelligere.

℣. 9. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est*. Ut nobis parcat, quia vere pœnitentibus id promisit. *Justus*. Nam Christus hanc nobis veniam promeruit, & illi debita est hæc peccatorum remissio: hic est fructus sanguinis Christi. Vox etiam illa, *justus*, interdum misericordem & benignum significat.

℣. 10. *Si dixerimus, quoniam non peccavimus — verbum ejus non est in nobis*. Non intelligimus, hanc ejus doctrinam mente non retinemus: nam in Scripturis & in oratione Dominica contrarium nos docet.

mus: mendacem facimus eum, & verbum ejus non est in nobis.

CAPUT II.

1. Monet fideles per Christum Patri reconciliatos, in ejus societate fideliter persistere, cavere in posterum a peccatis, & Dei præcepta studiose complere. 1. II. Singulas hominum ætates ad Dei amorem & mundi fugam accendit: 12. III. Monet, ut fugiant hæreticos quasi Antichristos, & SS. Trinitatis fidem ac gratiam solicite foveant ac conservent. 18.

1. Filioli mei, hæc scribo vobis, ut non peccetis. Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum, justum:

2. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

3. Et in hoc scimus, quoniam cognovimus eum, si mandata ejus observemus.

4. Qui dicit, se nosse eum, & mandata ejus non custodit, mendax est, & in hoc veritas non est.

5. Qui autem servat verbum ejus, vere in hoc charitas Dei perfecta est: & in hoc scimus, quoniam in ipso sumus.

6. Qui dicit, se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.

7. Charissimi, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus est verbum, quod audistis.

8. *a* Iterum mandatum novum scribo vobis, quod verum est, & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen jam lucet.

9. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.

10. Qui *b* diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.

11. Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit, quo eat: quia tenebræ obcæcaverunt oculos ejus.

II. 12. Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen ejus.

13. Scribo vobis patres, quoniam cognovistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignum.

14. Scribo vobis infantes, quoniam cognovistis patrem. Scribo vobis juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum.

15. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo:

a Joan. 13. & 15. 12.

b Infr. 3. 14.

machen wir ihn zum Lügner, und sein Wort ist nicht in uns.

Das zweyte Capitel.

1. Ermahnet, daß wir in der Gemeinschaft mit GOtt, welche uns Christus erworben, standhaftig verbleiben, die Sünden meiden, und GOttes Geboth von der Liebe halten sollen. 1. II. Ermahnet zur Liebe, und Ehre GOttes, und zum Haß der bösen Welt: 12. III. Und zur Vermeidung der Ketzer, als des Antichrists, und beständiger Verharrung in dem Glauben der heiligen Dreyfaltigkeit, und Gnade GOttes. 18.

1. Meine Kindlein, dieses schreibe ich euch, auf daß ihr nicht sündiget. So aber jemand sündigen würde, so haben wir einen Fürsprecher bey dem Vater, nämlich JEsum Christum den Gerechten:

2. Und derselbige ist die Versöhnung für unsere Sünden: nicht allein aber für die unseren, sondern auch für die Sünden der ganzen Welt.

3. Und an dem wissen wir, daß wir ihn erkennen, so wir seine Gebothe halten.

4. Wer da sagt, er kenne ihn, und hält seine Gebothe nicht, der ist ein Lügner, und die Wahrheit ist nicht in ihm.

5. Wer aber sein Wort hält, in demselbigen ist wahrhaftig die Liebe GOttes vollkommen: und an dem wissen wir, daß wir in ihm sind.

6. Wer da sagt, daß er in ihm bleibe, der soll auch also wandeln, wie er gewandelt hat.

7. Ihr Liebsten, ich schreibe euch nicht ein neues Geboth, sondern das alte Geboth, das ihr habt von Anfang gehabt: das alte Geboth ist das Wort, das ihr gehöret habt.

8. Wiederum schreibe ich euch ein neues Geboth, das in ihm selbst, und in euch wahr ist: denn die Finsterniß ist vergangen, und das wahre Licht scheinet jetzt.

9. Wer da sagt, daß er im Lichte sey, und hasset seinen Bruder, der ist bisher noch in der Finsterniß.

10. Wer seinen Bruder liebet, der bleibet im Lichte, und ist keine Aergerniß bey ihm.

11. Wer aber seinen Bruder hasset, der ist in der Finsterniß, und wandelt in der Finsterniß, und weißt nicht, wohin er gehe: denn die Finsterniß hat seine Augen verblendet.

II. 12. Ich schreibe euch, meine Kindlein, daß euch die Sünden vergeben werden, um seines Namens willen.

13. Ich schreibe euch, ihr Väter, dieweil ihr den kennet, der von Anfang ist. Ich schreibe euch, ihr Jünglinge, dieweil ihr den Bösewicht überwunden habt.

14. Ich schreibe euch, ihr jungen Kinder, dieweil ihr den Vater erkennet habt. Ich schreibe euch, ihr Jungen, dieweil ihr stark seyd, und GOttes Wort bleibet in euch, und ihr habt den Bösewicht überwunden.

15. Habt nicht lieb die Welt, noch dasjenige, was in der Welt ist. Wo jemand die Welt lieb hat, in demselbigen ist die Liebe des Vaters nicht:

16. Denn

CAPUT II.

℣. 1. *Advocatum habemus apud Patrem, Jesum Christum justum.* Solus Christus est victima propitiationis pro peccatis nostris, non solus intercessor, ut docet August. in hunc locum. Adeoque dignissimus, qui a Patre impetret. Apostolus peccati deformitatem simul & remedium mentis oculis subjicit.

℣. 3. *Et in hoc scimus.* Fides ex bona vita & mandatorum observatione dignoscitur. *Quoniam cognovimus eum.* Non sterili scientia, sed cum affectu conjuncta; non novimus Deum ut veri Christiani, cum mandata ejus non servamus; vita nostra est fidei probatio, cum ex fide vivimus.

℣. 5. *Qui autem servat verbum ejus.* Non quodvis verbum, sed mandatum dilectionis intelligit ex Augustino; tumque perfecta est charitas, cum illa dominatur affectibus nostris, idque amamus, quod amari debet, & tantum diligimus, quantum est diligendum. *Quoniam in ipso sumus.* Tali modo sumus amici, & ipsi conjuncti.

℣. 7. *Mandatum vetus est verbum, quod audistis.* Cum primum Evangelium audistis. Quin etiam ab initio dictum est antiquis, *diliges proximum tuum.*

℣. 8. *Iterum.* Gr. Πάλιν, *e contrario.* Imo vero, aut verumtamen, novum est mandatum. *Quod verum est, & in ipso.* Scilicet in Christo, qui hujus dilectionis exemplum seipsum præbuit. *Et in vobis.* Etiam in vobis, quorum cordibus illud per Spiritum sanctum inscripsit; atque illa charitas fugatis tenebris lucere cœpit in mentibus vestris, ac verum lumen Evangelii.

℣. 10. *Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est.* Is non impingit, neque ex aliorum peccatis occasionem ruinæ sumit, ut solent, qui in tenebris ambulant.

℣. 11. *Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est.* Hic peccatorum tenebris involutus oberrat; pravo affectu corruptus male de fratre suo judicat, atque ita excæcatur, ut cæcitatem suam non sentiat; quæ bona sunt in aliis, non videt.

℣. 12. *Scribo vobis, filioli.* Filiolos vocat omnes, ad quos scribit, & pueros, & juvenes, & senes; eosque in tres velut classes dividit. Senibus, qui ut plurimum nosse vetera gloriantur, gratulatur, quod Christum, qui ab initio est, cognoverint; adolescentibus, qui de fortitudine sua sibi blandiuntur, quod malignum vicerint; pueris, quod Patrem, a quo omnia sperare possunt, ut verum Patrem, qui dat omnibus affluenter, invenerint.

℣. 15. *Nolite diligere mundum.* Vetat mundi amorem, quod ambo illi amores Dei & mundi inter se pugnent, quantum de uno detrahitur, tantum accedit alteri.

16. Denn alles, was in der Welt ist, das ist entweder Begierlichkeit des Fleisches, oder Begierlichkeit der Augen, oder Hoffart des Lebens: welche nicht aus dem Vater ist, sondern aus der Welt.

17. Die Welt aber vergehet, sammt ihren Lüsten. Wer aber den Willen GOttes thut, der bleibet in Ewigkeit.

III. 18. Meine Kindlein, es ist die letzte Stunde: und wie ihr gehöret habt, daß der Antichrist kömmt, also sind schon jetzt viel Antichristen worden: daher wir wissen, daß es die letzte Stunde ist.

19. Sie sind von uns ausgegangen, aber sie waren nicht von uns: denn wenn sie von uns gewesen wären, so wären sie freylich bey uns geblieben: aber damit an diesen offenbar werde, daß nicht alle von uns sind.

20. Ihr aber habt die Salbung von dem Heiligen, und wißt alles wohl.

21. Ich habe euch nicht geschrieben, als denen, welche die Wahrheit nicht wissen, sondern als denen, die sie wissen: und dieweil keine Lüge aus der Wahrheit ist.

22. Wer ist ein Lügner, als der da läugnet, daß JEsus Christus sey? Dieser ist der Antichrist, der den Vater, und den Sohn läugnet.

23. Ein jeglicher, der den Sohn läugnet, der hat auch den Vater nicht: wer aber den Sohn bekennet, der hat auch den Vater.

24. Was ihr nun von Anfang gehöret habt, das bleibe bey euch: so daß in euch verbleiben wird, was ihr von Anfang gehört habt, so werdet ihr auch im Sohn, und im Vater bleiben.

25. Und dieses ist die Verheißung, die er uns verheißen hat, das ewige Leben.

26. Dieses habe ich euch von denjenigen geschrieben, die euch verführen.

27. Was euch belanget, so laßt die Salbung, die ihr von ihm empfangen habt, bey euch bleiben. Und ihr habt nicht vonnöthen, daß euch jemand lehre: sondern, wie euch seine Salbung von allen Dingen lehret, also ist es wahr, und ist keine Lüge. So bleibet in ihm, wie er euch gelehret hat.

28. Und nun, meine Kindlein, bleibet in ihm: auf daß wir ein Vertrauen haben, wann er erscheinen wird, und in seiner Zukunft vor ihm nicht zu Schanden werden.

29. So ihr wißt, daß er gerecht ist, so wißt, daß auch ein jeglicher, wer die Gerechtigkeit thut, aus ihm geboh-

16. Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: quæ non est ex patre, sed ex mundo est.

17. Et mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

III. 18. Filioli, novissima hora est: & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt: unde scimus, quia novissima hora est.

19. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nam, si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.

20. Sed vos unctionem habetis a Sancto, & nostis omnia.

21. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est.

22. Quis est mendax, nisi is, qui negat, quoniam Jesus est Christus? Hic est Antichristus, qui negat Patrem, & Filium.

23. Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium, & Patrem habet.

24. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: si in vobis permanserit, quod audistis ab initio, & vos in Filio, & Patre manebitis.

25. Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam.

26. Hæc scripsi vobis de his, qui seducunt vos.

27. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, ut aliquis doceat vos: sed sicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo.

28. Et nunc filioli manete in eo: ut, cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in adventu ejus.

29. Si scitis, quoniam justus est, scitote, quoniam & omnis, qui facit justitiam, ex ipso natus est.

Das dritte Capitel.

I. Erweißt, wie vortrefflich die geistliche Geburt aus GOtt sey, deren Ende die ewige Seligkeit ist. 1. II. Dieselbe zu erhalten, muß man die Sünde fliehen, die brüderliche Liebe nicht allein mit Worten,

CAPUT III.

I. Inæstimabile beneficium divinæ adoptionis seu nativitatis ex Deo extollit. 1 II. Præscribit media ad illam retinendam, nempe studium sanctitatis, fraternam cha-

℣. 16. *Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, &c.* Mundi corruptio ad tria capita revocatur; ad voluptatem sensuum, quam Aug. vocat *libidinem sentiendi;* ad divitiarum, & ad inanem rerum visibilium cupiditatem; ac demum ad libidinem excellendi. Vox Græc. ἀλαζονεία, *insolentiam*, aut *arrogantiam* significat, quæ & dignitatum ambitionem, ac laudum humanarum aucupium includit. Hæc corruptio ex mundo est, & non ex Deo.

℣. 17. *Mundus transit.* Mundus & quidquid in eo nobis blanditur, brevis est ævi, cito transit, & ejus dilectores secum abripit. Qui vero divinæ voluntati obtemperat, ejus immutabilitatis fit particeps.

℣. 18. *Novissima hora est.* Instat novissimum tempus, multi quoque sunt Antichristi præcursores, seu hæretici, Christi hostes: itaque adversus hæreticos, quibus Dæmon ut ministris suis utitur, fideles munit. Ut Christus sua habet membra ab initio mundi, ita & Antichristus ab initio nascentis Ecclesiæ. *Antichristus venit.* Articulus voci Græcæ præpositus, singularem designat Antichristum, qui venturus est.

℣. 19. *Ex nobis prodierunt.* Gr. *Exierunt: Sed non erant ex nobis.* Hic est Ellipsis, quæ a Græcis sic impletur; hoc illis contigit, ut manifestum fiat eos non fuisse ex nobis, sed hypocritas; neque eos fuisse nobiscum sentientes. Erant quidem de Ecclesia, & in Ecclesia visibili: sed non erant ejus membra viva, aut fuerunt tantum ad tempus.

℣. 20. *Sed vos unctionem habetis.* Spiritus sancti gratiam, quæ vos docet omnia ad salutem necessaria, & hæreticorum vafritiem detegit: ex plenitudine Christi vos estis sanctificati, & per fidem nostis omnia; est enim fides compendiaria rerum omnium cognitio.

℣. 22. *Hic est Antichristus.* Hæc est Judaica hæresis, negare Jesum esse Christum: nam hoc est simul negare Patrem & Filium. Ea fuit prima hæresis, ac postrema futura est: in hoc Antichristi capitale dogma aliæ omnes hæreses desinent: indivisa est personarum divinarum cognitio & fides.

℣. 24. *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat.* Constantiam in fide, quæ viva voce iis annuntiata fuerat, quamque ab initio acceperant, quæ per traditionem ad eos pervenerat, ut præcipuum adversus hæreses alexipharmacum iis proponit, ac fore ut in Filio & Patre inconcussi permaneant, si constantes in fide fuerint; ac vitam æternam, ut mercedem iis pollicetur.

℣. 27. *Et vos unctionem.* Spiritus sancti: intus nos docet, qui cathedram habet in cœlo; homines pulsant aures corporis, Spiritus sanctus oculos cordis aperit. *Et vos unctionem.* Verba sic videntur disponenda: Quam vos accepistis unctionem ab eo, hæc maneat in vobis.

℣. 28. *Ut cum apparuerit, habeamus fiduciam.* Conscientia nos non reprehendente, intrepidi erimus in extremo Dei judicio.

℣. 29. *Omnis, qui facit justitiam, ex ipso natus est.* Qui Deum imitatur faciendo opera justa.

ritatem, & observantiam mandatorum. 7. III. Talem meruis puritatem, & fidem in Christum, omnia, quæ postulamus, a Deo impetrare. 20.

1. Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non novit nos, quia non novit eum.

2. Charissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus. Scimus, quoniam, cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum, sicuti est.

3. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est.

4. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.

5. Et scitis, quia ille apparuit, ut peccata
a Isa. 53. 9. nostra tolleret: *a* & peccatum in eo non est.
1. Petr. 2. 22. 6. Omnis, qui in eo manet, non peccat: & omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum.

II. 7. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit justitiam, justus est: sicut & ille justus est.

b Joann. 8. 44. 8. Qui *b* facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius DEI, ut dissolvat opera diaboli.

9. Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.

10. In hoc manifesti sunt filii DEI, & filii diaboli. Omnis, qui non est justus, non est ex DEO, & qui non diligit fratrem suum:

11. Quoniam hæc est annuntiatio, quam
c Joann. 13. 34. & 15. 12. audistis ab initio, *c* ut diligatis alterutrum.
d Gen. 4. 8. 12. Non sicut *d* Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniam opera ejus maligna erant: fratris autem ejus, justa.

† DOM. 2. POST PENTEC. 13. Nolite † mirari, fratres, si odit vos mundus.

14. Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fra-
e Lev. 19. 17. Supr. 2. 10. tres. *e* Qui non diligit, manet in morte:

15. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.

sondern auch mit Werken üben, und andere Gebothe GOttes halten. 7. III. Daß derjenige, so dieses verrichtet, alles von GOtt erhalten werde. 20.

1. Sehet, was für eine Liebe der Vater uns gegeben hat, daß wir GOttes Kinder heißen, und sind. Darum kennet uns die Welt nicht, dieweil sie ihn nicht kennet.

2. Ihr Liebsten, wir sind jetzt Kinder GOttes, und ist noch nicht offenbar worden, was wir seyn werden. Wir wissen aber, daß wir ihm, wann er sich offenbaren wird, gleich seyn werden: denn wir werden ihn sehen, wie er ist.

3. Und ein jeglicher, der diese Hoffnung auf ihn hat, der heiliget sich selbst, gleichwie er auch heilig ist.

4. Ein jeglicher, der Sünde thut, der übet Ungerechtigkeit: denn die Sünde ist Ungerechtigkeit.

5. Und ihr wißt, daß er erschienen ist, unsere Sünden hinwegzunehmen: aber es ist in ihm keine Sünde.

6. Ein jeglicher, der in ihm bleibet, der sündiget nicht: und ein jeglicher, der da sündiget, der hat ihn nicht gesehen, noch erkennet.

II. 7. Meine Kindlein, laßt euch niemand verführen. Wer Gerechtigkeit thut, der ist gerecht: wie er auch gerecht ist.

8. Wer Sünde thut, der ist aus dem Teufel: denn der Teufel sündiget von Anfang. Dazu ist der Sohn GOttes erschienen, daß er die Werke des Teufels zerstöhre.

9. Wer aus GOtt gebohren ist, der thut keine Sünde: denn sein Saame bleibet in ihm, und er kann nicht sündigen, dieweil er aus GOtt gebohren ist.

10. Hierinnen sind die Kinder GOttes, und die Kinder des Teufels offenbar. Wer nicht Gerechtigkeit thut, der ist nicht aus GOtt, wie auch der seinen Bruder nicht liebet:

11. Denn dieses ist die Verkündigung, die ihr von Anfang gehöret habt, daß ihr euch untereinander lieben sollt:

12. Nicht thun wie Cain, der aus dem Bösewicht war, und erschlug seinen Bruder. Und warum erschlug er ihn? darum, daß seine Werke böse waren: seines Bruders aber gerecht.

13. Verwundert euch nicht, meine Brüder, so euch die Welt hasset.

14. Wir wissen, daß wir vom Tod zum Leben gebracht sind, dieweil wir die Brüder lieben. Wer nicht liebet, der bleibet im Tode:

15. Und wer seinen Bruder hasset, der ist ein Todtschläger. Und ihr wißt, daß kein Todtschläger das ewige Leben in ihm bleibend hat.

16. Daran

CAPUT III.

℣. 1. *Videte, qualem charitatem dedit nobis Pater.* Considerate, quantum nos Deus dilexit, qui ad filiorum dignitatem nos evexit; neque id vos conturbet, quod mundus ut viles vos habeat & contemptibiles, quia nec vos novit, nec Deum. *Et simus.* Deest in Græco; apud Deum idem est *vocari & esse.*

℣. 2. *Nunc filii Dei sumus.* Etsi nunc sumus Filii Dei per adoptionem, nondum tamen apparuit, quid in gloria futuri simus, nimirum similes Christo per gloriam corporis & animæ. *Videbimus eum, sicuti est.* Hoc majus quiddam est, quam id omne, quod dici potest; videbimus Deum facie ad faciem. *Cum apparuerit Jesus Christus.*

℣. 3. *Et omnis, qui habet hanc spem in eo.* Qui in hanc spem firmam & solidam erigitur, omne peccatum fugere debet, ut Christus sanctus est, & purus ab omni peccati labe; spes omnis alia nos fallit. *Sanctificat se.* Purum se custodit.

℣. 4. *Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit.* Divinæ legis prævaricationem: hoc enim est peccatum, legis transgressio. Qui legem Dei violat, hic Christo adversatur, qui venit in mundum, ut auferret peccatum, tamquam victima Deo digna.

℣. 6. *Et omnis, qui peccat, non vidit eum.* Is Christum non novit, ea cognitione, quæ ad salutem confert: quis sit Christus, quid pro nobis passus effecerit, obliviscitur. *Nec cognovit.* Eum fide viva.

℣. 7. *Qui facit justitiam justus est.* Justitia, quæ operibus manifestatur.

℣. 8. *Qui facit peccatum, ex diabolo est.* Per charitatem sumus filii Dei, hanc adoptionem tueamur: peccatum mortale cum charitate & gratia habituali, quæ est velut semen Dei, simul esse nequit.

℣. 9. *Non potest peccare.* Quamdiu charitas in eo est, peccatum odio habet; vel insigne aliquod peccatum intelligit, cujusmodi est affectata infidelitas, agnitæ veritati non acquiescere: ac de hoc peccato loquitur Christus, Joan. 16. *De peccato quidem, quia non crediderunt in me.* Qui in Filium Dei est adoptatus, & natus ex Deo, peccatum non facit infidelitatis illius affectatæ. *Quia semen Dei.* Seu fides viva in eo est. *Et non potest peccare.* Per gratiam Dei in peccatum illud non labitur. Ita Gagnæus. Alii de peccato impœnitentiæ finalis intelligunt hunc locum; vel non potest peccare, quatenus est Filius Dei, vel abhorret a peccato.

℣. 10. *In hoc manifesti sunt filii Dei.* Hoc indicio manifesti fiunt: charitas filios Dei a filiis diaboli secernit.

℣. 11. *Quoniam hæc est annuntiatio.* Hoc est, quod vobis nuntiatum fuit jam ab initio Evangelii prædicati; vel amor proximi vetustissimum est Dei præceptum, cordibus nostris insculptum manu Creatoris, & renovatum verbo, exemplo & gratia Salvatoris.

℣. 12. *Non sicut Cain, qui ex maligno.* Diabolo, illud primum est peccatum filiorum Adam, idque ex invidia, quod opera ejus essent mala, & Abelis bona.

℣. 13. *Nolite mirari, fratres, si odit vos mundus.* Si homines mundo addicti, qui eodem spiritu reguntur, quo Cain, vos oderint, vos persequantur.

℣. 14. *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam.* Gratia Dei sumus translati, cum fratrem diligimus, & Deum in proximo.

℣. 15. *Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est.* Sibi ipsi vitam gratiæ adimit, & fratrem in corde suo interimit, cujus vita ipsi displicet, & cujus morte lætatur.

16. Daran haben wir die Liebe GOttes erkennt, daß er sein Leben für uns gelassen hat: so sollen wir auch unser Leben für die Brüder lassen.

17. Wer dieser Welt Güter hat, und siehet seinen Bruder Noth leiden, und schließt sein Herz vor ihm zu: wie bleibet in demselbigen die Liebe GOttes?

18. Meine Kindlein, laßt uns nicht lieben mit dem Worte, noch mit der Zunge, sondern mit dem Werke, und mit der Wahrheit.

19. Daran erkennen wir, daß wir aus der Wahrheit sind: und werden vor seinem Angesichte unsere Herzen bewahren.

III. 20. Denn so uns unser Herz strafet, so ist GOTT größer, dann unser Herz, und er weißt alle Dinge.

21. Ihr Liebsten, so uns unser Herz nicht strafet, so haben wir ein Vertrauen zu GOtt:

22. Und werden alles, was wir bitten, von ihm erlangen: dieweil wir seine Gebothe halten, und thun, was vor ihm wohlgefällig ist.

23. Und das ist sein Geboth: Daß wir glauben an den Namen seines Sohnes JEsu Christi, und einander lieben, wie er uns befohlen hat.

24. Und wer seine Gebothe hält, der bleibet in ihm, und er auch in ihm: und daran erkennen wir, daß er in uns bleibt, an dem Geist, den er uns gegeben hat.

Das vierte Capitel.

1. Lehrt, daß man die Geister unterscheiden soll aus den Früchten, nämlich aus der wahren Erkenntniß Christi, als wahren GOtt und Menschen. 1. II. Aus der Liebe, weil GOtt die Liebe ist, ꝛc. 7. III Erzählt die Früchten der Liebe: daß wir in GOtt, und GOtt in uns bleibe: daß die Liebe eine gute Hoffnung erwecke: daß die Liebe von uns die Furcht vertreibe. 15.

1. Ihr Liebsten, glaubet nicht einem jeglichen Geiste, sondern prüfet die Geister, ob sie aus GOTT sind: denn es sind viele falsche Propheten in der Welt ausgegangen.

2. Daran wird der Geist GOttes erkennet: ein jeglicher Geist, der da bekennet, daß JEsus Christus im Fleische gekommen ist, der ist aus GOtt:

3. Und ein jeglicher Geist, der JEsum auflöset, der ist nicht aus GOtt, und dieser ist der Antichrist, von welchem ihr gehöret habt, daß er kömmt, und er ist jetzt schon in der Welt.

4. Meine Kindlein, ihr seyd aus GOtt, und habt ihn überwunden, denn der in euch ist, derselbige ist größer, als der in der Welt ist.

5. Jene sind von der Welt: darum reden sie auch von der Welt, und die Welt höret sie.

16. In *f* hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. *f Joann. 15. 13.*

17. Qui *g* habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? *g Luc. 3. 11. Jac. 2. 15.*

18. Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.°

19. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus: & in conspectu ejus suadebimus corda nostra.

III. 20. Quoniam, si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, & novit omnia.

21. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum:

22. Et *h* quidquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata ejus custodimus, & ea, quæ sunt placita coram eo, facimus. *h Matth. 21. 22.*

23. Et *i* hoc est mandatum ejus: Ut credamus in nomine Filii ejus Jesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. *i Joann. 6. 29. & 17. 3.*

24. Et *k* qui servat mandata ejus, in illo manet, & ipse in eo: & in hoc scimus, quoniam manet in nobis de Spiritu, quem dedit nobis. *k Joann. 13. 34. & 15. 12.*

CAPUT IV.

I. Docet, Spiritus esse discernendos ex fructibus, ex vera cognitione & confessione Christi veri Dei & hominis. 1. II. Ex charitate seu vera Dei dilectione. 7. III. Cujus præcipuos fructus & effectus recenset, se manere in Deo, securum esse in judicio, carere timore servili &c. 15.

1. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex DEO sint: quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt in mundum.

2. In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis Spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est:

3. Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc jam in mundo est.

4. Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eum, quoniam major est, qui in vobis est, quam qui in mundo.

5. Ipsi *a* de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. *a Joann. 1. 47.*

6. Nos

℣. 16. *Ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Veræ charitatis exemplar in Christo moriente proponit nobis imitandum.

℣. 17. *Qui habuerit substantiam hujus mundi.* Facultates; cum frater in egestate est, aut necessitatem patitur, tum exercendi operis charitatis tempus maxime adest, eaque eleemosyna ex vero cordis affectu, & ex christiana pietate, non ex vanitate facienda. *Viscera.* Charitas, benignitas.

℣. 19. *Et in conspectu ejus suadebimus corda.* Non votis tantum, aut desiderio, sed reipsa stat vera charitas; id nobis ipsis omnino persuadebit, nos sincero animo, non verbis tantummodo, erga fratres bene esse affectos, & vera pietate duci. Hæc illius est merces, ut in conspectu Dei, & in extremo judicio securi simus; si corde & opere fratres nostros diligimus, conscientiam nostram tranquillam & securam reddemus in conspectu Dei.

℣. 20. *Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum.* Si conscientia nostra nos condemnaverit, aliud ore gerentes, aliud in pectore, quomodo Deum omniscium latere poterimus? Vel si cor nostrum jam nos condemnat & terret, quid nobis futurum est in extremo Dei judicio?

℣. 24. *Et in hoc scimus, quoniam manet in nobis de Spiritu.* Per Spiritum sanctum & charitatem ipsam novimus charitatem. Alii de missione visibili Spiritus sancti, qualis erat in primitiva Ecclesia, hæc verba interpretantur; idque ex iis, quæ sequuntur, colligunt.

CAPUT IV.

℣. 1. *Nolite omni spiritui credere, sed probate.* Examinate *spiritus* mentis vestræ & alienæ, impulsus & motiones, utrum sint juxta doctrinam Christi & Ecclesiæ.

℣. 2. *In hoc cognoscitur Spiritus Dei.* Primum argumentum Spiritus Dei in nobis manentis est mysterii Incarnationis aperta professio; nam ea est prima orthodoxæ fidei nota. In veteri Testamento Deuter. 13. veri a falsis Prophetis, qui præstigiis & fictis miraculis populum decipiebant, hoc ipso dignosci dicuntur, quod falsi Prophetæ unitatem Dei impugnarent. In novo Testamento vera missio prædicatorum hoc ipso fuit confirmata, quod Verbum incarnatum profitentes, quam annuntiabant fidem, hanc adstruebant per miracula.

℣. 3. *Et omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est.* Quod si aliqua ex parte hujus mysterii fides violetur, negando, Christum ante Incarnationem extitisse, tum divinitas ejus negatur, ut a Cerintho, & Ebione factum: si autem quis carnis humanæ tollat veritatem, ut Basilides, is solvit Christum, seu ejus Deitas, seu humanitas illi detrahatur. Una est in Christo persona, in qua divina & humana natura indivulse uniuntur. *Qui solvit Jesum.* Gr. *Qui non confitetur Jesum Christum venisse in carne, est Antichristus.* Ex Græco, & hic spiritus est Antichristi. *De quo audistis, quoniam venit.* Per suos præcursores nimirum; aut qui venturus est.

℣. 4. *Vos ex Deo estis -- & vicistis eum.* Sc. diabolum & Antichristum, hos rejecistis, & eorum doctrinam; Deus, qui in nobis pugnat, fortior est mundo, & diabolo, qui princeps hujus mundi nuncupatur.

℣. 5. *Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur.* Hinc etiam pseudoprophetæ dignoscuntur, quod iis utantur

6. Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.

II. 7. Charissimi, diligamus nos invicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis, qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum.

8. Qui non diligit, non novit Deum: quoniam † Deus charitas est.

† *DOM. 1. POST PENTEC*

9. In *b* hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

b Joann. 3. 16.

10. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11. Charissimi, si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere.

c Joann. 1. 18. 1. Tim. 6. 16.

12. Deum *c* nemo vidit umquam. Si diligamus invicem, Deus in nobis manet, & charitas ejus in nobis perfecta est.

13. In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.

14. Et nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit Filium suum Salvatorem mundi.

III. 15. Quisquis confessus fuerit, quoniam Jesus est Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse in Deo.

16. Et nos cognovimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

17. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo.

18. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate.

19. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos.

20. Si quis dixerit: quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quomodo potest diligere?

d Joann. 13. 34. & 15. 12. Ephes. 5. 2.

21. Et *d* hoc mandatum habemus a Deo: ut, qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

CAPUT V.

I. Pergit commendare fidem vivam seu conjunctam cum charitate ob alios eximios fructus, ob spiritualem filiationem. 1. *II. Ob victoriam mundi.* 4. *III. Ob testimonium Dei.* 7. *IV. Ob vitam æternam.* 11. *V. Ob fiduciam omnia a Deo impetrandi.* 14. *VI. Ob præservationem ab omni peccato.* 18.

6. Wir aber sind aus GOtt. Wer GOtt kennet, der höret uns: wer aus GOtt nicht ist, der höret uns nicht: daran erkennen wir den Geist der Wahrheit, und den Geist des Irrthums.

II. 7. Ihr Liebsten, laßt uns einander lieb haben: denn die Liebe ist aus GOtt. Und ein jeglicher, der liebet, der ist aus GOtt gebohren, und erkennet GOtt.

8. Wer nicht liebet, der kennet GOtt nicht: denn GOtt ist die Liebe.

9. Darinnen ist die Liebe GOttes gegen uns offenbar worden, daß GOTT seinen eingebohrnen Sohn in die Welt gesendet hat, daß wir durch ihn leben sollen.

10. Darinnen stehet die Liebe: nicht daß wir GOtt geliebet haben, sondern, dieweil er uns zuvor geliebet hat, und hat seinen Sohn gesendet zur Versöhnung für unsere Sünden.

11. Ihr Liebsten, hat uns GOtt also geliebet, so sollen wir uns auch untereinander lieben.

12. Niemand hat GOtt jemal gesehen. Wenn wir uns untereinander lieben, so bleibet GOtt in uns, und seine Liebe ist in uns vollkommen.

13. Daran erkennen wir, daß wir in ihm bleiben, und er in uns, daß er uns von seinem Geiste gegeben hat.

14. Und wir haben es gesehen, und bezeugen, daß der Vater seinen Sohn gesendet hat zum Heiland der Welt.

III. 15. Wer bekennet, daß JEsus der Sohn GOttes ist, in demselbigen bleibet GOtt, und er in GOtt.

16. Und wir haben erkennet, und geglaubt die Liebe, die GOTT gegen uns hat. GOTT ist die Liebe: und wer in der Liebe bleibet, der bleibet in GOtt, und GOtt in ihm.

17. Darinnen ist die Liebe GOttes vollkommen bey uns, daß wir ein Vertrauen haben am Tage des Gerichts: dieweil wir auch also in dieser Welt sind, wie er ist.

18. In der Liebe ist keine Furcht: sondern die vollkommene Liebe treibet die Furcht aus, denn die Furcht hat Pein: wer sich aber fürchtet, der ist in der Liebe nicht vollkommen.

19. Derowegen laßt uns GOtt lieben: denn GOtt hat uns zuvor geliebet.

20. So jemand sagt: ich habe GOtt lieb, und hasset seinen Bruder, der ist ein Lügner. Denn wer seinen Bruder nicht liebet, den er sichet, wie kann der GOtt lieb haben, den er nicht sichet?

21. Und das Geboth haben wir von GOtt: daß, wer da GOtt liebet, auch seinen Bruder lieben soll.

Das fünfte Capitel.

I. Lobt ferner den Glauben, so da wirket durch die Liebe, und zeiget an derselben Frucht, als nämlich die göttliche Geburt. II. Die Ueberwindung der Welt. III. Das Zeugniß GOttes. IV. Das ewige Leben. V. Die Zuversicht, alles von GOtt zu erhalten. VI. Die Verbewahrung vor allen Sünden.

1. Ein

---

tur rationibus, quas mundus ultro recipit, quæque ultra naturæ vires non patent, quod exempli gratia nihil existat, antequam nascatur, & alia ejusmodi. Sed apud Christi Apostolos omnia ex Deo manant; missionis eorum auctoritas miraculis stabilitur.

℣. 6. *Qui novit Deum, audit nos.* Doctrina Apostolorum ex Deo est; principiis utitur, quæ digna sunt Deo, & ejus omnipotentia.

℣. 7. *Quia charitas ex Deo est.* Ad charitatem in se spectatam redit, & ejus originem a Deo ipso repetit, qui est charitas increata; ex eo velut semine nos regenerat. *Et cognoscit Deum.* Cognitione experimentali; nihil est majus charitate, quæ ex Deo manat, quæ Dei filios efficit, & veram Dei cognitionem gignit.

℣. 10. *Misit Filium suum propitiationem pro peccatis.* Seu misit Filium tamquam hostiam pro peccatis abolendis, & Deo nobis propitiando: sed ad hoc nos ita dilexit, ait S. Aug. ut pariter eum diligamus.

℣. 12. *Deum nemo vidit unquam.* Etsi nemo viderit Deum in hac vita, est tamen in iis, qui charitatem habent, quæ in nobis est perfecta.

℣. 13. *Quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Ex diversis Spiritus sancti donis cognoscimus Deum manere in nobis. Cum enim Deus sub sensus nostros non veniat, de præsentia sua nos certos facere voluit per effectus Spiritus sancti, per miracula, per donum linguarum, & alia exteriora dona, quorum ipse Joannes & alii Apostoli sunt testes oculati: vel ex bonis operibus & amore rerum cœlestium Spiritum Dei in nobis esse novimus.

℣. 17. *In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum.* Ob hoc consummata fuit Dei in nos charitas. *Ut fiduciam habeamus.* Ut intrepidi simus in die judicii. *Quia sicut ille est.* Charitate plenus, & summe nos diligit, ita & nos summe illum, & propter eum fratres perfecte diligamus: sic tamen ut particula, *sicut*, non omnem similitudinem exprimat; & sicut ille manet in nobis, ita & nos sumus manentes in illo; crescente in nobis charitate, crescit in nobis humilis fiducia: *Sicut ille est.*

℣. 18. *Sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Perfecta charitas expers est timoris mere servilis: nam ubi solus est timor ex conscientia peccatorum, ibi non est perfecta charitas; hic timor pœnam habet, excruciat conscientiam, neque illi cum gaudio & fiducia perfectæ charitatis convenit: timore casto & filiali hoc timemus, ne Deo ipsi displiceamus. *Pœnam habet.* Græc. κόλασιν, *punitionem.* Fiduciam non habet. Hæc quoque verba: *Timor non est in charitate*, sic exponi possunt; qui charitatem habet perfectam, non re id timet, ne pro Deo pœnas & supplicia subeat; secus amor ille est adhuc imperfectus.

1. Ein jeglicher, der da glaubt, daß JEsus sey Christus, der ist aus GOTT gebohren. Und ein jeglicher, der denjenigen liebet, der gebohren hat, der liebet auch den, der von ihm gebohren ist.

2. Daran erkennen wir, daß wir die Kinder GOttes lieben, wann wir GOTT lieben, und seine Gebothe halten.

3. Denn dieses ist die Liebe GOttes, daß wir seine Gebothe halten: und seine Gebothe sind nicht schwer.

II. 4. Denn alles, was aus GOTT gebohren ist, das überwindet die Welt: und dieses ist der Sieg, der die Welt überwindet, unser Glaube.

5. Wer ist, der die Welt überwindet, als der da glaubet, daß JEsus der Sohn GOttes ist?

6. Dieser ist es, der durch Wasser, und Blut gekommen ist, JEsus Christus: nicht durch Wasser allein, sondern durch Wasser und Blut. Und der Geist ist es, der zeuget, daß Christus die Wahrheit ist.

III. 7. Denn drey sind, die Zeugniß geben im Himmel: Der Vater, das Wort, und der heilige Geist: und diese Drey sind Eins.

8. Und drey sind, die Zeugniß geben auf Erden: Der Geist, und das Wasser, und das Blut: und diese Drey sind Eins.

9. So wir nun der Menschen Zeugniß annehmen, so ist GOttes Zeugniß ja größer: denn dieses ist GOttes Zeugniß, welches größer ist, das er von seinem Sohne gezeuget hat.

10. Wer an den Sohn GOttes glaubet, der hat GOttes Zeugniß in sich. Wer an den Sohn nicht glaubet, der macht ihn zum Lügner: denn er glaubet nicht an das Zeugniß, das GOtt von seinem Sohne gezeuget hat.

IV. 11. Dieses ist aber das Zeugniß, daß uns GOTT das ewige Leben gegeben hat. Und solches Leben ist in seinem Sohne.

12. Wer den Sohn hat, der hat das Leben: wer den Sohn nicht hat, der hat auch das Leben nicht.

1. Omnis, qui credit, quoniam JESUS est Christus, ex Deo natus est. Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo.

2. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata ejus faciamus.

3. Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus: & mandata ejus gravia non sunt.

II. 4. Quoniam † omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. †DOM. IN ALBIS.

5. Quis *a* est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est Filius Dei? *a* 1. Cor. 15. 57.

6. Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas.

III. 7. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt.

8. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, & Aqua, & Sanguis: & hi tres unum sunt.

9. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est: quoniam hoc est testimonium Dei, quod majus est, quoniam testificatus est de Filio suo.

10. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se. ° *b* Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo. *b* Joan. 3. 36.

IV. 11. Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio ejus est.

12. Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet.

13. Hæc

CAPUT V.

℣. 1. *Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum.* Fidelem scilicet, qui credit in Christum; qui mat Christum, ejus membra odisse non potest.

℣. 2. *In hoc cognoscimus.* Certissimum argumentum amoris, quo diligimus Deum, amor noster erga proximum est, ac vicissim cum mandata Dei observamus, eum diligimus, & natos ex Deo: ita, ut amores illi duo una sint conjuncti, nec unus sine altero stare possit. Vere non diligitur proximus, nisi cum Deus amatur, & proximus propter Deum.

℣. 3. *Hæc est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodiamus.* Amor enim Dei mandatorum ejus observatione continetur, quæ magna ex parte ad amorem proximi referuntur. *Gravia non sunt.* Nihil enim amori grave est. Ex vitæ nostræ ratione, & ex ipsis operibus, an vere Deum & proximum diligamus, expendere debemus.

℣. 4. *Et hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Quod impossibile existimat mundus, id fides verum esse convincit. Hæc humilitati, & orationi conjuncta nos invictos facit; ea nos docet, quid amandum sit, quid fugiendum. Vincimus mundum, cum desideria carnis superamus, cum pravos subigimus affectus.

℣. 5. *Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est Filius Dei.* Fides, qua divinitatem Christi & incarnationem ejus credimus, victoriam de mundo & ejus incredulitate reportavit. Utrumque probat trium testium auctoritate, primum quidem Incarnationis mysterium, & naturæ humanæ veritatem in Christo probat ex descensu Spiritus sancti, aqua, & sanguine.

℣. 6. *Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem &c.* Venit enim Christus per aquam Baptismi nos salvaturus, non cum aqua sola, quam adhibebant Judæi, cui Joannes addidit pœnitentiam: sed in aqua & sanguine in cruce effuso. *Quoniam Christus est veritas.* Accessit Spiritus testimonium in Christi Baptismate, Joan. 1. *Super quem videris Spiritum descendentem, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.* Spiritus testificatur, Christum esse verum hominem, & Messiam. Itaque Christus nostra est victima, cujus sanguis nos redemit in cruce; purgat in Baptismo & in Sacramento pœnitentiæ, alit in Eucharistia. Hoc testimonium Spiritus sanctus reddit veritati Divinitatis & Incarnationis Christi.

℣. 7. *Quoniam tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Hic versiculus in quibusdam codicibus Græcis deest, ac verisimile est hunc erasum esse ab Arianis; observat vir doctus hunc locum frequentius in Latinis exemplaribus occurrere. Ab Eugenio quidem Carthaginis Episcopo anno 484. in confessione fidei, quam Hunnerico Vandalorum regi exhibuit, a Fulgentio quoque ad objectionem decimam Arianorum citatur; ac subinde Fulgentius existimat a B. Cypriano in Lib. de unitate Ecclesiæ ea verba laudari. Qua de re fusius differit Franciscus Lucas, Annot. 612. neque ea de re dubitare licet post decretum Conc. Trid. Sess. 4. Quin etiam in veteri vulgata editione habetur: Pater Christum agnovit ut filium per voces Prophetarum, per vocem in Baptismo Christi, & in ejus transfiguratione emissam; Filius divinitatem suam verbo, miraculis, resurrectione ipsa comprobavit; Spiritus sanctus donorum suorum effusione. *Et hi tres unum sunt.* In natura. Græc. *In unum sunt.* De uno & eodem Christo testificantur. Vel *unum sunt*, in essentia, aut unum in testimonio; quod ut concederemus, inquit, Hammondus, voces Græcas significare consensum testimonii, attamen is non excludit unitatem testium: nam ex unitate testium sequitur necessario consensus in testimonio, quamvis ex consensu testimonii colligi nequeat unitas testium.

℣. 8. *Tres sunt, qui testimonium dant in terra.* Tres sunt in cœlo, qui de Christi divinitate; tres in terra, qui de veritate naturæ humanæ testificantur; spiritus, quem moriens cum valido clamore emisit, aqua, quæ de ejus latere fluxit, sanguis, quo redempti sumus.

℣. 9. *Quoniam hoc est testimonium, quod majus est.* Hæc verba, *quod majus est*, desunt in Græco. *Quoniam si testimonium hominum accipimus.* An testimonium Dei ipsius rejiciemus?

℣. 10. *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.* Quod Deus testificatus est de Christo.

℣. 11. *Et hoc est testimonium.* Illud testimonium, quod Pater Filio reddidit, est vita æterna, quam nobis per Filium donavit; atque ex hoc ipso testatur Christum esse Deum: nam solus Deus largiri potest vitam æternam. Post peccatum vitam recipimus, quæ vera est animæ resurrectio; hanc accipimus a Deo ut a Patre, qui nos in filios adoptat in Christo, tamquam ejus membra, & in æternum, ut electos, si perseveremus.

℣. 12. *Qui habet filium.* Per fidem & amorem. *Habet vitam.* Gratiæ in re & gloriæ in spe.

13. Hæc scribo vobis: ut sciatis, quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei.
V. 14. Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum: quia, quodcumque pétierimus secundum voluntatem ejus, audit nos.
15. Et scimus, quia audit nos, quidquid petierimus: scimus, quoniam habemus petitiones, quas postulamus ab eo.
16. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico, ut roget quis.
17. Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem.
VI. 18. Scimus, quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum.
19. Scimus, quoniam ex DEO sumus: & mundus totus in maligno positus est.
c Luc.24.45. 20. Et scimus, quoniam Filius Dei venit, *c* & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus. Hic est verus Deus, & vita æterna.
21. Filioli, custodite vos a simulacris. Amen.

13. Dieses schreibe ich euch: damit ihr wißt, daß ihr das ewige Leben habt, ihr, die da glaubet an den Namen des Sohnes GOttes.
V. 14. Und dieses ist das Vertrauen, das wir zu ihm haben: daß er uns erhöret in allem, was wir bitten werden nach seinem Willen.
15. Und wir wissen, daß er uns erhöret, was wir bitten: ja wir wissen, daß wir die Bitte haben, die wir von ihm begehren.
16. Wer da weißt, daß sein Bruder eine Sünde begehet, die nicht zum Tode ist, der bitte, so wird demselbigen das Leben gegeben werden, der nicht zum Tode sündiget. Es ist eine Sünde zum Tode: für die sage ich nicht, daß jemand bitten soll.
17. Alle Ungerechtigkeit ist Sünde: und ist eine Sünde zum Tode.
VI. 18. Wir wissen, daß keiner sündiget, der aus GOtt gebohren ist: sondern die Geburt aus GOtt bewahret ihn, und der Bösewicht wird ihn nicht antasten.
19. Wir wissen, daß wir aus GOTT sind: und die ganze Welt liegt im Bösen.
20. Und wir wissen, daß der Sohn GOttes gekommen ist, und hat uns Verstand gegeben, daß wir den wahrhaftigen GOtt erkennen, und in seinem wahrhaftigen Sohne seyn. Dieser ist der wahrhaftige GOtt, und das ewige Leben.
21. Meine Kindlein, hütet euch vor den Abgöttern. Amen.

EPISTOLA II.
BEATI JOANNIS
APOSTOLI.

I. Electam hanc ejusque filios laudans in charitate, & fide confirmat. 1. II. Ne ab hæreticis seducantur, jubet eos vitari: cetera servat, donec ad eos veniens oretenus explicet. 7.

Senior, electæ dominæ, & natis ejus, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes, qui cognoverunt veritatem,

Die zweyte Epistel des heiligen Apostels Johannis.

I. Der Apostel lobt eine ehrliche und gottselige Matron, sammt ihren Kindern, und ganzem Hause, wegen des Glaubens, und der Liebe. 1. II. Ermahnt dieselbe, darinnen zu verharren, und die Ketzer zu fliehen, daß sie ihnen keinen Gruß an- oder zubiethen. 7.

Der Aeltere, der auserwählten Frauen, und ihren Kindern, die ich in der Wahrheit lieb habe, und nicht allein ich, sondern auch alle, welche die Wahrheit erkennet haben,

---

℣. 13. *Ut sciatis, quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei.* In Græco: *Et ut credatis in nomine Filii ejus.*
℣. 14. *Et hæc est fiducia.* Alterum est de Filio Patris testimonium; fiducia nimirum, quam ad eum per Filium habemus.
℣. 15. *Audit nos.* Semper exauditur justus, qui nihil aliud quam Dei voluntatem desiderat; at Deus tum exaudit, cum ea, quæ saluti non sunt utilia, denegat. Cum postulationes nostras benigne audierit, tum confidimus fore, ut deinceps eas exaudiat, idque per Jesum Christum.
℣. 16. *Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem.* Non de omni peccato lethali loquitur; quæ enim ex ignorantia, aut infirmitate admittimus, facilius remittuntur: sed de peccato ex pura malitia interpretari licet, & de obduratione, quod sæpius ad inferos ducit. Græca Scholia peccatum illud de finali impœnitentia exponunt, quod plane est irremissibile. Ejusmodi peccatum esse volunt, quo quis est tenax injuriarum, nec vult illatas remittere: eumque pro desperato habet Joannes: *Non pro illo dico, ut quis roget.* Ecclesiast. cap. 28. v. 3. & 5. *Homo homini reservat iram, & a Deo quærit medelam? Quis exorabit pro delictis illius?* Alii peccatum ad mortem interpretantur peccatum infidelitatis, quo quis post agnitum Deum ad idola revertitur; de quo Jerem. 14. 11. *Tu ergo noli orare pro populo isto, &c.* Quod spectat ad aliorum peccata, quæ ducunt ad damnationem, non audet Joannes fideles hortari, ut cum eadem fiducia Deum deprecentur; ab hoc tamen charitatis officio eos non deterret, quod utile semper est, saltem ei, qui illud præstat. Et quidem preces a fidelibus pro iis, qui e peccati sordibus tentant emergere, sunt perutiles, æque cum spe magna & fiducia quadam fiunt: motus enim doloris & pœnitentis opera sunt quædam vitæ initia; sed ubi peccator mortem ipsam amat, & nihil magis timet, quam ne pravi habitus moriantur, non oratur cum fiducia pro eo, qui non gemit, & mortem ipsam amat.
℣. 17. *Omnis iniquitas peccatum est.* Quod legi Dei repugnat. *Ad mortem.* Cum in eo quis perseverat; qui peccatum suum odit, atque ex eo quamprimum tentat emergere, huic auxilium denegari non debet; sed qui ruinam non sentit suam, frustra expectat tempus mortis: id quidem est Deo possibile: at vix ullus est sperandi locus, nisi Deus singulari quodam modo ei succurrat.
℣. 18. *Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat.* Hic versiculus eodem modo exponi potest, quo vers. 3. Atque immunitas illa a peccato mortali non est absoluta, cum justus omnis a justitia possit excidere, & sæpe excidat: sed post Baptismum justi non sunt amplius in eo statu corruptionis, in quo ante Baptismum fuerant, obcæcatum cor habentes: sed in eo sunt statu, ut a lethali peccato possint facilius abstinere. Itaque de renatis per Baptismum loqui videtur comparate ad priorem eorum statum; cujus rationem mox affert. *Sed generatio Dei conservat eum.* Græc. *Qui genitus est ex Deo, servat seipsum.* Qui in fide viva perseverat. *Et malignus non tangit eum.* Lethali vulnere.
℣. 19. *Scimus, quoniam ex Deo sumus.* Hujus discriminis inter duos illos status ea est ratio, quod regno gratiæ Dei jam simus subditi, illius imperio regamur.
℣. 20. *Et scimus, quoniam Filius Dei venit.* Hoc est insigne divinitatis Christi testimonium; veram Dei cognitionem mundo attulit & amorem. *Et simus in vero Filio ejus.* Græc. *Et sumus in illo vero, in Filio ejus Jesu Christo.* Id est, in Deo, & in Filio ejus, vel per Filium ejus. *Hic est verus Deus &c.*

EPISTOLA II. B. JOANNIS.

℣. 1. *Senior electæ.* Ex hujus Epistolæ inscriptione quæstio oritur non contemnenda, an vox illa, *Electa*, sit nomen proprium Matronæ, cui Apostolus hanc scribit Epistolam; eaque est communis & magis recepta interpretum sententia, cum ex more tum temporis usitato propria eorum, quibus scribebatur, nomina initio Epistolæ ponerentur: sic Epistolæ ad Timotheum & Titum in ipso limine Timothei & Titi præseferunt nomina. Alii tamen

2. Um der Wahrheit willen, die in uns bleibet, und bey uns seyn wird in Ewigkeit.

3. Gnade sey mit euch, und Barmherzigkeit, und Friede von GOtt dem Vater, und von Christo JEsu, dem Sohne des Vaters, in der Wahrheit, und Liebe.

4. Ich habe mich sehr erfreuet, daß ich von deinen Kindern gefunden habe, welche in der Wahrheit wandeln, wie wir ein Geboth vom Vater empfangen haben.

5. Und nun bitte ich dich, liebe Frau, nicht, als wenn ich dir ein neues Geboth schreibe, sondern, was wir von Anfang gehabt haben, daß wir uns untereinander lieben sollen.

6. Dieses ist aber die Liebe, daß wir wandeln nach seinen Gebothen. Denn dieses ist das Geboth: daß ihr in demselbigen wandelt, wie ihr von Anbeginn gehöret habt.

II. 7. Denn es sind viel Verführer in die Welt ausgegangen, die nicht bekennen, daß JEsus in das Fleisch gekommen sey: dieser ist der Verführer, und der Antichrist.

8. Sehet euch vor, auf daß ihr nicht verliehret, was ihr gewirket habt: sondern, daß ihr vollen Lohn empfahet.

9. Wer abweichet, und nicht in der Lehre Christi bleibet, der hat GOtt nicht: wer aber in der Lehre bleibet, der hat den Vater, und den Sohn.

10. So jemand zu euch kömmt, und bringet diese Lehre nicht, denselbigen nehmet nicht in das Haus, und grüßet ihn auch nicht.

11. Denn wer ihn grüßet, der macht sich seiner bösen Werke theilhaftig.

12. Ich hätte euch wohl vielmehr zu schreiben, aber ich habe es durch Papier und Dinte nicht thun wollen: denn ich hoffe, daß ich zu euch kommen, und von Mund zu Munde mit euch reden werde, damit eure Freude vollkommen sey.

13. Es grüßen dich die Kinder deiner Schwester, der Auserwählten.

2. Propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum.

3. Sit vobiscum gratia, misericordia, pax a Deo Patre, & a Christo Jesu, Filio Patris, in veritate, & charitate.

4. Gavisus sum valde, quoniam inveni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus a Patre.

5. Et nunc rogo te Domina, non tamquam mandatum novum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus *a* alterutrum. *a Joan. 13. 34. & 15. 12.*

6. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum mandata ejus. Hoc est enim mandatum: ut, quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis.

II. 7. Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem: hic est seductor, & Antichristus.

8. Videte vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis: sed ut mercedem plenam accipiatis.

9. Omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem, & Filium habet.

10. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis.

11. Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus ejus malignis.

12. Plura habens vobis scribere, nolui per chartam, & atramentum: spero enim, me futurum apud vos, & os ad os loqui, ut gaudium vestrum plenum sit.

13. Salutant te filii sororis tuæ electæ.

Die dritte Epistel des heiligen Apostels Johannis.

I. Johannes lobt Gajum, wegen seiner Gottseligkeit, und Barmherzigkeit, daß er die Fremdlinge aufnehme, und derselben pflege. 1. II. Straft Diotrephis Kargheit, und Hochmuth, welcher nicht allein die Glaubigen nicht beherberget, sondern auch diejenigen, welche sie aufnehmen, aus der Gemeinde verstoßt. 9. III. Rühmt nach aller Zeugniß den Demetrium, und deutet an, daß er bald bey ihnen seyn werde. 12.

Der Aeltere, Gajo, dem Liebsten, den ich in der Wahrheit lieb habe.

2. Mein Liebster, ich wünsche vor allem im Gebeth, daß

EPISTOLA III. BEATI JOANNIS APOSTOLI.

I. Gajum collaudat, quod in veritate ambulet, & peregrinos humane excipiat. 1. II. Diotrephis superbiam, calumnias, & inhumanitatem arguit. 9. III. Demetrio optimum perhibet testimonium, subjungens, se illum brevi invisurum. 12.

Senior Gajo charissimo, quem ego diligo in veritate.

2. Charissime, de omnibus orationem facio prospere

tamen videtur eam vocem esse honoris aut dignitatis, quemadmodum vox *Senior* est dignitatis, eaque pro Episcopo interdum usurpatur. Nam Presbyteri & Episcopi nomen in ipso nascentis Ecclesiæ exordio promiscue interdum usurpari, valde est probabile; idque colligi potest ex Actorum cap. 20. Itaque iis videtur nomen, *Electa*, non esse nomen proprium, sed appellativum, quo personæ, cui scribitur, qualitas designatur. Imo in ea sententia Oecumenius, hac voce aliquam designari Ecclesiam, cui suppresso nomine certas ob rationes scribit Joannes Apostolus. Serarius Oecumenium sequitur, atque in eam sententiam valde propendet Auctor Analyseos Gallicæ, differt. 23. quæ consuli potest.

℣. 2. *Propter veritatem.* i. Veram Doctrinam & solidam pietatem, quæ tot inter hostiles insultus manet, & manebit in æternum.

℣. 3. *Sit vobiscum gratia.* Adoptionis, qua Pater nos in filios adoptavit. *Misericordia.* Hæc meritorum Christi, qui pro nobis justitiæ Dei satisfecit, fructus est, ut pax Spiritus sancti. *In veritate.* Cum fidei veritate.

℣. 4. *Sicut mandatum accepimus a Patre.* Per Christum, qui dedit nobis præcepta recte credendi & vivendi.

℣. 6. *Et hæc est charitas.* In hoc posita est charitas, ut mandatis obsequamur.

℣. 7. *Quoniam multi seductores exierunt in mundum.* Gr. *Introierunt.* Exierunt, qui prius latebant. *Qui non confitetur, hic est seductor, & Antichristus.* Antichristi præcursor.

℣. 8. *Videte vosmetipsos, ne perdatis &c.* In textu Græc. *Ne perdamus.* Ne fructum laborum amittamus; juxta vulgatam sententiam eos admonet, ne fructum bonorum operum perdant, si non perseverent; bonorum operum merita confirmat Apostolus.

℣. 9. *Omnis, qui recedit.* Qui fidem Christi deserit. *Deum non habet.* Alienus est a Deo.

℣. 11. *Communicat.* Cum salutis periculo, aut fratrum scandalo.

℣. 12. *Futurum.* Venturum.

℣. 13. *Filii.* Aut filii sororis Electæ, aut fideles Ecclesiæ, ubi tum erat Joannes.

EPISTOLA B. JOANNIS III.

℣. 1. *Senior Gajo charissimo.* Seniorem se vocat Joannes, quia & dignitate & ætate superabat omnes Episcopos. Dubitatur, an is sit Gajus, de quo Rom. 16. 23. & 1. Cor. 1.

℣. 2. *De omnibus orationem facio prospere te ingredi.* Seu ante omnia precor, seu voveo te in omnibus prosperari, seu prospere agere in cunctis negotiis.

prospere te ingredi, & valere, sicut prospere agit anima tua.

3. Gavisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.

4. Majorem horum non habeo gratiam, quam ut audiam, filios meos in veritate ambulare.

5. Charissime, fideliter facis, quidquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos,

6. Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ: quos, benefaciens, deduces digne Deo.

7. Pro nomine enim ejus profecti sunt, nihil accipientes a Gentibus.

8. Nos ergo debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis.

II. 9. Scripsissem forsitan Ecclesiæ: sed is, qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes, non recipit nos.

10. Propter hoc, si venero, commonebo ejus opera, quæ facit, verbis malignis garriens in nos: & quasi non ei ista sufficiant, neque ipse suscipit fratres: & eos, qui suscipiunt, prohibet, & de Ecclesia ejicit.

11. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui benefacit, ex Deo est: qui malefacit, non vidit Deum.

III. 12. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibemus: & nosti, quoniam testimonium nostrum verum est.

13. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi.

14. Spero autem protinus te videre, & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

es dir wohl gehe, und daß du gesund seyest*, wie es deiner Seele wohl gehet. *wohl lebest.

3. Ich habe mich sehr erfreuet, da die Brüder kamen, und Zeugniß gaben deiner Wahrheit, wie du dann in der Wahrheit wandelst.

4. Ich habe keine größere Freude, als daß ich hören mag, daß meine Kinder in der Wahrheit wandeln.

5. Mein Liebster, du thust treulich, was du verrichtest an den Brüdern, und das an den Fremdlingen,

6. Welche vor dem Angesichte der Gemeinde deiner Liebe Zeugniß gegeben haben: und du wirst wohl thun, wenn du sie leitest*, wie sich vor GOtt gebühret. *begleitest.

7. Denn sie sind ausgezogen um seines Namens willen, und haben von den Heyden nichts genommen.

8. Derowegen sollen wir solche Leute aufnehmen, auf daß wir Mitarbeiter der Wahrheit werden.

II. 9. Ich hätte vielleicht auch an die Gemeinde geschrieben: aber Diotrephes, der gerne unter ihnen der Oberste wäre, nimmt uns nicht auf.

10. Darum, wenn ich kommen werde, will ich ihn seiner Werke erinnern, die er thut, und schwätzt böse Worte wider uns: und gleich, als wenn er damit nicht ersättiget wäre, nimmt er die Brüder selbst nicht auf: und wehret denen, die sie annehmen, und stosset sie aus der Gemeinde.

11. Mein Liebster, folge nicht dem Bösen nach, sondern dem Guten. Wer Gutes thut, der ist aus GOtt: wer Böses thut, der hat GOtt nicht gesehen.

III. 12. Dem Demetrio wird von jedermann Zeugniß gegeben, auch von der Wahrheit selbst: so geben wir ihm auch Zeugniß: und du weißt, daß unser Zeugniß wahr ist.

13. Ich hätte dir noch viel zu schreiben: aber ich wollte nicht mit Dinte und Feder zu dir schreiben.

14. Ich hoffe aber dich bald zu sehen, so wollen wir mündlich miteinander reden. Friede sey mit dir. Es grüßen dich die Freunde. Grüße die Freunde, jeden insonderheit mit Namen.

EPISTOLA CATHOLICA
B E Λ T I J U D Æ
APOSTOLI.

I. Monet, ut firmi sint in tradita semel fide adversus insurgentes hæreticos, impios ac lascivos. 1. *II. Prædicit de horum supplicio in modum Judæorum, ac Sodomorum, cum & ipsi nullum veriti, effræne serantur in omnem carnis concupiscentiam.* 5. *III. Illos per vaticinia Enoch, & Apostolorum terret: & Christianos ad orationem, castitatem, charitatem, & zelum animarum hortatur.* 14.

Judas, Jesu Christi servus, frater autem Jacobi, his, qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Jesu conservatis, & vocatis.

2. Misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur.

3. Charissimi, omnem solicitudinem fa-

Die Catholische Epistel
des
heiligen Apostels Judä.

I. In dieser kurzen, aber sinnreichen Epistel ermahnt der Apostel die Gläubigen, standhaftig im rechten Glauben zu verharren. 1. II. Erzählt: Es werde den Verführern gehen, wie den gotteslästerlichen Jüden in der Wüste, und geilen Sodomiten, und Gomorrhäern. 5. III. Bringt derbey die Weissagung Enoch, und anderer Propheten, welche sie solchen Verführern vorgesagt: für welche sich dann die Gläubigen desto fleißiger vorzusehen haben. 14.

Judas, ein Knecht JEsu Christi, und ein Bruder Jacobi, den Geliebten in GOtt dem Vater, und den Erhaltenen und Berufenen in Christo JEsu.

2. Barmherzigkeit, und Friede, und Liebe werde in euch erfüllet.

3. Ihr Liebsten, da ich allen Fleiß that von eurem gemei-

℣. 3. *Veritati.* Sinceræ pietati tuæ.
℣. 4. *Gratiam.* Gr. *Gaudium.*
℣. 5. *Fideliter facis.* Rem fideli dignam.
℣. 6. *Quos, benefaciens, deduces digne Deo.* Pro dignitate, quæ servos Dei decet. Gr. *Bene faciens deduxeris.* si eos deduxeris.
℣. 8. *Debemus suscipere hujusmodi, ut cooperatores simus veritatis.* Verbi Dei præcones. *Veritatis.* Gr. *Veritati.* Evangelii propagationi. Seu, *ut cooperatores simus veritatis.* Ut Liranus ait: Si foverimus obsequio & officio veritatis præcones, comparticipes sumus, quasi alieno ore & opera veritatem promulgantes.
℣. 10. *Si venero, commonebo ejus opera.* Reducam in mentem. Budæus, Judicabo. Verisimile est hunc Diotrephen hæreticum fuisse, quem ut ambitiosum, & calumniatorem, ac durum in fratres Apostolus reprehendit.
℣. 11. *Noli imitari malum.* sc. Malum exemplum Diotrephis. *Ex Deo est.* Amicus Dei & in gratia. *Non vidit Deum.* i. Practice non novit, quia per fidem vivam non agnoscit.

EPISTOLA B. JUDÆ.

℣. 1. *His, qui sunt in Deo Patre dilectis.* Gr. Sanctificatis. *Et Christo Jesu conservatis.* Per Christum Jesum conservatis, & vocatis. Electos triplici charactere, vocatione nimirum, justificatione, & perseverantia insignitos designat. *Vocatis.* Qui ex mera Dei voluntate ad fidem vocati sunt. *Frater Jacobi.* sc. Minoris.
℣. 2. *Misericordia, & pax, & charitas adimpleatur.* Gr. *Multiplicetur.* Misericordia sua Pater in conversione nostra nos prævenit. Filius, qui est pax nostra, sua merita nobis applicat, & Spiritus sancti charitatem diffundit in cordibus nostris.
℣. 3. *Omnem solicitudinem faciens scribendi vobis.* Cum semper id valde optaverim de communi vestra salute ad vos scribere, nunc id omnino necessarium judicavi, quod res ipsa dilationem amplius non ferat. *Deprecans.* Gr. *Adhortans* vos, ut decertetis adversus religionis hostes pro fide, quæ semel tradita est sanctis; nec aliam in-

qui-

meinen Heil euch zu schreiben, bin ich genöthiget worden, euch zu schreiben, und zu bitten, daß ihr streitet für den Glauben, der den Heiligen einmal gegeben worden ist.

4. Denn es sind etliche Menschen neben eingekommen, (welche vor Zeiten zu diesem Urtheil beschrieben worden sind) gottlose Leute, welche die Gnade unsers GOttes zur Geilheit ziehen, und den einigen Herrscher, und unsern HErrn JEsum Christum verläugnen.

II. 5. Ich will euch aber erinnern, die ihr einmal alles wißt, daß JEsus, nachdem er das Volk aus Aegyptenland erlöset, zum andernmal diejenigen umgebracht hat, welche nicht glaubten.

6. So hat er auch die Engel, welche ihr Fürstenthum nicht behalten, sondern ihre Behausung verlassen haben, dem Gerichte des großen Tages zu ewigen Banden unter der Dunkelheit vorbehalten.

7. Wie auch Sodoma, und Gomorrha, sammt den umliegenden Städten, welche auf gleiche Weise, wie sie ihre Unzucht ausgeübet hatten, und nach anderm Fleische gegangen waren, zum Exempel worden sind, und die Strafe des ewigen Feuers tragen.

8. Desselbengleichen beflecken auch diese ihr Fleisch, verachten die Herrschaften, und lästern die Majestät.

9. Als der Erzengel Michael mit dem Teufel zankte, und sich beredete über den Leib Moysis, durfte er kein Urtheil der Lästerung fällen, sondern sprach: Der HErr gebiethe dir.

10. Diese aber lästern alles, was sie nicht verstehen: was sie aber natürlicher Weise wissen, wie die unvernünftigen Thiere, darinnen verderben sie.

11. Wehe ihnen, denn sie sind den Weg Cains gegangen, haben sich durch die Verführung Balaams um Lohn ausgeschüttet, und sind durch den Widerspruch * Core zu Grunde gegangen.

* Widerstreit, Aufruhr.

12. Diese sind Schandflecken in ihren Gastmahlen, und prassen ohne Furcht, und weiden sich selbst, Wolken

ciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis, deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.

4. Subintroierunt enim quidam homines, (qui olim præscripti sunt in hoc judicium) impii, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & Dominum nostrum Jesum Christum negantes.

II. 5. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Jesus populum de terra Ægypti salvans, *a* secundo eos, qui non crediderunt, perdidit: *a Num.* 14. 37.

6. Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in judicium magni diei, vinculis æternis sub caligine *b* reservavit. *b* 2. *Petr.* 2.

7. Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ civitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. *Gen.* 19. 24.

8. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, majestatem autem blasphemant.

9. Cum *c* Michael Archangelus, cum diabolo disputans, altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus. *c Zach.* 3. 2.

10. Hi autem, quæcumque quidem ignorant, blasphemant: quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

11. Væ illis, quia in *d* via Cain abierunt, & *e* errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione *f* Core perierunt. *d Gen.* 4. 8. *e Num.* 22. 23. *f Num.* 16. 32.

12. Hi sunt in epulis suis maculæ, convivantes sine timore, semetipsos pascentes, *g* nubes *g* 2. *Pet.* 2. 17.

quiratis, præter eam, quam ex traditione accepistis, eamque propugnetis contra hæreticos, qui clam irrepserunt in Ecclesiam, ut eam doctrinæ & morum perversitate corrumpant.

℣. 4. *Qui olim præscripti.* De quibus ante scriptum & prænuntiatum fuit, fore, ut in hunc reprobum sensum inciderent, aut hoc adversum se judicium subirent. *Qui Dei nostri gratiam transferentes.* Qui libertate Christiana abutentes in luxuriam, in dissolutos mores eam transferunt, & Christi divinitatem negant; vel *præscripti sunt*, sententia supremi judicis condemnati.

℣. 5. *Commonere autem volo scientes.* In memoriam revocare volui, non ut ignorantes docere, quod olim accepistis. *Quoniam Jesus;* seu *Josue*, ut nonnullis videtur: sed de Christo Jesu Judam loqui verisimilius est. *Salvans.* Gr. Cum salvasset Dominus. *Secundo.* Postea. *Eos, qui non crediderunt, perdidit.* In priorem incredulitatem lapsos. Filii Israel in deserto semper rebelles, & pervicaces, semel & iterum omnino increduli fuerunt, primum ante transitum maris rubri, Exodi 14. v. 11. & seq. cum iis instaret Pharao: quod peccatum iis dimisit Deus: sed Num. 14. v. 37. cum redire vellent in Ægyptum, & ducem alium a Moyse sibi constituere, acerbas dederunt pœnas. Hoc justitiæ divinæ exemplum iis proponit Apostolus. Sic fideles, quos primum Deus salvavit per Baptismum, secundo perdet, si ad hæreticos deficiant.

℣. 6. *Angelos vero, qui non servaverunt suum principatum.* Apostasiam rebellium Angelorum iis in secundum proponit exemplum. *Qui non servaverunt suum principatum.* Primævam suam dignitatem, vel originem: eadem est sententia, & iisdem pene verbis expressa in secunda Petri Epistola cap. 2. Tertium exemplum affert v. 7. Sodomæ & Gomorrhæ. *Post carnem alteram.* Quo quidem loquendi genere abominationes contra naturam indicat, in quas hæretici ipsi incurrebant. *Exfornicatæ.* Pessima libidine abrepti. *In Exemplum.* Divinæ ultionis; ignis supplicium ardori libidinis respondet.

℣. 8. *Similiter & hi.* Gr. Additur ἐνυπνιαζόμενοι, *consopiti.* i. e. Somniis suis & vanis illusionibus delusi corpus omni spurcitia fœdant, ut Sodomitæ. *Dominationem.* Christo divinitatem detrahunt. Qui verborum sensus cum v. 4. consentit; vel juxta alios interpretes, Dei & ministrorum ejus dignitatem spernunt, publicam potestatem & leges omnes contemnunt; primi illi Hæresiarchæ libidinibus dediti, & legitimis potestatibus infensi, quæ in religione sunt sanctiora, impugnabant.

℣. 9. *Cum Michael archangelus cum diabolo altercaretur.* Moderationem Michaelis opponit hæreticorum audaciæ; ille namque convicio & maledictis uti noluit adversus Diabolum, sed his tantum usus est verbis: *Imperet tibi Dominus.* Gr. *Increpet.* Aut coërceat te Dominus. Corpus Moysis sublatum fuisse ab Angelo, ex cap. ultimo Deuter. colligitur. Sunt qui putent Apostolum id sumpsisse ex scriptura apocrypha, ita Gagnæus. Quam quidem historiam, tum in libris apud Judæos celebratis contineri valde probabile est. Serrarii conjectura est probabilis, diabolum contendisse, ut corpus Moysis in terram promissionis inferretur, ne in terra Moab regione sibi addicta sepeliretur, neve ab ejus reliquiis damnum aliquod acciperet. *Judicium inferre blasphemiæ.* Eum condemnare cum execratione. Verus enim Dei zelus cum modestia conjunctus est.

℣. 10. *Quæcumque quidem ignorant, blasphemant.* In his, quæ non noverunt, uti sunt divina mysteria, blasphemos sermones texunt; quæcumque naturali instinctu, ut muta animalia norunt, in iis corrumpuntur; ventri tantummodo serviunt, & cupiditatibus; seipsos ingluvie & obscœnis libidinibus fœdant.

℣. 11. *Væ illis, quia in via Cain abierunt.* Cum veneno errorum fideles interimunt, Caini invidiam & pravos mores sectantur. *Balaam.* Quæstus causa prava docent dogmata. *Perierunt* ut *Core*, qui detrectans legitimam Moysis auctoritatem, misere periit; sic illi adversus Ecclesiam rebelles peribunt.

℣. 12. *Hi sunt in epulis suis.* Gr. *Agapis.* Eorum intemperantiam exprobrat, qui charitatis convivia in comessationes convertebant. *Maculæ.* Vox Græc. σπιλάδες, cavernosas maris rupes significat, quæ non prævisæ naufragium afferunt. Sic impostores illi, dum simulata amicitia cum fidelibus epulantur, nisi ab iis caveatur, naufragium creant. *Nubes sine aqua.* Et hoc ipso leviores, a ventis circumactæ, nec salutari doctrina fideles irrigant. *Arbores autumnales.* Gr. *Deficientes autumni.* Quæ florent in autumno. *Bis mortuæ.* Fructu spoliatæ & foliis; in radice & ramis omni humore destitutæ. *Eradicatæ.* Præ schismate ab Ecclesia avulsæ. Hæretici leves & inconstantes nubium sterilium instar, arbores sunt autumnales, quæ fructum afferunt marcidum: Gnosticos forsan indicat.

nubes sine aqua, quæ a ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ:

13. Fluctus feri maris, despumantes suas confusiones: sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum.

III. 14. Prophetavit autem & de his septimus ab Adam Enoch, dicens: *h* Ecce, venit Dominus in sanctis millibus suis,

h Apoc. 1. 7.

15. Facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti sunt contra Deum peccatores impii.

16. Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, *i* & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causa.

i Psal. 16. 19.

17. Vos autem charissimi memores estote verborum, *k* quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu Christi,

k 1. *Tim.* 4. 1. 2. *Tim.* 3. 1. 2. *Petr.* 3. 3.

18. Qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus.

19. Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.

20. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu Sancto orantes,

21. Vosmetipsos in dilectione Dei servate, expectantes misericordiam Domini nostri Jesu Christi in vitam æternam.

22. Et hos quidem arguite judicatos:

23. Illos vero salvate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore, odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.

24. Ei autem, qui potens est vos conservare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in adventu Domini nostri Jesu Christi:

25. Soli Deo Salvatori nostro, per Jesum

ohne Wasser, welche von den Winden umgetrieben werden, kahle*, unfruchtbare, zweymal erstorbene, und ausgewurzelte Bäume: * wie im Herbst.

13. Ungestümme Wellen des Meers, die ihre eigene Schande ausschäumen: irrende Sterne, welchen das Ungewitter der Finsterniß behalten ist in Ewigkeit.

III. 14. Es hat aber auch Enoch, der Siebente nach Adam, von diesen Leuten geweißaget, und gesagt: Siehe, der HErr kömmt mit seinen viel tausend Heiligen,

15. Wider alle Menschen Gericht zu halten, und alle Gottlosen zu strafen, und alle ihre gottlosen Werke, damit sie gottlos gehandelt haben, und um alle harte Worte, welche die gottlosen Sünder wider GOtt geredt haben.

16. Diese Murrmäuler, und Kläger wandeln nach ihren Lüsten, und ihr Mund redet aufgeblasene Worte, und sie wissen die Personen hoch zu rühmen, ihres Gewinns halben.

17. Ihr aber, meine Liebsten, seyd der Worte ingedenk, die von den Aposteln unsers HErrn JEsu Christi zuvorgesagt sind,

18. Welche euch sagten, daß in den letzten Zeiten Spötter kommen werden, die nach ihren Lüsten wandeln werden, in einem gottlosen Wesen.

19. Dieses sind die Leute, so sich selbst trennen, fleischliche, und die da keinen Geist haben.

20. Aber ihr Liebsten, erbauet euch selbst auf euren allerheiligsten Glauben, und bethet im heiligen Geiste,

21. Und haltet euch selbst in der Liebe GOttes, und wartet auf die Barmherzigkeit unsers HErrn JEsu Christi, zum ewigen Leben.

22. Und strafet zwar diese, welche verurtheilt sind:

23. Jene aber erhaltet, und reisset sie aus dem Feuer. Der andern aber erbarmet euch in der Furcht, und hasset auch den befleckten Rock, der da fleischlich ist.

24. Dem aber, der euch ohne Sünde bewahren kann, und in der Zukunft unsers HErrn JEsu Christi unbefleckt vor das Angesicht seiner Herrlichkeit mit Freuden stellen:

25. Dem einigen GOTT unserm Heiland, durch

ỳ. 13. *Fluctus feri.* In plurali, feri fluctus maris. Ex Beda fluctus feri maris sunt perversi doctores, in semetipsis inquieti semper, tumidi, tenebrosi, & amari, qui pacem Ecclesiæ impugnare non cessant. Sed tales recte dicuntur despumantes confusiones suas, quia instar tumentium undarum quanto se superbientes attollunt, tanto amplius confusi, quasi in spumas levissimas dissolvuntur, & pereunt. *Sidera errantia.* Vel stellæ discurrentes, vel ut cometæ nullum certum iter insistentes cito evanescunt. Hæretici cum fluctibus, quod sint turbulenti, comparantur, despumantes sua dedecora, præ superbia attolluntur: sed detumescunt, & in spumam libidinis abeunt. *Procella tenebrarum.* Gr. Obscuritas, vel caligo tenebrarum, in inferno nimirum.

ỳ. 14. *Prophetavit autem & de his septimus ab Adam Henoch, dicens.* Hoc Prophetiæ Henoch fragmentum, quod solum nunc superest, ad omnes hæreticos pertinet. *Millibus.* Stipatus innumeris Angelorum legionibus.

ỳ. 16. *Hi sunt murmuratores querulosi.* Adversus Ecclesiæ doctrinam & leges, quibus eorum licentia coercetur. *Ambulantes.* Libidini suæ omnino servientes. *Superba.* Vanos sermones, & doctrinam horrendam, quam proseminant cum fastu, & ostentatione, & adulatione. *Mirantes personas quæstus causa.* Aliis adulantes.

ỳ. 17. *Vos autem charissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis.* In memoriam fidelium revocat, quæ ab Apostolis didicerunt, & secundam imprimis Epistolam Petri: nam scripta Apostolorum fideles adversus hæreticorum venenum muniunt.

ỳ. 19. *Hi sunt, qui segregant semetipsos.* Vox *semetipsos* in Græco deest, segregantes fideles ab Ecclesia; vitam animalem & libidinosam ducentes, Spiritu Dei omnino destituti. Adversus hanc doctrinæ & morum corruptionem Apostolus fideles munit. Hæretici seipsos ab Ecclesia separant. *Animales.* Sensuum voluptatibusediti; hos ut duces sequuntur. Gnostici se solos spirituales jactabant, libidinum servi.

ỳ. 20. *Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ fidei.* Proficientes in fide, quæ est fundamentum ædificii Christiani; vel jactis fidei fundamentis, nunc superstructionem bonorum operum erigite; spes ipsa, quæ est fidei fructus, ad cœlum usque illud attollit ædificium, charitas summum huic imponit fastigium. *In Spiritu sancto orantes.* Spiritus sancti gratia roborati.

ỳ. 21. *Vosmetipsos in dilectione Dei servate.* Continete vos in dilectione Dei. *In vitam æternam.* Ut vitam æternum habeatis; qui est Hebraismus.

ỳ. 22. *Et hos quidem arguite.* Errantes convincite. *Judicatos.* sc. Prius a vobis, esse in errore. Ex Græco textu illi sunt vel desperati, quorum status est omnino miserabilis. Græc. *Horum commiseramini.* Vel aliorum, qui pravis exemplis abducti sunt a veritate, hos jubet Apostolus terrore æterni supplicii ab incendio, quod iis imminet, revocare, & omnium abominanda horrere flagitia. Alii aliter exponunt juxta Vulgatam. Qui non sunt penitus desperati. *Hos arguite.* Seu corripite. *Judicatos.* Qui condemnati & indurati videntur; neque enim de eorum conversione desperandum; vel *judicatos* postquam erroris convicti fuerint. Qui in libidines sunt demersi, hos magis percellunt, quæ sensus afficiunt, ii terrore divinorum judiciorum quasi ab igne sunt vi quadam abducendi: sed omnino desperati plangendi sunt.

ỳ. 23. *Aliis autem miseremini.* Metuentes, ne in hæc flagitia incurratis. Menochius paulo aliter hunc versiculum exponit. *Illos vero salvate.* Qui in periculo sunt, ne decipiantur ab hæreticis. *De igne rapientes.* Qui in periculo versantur. *Alios autem.* Alios in periculum pronos non sine casto timore miseratione complectimini. *Maculatam tunicam.* Turpem vivendi morem & sordidum; cavete, ne candidam innocentiæ vestem, quam accepistis in Baptismo, corruptis moribus contaminetis; propriæ infirmitatis conscii caveamus, ne nos ipsos corrumpamus, dum alios a mundi corruptione abducere conamur. *Odientes & eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam.* Nulla vobis sit cum impuris illis hominibus societas, vitate eos ut lepra infectos.

ỳ. 24. *Sine peccato.* Gr. *Sine offensione.*

ỳ. 25. *Soli Deo Salvatori nostro.* Gr. Sapienti Deo. *Per Jesum Christum Dominum nostrum, gloria* sit, seu agnoscatur gloria & magnificentia &c. quam habet: nec enim illam per Christum habet, sed habere agnoscitur.

durch JEsum Christum unsern HErrn, sey Ehre, und Herrlichkeit, Herrschaft, und Macht, vor aller Zeit, und nun, und in alle Ewigkeit. Amen.

Christum Dominum nostrum, gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne sæculum, & nunc, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Die Offenbarung des heiligen Apostels Johannis.

Das erste Capitel.

I. Des Buches Titel. 1. II. Zuschrift an die sieben Kirchen in Asia. 4. III. Beschreibung des ersten Gesichts, nämlich der glorwürdigen Gestalt Christi mitten unter sieben Leuchtern, durch welche der Inhalt des ganzen Buches kürzlich vorgestellet wird. 9.

Die Offenbarung JEsu Christi, die ihm GOtt gegeben hat, seinen Knechten kund zu thun, was in kurzem geschehen soll: und er hat sie durch seinen Engel zu wissen gethan, und gesendet seinem Knechte Johanni,

2. Welcher das Wort GOttes bezeuget hat, und das Zeugniß JEsu Christi, alles, was er gesehen hat.

3. Selig ist, der da liest, und höret die Worte dieser Weissagung, und bewahret das, was in derselbigen geschrieben ist: denn die Zeit ist nahe.

II. 4. Johannes den sieben Kirchen, welche in Asia sind. Gnade sey mit euch, und Friede von dem, der da ist, und der da war, und der da kommen wird: und von den sieben Geistern, welche vor dem Angesichte seines Thrones sind:

5. Und von JEsu Christo, welcher der getreue Zeuge ist, der Erstgebohrne von den Todten, und ein Fürst der Könige auf Erden, der uns geliebet hat, und hat uns gewaschen von unsern Sünden mit seinem Blute,

6. Und hat uns zu einem Reiche gemacht, und zu Priestern GOTT und seinem Vater: demselbigen sey Ehre, und Herrschaft von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

7. Siehe, er kömmt mit den Wolken, und es werden ihn alle Augen sehen, auch diejenigen, welche in ihn gestochen haben. Und es werden sich über ihn beklagen alle Geschlechter der Erden: Ja: Amen.

8. Ich bin das Alpha, und das Omega, der Anfang, und das Ende, spricht GOtt der HErr, der da ist, und der da war, und der da kommen wird, der Allmächtige.

III. 9. Ich Johannes, euer Bruder, und Mitgenoß in

APOCALYPSIS BEATI JOANNIS APOSTOLI.

CAPUT I.

I. Joannes jussus scribere Apocalypsin, explicat libri titulum. 1. II. Inscribit eam septem Asiæ Ecclesiis. 4. III. Refert primam visionem, de gloriosa Christi specie in medio septem candelabrorum, repræsentantem omnia, quæ in tota Apocalypsi continentur. 9.

Apocalypsis Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis, quæ oportet fieri cito: & ✝ significavit, mittens per Angelum suum servo suo Joanni, ✝ IN FESTO S. MIC. ARCHANGELI.

2. Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi, quæcumque vidit.

3. Beatus, qui legit, & audit verba Prophetiæ hujus, & servat ea, quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est.

II. 4. Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, & pax ab eo, *a* qui est, & qui erat, & qui venturus est: & a septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt: *a* Exod. 3. 14.

5. Et a Jesu Christo, qui est testis fidelis, *b* primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris *c* in sanguine suo, * *b* 1. Cor. 15. 20. Coloss. 2. 18. *c* Hebr. 9. 14. 1. Petr. 1. 19. 1. Joan. 2. 7.

6. Et fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & Patri suo: ipsi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

7. Ecce, *d* venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen. *d* Isai. 3. 13. Matth. 24. 30. Jud. 14.

8. Ego sum Alpha, & Omega, principium *e*, & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens. *e* Isai. 41. 4. & 44. 6. & 48. 12. Infr. 21. 6. & 22. 3.

III. 9. Ego Joannes frater vester, & particeps

in

CAPUT I.

¥. 1. *Apocalypsis Jesu Christi.* i. Revelatio facta a Jesu Christo, adeo ut æternæ illæ & adorandæ veritates a Patre ut a fonte, a Christo ut a doctore nostro, & magistro uno profectæ, per Angelos ut divinæ providentiæ administros, ad Apostolos & Episcopos, quibus sunt instar depositi traditæ, ad fideles usque transmittantur.

¥. 2. *Qui testimonium perhibuit verbo Dei.* Qui annuntiavit verbum Dei, & testimonium perhibuit de his omnibus, quæ ipse vidit: qui Evangelium suum a verbo Dei exorsus est; adeo ut vel ex hoc loco manifestum sit Apocalypsim a Joanne Apostolo & Evangelista fuisse conscriptam; id enim solemne est Joanni admonere se illa scribere, quæ ipse vidit.

¥. 3. *Beatus, qui legit & audit.* Cum fide, quique per bona opera servat. *Verba Prophetiæ hujus.* Ea præcipue, quæ adversus idololatriam præscribit, quæque ad morum informationem pertinent. *Tempus enim prope est.* Gr. καιρὸς, *opportunitas.* Nempe fructum ex ea prophetia capiendi; vel tempus persecutionis prope est, ut ad eam se præparent fideles; vel quæ in hæc revelatione continentur, ea cito, saltem ex parte, sunt eventura.

¥. 4. *Joannes septem Ecclesiis.* Quas capite 2. & 3. singillatim compellat. Quæ autem iis scribit, omnibus scribit. *Quæ sunt in Asia.* Minore. *Gratia vobis & pax.* Ea est salutatio Apostolica, quæ bonum omne fidelibus apprecatur. *Ab eo, qui est:* ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν. Ab eo, cujus hoc est nomen: *Qui est.* Exod. 3. Quo quidem modo quæ sequuntur, sunt exponenda. *Et qui venturus est.* In judicium, quod proprie Christo convenit. *Et a septem spiritibus.* An forte ab iis spiritibus, qui adstant in conspectu Dei, ex quibus unus est Raphael, Tob. 13. Quod si datur: ergo Joannes ab Angelis quasi ab administris Dei, non ut ab auctoribus gratiam hanc suis apprecatur: nam omnis gratia ex meritis Christi ad nos usque dimanat: vel a septem spiritibus, qui septem illis Ecclesiis sunt præpositi.

¥. 5. *Fidelis.* Seu verax. *Primogenitus mortuorum.* Qui primus resurrexit non amplius moriturus; primus ad vitam beatam resurrexit, Christus Angelis postponitur, ut inceptus sermo melius continuetur in iis, quæ sequuntur.

¥. 6. *Et fecit nos regnum & sacerdotes.* Gr. *Reges & sacerdotes.* Reges, ut de mundo & diabolo triumphemus. *Sacerdotes.* Ut, quæ in nobis sunt, omnia Deo consecremus. Atque ut Christiani omnes non ita sunt reges, ut regalis potestas aboleatur in ipsis regibus; sic non ita sunt omnes sacerdotes, ut iis inest dignitas sacerdotalis, cum in conficiendis Sacramentis, tum in offerendo incruento sacrificio altaris. *Sed ut omnes offerant spirituales hostias, acceptabiles Deo.* Ex 1. Petri Epist. cap. 2. v. 5.

¥. 7. *Et videbit eum omnis populus. Et* i. e. etiam. *Qui eum pupugerunt.* Aut physice flagris & clavis, aut moraliter, suis sceleribus. Alludit ad cap. 12. Zachariæ, cujus adeo prophetia in extremo die judicii perfecte implebitur. Interpres Lat. in eo Zachariæ loco vertit *transfixerunt:* in passione Domini hæc prophetia impleri cœpta est. *Super eum.* Propter eum; quod eum offenderint, sc. ob miserias, quas occasione scelerum in ipsum admissorum incurrerunt. *Etiam: Amen.* Utrumque adverbium est affirmantis: omnino ita erit.

¥. 8. *Ego sum* A. *&* Ω, *principium, & finis.* Causam reddit, cur istuc adeo affirmaverit, dicens: *Etiam Amen.* Quemadmodum omnes homines condidi; ita etiam ego sum finis, ad quem omnes venturi sunt, ut judicentur: ut ego sum principium, ex quo omnia fluxerunt; ita sum finis, ad quem omnia referuntur.

¥. 9. *Fui in insula.* Asiatici maris. *Quæ appellatur Patmos.* Tempus ipsum designat Irenæus L. 3. & 5. nempe sub Domitiano Imperatore. *In Dominica.* Sola Apostolorum auctoritate exclusum est sabbatum, & inductus

dies

in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Jesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei, & testimonium Jesu:

10. Fui in spiritu in Dominica die, & audivi post me vocem magnam tamquam tubæ,

11. Dicentis: Quod vides, scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.

12. Et conversus sum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum. Et conversus vidi septem candelabra aurea:

13. Et in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea:

14. Caput autem ejus, & capilli erant candidi tamquam lana alba, & tamquam nix: & oculi ejus tamquam flamma ignis,

15. Et pedes ejus similes aurichalco, sicut in camino ardenti, & vox illius tamquam vox aquarum multarum:

16. Et habebat in dextera sua stellas septem: & de ore ejus gladius utraque parte acutus exibat: & facies ejus sicut sol lucet in virtute sua.

17. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens: Noli timere: *f* ego sum primus, & novissimus:

f Isaiæ 41. 4. *& 44. 6. & 48. 12.*

18. Et vivus, & fui mortuus: & ecce, sum vivens in sæcula sæculorum, & habeo claves mortis & inferni.

Infr. 22. 13.

19. Scribe ergo, quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

20. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

CAPUT II.

I. Scribit septem Epistolas dictatas a Christo ad Episcopos & Ecclesias Asiæ, docens, quem fructum ex Apocalypsi percipere debeant: Episcopum Ephesi monet, ut primam charitatem recuperet. 1. *II. Episcopum Smyrnæ, ut constantiam in tribulatione retineat.* 8. *III. Episcopum Pergami, ut se generose opponat Nicolaitis.* 12. *IV. Episcopum Thyatiræ, ut pugnet contra Jezabel, & fornicationem: singulisque convenientia promittit præmia.* 18.

der Trübseligkeit, und im Reiche, und in der Geduld in Christo JEsu, war in der Insel, welche Patmos genennet wird, wegen des Wortes GOttes, und Zeugniß JEsu:

10. Da ward ich auf einen Sonntag im Geiste verzucket, und hörte hinter mir eine starke Stimme, wie einer Posaune,

11. Die sprach: Was du siehest, das schreibe in ein Buch, und sende es den sieben Kirchen, welche in Asia sind, nämlich gen Ephesum, und gen Smyrna, und gen Pergamum, und gen Thyatira, und gen Sardis, und gen Philadelphia, und gen Laodicia.

12. Und ich wandte mich um, die Stimme zu sehen, welche mit mir redete. Und als ich mich umgewendet hatte, sah ich sieben goldene Leuchter:

13. Und mitten unter den sieben goldenen Leuchtern einen, der war gleich dem Sohne des Menschen, und er war angethan mit einem langen Kleide, bis auf die Füße, und umgürtet an den Brüsten mit einer goldenen Gürtel:

14. Aber sein Haupt, und seine Haare waren weiß, wie weisse Wolle, und wie Schnee: und seine Augen waren wie Feuerflammen,

15. Und seine Füße gleichwie glänzendes Erz, als wann es wäre in einem feuerigen Ofen, und seine Stimme, wie das Rauschen vieler Wasser:

16. Und er hatte die sieben Sterne in seiner rechten Hand: und aus seinem Munde gieng ein scharfes zweyschneidiges Schwert: und sein Angesicht leuchtete wie die helle Sonne in ihrer Kraft.

17. Und als ich ihn sah, fiel ich nieder zu seinen Füßen, als wäre ich todt. Da legte er seine rechte Hand auf mich, und sprach: Fürchte dich nicht: ich bin der Erste, und der Letzte:

18. Und der da lebet, und ich bin todt gewesen: aber siehe, ich bin der Lebendige in alle Ewigkeit, und habe die Schlüssel des Todes, und der Hölle.

19. So schreibe nun, was du gesehen hast, und was da ist, und was hernach geschehen soll.

20. Das Geheimniß der sieben Sterne, die du in meiner rechten Hand gesehen hast, und die sieben goldene Leuchter: die sieben Sterne sind die Engel der sieben Kirchen: und die sieben Leuchter sind die sieben Kirchen.

Das zweyte Capitel.

1. Auf Befehl Christi schreibt Johannes den sieben Bischöfen: und erstlich dem Bischof zu Epheso, daß er seine erste Liebe wieder anzünde: sein Lohn soll seyn das Holz des Lebens. 1. II. Dem Bischof von Smyrna, daß er im Glauben beständig verharre bis zum Tode: sein Lohn soll seyn die Krone des Lebens. 8. III. Dem Bischof zu Pergamo, daß er sich männlich widersetze den Nicolaiten: der Lohn soll seyn das verborgene Himmelbrod. 12. IV. Dem Bischof zu Thyatira, daß er streite wider Jezabel, welche Hurerey treiben lehrte: für den Lohn will er ihm Gewalt geben über die Heyden, und ein Morgenstern. 18.

1. Dem

---

dies Dominicus: magno quidem argumento non ea solummodo tenenda esse, quæ Scriptoris continentur; sed etiam traditionis Apostolicæ summam habendam esse rationem, seu de credendis, seu de ritibus, seu de moribus agatur. Tertul. de præscript. c. 36. & Clemens Alex. Lib. quis dives salvetur, Num. 425. hujus exilii meminerunt.

℣. 11. *Scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia, Epheso.* Quæ est Asiæ minoris metropolis, ut Smyrna est Ioniæ civitas, Pergamum Troadis, Thyatira Lydiæ, Philadelphia Mysiæ, Laodicia est in Asia stricte sumpta. *Quod vides.* Quod mox visurus es.

℣. 12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Ut auctorem vocis agnoscerem, vel potius ut intelligerem. Exod. 20. v. 28. *Cunctus populus videbat voces.* i. e. Audiebat. *Septem candelabra.* Quæ postea dicit esse septem Ecclesias; lumen fidei, aurum charitatis extra Ecclesiam frustra quæsieris: in ea sola veritas est religionis, & templum charitatis.

℣. 13. *Et in medio septem candelabrorum aureorum* vidi *similem filio hominis.* Tamquam Filium hominis, seu hominem, probabilius Angelum Christum repræsentantem. *Vestitum podere.* Veste talari, ad pedes usque demissa. In medio Ecclesiæ stat Christus, ut eam illuminet, & sanctificet; ut regat eam, & tueatur. Vestis illa Christi sacerdotium exhibet, ut zona aurea regiam ejus potestatem. Hæc visio omnino similis est visioni Danielis 10. v. 5. sic veteri Testamento cum novo pulchre convenit.

℣. 14. *Caput autem ejus & capilli erant candidi.* Regnum Christi æternum canis capillis adumbratur. Ita & Danielis 7. utrobique Filius coæternus Patri insinuatur: oculi ignei vigilantiam ejus, zelum, ac lumen exprimunt.

℣. 15. *Et pedes ejus similes aurichalco.* Ob eorum firmitatem & splendorem. *Pedes.* Sunt Apostoli, Ecclesiæ fundamenta. *Vox illius.* Prædicatio Evangelii, quæ in omnem terram exivit.

℣. 16. *Et habebat in dextera sua stellas septem.* Septem Episcopi Asiæ sunt septem illæ stellæ. *Gladius.* Verbum Dei, quo bonum a malo, veritas ab errore secernitur, vel sententia judicialis, ex una parte protegens innocentes, ex altera damnans & puniens nocentes.

℣. 17. *Cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus.* Quasi exanimatus præ pavore. *Primus & novissimus.* Principium & finis. Ego sum Deus, ut v. 8. Hæc divina est proprietas, quæ Christo convenit.

℣. 18. *Habeo claves mortis & inferni.* Penes me sunt claves, seu potestas, vitæ, & mortis; nihil adeo est, cur timeatis a persecutoribus.

℣. 19. *Scribe ergo, quæ vidisti, & quæ sunt.* i. Geruntur in Ecclesiis. *Et quæ oportet fieri post hæc.*

℣. 20. *Sacramentum* mysterium *septem stellarum Angeli.* Episcopi. Scribe, quid significent stellæ; septem stellæ sunt septem Episcopi.

1. Dem Engel der Kirche zu Epheso schreibe: Dieses sagt der, der die sieben Sterne in seiner rechten Hand hält, der mitten unter den sieben goldenen Leuchtern wandelt:

2. Ich weis deine Werke, und deine Arbeit, und deine Geduld, und daß du die Bösen nicht kannst ertragen: du hast auch diejenigen versucht, die da sagen, daß sie Apostel sind, und sind es nicht, und hast sie lügenhaftig befunden:

3. Und du hast Geduld, und hast es übertragen um meines Namens willen, und bist nicht abgefallen.

4. Aber ich habe etwas wider dich, daß du deine erste Liebe verlassen hast.

5. Darum so gedenke, wovon du gefallen bist, und thue Buße, und thue die ersten Werke. Wo aber nicht, so werde ich zu dir kommen, und deinen Leuchter von seinem Ort verrücken, wenn du nicht Buße thust.

6. Dieses hast du aber, daß du die Thaten der Nicolaiten hassest, die ich auch hasse.

7. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt: Wer den Sieg erhält, dem will ich von dem Baum des Lebens zu essen geben, der in dem Paradies meines GOttes ist.

II. 8. Und dem Engel der Kirche zu Smyrna schreibe: Dieses sagt der Erste, und der Letzte, der todt gewesen ist, und lebet:

9. Ich weis deine Trübseligkeit, und deine Armuth, aber du bist reich: und wirst gelästert von denjenigen, welche sagen, daß sie Jüden sind, und sind es nicht, sondern sind die Synagoge des Satans.

10. Fürchte dich nicht vor einigem Ding, was du leiden wirst. Siehe, der Teufel wird etliche von euch in das Gefängniß werfen, auf daß ihr versucht werdet: und ihr werdet Trübsal haben zehen Tage lang. Sey getreu bis zum Tod, so will ich dir die Krone des Lebens geben.

11. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt: Wer den Sieg erhält, der wird von dem andern Tode nicht beschädiget werden.

III. 12. Und dem Engel der Kirche zu Pergamo schreibe: Dieses sagt, der das scharfe zweyschneidige Schwert hat:

13. Ich weis, wo du wohnest, da des Satans Stuhl ist: und du hältst meinen Namen, und hast meinen Glauben nicht verläugnet: auch in den Tagen, da Antipas mein getreuer Zeuge war, der bey euch getödtet ist, da der Satan wohnet.

14. Aber ich habe etwas weniges wider dich: daß du daselbst etliche hast, die da halten die Lehre Balaams, welcher den Balac lehrte ein Aergerniß anzurichten vor den Kindern Israel, nämlich zu essen, und Hurerey zu treiben:

1. Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum:

2. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inveniſti eos mendaces:

3. Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defeciſti.

4. Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti.

5. Memor esto itaque, unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, venio tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris.

6. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

7. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso DEI mei.

II. 8. Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus, & novissimus, qui fuit mortuus, & vivit:

9. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed dives es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga satanæ.

10. Nihil horum timeas, quæ passurus es. Ecce, missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis: Qui vicerit, non lædetur a morte secunda.

III. 12. Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet rhomphæam utraque parte acutam:

13. Scio, ubi habitas, ubi sedes est satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam: & in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, ubi satanas habitat.

14. Sed habeo adversus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam *a* Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: *a Num.* 24. 3. & 25. 2.

15. Ita

CAPUT II.

℣. 1. *Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe.* Quis ille fuerit Episcopus per Angelum denotatus, incertum est. Joannes quidem Ephesi Ecclesiam regebat, ut Apostolus constituens Episcopos per civitates. Quæ vitia reprehendit, magis ad Ecclesias ipsas, aut ad plebem, quam ad Episcopos videntur pertinere, nisi quatenus nonnullam in his negligentiam agnoscit.

℣. 2. *Scio opera tua, & laborem &c.* Hoc est boni Pastoris munus, non otiosam vitam ducere, sed actuosam, & vigilem, ne seductores obrepant.

℣. 4. *Sed habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti.* Quod de primo charitatis fervore nonnihil remiseris: id futurum est, nisi ad priora redieris bona opera. Quamobrem ex operibus bonis de charitatis magnitudine judicatur.

℣. 5. *Et movebo candelabrum tuum.* i. e. Ecclesiam Ephesinam. *De loco suo.* A capite tuo in caput alterius successoris tui, vel movebo te de loco candelabri seu ab Episcopatu.

℣. 6. *Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum.* Qui promiscuum mulierum usum permittebant.

℣. 7. *Qui habet aurem* spiritalem ad intelligendum, & ad obediendum dispositam. *Vincenti.* Torporem & vitia. *Dabo edere de ligno vitæ.* Non illo corporali, sed spiritali arbore, nempe divina gratia in præsenti, & gloria cœlesti in futura vita. Vel: *de ligno vitæ.* Quod nobis in Christo est redditum, Joan. 6. quodque immortalitatem nobis confert.

℣. 8. *Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ.* Qui vulgo creditur fuisse Polycarpus; hic laudatur circa ullam reprehensionem.

℣. 9. *Et blasphemaris ab his, qui se dicunt Judæos esse.* Et non sunt: Nam Christiani soli sunt verum semen Abrahæ.

℣. 10. *Et habebitis tribulationem diebus decem.* i. Multis diebus; ut Job. 19. 3. *En decies confunditis me.* Alii pro certo tempore illud interpretantur.

℣. 11. *Qui vicerit, non lædatur a morte secunda.* Mors prima est mors corporis, secunda est mors animæ; prior nos a rebus creatis separat, mors secunda a Creatore.

℣. 12. *Hæc dicit, qui habet rhomphæam utraque parte acutam.* i. Gladium spiritalem. *Vivus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Hebr. 4. v. 12.

℣. 13. *Scio, ubi habitas.* Gr. *Scio opera tua, & ubi habitas. Ubi est sedes Satanæ.* Gr. *Thronus.* Quod Pergamum urbs esset cultrix idolorum. *Antipas.* Episcopus Pergami. Vid. Surium 11. April.

℣. 14. *Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam.* Sectam Nicolaitarum, qui ut diximus, promiscue utendum uxoribus docebant. Balaami doctrinam appellat ob similitudinem flagitiorum. D. Ignatius Epist. ad Trallianos scribit, quod Nicolaitæ docuerint, licitum esse fornicari & edere de idolothytis.

15. Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

16. Similiter pœnitentiam age: si quo minus, veniam tibi cito, & pugnabo cum illis in gladio oris mei.

17. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.

IV. 18. Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & pedes ejus similes aurichalco:

19. Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua novissima plura prioribus.

20. Sed habeo adversus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel, quæ se dicit propheten, docere, & seducere servos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

21. Et dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere a fornicatione sua.

22. Ecce, mittam eam in lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.

23. Et filios ejus interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ, *b* quia ego sum scrutans renes, & corda: & dabo unicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico,

b 1. *Reg.* 16. 7. *Psal.* 7. 10. *Jer.* 11. 20. & 17. 10.

24. Et ceteris, qui Thyatiræ estis: Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognoverunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus:

25. Tamen id, quod habetis, tenete, donec veniam.

26. Et qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes,

27. Et reget eas in virga ferrea, & tamquam vas figuli confringentur,

28. Sicut & ego accepi a Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.

29. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

CAPUT III.

I. Absolvit reliquas tres Epistolas: Episcopum Ecclesiæ Sardis jubet revivisere seu agere pœnitentiam, alios-

15. Also hast du auch etliche, so die Lehre der Nicolaiten halten.

16. Thue du auch Buße ingleichen: wo nicht, so werde ich bald zu dir kommen, und mit dem Schwerte meines Mundes wider sie streiten.

17. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt: Wer den Sieg erhält, dem will ich verborgenes Himmelbrod geben: und ich will ihm geben einen weissen Stein: und auf demselben Steine einen neuen Namen geschrieben, den niemand kennet, dann allein wer ihn bekömmt.

IV. 18. Und dem Engel der Kirche zu Thyatira schreibe: Dieses sagt der Sohn GOttes, der Augen hat, wie eine Feuerflamme, und dessen Füße dem glänzenden Erz gleich sind:

19. Ich weis deine Werke, und deinen Glauben, und deine Liebe, und deinen Dienst, und deine Geduld, und daß deiner letzten Werke mehr sind, dann der ersten.

20. Aber ich habe ein wenig wider dich: daß du dem Weibe Jezabel, die sich eine Prophetinn nennet, gestattest zu predigen, und meine Knechte zu verführen, daß sie Hurerey treiben, und vom Götzenopfer essen.

21. Und ich habe ihr Zeit gegeben, daß sie Buße thun sollte: und sie will nicht Buße thun von ihrer Unzucht.

22. Siehe, ich will sie auf das Bett werfen: und alle die Ehebruch mit ihr begehen*, sollen in sehr großem Leiden** seyn, es sey dann, daß sie Buße thun, von ihren Werken. *treiben. **Trübsal.

23. Ihre Kinder will ich des Todes tödten, und alle Kirchen sollen wissen, daß ich der bin, so die Nieren und Herzen durchforschet: und ich will einem jeglichen unter euch geben nach seinen Werken. Euch aber sage ich,

24. Wie auch den andern, die zu Thyatira sind. Welche diese Lehre nicht haben, und welche die Tiefe* des Satans, wie sie sagen, nicht erkennet haben, auf euch will ich keine andere Last legen. *Hoheit.

25. Gleichwohl behaltet, was ihr habt, bis daß ich komme.

26. Und wer den Sieg erhält, und meine Werke bis zum Ende bewahret, dem will ich Macht geben über die Heyden,

27. Und er soll sie regieren mit einer eisernen Ruthe, und sie sollen zerbrochen werden, wie eines Hafners Geschirr,

28. Wie ich es auch von meinem Vater empfangen habe: und ich will ihm geben den Morgenstern.

29. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sage.

Das dritte Capitel.

I. Dem Bischof zu Sardis schreibet Johannes, daß er den Namen habe, als wann er lebe, aber nichts destoweniger todt sey: soll seinen geistlichen

---

℣. 16. *Similiter pœnitentiam age.* Hoc gladio, nempe verbo Dei & scripto & tradito, utroque hæretici confunduntur. His armis instructus debet esse Episcopus. Alludit etiam ad Israelitas, qui consilium secuti Balaami, gladio perierant.

℣. 17. *Vincenti dabo manna absconditum.* Græce additur, *comedere;* pro impuris Nicolaitarum cibis dabo vobis panem vitæ, seu Eucharistiæ, vel intelligentiam Scripturarum & religionis, quæ est manna absconditum. *Calculum candidum.* Beatitudo, qua Christus eos donabit, qui vicerint. Calculus candidus apud veteres faustum erat signum, ut in comitiis, ubi magistratus suffragiis eligebantur, aut absolutionis: nam judices in absolvendo calculis albis utebantur. Vel alludit ad morem in ludis publicis usurpatum, quo victoribus lapilli candidi dari solebant: iis inscriptum erat præmium certaminis. *Nomen novum.* sc. Filii & hæredis Dei.

℣. 18. *Qui habet oculos tamquam flammam ignis &c.* Cujus actiones sunt splendidæ.

℣. 19. *Novi opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium.* Officia tua in fideles, & præsertim in pauperes.

℣. 20. *Sed habeo adversus te pauca: quia permittis mulierem Jezabel.* Tropice Jezabel hæreticos, qui sibi Spiritum sanctum, & Scripturarum intelligentiam vindicant, exprimit. Quin etiam nos admonet, ut a falsis revelationibus, quæ in sexu debiliori sunt frequentiores, caveamus. *Fornicari.* Sæpe hoc peccatum superbiæ fœtus est, & in ipsam desinit impietatem; erat forte potens fœmina e secta Nicolaitarum.

℣. 22. *Ecce, mittam eam in lectum.* Gravi morbo eam feriam.

℣. 23. *Et filios ejus interficiam.* Dira morte eos percutiam. *Scrutans.* Scient omnes, intima cordium arcana mihi esse perspecta: in renibus secretas voluptates Scriptura collocare solet, in corde abditas cogitationes.

℣. 24. *Quicunque non habent doctrinam hanc.* Qui doctrinam Jezabel non sequuntur, nec probant Satanæ *altitudines*, seu profunda, ut ipsi loquuntur: nam illi hæretici doctrinam suam ut sublimem jactabant. Vos autem profunda illa & callida consilia, quæ Satan invenit, non probatis. *Non mittam super vos aliud pondus.* Aliud supplicium, vel alias leges, quam abstinentiæ a fornicatione & Idolothytis.

℣. 25. *Quod habetis, tenete.* Quæ vobis præcepi per Apostolos meos. *Donec veniam.* Usque ad extremum judicium, quod vesci idolothytis non liceat propter scandalum. Fide & humilitate tuti eritis ab illusionibus Satanæ: fides enim est immobilis, semper eadem, numquam nova.

℣. 26. *Qui vicerit &c. dabo illi potestatem super gentes.* De iis judicabunt; vel populos ad fidem conversorum regimini & potestati committam.

℣. 27. *Et reget eas in virga ferrea.* Et particeps mecum regni perdet eas sententia irrevocabili damnationis.

℣. 28. *Et dabo illi stellam matutinam.* Claram Dei visionem; diem æternum, cui nullus erit occasus; vel splendorem phosphori, seu stellæ matutinæ, quæ soli præcurrit, huic impertiam.

lichen Stand bereuen, und sich bessern. 1. II. Dem Bischof zu Philadelphia, er soll halten, was er habe, damit kein anderer seine Krone hinwegnehme. 7. III. Dem Bischof zu Laodicia, daß er weder kalt noch warm sey: derowegen er aus dem Munde GOttes, wie laues Wasser werde ausgeworfen werden, wofern er sich nicht bessere. 14.

1. Und dem Engel der Kirche zu Sardis schreibe: Dieses sagt, der die sieben Geister GOttes hat, sammt den sieben Sternen: Ich weis deine Werke, daß du den Namen hast, daß du lebest, und bist doch todt.

2. Sey wachsam, und stärke das übrige, was sonst sterben würde. Denn ich finde deine Werke nicht vollkommen vor meinem GOtt.

3. So gedenke nun, wie du es empfangen, und gehöret hast, und bewahre es, und thue Buße. Wirst du aber nicht wachen, so werde ich zu dir kommen, wie ein Dieb, und du sollst nicht wissen, um welche Stunde ich zu dir kommen werde.

4. Aber du hast doch zu Sardis etliche wenige Namen, die ihre Kleider nicht besudelt haben: und sie werden in weissen Kleidern mit mir wandeln, denn sie sind es werth.

5. Wer den Sieg erhält, der wird also mit weissen Kleidern angethan werden, und ich werde seinen Namen aus dem Buche des Lebens nicht vertilgen, sondern ich werde seinen Namen bekennen vor meinem Vater, und vor seinen Engeln.

6. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt.

II. 7. Und dem Engel der Kirche zu Philadelphia schreibe: Dieses sagt der Heilige, und der Wahrhaftige, der den Schlüssel Davids hat: der aufthut, und niemand schließet zu: der zuschließet, und niemand thut auf:

8. Ich weis deine Werke. Siehe, ich habe dir vorgestellt eine offene Thür, die niemand schließen kann: du hast die kleine Kraft*, und hast mein Wort behalten, und hast meinen Namen nicht verläugnet. *die Demuth.

9. Siehe, ich will etliche geben aus der Synagoge des Satans, welche sagen, daß sie Jüden seyn, und sind es doch nicht, sondern sie lügen: Siehe, ich will machen, daß sie kommen sollen, und vor deinen Füßen anbethen, und sie sollen wissen, daß ich dich lieb habe.

10. Dieweil du das Wort meiner Geduld bewahret hast, so will ich dich auch bewahren vor der Stunde der Versuchung, welche über den ganzen Erdenkreiß kommen wird, die Menschen zu versuchen, so auf Erden wohnen.

11. Siehe, ich komme bald: halte, was du hast, daß niemand deine Krone hinwegnehme.

12. Wer den Sieg erhält, den will ich zum Pfeiler* machen im Tempel meines GOttes, und er soll nicht mehr hinausgehen: und ich will auf ihn schreiben den Namen meines GOttes, und den Namen der Stadt meines GOttes, der neuen Stadt Jerusalem, welche vom Himmel herabkömmt von meinem GOtt, und meinen Namen, den neuen. *Saul.

13. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt.

que ad eandem revocare. 1. *II. Episcopum Philadelphiæ monet retinere humilitatem & patientiam.* 7. *III. Denique Episcopo Laodiciæ mandat teporem deponere, aurum charitatis emere, & sibi cor aperire.* 14.

1. Et Angelo Ecclesiæ Sardis scribe: Hæc dicit, qui habet septem Spiritus Dei & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes, quod vivas, & mortuus es.

2. Esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram Deo meo.

3. In mente ergo habe, qualiter acceperis, & audieris, & serva, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaveris, *a* veniam ad te tamquam fur, & nescies, qua hora veniam ad te.

4. Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

5. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de Libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

6. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

II. 7. Et Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, *b* qui habet clavem David: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:

8. Scio opera tua. Ecce, dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & servasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

9. Ecce, dabo de synagoga satanæ, qui dicunt se Judæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce, faciam illos, ut veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient, quia ego dilexi te.

10. Quoniam servasti verbum patientiæ meæ, & ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem universum tentare habitantes in terra.

11. Ecce, venio cito: tene, quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

12. Qui vicerit, faciam illum columnam in templo DEI mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen DEI mei, & nomen civitatis DEI mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a DEO meo, & nomen meum novum.

13. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

a 1. *Thess.* 5. 2. 2. *Petr.* 3. 10. *Infr.* 16. 15.

b *Isa.* 22. 22. *Job.* 12. 14.

III. 14. Et

CAPUT III.

℣. 1. *Et Angelo Ecclesiæ Sardis.* Quæ est Lydiæ Metropolis. Spiritus cum stellis conjungit, i. e. Angelos qui præsunt Ecclesiis, ad quorum similitudinem Episcopi etiam *Angeli* nominantur. *Mortuus es.* Præ negligentia tua & socordia in munere Episcopali; vel potius Ecclesiæ Sardicensis membra alloquitur, eaque in majori sui parte mortua reperit. Vel *mortuus es.* Non ea es pietate, qua instructus esse debes.

℣. 2. *Esto vigilans & confirma cætera.* Cæteros confirma in fide & in bonis operibus, quibus destituta fides mortua est. *Opera tua plena.* Seu perfecta: sunt ergo quædam bona opera & perfecta, non solum coram hominibus, sed etiam coram Deo plena sunt, cum ex amore Dei manant.

℣. 3. *In mente ergo habe.* Gr. *Memor esto. Qualiter acceperis.* Quomodo fueris institutus, & Apostolicas traditiones in memoria habe. *Tamquam fur.* De improviso.

℣. 4. *Sed habes pauca nomina in Sardis.* Paucos justos: Sic Act. 1. *Erat autem tum turba hominum simul fere centum viginti*, Græce est, *nominum. Vestimenta sua.* Corpora sua. *In albis.* Induti stola immortalitatis & gloriæ.

℣. 5. *Et non delebo nomen ejus de libro vitæ.* Qui baptizati sunt, iidem scripti sunt in libro vitæ, quoad præsentem justitiam.

℣. 7. *Et Angelo Philadelphiæ.* Quæ est Mysiæ civitas, prope Lydiam. *Sanctus.* Divinitate ipsa, qua unctus est. *Et verus.* Æterna veritate; Sanctus & Verus in se ipso, in Ecclesia, in verbo, in suis promissis; fons sanctitatis omnis & veritatis. *Clavem David.* Cujus est disponere de iis omnibus, quæ ad Ecclesiam pertinent. Alii interpretantur plenam gubernandæ Ecclesiæ potestatem. *Et nemo claudit.* Ratum est, quidquid egerit.

℣. 8. *Ecce, dedi coram te ostium apertum.* Ad prædicationem Evangelii. *Modicam habes virtutem.* Dicunt quidam per modicam virtutem intelligi humilitatem, cui ostium cœli semper apertum est; sed revera Episcopus modicas habuit vires, seu naturales, seu supernaturales ad conversionem infidelium præcipue Judæorum, nihilominus, quia servavit verbum, Deus supplevit, & sua virtute subjecit ipsi Judæos, uti ex vers. seq. patet.

℣. 9. *Ecce, dabo.* Gr. Do *de Synagoga Satanæ.* sc. Extraham quosdam, qui ad pedes tuos provoluti me adorabunt. *Dilexi te.* Quantumvis infirmum.

℣. 12. *Qui vicerit* mundum, & Diabolum: fortem eum faciam, & firmum in Ecclesia. *Et scribam super eum.* Ex Græco verti potest *super eam*: nam columnis inscribi solent victorum nomina. *Et nomen meum novum.* Jesu nomen, ac nomen etiam filiorum Dei. *Civitatis.* Ecclesiæ, cujus fidem Martyres profitentur.

c Joann. 14. 6.

III. 14. Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ scribe: c Hæc dicit Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei.

15. Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus esses, aut calidus:

16. Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te evomere ex ore meo.

17. Quia dicis: Quod dives sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

18. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos, ut videas.

d Prov. 3. 12. Hebr. 12. 6.

19. Ego d quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age.

20. Ecce, sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

21. Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo; sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno ejus.

22. Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

III. 14. Und dem Engel der Kirche zu Laodicia schreibe: Dieses sagt der, Amen, der getreue, und wahrhaftige Zeuge, der ein Anfang ist der Creaturen GOttes.

15. Ich weis deine Werke, daß du weder kalt noch warm bist: wollte GOtt, daß du kalt, oder warm wärest:

16. Aber dieweil du lau bist, und weder kalt, noch warm, so will ich anfahen dich auszuspeyen aus meinem Munde.

17. Denn du sprichst: Ich bin reich, und bin habselig worden, und bedarf keines Dings: und weißt nicht, daß du elend, und jämmerlich, und arm, und blind, und nackend bist.

18. Ich rathe dir, daß du Gold von mir kaufest, so durch das Feuer bewähret ist, auf daß du reich werdest, und weisse Kleider anziehest, damit die Schande deiner Blöße nicht offenbar werde, und salbe deine Augen mit Augensalbe, damit du sehen mögest.

19. Ich strafe, und züchtige diejenigen, die ich lieb habe. So sey nun eifrig, und thue Buße.

20. Siehe, ich stehe vor der Thür, und klopfe an: so jemand meine Stimme hören wird, und mir die Thür aufthun, so will ich zu demselbigen hineingehen, und zu Nacht mit ihm essen, und er mit mir.

21. Wer den Sieg erhält, dem will ich geben, daß er mit mir sitzen soll auf meinem Throne: wie ich auch den Sieg erhalten habe, und sitze mit meinem Vater auf seinem Throne.

22. Wer Ohren hat, der höre, was der Geist den Kirchen sagt.

CAPUT IV.

1. Secunda Joannis visio: Aperto in cœlo ostio videt sedentem in throno, & in hujus circuitu viginti quatuor seniores sedentes, & quatuor animalia plena oculis. 1. II. Quæ sedentem in throno assidue una cum viginti quatuor senioribus glorificabant. 8.

1. Post hæc vidi: & ecce, ostium apertum in cœlo: & vox prima, quam audivi, tamquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi, quæ oportet fieri post hæc.

Das vierte Capitel.

I. Johannes siehet durch eine geöffnete Thür im Himmel, GOTT sitzen auf einem Throne, und ringsherum die vier und zwanzig Aeltesten auf vier und zwanzig Sesseln, und vier geflügelte Thiere, voller Augen herumstehen. 1. II. Auf der vier Thiere roh fallen die vier und zwanzig Aeltesten mit ihren Kronen nieder vor dem Throne, und loben GOtt. 8.

1. Darnach sah ich: und siehe, es war eine Thür aufgethan im Himmel: und die erste Stimme, die ich gehöret habe wie eine Posaune mit mir reden, die sprach: Steige herauf, so will ich dir zeigen, was nach diesem geschehen soll.

2. Und

℣. 14. *Et Angelo Laodiciæ Ecclesiæ.* Quæ urbs est Cariæ. *Hæc dicit Amen.* Gr. *Ille, qui est Amen.* Qui est ipsa veritas, & stabilitas, cujus verba sunt fidei norma: quam vocem mox explicat. *Testis fidelis, & verus, qui est principium.* Origo. *Creaturæ Dei.* Quia per ipsum omnia creata sunt: vel qui dominatur omni creaturæ; principium novæ creaturæ per Incarnationem; primogenitus in gloria per resurrectionem suam.

℣. 15. *Scio opera tua, quia neque frigidus es.* Is est, qui gratiam, aut fidem nondum habet. *Calidus.* Qui Spiritu fervet, aut insignem habet fidem.

℣. 16. *Tepidus.* Qui studio rerum sæcularium gratiam extingui sinit, aut qui non audet fidem suam profiteri. Tepidus etiam est, qui honesta vivendi ratione contentus, a vitiis fœdioribus abstinet quidem, sed vitam ducit mollem & languidam. Itaque tepidi sunt imbelles & ignavi, ad nullam rem idonei. *Quia tepidus es.* Mihi nauseam paris, procul te ab amicitia mea abjiciam. Magna quippe scelera sæpe terrent peccatorem, & expergefaciunt; tepor cum somno opprimit, & veterno. Qui Deum fastidit, dignus est, quem Deus repellat, & illi sit fastidio. Tepidi neutri parti addicti, inter sæculum & Evangelium incedunt. *Tepidus es.* Quidam exponunt, parum stabilis, & vacillans.

℣. 17. *Quia dicis: Quod dives sum.* Summa miseria non est egere, sed egestatem suam non agnoscere, & divitias misericordiæ divinæ per superbiam aspernari, omni subsidio, omni virtute, & ipsa veritatis luce privari; qui tepidi sunt, ii sibi videntur boni, quod magna non admittant scelera.

℣. 18. *Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum.* Charitatem tribulationum igne probatam. Hinc languor oritur & tepor, quod Deum simul & creaturas amare volumus. *Collyrium* est propriæ fragilitatis agnitio recuperandis fidei oculis; sæculi cupiditas amovenda, ut videas paupertatem tuam.

℣. 19. *Æmulare ergo.* Zelus Dei extinctus, crebris orationibus & fervidis renovandus; nos tepore & pigritia sopitos Deus per salutarem castigationem excitat simul & consolatur; ne animum despondeamus.

℣. 20. *Si quis audierit vocem meam.* Felix, qui præ peccati morte, aut teporis somno, adversus Christi vocem non obsurduerit. Similis est Christi exhortatio Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 12. 1. Thessal. 5. *Cœnabo cum illo.* Particeps erit gaudii mei. Deus indesinenter admonet peccatores.

℣. 21. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Thronus Filii est sinus Patris: faciam eum regni mei consortem. Quæ septem Ecclesiis dantur monita, ad omnes Christi Ecclesias spectant, & ad omnes fidelium conditiones: in nonnullis charitatis imminutionem, in aliis, quod malum permittant, redarguit, ac tandem tepidos, desides, & languidos acriter reprehendit.

CAPUT IV.

℣. 1. *Et vox prima.* Filii hominis, quam primum audierat: ex ordine revelationum docemur mores nostros ante informari oportere, quam in futura mysteria animum intendere. *Ostendam.* Jam incipiunt Joannis Prophetiæ. Per ostium cœli apertum intelligimus, eum admitti a Deo ad rerum, quæ futuræ sunt, cognitionem. Prophetiæ omnes, quæ hoc libro continentur, eo tendunt, uti fuse prosequitur Illustriss. Meldensis Episcopus, ut Christi & Ecclesiæ victorias, quæ de inimicis fidei post Joannis tempora mox erant incepturæ, evolvat. Roma quoque Domina gentium, & idololatriæ velut centrum, tot Martyres fecit, atque instar Babylonis populo Dei fuit per trecentos annos infensissima, digna erat, quæ justitiæ divinæ foret toti universo spectaculum. Hunc mirabilem eventum Romæ nimirum, simul & idololatriæ ruinam Deus Joanni aperto cœli ostio hac voce ostendit. *Ascende huc.* Sic enim Deus posuit inimicos Christi sub scabello pedum ejus, Romanos inprimis, ex quibus tamen multos longe diversa ratione subjecit Evangelio; quodque Prophetæ omnes prædixerant, series quædam eventuum in longum tempus producitur. Insigne hoc Dei opus, & Christi de inimicis suis victoria in Romanæ idololatriæ eversione, in Ecclesiæ ipsius augmento, quod deinceps toti orbi palam futurum erat, Joanni ostenditur. Hac Prophetia est instar historiæ, in qua imperii Romani varios casus legimus: sub figura Babylonis Romam idolis suis addictam, quæ populum Dei sub jugo captivitatis tenebat, repente a Deo prostratam sic describit, ut ex certis notis id omne facile innotescat, ut ex capite 17. manifeste colligitur.

2. Und alsbald war ich im Geiſt entzückt: und ſiehe, es war ein Stuhl geſetzt im Himmel, und einer ſaß auf demſelbigen Stuhl.

3. Und der darauf ſaß, war gleich anzuſehen, wie der Stein Jaſpis, und Sardis: und ein Regenbogen war rings um den Stuhl, einem Smaragd gleich anzuſehen.

4. Und um den Stuhl her in die Runde waren vier und zwanzig Stühle: und auf den Stühlen ſaßen vier und zwanzig Aelteſte, mit weiſſen Kleidern angethan, und auf ihren Häuptern waren goldene Kronen.

5. Und es giengen von dem Throne heraus Blitze, und Stimmen, und Donner: und ſieben brennende Lampen waren vor dem Throne, welche die ſieben Geiſter GOttes ſind.

6. Und vor dem Stuhl war als ein gläſernes Meer, dem Cryſtal gleich: und mitten im Throne, und rings um den Thron waren vier Thiere, vornen und hinten voller Augen.

7. Und das erſte Thier war gleich einem Löwen, und das andere Thier gleich einem Kalb, und das dritte Thier hatte ein Angeſicht wie ein Menſch, und das vierte Thier war gleich einem fliegenden Adler.

II. 8. Und die vier Thiere hatten ein jegliches unter ihnen ſechs Flügel: und rings herum, und inwendig waren ſie voller Augen: und ſie hatten Tag und Nacht keine Ruhe, und ſprachen: Heilig, heilig, heilig iſt der HErr, der allmächtige GOtt, der da war, und der da iſt, und der da kommen wird.

9. Und wann die Thiere demjenigen Preis, und Ehre, und Dank gaben, der auf dem Throne ſaß, der von Ewigkeit zu Ewigkeit lebet,

10. So fielen die vier und zwanzig Aelteſten vor dem nieder, der auf dem Throne ſaß, und betheten den an, der von Ewigkeit zu Ewigkeit lebet, und warfen ihre Kronen vor den Thron, und ſprachen:

11. HErr, unſer GOtt, du biſt würdig, Preis, und Ehre, und Kraft zu empfangen: denn du haſt alle Dinge erſchaffen, und durch deinen Willen haben ſie das Weſen, und ſind erſchaffen.

Das fünfte Capitel.

I. Johannes ſiehet in der Hand GOttes ein Buch mit ſieben Siegeln verſiegelt, welches niemand eröffnen kann. 1. II. Und das erwürgte Lamm mit ſieben Augen, welches allein das Buch eröffnet 6. III. Derowegen die vier Thiere, und die vier und zwanzig Aelteſten, ſammt allen himmliſchen Inwohnern GOTT, und das Lamm abermal preiſen. 8.

1. Und ich ſah in der rechten Hand deſſen, der auf dem Throne ſaß, ein Buch, das inwendig und auswendig geſchrieben, und mit ſieben Siegeln verſiegelt war.

2. Et ſtatim fui in ſpiritu: & ecce, ſedes poſita erat in cœlo, & ſuprà ſedem ſedens.

3. Et qui ſedebat, ſimilis erat aſpectui lapidis jaſpidis, & ſardinis: & iris erat in circuitu ſedis, ſimilis viſioni ſmaragdinæ.

4. Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor: & ſuper thronos, viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.

5. Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & ſeptem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei.

6. Et in conſpectu ſedis tamquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio ſedis, & in circuitu ſedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro.

7. Et animal primum ſimile leoni, & ſecundum animal ſimile vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi hominis, & quartum animal ſimile aquilæ volanti.

II. 8. Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas: & in circuitu, & intus plena ſunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia: *a* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. *a Iſai. 6. 3.*

9. Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viventi in ſæcula ſæculorum,

10. Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viventem in ſæcula ſæculorum, & mittebant coronas ſuas ante thronum, dicentes:

11. Dignus es Domine Deus noſter, accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creaſti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata ſunt.

CAPUT V.

I. Flente Joanne, quod librum ſeptem ſigillis ſignatum nemo poſſet aperire. 1. II. Agnus primum occiſus illum aperuit. 6. III. Igitur quatuor animalia & viginti quatuor ſeniores, cum Angelis omnique creatura Deum & Agnum glorificant, & collaudant. 8.

1. Et vidi in dextera ſedentis ſupra thronum, librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.

℣. 2. *Et ſtatim fui in ſpiritu.* Raptus in extaſim, in viſione ſpiritali. *Et ecce ſedes.* Cum de judicio in Romam ethnicam pronuntiando hoc in loco agatur, Joanni omnis judicii apparatus, judex & ejus aſſeſſores exhibentur, uti Danielis 7. 9. ubi dicitur: *antiquus dierum ſedit.* Id eſt, Pater ſeu potius Deus Trinus.

℣. 3. *Et iris.* Signum propitiationis divinæ, quam gemmarum colores oculis etiam inſinuant. Iris circa thronum Dei ſymbolum eſt Dei cum Eccleſia æterni fœderis.

℣. 4. *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor.* Conſeſſus ipſe deſcribitur; 24. *ſeniores*, veteris & novi Teſtamenti Sancti omnes per 12. Patriarchas, & 12. Apoſtolos deſignantur, ut cap. 21. v. 12. & 14. Eccleſia univerſa per ſuos duces adumbratur. Itaque Chriſtus miniſtros ſuos poteſtatis ſuæ & regni ſui facit participes; 24. ſeniores, ſeu Presbyteri Epiſcopos forte nobis exhibent, qui Eccleſiæ ſunt judices, & quaſi Dei aſſeſſores.

℣. 5. *Et de throno procedebant fulgura.* Miraculorum, & comminationum tonitrua. *Quæ ſunt ſeptem Spiritus Dei.* Septem Angeli, qui decreta divina exequuntur.

℣. 6. *Et in conſpectu ſedis tamquam mare vitreum ſimile cryſtallo.* Thronus Dei quaſi per mare immenſum ab omni alio loco ſecretus eſt. Sed mare illud profundum veritatum & myſteriorum, quæ a Deo ſunt revelata, quatuor Evangeliſtæ penetrarunt luce divina illuſtrati. *Quatuor animalia.* Primum ex iis ante thronum, tria reliqua circa thronum: his 4. animalibus 4. Evangeliſtas adumbrari communior eſt SS. PP. ſententia. *Plena oculis ante & retro.* Quæ præterita ſunt, nobis enarrant, futura prænuntiant: lux Evangelii legis ænigmata & figuras illuſtrat. De his quidem Græci a Latinis nonnihil diſſentiunt; ſed ex omnium conſenſu Aquilæ forma Joanni convenit, qui ab æterna Verbi divini generatione Evangelium ſuum orditur. Quatuor etiam inſignes Sanctorum virtutes in iis adumbrantur, in leone fortitudo, in bove patientia, in homine prudentia, in aquila cognitionis ſublimitas.

℣. 8. *Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas.* Ut Seraphim Iſaiæ 6. *Et in circuitu.* Alarum, quæ circumpoſitæ ſunt corpori, ex Græco textu. *Et intus plena ſunt oculis.* ſc. Cognitione. *Et requiem non habebant.* Non ceſſabant, ſtylo in Scripturis uſitato. *Et qui venturus eſt.* In fine mundi judicaturus vivos & mortuos.

℣. 9. *Cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem.* Gr. Gratiarum actionem, aut laudes.

℣. 10. *Procidebant viginti quatuor ſeniores — & mittebant coronas ſuas ante thronum.* Deo offerebant cum gratiarum actione virtutes omnes ſuas, victoriæ decus & dignitatem ad eum referentes.

℣. 11. *Dignus es Domine Deus noſter accipere gloriam, & honorem, & virtutem.* Gr. *Potentiam.* Laudes potentiæ tuæ debitas. *Erant.* Græc. Sunt. Eſtius advertit Græcos interdum vocem *Erant*, pro, *ſunt*, uſurpare; per Dei voluntatem factum eſt, ut eſſent in ipſo temporum initio.

CAPUT V.

℣. 1. *Vidi in dextera ſedentis — librum ſcriptum intus & foris.* Myſtico & litterali ſenſu, hunc librum plerique omnes interpretantur univerſam Scripturam, cujus duplex eſt intelligentia, litteralis & ſpiritalis; hæc interior de Chriſto; de Eccleſia, illa eſt exterior. Volumen erat more veterum convolutum. Septem ſigilla ſunt arcana Dei judicia, aut myſteria, quæ Chriſtus Joanni mox revelabit, quæque antequam revelarentur, erant obſignata: vel ſeptem Eccleſiæ ætates deſignant. Numerus vero ſeptenarius ubique in hoc libro, ut in univerſa pene

Scriptu-

2. Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus?

3. Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram, aperire librum, neque respicere illum.

4. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inventus est aperire librum, nec videre eum.

5. Et unus de senioribus dixit mihi: Ne fleveris: ecce, vicit leo de tribu Juda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula ejus.

† IN VIG. OMNIUM SANCTORUM.

II. 6. Et † vidi: & ecce, in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem Spiritus Dei, missi in omnem terram.

7. Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.

III. 8. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno: habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum:

9. Et cantabant canticum novum, dicentes: Dignus es Domine, accipere librum, & aperire signacula ejus: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

10. Et fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.

11. Et vidi, & audivi vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, *a Dan. 7.10.* & seniorum: & erat numerus eorum *a* millia millium,

12. Dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

13. Et omnem creaturam, quæ in cœlo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audivi dicentes: Sedenti in throno, & agno, benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.

14. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in sæcula sæculorum.*

CAPUT VI.

I. Reseratis per Agnum prioribus quatuor sigillis variæ suboriuntur in terra commotiones, prælia & plagæ. 1. II. Quinto aperto, animæ sanctorum Mar-

2. Und ich sah einen starken Engel, der mit lauter Stimme ausrief: Wer ist würdig, das Buch aufzuthun, und seine Siegel aufzulösen?

3. Und niemand, weder im Himmel, noch auf Erden, noch unter der Erde konnte das Buch aufthun, noch dasselbige ansehen.

4. Da weinete ich sehr, daß niemand würdig erfunden ward, das Buch aufzuthun, noch dasselbige anzusehen.

5. Und einer von den Aeltesten sprach zu mir: Weine nicht: siehe, der Löwe von dem Stamme Juda, die Wurzel Davids, hat den Sieg erhalten, das Buch aufzuthun, und seine sieben Siegel aufzulösen.

II. 6. Und ich sah: und siehe, zwischen dem Throne, und den vier Thieren, und mitten unter den Aeltesten stund ein Lamm, als wann es erwürget wäre, und hatte sieben Hörner, und sieben Augen: welche die sieben Geister GOttes sind, die ausgesandt sind in alle Welt.

7. Und es kam, und nahm das Buch aus der rechten Hand dessen, der auf dem Throne saß.

III. 8. Und nachdem es das Buch aufgethan hatte, fielen die vier Thiere, sammt den vier und zwanzig Aeltesten vor dem Lamme nieder: und jeder hatte Harpfen, und goldene Schaalen voll guten Geruchs, welches die Gebethe der Heiligen sind:

9. Und sie sungen ein neues Lied, und sprachen: HErr! Du bist würdig, das Buch zu nehmen, und seine Siegel aufzulösen: denn du bist getödtet, und hast uns mit deinem Blute GOTT erkauft aus allen Geschlechten, und Zungen, und Völkern, und Heyden:

10. Und hast uns unserm GOtt zum Reiche, und Priestern gemacht: und wir werden auf Erden regieren.

11. Und ich sah, und hörte eine Stimme vieler Engel um den Thron, und um die Thiere, und um die Aeltesten her: und ihre Anzahl war viel tausendmal tausend,

12. Welche mit lauter Stimme riefen: Das Lamm, das getödtet worden, ist würdig, die Kraft, und die Gottheit, und Weisheit, und Stärke, und Ehre, und Herrlichkeit, und Dank zu empfahen.

13. Und alle Creaturen, welche im Himmel, oder auf Erden, oder unter der Erde sind, auch die im Meer sind, und was darinnen ist: die habe ich alle hören sagen: Dem, der auf dem Throne sitzt, und dem Lamme, sey Lob, und Ehre, und Herrlichkeit, und Macht von Ewigkeit zu Ewigkeit.

14. Und die vier Thiere sprachen: Amen. Und die vier und zwanzig Aeltesten fielen nieder auf ihr Angesicht, und betheten den an, der da lebet von Ewigkeit zu Ewigkeit.

Das sechste Capitel.

I. Das Lamm eröffnet die vier ersten Siegel, und werden vier unterschiedliche Pferde mit Reitern gesehen, durch welche unterschiedliche Strafen angedeutet werden. 1. II. In Eröffnung des fünften Siegels,

---

Scriptura, perfectionem & universitatem quamdam significat. Septem sigilla quidam septem proxime sequentes visiones intelligunt.

℣. 2. *Et vidi Angelum fortem.* Primæ Hierarchiæ. Liranus dicit fuisse Gabrielem.

℣. 3. *Et nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram.* Justorum animæ sunt omnes, vel in cœlo, vel in purgatorio: adeo ut hæ voces, *subtus terram.* Purgatorii locum designare videantur. Nulla creatura poterat obsignatum librum aperire. *Neque respicere illum.* i. Nec ejus mysteria cognoscere. Greg. Hom. 33. *Quia septem diebus omne tempus comprehenditur, recte septenario numero universitas designatur.*

℣. 4. *Et ego flebam multum &c.* Mysteria Dei & salutis humani generis obsignata erant ante Christum, in quo sunt thesauri omnes scientiæ & sapientiæ Dei absconditi.

℣. 6. *Et vidi -- Agnum stantem tamquam occisum.* Præ se ferentem figuram ejus, qui ante occisus fuerat. Agnus ille Christus est: dicitur tamquam occisus, quia revixerat. Qui occisus est, jacet, non stat. Leo vocatur ob fortitudinem, Agnus ob mansuetudinem. Leo factus est agnus, & stat in victimæ modum in medio Ecclesiæ suæ. *Cornua septem.* Totidem sunt victoriæ, quas de persecutoribus Ecclesiæ reportabit. *In medio throni.* Ut mediator Dei & hominum inter thronum & quatuor animalia. *Missi in omnem terram.* Angeli providentiæ divinæ administri Ecclesiæ invigilant. *Cornua septem.* Victoriæ sunt de septem tyrannis, qui præ cæteris persecuti sunt Ecclesiam, de quibus postea.

℣. 8. *Et cum aperuisset librum.* Cum cœpisset aperire, & sigilla reserare. *Citharas.* Ut cœleste gaudium significent, quemadmodum phialæ aureæ odoramentorum plenæ sunt Sanctorum orationes igne charitatis accensæ, quas Deo offerunt.

℣. 10. *Et fecisti nos Deo nostro regnum.* Gr. *Fecisti nos reges & sacerdotes. Super terram.* Novam: totus enim mundus erit justorum possessio. Christiana religio est regnum Messiæ in terra.

℣. 11. *Millia millium.* i. Innumeræ myriades.

℣. 12. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem &c.* Ut celebretur potestas tua. *Divinitatem.* Gr. *Divitias.* Dona Spiritus sancti, quæ Christus hominibus ex merito passionis suæ distribuit. *Qui occisus est.* Quia occisus est, hanc virtutem, seu potestatem accepit: divinitatem meruit accipere, ut quam habuit ab æterno, eam manifestam faceret hominibus, & cognosceretur ipsa Dei sapientia. Christus morte sua meruit gloriæ suæ manifestationem, potestatis suæ exercitium, & usum.

gels, werden die Seelen der Märtyrer gesehen, welche über ihre Verfolger Rache begehren. 9. III. Bey Eröffnung des sechsten erhebt sich ein Erdbeben, die Sonne wird verfinstert, der Mond blutroth, ꝛc. die Menschen verbergen sich aus Furcht in die Höhlen. 12.

1. Und ich sah, daß das Lamm eines von den sieben Siegeln aufgethan hatte, und ich hörte eines aus den vier Thieren, gleichwie mit einer Donnerstimme sagen: Komm, und siehe.

2. Und ich sah: und siehe, es war ein weisses Pferd da, und der darauf saß, hatte einen Bogen, und ihm ward eine Krone gegeben, und er zog siegreich aus zu überwinden.

3. Und da es das andere Siegel aufgethan hatte, hörte ich das andere Thier sagen: Komm, und siehe.

4. Und es gieng ein anderes Pferd heraus, das war roth: und der darauf saß, demselbigen ward gegeben, den Frieden von der Erde hinwegzunehmen, und daß sie sich untereinander erwürgen, und ihm ward ein großes Schwert gegeben.

5. Und da es das dritte Siegel aufgethan hatte, hörte ich das dritte Thier sagen: Komm, und siehe. Und siehe, es war allda ein schwarzes Pferd: und der darauf saß, hatte eine Waage in seiner Hand.

6. Und ich hörte gleichwie eine Stimme mitten unter den vier Thieren, die da sagten: Ein Mäßlein Weizen um einen Zehner, und drey Mäßlein Gerste um einen Zehner: aber den Wein, und das Oel beschädige nicht.

7. Und da es das vierte Siegel aufgethan hatte, hörte ich die Stimme des vierten Thiers sagen: Komm, und siehe.

8. Und siehe, es war ein falb * Pferd allda: und der darauf saß, ward der Tod genennet, und die Hölle folgte ihm nach, und ihm ward Macht gegeben, aus den vier Ecken der Erde zu tödten, mit dem Schwert, und mit Hunger, und mit Sterben, und mit den wilden Thieren auf Erden. * bleich.

II. 9. Und da es das fünfte Siegel aufgethan hatte, sah ich unter dem Altare die Seelen derjenigen, welche erwürget waren um des Wortes GOttes willen, und um des Zeugniß willen, das sie hatten,

10. Und sie riefen mit lauter Stimme, und sprachen: HErr! der du heilig, und wahrhaftig bist, wie lange richtest du nicht, und rächest unser Blut nicht an denen, die auf Erden wohnen?

11. Und ihnen wurde gegeben einem jeglichen ein

tyrum petunt accelerari vindictam. 9. *III. Sexto referato fit ingens terræ motus, sol & luna obscurantur, stellæ de cælo cadunt, aliaque signa futuri judicii ostenduntur.* 12.

1. Et vidi, quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis, & audivi unum de quatuor animalibus, dicens, tamquam vocem tonitrui: Veni, & vide.

2. Et vidi: & ecce, equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.

3. Et cum aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal, dicens: Veni, & vide.

4. Et exivit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei, ut sumeret pacem de terra, & ut invicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.

5. Et cum aperuisset sigillum tertium, audivi tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce, equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.

6. Et audivi tamquam vocem in medio quatuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario: & vinum, & oleum ne læseris.

7. Et cum aperuisset sigillum quartum, audivi vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide.

8. Et ecce, equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quatuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.

II. 9. Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant,

10. Et clamabant voce magna, dicentes: Usquequo Domine, sanctus, & verus, non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum de iis, qui habitant in terra?

11. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & di-

CAPUT VI.

℣. 1. *Et vidi, quod aperuisset Agnus unum de septem sigillis.* Christus mysteria regni Dei declarat. *Unum de septem sigillis.* Primum sigillum, more Hebraico. *De quatuor animalibus.* Auctores sacri ac potissimum quatuor Evangelistæ ad res objectas & executionem decretorum Dei nos efficiunt attentos: nam ad leges nobis Evangelio propositas cuncta sunt expendenda, atque Evangelium instar tonitrui homines ad Christum vocat, & ad extremos usque terræ fines intonat.

℣. 2. *Et ecce, equus albus.* Sic triumphantes equis albis insidentes urbem intrare soliti. Per hos significantur Apostoli & immaculati Evangelii præcones. Christus victor equo albo insidet, ut cap. 19. v. 11. *Habebat arcum.* Ut impios eminus feriret. Ipse rex regum & victor per resurrectionem omnia sibi subjecit. *Et exivit.* Gr. *Exivit vincens, ut & vinceret.* Ut victoriam suam continuaret, qui jam victor erat, exivit rursum, ut vinceret. sc. Tres equites sequentes rufum, nigrum, pallidum, id est, gentiles, hæreticos & Saracenos. Vid. Tirin.

℣. 3. *Et cum aperuisset sigillum secundum.* Cum prophetiæ magis ac magis complerentur.

℣. 4. *Exivit alius equus rufus -- ut sumeret pacem.* Ut auferret: tyrannorum adversus Martyres alia hæreticorum persecutio excepit, eaque in secunda Ecclesiæ ætate efferbuit. *Gladius magnus.* Adversus Catholicos, ut equus niger in tertia Ecclesiæ ætate, terribilis est barbarorum incursio. An potius equus rufus cruenta bella Romanorum designat, aut Imperatores Romanos, qui Christianos per 300. annos sunt persecuti? *Et qui sedebat super illum.* Agitator eorum diabolus. *Datum est ei.* Permissum a Deo. *Ut sumeret.* Ut tolleret. *Pacem de terra.* Tamquam dissensionis auctor: & data est illi magna nocendi potestas. Atque hoc primum est iræ Dei flagellum, bella scilicet, quæ equi rufi, & sanguine cruenti imagine, ut fames v. 5. equi nigri typo signatur. Unde v. 6. pa va tritici mensura vulgo, *un litron de blé*, magno emitur, & cavendum monet, ut vinum & oleum magna cura conserventur: futura enim est ingens eorum penuria.

℣. 5. *Habebat stateram in manu sua.* Quia fingit diabolus se res ponderare, potestatem habere & veritatem docere.

℣. 6. *Bilibris tritici denario &c.* q. d. Etsi caro, tamen emi poterit pabulum animæ. *Vinum & oleum ne læseris.* sc. Dei medicinam non possunt hæretici lædere, nec ejus gratiam aut Sacramenta contaminare.

℣. 8. *Et ecce equus pallidus.* An tertium Dei flagellum pestem, aut mortalitatem, quam hic equus pallidus exprimit, animal quartum quarta Ecclesiæ ætate designat? *Data est illi potestas.* Iis nimirum, qui tribus equis insidebant, potestas data est interficiendi gladio, fame & morte. *Et super quatuor partes terræ.* Gr. *Super quartam partem terræ.* At potius, ut videtur viro docto, equus ille pallidus est Mahumetismus ultima Romani Imperii labes, regni Antichristi typus & præcursor. Incursioni barbarorum succedens Mahumetismus tertiæ a quarta ætatis distinctionem manifeste indicat. Alii sic exponunt: *Nomen illi mors* sc. animæ, quam sequitur infernus sc. damnatio. *Et data est illi potestas interficere gladio.* Falsæ prædicationis. *Fame.* Verbi Dei penuria. *Morte.* Pestemorum. *Et bestiis terræ.* Vitiis mundi.

℣. 9. *Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subtus altare animas interfectorum.* Christus simul est altare, & vera Dei victima; vita nostra abscondita est cum Christo; sanguis Martyrum ad pedem altaris fusus est: sunt enim tamquam victimæ.

℣. 10. *Et clamabant — Usquequo Domine.* Sancti, qui in cœlo sunt, non ultionem in seipsa, sed destructionem regni peccati, conversionem impiorum, manifestationem justitiæ Dei, & secundum Christi adventum exoptant. Illud desiderium ultionis divinæ contra impios justitiæ amore concipitur a Sanctis.

℣. 11. *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ.* Quæ est gloria Sanctorum ante resurrectionem, Christi sanctitate & gloria tamquam veste induuntur. *Donec impleantur.* Impiorum punitionem differt Deus, quamdiu id postulat electorum bonum, quorum multi sunt reprobis permisti.

& dictum est illis, ut requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.

III. 12. Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum: & ecce, terræ motus magnus factus est, & sol factus est niger, tamquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis:

13. Et stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno movetur.

14. Et cœlum recessit sicut liber involutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt:

15. Et reges terræ, & principes, & tribuni, & divites, & fortes, & omnis servus, & liber, absconderunt se in speluncis, & in petris montium:

a Isaiæ 2.19. Osee 10. 8. Luc. 23. 30. 16. Et dicunt montibus, & petris: *a* Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni:

17. Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

CAPUT VII.

1. Dum puniendа est terra, jubentur absque nocumento servari Electi signum Dei in fronte gerentes. 1. II. Videtur turba magna ex omnibus gentibus, amicta stolis albis adorans, Deumque & Agnum benedicens. 9.

1. Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem.

† *INFESTO OMNIUM SANCTORUM.* 2. Et † vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum DEI vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari:

3. Dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

4. Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel.

weisses Ehrenkleid: und ward zu ihnen gesagt, daß sie noch eine kleine Zeit ruheten, bis daß erfüllet würden ihre Mitknechte, und ihre Brüder, welche auch umgebracht werden sollten, gleichwie sie.

III. 12. Und ich sah, da es das sechste Siegel aufgethan hatte: und siehe, es war ein großes Erdbeben, und die Sonne ward schwarz, wie ein härener Sack: und der ganze Mond ward gleichwie Blut:

13. Und die Sterne fielen vom Himmel auf die Erde, gleichwie ein Feigenbaum seine unzeitigen Feigen abwirft, wann er von einem großen Winde beweget wird.

14. Und der Himmel wich hinter sich, wie ein eingewickeltes Buch: und alle Berge, und Inseln wurden von ihren Oertern beweget:

15. Und die Könige auf Erden, und die Fürsten, und die Hauptleute, und die Reichen, und die Starken, und alle Knechte, und alle Freye verbargen sich in die Klüfte, und in die Felsen der Berge:

16. Und sie sprachen zu den Bergen, und Felsen: Fallet auf uns, und verberget uns vor dessen Angesicht, der auf dem Throne sitzt, und vor dem Zorne des Lammes:

17. Denn es ist der große Tag ihres Zorns herangekommen: und wer kann bestehen?

Das siebente Capitel.

I. Die Auserwählten werden an ihren Stirnen gezeichnet, damit sie nicht in die Strafe der Gottlosen verwickelt werden. 1. II. Der Apostel siehet eine unzählbare Menge aus den Völkern, mit weissen Kleidern, und Palmzweigen vor dem Throne GOttes stehen, Dank sagen, und GOtt, und das Lamm loben. 9.

1. Darnach sah ich vier Engel stehen auf den vier Ecken der Erde, die hielten die vier Winde der Erde, daß sie weder über die Erde, noch über das Meer, noch über einigen Baum weheten.

2. Und ich sah einen andern Engel heraufkommen vom Aufgang der Sonne, der hatte das Zeichen des lebendigen GOttes: und er rief mit starker Stimme zu den vier Engeln, welchen gegeben war, die Erde, und das Meer zu beschädigen:

3. Und er sprach: Ihr sollt weder der Erde, noch dem Meer, noch den Bäumen Schaden zufügen, bis daß wir die Knechte unsers GOttes an ihren Stirnen zeichnen.

4. Und ich hörte die Zahl der Gezeichneten, hundert und vier und vierzig tausend, die waren gezeichnet aus allen Stämmen der Kinder Israel.

5. Aus

---

†. 12. *Et sol factus est niger &c.* Prophetæ solent magnas calamitates sic describere, quasi totius naturæ confusionem: nam pereuntibus sole & luna pereunt omnia. Per hoc significatur ultima Antichristi persecutio.

†. 13. *Et stellæ de cœlo ceciderunt super terram.* Tum cadunt de cœlo stellæ, cum animæ fide & sanctitate conspicuæ a pietate excidunt, & in peccatorum abyssum præcipites ruunt. Universam naturam Deus tam facile quatit, quam ventus vehemens arbores.

†. 14. *Et cœlum recessit sicut liber involutus.* In quo nihil apparebat. Significatur, tantam fore perturbationem, ut & cœlum & terram alio recessisse videatur, seu tantam fore in die judicii rerum mutationem.

†. 16. *Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos.* Osee 10. 8. & Lucæ 23. 30. Hæc quoque ad extremum judicii diem referuntur, quem Christus Matth. 24. cum excidio Jerosolymæ, & Prophetæ interdum cum extremis calamitatibus conjungunt. Quæ porro insania sibi persuadet, justitiam Dei vitari posse, si nos ipsos abscondamus. Iram Agni non alia ratione vitabimus, quam si ad illius misericordiam confugiamus.

CAPUT VII.

†. 1. *Post hæc vidi quatuor Angelos.* Ministros divinæ justitiæ, & misericordiæ. Quæ Apostolus universim & confuse superiori capite insinuavit futura, nunc distincte & quasi cominus videnda proponit. *Super quatuor angulos.* i. Extremitates, sc. orientem, occidentem &c. *Tenentes.* Qui res humanas commovent, ut Danielis 6. v. 2. Angeli, qui ventos arcebant, ne perflarent, & cuncta commoverent, eosdem jussu divino emittunt.

†. 2. *Et vidi alterum Angelum -- habentem signum.* Gr. *Sigillum.* Quo scilicet electi erant obsignati.

†. 3. *Nolite nocere terræ.* Cur ultio divinæ justitiæ suspendatur, rationem affert, quod inter Judæos multi sint electi, quibus signum Dei est inurendum. Signum & character fidelium, crux ipsa est, quæ cordi magis quam fronti imprimitur: constans fidei & vitæ Christianæ professio est illius signum exterius. Hoc signo cum interiori tum exteriori electi a reprobis separantur. *Servi Dei nostri.* Atque hæc est sexta ætas Ecclesiæ, in qua Antichristus Judæos delere penitus tentabit. Sed occasione Judæorum, qui ad Christum convertentur, Jerusalem cœlestem Joannes complectitur, non solos Judæos. An serie visionum interpellata quidam sextæ & septimæ ætatis singulares eventus Joanni deteguntur? ut videtur novissimo, sed sagaci interpreti idemtidem laudato.

†. 4. *Et audivi numerum signatorum.* Gr. *Sigillo obsignatorum.* Numerus certus 144000. pro incerto ponitur; certum tamen esse electorum numerum insinuat. Sic Ezechiel. 19. 14. signo *tau*, τ, quod crucem Christi figurabat, fronti impresso signantur, qui ab exitio erant immunes. Itaque Angelus obstat, quominus Angeli exterminatores ultionem divinam in aliqua regione exequantur, donec electi in Ecclesiam convenerint cum aliis fratribus, & sigillo gregis selecti obsignentur. Ita Meldensis Episcopus, qui docet Jerosolymæ Ecclesiam fidelium ab excidio urbis ad Adriani usque tempora perstitisse, atque eo complures Judæos convenisse, ex quibus plerique Christianam religionem amplexi sunt; cum omnes a Deo prævisi & electi ingressi fuissent, tunc Judæi sunt exterminati & dispersi, tumque liber antea involutus consilii divini apertus est, sigilla reserata, atque ira Dei in Judæos effusa. Neque in Apocalypsi numeri præcisi & exacti quærendi sunt, quasi ex unaquaque tribu 12000. electi fuerint, sed numerus duodenarius in Scripturis est ubique sacer: nam & 12. sunt Patriarchæ, & 12. Apostoli; atque fides Patriarcharum & Apostolorum in suis successoribus adeo est multiplicata, ut in eo numero perfecte quadrato promissionum Dei æterna immutabilitas designetur. Unde & cap. 14. electorum universitas hoc numero exprimitur. Omissa est tribus Dan, quod tribus Joseph bis recenseatur, Joseph & Manasse, cum duo filii Joseph Ephraim & Manasse duas tribus effecerint, ac numerum duodenarium conservatum oportuerit. Nonnullis placet tribum Dan idcirco esse prætermissam, quod ex illa Antichristus sit nasciturus. Ambrosius L. de Patriarchis, cap 7. *Antichristus*, inquit, *futurus e tribu Dan.* An sola hæc tribus perfidiam suam non deseret in sexta ætate? sed hoc mysterium est.

5. Aus dem Stamme Juda zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Ruben zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Gad zwölftausend gezeichnet:

6. Aus dem Stamme Aser zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Nephthali zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Manasse zwölftausend gezeichnet:

7. Aus dem Stamme Simeon zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Levi zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Issachar zwölftausend gezeichnet:

8. Aus dem Stamme Zabulon zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Joseph zwölftausend gezeichnet: aus dem Stamme Benjamin zwölftausend gezeichnet.

II. 9. Darnach sah ich eine große Schaar, welche niemand zählen konnte, aus allen Heyden, und Geschlechten, und Völkern, und Zungen: die stunden vor dem Throne, und vor dem Angesichte des Lammes, waren bekleidet mit weissen Kleidern, und hatten Palmen in ihren Händen:

10. Und sie riefen mit lauter Stimme, und sprachen: Heil sey unserm GOtt, der auf dem Throne sitzt, und dem Lamme.

11. Und alle Engel stunden rings um den Thron, und um die Aeltesten, und um die vier Thiere: und sie fielen vor dem Throne auf ihr Angesicht, und betheten GOtt an,

12. Und sprachen: Amen. Lob, und Klarheit, und Weisheit, und Danksagung, Ehre, und Kraft, und Stärke sey unserm GOTT von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

13. Und einer von den Aeltesten antwortete, und sprach zu mir: Wer sind diese, welche mit den langen weissen Kleidern bekleidet sind? und woher sind sie gekommen?

14. Und ich sprach zu ihm: Das weißt du, mein HErr. Und er sprach zu mir: Dieses sind diejenigen, welche aus großer Trübsal gekommen sind, und haben ihre Kleider gewaschen, und weiß gemacht im Blute des Lammes.

15. Darum sind sie vor dem Throne GOttes, und dienen ihm Tag und Nacht in seinem Tempel: und der auf dem Throne sitzt, wird über ihnen wohnen.

16. Sie werden hinfüro weder Hunger, noch Durst mehr leiden, es wird auch die Sonne nicht auf sie fallen, noch einige Hitze:

17. Denn das Lamm, so mitten im Throne ist, wird sie regieren, und wird sie hinführen zu den Wasserbrunnen des Lebens, und GOtt wird alle Thränen von ihren Augen abwischen.

Das achte Capitel.

I. Das Lamm erbricht das siebente Siegel, und siehe, es gehen heraus sieben Engel: indem der erste bläßt, fällt Kiesel, und Feuer herunter, welches den dritten Theil der Erde, und der Bäume verzehrt. 1. II. Der andere Engel bläßt, und es fällt ein feuriger Berg in das Meer. 8. III. Der dritte bläßt, und es fällt ein Stern in die Flüsse, welcher den dritten Theil derselben bitter macht. 10. IV. Der vierte bläßt, und der dritte Theil der Sonne, Mond, und Sterne wird verfinstert. 12.

1. Und da es das siebente Siegel aufgethan hatte, ward eine Stille im Himmel, ungefehr eine halbe Stunde lang.

2. Und ich sah sieben Engel vor dem Angesichte GOttes stehen: und ihnen wurden sieben Posaunen gegeben.

3. Und es kam ein anderer Engel, und stund vor dem Altar, und hatte ein goldenes Rauchfaß: und ihm ward

5. Ex tribu Juda duodecim millia signati: ex tribu Ruben duodecim millia signati: ex tribu Gad duodecim millia signati:

6. Ex tribu Aser duodecim millia signati: ex tribu Nephthali duodecim millia signati: ex tribu Manasse duodecim millia signati.

7. Ex tribu Simeon duodecim millia signati: ex tribu Levi duodecim millia signati: ex tribu Issachar duodecim millia signati:

8. Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: ex tribu Joseph duodecim millia signati: ex tribu Benjamin duodecim millia signati.

II. 9. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum:

10. Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.

11. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adoraverunt Deum,

12. Dicentes: Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.*

13. Et † respondit unus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & unde venerunt? † *DE PLUR. MART.*

14. Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & laverunt stolas suas, & dealbaverunt eas in sanguine Agni.

15. Ideo sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die ac nocte in templo ejus: & qui sedet in throno, habitabit super illos.

16. Non esurient *a*, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus æstus: *a Isai.* 49.10.

17. Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, *b* & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.° *b Isaiæ* 25. 8. *Infr.* 21. 4.

CAPUT VIII.

I. Reserato septimo sigillo post silentium mediæ horæ septem Angeli cum septem tubis prodeunt: ad cantum primæ tubæ cadit grando, & ignis, missa sanguine. 1. II. Ad cantum tubæ secundæ, mons magnus, & ardens in mare mittitur. 8. III. Ad cantum tubæ tertiæ stella Absinthium dicta de cælo cadit. 10. IV. Ad cantum tubæ quartæ sol, luna, & stellæ tertiam lucis partem amittunt. 12.

1. Et cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora.

2. Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.

3. Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi

---

* 9. *Post hæc vidi turbam magnam.* Nunc Martyrum, qui in variis persecutionibus passi sunt, innumerabilem multitudinem e gentibus collectam commemorat, postquam electos e Judæis recensuit.

10. *Clamabant — Salus Deo nostro — & Agno.* Est referenda sedenti in throno.

14. *Laverunt stolas suas.* Seu corpora & seipsos. *Et dealbaverunt.* Per Sacramenta, & actus pœnitentiæ, patientiæ &c. *In sanguine Agni.* Merito mortis Christi.

15. *Habitabit super illos.* Et proteget.

16. *Nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.* q. d. Ulla molestia.

CAPUT VIII.

1. *Factum est silentium in cælo.* Illud fuit stuporis, quod sententia supremi Judicis cum veneratione mox esset excipienda, aut potius silentium est temporis intervallum inter primam & secundam visionem. Sigillum illud est mysterium judicii divini adversus impios.

2. *Et vidi septem Angelos.* Hi septem Angeli sunt principes Ecclesiæ Deo proximi & familiarissimi, quibus cura & regimen universi demandatum. Ita Andreas, & a Lapide. *Et datæ sunt illis septem tubæ.* Quæ bella mox futura indicant.

3. *Et alius Angelus stetit ante altare.* Alludit ad altare thymiamatis, quod erat ante sancta sanctorum. *Data sunt.* Ut Deo offerret. Ergo Angeli orationes nostras offerunt Deo, eique commendant, ut eas exaudire dignetur. Christus est altare ipsum, in quo fit oblatio Deo, & charitas est hujus sacrificii ignis.

illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.

4. Et ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.

5. Et accepit Angelus thuribulum, & implevit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

6. Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparaverunt se, ut tuba canerent.

7. Et primus Angelus tuba cecinit: & facta est grando, & ignis, mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

II. 8. Et secundus Angelus tuba cecinit: & tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis.

9. Et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quæ habebant animas in mari, & tertia pars navium interiit.

III. 10. Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de cœlo stella magna, ardens tamquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum:

11. Et nomen stellæ dicitur Absinthium: & facta est tertia pars aquarum in Absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.

IV. 12. Et quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita, ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

13. Et vidi, & audivi vocem unius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra, de cæteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

CAPUT IX.

I. Quinto Angelo tuba canente stella cadit, & locustæ a fumo putei egressæ describuntur, quæ homines crucient 1. *II. Sexto vero Angelo canente solvuntur quatuor Angeli, qui ingenti equestri exercitu tertiam hominum partem occidunt:* 13. *III. Nec tamen innoxii a plagis agunt pœnitentiam.* 20.

1. Et quintus Angelus tuba cecinit: & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clavis putei abyssi.

viel Rauchwerks gegeben, das er von den Gebethern aller Heiligen auf den goldenen Altar legte, der vor dem Throne GOttes ist.

4. Und der Rauch des Rauchwerks von den Gebethern der Heiligen, gieng von der Hand des Engels hinauf vor GOTT.

5. Und der Engel nahm das Rauchfaß, und füllete es von dem Feuer des Altars, und schüttete es auf die Erde, da geschahen Donnerschläge, und Stimmen, und Blitze, und große Erdbeben.

6. Und die sieben Engel, welche die sieben Posaunen hatten, rüsteten sich, daß sie die Posaunen bließen.

7. Und der erste Engel bließ die Posaune: und es ward ein Hagel, und Feuer, mit Blut vermischet, und ward auf die Erde geworfen, und der dritte Theil der Erde verbrannte, auch verbrannte der dritte Theil der Bäume, und alles grüne Gras verbrannte.

II. 8. Und der andere Engel bließ die Posaune: da ward gleichwie ein großer Berg, mit Feuer brennend, in das Meer geworfen, und der dritte Theil des Meers ward Blut.

9. Und der dritte Theil der Creaturen, so im Meer das Leben hatten, sturben, und der dritte Theil der Schiffe gieng zu Grunde.

III. 10. Und der dritte Engel bließ die Posaune: da fiel ein großer Stern vom Himmel, der brannte wie eine Fackel, und fiel auf den dritten Theil der Wasserströme, und Wasserbrunnen:

11. Und der Name des Sterns heißt Wermuth: da ward der dritte Theil der Wasser zu Wermuth: und viele Menschen sturben von den Wassern, denn sie waren bitter worden.

IV. 12. Und der vierte Engel bließ die Posaune: da ward der dritte Theil der Sonne geschlagen, und der dritte Theil des Mondes, und der dritte Theil der Sterne, also, daß deren dritter Theil verfinstert ward, und bey Tag der dritte Theil nicht schiene, und zu Nacht desgleichen.

13. Und ich sah, und hörte eine Stimme eines Adlers, der mitten durch den Himmel flog, und rief mit starker Stimme: Weh, weh, weh, denen die auf Erden wohnen, wegen den übrigen Stimmen der drey Engeln, welche die Posaunen noch blasen würden.

Das neunte Capitel.

I. Der fünfte Engel bläßt, und ein Stern, so aus dem Himmel fällt, eröffnet den Abgrund, aus welchem hervorkommen Heuschrecken, gleich den Pferden, ꝛc. 1. II. Da der sechste Engel bläßt, werden aus dem Fluß Euphrate vier Engel aufgelößt, welche ein Kriegsheer sammeln, so den dritten Theil der Menschen erschlägt: 13. III. Worüber sich die Gottlosen dennoch nicht bekehren. 20.

1. Und der fünfte Engel bließ die Posaune: und ich sah einen Stern, der vom Himmel gefallen war auf die Erde, und ihm ward der Schlüssel zum Brunnen des Abgrundes gegeben.

2. Und

℣. 4. *Ascendit fumus incensorum de orationibus Sanctorum.* Ut nostræ orationes ad Deum ascendant, eas cum meritis Christi conjunctas esse oportet, & cor ipsum sursum tollendum est.

℣. 5. *Et accepit Angelus thuribulum.* Post ignem, qui erat in thuribulo, consumptum, & exhalationem thymiamatis. *Et facta sunt tonitrua.* Hæc prænuntia fuerunt ingentium calamitatum. *De igne altaris.* Holocaustorum: hinc enim sumebantur carbones, quibus incenderentur aromata in altari thymiamatis.

℣. 6. *Et septem Angeli, qui habebant septem tubas.* Mox revelatio earundem rerum incepta est sub aliis signis, ut videtur illustri Anonymo, nempe sub 7. tubis significata. Aug. L. 20. de civitate, cap. 17. *Sic eadem multis modis repetit, ut alia, atque alia dicere videatur: cum aliter atque aliter hæc ipsa dicere investigetur.*

℣. 7. *Et tertia pars terræ combusta est.* Populus herbæ virentis figura Isaiæ 40. v. 7. exprimitur, ac juventus imprimis, quæ in bellis perire solet.

℣. 8. *Et tamquam mons magnus igne ardens.* i. Potentia Romana, quæ, ut placet Meldensi Episcopo, instar Æthnæ ardentis in perniciem Judæorum incubuit, nec populus Judaicus omnino absumptus est, sed pars illius magna. Sed non minus est probabile de ultima Universi subversione hoc loco agi, non de solis Judæis.

℣. 10. *Cecidit de cœlo stella magna.* Cometa vel simile meteorum ignitum, quod dissiliens in exhalationes multas, reddet amaram tertiam partem fluminum in pœnam sceleratæ voluptatis, gulæ &c.

℣. 11. *Et nomen stellæ dicitur absinthium.* Hic est illius character; cuncta rebellionis igne implet, quam ruina & luctus consequuntur, residuum aquarum amaritudine perfusum.

℣. 13. *Et audivi vocem unius aquilæ.* Gr. *Angeli.* Sæpe Deus eximium aliquem doctorem mittit, qui calamitates imminentes prænuntiet, ut flagella Dei precibus, jejuniis, & pœnitentia avertant homines. Triplex illud *væ*, tres, quæ sequuntur acerbissimas calamitates exprimit.

CAPUT IX.

℣. 1. *Et quintus Angelus tuba cecinit.* Quinta hac visione ingens Ecclesiæ persecutio continetur, quam de hæreticis, qui Antichristi temporibus futuri sunt, plerique interpretantur. Sed hæreticis, qui secundo & tertio sæculo e Judæis orti Ecclesiam divexarunt, Meldensis Episcopus hanc prophetiam applicat. Primum quidem Cerinthus & Ebion Christum ut merum hominem, & in Deo unicam esse personam docuerant, quam hæresim Joannes Apostolus initio sui Evangelii profligavit. Sed post ejus obitum hæc Judaica hæresis Ecclesiam majori clade afflixit: tum enim exorti sunt hæretici, qui Verbum Dei non agnoscebant; unde & *Alogi* dicti sunt apud Epiphanium hæresi 51. *Et vidi stellam de cœlo cecidisse.* Per hanc stellam significatur Angelus de cœlo descendens, & labens potestatem supra infernum.

2. Und er that den Brunnen des Abgrunds auf: und der Rauch des Brunnens gieng herauf, wie ein Rauch eines großen Ofens: und die Sonne, sammt der Luft ward verfinstert vom Rauche des Brunnens.

3. Und aus dem Rauche des Brunnens kamen Heuschrecken auf die Erde, und ihnen ward Macht gegeben, wie die Scorpionen auf Erden Macht haben.

4. Es ward ihnen aber befohlen, daß sie das Gras der Erde nicht beschädigen, noch etwas, so grün ist, noch einigen Baum: sondern allein die Menschen, welche das Zeichen GOttes an ihren Stirnen nicht haben.

5. Und es ward ihnen Macht gegeben, sie nicht zu tödten, sondern ihnen Qual anzuthun fünf Monathe lang: und ihre Qual war, wie die Qual von einem Scorpion, wann er den Menschen sticht.

6. Und in denselbigen Tagen werden die Menschen den Tod suchen, und werden ihn nicht finden: und sie werden Verlangen haben zu sterben, und der Tod wird von ihnen fliehen.

7. Und die Gestalt der Heuschrecken war gleich den Rossen, welche zum Streit bereitet sind: und auf ihren Häuptern waren gleichwie Kronen, dem Golde gleich: und ihre Angesichter waren, wie der Menschen Angesichter.

8. Und sie hatten Haare, wie der Weiber Haare: und ihre Zähne waren wie der Löwen Zähne:

9. Und sie hatten Panzer, wie eiserne Panzer, und das Rauschen ihrer Flügel war, wie das Rasseln der Wagen, und vieler Rosse, wenn sie zum Streite laufen:

10. Und sie hatten Schweife, gleich den Scorpionen, und es waren Stacheln an ihren Schweifen: und ihre Macht war, die Menschen fünf Monathe lang zu beschädigen: und sie hatten über sich

11. Zum Könige den Engel des Abgrunds, dessen Name heißt auf Hebräisch Abaddon, aber auf Griechisch Apollyon, auf Lateinisch heißt er der Verderber.

12. Ein Wehe ist vorüber, und siehe, es kommen noch zwey Wehe hernach.

II. 13. Und der sechste Engel bließ die Posaune: und ich hörte eine Stimme aus den vier Hörnern des goldenen Altars, der vor den Augen GOttes ist,

14. Die sprach zu dem sechsten Engel, der die Posaune hatte: Löse auf die vier Engel, welche an dem großen Strome Euphrate gebunden sind.

2. Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol, & aër de fumo putei.

3. Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ:

4. Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: nisi tantum homines, qui non habent signum Dei in frontibus suis.

5. Et datum est illis, ne occiderent eos, sed ut cruciarent mensibus quinque: & cruciatus eorum, ut cruciatus scorpii, cum percutit hominem.

6. Et *a* in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

7. Et *b* similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tamquam coronæ similes auro: & facies earum tamquam facies hominum.

8. Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum, sicut dentes leonum erant:

9. Et habebant loricas, sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum:

10. Et habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinque: & habebant super se

11. Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Græce autem Apollyon, Latine habens nomen Exterminans.

12. Væ unum abiit, & ecce, veniunt adhuc duo væ post hæc.

II. 13. Et sextus Angelus tuba cecinit: & audivi vocem unam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei,

14. Dicentem sexto Angelo, qui habebat tubam: Solve quatuor Angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.

15. Et

---

a Isai. 65.

b Sap. 16.

℣. 3. *Et de fumo putei exierunt locustæ.* Per has adumbrantur hæretici instabiles, quique alias ex aliis quæstiones ferunt, nec firmo gradu incedunt, nec in sublime feruntur, sed continuo saltitant, & Ecclesiæ messem exedunt. Pleræque hæreses non diu vivunt, sed instar locustarum cito intereunt, cum tamen aliæ ex aliis renascantur. *Sed ultra non proficient, insipientia enim illorum manifesta erit omnibus*, 2. Tim. 3. v. 9. *Exierunt locustæ in terram.* Gagnæus: Prodierunt hæretici locustarum similes, qui per elationem in altum saliunt, & per cupiditatem in terram recidunt. terrenis voluptatibus & deliciis addicti. *Ut scorpiones terræ.* Qui blandi sunt in speciem, sed cauda feriunt venenata; sic hæretici specie tenus blandi, sed recessus eorum est venenatus; quos per sævitiam nequeunt, per occultas insidias perimunt.

℣. 4. *Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ — nisi tantum homines.* Hæ locustæ non ut aliæ agrorum herbas, sed homines ipsos; non corpora, sed animas veneno suo interimunt. *Qui non habent.* Qui constanti & firma fide sunt destituti, a venenatis hæreticorum morsibus tuti non erunt.

℣. 5. *Datum est illis — ut cruciarent mensibus quinque.* Hæresis invidia & odio excruciat infectos ea labe totius vitæ decursu, quæ infantia, pueritia, adolescentia, juventute, & senectute continetur. Tamquam ictu scorpii, sic verme conscientiæ & stimulis punguntur. Quinque mensibus scorpii maxime sæviunt: cum percutiunt homines, sub initium non vehemens est dolor, sed sensim augetur. Deus paulatim & per gradus nos punit, ut ad pœnitentiæ asylum confugiamus.

℣. 6. *Et in diebus illis quærent homines mortem.* De improbis hoc plerique intelligunt ob contextus ordinem: nam ii videntur esse, qui non habent signum Dei in frontibus suis; vellet impius, ut omnia cum ipso perirent.

℣. 8. *Habebant capillos sicut capillos mulierum.* Cum sint effœminati. *Et dentes earum.* Ut dentes Leonum, quibus Ecclesiam discerpunt.

℣. 9. *Habebant loricas sicut loricas ferreas.* Ob induratam pertinaciam. *Vox alarum.* Propter strepitum verborum, & disceptationum confusionem: cor habent lapideum, & contumax.

℣. 11. *Cui nomen Hebraice Abaddon — Latine habens nomen exterminans.* Et perdens. Angelus ille abyssi Diabolus est, qui homicida fuit ab initio, cum primos parentes seduxit. Verba autem illa: *Latine exterminans*, videntur ab Interprete adjecta: nam Joannes scripsit Græce. Hæ locustæ videntur ex cap. 1. & 2. Joelis depromptæ.

℣. 12. *Væ unum.* Prima calamitas, quæ non fidelibus modo, sed etiam infidelibus luctuosa fuit, quod hæresis illa judaica veritatis solem iis obduxerit.

℣. 13. *Audivi vocem unam.* Imperium aliud permagni momenti a Deo profectum. Alii unam vocem interpretantur Christianæ doctrinæ concordiam ex quatuor Evangeliis Christi, qui est altare illud aureum; ex illo altari judicium adversus impios prodiit, ut gratia in electos.

℣. 14. *Solve quatuor Angelos.* Ex Episcopo Meldensi temporum seriem Apostolus sequitur. Post secundum væ, aut secundam calamitatem Ecclesiæ a Paulo Samosateno perturbatæ, Persæ, qui hactenus Euphratem non transierant, a Romanis semper repulsi in Romanum imperium exundarunt, quod tum gravi vulnere afflictum est devicto Christianorum acerbo persecutore Valeriano, a Sapore Persarum Rege, & in captivitatem redacto. Tum imperium misere discerptum externis & civilibus bellis: undequaque Barbari Occidentale imperium invaserunt. *Solvite quatuor Angelos.* Seu boni, seu mali sint Angeli, jussis divinis illigati, obstabant, ne Persæ hos limites transilirent. Euphrates Romani limes erat Imperii.

15. Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.

16. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audivi numerum eorum.

17. Et ita vidi equos in visione: & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas, & capita equorum erant tamquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & sulphur.

18. Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum.

19. Potestas enim equorum in ore eorum est, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent.

III. 20. Et ceteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, ut non adorarent dæmonia, & simulacra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque ambulare:

21. Et non egerunt pœnitentiam ab homicidiis suis, neque a veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque a furtis suis.

CAPUT X.

I. Clamante alio forti Angelo loquuntur septem tonitrua: porro Angelus jurat, non amplius fore tempus, sed consummandum ad vocem septimi Angeli mysterium. 1. II. Dat librum Joanni devorandum, quem in ore mellеum, in ventre amarum experitur. 8.

1. Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite ejus, & facies ejus erat, ut sol, & pedes ejus tamquam columnæ ignis:

2. Et habebat in manu sua libellum apertum: & posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram:

3. Et clamavit voce magna, quemadmodum cum leo rugit: & cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

4. Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audivi vocem de cœlo, dicentem mihi: Signa, quæ locuta sunt septem tonitrua, & noli ea scribere.

5. Et *a* Angelus, quem vidi stantem super

a Dan. 12. 7.

15. Da wurden die vier Engel losgemacht, welche auf Stund, und Tag, und Monath, und Jahr bereit waren, damit sie den dritten Theil der Menschen erwürgeten.

16. Und ihre Anzahl des Heers zu Roß war, zwanzigtausendmal zehentausend. Und ich hörte ihre Anzahl.

17. Und ich sah die Rosse im Gesichte, dieser Gestalt: die darauf saßen, hatten feurige, und himmelblaue, und schwefelichte Panzer an, und die Häupter der Rosse waren wie Löwenhäupter: und es gieng Feuer, und Rauch, und Schwefel aus ihren Mäulern.

18. Und von diesen drey Plagen ward der dritte Theil der Menschen getödtet, nämlich vom Feuer, und vom Rauch, und vom Schwefel, welche aus ihrem Maule hergiengen.

19. Denn die Macht der Rosse ist in ihrem Maule, und in ihren Schweifen. Denn ihre Schweife sind den Schlangen gleich, und haben Köpfe: und mit denselbigen thun sie Schaden.

III. 20. Und die übrigen Menschen, welche mit diesen Plagen nicht umgebracht worden sind, thaten auch nicht Buße von den Werken ihrer Hände, daß sie die Teufel nicht anbetheten, und die goldenen, und silbernen, und ährenen, und steinernen, und hölzernen Götzen, so weder sehen, noch hören, noch wandeln können:

21. Sie thaten auch nicht Buße von ihren Todtschlägen, noch von ihrer Zauberey, noch von ihrer Hurerey, noch von ihren Diebstählen.

Das zehente Capitel.

I. Johannes siehet einen Engel bekleidet mit einer Wolke, welcher den rechten Fuß auf das Meer, den linken auf die Erde setzt, und schwört, es werde hinfüro keine Zeit mehr seyn, und erschallen sieben Donnerknalle. 1. II. Der Engel befiehlt Johanni, das Buch zu nehmen, und zu essen, welches im Munde süß, im Bauche aber bitter ist. 8.

1. Und ich sah einen starken Engel vom Himmel herabkommen, der war mit einer Wolke bekleidet, und ein Regenbogen war auf seinem Haupte, und sein Angesicht war wie die Sonne, und seine Füße wie feurige Saulen:

2. Und er hatte ein Büchlein in seiner Hand, das aufgethan war: und er setzte seinen rechten Fuß auf das Meer, den linken aber auf die Erde:

3. Und er rief mit lauter Stimme, als wann ein Löwe brüllet: und da er gerufen hatte, redeten die sieben Donner ihre Stimmen.

4. Und nachdem die sieben Donner ihre Stimmen ausgeredet hatten, wollte ich sie schreiben: und ich hörte eine Stimme vom Himmel, die sprach zu mir: Versiegle, was die sieben Donner geredet haben, und schreibe dasselbige nicht.

5. Und der Engel, den ich auf dem Meere, und auf der

℣. 15. *Ut occiderent tertiam partem hominum.* Hac loquendi ratione Apostolus solet exprimere cladem, quæ cum magna sit, non est tamen excidium plenum.

℣. 16. *Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia.* Non determinatus, sed ingens numerus designatur, ut Danielis 7. Sunt, qui per equestrem illum exercitum Dæmones & impios intelligant, ac frustra mystica numerorum significatio quæritur. *Et audivi numerum eorum.* q. d. Intellexi quodam docente, cum non possem numerare.

℣. 17. *Et qui sedebant.* sc. Dæmones, vel Persæ, ut alii interpretantur. *Habebant loricas igneas.* Persæ ferro omni ex parte corporis tegebantur, eoque terso, & coloris cærulei. *Igneas.* Colorem igneum præseferebant. *Tamquam capita leonum.* Instar leonum erant efferata. *Et de ore eorum procedit ignis.* Militum ardor, aut impetus exprimitur, ut Nahum 2. 3. Quamquam ignis, fumus & sulphur, iram, superbiam, ultionem, bellorum omnes fontes satis apte adumbrant.

℣. 19. *Potestas enim equorum in ore eorum.* Parthi, quibus hic constabat exercitus, a fronte & a tergo pugnabant. *Caudæ eorum.* Hostes jaculis confodiebant averso capite, & fugiendo. Vel capita illa sunt pedites, qui equorum tergo pone equitem insidebant.

℣. 20. *Et cæteri homines.* Duæ reliquæ partes impiorum, qui post tot plagas non sunt conversi a suis criminibus.

CAPUT X.

℣. 1. *Et vidi alium Angelum fortem.* Quidam hunc Angelum fortem Christum ipsum magni consilii Angelum interpretantur, virtutem Dei, qui de cœlo descendit; indutus est humanitate nostra tamquam nube; in cujus capite est iris, reconciliatio nempe generis humani; qui est splendor paternæ gloriæ: Pedes ejus sunt Apostoli, & prædicatores, qui Christi nomen per universum orbem propagant, ut Petrus, Paulus, &c. firmi in fide, tamquam columnæ; afflictionum igne probati. *Tamquam columnæ ignis.* Sicque secundum Christi adventum, qui venturus est per ignem, exprimunt: *Cum elementa calore solventur*, ex Petri Epist. 2. cap. 3. Sed non minus commode hæc de alio Angelo intelliguntur, eoque septimo, qui ultimam ultionem comminatur: prius quidem pacem promittit. *Iris in capite ejus.* Sed resipiscere nolentibus supplicia minatur, qui ejus pedibus subjicientur.

℣. 2. *Habebat in manu libellum apertum.* Non amplius obsignatum, isque sententiam jam prolatam continet, qua non modo imperium persecutorum mox fractum iri, terra marique decernitur; sed etiam Antichristi regnum annuntiatur futurum.

℣. 3. *Clamavit -- quemadmodum cum leo rugit.* Rugitu leonis, stylo Prophetico ultio magna & proxima exprimitur. Iræ Dei comminationes sunt quasi totidem tonitrua. *Locuta sunt septem tonitrua voces suas.* Quasi Echonem septies repercussam.

℣. 4. *Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas.* Quæ vocem ediderunt cum ingenti fragore, iisque judicia Dei abscondita, nec revelanda continentur; nam circumstantiæ & tempora divinæ ultionis, Dei cognitioni reservantur. *Scripturus eram.* Videtur Joannes rem sibi revelatam statim plagiari excepisse.

℣. 5. *Angelus -- levavit manum suam ad cælum.* Daniel c. 12. v. 7. Angelus jurat utraque manu sublata: sed hoc in loco Angelus libellum altera manu tenebat.

der Erde stehen sah, hub seine Hand auf gen Himmel:

6. Und er schwur bey dem, der von Ewigkeit zu Ewigkeit lebet, der den Himmel erschaffen hat, und was darinnen ist, und die Erde, und was darinnen ist, und das Meer, und was darinnen ist: Daß hinfüro keine Zeit mehr seyn wird:

7. Sondern in den Tagen der Stimme des siebenten Engels, wann der anfangen wird die Posaune zu blasen, so wird das Geheimniß GOttes vollendet werden, wie er das durch seine Knechte die Propheten verkündiget hat.

II. 8. Und ich hörte abermal eine Stimme aus dem Himmel mit mir reden, und sagen: Gehe hin, und nimm das offene Buch aus der Hand des Engels, der auf dem Meer, und auf der Erde stehet,

9. Und ich gieng hin zu dem Engel, und sagte ihm, daß er mir das Buch geben sollte. Und er sprach zu mir: Nimm das Buch hin, und verschlinge es: und es wird dir deinen Bauch bitter machen, aber in deinem Munde wird es so süß sern wie Honig.

10. Und ich nahm das Buch aus der Hand des Engels, und verschlung es: und es war so süß in meinem Munde, wie Honig: und da ich es verschlungen hatte, ward es mir bitter im Bauche:

11. Und er sprach zu mir: Du mußt abermal den Heyden, und den Völkern, und den Zungen, und vielen Königen weißagen.

Das eilfte Capitel.

I. Johanni wird anbefohlen, die Kirche GOttes, sammt den Altar zu messen, welche 42. Monathe vom Antichrist grausam wird verfolget werden. 1. II. Ihm werden sich widersetzen Enoch, und Elias. 3 III. Deren Marter, Tod, Aufnehmung in Himmel, und darauf folgende Zeichen werden beschrieben. 7. IV. Der siebente Engel bläßt, und alles wird erfüllet, und das Reich der Herrlichkeit fängt an: darum die 24. Aeltesten GOttes GOtt danken. 15. V. Der Himmel wird eröffnet, und die Arche des Bundes erscheinet, darauf Blitz, Donner, Erdbeben, und Kiesel erfolgen. 19.

1. Und mir war ein Rohr gegeben, das einer Ruthe gleich war, auch ward mir gesagt: Stehe auf, und miß den Tempel GOttes, und den Altar, und die darinnen anbethen.

2. Aber den Vorhof, der außer dem Tempel ist, wirf hinaus, und miß ihn nicht: denn er ist den Heyden übergeben, und sie werden die heilige Stadt zertretten zwey und vierzig Monathe lang:

II. 3. Und ich will meinen beyden Zeugen geben, daß sie mit Säcken angethan, tausend, zweyhundert, und sechzig Tage weißagen sollen.

mare, & super terram, levavit manum suam ad cœlum:

6. Et juravit per viventem in sæcula sæculorum, qui creavit cœlum, & ea, quæ in eo sunt, & terram, & ea, quæ in ea sunt, & mare, & ea, quæ in eo sunt: Quia tempus non erit amplius:

7. Sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut evangelizavit per servos suos Prophetas.

II. 8. Et audivi vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare, & super terram.

9. Et abii ad Angelum, dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi: *b* Accipe librum, & devora illum: & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel. *b Ezech.* 3. 1.

10. Et accepi librum de manu Angeli, & devoravi illum: & erat in ore meo tamquam mel dulce: & cum devorassem eum, amaricatus est venter meus;

11. Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAPUT XI.

I. Joannes jubetur metiri templum Dei sc. Ecclesiam, quam Antichristus 42. mensibus calcant, ut crudeli persecutione. 1. II. Illi se opponet Enoch, & Elias. 3. III. Qui occisi ab Antichristo resurgent, cœlum ascendent, & tertiæ motu 7000. hominum occident. 7. IV. Ad cantum septimi Angeli incipit regnum Dei gloriosum: ideo Sancti gratias Deo agunt. 15. V. Templum Dei aperitur, & apparet Arca Testamenti. 19.

1. Et datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire templum DEI, & altare, & adorantes in eo.

2. Atrium autem, quod est foris templum, ejice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus:

II. 3. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta; amicti saccis.

℣. 6. *Quia tempus non erit amplius.* Peracto judicio, ut plerique interpretantur: vel nullus est amplius dilationi locus; instat divina ultio; post ultimum vitæ tempus nullus est amplius pœnitentiæ locus.

℣. 7. *In diebus vocis septimi Angeli -- consummabitur mysterium Dei.* Liber apertus disruptis septem sigillis, & consummata mysteria septem tubarum sono ostendunt utrisque & sigillis, & tubis res easdem designari, & ad finem usque mundi nos perducere.

℣. 9. *Accipe librum, & devora illum.* Idem legimus Ezech. 3. 1. *Devorare* hoc loco cum aviditate intelligendi percipere significat. Alte menti infige; tot tantarumque rerum cognitio te valde delectabit; sed cum videris futuras Ecclesiæ persecutiones, tum acerbo animi dolore cruciaberis.

℣. 11. *Oportet te iterum prophetare Gentibus &c.* Necesse est, ut singillatim hæc regibus, & populis annunties, quæ capite sequenti Joannes facturus est, postquam ingentes exposuerit Ecclesiæ persecutiones, quæ iram Dei in Romanum imperium provocarunt.

CAPUT XI.

℣. 1. *Et datus est mihi calamus.* i. Arundo. *Similis virgæ.* Alludere videtur Apostolus ad locum Ezechielis c. 40. v. 3. Calamus est arundo mensoria sex cubitorum, & unius palmi. Per templum Dei designatur atrium sacerdotium, in quo erat altare holocaustorum. *Adorantes in eo.* An sacerdotes in altari victimas offerentes? Sed templum ipsa est Ecclesia, cujus membra electa numerantur. Meldensis Episcopus hæc de Ecclesiæ persecutione sub Diocletiano interpretatur, quæ ab eversione Ecclesiarum incepit. Joannes nobis exhibet templum, & altare, quod ab hominibus destrui non potest: multum quidem sanguinis in ea persecutione effusum est; plures facti sunt apostatæ: sed Ecclesia in electis suis stetit invicta; qui intus erant juxta æternam electionem, non perierunt: hi sunt *Adorantes in eo. Et metire templum.* Electorum societatem, ex quibus nullus perit; fide ipsa ut calamo, aut virga mensoria, Dei opera metiri, & æstimare debemus. His verbis statum Ecclesiæ, & Judæorum imprimis in extremis temporibus videtur exprimere, ut v. sequenti seductores, & seductos ab Antichristo.

℣. 2. *Atrium autem -- ejice foras.* Hos, qui sunt in atrio laicorum, seu Christianos vitæ laxioris repudia. *Non metiaris.* Utpote indignos, qui inter Christianos numerentur, quia cito deficient. *Et civitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Cuilibet persecutioni certi præscribuntur termini: non sævient tyranni, quantum vellent, sed intra certum tempus a Deo præfixum: sic Daniel 7. v. 23. Antiochi persecutioni idem tempus præfigitur, nempe trium annorum cum dimidio, cum ait: *Tradentur in manus.* Nempe Antiochi, quod alii de Antichristo intelligunt. *Usque ad tempus.* Seu annum. *Et tempora.* Hoc est, per annos duos. *Et dimidium temporis.* Seu anni. Qui numerus mysticus in hoc libro diversis verbis exprimitur, & sæpius iteratur: ut regnum etiam Antichristi, Juliani temporibus figuratum, cap. 13.

℣. 3. *Et dabo.* Spiritum meum. *Duobus testibus meis.* Major pars interpretum hunc locum de Antichristi persecutione exponit, idque satis commode: Henoch, & Eliam duos esse testes volunt. *Diebus mille ducentis sexaginta.* Qui sunt 40. menses, quorum singuli 30. diebus constant. Ac numerus ille Ecclesiæ persecutionibus videtur consecratus. Primum enim Antiochi persecutione fuit figuratus, & Scripturæ stylo *tempus* anni revolutionem

4. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes.

5. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & devorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.

6. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus Prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, convertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga, quotiescumque voluerint.

III. 7. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abysso, faciet adversum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

8. Et corpora eorum jacebunt in plateis civitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.

9. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumentis.

10. Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & jucundabuntur: & munera mittent invicem, quoniam hi duo Prophetæ cruciaverunt eos, qui habitabant super terram.

11. Et post dies tres, & dimidium, spiritus vitæ a Deo intravit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui viderunt eos.

4. Diese sind die zween Oelbäume, und die zween Leuchter, so vor dem Angesichte deß HErrn der Erde stehen.

5. Und so jemand sie wird beschädigen wollen, so wird Feuer aus ihrem Munde hergehen, und wird ihre Feinde fressen: und so sie jemand beleidigen wollte, derselbige muß also getödtet werden.

6. Diese haben Macht den Himmel zu verschließen, daß es in den Tagen ihrer Weißagung nicht regne: sie haben auch Macht über die Wasser, dieselbigen in Blut zu verwandeln, auch die Erde mit allerhand Plagen zu schlagen, so oft sie wollen.

III. 7. Und wann sie ihr Zeugniß geendiget haben, so wird das Thier, so aus dem Abgrunde heraufkömmt, einen Streit wider sie anrichten, es wird sie auch überwinden, und tödten.

8. Und ihre Leiber werden liegen auf den Gassen der großen Stadt, welche geistlich Sodoma, und Aegypten genennet wird, da ihr Herr auch gekreuziget ist.

9. Und etliche von den Geschlechten, und Völkern, und Zungen, und Herden, werden ihre Leiber drey Tage lang, und einen halben Tag sehen, und werden nicht zulassen, daß ihre Leiber in Gräber gelegt werden.

10. Und die auf Erden wohnen, werden sich über sie erfreuen, und frohlocken: und werden einander Geschenke senden, dieweil diese beyde Propheten denjenigen Qual angethan hatten, die auf Erden wohnten.

11. Aber nach drey Tagen, und einem halben Tag, fuhr der Geist des Lebens in sie von GOTT. Und sie tratten auf ihre Füße, und es fiel eine große Furcht auf diejenigen, die sie sahen.

12. Und

nem significat, ut septem tempora Nabuchodonosoris, Danielis 4. Ac Joannes ad locum Danielis citatum manifeste alludit, ut genuinum persecutionum characterem designet: certos nimirum his præfigit terminos ob electorum salutem, qui revera in ultima persecutione Ecclesiæ sunt constituti. Sic Valeriani persecutio per tres annos cum semisse est continuata. Qui sint duo illi testes in eorum sententia, qui hanc prophetiam ad Antichristi tempora referunt, explicatu facilius est: num Henoch, & Elias juxta Ecclesiæ traditionem ad extrema usque tempora reservantur. De Henoch testimonium illustre videtur Eccli. 44. v. 16. Eliæ vero adventus Malach. 4. v. 4. Eccli. 48. v. 10. Eumque Malachiæ locum Christus Joanni Baptistæ aptavit, Matth. 11. 14. & cap. 17. v. 11. 12. Sed priorem intellectum prophetiæ non excludit: nam ut Chrysostomus Homil. 5. in Matth. observat, Elias jam venisse dicitur in figura Joannis Baptistæ; & venturus est in propria persona, extremis temporibus. Ambo enim sunt præcursores, Joannes primi, Elias secundi Christi adventus. Utrum hæc prophetia de Henoch, & Elia hoc capite contineatur, cum res ipsa sit in conjecturis posita, neque ad fidei dogma pertineat, & ea de re varient interpretes, liberum est unicuique ea de re judicium; ac fieri potest, ut persecutio Antichristi, Diocletiani aut Juliani persecutione figuretur, & utraque una conjungatur. Quemadmodum Christus Dominus, cum excidium Jerosolymæ prædixit, extrema mundi tempora, hoc est, rem figuratam cum figura ipsa simul conjunxit. Præterquam ejusdem Scripturæ loci potest esse sensus multiplex, etiam litteralis, ut in prolegomenis veteris Testamenti diximus. Itaque his, quæ ventura sunt, hic locus aptari potest, sine præjudicio alterius intellectus, de his, quæ jam evenerunt in Diocletiani, & Maximiani, imo & in Juliani persecutione, quæ nobis sunt clariora, quam futura, quæ vix penetrari possunt quoad circumstantias, & singulares eventus. *Amicti saccis.* Ut iram Dei placare possint, aut homines ad pœnitentiam exemplo suo provocent. Sic prophetabant cum prædicendo futura, tum consolando, & exhortando. Nihil etiam prohibet, quominus hunc locum de extremis temporibus intelligamus: tum enim Prophetas mittet Deus, qui Ecclesiæ ædificium absolvent, ut Prophetas misit & Apostolos, qui ejus fundamenta posuerunt.

℣. 4. *Hi sunt duæ olivæ.* Hæc desumpta sunt ex cap. 4. Zachariæ, ubi Jesus filius Josedec summi Pontificis, & Zorobabel, qui populum Judaicum in captivitate Babylonica confirmarunt, & consolati sunt, ita designantur; ac Joannes ubique Ecclesiam in Synagogæ figura exprimit, eamque cœlesti unctione & doctrina in persecutionis æstu roborandam tradit. *In conspectu Domini terræ stantes.* Quæ verba ex eodem Zachariæ loco sunt desumpta: Ac nihil prohibet omnes fidelium adhortatores per Jesum Josedec filium, & per Zorobabelem exhiberi ex eo Zachariæ loco. Verbi divini prædicatores sunt pacis legati, & divinæ unctionis ministri. *Stantes.* Vivunt ergo.

℣. 5. *Ignis exiet de ore eorum.* Ignis Verbi divini, qui adversarios consumpturus est, ut Eliæ temporibus; sic persecutores Ecclesiæ male peribunt: per ignem quippe ultio divina recte intelligitur.

℣. 6. *Hi habent potestatem claudendi cœlum.* Sterilitate, & fame puniendi Religionis hostes; quæ potestas data est Eliæ 3. Regum, c. 17. *Et convertendi eos in sanguinem.* Ut fecit Moyses Exodi 7.

℣. 7. *Cum finierint testimonium suum.* Finis itaque tum erit persecutionis. *Bestia, quæ ascendit de abysso.* De qua nondum mentionem fecit, quæque cap. 13. & 17. prodibit, sic vocatur ob crudelitatem, qua desæviet in Christianos, quorum nomen & stirpem penitus delere conabitur Diocletianus, aut Julianus, ut typi Antichristi. Alii de Antichristo ipso hæc intelligunt, & recte, ut ex dicendis cap. 13. v. 7. & 8. item ex capitibus 17. 19. & 20. colligi potest.

℣. 8. *Corpora eorum jacebunt in plateis.* Græc. *In platea.* Martyrum corpora insepulta manebunt. *Civitatis magnæ.* Romæ nimirum, si de persecutione Diocletiani sit sermo, aut Jerosolymæ, si de Antichristi crudelitate: Sodomam vocat ob impura flagitia, Ægyptum ob tyrannidem, & superstitionum colluviem; ubi Christus potestate Romana fuit crucifixus, & in martyribus suis crucifigetur. An civitas illa magna est ipsa Jerosolyma, quam Judæi re edificabunt? Hieron. in caput 2. Sophoniæ. *In Apocalypsi Joannis Jerosolyma, in qua crucifixus est Dominus, vocatur spiritualiter Sodoma.*

℣. 9. *Videbunt -- corpora eorum per tres dies & dimidium.* Quæ pars est dimidia hebdomadæ, per breve tempus: tempus integrum a persecutoribus speratum non impletur: sic persecutio per dimidium hebdomadæ annorum est duratura: interfectorum corpora per dimidiam hebdomadam dierum, seu per breve tempus manebunt insepulta, nisi hæc de Henoch, & Elia intelligi oporteat ab Antichristo occisis ad breve tempus.

℣. 11. *Post tres dies, & dimidium spiritus vitæ.* i. Anima vivificans: ex Meldensi Episcopo restitutio populi fidelis resurrectione figuratur; ut Ezech. 37. *Intravit in eos.* Præteritum pro futuro: nam Joannes ut Propheta loquitur. Prosper in libro, cui titulus est: *Dimidium temporis: Elias,* inquit, *& Henoch martyrium consummabunt . . & ascendentes in cœlum ibunt in occursum Christo vero Regi, & Judici.* Tertul. L. de anima: *Translatus est,* inquit, *Henoch, & Elias; nec mors eorum reperta est, dilata scilicet, cæterum morituri reservantur, ut Antichristum sanguine suo extinguant.* Quod variis Scripturæ locis, & SS. PP. testimoniis confirmat vir perdoctus D. de la Chetardie, identidem a nobis citatus, qui negat his duobus Prophetis cœlum, & populum, sed duas personas singulares intelligi oportere: numerus quippe, *duo testes*, prædicationis tempus, mortuorum corpora expolita, resurrectio eorum, persecutorum punitio tot sunt characteres personarum: secus facta quæque illustriora in allegoriam torqueri possent.

12. Und sie hörten eine starke Stimme vom Himmel, die sprach zu ihnen: Steiget herauf. Und sie stiegen in einer Wolke hinauf in den Himmel: und ihre Feinde sahen sie.

13. Und in derselbigen Stunde geschah ein großes Erdbeben, und der zehente Theil der Stadt fiel zu Boden: und in dem Erdbeben wurden siebentausend Namen der Menschen um das Leben gebracht: und die übrigen wurden mit Furcht geschlagen, und gaben die Ehre dem GOtt des Himmels.

14. Das andere Wehe ist vorüber: und siehe, das dritte Wehe wird bald kommen.

IV. 15. Und der siebente Engel bließ die Posaune: und es erhuben sich starke Stimmen im Himmel, die sprachen: Das Reich dieser Welt ist unsers HErrn, und seines Gesalbten worden, und er wird herrschen in alle Ewigkeit. Amen.

16. Und die vier und zwanzig Aeltesten, welche vor dem Angesichte GOttes auf ihren Stühlen saßen, fielen auf ihre Angesichter, und betheten GOtt an, und sprachen:

17. Wir danken dir, HErr allmächtiger GOTT, der du bist, und der du warest, und der du kommen wirst, daß du deine große Kraft empfangen hast, und regierest.

18. Und die Heyden sind zornig worden, und dein Zorn ist herangekommen, und die Zeit, die Todten zu richten, und den Lohn zu geben deinen Knechten, den Propheten, und den Heiligen, und denen, die deinen Namen fürchten, den Kleinen, und den Großen, und diejenigen zu vertilgen, welche die Erde verderbet haben.

V. 19. Und der Tempel GOttes ward aufgethan im Himmel, und die Arche seines Bundes in seinem Tempel gesehen, und es erhuben sich Blitze, und Stimmen, und Erdbeben, und ein großer Hagel.

Das zwölfte Capitel.

1. Johannes beschreibt den Streit des Weibes, und Drachens, der Kirche mit dem Satan, und Antichrist. Der Drache will des Weibes Sohn verschlingen; er wird zu GOtt entzückt, das Weib flieht in die Wüste. 1. II. Der Drache wird von dem Erzengel Michael gestürzt, ziehet mit sich den dritten Theil der Sterne. 7. III. Verfolgt das Weib in der Wüste, doch ohne ihre Verletzung, und streitet wider ihren übrigen Saamen. 13.

1. Und es ließ sich ein großes Zeichen sehen im Himmel: Es war aber ein Weib mit der Sonne bekleidet, und der Mond war unter ihren Füßen, und auf ihrem Haupte eine Krone von zwölf Sternen:

2. Und sie war schwanger, und schrv, und war in Kindesnöthen, und gequälet, daß sie gebähre.

12. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis: Ascendite huc. Et ascenderunt in cœlum in nube: & viderunt illos inimici eorum.

13. Et in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars civitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia: & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli.

14. Væ secundum abiit: & ecce, væ tertium veniet cito.

IV. 15. Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen.

16. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes:

17. Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti.

18. Et iratæ sunt gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicari, & reddere mercedem servis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.

V. 19. Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca Testamenti ejus in templo ejus, & facta sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

CAPUT XII.

I. Describitur ipsum bellum Ecclesiæ, (mystice B. V.) cum Lucifero. Draco i. Lucifer filium i. cœtum fidelium devorare conatur; sed iste rapitur ad Deum. 1. II. Insequitur draco, & a Michaele dejectus, secum trahit tertiam stellarum partem. 7. III. Nec cessat persequi mulierem, & præliari contra reliquos de semine ejus. 13.

1. Et signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim:

2. Et in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur, ut pariat.

3. Et

ỳ. 12. *Audierunt vocem — Ascendite huc.* Statim post persecutionem prædici videtur Eliæ, & Henoch futura gloria.

ỳ. 13. *In illa hora factus est terræ motus magnus.* Romanum imperium Imperatorum inter se dimicantium atrocibus bellis concussum fuit. *Decima pars civitatis.* Strages magnæ in toto imperio factæ. *Nomina hominum.* Ingens hominum multitudo in his bellis cecidit. *Et dederunt gloriam Deo cœli.* Post conversionem innumerabilium infidelium, & Ecclesiæ victorias. Sed hæc melius forsan in postremam Antichristi persecutionem videntur convenire; septem tubarum sonus, uti & septem sigilla, in extremis tantum temporibus implebuntur. Circumstantiæ omnes ad extrema tempora referuntur.

ỳ. 14. *Væ secundum abiit.* Secunda persecutio post Valeriani tempora, quæ inter publicas calamitates numeratur a Meldensi Episcopo, huc pertinet, uti & *væ* tertium. *Veniet cito.* Roma ab Alarico expugnata & direpta: in Romani Imperii ruina idololatris punitis, & pene deletis. Sed non minori probabilitate illustris noster Anonymus *væ* secundum & tertium ad finem usque mundi, & ad mortuorum resurrectionem producit, idque per anticipationem, quæ frequens est in Scripturis. Sic *væ* secundum est sexta persecutio, ut tertium *væ* ultima est. Res eadem modis, verbis, & figuris plane diversis designatur: apertio sexti sigilli, & sonus sextæ tubæ omnino inter se conveniunt.

ỳ. 15. *Septimus Angelus tuba cecinit.* An universam populorum conversionem, idololatriæ destructionem, & Christi gloriam annuntiat? Græc. Facta sunt regna mundi Domini nostri, supple, cuncta regna Christi imperio subduntur.

ỳ. 16. *Et viginti quatuor seniores.* i. 12. Patriarchæ utriusque Testamenti.

ỳ. 17. *Quia accepisti virtutem.* Quia assumpsisti, & usus es fortitudine tua in debellandis hostibus Antichristo, & ejus sequacibus.

ỳ. 18. *Et advenit ira tua.* Tempus, quo Roma destruetur. *Et tempus mortuorum.* Apostolus extremum & universale judicium cum Romæ ipsius ruina videtur conjungere, figuram cum veritate, qui mos est Scripturæ usitatus. *Judicari.* Qua vindicentur mortui, puniantur impii, sancti coronentur, frumentum a palea separetur.

ỳ. 19. *Et apertum est templum Dei.* Ecclesia gentilibus patebit, ibi arca in aperto erit, & Dei præsentia omnibus erit manifesta. *Et visa est arca Testamenti.* Arca Incarnationis ejus toto panditur orbe, ait Beda in hunc locum. Ac forte arca ipsa in monte Horeb olim abscondita, tum manifesta fiet Judæis ad fidem conversis, juxta Prophetiam Jeremiæ, L. 2. Machab. cap. 2. *Et facta sunt fulgura.* Hostes Ecclesiæ magna manent supplicia.

CAPUT XII.

ỳ. 1. *Et signum magnum.* Prodigium magnum: pergit Apostolus persecutionem Diocletiani, juxta Meldensem Episcopum, describere. *Mulier amicta sole.* Ecclesia, quæ per Baptismum Christum induit, ac Christi lumine tota splendescit. *Et luna.* Humana sapientia tenuis & instabilis. *Sub pedibus ejus.* Ut vilis calcatur, quemadmodum & terrena omnia. *Corona stellarum duodecim.* Ecclesia Apostolorum cœtu tamquam corona stellarum ornatur. Græci mulierem illam Beatam Virginem esse volunt. Nihil obstat, quominus sensus sit multiplex a Spiritu Sancto intentus. Videtur Apostolus propria relegere vestigia, & præcipuos Ecclesiæ eventus delineare post septem illius ætates summatim decursas.

ỳ. 2. *In utero habens.* i. In sinu & gremio suo. *Clamabat parturiens, & cruciabatur.* Id Ecclesia cum B. Vir-

3. Et visum est aliud signum in cœlo: & ecce, draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus ejus diademata septem.

4. Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram: & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut, cum peperisset, filium ejus devoraret.

5. Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus:

6. Et mulier fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum a DEO, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.

II. 7. Et factum est prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli ejus:

8. Et non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo.

9. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, qui seducit universum orbem: & projectus est in terram, & angeli ejus cum illo missi sunt.

10. Et audivi vocem magnam in cœlo dicentem: Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: quia projectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.

11. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

12. Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens, quod modicum tempus habet.

III. 13. Et postquam vidit draco, quod projectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum.

14. Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum in locum suum,

3. Und es ließ sich ein anderes Zeichen sehen im Himmel: und siehe, es war ein großer rother Drache, der sieben Köpfe, und zehen Hörner hatte: und auf seinen Köpfen waren sieben Kronen.

4. Und sein Schweif zog den dritten Theil der Sterne des Himmels, und warf sie auf die Erde: und der Drache stund vor dem Weibe, das gebähren sollte, auf daß er, wann sie gebohren hätte, ihr Kind auffressen möchte.

5. Und sie gebahr einen Sohn, ein Männlein, der alle Heyden mit einer eisernen Ruthe regieren sollte: und ihr Sohn ward hinweggenommen zu GOtt, und zu seinem Throne:

6. Und das Weib floh in die Wüste, da sie einen Ort hatte, so von GOtt bereitet war, daß man sie daselbst tausend, zweyhundert, und sechszig Tage lang ernähren sollte.

II. 7. Darnach erhub sich ein großer Streit im Himmel: Michael und seine Engel stritten mit dem Drachen, und der Drache stritte auch, sammt seinen Engeln:

8. Und sie vermochten nicht, und ihre Statt ward nicht mehr gefunden im Himmel.

9. Und es ward hinausgeworfen jener große Drache, die alte Schlange, welche genennet wird der Teufel, und Satanas, der den ganzen Erdenkreiß verführet: und er ward auf die Erde geworfen, und seine Engel wurden mit ihm dahingeworfen.

10. Und ich hörte eine große Stimme im Himmel, die sprach: Nun ist das Heil, und die Kraft, und das Reich unsers GOttes worden, und die Macht seines Gesalbten: denn der Verkläger unserer Brüder ist hinausgeworfen, der sie Tag und Nacht verklagte vor dem Angesichte unsers GOttes.

11. Und sie haben ihn überwunden durch das Blut des Lammes, und durch das Wort ihres Zeugnisses, und haben ihre Seelen nicht geliebet bis zum Tode.

12. Darum erfreuet euch ihr Himmel, und die ihr darinnen wohnet. Wehe der Erde, und dem Meer, denn der Teufel kömmt zu euch hinab, und hat einen großen Zorn, dieweil er weißt, daß er wenig Zeit hat.

III. 13. Als nun der Drache sah, daß er auf die Erde geworfen war, verfolgte er das Weib, so das Knäblein gebohren hatte.

14. Und es wurden dem Weibe zween Flügel gegeben, wie eines großen Adlers, damit sie in die Wüste floh zu ihrem

---

Virgine commune habet, quod virgo pariat: sed in eo a B. Virgine discrepat, quod illa filios pariat cum dolore: nam sanguine Martyrum fœcundatur; idque maxime primis & extremis Ecclesiæ temporibus.

℣. 3. *Et visum est aliud signum.* Alia imago *in cœlo* in sublimi aëre. *Et ecce, draco magnus rufus.* Diabolus crudelis, & madens sanguine. *Habens capita septem.* Præcipuos fidelium persecutores, hi fuerunt Nero, Domitianus, Decius, Valerianus, Aurelianus, Diocletianus, quibus addi potest Julianus apostata: seipsum interpretatur, cap. 17. v. 9. *Septem capita.* Septem reges sunt. *Et cornua decem.* Totidem sævissimas persecutiones, quas Severus Sulpitius, Hieron. & alii recensent. Prima fuit sub Nerone, secunda sub Domitiano, tertia sub Trajano, quarta sub Aurelio Vero, quinta sub Severo, sexta sub Maximino, septima sub Decio, octava sub Valeriano, nona sub Aureliano, decima sub Diocletiano: alii paulo aliter eas disponunt. Ipsi Dæmones tyrannidem exercent suam in homines; unde & Satanas princeps hujus mundi a Christo Domino Joan. 12. appellatur.

℣. 4. *Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum cœli.* Cum malis Angelis, qui eum secuti sunt, & fidelibus, quos prostravit; mulieri parituræ minatur.

℣. 5. *Et peperit filium masculum.* An Christum ipsum in cordibus fidelium formatum; qui gentes regit in virga ferrea, & inflexibili? an cœtum fidelium, non mollem, sed virilem, quem Deus in clientelam suam accepit, & suæ potestatis participem fecit? nam Constantino ad imperium evecto fideles summam in gentes potestatem brevi erant habituri, iique cum Christo, qui verbi sui gladio omnes subegit gentes, regnabunt, & ad ejus thronum rapientur. Vel *ad Deum.* Quo Christus post mortem suam ascendit, cum Patre regnaturus.

℣. 6. *Et mulier fugit in solitudinem.* Ut Synagoga Antiochi temporibus, ubi tamdiu mansit, quamdiu persecutio Antiochi duravit: sic Ecclesia in suis membris infirmioribus in varias solitudines se recepit.

℣. 7. *Et factum est prælium magnum.* Adversus Ecclesiam vires omnes suas & conatus exeruit Diabolus, cum videret infideles turmatim ad fidem converti. *Michael.* Qui Ecclesiam tuetur, ut olim Synagogam, Danielis 12.

℣. 8. *Et non valuerunt.* Sed Dæmonum affectata gloria una cum idololatria cecidit. *Neque locus.* Non amplius dæmones ut dii habiti sunt. Galerius Maximianus, qui primus fuit persecutionis auctor, morti proximus, inter graves morbi cruciatus edicto pacem Ecclesiæ reddidit anno 311. quod edictum Constantinus, cujus potentia in dies crescebat, roboravit: e cœlo cadunt, qui Ecclesiam deserunt.

℣. 9. *Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus.* Qui olim primos parentes decepit.

℣. 10. *Et audivi vocem magnam.* Canticum gratiarum actionis ob prostratam idololatriam, & pacem Ecclesiæ datam. *Accusator.* Ut Jobi 1.

℣. 11. *Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni.* Per fidem, & meritum passionis Christi. *Et per verbum testimonii sui.* Per apertam fidei confessionem; nec vitæ propriæ pro Christo pepercerunt. Victoria de peccato, & diabolo, ac salus nostra Agni sanguini refertur accepta.

℣. 12. *Væ terræ, & mari.* Terrenis, & mundanis. *Quia descendit diabolus.* Novo furore actus persecuturus est Ecclesiam: expulsus a Sanctis atrocius in cæteros sæviet, idque majori ira, quia regnum suum brevi destructum iri novit. Cum tot homines converterentur ad fidem, & Constantinus, qui favebat Ecclesiæ, tantos progressus faceret. *Descendit.* Descendet; more Prophetarum.

℣. 13. *Et — projectus in terram — persecutus est mulierem.* Maximinus in Oriente persecutionem renovavit, adeo ut mulier iterum in desertum secedere coacta fuerit, & in consimili persecutione simile quæsivit perfugium, idque magna celeritate. Diabolus in sponsam Christi, & in ejus filios iram suam effundit.

℣. 14. *Datæ sunt mulieri alæ duæ.* Fides, ex qua prodit oratio, & charitas, ex qua bona opera, sunt alæ duæ, quas Ecclesia, aut fidelis quæque anima a Christo accipit; hanc in desertum ducit, suo corpore alit, spi-

ritu

ihrem Ort, da ſie eine Zeit, und zwo Zeiten, und eine halbe Zeit vor dem Angeſichte der Schlange ernähret wird.

15. Und die Schlange ſchoß nach dem Weibe aus ihrem Maule ein Waſſer, wie einen Strom, damit ſie machte, daß das Weib von dem Strome hinweggezogen würde.

16. Und die Erde kam dem Weibe zu Hülfe, und that ihren Mund auf, und verſchlang den Strom, den der Drache aus ſeinem Maule geſchoſſen hatte.

17. Und der Drache ward zornig über das Weib: und er gieng hin, zu ſtreiten mit den übrigen von ihrem Saamen, welche die Gebothe GOttes bewahren, und das Zeugniß JEſu Chriſti haben.

18. Und er ſtund auf dem Sande des Meers.

Das dreyzehente Capitel.

I. Der Apoſtel ſiehet den Antichriſt in Geſtalt eines Thiers mit 10. Hörnern, und 7. Köpfen, welches GOtt, und ſeine Heiligen läſtert, und verfolgt, und wird von allen angebethet, weil ſie vermeynen, es ſey von den Todten auferſtanden. 1. II. Siehet den Vorläufer des Antichriſts, in Geſtalt eines andern Thiers, welches befiehlt, das vorige Thier anzubethen, und zeichnet alle mit ſeinem Zeichen. 11. III. Das Zeichen, oder die Zahl des erſten Thiers wird angedeutet, ſo ſeyn wird 666. 18.

1. Und ich ſah ein Thier aus dem Meere heraufſteigen, das hatte ſieben Köpfe, und zehen Hörner, und auf ſeinen Hörnern waren zehen Kronen, und auf ſeinen Köpfen waren Namen der Läſterung.

2. Und das Thier, das ich ſah, war gleich einem Pardel*, und ſeine Füße, als eines Bären Füße, und ſein Maul, als eines Löwen Maul. Und der Drache hatte ihm ſeine Kraft gegeben, und große Macht.

* Panterthier.

3. Und ich ſah einen von ſeinen Köpfen, als wann er

ubi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis a facie ſerpentis.

15. Et miſit ſerpens ex ore ſuo poſt mulierem, aquam tamquam flumen, ut eam faceret trahi a flumine.

16. Et adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os ſuum, & abſorbuit flumen, quod miſit draco de ore ſuo.

17. Et iratus eſt draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de ſemine ejus, qui cuſtodiunt mandata Dei, & habent teſtimonium Jeſu Chriſti.

18. Et ſtetit ſupra arenam maris.

CAPUT XIII.

I. Beſtia ſeptem capitum, & decem diadematum, Antichriſtum deſignans, Deum, & ſanctos blaſphemat ac perſequitur, quam terreni homines adorant. 1. II. Altera beſtia ſignificans Antichriſti prodromum, & præconem jubet, & cogit priorem beſtiam adorari omnesque ſignari ejus charactere, vel numero nominis. 11. III. Qui erat 666. 18.

1. Et vidi de mari beſtiam aſcendentem, habentem capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper cornua ejus decem diademata, & ſuper capita ejus nomina blaſphemiæ.

2. Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo, & pedes ejus ſicut pedes urſi, & os ejus ſicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem ſuam, & poteſtatem magnam.

3. Et vidi unum de capitibus ſuis quaſi occiſum

---

ritu ſuo roborat, verbo illuminat. *Per tempus.* Per annum. *Et tempora.* Summa eſt trium annorum cum dimidio anni. *Aquilæ magnæ.* Qua Catholica adumbratur Eccleſia, in Romano diffuſa imperio. Unde & mox nomen ſibi ſumet Romanæ religionis, vel ut alii hunc & 2. ſeq. verſ. exponunt: datæ ſunt Eccleſiæ duæ alæ, ſc. monita & auxilia. *Aquilæ magnæ.* i. Chriſti. *Et cum ſerpens miſiſſet poſt mulierem aquam.* Crudelium edictorum, & perſecutionum. *Terra adjuvit, & abſorbuit flumen.* Terra dehiſcente Antichriſti emiſſarii in tartarum abrepti ſunt.

℣. 15. *Miſit ſerpens ex ore ſuo — flumen.* Perſecutionum, quæ in Scripturis per aquas deſignantur. Tum vero hujus ſæculi poteſtates, Conſtantinus, & Licinius, Eccleſiæ auxilio fuere. Pravæ cupiditates inſtar fluminis ex ore ſerpentis erumpunt.

℣. 16. *Et adjuvit terra mulierem.* Principes terræ Conſtantinus, & Licinius tum primum adjuverunt Eccleſiam. *Aperuit terra os ſuum.* Conſtantinus ſcriptis ad Maximinum litteris ejus impietatem repreſſit, qui perſecutionem moliebatur. *Hæc ille moliens*, ait Lactantius, *Conſtantini litteris deterretur, diſſimulavit ergo.* Sic draconis furor poteſtate terrena deferbuit repreſſus, brevi poſtea tempore recruduit.

℣. 18. *Et ſtetit ſupra arenam maris.* Codices Græci habent *ſteti*, ut viderem, quæ ſequuntur: vel ſtetit Draco in maris littore, ut beſtiæ aſcendenti e mari daret virtutem ſuam, in poſtrema perſecutione Licinii; cujus claſſis ad Helleſpontum ſubmerſa eſt, & ejecta in littus, ita ut ex 13000. vix 3000. evaſerint, teſte Zozimo.

CAPUT XIII.

℣. 1. *Et vidi de mari* i. de mundo *beſtiam aſcendentem.* Hæc beſtia juxta communiorem interpretum ſententiam eſt Antichriſtus (hanc in rem, ſi expoſitionem petieris, vide Tirin. per totum cap. XIII.) cum autem Apocalypſis ſit Prophetia continuata, quæ Eccleſiæ perſecutiones non multo poſt futuras, & idololatriæ victorias complectitur; cumque Babylonis nomine Roma ipſa idolis dedita ex omnium pene conſenſu deſignetur, atque inſignes eventus hujus civitatis, & perſecutionum ſuis diviſi temporibus apprime conſentiant, illud videtur probabile, beſtiæ nomine Diocletianum, qui in id totus incubuit, ut Chriſtianum nomen deleret, & perſecutionem ab everſione Eccleſiarum incepit, omnino deſignari, non Antichriſtum, qui ad extrema usque mundi tempora differtur. Nam Joannes initio ſuæ Prophetiæ tempus inſtare declarat. *Tempus enim prope eſt.* Hanc quidem Epiſcopi Meldenſis interpretationem hujus loci nobis ſequi licet, qui beſtiæ nomine Diocletianum, ſeu Romam ipſam ſub Diocletiano deſignari exiſtimat, potius quam Antichriſtum. Sic Daniel cap. 7. quatuor magna Imperia quatuor beſtiarum figura exprimit, quæ itidem e mari, ſeu ex rerum humanarum agitatione aſcendunt. Vel juxta interpretationem clariſſ. viri, poſtquam Joannes Satanæ ruinam & idololatriæ, quam vetus ille ſeductor in orbem terrarum invexerat, quæque ad Licinium usque duravit, paucis deſcripſit; Romani Imperii exitium a Juliani temporibus inceptum ad Alaricum usque Romæ everſorem aggreditur. *Habentem capita ſeptem.* Apoſtolus cap. 17. quæ ſint hæc ſeptem capita exponit, nempe ſeptem Romæ montes, & ſeptem ejus reges, & Auguſtos. Hi ſunt Diocletianus, Maximianus Herculius, Conſtantius Chlorus, Conſtantini pater, Galerius, Maximianus, Maxentius filius primi Maximiani, Maximinus, & Licinius. Diocletiani nomen edicto adverſus Chriſtianos primum erat inſcriptum, isque initio ſolus erat Imperator: nam ex eo ad alios pervenerat imperatoria majeſtas. Inter ſeptem illos Imperatores tres magis inſignes fuere; cornua reges ſignificant cap. 17. v. 12. ut Danielis cap. 7. v. 7. una ex quatuor beſtiis decem habebat cornua; ſed de his cap. 17. agendum: unde non mediocriter illuſtrantur, quæ hoc capite recenſentur. *Et ſuper capita ejus nomina blaſphemiæ.* Septem montes nomina habebant falſorum deorum, quibus erant conſecrati, hisque Imperatores ſe decoratos putabant. Sic Diocletianus Jovis, Maximianus Herculis nomen ſibi tribuit.

℣. 2. *Et beſtia, quam vidi, ſimilis erat pardo.* Apoſtolus una beſtia unum exprimit imperium; ſed quæ in Danielis beſtiis erant magis terribilia, complectitur, eamque ex Leone, Urſo, & Leopardo conflat. Lact. de Mort. perſecut. 16. *Ab oriente usque ad occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſævierunt.* Dira hæc perſecutio cœpit ab ipſo Diocletiano, & duobus Maximianis. Sic Roma perſecutrix conflata erat e tribus feris, ſeu imperiis, quæ deſignantur Danielis 7. *Similis erat pardo.* Corpus erat Leopardi: qui colorum varietate Maximiani Herculii inconſtantiam repræſentat. Is abdicat imperium, tum repetit; cum filio ſuo init ſocietatem, mox ejus mortem machinatur, uti & Galerii Maximiani, & Conſtantini generi ſui: ſævire in Chriſtianos cœperat in Occidente ante generalem perſecutionem. *Et pedes ejus ſicut pedes urſi.* Immanitate morum, & deformitate corporis urſum exprimebat: imo & urſos alebat, teſte Lactantio. *Habebat*, inquit, *urſos ferocitate ac magnitudinis ſuæ ſimillimos.* Rapacitate quoque & aviditate urſum referebat. *Et os ejus ſicut os Leonis.* Primus alios adoptaverat, & cruentum illud edictum Galerio inſtigante promulgaverat.

℣. 3. *Et vidi unum de capitibus ſuis.* Primo beſtiam vidit cum ſeptemplici capite, ſed poſtea evaneſcebant: ſeptem illis Imperatoribus decedentibus, quaſi lethali vulnere confixa eſt beſtia; ac tandem unum ex iis ſupererat caput, quod gravi vulnere percuſſum fuit, adeo ut beſtia quaſi occiſa videri debuerit; idque evenit Maximini tem-

ciſum in mortem: & plaga mortis ejus curata eſt. Et admirata eſt univerſa terra poſt beſtiam.

4. Et adoraverunt draconem, qui dedit poteſtatem beſtiæ: & adoraverunt beſtiam, dicentes: Quis ſimilis beſtiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

5. Et datum eſt ei os loquens magna, & blaſphemias: & data eſt ei poteſtas facere menſes quadraginta duos.

6. Et aperuit os ſuum in blaſphemias ad Deum, blaſphemare nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos, qui in cœlo habitant.

7. Et eſt datum illi bellum facere cum ſanctis, & vincere eos. Et data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem:

8. Et adoraverunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi.

9. Si quis habet aurem, audiat.

10. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet: *a* qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic eſt patientia, & fides Sanctorum.

a Gen. 9. 6. Matth. 26 52.

II. 11. Et vidi aliam beſtiam aſcendentem de terra, & habebat cornua duo ſimilia Agni, & loquebatur ſicut draco.

12. Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat in conſpectu ejus: & fecit terram, & habitantes in ea, adorare beſtiam primam, cujus curata eſt plaga mortis.

tödtlich verwundet wäre: und ſeine tödtliche Wunde ward geheilet. Und der ganze Erdboden verwunderte ſich über das Thier.

4. Und ſie betheten den Drachen an, der dem Thiere die Macht gegeben hatte: auch betheten ſie das Thier an, und ſprachen: Wer iſt dem Thiere gleich? und wer kann mit demſelbigen ſtreiten?

5. Und es ward ihm ein Mund gegeben, große Dinge, und Läſterung zu reden: und ihm ward Macht gegeben, zwey und vierzig Monathe lang zu handeln.

6. Und es that ſeinen Mund auf zur Läſterung wider GOtt, ſeinen Namen zu läſtern, und ſeinen Tabernackel, und diejenigen, die im Himmel wohnen.

7. Und es ward ihm gegeben mit den Heiligen zu ſtreiten, und ſie zu überwinden. Und ihm ward Macht gegeben über alle Geſchlechter, und Völker, und Zungen, und Heyden:

8. Und alle, die auf Erden wohnen, betheten es an: deren Namen nicht geſchrieben waren im Buche des Lebens des Lammes, das von Anbeginn der Welt getödtet iſt.

9. So jemand Ohren hat, der höre.

10. Wer in das Gefängniß führen wird, der wird in das Gefängniß gehen: wer mit dem Schwerte tödten wird, der muß mit dem Schwerte getödtet werden. Allhier iſt die Geduld, und der Glaube der Heiligen.

11. Und ich ſah ein anderes Thier von der Erde heraufſteigen, und das hatte zwey Hörner, gleichwie ein Lamm, und es redete wie ein Drache.

12. Und es übete alle Macht des vorigen Thiers vor ſeinem Angeſichte: und es machte, daß die Erde, und die darauf wohnen, das erſte Thier anbetheten, deſſen tödtliche Wunde geheilet war.

13. Und

---

temporibus, cum prioribus mortuis ſolus ſupereſſet, qui Eccleſiam perſequeretur; tumque idololatriæ imperium una cum illo extinctum viſum eſt. *Et plaga mortis ejus curata eſt.* An Licinio imperante? ſed ea perſecutio levior fuit ſub Licinio, quam ut inſtar gravis vulneris haberetur. *Res*, inquit Severus Sulpitius, *levioris negotii, quam ut ad Eccleſiæ vulnera pertineret.* L. 2. c. 10. Itaque beſtia ſub Juliano apoſtata poſt quinquaginta annos quaſi revixit: is enim idololatriæ imperium reſtituit.

℣. 4. *Et adoraverunt draconem.* Nam univerſo imperio ſub ejus poteſtatem redacto. *Adoraverunt draconem. Quis ſimilis beſtiæ?* Tum idololatriam invictam eſſe, & profanam religionem quaſi mortuam revixiſſe, gentes ſibi perſuaſerunt.

℣. 5. *Et datum eſt ei os loquens magna.* Superbia Juliani ubique etiam apud Ammianum Marcellinum, & apud ipſum Julianum, atque jactantia ejus ſe prodit. *Et data eſt ei poteſtas.* Id permiſit Deus in bonum electorum. *Menſes quadraginta duos.* Quæ poteſtas parum duravit, & finita eſt morte Juliani. Numerus ille definito menſium numero exprimitur ob rationes ſuperius allatas: ſed mulier non ſe recepit in deſertum, cum publicus Dei cultus non fuerit interruptus, ut c. 12.

℣. 6. *Et aperuit os ſuum in blaſphemias.* In Chriſtum, in Eccleſiam, quæ tabernaculi nomine deſignatur, & in Sanctos. *Et eos, qui in cœlo habitant.* In Chriſtianos omnes, qui ad cœlum ut ad patriam ſuam tendunt.

℣. 7. *Et eſt datum illi bellum facere cum Sanctis, & vincere eos.* Cum multi in ea perſecutione ceciderint; quæ perſecutio fuit univerſalis. *Vincere eos.* Lingua, ſcriptis, ſævitia, pravis artibus, uti de altera Antichriſti figura Antiocho Daniel. cap. 8. prædixerat. *In omnem tribum.* Imperium Romanum in unum collegit Julianus.

℣. 8. *Quorum non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ Agni.* Quorum nomina ab omni ævo non ſunt ſcripta in libro vitæ Agni: vel occiſus eſt ab origine mundi, quia ſacrificia quæque legis naturæ & Moſaicæ eum ſignificabant, & ejus ſanguinis virtute juſti omnes ſunt juſtificati. *Ab origine mundi.* Multis videtur hoc loco eſſe hyperbaton; adeo ut hic ſit verborum intellectus: quorum nomina non ſunt ſcripta ab origine mundi in libro vitæ agni, qui occiſus eſt.

℣. 10. *Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet.* Sic Valerianus, qui tot fideles in captivitatem abduxerat, idem a Rege Perſarum in miſeram captivitatem redactus fuit: & alii perſecutores miſere perierunt. *Hic eſt patientia.* Id vero fideles conſolatur: nam ſi nullum malum ſit impunitum, nullum etiam bonum futurum eſt ſine remuneratione. Vel Roma, quæ tot Chriſtianos neci dedit, barbaris gentibus prædæ futura eſt. Vel exponente viro clariſſ. a nobis idemtidem laudato. *Hic eſt patientia.* Non deſpondeant animum fideles: Julianus non omnem in eos ſævitiam expromet: huic tantummodo fidem adverſus cavillos, & patientiam adverſus perſecutiones opponant.

℣. 11. *Et vidi aliam beſtiam.* Illa beſtia, juxta Meldenſem Epiſcopum, eſt falſa & fallax Philoſophia, quæ tum temporis e Schola Pythagoræ emerſit, quamque Hierocles, & Porphyrius, ac poſtea Maximus cum multis aliis magno verborum faſtu, & variis præſtigiis publicabant. Unde c. 16. v. 13. hanc beſtiam falſum Prophetam vocat. Tum Porphyrius, & Hierocles libros adverſus Chriſtianam Religionem ſcripſerunt, in quibus idololatriam & Philoſophiam Pythagoræ propugnarunt; quosdam ritus ſuperſtitioſos & abſtinentias placandis malis ſpiritibus induxere; Apollonium Tyanæum, qui e ſecta Pythagoræ Domitiani temporibus vigebat, quique falſis miraculis, & abſtinentia plebem decipiebat, ut virum eximiæ ſanctitatis coluerunt. Hi Philoſophi Imperatores adverſus Chriſtianos incendebant, uti ex Lactantio & Euſebio diſcimus. Hæc beſtia, ſeu mentita ſapientia animalis, terrena & diabolica, e terra prodiiſſe dicitur. *Et habebat duo cornua ſimilia agni.* Cornua vim & robur ubique deſignant. Agni cornua doctrina & miraculis continentur: hæc duo pſeudoſapientes ſimulabant ſublimitate ſermonis, aut doctrinæ, ac præſtigiis, aut magicis artibus, quibus præter cæteros Julianus apoſtata addictus erat, ut illius pſeudopropheta Maximus. Vivendi rationem Chriſtianorum, & diſciplinam in ſacerdotum & pontificum ordinatione, in largitione eleemoſynarum, in xenodochiorum conſtructione imitari conabantur. *Et loquebatur ſicut draco.* Specie quadam ſublimis ſapientiæ idololatria tegebatur. Ut ut ſit, beſtia illa ſecunda, quæ aſcendit de terra, ſeu de abyſſo, inſignem impoſtorem deſignat, qualis erat Maximus.

℣. 12. *Et poteſtatem prioris beſtiæ omnem faciebat.* Romæ ſcilicet, profanæ, ſeu Romani imperii poteſtatem exercet: hinc auctoritatem ſuam deſumebant Hierocles, & alii, qui magiſtratuum obibant munera. *Adorare beſtiam primam.* Romam ipſam, quæ colebatur ut Deus: nam templa illi dicata erant, quin & ipſa in ſuis Imperatoribus colebatur. Plena eſt hiſtoria hujusmodi exemplis, & fidelibus Imperatorum imagines colendæ, & una cum deorum imaginibus adorandæ erant propoſitæ, ut videre eſt in Epiſt. 97. L. 10. Plinii Junioris ad Trajanum. Hoc erat inter arcana imperii, ut nominis Romani veneratio omnium animis altius maneret inſculpta. *Cujus curata eſt plaga mortis.* In Juliano apoſtata, qui Diocletiani ſævitiam in Chriſtianos poſt reditum e bello Perſico renovare,

13. Und es that große Zeichen, also, daß es auch machte, daß Feuer vom Himmel herabfiel auf die Erde, im Ansehen der Menschen.

14. Und es verführte, die auf Erden wohnen, um der Zeichen willen, die ihm gegeben sind zu thun vor dem Angesichte des Thiers, und sprach zu denen, die auf Erden wohnen, sie sollten ein Bild machen dem Thiere, das die Wunde vom Schwerte bekommen hatte, und bey dem Leben erhalten war.

15. Und ihm ward Macht gegeben, dem Bilde des Thiers einen Geist zu geben, damit das Bild des Thiers redete, und zu machen, daß alle die getödtet wurden, welche das Bild des Thiers nicht anbethen würden.

16. Und machte, daß alle die Kleinen, und Großen, die Reichen, und Armen, die Freyen, und Knechte, ein Maalzeichen hätten an ihrer rechten Hand, oder an ihren Stirnen.

17. Und daß niemand kaufen, oder verkaufen möchte, dann allein wer das Maalzeichen, oder den Namen des Thiers, oder die Zahl seines Namens hatte.

III. 18. Hier ist Weisheit. Wer Verstand hat, der rechne die Zahl des Thiers. Denn es ist eines Menschen Zahl: und seine Zahl ist sechshundert, sechs und sechszig.

Das vierzehente Capitel.

I. Erzählt, daß sich viele dem Antichrist widersetzen werden, unter andern auch 144. tausend, welche ihre Jungfrauschaft behalten, und würdig sind, dem Lamme, wo es hingehet, zu folgen. 1. II. Schreitet zur Aussage dreyer Engel, deren der erste die Menschen zur Furcht GOttes anmahnet, weil sich sein Gericht herzunahe. Der andere prophezeihet, den Untergang der Stadt Babylon. Der dritte drohet dem Antichrist, und seinem Anhang das höllische Feuer. 6. III. Höret eine Stimme aus dem Himmel sagen: Selig sind, die im HErrn sterben, und siehet einen auf einer weissen Wolke die Früchte, und einen andern die Trauben mit einer Sichel abschneiden. 13.

13. Et fecit signa magna, ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.

14. Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladii, & vixit.

15. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiæ, & ut loquatur imago bestiæ, & faciat, ut, quicumque non adoraverint imaginem bestiæ, occidantur.

16. Et faciet omnes pusillos, & magnos, & divites, & pauperes, & liberos, & servos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis.

17. Et ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis ejus.

III. 18. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus ejus sexcenti sexaginta sex.

CAPUT XIV.

I. Recenset fore, ut 144. millia Antichristo generose resistant, si non lingua, certe vita casta, & inculpata. 1. II. Refert tres Angelorum voces, quorum primus prædicat instare diem judicii monens, ut homines timeant & colant DEUM. Secundus nuntiat Babylonis ruinam. Tertius minatur assectis Antichristi gehennam. 6. III. Vox cœlestis pronunciat beatos, qui in Domino moriuntur. Denique falx Christi demetit electos, & vindemiat impios, hostesque mittit in lacum iræ. 13.

1. Et

---

vare, & Christianum nomen penitus extinguere statuerat. Hæc Philosophia tot adoratores Juliano conciliabat magicis artibus subnixa: nam Julianus Porphyrium ubique celebrabat ut sectæ auctorem & Deum, Libanius eum inter deos recensет; ac Julianus ipse his Philosophis tamquam administris imperii utebatur, idque auctores omnes cum Christiani, tum ethnici ut rem certam tradunt. Maximus & alii, quos consulebant magi, ad invadendum imperium hunc impulerant.

℣. 13. *Et fecit signa magna.* Philosophia cum arte magica conjuncta: his præstigiis Porphyrii & Jamblici libri referti erant. *Ut etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram.* Historiam refert Eunapius in Maximo, ut & alia falsa miracula. Fieri etiam potuit, ut fulgura arte magica demitterent, atque in fulminibus præsertim prodigia sua explicabant. Illud propterea consiliarium fulmen vocitabant, quod deorum consilia iis aperiret. Hanc potestatem arcessendi fulmina Maximus insignis Juliani seductor sibi vindicabat. Ita Sozomenus L. 5. c. 2. Zozimus L. 1.

℣. 14. *Dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiæ.* Ut instar Dei coleretur Julianus, & in eo Roma ipsa; nam Juliani imago est constituta una cum Marte, Mercurio, & Jove, qui ei coronam imponebat. Unde fideles recusabant illi in deorum comitatu honorem deferre. *Quæ habet plagam gladii, & vixit.* Sic curabat plagam idololatriæ inflictam, & mortuam, quæque ejus opera revixerat. *Seduxit.* Simulata primum mansuetudine, præstigiis Maximi ipse seductus.

℣. 15. *Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiæ.* An forte idola respondebant rogantibus, eaque Julianus semper consulebat, quæ cum victoriam de Persis promitterent, iis Christianorum sanguinem vovit; magorum præstigiis deorum statuæ velut animatæ apparebant. *Occidantur.* Id Julianus clam jusserat: quique id recusabant, falsorum criminum prætextu necabantur. Nazianzenus Orat. 3. *Ubi præscientia monstra & signa, viscerumque haruspicina?*

℣. 16. *Et faciet omnes — habere characterem.* Qui se quibusdam diis devovebant, eorum notas, aut nominum primas litteras fronti, aut pugno inustas ferebant, ut milites, & servi: sic c. 7. v. 3. electum signum Dei gerunt in frontibus suis. Atheismus, impietas, hæresis, sunt bestiæ characteres, qui frontibus impiorum inuruntur.

℣. 17. *Et ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui haberet characterem, aut nomen bestiæ.* Diocletianus omni commercio Christianis, & jus suum persequendi actione omni interdixerat, nisi diis ante immolassent; quam legem renovare statuerat Julianus, quæ juxta Sozomenum L. 5. 18. in antecessum executioni mandabatur. Videtur Apostolus ad Diocletianum redire, quem Julianus imitabatur. *Aut numerum nominis ejus.* Nomen numero expressum.

℣. 18. *Hic sapientia est.* Ad hoc opus est sapientia & intellectu, tamquam in re ænigmatica numerum nominis hujus hominis, quem indicat, assequi, eumque esse Diocletianum existimat Meldensis Episcopus. Illius charactere inurendus erat omnis, qui vendere, aut emere, seu commercium cum aliis inire volebat. *Diocles* ante vocabatur; factus Imperator *Augusti* nomen proprio nomini subjecit. Latinis litteris ut decebat Romanum Imperatorem, numerus DCLXVI. prodit DIOCLES AUGUSTUS. Itaque DCLXVI. videtur esse numerus quæsitus. Vir clariss. & doctus in Juliano Apostata, vel potius Atheo, ut a viro sancto tum fuit cognominatus, eundem quærit numerum in lingua dominatrice. Tria sunt ejus nomina nativitatis, Julianus, Claudius, Flavius: duorum tantum primæ litteræ C. F. numismatibus inscripta erant. Secundum nomen erat dignitatis a Constantio concessum Cæsaris; August. nomen postea usurpavit. Cognomento erat Atheus, vel Antichristus, cujus regnum fuit typus. Itaque litteræ numerales in his nominibus: *Julianus Cæsar Antichristus* continentur, DCLXVII. Opus est indagatione sagaci, ut nomen illius hominis reperiatur, cui insint hæ numerales litteræ, quæ prædictum 666. efficiant numerum. 2. Ut hic ipse homo sit Imperator, qui vetet quidquam emere, aut vendere, seu omne vitæ civilis commercium omnibus prohibeat, nisi ante falsorum deorum cultu se commaculaverint. 3. Postquam id uni Diocletiano, aut Juliano convenire palam factum est, hoc nomen sumendum fuit, quale habuit, cum privatus esset, eique adjungendum Imperatoris insigne: postremo numerus ille in litteris numeralibus, iisque Latinis continetur, quod de Romano Imperatore agatur. Nicolaus Lyranus in glossa ordinaria numerum illum in Latina numerandi ratione quærens, hunc maxime idoneum reperit, DCLXVI, nempe 666. isque de industria ab eo fuit excogitatus, qui cum nomine Diocles optime convenit: cum autem Joannes Græce scripserit, plerique putant hunc numerum in Græca lingua, non in Latina quæri oportere. S. Irenæus, L. 5. in hoc nomine *Lateinos*, eundem reperit numerum per Græcos characteres expressum, adeo ut ipse conjiciat imperium Romanum, & Romanam idololatriam eo numero designari. Verum Apostolus nos admonet nomen hominis quæri oportere, sed inveniri non posse nisi adhibita magna industria, vel attentione.

† *IN FESTO SS. INNOC.*

1. Et † vidi: & ecce, Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, & nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

2. Et audivi vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audivi, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

3. Et cantabant, quasi canticum novum ante sedem, & ante quatuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra.

4. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum, quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo, & Agno:

5. Et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

II. 6. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum:

7. Dicens magna voce: Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora judicii ejus: & adorate eum, *a* qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum.

a Psal. 145. 6. *Act.* 14. 14.

8. Et alius Angelus secutus est, dicens: *b* Cecidit, cecidit Babylon, illa magna, quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.

b Isaiæ 21. 9. *Jer.* 51. 8.

9. Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adoraverit bestiam, & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua,

10. Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni:

11. Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverunt bestiam, & imaginem ejus, & si quis acceperit characterem nominis ejus.

1. Und ich sah: und siehe, es stund ein Lamm auf dem Berge Sion, und mit ihm hundert und vier und vierzigtausend, die hatten seinen Namen, und seines Vaters Namen an ihren Stirnen geschrieben.

2. Und ich hörte eine Stimme vom Himmel, wie eine Stimme vieler Wasser, und wie eine Stimme eines großen Donners: und die Stimme, die ich hörte, war gleichwie der Harpfenschläger, die auf ihren Harpfen schlugen.

3. Und sie sungen gleichwie ein neues Lied vor dem Stuhle, und vor den vier Thieren, und den Aeltesten: und niemand konnte dasselbige Lied singen, ohne allein die hundert und vier und vierzigtausend, welche erkauft sind von der Erde.

4. Dieses sind diejenigen, die mit Weibern nicht befleket worden sind: denn sie sind Jungfrauen. Dieselbigen folgen dem Lamme, wo es hingehet. Diese sind aus den Menschen erkauft, zu Erstlingen GOtt und dem Lamme:

5. Und in ihrem Munde ist keine Lüge gefunden worden: denn sie sind unsträflich vor dem Throne GOttes.

II. 6. Und ich sah einen andern Engel mitten durch den Himmel fliegen, der hatte das ewige Evangelium denen zu verkündigen, die auf Erden wohnen, allen Heyden, und Geschlechtern, und Zungen, und Völkern:

7. Und er sprach mit lauter Stimme: Fürchtet den HErrn, und gebet ihm die Ehre, denn die Stunde seines Gerichts ist herangekommen: und bethet ihn an, der den Himmel, und die Erde, das Meer, und die Wasserbrunnen gemacht hat.

8. Und ein anderer Engel folgte hernach, und sprach: Sie ist gefallen, sie ist gefallen, Babylon die große Stadt, welche von dem grimmigen Weine ihrer Hurerey alle Heyden getränket hat.

9. Und der dritte Engel folgte ihnen nach, und sprach mit lauter Stimme: So jemand das Thier, und sein Bild anbethet, und das Maalzeichen an seine Stirne, oder an seine Hand nimmt,

10. Derselbige wird auch trinken von dem Weine des Zorns GOttes, der gemenget, und lauter ist in dem Kelche seines Zorns, und er wird vor dem Angesichte der heiligen Engel, und vor dem Angesichte des Lammes mit Feuer und Schwefel gepeiniget werden:

11. Und der Rauch ihrer Qual wird aufsteigen in alle Ewigkeit: und sie werden Tag und Nacht keine Ruhe haben, die das Thier, und sein Bild angebethet, und das Maalzeichen seines Namens angenommen haben.

12. Hier

CAPUT XIV.

℣. 1. *Et vidi.* Visione spirituali. Tristi spectaculo tot persecutionum aliud subjicit valde lætum, nempe Sanctorum gloriam, quorum universitas, & Martyrum imprimis numero 144000. exprimitur. *Et ecce, Agnus.* Christus Jesus stabat. *Supra montem Sion.* Ecclesiam, paratus ad opem illi ferendam. Alii per montem Sion cœlum intelligunt, quod Sionis nomine sæpe designatur in Scripturis. *Habentes nomen ejus,* Agni, *& nomen Patris ejus.* Ut servi Dei, cui se devoverunt, & pietatis Christianæ professionem ad finem usque intrepide tenentes, & profitentes.

℣. 2. *Et audivi vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum.* Alludit ad sonum vehementem aquarum, quæ in rupem illiduntur. *Tamquam vocem tonitrui.* Valde sonoram ob lætitiæ magnitudinem; sed ordinatam tamen, & certis numeris temperatam, sicut citharœdorum.

℣. 3. *Nemo poterat dicere Canticum.* Gr. *Discere.* Non enim in cor hominis ascendit, quod Deus præparavit diligentibus se. Canticum hoc erat Eucharisticum pro dono castitatis. *Quasi,* vox illa, *quasi,* rei veritatem adstruit, non negat, ut illa Joannis verba: *Vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti. Qui empti sunt de terra.* Pretioso sanguine Agni de terrena conversatione redempti. Videtur Apostolus hæc referre ad Judæos, qui extremis temporibus ad Christi fidem convertentur. Id suadet numerus ipse 144000.

℣. 4. *Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati.* Membra sunt Ecclesiæ, quæ virgo est casta; Martyres imprimis, qui ab idololatriæ crimine sunt puri. Hæc quippe in Scripturis fornicationis nomine solet designari: tametsi hac prærogativa perpetua continentia a Joanne etiam fuit designata, cum cantico novo, tum his, quæ sequuntur verbis, non solum præceptis ejus, sed etiam consiliis parendo. Sed de omnibus Sanctis, qui mundi voluptatibus non sunt coinquinati, hæc commode intelliguntur. Quamquam Virginum prærogativæ in cœlo optime etiam intelligi possunt, quod sensuum voluptatibus spretis Christum sint imitatæ, Angelicam vitam in terris egerint, Agni sponsæ, ut primitiæ puræ illi consecratæ.

℣. 6. *Et vidi alterum Angelum.* Qui judicium Dei adversus incredulos annuntiat. *Habentem Evangelium æternum.* Quod mutationi non est obnoxium, ut Lex Mosaica: quodque bona æterna promittit.

℣. 7. *Venit hora judicii ejus.* Quod in Romam fidelium persecutricem mox exercebit, quodque futurum est extremi judicii typus: sed & venit hora, ac Deus colendus est sine procrastinatione, isque ut principium & finis omnium adorandus.

℣. 8. *Et alius.* i. Prior Angelus judicia Dei generatim annuntiat; secundus & tertius Romani imperii & idololatriæ instantem prædicunt ruinam, quod Gentes vino suæ prostitutionis, & iram Dei provocantis, potaverit.

℣. 10. *Hic bibet de vino iræ Dei.* Ita Psalmo 74. iræ divinæ calicem ad fæces usque bibent. *Mero.* Non vino diluto, & sine misericordia pleno calice vindictæ divinæ. Vivam supplicium æternorum imaginem subjicit oculis; hæc collata cum Beatorum statu longe majora futura sunt, & Christi & crucis conspectu mirum in modum augebuntur.

℣. 11. *Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum.* Ut justitiæ divinæ æternum sacrificium: non est pax impiis neque in hac vita, neque in futura.

12. Hier ist die Geduld der Heiligen, welche die Gebothe GOttes, und den Glauben JEsu bewahren.

III. 13. Und ich hörte eine Stimme vom Himmel, die zu mir sprach: Schreibe: Selig sind die Todten, die im HErrn sterben. Von nun an, spricht der Geist, daß sie ruhen von ihren Arbeiten: denn ihre Werke folgen ihnen nach.

14. Und ich sah, und siehe, es war eine weisse Wolke: und ich sah auf der Wolke einen sitzen, der dem Sohne des Menschen gleich war, der hatte eine goldene Krone auf seinem Haupte, und eine scharfe Sichel in seiner Hand.

15. Und ein anderer Engel gieng aus dem Tempel, der rief mit lauter Stimme zu dem, der auf der Wolke saß: Schlage deine Sichel an, und schneide, denn die Stunde zu ärnten ist gekommen, dieweil die Aernte der Erde dürre worden ist.

16. Und der auf der Wolke saß, schlug seine Sichel an die Erde, und die Erde ward abgemähet.

17. Und ein anderer Engel gieng aus dem Tempel, der im Himmel ist, und derselbige hatte auch eine scharfe Sichel.

18. Und ein anderer Engel gieng aus dem Altar, der über das Feuer Macht hatte: und er rief mit lauter Stimme zu dem, der die scharfe Sichel hatte, und sprach: Schlage deine scharfe Sichel an, und schneide die Trauben des Weinbergs der Erde ab: denn seine Trauben sind reif.

19. Und der Engel schlug seine scharfe Sichel an die Erde, und schnitt den Weinberg der Erde, und warf es in die große Grube des Zorns GOttes:

20. Und die Grube ward außer der Stadt zertretten, und es gieng Blut aus der Grube, bis an die Zäume der Pferde, durch tausend und sechshundert Feldweges.

Das fünfzehente Capitel.

I. Siehet die Heiligen, so das Thier überwunden, auf dem crystalinen Meer stehen, welche das Lied Moysis, und des Lammes singen. 1. II. Der Tempel wird eröffnet, und sieben Engel, welche die sieben Plagen haben, gehen heraus. 5. III. Eines von den Thieren giebt sieben Engeln sieben Schalen voll des Zorns GOttes. 7.

1. Und ich sah ein anderes großes, und wunderbarliches Zeichen im Himmel, nämlich sieben Engel, welche die sieben letzten Plagen hatten: denn mit denselbigen ist der Zorn GOttes vollendet worden.

2. Und ich sah gleichwie ein gläsernes Meer, das mit Feuer vermenget war, und die das Thier, sammt seinem Bilde, und die Zahl seines Namens überwunden hatten, dieselbigen sah ich auf dem gläsernen Meere stehen, und Harpfen GOttes in der Hand haben:

3. Und sie sungen das Lied Moysis, des Knechts GOt-

12. Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Jesu.

III. 13. Et †audivi vocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo jam, dicit Spiritus, ut requiescant a laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.* † IN MSS. DEFUNCTOR.

14. Et vidi, & ecce, nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

15. Et alius Angelus exivit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: c Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, ut metatur, quoniam aruit messis terræ. c Joel. 3. 13. Matth. 13. 39.

16. Et misit, qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra.

17. Et alius Angelus exivit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.

18. Et alius Angelus exivit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamavit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt uvæ ejus.

19. Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum:

20. Et calcatus est lacus extra civitatem, & exivit sanguis de lacu usque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

CAPUT XV.

I. Videt electos victores bestiæ, stantes super mare crystallinum, & laudes Deo & Christo canentes. 1. II. Templum aperitur, & exeunt septem Angeli, habentes septem plagas. 5. III. Unum animal dat septem Angelis septem phialas iræ Dei. 7.

1. Et vidi aliud signum in cœlo magnum, & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem novissimas: quoniam in illis consummata est ira Dei.

2. Et vidi tamquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem ejus, & numerum nominis ejus, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei:

3. Et cantantes canticum Moysi servi Dei,

ỳ. 12. *Hic patientia Sanctorum est.* Hinc discunt Sancti pœnas temporales subire, ut æternas vitent. *Et fidem Jesu.* Ergo fides non sufficit, nisi mandatorum observatio huic adjuncta fuerit.

ỳ. 13. *Beati mortui, qui in Domino.* In fide, & confessione Domini. *Ut requiescant.* sc. Quando plane fuerint purgati. *Sequuntur illos.* Suavis est labor hujus vitæ, cum de æterna quiete in Domino cogitamus.

ỳ. 14. *Et vidi, & ecce, nubem candidam.* Judicii divini executionem jam aggreditur, quam messis & vindemiarum nominibus primum designat. *Similem Filio hominis.* An Christum ipsum, qui Danielis 7. ita designatur? an forte quid exterius vidit, non spiritali solum visione, Angelum qui personam Christi gerebat tamquam Judicis, sedentis super nubem in magna potestate, & majestate, ut Matth. 25. cum regni insignibus. *Coronam auream.* Ad puniendos impios paratum. *Falcem acutam.* Et ea Romam mox gravi ictu percussurum, vel impios a societate Sanctorum separantem.

ỳ. 15. *Et alius Angelus.* Diversus ab iis, quorum mentio facta est. *Mitte falcem.* Suis quæque temporibus peraguntur. Angelus judici nuntiat cuncta esse parata, & matura, vel, ut aliis placet, tempus annuntiandi Evangelii venit.

ỳ. 16. *Et demessa est terra.* Roma ab Alarico eversa anno 410. ut videtur Meldensi Episcopo.

ỳ. 17. *Et alius Angelus.* Non Filius hominis, sed diversus ab iis, qui hoc capite memorantur. *Falcem acutam.* Quæ racemis putandis est apta, ut in vindemia. *Vindemia botros.* i. Impios.

ỳ. 18. *Qui* Angelus *habebat potestatem supra ignem.* Qui bellorum incendia excitat: eadem fortassis actio varie depingitur.

ỳ. 19. *Et misit in lacum.* sc. In lacum iræ Dei, seu infernum calcandos, ibi æternum a dæmonibus justitiæ divinæ lictoribus.

ỳ. 20. *Et calcatus est lacus extra civitatem.* Imperium ab Attila vastatum; sed Romæ pepercit. *Exivit sanguis.* Per stadia mille sexcenta; per 67. leucas communes: nam Attila Occidentem pene totum devastavit annis 451. & 452. Atque hoc in loco est manifesta hyperbole: qua forte cladem magnam Gentilium designat.

CAPUT XV.

ỳ. 1. *Et vidi aliud signum.* Futura significans. *Magnum & mirabile.* Seu Angelorum universitas septenarii nomine, ut septem plagis omnia suppliciorum genera designantur; seu septem sint illi spiritus, de quibus c. 1. seu ad imperii Romani calamitates, quæ a Valeriano cœperunt, & executionem judiciorum Dei spectant, hæc sit quædam præparatio.

ỳ. 2. *Et vidi tamquam mare vitreum.* More suo, tristi spectaculo læta admiscet, gloriam nimirum Martyrum, populum igne amoris divini inflammatum. Martyres Baptismo fidei puro abluti, & igne Spiritus sancti animati, ac demum variis probati suppliciis, & instar ignis rubescunt ut in fornace vitraria.

ỳ. 3. *Et cantantes canticum Moysi.* Quo gratiæ aguntur Deo, quod Martyres post effusum sanguinem mare rubrum

& canticum Agni, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum.

a Jer. 10. 7. 4. Quis *a* non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.

II. 5. Et post hæc vidi, & ecce, apertum est templum tabernaculi testimonii in cœlo:

6. Et exierunt septem Angeli, habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.

III. 7. Et unum de quatuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viventis in sæcula sæculorum.

8. Et impletum est templum fumo a majestate Dei, & de virtute ejus: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

CAPUT XVI.

I. Septem phialæ effunduntur: primus Angelus phialam suam effundit in terram, & infert sæva vulnera, & ulcera. 2. II. Secundus in mare: tertius in flumina, & fontes, quos vertit in sanguinem. 3. III. Quartus in solem, & homines igne & æstu affligit. 8. IV. Quintus tenebras inducit, & obscurat regnum bestiæ: sextus exsiccat Euphratem, & cædit exercitus Antichristi. 10. V. Septimus ciet fulgura, tonitrua, terræmotus & grandinem instar talenti. 17.

1. Et audivi vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ DEI in terram.

I. 2. Et abiit primus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sævum, & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos, qui adoraverunt imaginem ejus.

II. 3. Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tamquam mortui: & omnis anima vivens mortua est in mari.

4. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis.

tes, und das Lied des Lammes, und sprachen: Groß, und wunderbarlich sind deine Werke, o HErr allmächtiger GOtt: recht, und wahrhaftig sind deine Wege, du König der Ewigkeit.

4. Wer sollte dich nicht fürchten, o HErr! und deinen Namen nicht hoch preisen? dieweil du allein gütig bist: denn alle Heyden werden kommen, und werden anbethen vor deinem Angesichte, denn deine Gerichte sind offenbar worden.

II. 5. Und darnach sah ich, und siehe, der Tempel der Hütte des Bundes im Himmel ward aufgethan:

6. Und die sieben Engel, welche die sieben Plagen hatten, giengen aus dem Tempel, und waren mit saubern, und weissen Leinwad angethan, und mit goldenen Gürteln an ihren Brüsten umgürtet.

III. 7. Und eines von den Thieren gab den sieben Engeln sieben goldene Schalen, welche voll waren des Zorns GOttes, der da lebet von Ewigkeit zu Ewigkeit.

8. Und der Tempel ward mit Rauch erfüllet, von der Majestät GOttes, und von seiner Kraft: und niemand konnte in den Tempel gehen, bis daß die sieben Plagen der sieben Engel vollendet waren.

Das sechszehente Capitel.

I. Beschreibt, wie die sieben Engel ihre Schalen ausgegossen haben: der erste schüttet seine auf die Erde, und bringt abscheuliche und gefährliche Wunden hervor. 2. II. Der andere schüttet seine auf das Meer: der dritte auf die Flüsse, und Brunnen, und wird alles in Blut verwandelt. 3. III. Der vierte gießt seine über die Sonne, und plagt die Menschen mit Hitze, und Feuer. 8. IV. Der fünfte über den Sitz des Thiers, und verdunkelt dessen Reich: und der sechste über den Fluß Euphratem, den er austrocknet. 10. V. Der siebente in die Luft, und erweckt Blitz, Donner, Erdbeben, und Kiesel, 2c. 17.

1. Und ich hörte eine starke Stimme aus dem Tempel, die zu den sieben Engeln sprach: Gehet hin, und gießet die sieben Schalen des Zorns GOttes aus auf die Erde.

I. 2. Da gieng der erste hin, und goß seine Schale aus auf die Erde, und es wurden sehr böse und schädliche Wunden an den Menschen, welche das Maalzeichen des Thiers hatten, und an denen, die sein Bild angebethet hatten.

II. 3. Und der andere Engel goß seine Schale in das Meer aus, und es ward Blut, gleichwie eines Todten: und alle lebendige Seelen im Meere sturben.

4. Und der dritte goß seine Schale aus auf die Ströme, und auf die Wasserbrunnen, und sie wurden zu Blut.

5. Und

---

rubrum transierint. *Et canticum Agni.* Illud instar figuræ, hoc ut prototypus: utriusque Testamenti litteris laudatur Deus. *Sunt viæ tuæ.* Nihil nisi justum præcipis, nihil nisi verum promittis, ac justam de impiis sumis vindictam. *Rex sæculorum.* Gr. *Sanctorum.*

℣. 4. *Quia solus pius es.* Gr. *Sanctus: manifesta sunt judicia.* Quibus improbos punis, & bonos remuneras. *Vel solus.* Per excellentiam, *pius es.*

℣. 5. *Ecce, apertum est templum tabernaculi.* An quod figuræ omnes veteris Testamenti impletæ sunt? Arca fœderis c. 11. templum & tabernaculum hoc loco cœlum, i. sanctum sanctorum, seu adyta divinæ providentiæ designant. Apertum quoque est templum, ut hinc exirent septem Angeli cum magno apparatu.

℣. 6. *Et exierunt septem Angeli, habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo.* Gr. *Propter munditiem.* Voce tabernaculi sanctuarium exponunt, unde prodibant oracula.

℣. 7. *Et unum de quatuor animalibus dedit septem Angelis.* Quatuor animalia ubique fere occurrunt, quando Deus magna revelat arcana; cum sigilla sunt aperta, Joannem ut adesset, arcessunt, quod omnia juxta Evangelium sint intelligenda. *Unum.* i. Primum, seu leo. *Dedit — septem phialas.* Potestatem dedit inferendi septem plagas.

℣. 8. *Et impletum est templum fumo a majestate Dei.* Sic in dedicatione templi, hoc fumo impletum est ex divinæ majestatis impressione.

CAPUT XVI.

℣. 1. *Ite & effundite septem phialas iræ Dei.* Apostolus, juxta Meldensem Episcopum, postquam Romæ & Romani imperii ruinam universim proposuit, tum explicatius eam & expressioribus lineamentis descriptam traditurus, rem omnem ab altiori ducit principio, & a *Væ* secundo, cujus cap. 9. fecit mentionem, sumit exordium. *Septem phialas.* Jussum illud magna voce a Deo immediate profectum, ad septem Angelos perfertur, ut eodem pene tempore phialas iræ Dei effundant. In aliis visionibus, ut in sigillorum apertione, in septem tubis, cuncta continuata serie peraguntur; hoc loco simul fiunt omnia; vox una personat ad septem Angelos simul perlata: septem illas plagas, aut vulnera a morte Juliani recenset vir clariss. a nobis identidem laudatus, usque ad Romani imperii excidium, postquam Roma sæpius expugnata & direpta fuit.

℣. 2. *Et abiit primus.* Imperium divinum non prius ad primum Angelum pervenit, quam ad alios, ita, ut omnes phialas suas, quo illos justitia divina misit, huc illuc effuderint. *Vulnus sævum.* Anthracem pestiferum. Gr. *Ulcus malignum. In homines.* Idololatras, quique Imperatoris ut Dei colebant imaginem: an phiala effusa a primo Angelo Julianum lethali vulnere confixit, uti & illius consanguineos, & imperii usurpatores, magos imprimis? *Qui habebant characterem bestiæ.* Maximus præ cæteris, qui jussu Valentiniani occisus fuit. *In terram.* Imperium Romanum.

℣. 3. *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare.* Hæc bella sunt, quibus Romanum ubique ardebat imperium. *Tamquam mortui.* Quod omni auctoritate destitutum esset instar cadaveris. *Sanguis.* Ater & coagulatus: cum tyrannus Maximus idolorum patronus classem amisit, duce Andragatio in mare demersam. *Et omnis anima vivens mortua est.* Pisces, qui non sanguine, sed aqua victitant, pariter emortui sunt.

℣. 4. *Tertius effudit phialam suam super flumina &c.* Bellis civilibus provinciæ omnes arserunt.

5. Und ich hörte den Engel der Wasser sagen: HErr, du bist gerecht, der du bist, und du wareſt heilig, der du dieſes geurtheilet haſt:

6. Dieweil ſie das Blut der Heiligen, und der Propheten vergoſſen haben, ſo haſt du ihnen auch Blut zu trinken gegeben: denn ſie ſind es werth.

7. Und ich hörte einen andern vom Altare ſagen: Ja HErr, allmächtiger GOtt, deine Gerichte ſind wahrhaftig, und gerecht.

III. 8. Und der vierte Engel goß ſeine Schale aus in die Sonne, und ihm ward gegeben, die Menſchen mit Hitze, und Feuer zu plagen:

9. Und die Menſchen wurden erhitzt mit großer Brunſt, und läſterten den Namen GOttes, der Macht hat über dieſe Plagen, und thaten nicht Buße, ihm die Ehre zu geben.

IV. 10. Und der fünfte Engel goß ſeine Schale aus auf den Stuhl des Thiers: da ward ſein Reich finſter, und ſie zerbiſſen ihre Zungen vor Schmerzen.

11. Und läſterten den GOTT des Himmels, wegen ihren Schmerzen, und Wunden, und thaten nicht Buße über ihre Werke.

12. Und der ſechste Engel goß ſeine Schale aus in den großen Fluß Euphraten: und vertrocknete ſein Waſſer, damit den Königen von der Sonnen Aufgang der Weg bereitet würde.

13. Und ich ſah aus dem Munde des Drachen, und aus dem Munde des Thiers, und aus dem Munde des falſchen Propheten, drey unreine Geiſter, wie Fröſche herausgehen.

14. Denn es ſind Geiſter der Teufel, die Zeichen thun, und ausgehen zu den Königen der ganzen Welt, ſie zum Streit zu verſammeln, gegen den großen Tag des allmächtigen GOttes.

15. Siehe, ich komme wie ein Dieb. Selig iſt, der da wachet, und ſeine Kleider bewahret, auf daß er nicht nackend hereingehe, und die Leute ſeine Schande ſehen.

16. Und er wird ſie verſammeln zu einem Orte, das auf Hebräiſch Armagedon genennet wird.

5. Et audivi Angelum aquarum dicentem: Juſtus es Domine, qui es, & qui eras ſanctus, qui hæc judicaſti:

6. Quia ſanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti bibere: digni enim ſunt.

7. Et audivi alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & juſta judicia tua.

III. 8. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt illi æſtu affligere homines, & igni:

9. Et æſtuaverunt homines æſtu magno, & blaſphemaverunt nomen Dei, habentis poteſtatem ſuper has plagas, neque egerunt pœnitentiam, ut darent illi gloriam.

IV. 10. Et quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ: & factum eſt regnum ejus tenebroſum, & commanducaverunt linguas ſuas præ dolore.

11. Et blaſphemaverunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis.

12. Et ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphraten: & ſiccavit aquam ejus, ut præpararetur via regibus ab ortu ſolis.

13. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pſeudoprophetæ ſpiritus tres immundos in modum ranarum.

14. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna, & procedunt ad reges totius terræ, congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.

15. Ecce, *a* venio ſicut fur. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus.

16. Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraice Armagedon.

a Matth. 24. 43. Luc. 12. 39. Supr. 3. 3.

V. 17. Et

℣. 5. *Et audivi Angelum aquarum.* i. Præſidem, qui a Deo elemento aquæ præfectus eſt, ut ſingulis elementis, aliisque creaturis ſingulos præfecit Deus. Ita S. Aug. S. Thom.

℣. 7. *Audivi alterum ab altari.* Seu è loco martyrum, ut ſupra c. 6. v. 9.

℣. 8. *Quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem.* Æſtu vehementi terra exaruit; hic fames exorta. *Angelus.* Qui in aquas phialam effuderat, & imperii provincias ad Boream poſitas vaſtaverat, ſolis calorem auxit, qui terræ fructus adureret. Legendus Hieron. in Epiſt. ad Heliodorum. Provinciæ ad Auſtrum poſitæ, Africa, & Hiſpania a Vandalis, Alanis, Gothis, imperio Romano adimuntur, & vaſtantur.

℣. 9. *Æſtuaverunt — & blaſphemaverunt nomen Dei &c.* Tot malis afflicti gentiles in Chriſtianos hæc mala rejiciebant. *Blaſphemaverunt.* Sicut laus Deus eſt idioma electorum, ita blaſphemia eſt idioma reproborum.

℣. 10. *Quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ.* Barbari tandem ſedem ipſam imperii invadunt, Italiam & Romam imprimis. *Tenebroſum.* Clariſſimum terrarum omnium lumen extinctum eſt: imo Romani imperii truncatum caput, & ut verius dicam, in una urbe totus orbis interiit: Hier. præfat. in Ezechiel. *Linguas ſuas.* Præ dolore, & fame.

℣. 11. *Et blaſphemaverunt Deum cœli.* Obſeſſa eſt urbs Roma, & expugnata, & non deſierunt blaſphemi, ac furioſi eſſe Romani, Salvianus L. 6. *Præ vulneribus.* Gr. Ulceribus.

℣. 12. *Sextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum Euphraten: & ſiccavit aquam ejus.* Ut via regi Perſarum, Scythis, Saracenis, & aliis copiis auxiliaribus roborato pateret. *Ut præpararetur via regibus.* Qui futuris temporibus imperium Romanum deleturi ſunt, ſeu ad Antichriſtum Jeroſolymæ reſidentem. Vid. Tirin.

℣. 13. *Et vidi de ore draconis &c. Spiritus tres immundos.* Draco ibi reſtiterat, ubi Joannes eum viderat: ex tribus illis impuris ſpiritibus unus ex ore Draconis exiit, alter ex ore beſtiæ, tertius ex ore pſeudoprophetæ: beſtia eſt imperium idolis addictum, cujus ſunt ea ſeptem capita, decem cornua. Vel ut Tirin. ait: *De ore draconis.* Juſſu Luciferi. *Beſtiæ.* Antichriſti, & pſeudoprophetæ ejus, vidi prodire tres ſpiritus immundos. *Cui datum os loquens magna. In modum ranarum.* Quales eruperunt inter Ægypti plagas.

℣. 14. *Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna.* Arioli nempe & Magi, qui perſecutiones adverſus Eccleſiam commovebant, & imperatores ad ſuſcipienda bella impellebant, victoriam iis promittentes, dummodo Chriſtianos perſequerentur. Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium L. 7. commemorat inſignem magum, qui Valerianum decepit pollicitus victoriam adverſus Perſas ea conditione, ut Chriſtianum nomen deleret. Idem docet Lactantius de Diocletiano: ſic per falſa miracula, & oracula Theotecnus Maximinum adverſus fideles incitavit, ex Euſebio L. 9. 2. & 3. de Juliano idem ſupra diximus ex Eunapio. Maximus, isque inſignis magus certam illi victoriam de Perſis promiſerat; hic immundus ſpiritus e ſecunda beſtia magicis artibus addicta prodiit; iique tres ſpiritus hominibus illudebant per falſa oracula, ementita miracula, & perverſa ratiocinia. *Ad diem magnum.* Ad pugnam inſignem, de qua v. 16. Grotio. Dies ille magnus omnipotentis Dei, eſt dies, quo Conſtantinus Magnus Romam cœpit. Tum enim Deus pro Conſtantino pugnavit.

℣. 15. *Ecce, venio ſicut fur.* Quod de improviſa morte, & de publicis calamitatibus, quæ extremi judicii ſunt imagines, intelligitur, & per parentheſim inſeritur; nam Chriſtus ipſe loquitur, & idem eſt contextu v. 15. & 16. Veſtimenta Chriſtiana ſunt juſtitia, charitas, & Chriſtus ipſe.

℣. 16. *Et congregabit illos in locum.* Gr. *Congregavit illos in locum, qui vocatur Hebraice Armagedon.* Ubi magni perierunt exercitus. Hinc idem eſt ac excidium excidii. In monte Mageddon, ubi Siſara Reges Chananæos delevit, Jud. c. 5. v. 19. Ibi Ochozias rex Juda interiit, 4. Reg. 9. 27. Ibi occiſus eſt Joſias, 4. Reg. 23. 29. Sic Imperatores Valerianus primum, tum Julianus a magis ſuis incitati bella ſuſcipient, in quibus ſunt perituri, & cladem eorum luctus publicus conſequetur, qualis fuit Joſiæ temporibus. *Congregavit illos.* Spiritus dæmoniorum, de quibus v. 14. Hæc intelligi commode poſſunt de Perſarum, Saracenorum, Scytharum innumerabili multitudine, qui Theodoſii Junioris temporibus ex Socrate L. 7. cap. 18. Theodoreto L. 5. cap. 28. Imperii terras invaſerant, & miſere perierunt: ac forſan figuram cum re figurata conjungit Apoſtolus, & ultimam Antichriſti perſecutionem prædicit.

V. 17. Et septimus Angelus effudit phialam suam in aërem, & exivit vox magna de templo a throno, dicens: Factum est.

18. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis numquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram: talis terræmotus, sic magnus.

19. Et facta est civitas magna in tres partes: & civitates Gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus.

20. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inventi.

21. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines: & blasphemaverunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

CAPUT XVII.

I. Mulier fornicaria sive Babylon ebria martyrum sanguine, sedet super bestiam septem capitum. 1. II. Quæ omnia hic declarat Angelus. 7.

1. Et venit unus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas.

2. Cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram de vino prostitutionis ejus.

3. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.

4. Et mulier erat circumdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in

V. 17. Und der siebente Engel goß seine Schale in die Luft aus, da gieng eine starke Stimme aus dem Tempel vom Throne heraus, und sprach: Es ist geschehen.

18. Und es erhuben sich Blitze, und Stimmen, und Donner, und es war ein großes Erdbeben, desgleichen niemal gewesen ist, von der Zeit, daß Menschen auf Erden gewesen sind: ein solches Erdbeben, das so groß wäre.

19. Und aus der großen Stadt wurden drey Theile gemacht: und die Städte der Heyden fielen. Und Babylon der großen wurde gedacht vor GOtt, ihr den Kelch des Weins zu geben seines grimmigen Zorns.

20. Und alle Inseln flohen, und wurden keine Berge gefunden.

21. Und ein großer Hagel, einem Centner gleich, fiel vom Himmel herab auf die Menschen: und die Menschen lästerten GOtt von wegen der Plage des Hagels: denn sie war überaus groß.

Das siebenzehente Capitel.

I. Johannes siehet die große Hure Babylon, sitzend auf einem Thiere mit sieben Köpfen, und zehen Hörnern. 1. II. Erlernet vom Engel die Auslegung dieses Gesichtes. 7.

1. Und es kam einer von den sieben Engeln, welche die sieben Schalen hatten, und redete mit mir, und sprach: Komm, ich will dir das Urtheil der großen Hure zeigen, die auf vielen Wassern sitzet.

2. Mit welcher die Könige auf Erden gehuret haben, und die auf Erden wohnen, sind von dem Weine ihrer Hurerey trunken worden.

3. Und er führte mich im Geiste hinweg in die Wüste. Und ich sah ein Weib auf einem scharlachrothen Thiere sitzen, das voll Namen der Lästerung war, das sieben Häupter, und zehen Hörner hatte.

4. Und das Weib war bekleidet mit Purpur und Scharlach, und bedecket mit Gold, und edeln Steinen, und Perlen, und hatte einen goldenen Becher in

ihrer

℣. 17. *Septimus Angelus effudit phialam suam in aërem.* Ubi fulgura & tempestates excitantur: hinc ingens commotio Imperii. *Factum est.* Valeriano deleto, Barbari & Gothi imprimis Romani Imperii fines invaserunt, ac magna facta est rerum conversio, Imperio Romano instabat exitium. *Factum est.* Fuit Roma, pestis, & fames præeuntes Romæ excidio.

℣. 18. *Talis* terræmotus *numquam fuit.* Figurata locutio Prophetis usitata, qua Romanum imperium Barbaris subditum iri insinuat Apostolus.

℣. 19. *Et facta est civitas magna in tres partes.* Apostolus tandem nos ad Imperii ruinam deduxit, cum Occidentis Imperium in tres partes fuit divisum. Honorius Ravennæ, Attalus Romæ, Constantinus Galliæ jura dicebant. *Et civitates gentium ceciderunt.* Gallia, Hispania, magna Britannia Gothis prædæ fuerunt. *Et Babylon magna.* Roma ab Alarico capta & direpta, quam August. L. 18. de civit. cap. 24. vocat Babylonem Occidentalem.

℣. 20. *Et omnis insula fugit.* Terrarum orbis concussus est. *Et montes non sunt inventi.* In terra marique suum amisit imperium Roma.

℣. 21. *Et grando magna sicut talentum descendit.* Ultionis divinæ pondus. *Blasphemaverunt.* Christianis hoc Romæ excidium tribuebant Ethnici, quæ occasio fuit Augustino scribendi libros de civitate Dei. Primo itaque Imperium a Persis concussum fuit, quæ Barbaris Occidentis Imperium invadendi fuit occasio: nam viribus Imperii adversus Orientis reges conversis Occidentem nudatum Barbari invaserunt. Itaque jam sub Valeriano gravi ictu percussum fuit, adeo ut repercussu ipso Roma tandem corruerit ab Alarico obsessa, ac tandem expugnata anno 410. a Totila incensa. Quæ capite proxime insequenti distincte & aperte describit Apostolus.

CAPUT XVII.

℣. 1. *Venit unus de septem Angelis.* Quibus justitiæ divinæ executio est demandata: quæ ventura sunt, magis explicate & per singula Joannem docturus, simul capitis 13. visionem expositurus. *Damnationem meretricis magnæ.* Babylonis scilicet, quam plerique interpretantur civitatem Diaboli: sed meretricis magnæ & Babylonis nomine Romam profanam, & illius Imperium veteres intelligunt, quæ rursus Ethnica erit & infidelis, & fundet sanguinem martyrum, uti v. 6. dicitur. *Quæ sedet super aquas multas.* Quæ tot populis dominatur. Atque inter alios eventus Romæ excidium ab Alarico, & Gothis hoc capite & proxime consequenti tam aperte describitur, ut in oculos ipsos pene incurrat. Roma in meretricis figura, stylo Scripturæ usitato, quæ prostitutionis nomine idololatriam passim designat, vivis coloribus exprimitur, uti mox palam fiet.

℣. 2. *Cum qua fornicati sunt reges terræ.* Apostolus voce Græca ubique utitur, quæ publicam prostitutionem, non adulterium, aut violatam connubii fidem significat. Itaque hoc nomine Romam ethnicam, quæ Deo numquam fuit desponsata, non Christianam signat Apostolus; ac nusquam Scriptura Gentilium societates adulteras vocat, cum fidem suam Deo non dederint, neque adeo illam violaverint. Unde Joannes cum *meretricem* appellat, non eam dicit esse *adulteram*, sed πόρνην, ubique asserit, ut in hoc versiculo: *Cum qua fornicati sunt reges terræ,* ἐπόρνευσαν. *Et inebriati sunt.* Nec veteris Testamenti Prophetæ Tyrum nimirum, aut Babylonem adulterii crimine, sed Judam, Israelem, Samariam eo nomine condemnant, quod fidem conjugalem violaverint. Quare videant Protestantes, quam temere, ne atrociori utar verbo, asserant meretricem illam esse infidelem sponsam, violatæ fidei ream, Ecclesiam Romanam & corruptam. Sed Romam ipsam profanam designat, Sanctorum persecutricem, Babylonem, Sodomam, Ægyptum, & quemvis alium populum, ab affinitate cum Deo inita maxime alienum, idque v. 18. apertissime exprimit: *Mulier est civitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.* Et quidem reges terræ non solum deos Romanos, sed Romam ipsam, & Imperatores coluerunt, & cum ea meretrice fornicati sunt.

℣. 3. *Vidi mulierem sedentem super bestiam.* Hanc solam vidit in deserto. *Coccineam.* Hæc bestia ea ipsa est, quæ capite 13. describitur; eadem est mulier, quæ Roma cum Imperio suo. *Plenam nominibus blasphemiæ.* Nam urbem æternam appellabant. *Habentem capita septem.* Nempe septem montes, ut v. 9. Apostolus ipse exponit. Sic ita mulier est urbs eadem, quæ Regibus dominatur, ex v. 18. mulieris nomen & prostitutionem ejus, seu idololatriam melius exprimit. Quo quidem sensu inter meretrices Roma primas obtinuit: nam omnium gentium colebat deos.

℣. 4. *Et mulier erat circumdata purpura.* Qua Imperatores & magistratus ornabantur. *Inaurata auro.* Ob immensas ejus opes. *Habens poculum aureum.* Ut Jeremias cap. 51. v. 7. describit Babylonem: hæc suorum errorum vino terrarum orbem infecit.

ihrer Hand, der voller Greuel, und Unreinigkeit ihrer Hurerey war.

5. Und an ihrer Stirne war der Name geschrieben: Geheimniß: Die große Babylon, die Mutter der Hurerey, und der Greuel auf Erden.

6. Und ich sah, daß das Weib trunken war vom Blute der Heiligen, und vom Blute der Zeugen JEsu. Und ich verwunderte mich überaus hoch, da ich sie sah.

II. 7. Und der Engel sprach zu mir: Warum verwunderst du dich? Ich will dir das Geheimniß des Weibes sagen, und des Thiers, das sie trägt, das sieben Häupter, und zehen Hörner hat.

8. Das Thier, so du gesehen hast, ist gewesen, und ist nicht mehr, und es wird aus dem Abgrund heraufsteigen, und in das Verderben gehen: und es werden sich verwundern, die auf Erden wohnen (deren Namen im Buche des Lebens von Anfang der Welt nicht geschrieben stehen) wenn sie das Thier sehen werden, das war, und nicht mehr ist.

9. Und hier ist der Sinn, der Weisheit hat. Die sieben Häupter, sind sieben Berge, darauf das Weib sitzt, und es sind sieben Könige.

10. Fünfe sind gefallen, einer ist noch, und der andere ist noch nicht gekommen: und wann er kommen wird, muß er eine kleine Zeit bleiben.

11. Und das Thier, das war, und nicht mehr ist; ist auch das achte: und es ist aus den sieben, und gehet hin zum Untergange.

12. Und die zehen Hörner, die du gesehen hast, sind zehen Könige, welche das Reich noch nicht empfangen haben, aber sie werden, wie Könige, eine Stunde nach dem Thiere Macht empfangen.

13. Diese haben einen Rath, und werden ihre Kraft, und Macht dem Thiere übergeben.

manu sua, plenum abominationae, & immunditia fornicationis ejus:

5. Et in fronte ejus nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terrae.

6. Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Jesu. Et miratus sum, cum vidissem illam admiratione magna.

II. 7. Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiae, quae portat eam, quae habet capita septem, & cornua decem.

8. Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in libro vitae a constitutione mundi) videntes bestiam, quae erat, & non est.

9. Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

10. Quinque ceciderunt, unus est, & alius nondum venit: & cum venerit, oportet illum breve tempus manere.

11. Et bestia, quae erat, & non est, & ipsa octava est: & de septem est, & in interitum vadit.

12. Et decem cornua, quae vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tamquam reges una hora accipient post bestiam.

13. Hi unum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiae tradent.

14. Hi

℣. 5. *Et in fronte ejus nomen scriptum: Mysterium.* Hoc nomen fronti inscriptum, impia Gentilium mysteria significat, quibus Roma dominationem suam adstruebat. *Mysterium.* Joannis temporibus aenigma fuit, nunc illud est explicatum *Babylon magna;* meretricis nomine, & sub nomine Babylonis Roma ipsa designatur. Nam Babylonis idola, incantationes, maleficia, auguria apud Prophetas passim occurrunt. Nationibus utraque dominabatur, plena erat idolis & ariolis, utraque Sanctos est persecuta. Irenaeus Lib. 5. cap. 30. Imperium Romanum a Joanne hoc nomine designatum asserit, atque illius ruinam praenuntiat. Petrus Apostolus Epist. 1. cap. 5. Romam eo nomine designat. Hieronymus cum alibi passim, tum Lib. 2. adversus Jovinianum, Romam Babylonis nomine in Apocalypsi a Joanne maledictam esse testatur; & alibi in Epist. 151. eam esse meretricem docet, cujus fronti inscriptum est nomen blasphemiae. Idem inculcat Epist. 17. & in Isaiae cap. 24. eam esse, cujus supplicium in Apocalypsi legimus: & brevi post tempore impletas esse illas Prophetias accepit, cum in Ezechielem scriberet.

℣. 8. *Bestia, quam vidisti, fuit, & non est.* Erat quidem, cum haec videbat Joannes: septem phialarum effusione destructa est; aut forte. *Quae erat, & non est.* Roma idolis addicta. Gr. *Et tamen est.* Syr. *Et prope est.*

℣. 9. *Septem capita septem montes sunt.* Haec exposita sunt ad caput 13. Septem capita septem montes figurabant, seu Romam, uti & septem reges.

℣. 10. *Quinque ceciderunt.* Numerus septenarius est definitus & certus; nam a Joanne recensentur. *Unus est, & alius nondum venit.* Ex septem Imperatoribus, qui Ecclesiae bellum indixerant, de quibus cap. 13. dictum fuit, quinque transierunt, seu ceciderunt, Diocletianus, Maximus, Constantinus Chlorus, Galerius Maximianus, & Maxentius. *Unus est.* Nempe Maximinus. *Et alius nondum venit.* An Licinius qui jam erat Imperator? sed character ille caeteris communis, adhuc ei deerat, nondum exercuerat privatim & suo nomine persecutionem; eo ipso tempore, quod Apostolus designat, inter Licinium, & Constantinum jam convenerat; & edicta in gratiam Christianorum facta, utriusque nomine erant publicata, ex Lactantio de morte Persec. n. 48. & Eusebio Lib. 10. 5. Quamdiu vixit Maximinus, in eadem fuit sententia Licinius, qui post quinque Imperatorum persecutionem elapsam nondum venerat; solus Maximinus in Ecclesiam saeviebat: circa annum 312. Maxentius a Constantino victus est, & crux Romae a Constantino erecta. Tum Galerius Maximianus ferale edictum abrogaverat: Constantinus & Licinius Christianis aperte favebant. Haec tempora Joanni aperte ostensa sunt, Satana e coelo dejecto audita est vox de coelo: *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus.* Ex iis versiculis octavus hujus capitis facilius intelligitur: *Bestia, quam vidisti &c.* Quae antea cum septem capitibus visa est, cum uno tantum capite prodiit, postquam alia capita cito evanuerant; sextum superarat, ac bestia non diu duratura videbatur, sed in interitum itura. Hinc bestia illa, quasi jam non esset, apparebat: unde in fine ait: *Videntes bestiam, quae erat, & non est.* Gr. *Et si est.* Adeo ut Joannes eam posset contemplari, ut extinctam, cum septimus persecutor brevi extinguendus foret. *Et cum venerit, oportet illum breve tempus manere.* Per triennium duravit persecutio Licinii, qui anno 323. periit. An potius haec verba: *Alius nondum venit.* Cum nuperrimo Interprete de Juliano sunt intelligenda, qui tertio Imperii sui anno mortuus est, ex Socrate Lib. 3. cap. 21. *Et mirabuntur.* Quod idololatria quasi revixerit, & ascenderit de abysso.

℣. 11. *Et bestia illa crudelis, quae erat, & non est, & ipsa octava est.* An bestia integra cum septemplici capite est bestia ex omnibus suis partibus compacta? *De septem est.* E septem nata. Hae voces, *& ipsa octava est* populo ipsi recte aptari possunt; nam saepe populus non expectato Imperatorum jussu Martyres interemit. *In interitum vadit.* Idololatriae Imperium Diocletiani temporibus ruinae suae proximum fuit. Huic successit Constantinus eversor idololatriae.

℣. 12. *Decem cornua decem reges sunt.* Auctor commentarii in Apocalypsim, qui falso tribuitur Ambrosio, quem esse Beregaudum scriptorem septimi saeculi Episcopus Meldensis existimat, decem illos reges nominat, a quibus sectum fuit, & eversum Romanum Imperium. Sed nihil necesse est definitum hunc numerum Regum intelligere, neque ullum numerum certum, ubi in prophetia, ut proprius rei, aut temporis character non designatur. Satis illud est, quod ex uno & eodem imperio tot regna eximantur, & Barbarorum illuvie Romanum imperium in Occidente, seu in fonte suo deleatur. Hi reges multiplici characterе designantur. *Qui regnum nondum acceperunt.* Tempore ab eo indicato, cum pacem Ecclesiae dedit Constantinus: tum enim hae nationes e sua quaeque patria egressae alienas terras quaesierunt. *Sed potestatem tamquam reges una hora accipient post bestiam.* Graec. Cum bestia. Reges velut ex condicto in Occidentale Imperium ineursionem facturi sunt. *Nondum acceperunt.* Nondum Imperii Romani partem aliquam sibi subjecerunt, sed id fiet brevi post tempore. *Post bestiam.* Secundo a bestia gradu, cum qua inibunt foedera. *Qui regnum nondum acceperunt.* Sed accipient *post bestiam*, cujus ruinis thronos suos superstruent; Hieron. in c. 66. Isaiae, rectissime pro regibus cornua ponit: hanc habente Scriptura sacra consuetudinem, ut regnum semper interpretetur in cornibus.

℣. 13. *Hi unum consilium habent.* Non aliud quaerunt, quam fixas habere sedes, easque magis commodas, quam

14. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus
a1 *Tim.*6.15. vincet illos: *a* quoniam Dominus dominorum
Infr. 19. 16. est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, electi, & fideles.

15. Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes, & linguæ.

16. Et decem cornua, quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes ejus manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

17. Deus enim dedit in corda eorum, ut faciant, quod placitum est illi: ut dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei.

18. Et mulier, quam vidisti, est civitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAPUT XVIII.

I. Babylonis prædicitur lapsus, judicium, plagæ, & ultiones. 1. *II. Propter quas reges, at negotiatores terræ olim ipsi adhærentes amare lugebunt: cælum vero exultabit.* 4. *III. Angelus mittens lapidem in mare præmuntiat Babylonis ruinam.* 21.

1. Et post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est a gloria ejus.

2. Et exclamavit in fortitudine, dicens:
a *Isaiæ* 21. 9. Cecidit, cecidit *a* Babylon magna: & facta est
Jer. 51. 8. habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spi-
Supr. 14. 8. ritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis:

3. Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt.

II. 4. Et audivi aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de illa populus meus, ut ne par-

14. Diese werden auch mit dem Lamme streiten, und das Lamm wird sie überwinden: denn es ist ein HErr der Herren, und ein König der Könige, wie auch der Berufenen, Auserwählten, und Gläubigen, die bey ihm sind.

15. Und er sprach zu mir: Die Wasser, welche du gesehen hast, da die Hure sitzt, sind die Völker, und Heyden, und Zungen.

16. Und die zehen Hörner, so du an dem Thiere gesehen hast, dieselbigen werden die Hure hassen, und werden sie wüste und nackend machen, und ihr Fleisch fressen, und sie mit Feuer verbrennen.

17. Denn GOtt hat es in ihre Herzen gegeben, daß sie thun, was ihm wohlgefällig ist: und daß sie ihr Reich dem Thiere geben, bis daß die Worte GOttes vollendet werden.

18. Und das Weib, so du gesehen hast, ist die große Stadt, die das Reich hat über die Könige der Erden.

Das achtzehnte Capitel.

I. Siehet, und hört einen Engel, welcher ruft, sie ist gefallen, sie ist gefallen, Babylon die große. 1. II. Die Strafe der gottlosen Stadt Babylon, das erfolgende Wehklagen der Könige, und Kaufleute, und das Frohlocken der Heiligen. 4 III. Ein starker Engel wirft einen Mühlstein in das Meer, damit er den Untergang dieser Stadt andeutet. 21.

1. Und darnach sah ich einen andern Engel vom Himmel herabkommen, der große Macht hatte: und die Erde ward von seiner Herrlichkeit erleuchtet.

2. Und er rief mit ganzer Macht, und sprach: Sie ist gefallen, sie ist gefallen, Babylon die große: und ist eine Wohnung der Teufel worden, und ein Aufenthalt aller unreinen Geister, und ein Aufenthalt aller unsaubern und feindseligen Vögel:

3. Dieweil alle Völker von dem grimmigen Weine ihrer Hurerey getrunken haben: und die Könige der Erde haben Unzucht mit ihr getrieben: und die Kaufleute der Erde sind von der Kraft ihrer Wollüste reich worden.

II. 4. Und ich hörte eine andere Stimme vom Himmel, die sprach: Gehet von ihr hinaus, mein Volk, auf daß ihr

---

quam sit natale solum. *Et potestatem suam bestiæ tradent.* Exercitus eorum Romæ stipendia mereri contenti: imminentis ruinæ Imperii hæc est insignis nota, quod exercitum conflare non possit, nec se tueri nisi Barbarorum auxilio, ut Procopius Lib. 1. de bello Goth. ait principum Romanorum majestatem adeo fractam fuisse & debilitatam, ut fœdera cum iis inire, & Italiam ipsam sub specie fœderis tradere cogerentur. Sic ruina sua paululum dilata barbaros in penetralia imperii admittebant. Imperio insiti, quasi cornua capiti, terras semper poscunt ab Imperatoribus, ut copiæ auxiliares.

℣. 14. *Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos.* Infideles erant & idololatræ, sed postea ad fidem Christianam sunt conversi. Pars eorum magna Ariana hæresi sunt contacti, sed innumerabiles, ut Franci, & Burgundiones, Catholicam fidem sunt amplexi: hi tamen postea ad Arianos defecerunt; Saxonum conversio in magna Britannia fuit sincera; & Gothi tandem ad fidem Catholicam pervenerunt. Vel ut ait Tirinus, *cum Agno pugnabunt.* Quia jam associati sunt Antichristo. Videndus Orosius Lib. 7. cap. 41. & Hier. in Epist. ad Heliodorum, & ad Lætam.

℣. 16. *Et decem cornua -- hi odient fornicariam.* Romam scilicet per multas ætates adhuc idololatria inquinatam. Atque una hæc fuit e rationibus, quæ Constantinum impulerunt, ut Constantinopolim extrueret, ut in civitate degeret, quæ pura esset ab idololatria. Ita Orosius L. 7. Ac Roma Juliani temporibus usque ad excidium suum idolorum valde amans fuit, præsertim magna pars Senatus. *Odient fornicariam,* quam tandem diripient. *Et carnes ejus manducabunt.* Provincias ejus vastabunt. *Et ipsam igni concremabunt.* Qui est quartus horum regum character; quod præstitit Alaricus, teste Orosio L. 7. Aug. serm. 7. de excidio urbis; & Hieron. Epist. 12. Non tamen extinguent Romanam Ecclesiam. Vid Tirin. v. 6. & 17.

℣. 17. *Deus enim dedit in corda ipsorum.* Deus antea inhibebat Gothos, ut Romanis locum pœnitentiæ daret; postea victoribus fræna permisit.

℣. 18. *Et mulier, quam vidisti, est civitas magna.* Ne ullus superesset dubitandi locus, quæ esset illa mulier fornicaria; Angelus manifeste docet eam esse *civitatem magnam, quæ habet regnum super reges terræ.* Roma scilicet, cujus fatum in hoc capite per singula continetur. In hac Joannis, ut in aliorum Prophetarum prædictione, paulatim ab obscuris ad clariora ducimur, & quasi a lumine ad lumen progredimur, ad magnum illum eventum, de quo jam a capite 11. differere incepit.

CAPUT XVIII.

℣. 1. *Posthæc vidi alium Angelum.* Qui divinam ultionem imminentem, & toti orbi conspicuam mox annuntiabit.

℣. 2. *Exclamavit: Cecidit, cecidit Babylon.* Roma, gentium Domina, cujus idem fatum futurum est, quod Babylonis: unde hæc verba ex Isaiæ cap. 21. 9. & ex Jeremiæ cap. 51. 8. desumpta Romæ aptantur: quæ tamen penitus eversa non fuit, uti nec Babylon a Cyro expugnata & direpta. Hæc enim ad tempora usque Alexandri non omnis expers gloriæ, sed cum pristino splendore minime comparanda stetit; Prophetæ tamen eam ut penitus desolatam & deletam considerant, quod direpta fuerit, neque imperium suum retinuerit. Idem Romæ fuit exitus ab Alarico misere vastatæ, adeo ut teste Hieronymo filiorum suorum sepulchrum fuerit: nec solum imperio & dominatione sua dejecta est, sed nationibus a se devictis prædæ fuit, & ludibrio. Romanum Imperium in frusta dilaceratum; Romam ipsam quadragesimo quinto post anno Gensericus Vandalorum Rex diripuit, tum Odoacer Herulorum rex una cum Italia universa invasit. Italiam Anastasius Theodorico Gothorum regi, ut Provinciam Imperii tradere coactus fuit; per 30. annos Romam duces Romani & Barbari alterni occuparunt. *Facta est habitatio dæmoniorum.* Stylo Scripturæ usitato, loca desolata spectris, & dæmonibus derelicta dici solent. Si aliam expositionem requiris, vide Tirin. per totum cap. XVIII.

℣. 3. *Quia de vino iræ fornicationis ejus biberunt omnes gentes, &c.* Hebraismus est; error & vinum mentem de sua sede dejiciunt. *Mercatores.* Luxum & superbiam eorum punit Deus. *Iræ.* Vox eadem venenum significat, vino idololatriæ infecto.

℣. 4. *Exite de illa populus meus.* Ita Jeremias cap. 51. quod Apostolus Romæ aptat. Deus providentia sua plerosque ab excidio urbis retraxit, ut Innocentium Pontificem, & complures alios, teste Orosio Lib. 7. Romæ Alari-

ihr ihrer Sünden nicht theilhaftig werdet, auch nicht von ihren Plagen empfanget.

5. Denn ihre Sünden sind hinaufgekommen bis an den Himmel, und der HErr hat an ihre Ungerechtigkeit gedacht.

6. Vergeltet ihr, wie sie euch auch vergolten hat: und macht es ihr zweyfach nach ihren Werken: und schenket ihr zweyfach in den Becher, den sie euch eingeschenket hat.

7. Wie viel sich herrlich gemacht hat, und in Lüsten gewesen ist, so viel Qual und Leid thut ihr an: denn sie spricht in ihrem Herzen: Ich sitze, und bin eine Königinn: ich bin keine Wittwe: und werde auch kein Leid sehen.

8. Darum werden ihre Plagen auf einen Tag kommen, der Tod, und das Leid, und Hunger, und sie wird mit Feuer verbrennet werden: denn GOtt ist stark, der sie richten wird.

9. Und die Könige der Erden, welche mit ihr gehuret, und in Wollüsten gelebt haben, werden sie beweinen, und ihrenthalben sich beklagen, wann sie den Rauch von ihrem Brande sehen werden:

10. Und sie werden von ferne stehen, aus Furcht vor ihrer Marter, und sagen: Weh, weh, die große Stadt Babylon, die starke Stadt: denn auf eine Stunde ist dein Gericht gekommen.

11. Und die Kaufleute auf Erden werden weinen, und Leid über sie tragen: dieweil niemand mehr ihre Waaren kaufen wird:

12. Nämlich die Waaren des Goldes, und des Silbers, und der köstlichen Steine, und der Perlen, und der zarten köstlichen Leinwand, und der Purpuren, und der Seide, und der Scharlachen (und allerhand Thyinerholz, und allerhand Geschirr von Helfenbein, und allerhand Geschirr von köstlichen Steinen, und von Erz, und Eisen, und von Marmorstein,

13. Auch des Zimmets) und des Rauchwerks, und der Salben, und des Weihrauchs, und des Weins, und Oels, und Semmelmehls, und des Waizen, und des Viehes, und der Schafe, und der Pferde, und der Wagen, und der leibeigenen Knechte, und der Seelen der Menschen,

14. Und die Baumfrüchte, darnach deine Seele Lust hatte, sind von dir gewichen, und alles, was fett, und vortrefflich war, ist vor dir verschwunden, und sie werden solches hinfüro nicht mehr finden.

15. Die Kaufleute dieser Waaren, welche reich worden sind, werden weit hin von ihr stehen, aus Furcht vor ihrer Marter, werden weinen, und klagen,

16. Und sagen: Weh, weh, die große Stadt, welche bekleidet war mit köstlicher Leinwand, und mit Purpur, und mit Scharlach, und die mit Gold, und köstlichen Steinen, und Perlen bedeckt war:

17. Denn solche große Reichthümer sind in einer Stunde verwüstet worden, und alle Schiffherren, auch alle, die zu Schiffe über die See fahren, sammt den Schiffleuten, und denjenigen, so auf dem Meere handeln, stunden von ferne,

18. Und riefen überlaut, da sie die Stadt ihres Brandes

ticipes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipiatis.

5. Quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum ejus.

6. Reddite illi, sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera ejus: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.

7. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: *b* Sedeo regina: & vidua non sum: & luctum non videbo. *b Isaiæ 47. 8.*

8. Ideo in una die venient plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui judicabit illam.

9. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendii ejus:

10. Longe stantes propter timorem tormentorum ejus, dicentes: Væ, væ, civitas illa magna Babylon, civitas illa fortis: quoniam una hora venit judicium tuum.

11. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius:

12. Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci (& omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore,

13. Et cinnámomum) & odoramentorum, & unguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & jumentorum, & ovium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum,

14. Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt a te, & omnia pinguia, & præclara perierunt a te, & amplius illa jam non invenient.

15. Mercatores horum, qui divites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum ejus flentes, ac lugentes,

16. Et dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis:

17. Quoniam una hora destitutæ sunt tantæ divitiæ, & omnis gubernator, & omnis, qui in locum navigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longe steterunt,

18. Et clamaverunt, videntes locum incendii

Alaricus asylum in Ecclesia S. Petri constituit, ut testatur August. Lib. 1. de civitate c. 1. Christiani complures in totum Orientem, in Palæstinam, in Ægyptum, in Africam se receperunt. Sed qui in ipsa urbis ruina extincti sunt electi, hi præ cæteris omnibus tutius exierunt e Babylone.

℣. 5. *Quoniam pervenerunt peccata ejus usque ad cœlum.* Gr. Secuta sunt ad cœlum usque. Idem de Babylone scriptum est Jer. 51.

℣. 6. *Reddite illi.* Claudius II. auctore Trebellio Pollione, innumerabilem Gothorum multitudinem internecione deleverat, & paulo ante Romæ excidium Radagasus alter e regibus Gothorum, sed ethnicus, penitus est debellatus, adeo ut vilissimo pretio Romæ vænirent. Itaque non temere Gothis dicitur: *Reddite illi, sicut reddidit vobis.* Iique ut omnium nationum ultores spectantur. *In poculo.* Vini iræ Dei. Hæ voces non sunt optantis, vel jubentis, sed annuntiantis, quæ futura sunt.

℣. 7. *Sedeo regina.* Ita se extollebat Babylon apud Isaiam, c. 47. sic Roma sui Imperii æternitatem jactabat. Atque hæc æternæ urbis inscriptio anno ante ejus expugnationem in murorum reparatione facta adhuc legitur. Prorsus hinc liquet, quam periculosa sit prosperitas nulla adversitate diluta.

℣. 8. *Et igne comburetur.* Id factum ab Alarico.

℣. 9. *Et flebunt — Reges.* Super ejus casum confœderati lugebunt.

℣. 10. *Væ, væ, civitas illa magna.* Hoc tertium est væ, quod a versiculo 14. capitis 11. ad hunc usque locum dilatum, in sequentibus v. 16. & 19. iteratur. *Quoniam una hora venit judicium.* i. Condemnatio, & supplicium æternum.

℣. 12. *Et omne lignum thyinum.* Odoriferum ex thya arbore, de qua Plinius Lib. 13. cap. 16. sic vertit Vulgata l. 3. Reg. 10.

℣. 13. *Et mancipiorum, & animarum hominum.* sc. Merces discesserunt a te. Gr. Corporum. Apostolus hoc in loco homines mancipiis opponens, per homines libera capita intelligit: nam in urbe direpta liberi simul & servi væneunt.

℣. 14. *Et poma desiderii.* Fructus desiderabiles, quorum fertilis est Italia, perierunt.

℣. 18. *Clamaverunt, videntes locum incendii ejus.* Gr. Fumum incendii.

dii ejus, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ?

19. Et miserunt pulverem super capita sua, & clamaverunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ, civitas illa magna, in qua divites facti sunt omnes, qui habebant naves in mari, de pretiis ejus: quoniam una hora desolata est.

20. Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam judicavit Deus judicium vestrum de illa.

III. 21. Et sustulit unus Angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra jam non invenietur.

22. Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non invenietur in te amplius: & vox molæ non audietur in te amplius:

23. Et lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponsi, & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes.

24. Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inventus est, & omnium, qui interfecti sunt in terra.

CAPUT XIX.

I. Sanctis de judicio meretricis Deum glorificantibus, parantur nuptiæ agni. 1. II. Angelus a Joanne adorari recusat. 10. III. Apparens quidam equo insidens cum exercitu suo, ipsum Verbum Dei, & Rex regum, pugnat adversus bestiam, & reges terræ, ac eorum exercitus. 11. IV. Antichristus cum suo præcursore vivus absorbetur e terra, & mittitur in stagnum ardens. 19.

† *DE PLUR. MART. TEMP. PASCH.*

1. Post † hæc audivi quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium: Alleluja: Salus, & gloria, & virtus Deo nostro est:

2. Quia vera & justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus.

3. Et iterum dixerunt: Alleluja. Et fumus ejus ascendit in sæcula sæculorum.

4. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen: Alleluja.

5. Et vox de throno exivit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus: & qui timetis eum, pusilli & magni.

6. Et audivi, quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluja: quoniam regnavit Dominus Deus noster omnipotens.

des sahen, und sprachen: Welche Stadt ist dieser großen Stadt gleich gewesen?

19. Und sie wurfen Staub auf ihre Häupter, und riefen mit Weinen, und Klagen, und sprachen: Weh, weh, die große Stadt, in welcher alle diejenigen reich worden sind, die Schiffe im Meere hatten, von ihren köstlichen Dingen: denn sie ist in einer Stunde verwüstet.

20. Freuet euch über sie ihr Himmel, und ihr heiligen Apostel, und Propheten: denn GOtt hat euer Urtheil an ihr gerichtet.

III. 21. Und ein starker Engel hub einen Stein auf, als einen großen Mühlstein, und warf ihn in das Meer, und sprach: Mit solchem Sturme * wird die große Stadt Babylon verworfen werden, und man wird sie hinfüro nicht mehr finden. * Gewalt.

22. Und die Stimme der Harpfenspieler, und Seitenspieler, Schallmeyer, und Posauner, soll nicht mehr in dir gehöret werden: und kein Handwerksmann einiges Handwerks soll mehr in dir erfunden werden: und die Stimme der Mühlen soll nicht mehr in dir gehöret werden.

23. Und das Licht der Lucerne wird hinfüro in dir auch nicht leuchten: so wird man auch die Stimme des Bräutigams, und der Braut nicht mehr in dir hören: denn deine Kaufleute waren Fürsten auf Erden: denn durch deine Zauberey sind alle Völker in Irrthum gerathen.

24. Und das Blut der Propheten, und der Heiligen ist in ihr gefunden worden, und aller derer, die getödtet sind auf Erden.

Das neunzehente Capitel.

I. Die Seligen im Himmel singen, und sagen GOtt Dank, daß die Stadt Babylon verheert, und des Lammes Hochzeit herbeygekommen. 1. II. Johannes will den Engel, so dieses verkündiget, anbethen; der ihm aber solches verbiethet. 10. III. Christus kömmt mit einem gezuckten Schwerte im Munde, begleitet mit dem himmlischen Heere, und bestreitet den Antichrist. 11. IV. Der Antichrist mit seinem Vorläufer, wird lebendig von der Erde verschluckt, und sein Anhang getödtet. 19.

1. Darnach hörte ich gleichwie eine Stimme vieler Schaaren im Himmel, die sprachen: Alleluja: Heil, und Ehre, und Kraft sey unserm GOtt:

2. Denn seine Gerichte sind wahrhaftig, und gerecht, der das Urtheil gefällt hat über die große Hure, welche durch ihre Unzucht die Erde verderbet hat, und er hat das Blut seiner Knechte von ihren Händen gerochen.

3. Und sie sprachen abermal: Alleluja. Und ihr Rauch gehet auf in alle Ewigkeit.

4. Und die vier und zwanzig Aeltesten, sammt den vier Thieren fielen nieder, und betheten GOTT an, der auf dem Throne saß, und sprachen: Amen: Alleluja.

5. Und es gieng eine Stimme vom Throne heraus, die sprach: Saget Lob unserm GOtt, alle seine Knechte: und die ihr ihn fürchtet, Kleine und Große.

6. Und ich hörte gleichwie eine Stimme einer großen Schaar, und wie eine Stimme vieler Wasser, und wie eine Stimme großer Donner, die sprachen: Alleluja: denn der HErr unser GOtt, der Allmächtige, hat das Reich eingenommen.

7. Laßt

℣. 20. *Exulta super eam cœlum.* Vox illa de cœlo v. 4. ad Prophetas, & Apostolos dirigitur, quod Sancti Deum laudent ob judicia, & ultriones ob injurias ipsis illatas, quas in terra excercet, de quibus Deum laudant.

℣. 21. *Et sustulit unus Angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum.* Ita Jerem. 51. v. 63. sic quæ sequuntur, ex cap. 25. Jeremiæ, ex cap. 27. Ezechielis per imitationem ducuntur.

℣. 22. *Et vox molæ non audietur in te amplius.* Deinceps non tanta frumenti copia molæ subjicietur, quanta ante solebat in tanta populi multitudine.

℣. 23. *Et vox sponsi, & sponsæ non audietur in te.* Non amplius Epithalamion occinent. *Quia in veneficiis tuis.* In peccatorum illecebris.

℣. 24. *Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum.* Qui enim in provinciis occisi sunt Martyres, ii jussu aut exemplis Romanorum sunt interempti, hinc apparet per Babylon significari etiam mundum. Sa.

CAPUT XIX.

℣. 1. *Posthæc audivi quasi vocem turbarum multarum.* Sancti laudant Deum magnifice, & gratias agunt in Ecclesia triumphante. Gr. *Salus, & gloria, & honor, & potestas Domino Deo nostro.* Protestantes in Synopsi Criticorum multa opponunt adversus eam, quam attulimus interpretationem prædictionum, quos Joannes a temporibus Adriani Imperatoris ad excidium usque Romæ sub Alarico perduxit, quæque in hoc caput desinunt: his singillatim respondet Meldensis Episcopus. Primum quidem iidem fatentur Imperii Romani dilacerationem decem Regibus capite 17. designatis prædici: ex quo illud sequitur, Romæ ruinam, quæ hanc Imperii scissionem comitatur, esse ipsum Romæ excidium sub Alarico: secus nulla erit series, & connexio rerum in hac Prophetia, & quidquid in mentem venerit, liberum erit in commentarios conjicere. Reliqua videri possunt apud perillustrem Antistitem.

℣. 3. *Et fumus ejus.* Meretricis, vel incendii ejus memoria numquam oblivione delebitur. *Ascendit.* Est præsentis temporis. *In sæcula sæculorum.* Romæ & Romani Imperii everlio his verbis exprimitur, nisi forte ad pœnas inferni referuntur.

℣. 5. *Et vox de throno.* De sede divinæ majestatis *exivit.*

℣. 6. *Et audivi, quasi vocem turbæ magnæ -- Alleluja, quoniam regnavit Dominus.* In ruina Babylonica se regem esse ostendit, excisa vel exscindenda propediem omni infidelitate.

7. Laßt uns fröhlich seyn, und frohlocken, und laßt uns ihm die Ehre geben: denn die Hochzeit des Lammes ist herangekommen, und sein Weib * hat sich bereitet. *Braut.

8. Und ihr ward gegeben, sich mit köstlicher, glänzender, und weisser Leinwand zu bekleiden. Die köstliche Leinwand aber, sind die gerechten Werke der Heiligen.

9. Und er sprach zu mir: Schreibe: Selig sind diejenigen, welche zum Abendmahl der Hochzeit des Lammes berufen sind. Und er sprach zu mir: Diese Worte GOttes sind wahrhaftig.

II. 10. Und ich fiel vor seinen Füßen nieder, ihn anzubethen. Und er sprach zu mir: Siehe zu, daß du es nicht thust: ich bin dein Mitknecht, und deiner Mitbrüder, die das Zeugniß JEsu haben. Bethe GOtt an. Denn das Zeugniß JEsu ist der Geist der Weißagung.

III. 11. Und ich sah den Himmel aufgethan, und siehe, es war daselbst ein weisses Pferd, und der auf demselbigen saß, ward genennet getreu, und wahrhaftig: und er richtet, und streitet mit Gerechtigkeit.

12. Seine Augen aber waren wie eine Feuerflamme, und auf seinem Haupte waren viele Kronen, und er hatte einen Namen geschrieben, den niemand wußte, dann er selbst.

13. Und er war mit einem Kleide angethan, das mit Blute besprenget war: und sein Name ward genennet, GOttes Wort.

14. Und die Heerschaaren, die im Himmel sind, folgten ihm nach auf weissen Pferden, mit weisser, und reiner Leinwand angethan.

15. Und aus seinem Munde gieng ein Schwert, so auf beyden Seiten scharf war, die Heyden damit zu schlagen. Und er wird sie regieren mit einer eisernen Ruthe: und er tritt die Kälter des Weins grimmigen Zorns des allmächtigen GOttes.

16. Und er hat auf seinem Kleide, und auf seiner Hüfte geschrieben: Ein König der Könige, und ein HErr der Herren.* *Herrschenden.

17. Und ich sah einen Engel in der Sonne stehen, der rief mit lauter Stimme, und sprach zu allen Vögeln, welche mitten durch den Himmel flogen: Kommet, und versammelt euch zu dem großen Abendmahl GOttes:

18. Auf daß ihr das Fleisch der Könige esset, und das Fleisch der Hauptleute, und das Fleisch der Starken, und das Fleisch der Pferde, und derer, die darauf sitzen, und das Fleisch aller Freyen, und Knechten, der Kleinen, und der Großen.

IV. 19. Und ich sah das Thier, und die Könige auf Erden, und ihre Heere versammelt, mit demselbigen zu streiten, der auf dem Pferde saß, und mit seinem Heere.

20. Und das Thier ward ergriffen, und der falsche Prophet mit ihm, der Zeichen vor ihm gethan hatte, mit welchen er diejenigen verführet hat, so das Maal

7. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus præparavit se.

8. Et datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim justificationes sunt Sanctorum.

9. Et dixit mihi: Scribe: *a* Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. ° Et dicit mihi: Hæc verba Dei vera sunt. *a Matth.* 22. 2. *Luc.* 14. 16.

II. 10. Et cecidi ante pedes ejus, ut adorarem eum. Et dicit mihi: Vide, ne feceris: conservus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Jesum. Deum adora. Testimonium enim Jesu est spiritus prophetiæ.

III. 11. Et vidi cœlum apertum, & ecce, equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis, & verax: & cum justitia judicat, & pugnat.

12. Oculi autem ejus sicut flamma ignis, & in capite ejus diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse.

13. Et *b* vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen ejus, VERBUM DEI. *b Isaiæ* 63. 1.

14. Et exercitus, qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo.

15. Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus, ut in ipso percutiat Gentes. *c* Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ DEI omnipotentis. *c Psal.* 2. 9.

16. Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: *d* Rex regum, & Dominus dominantium. *d Sup.* 17. 14. 1. *Tim.* 6. 15.

17. Et vidi unum Angelum stantem in sole, & clamavit voce magna, dicens omnibus avibus, quæ volabant per medium cœli: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei:

18. Ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & servorum, & pusillorum, & magnorum.

IV. 19. Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu ejus.

20. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characte-

℣. 7. *Gaudeamus &c.* quia *venerunt nuptiæ Agni.* Destructa idololatria glorificata est Ecclesia in terra & cœlo.

℣. 8. *Datum est illi, ut cooperiat se byssino splendenti, & candido.* Gr. Puro; fides, bona opera, & intentio pura sunt ejus splendor in gloria.

℣. 9. *Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* sc. Ad cœleste convivium, quod Christus sponsæ suæ præparavit.

℣. 10. *Et cecidi ante pedes ejus.* An Joannes existimabat hunc Angelum gloria splendidum Christum ipsum esse? An potius honorem illi deferre voluit naturæ Angelicæ convenientem, quo Sancti veteris Testamenti Angelos sunt prosecuti? Sed Angelus hunc honorem ab Apostolo accipere recusavit; & conservum se esse ait habentium Spiritum Prophetiæ largitorem. Spiritus Propheticus tibi datus est, ut Evangelium annunties.

℣. 11. *Et vidi cœlum apertum &c.* Christi splendida effigies adumbratur. *Equus albus.* Triumphum de hostibus devictis Romano more describit, & Evangelicæ doctrinæ puritatem insinuat. *Fidelis.* Gr. *Sanctus sanctorum.*

℣. 12. *Habens nomen scriptum, quod nemo novit, nisi ipse.* Hujus nominis dignitatem solus novit, qui novit omnia: hujus nominis meminit c. 3. 12. *In capite ejus diademata multa.* i. Potestas in omnia regna.

℣. 13. *Et vestitus erat veste aspersa sanguine.* An sanguine inimicorum, ut Isaiæ cap. 63. an potius proprio sanguine ejus humanitas fuit cruentata? Sic Verbum se Patri offert in sacrificium suo sanguine conspersum; illius sanguis est humani generis remedium.

℣. 15. *De ore ejus procedit gladius.* Judiciaria ejus potestas: an verbum Dei penetrabilius omni gladio ancipiti, quo solo damnabit impios? *In virga ferrea.* Qua fideles tuebitur, & impios conteret. *Furoris.* Qui salutarem sanguinem in vinum furoris iræ verterunt.

℣. 16. *Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum.* Græce additur: *Nomen.* Secundum humanitatem a Patre illi data est omnis potestas in cœlo, & in terra.

℣. 17. *Vidi unum Angelum stantem in sole.* In eminenti loco, omnibus expositio, impiorum animæ dæmonibus traduntur. *Congregamini ad cœnam.* i. Ad stragem impiorum.

℣. 18. *Ut manducetis carnes regum &c.* Ita Ezech. 39. 17. destructionem eorum, qui persecuti sunt Ecclesiam, annuntiat.

℣. 19. *Et vidi bestiam.* Est brevis recapitulatio visionum præcedentium.

℣. 20. *Missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure.* Ultionem divinam in terra factam æternum supplicium

rem bestiæ, & qui adoraverunt imaginem ejus. Vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure.

21. Et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aves saturatæ sunt carnibus eorum.

CAPUT XX.

I. Ligatum diabolum mittit Angelus in abyssum ad mille annos, quibus animæ martyrum in resurrectione prima regnabunt cum Christo. 1. *II. Post quos solutus Satanas excitabit Gog & Magog innumerum exercitum adversus civitatem dilectam, sed ignis cœlesti devorabuntur.* 7. *III. Apertis libris a sedente super thronum judicabuntur omnes mortui secundum opera ipsorum.* 11.

1. Et vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua.

2. Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & satanas, & ligavit eum per annos mille:

3. Et misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni: & post hæc oportet illum solvi modico tempore.

4. Et vidi sedes: & sederunt super eas, & judicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Jesu, & propter verbum Dei, & qui non adoraverunt bestiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnaverunt cum Christo mille annis.

5. Ceteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima.

6. Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.

a Ezech. 39. 2. II. 7. Et *a* cum consummati fuerint mille anni, solvetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit

zeichen des Thiers empfangen, und sein Bild angebethet haben. Und diese beyde wurden lebendig in den feurigen Pful geworfen, der mit Schwefel brennet.

21. Und die übrigen wurden getödtet mit dem Schwerte desjenigen, der auf dem Pferde saß, das aus seinem Munde hergehet: und alle Vögel wurden mit ihrem Fleische ersättiget.

Das zwanzigste Capitel.

I. Johannes siehet einen andern Engel, welcher den Schlüssel zum Abgrund hat, dieser schließt den Satan auf tausend Jahre in der Hölle an. 1. II. Nach tausend verflossenen Jahren wird er eine geringe Zeit aufgelößt, da er Gog, und Magog wider die Christen aufwickelt, werden aber alle von dem himmlischen Feuer verzehret. 7. III. Christus kömmt zu richten die Lebendigen, und die Todten, einen jeden nach seinen Werken: darauf die Gottlosen in das ewige Feuer gestürzet werden. 11.

1. Und ich sah einen Engel vom Himmel herabkommen, der hatte den Schlüssel zum Abgrund, und eine große Kette in seiner Hand.

2. Und er ergriff den Drachen, die alte Schlange, welche der Teufel, und der Satanas ist, und band ihn tausend Jahre lang:

3. Und er warf ihn in den Abgrund, und schloß ihn ein, und versiegelte es oben über ihm, auf daß er die Heyden nicht mehr verführe, bis die tausend Jahre vollendet werden: darnach muß er losgelassen werden eine geringe Zeit.

4. Und ich sah Stühle: und sie setzten sich darauf, und ihnen ward gegeben das Gericht zu halten: und ich sah die Seelen derjenigen, welche um des Zeugniß JESU willen, und um des Wortes GOttes willen enthauptet waren, und welche das Thier nicht angebethet hatten, noch sein Bild, noch angenommen seine Maalzeichen an ihre Stirnen, oder auf ihre Hände, diese lebten, und regierten mit Christo tausend Jahre lang.

5. Die übrigen Todten wurden nicht lebendig, bis daß tausend Jahre vollendet wurden. Dieses ist die erste Auferstehung.

6. Selig, und heilig ist der, so einen Theil hat in der ersten Auferstehung: an diesen hat der andere Tod keine Macht: sondern sie werden Priester GOttes und Christi seyn, und tausend Jahre lang mit ihm herrschen.

II. 7. Und wann die tausend Jahre vollendet sind, alsdann wird der Satanas aus seinem Kerker losgelassen werden, und wird ausgehen, und wird die Heyden verführen, welche in den vier Oertern der Erde sind, den Gog,

---

cium consequitur: bestia & falsus Propheta in stagnum ignis conjiciuntur: seductio ipsa potissimum in hæresi se prodit. *Pseudopropheta.* Singularis numerus loco pluralis figuram cum re figurata conjungit, & Antichristi supplicium per anticipationem exprimit, quæque in fine capitis insequentis dicentur per recapitulationem.

CAPUT XX.

℣. 1. *Vidi Angelum -- habentem clavem abyssi.* I. Inferni. Iste Angelus erat præses inferni, & in instanti, quo Christus in cruce exspirabat, descendit.

℣. 2. *Et apprehendit draconem &c.* Quatuor nomina principi dæmonum hoc loco & passim Scriptura tribuit: draconem vocat ob sævitiam; serpentem antiquum ob occultam malitiam; diabolum, seu calumniatorem, a διαβάλλειν, *decipere, calumniari.* Hilarius & alii vocant *Zabulum;* ac demum Satanam, seu bonorum omnium adversarium. *Et ligavit eum.* Ne fidelibus noceat, ut antea, usque ad finem sæculorum. Hæc videtur esse recapitulatio, quæ referenda est ad idololatriæ, & Imperii Romani eversionem. Numerus mille annorum non est certus & definitus; sed tempus omne complectitur, quod ad resurrectionem usque excurrit. Sic Psalmo 104. mille generationes dicuntur futuræ omnes generationes.

℣. 3. *Et misit eum in abyssum.* sc. Inferni. *Et clausit -- donec consummentur mille anni.* Potestas illius prædicatione Evangelii variis modis coërcetur, donec Antichristus venerit. *Tum solvetur modico temporis spatio.* Tunc enim ingens erit Ecclesiæ persecutio, sed brevis. Interea seductio quidem & tentatio futura est, sed minus periculosa, neque adeo universalis, & vehemens.

℣. 4. *Et vidi sedes.* Martyrum animabus præparatas; in his thronis Martyres ex majori numero exprimit; nam sub Imperio Romano sunt decollati, seu, ut vox Græca πελεκίζω insinuat, *securi percussi.* Quod erat supplicium Romanis usitatum. *Neque imaginem ejus.* Romæ nimirum & Imperatorum, ex cap. 13. *Et vixerunt.* Vita gratiæ. *Et regnaverunt mille annis.* Non per anticipatam resurrectionem, siquidem de solis animabus agitur: hæ quidem usque ad extremum judicii diem cum Christo regnant, & gloria eorum in terra & in Ecclesia manifestatur.

℣. 5. *Cæteri mortuorum non vixerunt.* Hæc prima resurrectio ex Meldensi Episcopo est justificatio, quæ resurrectio consummatur in hujus vitæ exitu, eaque vera vita est cum Christo, & beatis animabus convenit: nam de resurrectione corporum dicetur v. 12. & 13. Hæc autem verba: *Cæteri mortuorum non vixerunt,* non de reprobis interpretatur; sed de aliorum justorum animabus, quæ statim non fruuntur beatitudine, nisi ad certum perfectionis gradum pervenerint. *Non vixerunt,* οὐκ ἀνέζησαν. Gr. *Non reviviscent.* Non statim Deum videbunt, ut Martyres, & perfecti, quorum mentionem facit Paulus Hebr. 12. 23.

℣. 6. *Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima.* Cum Sancti exeuntes ex hac vita, quæ proprie est mors quædam, novam ineunt vitam in cœlo; secunda autem futura est resurrectio in anima & corpore. *In his secunda mors non habet potestatem.* Mors prima est, ubi animæ in inferno cum epulone divite sepultæ manent; mors secunda, cum totus homo constans corpore & anima in stagnum, ignis & sulphuris præceps dejicitur. *Sed erunt Sacerdotes.* Mystici, offerentes sacrificia laudis. *Mille annis.* Toto hoc decurrente sæculo in terra glorioli futuri sunt; sed eorum in cœlo regnum nullis temporum spatiis finietur. Vel *mille annis.* Ad finem usque mundi.

℣. 7. *Solvetur Satanas -- & seducet gentes.* Seductio illa non extincta erat, sed fræno impositio coërcita & ligata, Ecclesiæ imprimis habita ratione. Hoc frænum Satanæ impositum usque ad tempora Antichristi duratu-

rum

Gog, und Magog, und wird sie zum Streit versammeln, deren Anzahl ist, wie der Sand am Meer.

8. Und sie zogen herauf auf die Breite der Erde, und umgaben das Heerlager der Heiligen, und die geliebte Stadt.

9. Und es fiel Feuer von GOTT aus dem Himmel, und verschlung sie: und der Teufel, der sie verführte, ward in den Pful geworfen, der mit Feuer, und Schwefel brennet: da auch das Thier,

10. Und der falsche Prophet Tag und Nacht gequälet werden in alle Ewigkeit.

III. 11. Und ich sah einen großen weissen Thron, und einen, der darauf saß, vor dessen Angesichte die Erde, und der Himmel floh, und es ward keine Statt für sie gefunden.

12. Und ich sah die Todten, sowohl die Großen, als die Kleinen vor dem Throne stehen, und die Bücher wurden aufgethan: und es ward ein anderes Buch aufgethan, welches ist das Buch des Lebens: und die Todten wurden aus dem gerichtet, was in den Büchern geschrieben war, nach ihren Werken.

13. Und das Meer gab die Todten heraus, die darinnen waren: so gaben auch der Tod, und die Hölle ihre Todten, die darinnen waren: und das Urtheil war gefället über einen jeglichen nach seinen Werken.

14. Und die Hölle, und der Tod wurden in den feurigen Pful geworfen. Dieses ist der andere Tod.

15. Und wer nicht gefunden ward im Buche des Lebens geschrieben, der ward in den feurigen Pful geworfen.

eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.

8. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & civitatem dilectam.

9. Et descendit ignis a Deo de cœlo, & devoravit eos: & diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, ubi & bestia,

10. Et pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.

III. 11. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, a cujus conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inventus eis.

12. Et vidi mortuos, magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum.

13. Et dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & judicatum est de singulis secundum opera ipsorum.

14. Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

15. Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

CAPUT

---

rum est, tum vero effrænis erit illius licentia. *Gog, & Magog.* Præ cæteris seducet hos populos, quorum mentionem facit Ezechiel cap. 38. eosque putat Hieronymus barbaros fuisse, ex intima Scythia ortos. *Congregabit eos in prælium.* Utrum adversus Antichristum Reges Christiani prælia committant, nihil temere asserendum: Videtur Joannes v. 3. 7. & 9. cuncta fere ad seductionem referre. Quidam interpretes mille annos a Constantino ad Othomannorum familiam, quæ Mahumetismum mirum in modum propagavit, numerant; sed mille anni bene intelliguntur anni a Deo constituti. Qui cum effluxerint, & Ecclesia Gentium draconem vicerit nondum ligatum, eundem vincet solutum Judæorum Ecclesia. Ita quidem vir perdoctus, quem idemtidem laudamus. Idem existimat persecutionem in calce præcedentis capitis expressam eandem esse cum persecutione cap. 29. Ezechielis delineata de Gog & Magog, & hanc cum persecutione Antichristi.

℣. 8. *Et circuierunt castra sanctorum, & civitatem dilectam.* Vix designari potest illa civitas, si ad litteram interpretemur: sed per civitatem illam spiritualiter intelligi potest Ecclesia. *Castra Sanctorum.* Societas electorum, qui carne mortali adhuc sunt induti, & in loco tentationis positi, adversus hæreticos & tyrannos decertant. Quod prælii genus in extremo mundi sæculo recrudescet.

℣. 9. *Et descendit ignis a Deo de cælo.* In die conflagrationis cœli, aëris, & terræ, 2. Petri 3. *Et diabolus, qui seducebat eos.* Non amplius bestia, seu Roma profana, aut pseudopropheta: idololatria quippe erat abolita.

℣. 10. *Ubi & bestia, & pseudopropheta cruciabuntur.* Non quod nunc careant cruciatibus: sed tentandi licentia iis detracta, cruciatus soli iis supererunt.

℣. 11. *Et vidi thronum — & sedentem super eum.* Christum ipsum in Ecclesia pura, & immaculata habitantem. *A cujus conspectu fugit terra, & cælum.* Quando terra, & elementa calore solventur. *Et locus non est inventus in eis.* Secundum priorem speciem.

℣. 12. *Et vidi mortuos, magnos & pusillos &c.* Alios coram Judice imperterritos, alios magno terrore concussos. *Et libri aperti sunt.* Conscientia cujusque aperta erit, & manifesta. *Qui est liber vitæ.* Divinæ prædestinationis; antea occultus. Vel liber vitæ est Evangelium ipsum.

℣. 13. *Et dedit mare mortuos &c.* In resurrectione corporum: nam v. 4. & 5. de resurrectione animarum tantummodo sermo erat: secus jam diu aquæ & sepulchra mortuos suos dedissent. Ex his quædam colligit Meldensis Episcopus, quæ omittere non debemus. Primum ex iis, quæ ad persecutionem Antichristi spectant, quæque futuris temporibus sunt involuta, id unum pro certo habendum, qualiscumque sit illius violentia, majorem fore seductionem. Quod Paulus Apostolus 2. Thessal. 2. insinuat his verbis: *Cujus est adventus secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis, & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt.* Sævitiam ejus non memorat, aut effusionem sanguinis, uti nec Joannes in hoc capite v. 3. 7. 9. & toto hoc in libro: sed neque Christus Matth. 24. *Surgent enim Pseudochristi, & Pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia: ita, ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.* Itaque in persecutione Antichristi signa erunt & prodigia fallacia cum malitia, occulta simulatione & hypocrisi conjuncta: tametsi vis, aut crudelitas non deerit; sed deceptio prævalebit, ut in persecutione Ecclesiæ crudelitas, & sanguinis effusio major fuit, quam deceptio, quæ tamen non aberat, sed ex præcipua ejus parte definiri debet. 2. Brevis erit illa persecutio, ut v. 3. insinuat Joannes; sed utrum per tres annos cum semisse sit duratura, ut plerique e veteribus conjiciunt, certo definiri non potest; atque ut tempus illud ad persecutionem Antiochi esset exigendum, id forte a templi profanatione est numerandum, ex quo magis efferbuit illa Antiochi persecutio, quam Hieron. scribens in caput 8. Danielis probat ex Machabæis & Josepho longioris temporis spatio duralle. 3. Antichristi persecutionem a bestiæ persecutione, & falsi Prophetæ seductione, esse diversam, & suos cuique esse distinctos characteres, probatum fuit ex c. 11. 12. 13. & aliis, nisi anticipatione, & recapitulatione utamur. 4. Illud quoque non prætercundum videtur, Regnum Christi in hoc libro variis usurpari modis, interdum in strictiori sensu pro eo temporis spatio, quod persecutiones Ecclesiæ est consecutum, & terræ regna Christi jugo colla submiserunt, ut cap. 11. v. 15. & c. 12. v. 10. Interdum absolute, postquam Christus glorificatus regnare cœpit cum Sanctis suis, ut Apoc. c. 1. 2. 3. 7. & 14. Quo quidem modo hoc caput intelligi debet, cui adjungenda est gloriæ Christi ac Sanctorum in terris manifestatio, & ejus ultima consummatio in fine sæculorum, cum inimicos posuerit scabellum pedum suorum, & electos suos in unum coëgerit. Postremo, quod ad Millenarios attinet, eam quidem opinionem a Papia inductam quidam Patres priorum sæculorum secuti sunt, & inter alios Justinus martyr, qui tamen in dialogo cum Tryphone p. 506. fatetur multos ex iis, qui puram & religiosam doctrinam profitentur, aliter sentire. Quamquam hic locus a quodam e numero Protestantium fœde est adulteratus, qui etiam infideli versioni adhæsit, ut probat Meldensis Episcopus. Sed nullum extat hujus opinionis vestigium apud Patres quarti sæculi; neque ejus meminerunt Clemens Alexandrinus, Cyprianus, Origenes; eaque oppugnata fuit a Cajo apud Eusebium L. 3. cap. 28. a Dionysio Alex. ut testatur Hier. L. 18. in Isaiam, & Eusebius L. 7. Erroris occasionem præbuit hoc caput vicesimum, quod sensu spiritali intelligi oportere supra diximus: nam prima resurrectio, quam Joannes martyribus tribuit, ad animas solas martyrum spectat, qui post mortem corporalem statim novam vitam sunt incepturi. Quæ nonnulli Protestantium adjecerunt commenta, ut triplicem Christi adventum præter unum glorioſum, & Christum regnaturum per mille annos, post ultimum judicium, non amplius regnaturum, & alia opinionum portenta; hæc, inquam, præter cæteros copiose refellit Meldensis Episcopus. Et quidem si ad litteram sumimus, quæ de regno mille annorum dicuntur, in multa absurda ita nos inducemus, ut ex iis nullum exitum reperiamus. Illud tenendum est, unum Christi adventum visibilem fore; cum in gloria sua apparebit; neque eum per mille annos una cum Sanctis suis in terra futurum; sed cum iis in æternum in cœlo regnaturum.

CAPUT XXI.

I. Cœlo ac terra renovatis, nova civitas Jerusalem Agni sponsa, a Deo parata ostenditur: 1. II. Cujus civitatis murus, & portæ: 12. III. Fundamenta describuntur, & mensurantur, quæ universa sunt aurum, ac vitrum mundum, lapides pretiosi, ac margaritæ. 19.

† *IN DEDICAT. ECCLES.*

1. Et † vidi cœlum novum, & terram novam. Primum enim cœlum, & prima terra abiit, & mare jam non est.

2. Et ego Joannes vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

3. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus:

a Isaiæ 25. 8. Supr. 7. 17. 4. Et *a* absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit: neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.

b Isai. 43. 19. 2. Cor. 5. 17. 5. Et dixit, qui sedebat in throno: *b* Ecce, nova facio omnia. * Et dixit mihi: Scribe: quia hæc verba fidelissima sunt, & vera.

6. Et dixit mihi: Factum est. Ego sum Alpha, & Omega: Initium, & Finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

7. Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

8. Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure: quod est mors secunda.

9. Et venit unus de septem Angelis, habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam, uxorem Agni.

10. Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de cœlo a Deo,

11. Habentem claritatem Dei: & lumen ejus simile lapidi pretioso, tamquam lapidi jaspidis, sicut crystallum.

II. 12. Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

Das ein und zwanzigste Capitel.

I. Beschreibt die himmlische Stadt Jerusalem, nämlich ihre Reichthümer, Schönheit, und Herrlichkeit: 1. II. Derselbigen Mauren, Pforten, Höhe, Länge, und Breite: 12. III. Ihre zwölf Grundvesten, von so vielen Edelgesteinen, sammt ihrer Klarheit, und Glückseligkeit. 19.

1. Und ich sah einen neuen Himmel, und eine neue Erde. Denn der erste Himmel, und die erste Erde waren vergangen, und das Meer ist jetzt nicht mehr.

2. Und ich Johannes sah die heilige Stadt, das neue Jerusalem von GOtt aus dem Himmel herabfahren, und war zubereitet, wie eine Braut, die ihrem Manne gezieret ist.

3. Und ich hörte eine starke Stimme vom Throne herab, die sprach: Siehe da den Tabernackel GOttes bey den Menschen, und er wird bey ihnen wohnen. Und sie werden sein Volk seyn, und er GOtt selbst mit ihnen, wird ihr GOtt seyn:

4. Und GOtt wird alle Thränen von ihren Augen abwischen: und der Tod wird nicht mehr seyn: so wird auch weder Trauren, noch Geschrey, noch Schmerzen hinfüro seyn, denn die ersten Dinge sind vergangen.

5. Und der auf dem Throne saß, der sprach: Siehe, ich mache alles neu. Und er sprach zu mir: Schreibe: denn diese Worte sind gar gewiß, und wahrhaftig.

6. Abermal sprach er zu mir: Es ist geschehen. Ich bin das Alpha, und das Omega: der Anfang, und das Ende. Dem Durstigen will ich aus dem Brunnen des lebendigen Wassers umsonst geben.

7. Wer den Sieg erhält, der wird dieses besitzen: und ich werde sein GOtt seyn, und er wird mein Sohn seyn.

8. Aber den Furchtsamen, und Unglaubigen, und Verfluchten, und Todtschlägern, und Hurern, und Zauberern, und Abgöttischen, und allen Lügnern wird ihr Theil in den Pful fallen, der mit Feuer, und Schwefel brennet: das der andere Tod ist.

9. Und es kam einer von den sieben Engeln, welche die Schaalen hatten, die der letzten sieben Plagen voll waren, und redete mit mir, und sprach: Komm, ich will dir die Braut, das Weib des Lammes, zeigen.

10. Und er führte mich im Geist auf einen großen, und hohen Berg: und zeigte mir die heilige Stadt Jerusalem, welche von GOtt aus dem Himmel herabkam,

11. Und hatte die Klahrheit GOttes: und ihr Licht war gleich einem köstlichen Steine, wie der Stein Jaspis, wie ein Crystall.

II. 12. Und sie hatte eine große hohe Mauer, die hatte zwölf Pforten: und auf den Pforten zwölf Engel, und Namen daran geschrieben, welche die Namen sind der zwölf Stämme der Kinder Israel.

13. Vom

CAPUT XXI.

†. 1. *Et vidi cælum novum.* Hactenus S. Joannes historiam Ecclesiæ militantis, quæque ad extremum Dei judicium pertinent, nobis exhibuit. In postremis his duobus capitibus futuram beatitudinem nobis promissam vivis coloribus exprimit. Ac primum quidem cœlum novum, & terram novam se vidisse testatur, quæ superiori capite fugisse a facie sedentis dixerat, nova, inquam, qualitate & in statum præstantiorem mutata. *Et mare jam non est.* Ut antea fuit, turbidum, inquietum, tempestatibus agitatum. *Jam non est.* Ut prius, sed renovatum. Nam ex 2. Petri Epist. c. 3. novos cœlos, & novam terram expectamus. Alii figuratis his locutionibus statum Ecclesiæ tranquillum, & pacatum exprimi putant: sed in priori expositione potius acquiescimus, ac de Ecclesia triumphante magis quam de militante, quæ variis agitatur tempestatibus, hæc intelligenda nobis videntur. Quamquam utrique expositioni sua constat ratio.

†. 2. *Vidi* in spiritu *sanctam civitatem Jerusalem novam.* In aëre pensilem, & ad se paulatim accedentem: sed sensus genuinus Ecclesiam designat, quæ e cœlo descendit, quæque inde suam ducit originem: nam sumus civet Sanctorum. *Paratam sicut sponsam ornatam viro suo.* Vel a sponso, vel uni sponso suo ornatam; quod Christianæ mulieres præstare debent, ut ornatum modestum propter solum sponsum affectent.

†. 3. *Ecce, tabernaculum Dei cum hominibus.* Id Levit. 26. 11. pollicetur Deus, eaque promissio omnino implebitur, sed vetus illud tabernaculum solum figura erat hujus novi & veri. *Et ipse Deus cum eis erit eorum Deus.* Est enim Deus viventium, non mortuorum, quomodo *est Deus Abraham, Isaac, & Jacob. Hoc illi est nomen in æternum.* Exod. 3. ergo illi vivent in æternum.

†. 4. *Mors ultra non erit, neque luctus — quia prima abierunt.* Vita mortalis plena ærumnis.

†. 5. *Scribe, hæc verba fidelissima sunt, & vera.* Ita evenient, ut prædixi. *Nova facio omnia.* Novam vitam sc. & nova gaudia.

†. 6. *Factum est.* Opus Dei est consummatum, mors ipsa destructa est. Vel præteritum pro futuro, more Prophetarum. *Initium & finis.* i. Author Ecclesiæ, ejusdemque salus & gloria.

†. 7. *Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius.* Electos omnes, ut filios suos habebit; hæreditatis suæ participes efficiet, quia vicerunt mundum, diabolum, & carnem.

†. 8. *Timidis autem.* Qui timent, quod timendum non est. Gr. *Ignavis.* Qui persecutoribus cedunt. *Et incredulis.* Qui fidem divinis promissionibus non habent. *Execratis.* Qui more gentilium vivunt, & vitam ducunt a christiana penitus alienam: mendacium etiam accipitur pro falsa doctrina. Aut *mendacibus*, qui dolis, & fraudibus proximum fallunt. *Pars erit in stagno — quod est mors secunda.* Seu sepelientur in inferno æternum disjuncti a Deo.

†. 9. *Et ostendam tibi sponsam.* Urbem e cœlo descendentem, vel Ecclesiam triumphantem.

†. 10. *Et sustulit me in spiritu.* In visione spiritali. *Et ostendit mihi civitatem sanctam.* Gr. Et magnam.

†. 11. *Habentem claritatem Dei, & lumen ejus.* Gr. Luminare, quod illuminat civitatem illam sicut crystallum, crystallinæ perspicuitatis.

†. 12. *Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim.* Ut Ezech. 48. 32. ut per eas intrent omnes tribus, seu omnes electi. *Murum.* Ut cives in tuto sint. *Angelos.* Qui portas custodiant, ne hostium pateant incursibus. *Et nomina duodecim tribuum.* Totius populi Dei.

13. Vom Aufgang drey Pforten: und von Mitternacht drey Pforten: und von Mittag drey Pforten: und von Niedergang drey Pforten.

14. Und die Mauer der Stadt hatte zwölf Gründe, und auf denselbigen waren die zwölf Namen der zwölf Apostel des Lammes.

15. Und der mit mir redete, hatte ein goldenes Rohr, die Stadt, sammt ihren Pforten, und Mauern damit zu messen.

16. Und die Stadt liegt viereckicht, und ihre Länge ist so groß, als groß ihre Breite ist. Und er maß die Stadt mit dem goldenen Rohr auf zwölftausend Feldweges: und ihre Länge, und Höhe, und Breite sind gleich.

17. Und er maß ihre Mauer, hundert und vier und vierzig Ellen, nach der Maaß eines Menschen, die auch des Engels Maaß war.

18. Und der Bau ihrer Mauer war vom Steine Jaspis: aber die Stadt selbst war lauter Gold, gleich dem reinen Glas.

III. 19. Und die Gründe der Mauer der Stadt waren mit allerhand köstlichen Steinen gezieret. Der erste Grund war ein Jaspis: der andere ein Sapphir: der dritte ein Chalcedonier: der vierte ein Smaragd:

20. Der fünfte ein Sardonich: der sechste ein Sardis: der siebente ein Chrysolit: der achte ein Beryll: der neunte ein Topazier: der zehente ein Chrysopras: der eilfte ein Hyacinth: der zwölfte ein Amethyst.

21. Und die zwölf Pforten waren zwölf Perlen, ein jegliches besonders: und eine jegliche Pforte war von einer Perle: und die Gassen der Stadt waren lauter Gold, wie durchleuchtig Glas.

22. Und ich sah keinen Tempel darinnen. Denn der HErr, der allmächtige GOtt, ist ihr Tempel, und das Lamm.

23. Und die Stadt bedarf weder der Sonne, noch des Mondes, daß sie in ihr scheinen: denn die Klarheit GOttes erleuchtet sie, und ihr Licht ist das Lamm.

24. Und die Heyden werden in ihrem Lichte wandeln: und die Könige werden ihre Herrlichkeit und Ehre in sie bringen.

25. Und ihre Pforten werden des Tages nicht verschlossen werden: denn es wird allda keine Nacht seyn.

26. Und sie werden die Ehre, und Herrlichkeit der Heyden zu ihr hineinbringen.

27. Es wird zu ihr nichts hineingehen, das beflecket sey, oder das mit Greuel, und Lügen umgehe, sondern die allein, so im Buche des Lammes geschrieben sind.

Das zwey und zwanzigste Capitel.

I. Beschreibet den Fluß des ewigen Jerusalems, und den Baum des Lebens auf beyden Seiten des Flusses. 1. II. Will den Engel, so dieses verkündiget, anbethen, wird aber von ihm eingehalten. 8. III. Ermahnt alle zur Begierde dieser Stadt, und daß sie durch Haß der Sünden zu derselbigen gelangen. 12. IV. Drohet große Strafe denjenigen, welche diese Prophezeihung verfälschen werden. 18.

1. Und er zeigte mir einen Strom des lebendigen Wassers, der so klar war, wie ein Crystall, und kam heraus von dem Stuhle GOttes, und des Lammes.

2. Mitten auf ihren Gassen, und auf beyden Seiten an

13. Ab Oriente portæ tres: & ab Aquilone portæ tres: & ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres.

14. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum Agni.

15. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, & portas ejus, & murum.

16. Et civitas in quadro posita est, & longitudo ejus tanta est, quanta & latitudo. Et mensus est civitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo, & altitudo, & latitudo ejus æqualia sunt.

17. Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est Angeli.

18. Et erat structura muri ejus ex lapide jaspide: ipsa vero civitas aurum mundum simile vitro mundo.

III. 19. Et fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, jaspis: secundum, sapphirus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus:

20. Quintum, sardonix: sextum, sardius: septimum, chrysolithus: octavum, beryllus: nonum, topazius: decimum, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

21. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis: & platea civitatis aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum.

22. Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & Agnus.

23. Et *c* civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea: nam claritas Dei illuminavit eam, & lucerna ejus est Agnus. *c Isai. 60. 19.*

24. Et ambulabunt gentes in lumine ejus: & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam.

25. Et *d* portæ ejus non claudentur per diem: nox enim non erit illic. *d Isai. 60. 11.*

26. Et afferent gloriam, & honorem gentium in illam.

27. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAPUT XXII.

I. Lignum vitæ singulis mensibus reddit fructum, nec maledictum nec ulla nox est in civitate. 1. II. Angelus, qui hæc cito ventura Joanni ostendebat, venuit ab eo adorari. 8. III. Justos in civitatem intraturos, impios autem foras ejiciendos. 12. IV. Contestatur de non addendo, aut minuendo ad hanc prophetiam. 18.

1. Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ, splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni.

2. In medio plateæ ejus, & ex utraque parte flumi-

℣. 13. *Ab oriente portæ tres &c.* Ex omni regione populi in eam urbem intrant.

℣. 16. *Et longitudo ejus tanta, est quanta & latitudo.* Videtur non de muris, quorum mensuram mox describet, sed de ipsis domibus sermonem facere: ex quippe ad eundem modulum factæ dicuntur, adeo ut una alteram non excedat.

℣. 17. *Et mensus est murum ejus.* Quoad ipsam altitudinem. Angelus usus est mensura, qualem homines solent adhibere.

℣. 18. *Ipsa vero civitas, aurum mundum, simile vitro mundo.* Summa puritas civitatis illius cœlestis insinuatur.

℣. 19. *Et fundamenta muri civitatis, omni lapide pretioso ornata.* Singulos fundamentorum lapides singulis gemmis, portas margaritis, muros jaspide, civitatem totam auro mundo & pellucido constare ait, ut ex rerum sensibilium consideratione, quibus nihil est in terra pretiosius, ad contemplationem rerum cœlestium nos ducat. Sic varias Beatorum dotes, & diversos in jis gloriæ gradus insinuat. Gemmæ quas nominat, eædem pene sunt, quæ in summi Pontificis rationali designantur, Exodi 28. si autem militantem Ecclesiam intelligas. *Fundamentum primum.* S. Petrus. *Jaspis.* Symbolum fidei firmæ. *Secundum Sapphirus.* Spem significat & S. Andream &c. vid. Tirin.

℣. 22. *Et templum.* Materiale templum non vidit, quia Deus est illis vice templi. Atque hinc colligitur, templum illud apud Ezech. c. 40. & seq. descriptum spiritali modo perfectum iri.

℣. 24. *Et ambulabunt gentes.* Quæ salvabuntur, ambulabunt in lumine ejus civitatis: nam vox Græca πόλις est fœminini generis.

℣. 25. *Et portæ ejus non claudentur.* Numquam claudentur: nam dies erit perpetuus, ut summa erit securitas.

CAPUT XXII.

℣. 1. *Et ostendit mihi fluvium aquæ vitæ.* Græci addunt *purum.* Hæc aqua est æterna felicitas, quam aquæ templi apud Ezechielem cap. 47. figurabant; atque non alia est ejus templi ab Ezechiele descripti perfectio ab ea, quam Joannes nobis hoc loco exhibet. Gagnæus per *fluvium* Spiritum Sanctum intelligit, quem Joannes vidit *procedentem de sede Dei, & Agni*, a Patre scilicet & Filio procedentem. Verum hæc explicatio non placet Estio, quod hic non agatur, de processione Spiritus Sancti, sed de exuberante donorum Dei effusione, quæ a Deo, ut ab effectrice causa dimanant; seu de aquis baptismi, & baptisteriis, quæ sub Constantino, & aliis, qui consecuti sunt, Imperatoribus, magnifice in Ecclesiis sunt extructa; sive de æterna felicitate hæc sint intelligenda.

℣. 2. *In medio plateæ ejus* civitatis: *Lignum vitæ.* Ita Ezech. c. 47. v. 12. Arbor vitæ amissam immortalitatem nobis restituit; Lignum vitæ uti & fluvius cœlestem beatitudinem significant. Nam, ut bene Menochius, in visionibus ænigmaticis res eadem per diversas figuras significari solet, cum est magni momenti, neque illa uno symbolo, aut figura exprimi potest. *Per singulos menses reddens fructum.* Duodecies multiplicatum. *Et folia ligni.* i. Verba Christi, videtur loqui de præsenti Ecclesia, ut c. 21. sed eadem est Ecclesia, in diverso statu.

fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.

3. Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei, & Agni in illa erunt, & servi ejus servient illi.

4. Et videbunt faciem ejus: & nomen ejus in frontibus eorum.

a *Isai.60.20.* 5. Et *a* nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in sæcula sæculorum.

6. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum, ostendere servis suis, quæ oportet fieri cito.

7. Et ecce, venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri hujus.

II. 8. Et ego Joannes, qui audivi, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi, ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat:

9. Et dixit mihi: Vide, ne feceris: conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum, qui servant verba prophetiæ libri hujus: Deum adora.

10. Et dicit mihi: Ne signaveris verba prophetiæ libri hujus: tempus enim prope est.

11. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.

III. 12. Ecce, venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.

b *Isai.* 41. 4. & 44 6. & 48. 12. 13. Ego *b* sum Alpha, & Omega, primus, & novissimus, principium, & finis.

*Supr.*1.8.& 17. & 21. 6. 14. Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni: ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in civitatem.

15. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis servientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.

16. Ego Jesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis. Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina.

c *Isaiæ* 55. 1. 17. Et spiritus, & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: *c* & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

IV. 18. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri hujus: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.

19. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus de libro vitæ, & de civitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto.

20. Dicit, qui testimonium perhibet istorum: Etiam, venio cito. Amen. Veni Domine Jesu.

21. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

dem Strom, stand der Baum des Lebens, der zwölf Früchte trug, und gab in einem jeglichen Monath seine Frucht, und die Blätter des Baums dienten zur Gesundheit der Heyden.

3. Und es wird hinfüro nichts seyn, das verflucht werde: sondern es wird in ihr der Stuhl GOttes, und des Lammes seyn, und seine Knechte werden ihm dienen.

4 Und sie werden sein Angesicht schauen: und sein Name wird an ihren Stirnen seyn.

5. Und es wird hinfüro keine Nacht mehr seyn: und sie werden weder des Lichts der Lucern, noch des Lichts der Sonne bedürfen, denn GOtt der HErr wird sie erleuchten, und sie werden in alle Ewigkeit herrschen.

6. Und er sprach zu mir: Diese Worte sind gar gewiß und wahrhaftig. Und der HErr, der GOtt der Geister, den die Propheten haben, hat seinen Engel gesendet, seinen Knechten anzuzeigen, was ehnlängst geschehen muß.

7. Und siehe, ich komme bald. Selig ist, der die Worte der Weißagung dieses Buchs bewahret.

II. 8. Und ich Johannes bin es, der ich dieses gehöret, und gesehen habe. Und nachdem ich es gehöret, und gesehen hatte, fiel ich nieder, anzubethen vor den Füßen des Engels, der mir diese Dinge zeigte:

9. Und er sprach zu mir: Siehe zu, daß du es nicht thust: denn ich bin dein Mitknecht, und deiner Brüder der Propheten, und derjenigen, welche die Worte der Weißagung dieses Buchs bewahren: Bethe GOtt an.

10. Und er sprach zu mir: Versiegle die Worte der Weißagung dieses Buchs nicht: denn die Zeit ist nahe.

11. Wer beschädiget, der beschädige noch mehr: und wer unfläthig ist, der werde noch unfläthiger: und wer gerecht ist, der werde noch gerechter: und wer heilig ist, der werde noch heiliger.

III. 12. Siehe, ich komme bald, und meine Belohnung ist bey mir, einem jeglichen zu vergelten nach seinen Werken.

13. Ich bin das Alpha, und das Omega, der Erste, und der Letzte, der Anfang, und das Ende.

14. Selig sind, die ihre Kleider im Blute des Lammes waschen: auf daß sie Macht haben am Holze des Lebens, und durch die Pforten zu der Stadt hineingehen.

15. Draußen sind die Hunde, und Zauberer, und die Unzüchtigen, und die Todtschläger, und die den Abgöttern dienen, und alle, die Lügen lieb haben, und thun.

16. Ich, JEsus, habe meinen Engel gesendet, euch diese Dinge in den Kirchen zu bezeugen. Ich bin die Wurzel, und das Geschlecht Davids, der helle, und glänzende Morgenstern.

17. Und der Geist, und die Braut sprechen: Komm. Und wer es höret, der spreche: Komm. Und wer Durst hat, der komme: und wer da will, der nehme das Wasser des Lebens umsonst.

IV. 18. Ich bezeuge auch einem jeglichen, der die Worte der Weißagung dieses Buches höret: So jemand etwas zu diesen Worten hinzusetzen wird, so wird GOtt zusetzen auf ihn die Plagen, welche in diesem Buche geschrieben sind.

19. Und so jemand von den Worten des Buches dieser Prophezeihung etwas abthun wird, so wird GOtt seinen Theil von dem Buche des Lebens hinwegthun, und von der heiligen Stadt, und von den Dingen, welche in diesem Buche geschrieben sind.

20. Der hievon Zeugniß giebt, der spricht: Ja, ich komme bald. Amen. Komm HErr JEsu.

21. Die Gnade unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch allen. Amen.

℣. 3. *Et omne maledictum non erit amplius.* Illa civitas immunis erit ab omni maledicto; nihil erit quod maledictionem mereatur, nullum peccatum, nulla infirmitas. *Sed sedes Dei, & Agni in illa erunt.* Erunt Sancti æterna Dei possessio.

℣. 4. *Et videbunt faciem ejus.* Dei & Agni; videbunt mentis oculis essentiam Dei, & oculis corporis faciem Christi Domini: de hominibus a morte suscitatis hoc loco agitur; interim tamen animæ Sanctorum videbunt essentiam Dei. *Et nomen ejus in frontibus eorum.* sc. Palam uno Domino gloriabuntur.

℣. 5. *Non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis.* Isaiæ 60. v. 20. *Non occidet ultra sol tuus, & luna tua non minuetur.* Hoc loco Deus est sol ipse, lunæ autem nulla sit mentio, nulla quippe est ibi mutatio. Unde supra cap. 12. mulier, seu Ecclesia lunam habet sub pedibus suis.

℣. 7. *Et ecce, venio velociter.* Christus ipse loqui videtur; nolite terreri eorum minis & suppliciis: hæc cito finientur; ego veniam, & singulis reddam pro meritis.

℣. 9. *Vide, ne feceris.* Ne me adores. An forte Angelus ille personam Christi exprimebat? at si ita est, cur prohibetur Joannes adorare Filium Dei in persona Angeli? Cur ei dicitur: *Deum adora?* Hoc enim ipsum faciebat. Sed dicunt aliqui, quod non prohibuerit ut illicitum, sed ut daret modestiæ exemplum. Verum videtur Angelus hæc dicere, quia revelabat mysteria, ut solent sæpe Prophetæ in persona Dei loqui, etiamsi illud non præmittant: *Hæc dicit Dominus.*

℣. 10. *Ne signaveris verba* prophetiæ, ne obsignaveris, ne celaveris hæc oracula; scribe potius, & omnibus expone, quæ omnibus sunt utilia.

℣. 11. *Qui nocet, noceat adhuc.* Hæc verba neque præceptive dicuntur, ut patet, neque tantum permissive, ut liquet ex duobus posterioribus membris. *Qui justus est, justificetur adhuc, &c.* Sed prædicuntur tantum: injustitiam ad certum tempus tolerat Deus; sed tum nullum erit ejus nocumentum. Aut juxta alios hæc comminatorie & ironice intelligi debent: si non sufficiunt eis præteritæ sordes, sordescant adhuc, quando illis ita visum est; sed qui sanctus est, curet, ut sanctior sit, quia *ecce venio, & merces mea mecum est,* Christus ipse loquitur.

℣. 13. *Ego sum* A & Ω, *primus & novissimus.* Hæc verba Christi divinitatem omnino significant, quod nihil sit eo prius aut posterius.

℣. 14. *Beati, qui lavant stolas suas in sanguine Agni.* Qui per pœnitentiam merito passionis Christi maculas animæ abluunt, ut possint fructu ligni vitæ in æternum vesci, & Apostolicam doctrinam sequentes, sint æternæ vitæ participes: non enim licet intrare in sanctam civitatem nisi per Apostolorum portas.

℣. 15. *Foris canes.* Impudici, impudentes, detractores, quales Joannis temporibus erant Judæi & hæretici: terrores hoc in capite miscentur consolationibus; nam & fluvium gratiæ, quo abluimur, sanguinem Christi, quo mundamur, commemorat.

℣. 16. *Ego Jesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesiis.* Vobis fidelibus nota facere. *Radix & genus David.* Ortus ex radice & genere David. *Stella splendida.* Cujus nomen est *Orieus*, ex Zachar. 6. 12. *Stella matutina.* Clarissimum coli sidus.

℣. 17. *Et Spiritus.* sc. Spiritus Sanctus, qui orare nos docet, & desiderare adventum Christi. *Et sponsa.* Ecclesia, quæ gentibus suis sponsum invitat, ut veniat. *Et qui audit.* In se hanc vocem, dicat: *Veni Domine Jesu: Et qui sitit.* Vitam æternam. *Accipiat gratis.* Quia gratia, per quam meremur, gratis datur.

℣. 18. *Contestor enim omni audienti.* Contestando admoneo. *Apposuerit.* Adulteraverit addendo, aut demendo.

℣. 20. *Veni Domine Jesu.* Fidelis anima regnum Christi exoptat. Scriptura orditur a creatione mundi, & desinit in regni Dei consummationem, quæ est nova creatio.

INDICES

INDICES BIBLICI.

INDEX ETYMOLOGICUS

CONTINENS

HEBRAICORUM, CHALDÆORUM, GRÆCORUMQUE NOMINUM ETYMOLOGIAM ET INTERPRETATIONEM.

Auximus hunc Indicem quoad pauca nomina Apoſtolorum, Scriptorum, & Librorum Canonicorum, ſed Etymologias omnium virorum, & mulierum, populorum, urbium, fluviorum, montium, Idolorum, &c. dedimus in Manuali noſtro Biblico.

A.

Aaron, Mons, ſive montanus.
Abba, Pater, Syrum eſt verbum.
Abarim, Tranſitus plur. num. ſive tranſeuntes, vel Syriace frumenta.
Abron, Fortitudo, robur.
Abdemelech, Servus Regis.
Abdenago, Servus charitatis.
Abdias, Servus Domini.
Abdon, Servus.
Abel, per Aleph, Luctus, Civitas.
Abel, per He in principio, Vanitas, Syriace, vapor, filius Adam.
Abeſſalom, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater Rex.
Abinadab, Pater ſpontaneus.
Abiſag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram Pater excelſus.
Abraham, Pater multitudinis.
Abſalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio, antemurale.
Accaron, Sterilitas, evulſio.
Achab, Frater patris.
Achaja, Dolor, vel triſtitia.
Achaz, Apprehendens, ſive poſſidens.
Achimelech, Frater meus Rex.
Achitob, Frater bonitatis.
Adam, homo, ſive terrenus, Rufus, Sanguineus.
Adon, Dominus, aut baſis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis unum eſt ex nominibus Dei, quod Interpres aliquando poſuit pro nomine Dei Tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Anguſtiæ, ſive tribulationes: Hebraice, Miſraim.
Æneas, Laudatus.
Æthiopia, Græce, ardorem ſignificat, Hebraice, Cus dicitur, id eſt, nigredo, vel nigra.
Agabus, Locuſta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Feſtivus, Lætus.
Ahod, Laudans.
Alexander, Auxiliator, virilis.
Alexandria, Hebraice dicitur No; quod interpretatur crudum, ſive irritatio.
Alleluja, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides, ſive veritas.
Amaſai, per Aleph, Fortis, vel robuſtus.
Amaſai, per Ain, Populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum ſit.
Aminadab, Populus ſpontaneus.
Ammon, Populus ejus.
Amnon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos, per Aleph, Fortis, pater Iſaiæ.
Amos, per Ain, Oneratus, unus ex duodecim Prophetis.
Amri, per Aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per Ain, Manipulus, vel dominium, Princeps militiæ Iſraeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Reſponſiones, ſive cantica.
Andreas, Fortis virilis.
Anna, Gratioſa, ſive miſericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphrica, Hebraice Pul dicitur, id eſt, caſus, vel ruina. Iſaiæ 66. 34.
Aphrica, Nah. 3. 9. Put, Craſſa, ſive pinguis.
Apocalypſis, Revelatio.
Apoſtolus, Miſſus, Legatus.
Arabes, Veſpertini. 2. Par. 26. 2.
Arabes, Pſalm. 71. 15. Hebraice Saba, id eſt, converſio.
Aram, Celſitudo, ſublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quatuor.
Architriclinus, Princeps triclinii.
Areopagita, De Colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraice dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, ſive maledictio.
Aſaph, Congregans.
Aſer, per Samech, Vinctus, filius Caath.
Aſer, per Sin, Beatitudo, ſive felicitas, filius Jacob.
Aſſuerus, Princeps, & caput.
Aſſur, Inſidians, ſive beatus.
Aſtaroth, Greges, ſive divitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, ſine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens.
Ava, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adjutor.
Azorus, Hebraice Asdod, Deprædatio.

B.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal, Oſeæ 10. 24. Arbel legendum, id eſt, pugnavit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confuſio, commiſtio.
Bala; Inveterata, turbata, Ancilla Rachel, per He in fine.
Bala, Deglutiens, Deſtruens. Urbs, per Ain in fine.
Balaam, Vetuſtas populi.
Balac, deſtruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens Dominum.
Barjona, Filius columbæ.
Barnabas, Filius conſolationis.
Barſabas, Filius converſionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius ſuſpendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Menſura liquidorum.
Beel Phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muſcæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Jumenta, Quadrupedia.
Beel, Vetuſtus.
Bela, Deglutiens, Deſtruens.
Belial, Perverſus, absque jugo.
Ben-ennom, Filius divitiarum ſuarum.
Benjamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Bereſith, in principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Berſabee, Puteus juramenti.
Beth-abara, Domus tranſitus.
Bethania, Domus obedientiæ, vel afflictionis.
Beth-aven, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diviſio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallum.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-ſabee, Domus juramenti, Civitas.
Beth-ſaida, Domus frugum.
Beth-ſames, Domus ſolis.
Bethul, Virgo.
Bethulia, Virgo Domini.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel juxta S. Hieronymum, Banere-em Filii tonitrui.
Booz, in fortitudine.
Borith, Herba, in qua eſt acrimonia ſaporis.
Boſor, Munitio.
Boſra, Idem.

C.

Caath, Congregatio, Obtuſio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Poſſeſſio, Poſſeſſus.
Caleb, quaſi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id eſt, ex Cana, vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraice, Caphthorim; id eſt, ſphærulæ.
Cariathiarim, Civitas ſilvarum.
Cariath-ſepher, Civitas litterarum.
Carmel, Cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus.
Carthaginenſes, Hebraice Tharſis, id eſt, contemplatio gaudii.
Catholicus, univerſalis.
Cedar, Nigredo, triſtitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, triſtis.
Cephas, Petrus a petra: Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chæreas, Lætus.
Chaldæa, Hebraice Chasdim, id eſt, quaſi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaam, Mercator, Negotiator.
Charmel, idem quod Carmel.
Cherub, quaſi Magiſter.
Chodchod, Jaſpis.
Chorræi, Furores.
Chriſtus, Unctus.
Chus, Æthiops, niger.
Cin, Poſſeſſio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœleſyria, Curva Syria.
Coloſſenſes, Supplicio affecti.
Corban, Corbana, Donum, oblatio.
Core, Calvus, Calvitium, per Heth in fine.
Core, per Aleph, in fine. Vocans, legens 1. Paral. 9. 19.
Corinthii, Saturati.
Corozaim, hic eſt myſterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, quaſi miſer, quaſi hæres.

D.

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damaſcus, Sanguinis ſuccus.
Damaſcus, 1. Reg. 16. Similitudo incendii. Hebr. Dumeſec.
Dan, Judicans, ſive judicium.
Daniel, judicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmaſcus, Generationis procuratio.
Dathan, Ritus, Lex.
David, Dilectus.
Debbora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem civitatum ſubregio.
Deuteronomium, ſecunda lex.
Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3. 4. Hebr. Reſeph, id eſt, Volucris, Flamma.
Dibre-hajamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Judicium, vel Judicans.
Dionyſius, Divinitus ſtillatus.
Dithalaſſum, Duo maria.
Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E.

Ebal, Acervus vetuſtatis.
Eccleſiaſtes, Concionator.
Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adjutorium.
Elehanan, Dei gratia, ſive miſericordia.
Eliacim, Dei reſurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adjutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Eliſabeth, Deus juramenti.
Eliſæus, Dei ſalus, Deus ſalvans.

Ellehaddebarim, hæc ſunt verba, ſic incipit quintus liber legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiſcum Deus.
Emmaus, Timens conſilium.
Enac, Gigas, Torques.
Encænia, Renovatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Epheſii, deſiderabiles.
Ephraim, Frugifer, Creſcens.
Ephraim, Hebraice Ephra, id eſt pulverulenta, ſive plumbea, 2. Reg. 13. 7.
Ephrata, Ubertas, ſive frugifera.
Ephron, pulvis.
Epiſtola, Scriptura miſſa.
Eſau, Faciens, Operans.
Eſdras, Adjutor, Atrium.
Eſther, Occulta, Abſcondita.
Etam, Avis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Exodus, Exitus.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G.

Gaad, Abjectio.
Gabriel, Vir Deus, aut fortitudo Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Acervus teſtimonii.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Revolutio.
Galgala, Rotæ.
Galilæa, Volubilis, Rota.
Gazer, Præſciſſio.
Gazophylácium, ubi theſauri templi ſervabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis triſtitiæ.
Gehennon, Vallis contriſtans.
Gelboe, Revolutio inveſtigationis.
Geneſis, Ortus, origo.
Gerſom, Advena ibi.
Gerſon, Exilium ejus.
Giblii, Termini.
Gihon, Pectus, Exitus, Vallis gratiæ.
Gog, Tectum.
Golgotha, Calvaria, ubi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus menſuræ.
Gomorrha, Populus rebellis.
Græci, Hebraice Jevanim, id eſt, deceptores.

H.

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haran, Deſtructus.
Havoth jair, Oppida illuminationis.
Hebal, Acervus vetuſtatis.
Heber, Socius, particeps, per Heth in principio.
Heber, per Ain, Tranſitus.
Hebræus, Tranſiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraice dicitur On, id eſt, dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Deſtructio.
Herodes, glorians pellibus.
Heſron, Sagittæ exultationis.
Heva, Viva, vivens.
Hierapolis, Sacra civitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Deſertum.
Horma, Deſtructio.
Hur, libertas.
Hus, Conſilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I.

Jabel, Defluens.
Jabes, Siccitas, per Sin, in fine.
Jabes, Triſtitia, per Tzade in fine.
Jacob, Supplantator.
Jabes, Aſcendens, Damula.
Jahiel, Vivit Deus.
Jairitis. Illuminatus.
Jamin, Dextera, vel dexter.
Japhet, Dilatatus.
Jaſon, Sanans.
Javan, Decipiens.
Ichabod, Ubi gloria, Væ gloriæ.
Idumæa, Ruſa, Terrena.
Jebus, Conculcatio.
Jechonias, Præparatio Domini.
Jehu, ipſe Exiſtens,
Jehu, Tinea corroſus, per Sin.
Jehus, 1. Par. 8. 10. Conſilians, per Tzade.
Jemini, Dextera, vel dexter.
Jephte, Aperiens.
Jerameel, Miſericordia Domini.
Jeremias, Celſitudo Domini.
Jericho, Luna, Menſis.
Jerobaal, Impugnans idolum.
Jeroboam, Impugnans populum.
Jeroſolyma, Viſio pacis, Viſio perfecta.
Jeruſalem, idem.
Jeſſe, Ens, Exiſtens.
Jesboc, eſt vacuus.
JESUS, Hebraice Jehoſua, Dominus Salvator.
Jethro, Excellens.
Jezonias, Auſcultatio Domini.
Jezrael, Semen Dei.
Indus, id eſt, de India. Hebraice dicitur Hodu, id eſt, laudatio.
India, Job. 28. 16. Hebraice Ophir, id eſt, cinis.
Joab, Paternitas, Habens patrem.
Joachaz, Domini apprehenſio.
Joachaz, 2. Par. 34. 8. Apprehendens.
Joachin, Domini præparatio.
Joacim, Domini reſurrectio.
Joannes, Gratioſus.
Joas, Diſſidens, Deſperans.
Joas, Domini iguis, 4. Reg. 11. 21. Hebr. Ichoas.
Joas, 1. Paral. 7. 8. & 27. 28. Tinea corroſus per Ain.
Job, Dolens, Gemens.
Joel, Volens, incipiens.
Johanan, Gratioſus, Pius, Miſericors.
Jonas, Columba.
Jonadab, Spontaneus.
Jonathan, Domini donum, filius Saul.
Joram, Excelſus.
Jordanis, Pluvius judicii.
Joſaphat, Dominus Judex.
Joſeph, Augmentum.
Joſeph, Pſalm. 80. 2. Domini augmentum. Hebr. Ichoſeph.
Joſias, Ignis Domini.
Joſue, Dominus Salvator.
Iſaac, Riſus.
Iſai, Munus, aut ens.
Iſai, 1. Par. 2. 13. Vir meus.
Iſaias, Domini ſalus.
Isboſeth, Vir confuſionis.
Iſcariotes, Vir occiſionis.
Iſmahel, Exauditio Dei.
Iſrael, Prævalens Deo.
Iſſachar, eſt merces, præmium.
Ithamar, Inſula palmæ.
Jubileus, Buccina.
Judas, Laudatio, Confeſſio.
Judith, laudans, confitens.
Julius, Lanuginoſus.

L.

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adjutorium.
Lechi, Maxilla.
Leci, Lex.
Levi, Copulatus.
Leviathan, Copulatio, Societas ſua.
Lia, Laborioſa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Lybia, Hebraice Lubim, Cormaris.
Lithoſtrotos, Lapidibus ſtratus.
Lot, Involutus, Colligatus.
Lucas, ex Hebr. ipſi reſurrectio, ex Latino Lucens.

M.

Maacha, Attrita.
Maaſias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Machabæi, pugnatores, percutientes.
Madian, Judicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel Philoſophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mammona, Pecunia, Divitiæ.
Mamzer, de ſcorto natus.
Manahem, Conſolator.
Manaſſes, Oblitus, Oblivio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Marcus, Limatus, expolitus.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare, myrrha maris, ex Syro, & Hebr. Domina maris.
Martha, Provocans, Syr. Domina.
Maſſa, Onus.
Maſpha, Specula.
Mathias, Donum Domini.
Mathuſael, Mortem ſuam poſtulans.
Mathuſala mortis ſpolium.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex Dominus.
Melchiſedec, Rex juſtitiæ.
Melchiſua, Rex Salvator.
Meſopotamia, Regio ſic dicta, quod duobus fluviis, Euphrate, & Tigri ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis ſicut Deus?
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboſeth, de ore ignominia.
Miſael, Quis poſtulatus?
Miſle, Proverbia, Nomen libri.
Miſphat, Judicium.
Mna Libra, Talentum.
Moab, de patre,
Moria, Amaritudo.
Moſa, Azymum, per Tzade.
Moſa, 1. Par. 8. 9. Onus.
Moſollam, Pacificus.
Moyſes, Attractus (ſub. de aquis.)
Myſia, Sceleſta.

N.

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus,
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, idem.
Nabuchodonoſor, Planctus judicii.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahaſſon, Coluber, Serpens.
Nahum, Conſolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per Tzade ſcribatur, Cuſtodia, vel florida interpretatur.
Neapolis, Nova civitas.
Nehemias, Conſolatio.
Nehuſtan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Æquiparatio.
Ninive, Pulchra.
Noë, Ceſſatio, Requies.
Noëma, Decora.

O.

Obadias, Servus Domini.
Obed, Servus.
Obededom, Servus hominis.
Ochozias, Apprehenſio.
Odollam, Teſtimonium illis.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Elevatio, Holocauſtum.
Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Oneſimus, Utilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, Pugnus, Pugillus.
Oreb, Corvus.
Oſee, Salvator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P.

Palæſtina, Conſperſa (ſub. cinere.)
Paracletus, Conſolator, Advocatus.
Paraſceve, Præparatio.
Paſcha, Tranſitus.
Paulus, ex Græco quies, ex Latin. parvus, vel ex utroque os tubæ.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoſte, Qinquageſima (ſub. dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, videns Deum.
Pharao, Diſſipans.
Phares, Diviſio, Filius Judæ.
Phares, per Sin, 1. Paral. 7. 16. Eques.
Phariſæi, Diviſi.
Phaſe, Tranſitus.
Phasga, Collis.
Philemon, Deoſculans.
Philippenſes, Bellicoſi.
Philippus, Bellicoſus, Amator Equorum.
Philiſthæa, Conſperſa cinere.
Phinees, Facies confidentiæ.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraice dicuntur Gamadim.
Probatica Ovina, Locus, ubi pecora ſacrificanda tenebantur.
Proſelytus, Advena, Peregrinus.

R.

Raab, Pſal. 86. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Ovis.
Raguel, Paſtor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelſus.
Rameſſes, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medicina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medicinæ.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblata, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Reſpha, Extenſio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelſa, potens.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelſa.
Ruth, Saturata.

S.

Saaph, Cogitans.
Saba, per Sin, Converſio, Captivitas.
Saba, per Samech, Circuitio.

Sabaoth,

Sabaoth, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbatismus, Requies, Cessatio.
Sabbatum, idem.
Sadducæi, Justi.
Sadoc, Justus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sallem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, Pacificus.
Salomith, idem. f. g.
Salomon, Pacificus.
Salphaad, Umbra formidinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol ejus, Nominis, iteratio.
Samuel, Positus a Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, judicans.
Sara, per He in fine, Domina, Uxor Abrahæ.
Sara per Heth in fine, Odorans Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sarephtha, Angustia buccellæ.
Saron, sive Sarona, Planities.
Satan, Adversarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1. Reg. 9. 2. Hebraice Sual, Vulpes.
Scenopegia, Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, justus Domini.
Segor, Parva.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Dissolvens, Filius Judæ.
Sellum, Pacificus.
Sellum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1. Paral. 2. 28. Nomen meum.
Sennacherib, Rubus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharvaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, Pulchra, aut Tuba, Exod. 1. 15. per Sin.
Sephora, Exod. 2. 21. Avis, Passer, Uxor Moysis.
Seth, Positus.
Setim, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbidus, Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. 1. per Samech.
Sin, per Tzade, Arma, Scutum.
Sion, Acervus, 2. Reg. 5. 7.
Sion, Deut. 4. 48. Strepitus.
Sirach, Canticum fratris.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.
Sopherim, Judices.
Sophonias, Speculator.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.

T.

Tarsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans, Confitens.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, Contemplatio gaudii.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulacra.
Thessalonica, altera victoria.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Topheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus, Honor Dei.
Titulus, Honorabilis.
Tobias, Bonus Dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrii, Hebraice Sorim, id est, tribulantes.

V.

Vaicra. Et vocavit: Liber Levitici.
Vaiedabber, Et locutus est: Liber numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Velle Semoth, Et hæc sunt nomina. Secundus Liber Legis, qui Exodus Græce vocatur.
Ur, Ignis.
Urias, Ignis Domini.

Z.

Zabba, Dos, Dotatus.
Zaddi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zachæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, Alienus a confusione.

INDEX LECTIONUM, EPISTOLARUM, ET EVANGELIORUM,

QUÆ

IN ECCLESIA JUXTA RITUM MISSALIS ROMANI LEGUNTUR.

In Novo Testamento dies, quibus ea leguntur, majusculis litteris in margine apponi curavimus, ac initia Evangeliorum, & Epistolarum in contextu Cruce (†) signari, finem asterisco (°) terminari, ut facilius adverti possint, ac considerari.

ADVENTUS.

Dominica prima.

EPIST. Hora est. *Rom.* 13. *v.* 11. 14.
EVANG. Erant. *Luc.* 21. *v.* 25. *ad* 33.

Dominica secunda.

Ep. Quæcunque. *Rom.* 15. 4. 13.
Ev. Joannes. *Matth.* 11. 2. 10.

Dominica tertia.

Ep. Gaudete. *Phil.* 4. 4. 7.
Ev. Miserunt. *Joan.* 1. 19. 28.

Feria quarta, quatuor Temporum.

LECT. Erit. *Isaiæ* 2. 2. 5.
Ep. Adjecit. *Is.* 7. 10. 15.
Ev. Missus est. *Luc.* 1. 26. 38.

Feria sexta, quatuor Temporum.

Ep. Egredietur. *Is.* 11. 1. 5.
